LIBER VTILISSIMUS IUDICIBUS, ET ADUOCATIS. COMPOSITUS AB ANTONIO...

Antonio Cardoso do Amaral,
Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 E
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28.4.11.
28
C
11
28
B
11
13-13. a. 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER VTILISSIMVS IVDICIBVS, ET ADVOCATIS.

COMPOSITVS

AB ANTONIO CARDOSO DO Amaral, Priore Diui Laurenci Scalabiſci ab oppido de Ruiuaes oriundus.



ROM·SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·

VLYSIPONE.

Cum facultate Supremi Senatus Inquiſitionis, & Ordinarij. Nec non Regis Luſitaniæ.

CVM PRIVILEGIVM REGIS.

Excudebat Antonius Aluarez. Anno 1616.

Taixado a reis em papel.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIDI Hanc Summam, ſeu praxim Iudicum, & Aduocatorum, Auctorē Antonio Cardoſo Luſitano Iuris Canonici profeſſore, nihil habet, quod Fidei Catholicæ repugnet, aut bonis moribus contradicat, ſed doctrinam ſanam ab ipſis Sacris Canonibus deductam, & ipſiſmet conformatam quare dignam iudico, vt prælo initatur, & tipografidæ excudenda tradatur. Datis in noſtro Conuentu Olyſiponenſi, die 9. Iulij. 1607.

Fr. Manoel Coelho.

VISTA à informação podeſſe imprimir eſte Liuro intitulado Summa ſeu praxis Iudicum, & Aduocatorum: & depois de impreſſo torne a eſte conſelho pera ſe conferir com o original, & ſe dar licença pera correr, & ſem ella não correrá. Em Lisboa aos 18. de Iulho de 1607. annos.

Marcos Teixeira. Bertolameu da Fonſeca. Ruy Pirez da Veiga.

VISTA á licença acima podeſſe imprimir a 28. de Iulho de 607.

Saraiua.

PODESE *Imprimir viſta a licença do Sancto Officio, & do Ordinario, que offerece, & tornarà a Meſa pera ſe taixar, & d'outra maneira não correrá. Em Lisboa a 8. de Nouembro de 1607.*

Coſta. A. da Cunha.

QVE Eſte Libro ſe venda a ſeiſcentos reis em papel, a 7. de Dezembro de 1610.

Fernão de Magalhães. *L. Machado.* *Barboſa.*

TEM O Auctor deſte Liuro, priuilegio de Sua Mageſtade, por tempo de dez annos, para que nenhũa peſſoa o poſſa imprimir, nem vender ſem ſua licença.

† 2

Digitized by Google

PRÆFATIO

HVIVS SVMMAE, SEV PRAXIS IVDICVM, ET ADVOCATORVM ANTONII CARDOSI DO AMARAL.

Ad Beatiſsimam Virginem MARIAM.

CVM IN OMNIBVS MEIS Actibus, & operibus ſemper adiutorium, atq; patrocinium Beatiſsimæ Virginis implorem, in hoc præſertim implorandum exiſtimaui. nam cum illa Beatiſsima Virgo MARIA ſit fides noſtra, ac dilectio totius fidelis, fiducia roburis noſtri, altior Cœlo, profundior ab iſſo, illa nos docebit vias Domini, vt ambulemus in ſemitis eius & proficiamus in hoc noſtro opuſculo ad laudem, & gloriam ipſius, & ſicut Deus Omnipotens eſt Pater omnium noſtrorum, ſic illa eſt Mater pluſquam Abraham; exiuit enim Abraham de terra ſua, & de cognatione ſua, neſciens quó iret, ſed credens Domino factus eſt diues, & pater multarum gẽtium, ita vt ſemen illius multiplicaretur ſicut Stellæ Cœli. ſic Virgõ glorioſiſsima ſpernens omnia tranſitoria huius mundi, cò quòd Soli Domino placere vellet, facta eſt mater multarum gentium, & omnibus generationibus vitam, & gloriam genuit: inte o Beatiſsima Virgo Angeli inueniunt lætitiam, iuſti gratiam, afflicti refrigerium, anxi ſolatium, peccatores veniam. Itaq; refugium eſt omnium ad te confugentium; & cum hoc meum opuſculum, meæq; vigiliæ, ac ſcholaſtici labores, multorum obtrectationibus ſit expoſitum, vt propoſpicio, adeo namq; peruerſa ſint, & inuidioſa hominum ingenia, ita vt non recta conſcientia iudicent, & inſectari maledictis non ceſſent, quod aſſequi deſperét. indiget luculentiſsimo defenſore, attamen cum per te domina mea fuerit protectum, affatim erit defenſum, & omni laude commulatum, ad Laudem, & Gloriam tui ipſius Beatiſsima Virgo in ſæcula ſæculorum. Amen.

INDEX VERBORVM
HVIVS SVMMAE, SEV PRAXIS
Iudicum, & Aduocatorum.

A

ABBAS. Fol. 1
Abſens. 1
Abſolutio. 2
Accuſatio. 2
Actio. 4
Actor. 6
Adulterium. 6
Ædificare. 8
Ætas. 9
Agere. 9
Allegatio. 10
Alienatio. 11
Alimenta. 12
Anima. 13
Animal. 13
Apoſtata. 18
Appellatio. 14
Approbans. 19
Arbitramentum. 19
Arbor. 20
Archidiocunus. 130
Archiepiſcopus. 129
Archipresbyter. 130
Aſſaſinus. 21
Aſſeſſor. 22

B

BENEDICTIO. fol. 22
Beneficium. 23
Bigamia. 26
Bona. 27

C

CANONICVS. fol. 29
Capitulum. 30
Carcer. 30
Cauſa. 34
Caſus. 36
Cenſus. 36
Citatio. 39
Ciuitas. 43
Clauſula. 43
Clericus. 38
Coadiutor. 55
Collatio. 56
Collecta. 59
Commodatum. 60
Compenſatio. 62
Compoſitio. 62
Compromiſſum. 62
Conceſſum. 63
Concubinatus. 64
Conditio. 64
Confeſſio. 66
Confirmatio. 69
Confraternitas. 70
Conſecratio. 70
Conſeruator. 71
Conſilium. 71
Conſuetudo. 72
Contractus. 73
Creditor. 75
Curator. 77
Cuſtos. 78

D

DAMNVM. fol. 79
Debitor. 79
Decima. 84
Defenſio. 86
Delictum. 87
Depoſitum. 92
Deſiſtere à lite. 92
Deus. 93
Dies. 93
Dieta. 93
Dignitas. 94
Dilatio. 94
Diſpenſatio. 95
Diſtributiones. 97
Diuiſio. 97
Dolus, & fraus. 98
Domicilium. 99
Dominium. 99
Dominus. 100
Donatio. 100
Duellum. 107

E

ECCLESIA. 107
Electio. 113
Elemoſina. 115
Emphyteuſis. 116
Emptio, & venditio. 121
Epiſcopus. 126

Epiſtola.

Digitized by Google

Epiſtola. 130
Error. 131
Exceptio. 131
Excommunicatio. 134
Executor. 158
Exemptus. 130
Expenſæ. 139

F

FACTVM. 141
Falſarius. 141
Fama. 143
Fauores. 143
Feriæ. 143
Fideiuſſor. 144
Filius. 147
Forma. 152
Forus. 153
Frater. 154
Fructus. 154
Fundus. 156
Furioſus. 157
Furtum. 158

G

GABELLA. 161
Gratia. 162

H

HAEREDITAS. *fol.* 162
Hæreticus. 165
Homicidium. 169
Hoſpitale. 172

I

IEIVNIVM. 172
Ignorantia. 173
Impedimentum. 174
Incendiarius. 175
Incertitudo. 176
Indulgentia. 176
Infamia. 177
Inimitia. 178
Iniuria. 178
Inſtrumentum. 178
Interdictum. 182
Irrigularitas. 186
Iudex. 188
Iudicium. 195
Iuramentum. 195
Iuriſdictio. 199
Ius. 200
Ius patronatus. 201

L

LAICVS. 204
Legatum. 205
Legatus. 210
Legitima. 210
Lenocinium. 211
Lex. 212
Libellus. 214
Limis. 403
Lis. 216
Locatio, & conductio. fol. 219
Ludus. 221

M

MAIORATVS. *fol.* 222
Maledictio. 226
Maritus, & vxor. 228
Melioramenta. 230
Metus. 231
Minor. 232
Miſſa. 235
Moneta. 237
Mora. 237
Mulier. 238

N

NAVFRAGIVM *fol.* 241
Neceſſitas. 242
Negotium. 241
Notorium. 241
Noui operis nũciat. 242

O

OBEDIENTIA *fol.* 244
Oblatio. 244
Obligatio. 245
Officium. 246
Oppoſitio. 250
Ordinarius. 251
Ordo. 251

P

PACTVM. 252
Papa. 254
Paries. 256
Parochia. 256
Pars. 256
Pater & mater. 257
Peccatum. 261
Pœna. 261
Penſio. 266
Perſona. 271
Pignus. 271
Plus petere. 273
Poſſeſſio. 274
Præcarium. 277
Præceptum. 277
Prædicare. 277
Prælatus. 130
Præſcriptio. 278
Præſumptio. 284
Principale. 286

Priuile.

Priuilegium. 287
Probatio. 291
Proceſſus. 266
Procurator. 299
Promiſsio. 309
Proteſtatio. 311
Prouiſio, ſeu diploma. fol. 312
Pugnare. 313

Q

QVAESTORES *fol.* 314

R

RAPTVS. 314
Reconuentio. 316
Rector. 318
Recuſatio. 319
Regulares. 323
Renunciatio. 329
Reſcriptum. 333
Res. 337
Reſtitutio. 339
Reus. 341
Rex. 344

S

SACRAMENTUM. 346
Sacramentum Baptiſmi. fol. 347
Sacramentum Confirmationis. 350
Sacramentum Euchariſtiæ. 351
Sacramentum Pœnitentiæ. 352
Sacramentum Extremæ Vnctionis. 354
Sacramentum Ordinis. fol. 354
Sacramentum Matrimonij. 359
Sacrilegium. 365
Salarium. 367
Sententia. 368
Sepultura. 376
Sequeſtratio. 378
Seruitus. 378
Simonia. 384
Societas. 386
Sodomia. 389
Solutio. 390
Sortilegium. 392
Sponſalia. 393
Statutum. 395
Studium. 397
Stuprum. 397
Suſpenſio. 398

T

TABELLIO. *fol.* 399
Tempus. 403
Terminus. 404
Teſtamentum. 405
Teſtis. 415
Tranſactio. 426
Tutela. 428

V

VERBVM. 431
Vicarius. 432
Viſitatio. 433
Votum. 434
Vſura. 435

FINIS.

Digitized by Google

SVMMA SEV PRAXIS IVDICVM ET ADVOCATORVM.

A SACRIS CANONIBVS DEDVCTA, & ipſiſmet conformata.

AVCTORE ANTONIO CARDOSO LVSITANO Iuris Canonici profeſſore.

LITTERA A.

Verbo Abbas.

1 ABBAS debet eſſe preſbyter, c.1, vbi Doct. communiter, de ætat. & qualit. & profeſſus, & attingere vigeſimum quintum annum, c.nullus religioſus, & c.indemnitatibus.§.ſupradicta, de electio.lib.6.& clem.1.§.cæterum, vbi Ioann.And. & alij de ſtat.monach & c.cum in cunctis.§.interiora, de elect. Ang. ver.ætas. §.5. diſpenſatiue tamen bene poteſt eſſe in minoribus, ſi neceſsitas interueniat, c.tuam, vbi Inno.Ioan.And.Abb. & omnes, de ætat.& qual.& c.accidens.50.d.

2 Abbas conuenitur in cauſa monaſterij per reſcriptum in quo nulla fit mentio de conuentu, quoniam ſolus Abbas, ſiue Prælatus agit, & conuenitur pro bonis communibus, ſiue Capitulo, ſed ſine aſſenſu Abbatis, ſiue Prælati conuentus, aut collegium agere non poteſt, vel conueniri, quamuis libellus recipiatur, & ſententia feratur in perſonam monaſterij, ſiue collegij. c. edoceri, vbi Innoc.Abb Fel.& omnes, de reſcript.& c.cauſam quæ.1.de iud. & c.inter, vbi Abb.num.1 de fid.inſtrum. & c.monachi.2.16.q.1. & l.omnes.§.hoc nihilominus, C.de Epiſc.& cler.& Ant.de Butr. Innocen.Abb. & omnes in c.1.de procur. in rebus autem arduis non poteſt Prælatus, ſeu Abbas agere ſine conſenſu Capituli, aut Conuentus, vt tenet Innoc. Abb.Fel. & omnes, in d.cap.edoceri, de reſcript.& Ioann.And.in c. querelam, de procurat. ſi vero agitur in perſonam poteſt libellus concipi in monachum.c.dudum, vbi Abb. num.2.de conuerſ.coniug.

3 Abbas cuius monaſterium habet ius patronatus non poteſt præſentare, nec alicui conferre beneficium ſine conſenſu Capituli, aut maioris, & ſanioris partis illius, niſi ex antiqua & approbata conſuetudine illi competat. cap. ea noſcitur, & c. quanto, vbi Innoc. Ioan.And.Abb. & omnes de his quæ fiunt a Prælat.

4 Abbates quibus ſimpliciter eſt conceſſum a Sede Apoſtolica, vt poſsint ſolemniter populum benedicere, non poſſunt exhibere illam benedictionem, niſi in Eccleſijs ad illos pertinentibus, c.Abbates, vbi Doct.de priuileg. lib. 6. hoc tamen eſt intelligendum, de benedictione ſolemni, namque ſimplicem benedictionem poteſt præſtare quicunque ſimplex ſacerdos quan

do miſſam celebrat, c.ecce ego.95.diſt.

5 Abbas Ciſtercienſis debet benedici a diœceſano, nec poteſt ſuos monachos benedicere antequã ab illo benedicatur, niſi Epiſcopus requiſitus illum benedicere recuſet, quia tunc poterit monachos ſuos benedicere, & vti officio ſuo, cap.1. vbi gloſ. final. Innocen. Anto.de Butr. Ioann.And. Hoſtienſ. Abb. & omnes de ſupplend. neglig.præla.

6 Abbas presbyter, & benedictus poteſt conferre ordines minores in proprio monaſterio, & id ipſum poteſt antequam benedicatur, ſi per contumaciam Epiſcopi non ſit benedictus, dict. cap.1. vbi Doct. de ſupplen.neglig prælat. & cap.cum contingat, de ætat.& qualit.

7 Abbas, cui eſt conceſſum priuilegium, vt poſsit vti mitra, non poteſt vti habenti, gemas, aut laminas, cap.vt Apoſtolicæ, vbi Dominic.Ioan.And. Anchar. & omnes, de priuileg.lib.6.

8 Abbas exemptus, non poteſt renunciare Abbatiæ ſine licentia Papæ, quoniam ſi ad Papam pertinet confirmatio, ad illum etiam pertinere debet reſignatio, cap.admonet, & cap.fin. cum gl.2.ibi, & Doct. de renunciat. & c.Epiſcopus de loco. 7. q. 1. legatus tamen de latere poteſt hanc concedere licentiam, c.ſi Abbatem, vbi gl.ver. latere, Dominic.Ioan.And.Anchar.& omnes, de elect.lib.6.Abb in dict.cap fi.nu.4.

9 Abbatiſſa non poteſt excommunicare, nec benedicere, nec prædicare, nec docere, nec ſacra vaſa tangere, nec velare moniales, nec abſoluere, nec iudicare, niſi aliqua eorum habeat de cõſuetudine, nec poteſt in iudicio procurare, poteſt tamen inſtituere, & ſuſpendere ſuos ſubditos, c.noua, vbi glo.fi.& Doct. de renunciat.& cap. dilecta, vbi gloſſ.de maior. & obedient.

10 Abbatiſſa, & monialis profeſſa, didicat ſe, ſuaque Deo, & nihil proprium habet, quamuis nunquam habitum induiſſet, & non poteſt teſtari, c. quia ingredientibus. 19.q.vlt.c.nolo, & c.non dicatis. 12.q.1.& c.quia ingredientibus, vbi glo fi.& Doct. de teſtamen.niſi habeat filios, c.ſi qua mulier, & c.non liceat.19.q.vlt.quia filij non poſſunt priuari ſua legitima iure naturæ d bita quamuis parentes monaſterium ingrediantur, c.cum ſimus, de regul.& dico ver.pater.§.7.

Verbo Abſens.

ABſens dicitur duobus modis, primo
namq; modo dicitur abſens quicun-
que eſt extra locum vbi res agitur, alio ve-
ro modo dicitur abſens quicunq; eſt extra
prouinciam vbi habet domicilium, c. ex
parte, vbi gloſſ.1.& Doct.de cler.non reſi-
dent. & l.abſentem. ff.de verb.ſign.& l.fin.
vbi glo.verbo inter abſentes, & Doct.C.de
præſcrip.lon.temp.Abb.in c.quoniam fre
quenter, nu.21.& Felin. num. 9. vt lit.non
conteſt. idem Abb. in c. de quarta, nu.30.
2 de præſcrip.& in c.2.num.9. de fideiuſſor.
Bart.in l.ſi ex duobus.§.ſi a Titio. nu.3. ff.
de duob.reis conſt. Dec. in l. non videtur
defendere.num.2.ff.de regul.iur.

Abſentia etiam eſt multiplex, alia enim eſt probabilis & neceſſaria, ſimul & alia neceſſaria tantũ, & alia probabilis tantũ, & alia voluntaria, illa quæ eſt probabilis, & neceſſaria fit, quando quis eſt abſens cauſa Reipublicæ, & tunc durante abſentia illa ſine illa fraude, non poteſt conueniri, imo iudex debet ſuperſedere in cauſa contra eum agitata, donec cauſa ipſa ceſſet, quia ſi conueniatur datur illi reſtitutio aduerſus quemcunq;, eo quod abſentia, cauſa Reipublicæ, non poteſt alicui eſſe damnoſa, c.dilecto filio, vbi Doct.de verb.ſign. & l.abſentia, vbi Dec.ff.de regul.iur.& l.cũ tra pupillum.ff.de re iud.& l.1.ex quib.cau. maior.& l.cum non voluntatis, vbi Barto. Bald.Salicet.& alij. C. quom. & quan.iud. abſentia autẽ neceſſaria tantũ eſt illa, quæ ex cauſa & culpa abſentis fit, puta quando quis eſt bannitus deportatus, ſiue relegatus, & tunc non eſt ſuperſedendum in cauſa propter huiuſmodi ab ſentiam, ſed adulteriora poteſt procedi, abſentia vero probabilis tantum eſt illa, quæ fit cauſa infirmitatis, ſeu timoris in ſidiarum, vel carceris detentionis, abſentia voluntaria dicitur quando quis abeſt cauſa ſtudij, peregrinationis, mercaturæ, & ſimiliter, & tunc facta fide de abſentia debet iudex ſtatuere terminum ad comparendum, ſeu procuratorem mittendum, eſt tamen cauſa illa probanda, quamuis hoc leuis probatio admittatur, & in infirmo ſufficiat atteſtatio medici redacta in ſcriptis, vt praxis obſeruat, & tenet Grat.conſi.98.num.2.lib.1.& Crauet.ſuper ritu.267, magnæ curiæ. nume.7. Iul.Clar.lib.5.§.final.q.34.nu.4.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Abſolutio.

1 ABſolutio,& ſepultura nõ negatur peccatori correcto,& emendato decriminibus, quoties cunque illam petierit,licet grauia crimina perpetraſſet. c. ſuper eo, vbi Abb. num.4. & c. in litteris, vbi cõir. Doct. de rapt. & c.quod quidam de pæniten.& remiſſ.& Arch. in c.ſi quis auſus 70. diceſ.

2 Abſolutio tamen de negatur ſimoniacis,vſurarijs, furibus,& cæteris peccatoribus non pænitentibus,& reſtituentibus, ſi reſtituere poſſunt, quoniam fur, ſeu alius, quicunque retinens rem alienam debet illam reſtituere ſi poteſt priusquam abſoluatur, vel facere plenam firmam & ſecuritatem emendandi omne damnum,c.ſuper eo.de rapt & c. Oduardus. de ſolut.& cap. o lim.2 de reſt.ſpol. & c. fures de furt.& l. impoſsibilium ff. de regul.iur.

3 Abſolutio,quando excommunicatio dicitur nulla,petitur ad cautelã,& tunc non negatur petenti, niſi ſit excommunicatus pro manifeſta Clerici percuſſione, c. cum contingat de offic.& poteſt.iud.deleg.& c. ſolet.& venerabilibus.§. porro.& § ſed ſi & §.fin.& c.venerabili.vbi Doct. de ſentẽtia excommunicat.lib.6.

4 Abſolutio ab excommunicatione poteſt iudex ordinarius alij de mandare,non tamen ille, qui habet nudum miniſterium, quoniam ille,cui committitur nudum miniſterium regulariter vices ſuas alteri cõmittere non poteſt, c fin. §.vlt.vbi glo.1. & Doct.de offic. & poteſt iud.delegat.& c. fin.vbi Innocen. Abb.& omnes de offi.iud. ord.1.

5 Abſolutio ab excommunicatione, vel à peccatis,ſeu interdicto,aut ſuſpẽſione per metum, aut vim extorta non valet, & ille, qui per vim illam extorquet manet excõmunicatus ipſo iure, c.vnico.vbi gloſſa.1. Dominic.& Ioann.And. Franc.Ioann.Monach.Arch.& omnes de hiſque vi.lib.6.

6 Abſolutus ab aliquo peccato,& excommunicatione, aut cenſura, propter mortis periculum,aut propter aliud impedimentum ab illo, à quo aliàs ſine impedimento abſolui non poterat,ſi ceſſante mortis periculo aut impedimento ſe non præſentat illi,à quo erat abſoluẽdus,reincidit in eãdẽ excõmunicationem, c.ea noſcitur vbi Anton.de Butr. Innocent. Abbad. & omnes.de ſentent.excommun.& cap.cõs qui. vbi gloſſa 1. Dominic.Ioann.Andr.& alij. eodem titul. lib. 6. & clement.1.§.ſane, de pæn.

7 Abſoluere enim poteſt quicunque ſimplex Sacerdos in mortis articulo ab excõmunicatione,ſeu quacunque cenſura, ſiue reatu, quoniam in illo mortis tẽpore nulla eſt cenſuræ reſeruatio, c. in litteris de rapt.& c.duræ §.adijcientes decrimin.falſ. ex c.quod de his, vbi Doct.& c non dubiũ de ſent.excommunicat.

8 Abſolutus à Papa,ſi ſuppreſsit veritatẽ, non remanet abſolutus,& eſt remittendus ab ordinario ad ipſum Papam,ſi autem nõ conſtat,quòd veritatem ſuppreſsiſſet, ſed tantum eſt ſuſpicio,debet tunc ordinarius cogere illum purgare ſuſpicionem, c. ex parte vbi gloſſ. Goffred. Ant.de Bur Innocent.Ioann.Andr. Abb. & omnes. de offic. ord. & notant Doct. in c. ſuper litteris de reſcript. & in c. cum pro cauſa de ſentent. excommunicat.

9 Abſolutus à delegato Papæ, ſuper cauſa, pro qua fuit ab alijs iudicibus excommunicatus, debet comparere coram iudice à quo fuit excommunicatus ſuper illa cauſa,& eius ſeruare mandatum,niſi negocium alijs iudicibus à Sede Apoſtolica,ſeu per appellationem, vel aliam legitimam exceptionem ab ipſo ſit deuoluta,c prudẽtiam.§. ſi vero, vbi gloſſ verbo excommunicato ibus Anton.de Butr.Innocent. Abbad.Fel.& omnes de offic. & poteſt iud.de leg.

10 Abſolutus à crimine per ſententiã nullam,aut à iudice non ſuo,iterum poteſt accuſari. c. ex tuarum, vbi gloſſ. verbo, non putantes,& Doct.& c. cum dilectis,de purgat.can. & facit doctrina Bart.in l. ſi cui.§. ijsdem.ff. de accuſat.& Bald.in l querelam C.ad leg.Cornel.de falſ.& gloſſ.verb.replicari,in c.de his,vbi Abb.num.3. Fel.num. 2.& alij.de accuſat.Bart.in l.libellorum,§. ſi accuſator, num.2.ff de accuſat.Iul.Clar. lib.5. §.fin.quæſt.57 num.12. ſi autem per acta iudicialia, & à ſuo iudice, quis punitus fuiſſet, aut abſolutus, non poterit iterum accuſari, l. licet.§ fin.ff naut cau.ſtab. Bald.conſil.31. lib.4.Paul.de Caſtr. conſil. 118.lib 1.niſi interueniſſet aliqua fraus, vel colluſio.c.1.& fin.de colluſ.deteg & l. ſi quis homicidij. C.de accuſat.dico.verb. delictum.§.14.

Digitized by Google

Verbo Accuſatio.

1 ACcuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam publicam in iudicio legitima ſubſcriptione interueniente, & ita communiter diffiniunt Doct. in Rublica de accuſat. vt per Fel. ibi num. 3. gig. de crimin. læſæ mateſt. fol. 58. quæſt. 1. nume. 4. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 12. num. 1. differt tamen accuſatio ab inquiſitione, ſeu denunciatione, inquiſitio namque eſt alicuius criminis manifeſti ex bono, & æquo in veſtigatio, canonicè facta, à judice competente, quæ ex officio iudicis competit. facit text. cum ibi notatis. in c. qualiter 1. de accuſat. Fel. in Rublica eodem, nu. 4. vbi etiam tenet ber. poſt alias quam plures, Iul. Clar. vbi ſupra, numer. 4. denunciatio vero eſt ius defferendi criminis alicuius hominis doli capacis ad pœnitentiam, vel correctionem, præcedente legitima monitione, ſi peccauerit, & c. Deus Omnipotens, 2. quæ. 1. Fel. Ber. & alij. in d. Rublica de accuſat.

2 Vnde accuſatio criminis poteſt tribus modis opponi, primo directè accuſando comprehenſum in aliquo crimine, 2. denuncianda, 3. excipiendo. c. ſuper his, vbi gloſſ. 1. Ant. de Butr. Innocent. Abb. Fel. & omnes, & c. qualiter. 2. de accuſat. & debet libellus accuſatorius directè decrimine accuſando porrigi in ſcriptis, quoniã in accuſatione requiruntur ſolemnia actionis, quæ non requiruntur in inquiſitione, ſeu denunciatione, vt tenet Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo per accuſationem & verbo inquiſitionem, & verbo denunciationem. Card. & Alexan. in §. de accuſatione 2. quæ. 8. quamuis contrarium teneat Salic. in l. pen. nu. 2. c. de accuſat. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 12. n. 7.

3 Accuſans aliquem decrimine debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, c. per his, vbi Ioann. And. Ant. de Butr. Innoc. Abb. Fel. Marian. & cõis. de accuſat, & l. ſi crimen, vbi Doct. C. qui accuſar, non poſſ. & l. ſi cui, vbi Bart. num. 2. ff. de accuſat. & l. libellorum, C. qui accuſar non poſſunt, auth. ſed nouo iure C. de adult. Iaſ. in l. tranſigere, num. 3. c. de tranſact. & conſil. 2. nu. 11. vol. 1. Alex. conſil. 11. nu. 7. lib. 1. Bertran. conſil. 2. 67. in prin. libr. 2. Doennas. regul. 27. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 12. nu. 15. ſallit tamen in crimine notorio, quando officialis, ad id deputatus crimen denunciauit iudici. l. ea quidem, vbi notant omnes, C. de accuſat. & in marito, qui accuſauit mulierem ſuſpectam de adulterio. l. quanuis, 30. vbi Doctor. C. ad leg. Iul. de adult. & in Chriſtiano, qui contraxit matrimonium, cum Iudæa. l. nequis, C. de Iudæis. & Cælic. & in crimine apoſtatatus, l. apoſtatarum. C. de apoſtat. & in crimine abigeatus. l. vnica. C. de abigeis. & in crimine quando petitur, vt quis puniatur de calumnia, per officium iudicis. l. 1. vbi Doctor. C. de calumn. & quando mulier accuſat in caſibus, in quibus accuſare poteſt. l. de crimine. C. de his, qui accuſ. non poſſ. & c. de crimine. 15. quæſt. 3. & in leuibus criminibus, l. leuia, vbi notant omnes. ff. de accuſat. & quando crimen opponitur in modum exceptionis, l. 2. §. ſi publico ff. ad leg. Iul. de adult. & l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & c. ſuper his, vbi Doct. de accuſat. & in criminibus, in quibus quis poteſt puniri per officium iudicis, ſine accuſatore. l. iubemus. C. de probat. & l. nullum C. de teſtib. & glo. ver. pagina in l. qui crimen, C. de his, qui accuſat non poſſ.

4 Inſcriptio tamen hæc ad pœnam talionis de conſuetudine non ſeruatur, quæ cõſuetudo, valet, vt tenet Bart. in l. ſi cui. ff. de accuſat. Ang. & Salicet. in l. qui crimen. C. de his, qui accuſar non poſſ. & in authẽ. ſed nouo iure. C. de adult. Felin. in c. ſuper his. nu. 5. de accuſat. Hippol. de Mar. in pract. crim. §. ſequens, n. 21. Dec. in l. tranſigere. C. de tranſact. Belon. in conſil. 43. n. 12. Alcia. in l. 9. parerg. c. 8. Doen. reg. 27. Rub. in l. pen. §. ad crimen, nu. 5. ff. de publ. iud. boſſ. in tit. de inquiſit. à n. 14. Cou. Rub. lib. 2. reſolut. c. 9. n. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæ. 12. n. 17. & eſt cõis.

5 Eſt tamen puniendus ille, qui per calũniam aliquem accuſauit, illa, pœna, qua accuſatus erat puniendus, ſi re vera delictum, de quo accuſatur perpetraſſet quamuis accuſator ille ſe non inſcripſiſſet ad pœnam talionis, quoniam ex diſpoſitione iuris ad illam pœnam remanet obligatus, facit text. in l. fin. C. de accuſat. & gloſſ. fin. ad fin. in l. in cauſis. C. eodem titul. & tenet Abb. in c. ſuper his, nu. 8. & Aret. num. 21. de accuſat. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 12. nume. 18. & l. qui crimen. C. de his qui accuſ. non poſſ. & l. 2. § ex longinquo. C. de exhib. & tranſmitt. & l. non prius. C. de calumn.

6 Accu-

Digitized by Google

accuſator iſte ſe non inſcripſiſſet ad pœnam talionis, quoniam ex diſpoſitione iuris ad illam pœnam remanet obligatus, facit text. in l. fin. C. de accuſat. & glo. fin. ad fin. in l. in cauſis, C. eodem. titul. & tenet Abb. in c. ſuper his, num. 8. & Aret. nu. 21. de accuſat. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 12. num. 18. & l. qui crimen. C. de his qui accuſ. nõ poſſ. & l. 2. §. ex longinquo. C. de exhib. & tranſmitt. & l. non prius, C. de calum.

6 Accuſator dicitur à cauſa illius, qui eſt accuſatus, & quaſi cauſator, & debet eſſe legitimus accuſator, aliàs enim non fatigatur reus accuſatus, quia ſine legitimo accuſatore nemo debet condemnari, c. 1. vbi Doct. de accuſat. & c. de manifeſta. 2. quæ. 1. & c. forus. de ver. ſign. & l. reſcript. §. ſiquis accuſatorẽ. ff. de munerib. & honorib. fallit tamen quando aliqua charta, ſeù inſtrumentum ſuſpectum. de falſo apparet. l. iubemus, vbi Paul. de Caſtr. C. de probat. aut in teſte. falſo deponente. l. nullum, vbi Doctores, C. de teſtib. & in ſuſpecto tutore. l. 3. §. 1. ff. de ſuſpect. tutorib. & in adminiſtratoribus bonorum Eccleſiarum, C. quia ca. 3. quæſt. 2. & quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. & in illo qui punitur de calumnia. l. 1. C. de calumniatorib. omnes enim iſti poſſunt puniri per officium iudicis, ſine accuſatore, & quando crimen probatur per inquiſitionem. c. qualiter, & quando. 7. de accuſat. & quando reus defficit in purgatione, aut in notoriis criminibus, c. de hoc autem. de ſim. & c. euidentia. de accuſat. & c. quod ſuſpecti. 3. q. 5.

7 Inquiſitio fit contra infamatum de crimine defficiente accuſatore, ſi vero non præcedat infamia non fit inquiſitio, quoniam iudex non poteſt inquirere de occultis criminibus, de quibus ſolus Deus eſt iudex, c. qualiter, & quando. 1. & c. licet. & c. cum oportet, & c. inquiſitionis. §. tertia, & c. qualiter. 2. de accuſat. & c. licet heli. de ſimon. & ſi neceſſe fuerit prius eſt diſcutienda infamia, quàm ſuper veritate criminum fiat inquiſitio, c. 1. & 2. vbi Doctor. de accuſat. lib. 6. ſi autem reus ſit præſens, & taceat, valet inquiſitio facta antequam diſcutiatur infamia c. ſi is cui, vbi gl. verb. reclamante. Ioan. And. & omnes de accuſat. lib. 6.

8 Accuſari non poteſt matrimonium antequam ſit contractum, poteſt tamen impedimentum denunciari, & quicunque tempore denunciationis aliquod impedimentum ſcient, illud denunciare tenetur. c. ad diſſoluendum, vbi gl. verb. legitime, & Anton. de Butr. Innocent. Ioann. And. Abb. & communis, de deſponſ. impub. & c. fin. vbi Doct. qui matrim. accuſ. poſſ.

Accuſare debet quicunque perſonaliter, & nõ per ſcriptum, nec per chartam, & de iure canonico debet præcedere admonitio. c. à nobis, vbi Abb. nu. 1. qui matrim. accuſat. poſſ. & c. ſi quis Epiſcopus, vbi Anton. de Butr. Innocen. Ioan. And. Abb. Fel. & omnes, de accuſat. & c. 2. vbi etiam notant Doct. de purgat. can. licet illa monitio in accuſatore non requiratur, etiam de iure canonico, niſi ad bene eſſe, vt tenet Abba. in d. c. ſi quis Epiſcopus, nu. 6. & quando procurator poteſt interuenire in cauſa criminali, dico verb. procurator. à §. 55.

9 Accuſari poteſt Epiſcopus à ſuo familiari, & prælatus, ſeu Abbas à ſuo monacho. quando ſua intereſt, c. illa præpoſitorum, vbi Abb. nu. 2. & Fel. nu. 1. & c. nulli Epiſcoporum, de accuſat. nec poteſt Epiſcopus excipere contra accuſatorem, quem antea à familiaritate ſua neglexit repellere, imo præſumendum eſt contra Prælatũ detinentẽ familiares inhoneſtas, & vicioſos, & videtur illis coaptari, quoniam regula certa eſt vitam vnius cuiuſque hominis cognoſci ex ſocijs, vt tenet Abb. in d. c. nulli Epiſcoporum. num. 1. & ibidem Felin. etiam, num. 1. Card. in clem. ne in agro. de ſtat. monach. quamuis nulla iniquior peſtis, quàm inimicis familiaris, glo. verb. domeſticis, in l. data. C. de donat,

10 Nemo tamen inuitus cogitur aliquem accuſare, niſi ex officio teneatur. l. inuitus, vbi Dec. ff. de regul. iur. & l. 1. & per totum C. vt nemo inuitus, & tenet Iaſ. in l. rem, quæ nobis, num. 39. ff. de acquirend. poſſ. Imol. in l. de pupillo. §. ſi is cui. ff. de noui oper. nunciat. poſtquam autem quis dedit libellum accuſationis, & litem conteſtauit, non poteſt in punè ab accuſatione deſiſtere. C. licet. §. nos igitur. vbi gl. verb. citra. & Abb. num. 6. & Fel. num. 2. de accuſat. & c. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3. & l. in ſenatus. ff. ad treb.

11 Accuſare non poteſt inimicus, nec habitans cũ eo, quando ſibi crimen non tãgit, c. repellatur, & c. me minimus, & c. inquiſitionis, & tertiæ, & c. cum p. et c. cum oporteat. de accuſat. Abb. in c. accedens. num. 3. vt lit. non cont. intellige tamen de

 inimi-

Digitized by Google

inimicitia capituli, non autem de aliqua quacunque inimicitia, vt tenent Doctor. in d.c. repellantur. de accuſat. Ber. in c. 1. nu. 47. d. titul. de accuſat Ang. de malef. verb. & ad querelam, à num. 37. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 14. nume. 17. denunciare autem poteſt quincunq; inimicus, ſecundum Abba. in c. præterea, num 9. de teſtib. cog. quæ opinio mihi non videtur vera, ſed potius videtur quod ille, qui non poteſt accuſare, non poſsit denunciare, vt tenet gloſſ. ver. ad denunciandum, in d.c. cum oporteat. de accuſat. Bartol. in l. diuus. num. 7. ff. de cuſt. reor. nec mulier propter ſexum accuſare poteſt, niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, exceptis criminibus expreſsis, & pupillus propter ætatẽ, & infamis propter proprium delictum, aut qui duo iudicia aduerſus duos reos ſuſcepit, ſiue qui pecuniam ob accuſandum, vel non accuſandum accepit, iſte enim propter turpem quæſtum repellitur ab accuſando, & pauperrimus, & criminoſus, & qui ſub ornatus falſum teſtimonium dixit. l. qui accuſare, vbi Bart. & l. alij, & l. non nulli, & l. hi tamẽ ff. de accuſat, & C. cum dilectus, de accuſat, & libertinus, propter conditionẽ non poteſt accuſare patronum ſuum, d. l. qui accuſare, vbi Doct. ff. de accuſat.

12 Accuſare non poteſt quis nomine alieno regulariter, vt notant Doct. in c. dilectus, 2. de ſimon, Ang de malefic. verb. & ad querelam, num. 20. vbi tamen eſt ſublata ſubſcriptio ad pœnam talionis, poteſt ſyndicus accuſare nomine vniuerſitatis, & tutor nomine pupilli, vt tenet Bald. in l. 1. n. 35. C. de accuſat. & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. num. 24.

13 Accuſare tamen poteſt quicunque criminoſus, & infamis aliquem de crimine læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, & ſimoniæ, c. licet heli, vbi cõiter. Doct. de ſim & c. ſane. 15. quæ. 3. & l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & etiam familiares domeſtici poſſunt accuſare dominum, & libertinus patronum. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & l. pen. & vlt. vbi Doct. c. de his qui accuſ. nõ poſſ. itaque in his caſibus ſeruus poteſt accuſare dominum, c. tanta, & c. ſi dominus de ſim.

14 Accuſare non poteſt mulier virum ſuũ de adulterio commiſſo cum alia muliere, tam ſoluta, quam vxorata, nec iure proprio, nec extraneo. cum ſit mulier, & accuſare non poſsit. l. 1. vbi gloſſa. 2. Bartol. Bald. & omnes C. ad leg. Iul. de adulte.

15 Accuſare non poteſt filius patrem, aut matrem criminaliter, nec alimentatus alimentatorem ſuum. l. his tamen, vbi Doct. ff. de accuſat. & l. iniquum. C. de his qui accuſare non poſſ. & l. falſi. C. ad leg. Cornel. de falſ. excipere tamen poteſt de falſo inſtrumento. d. l. falſi, vbi notant omnes, nec frater poteſt accuſare fratrem ſuum de crimine capitali, quamuis de alio illũ accuſare poſsit, l. ſi magnum, vbi Doctor. & l. ſi foro rem, C. de his qui accuſat non poſſ. niſi proſequatur iniuriam, vt tenet Bart. in d. l. ſi magnum, licet pater, aut mater poſsit accuſare filium ſibi inſidentem. l. propter, vbi Doct. C. de his qui accuſar. non poſſ.

16 Accuſatus de vno crimine ab vno accuſatore nõ poteſt ab altero accuſari de eodem crimine, niſi ille alter proſequatur ſuam, vel ſuorũ iniuriam, & neſciat, quòd delinquens ab altero ſit accuſatus, de diuerſo autem crimine bene poteſt ab altero accuſari, cum de vno accuſatur, & iudex debet pronunciare ſimul de vtroque, aut ab vno de pluribus criminibus in eodem libello, l. pen. vbi Doctor. ff. de priuat. delict. & l. ſi cui. §. hiſdem criminibus, vbi Bartol. num. 1. ff. de accuſat. & l. qui de crimine, vbi Doctor. C. de accuſat. ſpecul. in titul. de abolit. & probat. §. ſciendum, numer. 6. Iul. Clar. lib. 5 §. fin. quæſt. 13. num. 3. & eſt communis, vt per Rom. conſil. 240 à num. 1. accuſari enim non poteſt quibis de eodem crimine, quia de crimine vnius hominis ſæpius inquiri non debet, quando prima accuſatio fuit informa iudicij, & nulla interuenit præuaricatio, nec in competentia iudicis, c. de his, vbi Anton. de Butr. Innocent. Hoſtien. Ioann. Andr. Abb. Fel. & communis de accuſat. & c. ex tuarum, de purgat. can. & c. admonere. 33. quæſt. 2. & c. veniam. 35. quæſt. 9. & l. licet. §. fin. vbi. Doctor. ff. naut. caup. & l. bona, vbi Dec. numer. 4. ff. de regul. iur. Bartol. in l. ſenatus, n. 4. ff. de accuſat. ſpecul. d. §. ſciẽdum, nu. 7. Abb. in cap. 2. nu. 2. de empt. & vend. ord. lib. 5. tit. 13 1. dico verbo delictum. §. 14.

17 Accuſatio tàm per viam inquiſitionis, quàm accuſationis, debet celeriter agitari, præcipuè accuſatio illius, qui eſt in carcere incluſus, vt innocens abſoluatur, noxius vero condẽnetur, & puniatur. l. 1. vbi Bart.

eum.

Digitized by Google

numer. 1. & communis, & l.fin. C.de cuſt. reor.

18 Accuſari poſſunt plures de vno crimine in vno tantum libello ſi volunt, & non debet ſcriba illos diuidere in pluribus libellis, quando illi plures de vno crimine comprehenſi in vno libello, volunt ſimul ſuam innocentiam oſtendere. l. 1. vbi Doctor. C. ſi reus, vel accuſat. mort.fuer. Marian. in cap. 1. numer. 143. verſ. eſt ergo vera, de libell.oblat. Iul.Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 13. numero. 2. ſi vero agitur de diuerſis delictis, non poſſunt plures regulariter accuſari in eodem libello, vt tenet Marian. & Iul.Clar. vbi ſupra, ſi tamen nõ opponatur tenet iudicium, vbi plures de diuerſis criminibus accuſantur in eodem libello, vt tenet Bart. in l. 1. §. accuſationẽ, nu. 4. ff. ad turp.

19 Accuſatio vero vnius, eſt faciẽda de pluribus criminibus in eodem libello, & crimina omnia debent ad primum delictum accumulari, quia non decet, vt quis agat de vno delicto in vno libello, & poſtea in alio de alio delicto, coram eodem iudice, quamuis ex quolibet ſequatur condemnatio, ac ſi in diuerſis libellis crimina proponerentur. facit text. vbi Doct. in l. non eſt nouum. ff. de act. empt. Bart. in l. prætor edixit. §. ſi mihi, in prin. ff. de iniur. & famoſ. libell. & hoc obſeruat praxis, licet quis poſsit de pluribus criminibus ſeparatim accuſari, & vbi ſuper vno crimine fuerit in cauſa concluſum, erit ſuper ſedendum donec cauſa ſuper altero crimine expediatur, quando cauſæ agitãtur ſub eodem iudice, aut accuſatus eſt in vno loco carceratus; ex doctrina Bartol. in l. qui de crimine, C. de accuſat. Grill. de diuerſ. crimin. lib. 3. quæſt. 1. nu. 13. Iul. Clar. lib. 5. §. 13. n. 5.

20 Accuſare poteſt iudex ex officio illum, qui eſt infamatus de crimine defficiente accuſatore, aut diſiſtente, in caſibus, vbi iudicis officium habet locum, c. 1. & 2. vbi Doctor. de colluſ. deteg. & c. nos, inter, vbi gl. 1. Ant. de Butr. Innocent. Abb. & omnes & c. inter. de purgat. can. & c. ſi mala. 2. q. 5. gloſſ. fin. in c. 1. de accuſat. ord. lib. 5. tit. 117. §. 16.

21 Accuſatus ab vno iudice minore, poteſt poſtea accuſari a maiore, vel per inquiſitionem, ſi ille accuſatus procurauit, vt ab illo iudice minoris curiæ præuenta ſit iuriſdictio, vt in illa minoria curia ſibi minor pœna imponatur, quia tunc non debet illi prodeſſe talis aſtucia, cap. 1. de colluſ. & l. ſi quis homicidij, vbi Doctor. C. de accuſat. & l. præuaricationis. ff. de præuar. & glo. vnica, in c. de his, vbi Abb. num. 7. & Fel. num. 11. de accuſat. Bart. in l. 3. §. præuaricatorem, §. ad turp. & Bald. Angel. Flor. Iaſ. & alij, in l. ſi ſeruus, §. ſi quis ante. ff. de leg. 1. & Gam. deciſ. 53. numer. 2.

22 Accuſatus ab aliquo, non poteſt accuſare ſuum accuſatorem de aliquo crimine, antequam ſit liberatus ab illo crimine, de quo accuſatur, niſi proſequatur ſuam, ſuorumque iniuriam. l. is qui reus, vbi gloſſ. 2. & Doct. ff. de public. iud. & l. neganda, vbi Bartol. Bald. & alij. C. de his accuſar. non poſſ. & c. neganda. 3. quæſt. 3. Doenn. regul. 29.

23 Accuſator, ſi poſtquam fecit citare accuſatum, non apparet, eſt requirendus, & ſi non veniat ad terminum præfinitum, amplius non auditur, niſi iuſtam cauſam ſuæ abſentiæ oſtendat. l. qui crimen, ex l. ſi ea, quæ, vbi Doctor. C. de his, qui accuſar. non poſſ. & cap. accepimus, de fid. inſtr. & c. licet, vbi gloſſ. 1. & Innocent. Abb. Felin. & omnes, de accuſat. & c. quis quis. 4. quæſt. 4.

24 Accuſatione pendente contra Prælatũ, Abbatem, ſeu aliquem ſuperiorem debent ſubditi obedire, ſine tamen litis præiudicio, quoniam litis pendentia non eximit ſubditos, ab obedientia, ſed potius lite pẽdente nihil eſt innouandum, c. olim. vbi Doctor. & cap. 1. & per totum, vt lit. pend.

25 Accuſationes criminales regulariter viuunt viginti annos, & non vltra, l. qui falſam, & l. querelam, vbi gloſſ. 1. & 2. & Doctor. communiter, C. ad leg. Cornel. de falſ. & gloſſ. verbo teſtes, in c. ex parte. de teſt. Abb. in c. illud autem, nu. 23, de præſcript. non nullæ tamen minori temporis ſpacio extinguntur, vt notat. gloſſ. ver. ſicut cætera, & Doct. in d. l. querelam, C ad leg. Cornel. de falſ. & dicam, verbo delictum, §. 35. vbi vide.

Verbo Actio.

1 ACtionum duo ſunt genera, quædam enim ſunt merè actiones reales, & quædam merè perſonales, differuntque interſe, nam actiones reales ſunt illæ, quæ

Digitized by Google

oriuntur ex iure, quod quiſq; in re habet, actiones vero perſonales ſunt illæ, quæ naſcuntur ex contractu, vel quaſi contractu, ſiue ex maleficio, l. actionum genera. ff. de act. & obligat. & l. 1. in prin. ff. eodem. & §. omnium, vbi Doct. & §. appellamus. inſt. de act. gloſſ. verbo actione, in c. fin. §. in illis, vt lit. non cont. Bald. in l. ſi certis annis. col. pen. C. de pact. Iaſ. in Rubrica, num. 2. ff. de reb. cred. & in Rubrica, num. 1. C de in offic. teſtam. & ex his aliæ dicuntur vniuerſales, aliæ generales, aliæ particulares, aliæ rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ præiudiciales, aliæ mixtæ, §. ſequẽs & d. §. appellamus, & §. præiudiciales, inſt. de act. Abb. in c. ſignificantibus. num. 18. de libell. oblat.

2 Actiones aliæ ſunt bonæ fidei, & aliæ ſtricti iuris, actiones namque bonæ fidei ſunt hæ. actio ex vendito, empto, locato, conducto, & negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo præſcriptis verbis, & quæ de æſtimato proponitur, permutatio, & hæreditatis petitio, aliæ vero dicũtur ſtricti iuris. § actionum autem, vbi Doct. Inſt. de act. l. in omnibus. §. de act. & obligat. & gloſſ. verbo bona, in c. cum venerabilis, de except.

3 Actiones populares dicuntur illæ, quæ principaliter, aut incidenter competunt vniuerſo populo, & in quibus iniuria eſt publica, & vtilitas, vel damnum pertinet vnicuique, & in iſtis actionibus vnuſquiſq; de populo admittitur ad agendum pro re populari, niſi aliquo iure agere prohibeatur, & ſi plures ſimùl agant iudex eliget digniorẽ, niſi magis alicui ſua interſit, quàm alij, l. ſi plures. & l. ſed ſi. ff. de pupil. act. & l. ſi plures, vbi Bart. num. 1. ff. de accuſat. ſi tamen vnus egerit, & ſuccubuerit in actione populari, non poterit alius iterum experire, ſi per colluſionem actum non fuerit. l. cum qui. §. in pupilaribus ff. de iur. iur. Abb in C cum inhibitio, num. 10. de cland. deſponſat.

4 Actio eſt ius agendi, vel perſequendi in iudicio, & eſt ius generale. l. 1. §. fin. vbi Bart. ff. de rei vindicat, & prin. vbi Doctor. inſt. de act. Iaſ. in l. ſoluto matrimonio. §. quod ſi in patris, nu. 22. ff. ſolut matr. ſpeculat. in titul. de præbend. & dig. §. 1. numer. 1.

5 In actione bonæ fidei propoſita iniudicio videntur venire omnia illa, quæ in ea includi poſſunt. l. ſolemus, vbi Doctor. ff. de iud. & l. Atteius. § in hoc iure. ff de aqua plu. arc. & l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict. & gloſſ. verbo iniudicium, in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & prop. hoc tamen eſt intelligendum in iudicijs ſpecialibus, ita quòd comprehenſa in libello, ſint proportionabilia actionis naturæ iniudicium deductæ, vt notant Abb. in d. c. cum Eccleſia Sutrina, numer. 58. ſecùs namque eſt iniudicijs ſtricti iuris, quia ibi non veniunt niſi illa, de quibus nominatim actum eſt, vt venirent. l. & eleganter. §. non ſolum, vbi Doctor. ff. de dolo. & l. quidquid. ff. de verb. obligat. d. gloſſa verbo iniudicium, in d. cap. cum Eccleſia Sutrina.

6 Actio, quæ competit infactum ex reiudicata eſt perpetua, l. miles. §. fin. ff de re iud. & l. actori, vbi Doct. C. de reb. cred. & licet actio, ſuper qua lata fuit ſentẽtia fuiſſet temporalis, & tranſitoria, nihilominus actio eſt perpetua, quia tunc non attenditur origo cauſæ, & actionis, ſed quod iudicatum fuit tanquam noua obligatio ex ſententia oria, d. l. miles. §. fin. & gl. ver. competit. ff de re. iud. & l. licet. §. idem ſcribit, vbi Doct. ff. de pecul.

7 Actio in rem competit illi, qui dominium acquiſiuit, iure gentium, vel ciuili l. in rem actio, vbi Doct. ff. de rei vind. & l. ſi viniæ, vbi Bald. Salicet. & alij. C. de præſcript. long. temp. & ſpeculat. in tit. de nat. ex lib. ventr. nu. 7. & ſicut competit pro rebus corporalibus, ita pro incorporalibus, l. & ſi forte, §. ſciendum, vbi Doct. ff. ſi ſeruit. vind. & l. vti frui. §. ſi cui, ff. ſi vſu Fruct. Pet. & Bartol. in l. ſi prius, num. 3. ff. de noui. oper. nunc. & etiam competit pro re ſpecialiter legata. ſi res teſtatoris legatur, vt tenet Bartol. in l. 1. numero. 12. ff. de lega. 1.

8 Actiones plures contrariæ non poſſunt ab actore ſimul, & vno libello proponi, ſed ex pluribus contrarijs, & diuerſis actionibus debet actor eligere certam actionem, & electa vna actione mandati, ſiue furtiua non poteſt tranſire ad aliam. l. nunquam actiones, vbi Doctor. & l. nemo. §. quoties, vbi Decius. ff. de regula. iur. & l. 1. vbi Bart. Bald. Salicet, & alij. C. de furt & ſeru. corrupt. & gl. ver. dicit. in §. namque inſt. de actionib.

9 Actiones ſunt cædendæ illi, qui litis æſtimatio-

timationem ſoluit, quando non fraude, nec dolo poſsidere deſinuit. l.ſi culpa, vbi Doct.ex l.is qui dolo.ff. de rei vindicat.in iudicis tamen bonæ fidei, ſunt actiones cedendæ, quamuis fraude, & dolo ſoluens deſinat poſsidere, l.in depoſiti.vbi gl.1.Bart. & omnes.ff.de reiud.

10 Actio debet ventilari vſque perueniatur ad veritatem cauſæ, & iuſtitia ambarũ partium illuminetur, nec debet iudex proferre ſententiam priusquam partes afferãt ſuas allegationes, ſuasque proponant quæſtiones, ita, vt nihil prætermiſſum remaneat, quo iudex inſtrui poſsit. c.cum cauſam, vbi Doct.de teſtib.& c.iudicantem.30 quæſt.5.& c.in primis.2.q.1. & c.occidit. 23. quæſt.8. & l.iudices, vbi Bartol. Bald. Alexand.& alij, c.de iud.& authent. iubemus, vbi etiam notant Doctor. C.eodem, titul.

11 Actio tamen per empta non reſuſcitatur ex non obſeruantia pacti, ſed potius actio ſemel extincta non reuiuiſcit. c. ex inſinuatione, vbi glo.verb primæ, & Doct. de ſim.& l.cum mota, vbi Bart. Ang. Paul. de Caſtr. Salicet. Bald. Imol. Alexan.& omnes, C. de tranſact.& l.qui res. §.arcam.ff. de ſolut.& glo. fin. ad fin.in c.fin.de adult. ſi tamen vnam cauſam ſum proſecutus, & ſuccumbo. poſſum. eandem rem ex alia cauſa petere. l.ſi mater.§.1.& 2.vbi Doct.ff.de except.rei.iud. l.hæreditas. C.de pet.hæred. c.fin.de cauſ.poſſ.& prop.

12 Actionis nomen non cogitur actor exprimere in libello, de iure canonico, ſed ſufficit proponere factum pure, & ſimpliciter, ita tamen, vt veritas negocij clare, & diſtinctè oſtendatur, c.dilecti, vbi Doct. & c.paſtoralis de iud.& etiam de iure ciuili. ſi ſummatur propriè, pro effectu, & iure agendi, ſeu proſequendi in iudicio. l.edicta, vbi Doctor. C.de edend.& Abb.in d.c. tunc dilecti.nu.15. de iud. ſi tamen actio, & intentio actoris fuerit inepta, eſt.reijcienda à iudice, & reus eſt abſoluendus ab inſtantia iudicij, attamen ſi actor iterum rectè agat, eſt audiendus, vt tenet Ant.de Butr. Innocent. Ioann. And. Hoſt. Abb. Fel. & omnes in c.examinata de iud. per text. ibidem.

13 Actio de dolo datur contra quẽcunque doloſum, non tantum vt actor rem conſequatur, ſed etiam quanti ſua intereſt, & ſi plures fuerint doloſi, vnusquisque tenetur inſolidum, cum tamen vnus ſarciat damnum alij liberantur, hæc vero actio non tranſit adhæredem, niſi quatenus ad eum peruenit. l.ſi plures, & l. arbitrio. §.dolo, & l.in hæredem, vbi Bartol.& l.dolo. ff.de dolo malo.

14 Actio criminalis, & ciuilis poteſt ſimul intentari, nec vna intentata tollitur per alteram. l.1.vbi Doct.C.quand.ciuil.act.criminal.præiud.& l.damus, C.ad leg.Corne. de falſ.& l.fin.C.de ord.iud.& l.interdum, vbi glo.verb.interdum.ff.de public.iud. & glo.ver.furatus.in §.fin.inſt.de offic.iud.& gl.verb.publice. in l.perſpeciendum. ff.de pœn.

15 Actio directa, & vtilis regulariter datur vnicuique, cuius ſua intereſt, & nulla eſt differentia in effectu, in actione directa, & vtili, quamuis communis aliter diſtingat. l.actio negociorum, vbi Doct.ff.de negoc. geſt.gl.in l.ex legato. C.delegat.Iaſ.in l.cũ fundus. §. ſeruum, num.15.ff.de reb.cred. cuius enim non intereſt, agere non poteſt quia iſta exceptio non poteſt agere quoniã tua non intereſt, impedit litis conteſtationem, vt tenet Bart.in l. ſi vnus.§.ante omnia, n.3.ff.de pact.

16 Actio tam perſonalis, quam realis competens in bonis, poteſt vendi, ante litis cõteſtationem, tam ignorante creditore, quã ſciente, licet non poſsit pars illius vendi, & pars donari, quia tunc præſumitur ſimulatio litis. l.3.vbi Doct.& l. fin. C.de hæred. vel.act.vend.& l.pen.& vlt. C.mand.& l.2. C.de litig. & l.ſi acreditore, C.de obligat. & act. Abb.in c.fin.n.6.de alien.iud.

17 Actio legati competit contra hæredem, & etiam cõtra hæredem hæredis, vſque ad infinitum, l.1. in prin. ff.quorum leg. & l. vnum ex familia.§.ſi rem tuam, & §. inſolidum inſt.deleg.& c.filius, vbi glo.2. de teſtam. quoniam hæredis appellatione venit hæres hæredis, in infinitum, l.cum ita datur, & l.legato, ff.de cond.& demonſtrat. & l.ſi quis filium, §.in omni. ff.de acquirend. & l.in annalibus, C.deleg.quamuis, non reputetur eadem perſona, vt tenet Dec.in l. hæredem, n.7.ff.de regul. iur.

18 Actio legati datur in rei vindicationem aliquando, ex non nunquam in hæredem, & hipothecaria, in rebus deffuncti, l.1.vbi gl C.comm. deleg. & l.a Titio.ff.de Fuſt.& Bart.in l.1.num.12.ff.deleg.1.& Iaſ.in l.ab emptione.n.12.ff.de pact.& in d.l.1.n.114 & 115.ff.deleg.1.& in l.1.nu.4.C.communia delegat.

Actio

Digitized by Google

19 Actio intentata ab vno hærede, ſeu ab vno legatario, tranſit a d illius hæredes, & ſi poſtquam deceſſeri, plures relinquat hæredes, inter illas eſt diuiden ia, & vnuſquiſque pro ſua portione agere debet. l. ſi petitor vbi gloſſ. verbo egerit, & Bart. ff. de iud. niſi actio ſit intentata ſuper indiuiſo. quia tunc ſinguli agent inſolidum l. viæ, itineris vbi gl. ſ fin. & Doctor. ff. de ſeruitut. & Bart. vbi ſupra.

20 Actio confeſſoria datur poſsidenti, ne inquietetur in ſua poſſeſsione, aliquando tamen datur illi, qui non poſsidet, ſed cuiten i. ſibi ſerui utem deberi. & etiam datur illi, qui eſt in quaſi poſſeſsione, l. ſi ſit ſcien dum vbi Bart. & C & l. ſicut. § ſed ſi quæritur. vbi etiam Bart. & l. ſi quis. § agi autem. ff. ſi ſeruit. vind. & glo. verbo poſsidebas. in c. examinata. de iud.

21 Actio negatoria competit illi, qui negat aliquem eſſe in quaſi poſſeſsione e. igendi ſeu habere ſeruitute. l. de ſeruitutib. vbi Bar. & l. eg ius. ff. ſi ſeruit. vin l. facit text vbi Doct. in C cum Eccleſia Sutrina. de cau. poſſ & prop. & glo. verb poſsidebis. de ia l ſpecul. in tit. de pub. & ſeruit. § 1. num. 17.

22 Actionem ſuam intentat vnuſquiſque per ſe ipſum alienam autem procu atorio nomine, ſiue tuto io, ve. curatorio. p in. Inſt. de his per quos ag. poſſ. vbi Ang A. et. & omnes, & c. pafto. a. is. vbi notant ſcr. bēces de iud.

23 Actione carens nō admittitur ad agendum, ſed potius repellitur, & ita pro re, quam agens poſsidere non poteſt. l. ſi pupilli, §. videamus. vbi Bart. & omnes. ff. de neg. ge & l ſi quid p oſſeſſor. §. ſicut. ff de pet. hæred. & l. quoties. §. item ſi. ff. de adminiſtr. tut. gloſſa verb o con ingere in C. Apoſtolicæ de except. & glo. verb. actio. in c ſi lite. ti de iud. Abb. in c. 1. num. 3. de for. comp. & in c. a l aures, num. 5. de præſcript. & actio redundat nulla etiam pars. non opponat, vt tenet Rom. conſil. 224. colum. 2, Alexan l. conſil. 166. lib. 1. Paul. de Cutr. con l. 195. colum 2. ad fin. lib 2. Cornel. conſil. 162. lib 4. Craſt. conſil 191. num. 2. Menoch. de arb. lib. 1 quæſt. 16. numer. 2. niſi vbi actio naſci ſoreretur ex aliquo facto de præterito l. ſi Titius. vbi Doct. ff. de verb. obligat. ex l nuda. vbi Bart. ex Bal. & Salic. Alex. conſil. 27. col. 1. lib. 1. Menoch vb' ſupra, nu 5.

24 Actio enim in rem non datur in rebus, quæ in nullius bonis ſunt. l. in rem. §. loca l. quæ religioſis. vbi Bartol. ff. de rei vin l. pro ſure tamen, quod in eis habemus bene poſſumus vindicare a lieta cauſa de iure canonico. ex Bart. ſupra relato.

25 Actio rei vindicationis non competit emptori, vel donatario, niſi poſt rem traditam l ſeruum vbi Doct. C. de rei vind. & l. diuiſionis. ff. de pact. & l ſi diuiſionem C famil. erciſ. & l. qui tibi, C de hæred. vel act. vend. & c Abbate cum gloſſa ibi verb o ex largitione. vbi Doctor de reiud. lib. 6. & l. ſi ager. ff. de rei vind. fallit tamen in actione ad Eccleſiam competente, & ad res pias, & in legato vendito, ſeu donato, vel relicto l. vt inter. vbi Bart. nu. 22. & alij. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

26 Actio iniuriarum durat annū, & per lapſum anni aſpirat ex parte r. l. ſi conuitij, vbi Doct. C. de iniur. & glo ver. introduxit, & Ang de Arer. inſt de iniur. in §. ſed & lex, & Bar. in l. in honorarijs, num 1. ff de act. & oblig. & Abba. in c. ea noſcitur, nume. 4. de ſentent. excommun. & Specul. in tit. de iniur. § 1. n. 14. & ſine de criminali, quia ciuilis eſt perpetua, dico ver. iniuria § 20.

27 Actio iniuriarum datur quando aliquis dicit contra aliam, aliquid in præiudiciū fam e, vel bo orum morum illius, & dicat animo iniuriandi, quam uis verum ſit illud, quod dicit, niſi illud verum expediat dicendi, a it Reipub. icæ, quia tunc licet, aliter enim iniurioſum eſt noſtros detegi defectus, c. cum te, vbi Abb. de ſenten. & re iud. & l. item apud. §. 1. & § adijcitur, vbi Doct. ff de iniur. & l. 2. C. quād. & quib. quæſt. perſ d b. l. b 10.

28 Actiones perſonalis regulariter ſpacio triginta annorum finiuntur prætoriæ vero per lapſum anni l. ſicut, & l. omnes, vbique Doctor communiter C. de præſcript. triginta vel quadraginta annor. & l. neque. C. quib. non obijcit long temp. præſcrip. & l. 1. C de annal. excep. & l. 2. C de conſt. pecun. & l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. de vi, & vi armat. & princip. inſt de perpet. & temp. act. vbi gloſſ. verb. conſtitutionibus, & ver. intra annum, & l. ſciendum. §. fin. ff de ædil. edict. cum mala fide tamen nunquam actiones finiuntur C. poſſeſſor. vbi Doctor. de reg iur. libr. 6. & Abba. in cap. per tuas, numer. 8. de donat.

29 Actio de peculio eſt perpetua dū viuit ſeruus

ſeruus,& poſt mortem illius eſt annalis,de in rem verſo autem eſt perpetua,tam dum viuit ſeruus,quam poſt mortem illius, l.ei qui ſeruo, vbi Bart.Salice.Pau.de Caſt. & alij.C.quod cum eo,& l.1.vbi etiam notat Bart. ff. de in rem verſ.& l.1.§.annus autem.ff quand.de pecul.act.annal.eſt.

30 Actio pœnalis ſurgens ex ſtatuto populi, eſt perpetua, & durat triginta annos ſurgens autem ab ſtatuto perſonarum particularum,eſt annalis,ſicut actio prætoria. l.in honorarijs,vbi Doct.ff.de act.& oblig. & Bart.Bald.& omnes.in l.ōnes.ff.de iuſt. & iur.& Abb.in c.fi.nu.8.de of.leg.

31 Actio hypothecaria durat quadraginta annos, contra directum poſsidentem, contra tertiā tamen poſsidentem finitur ſpacio decem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes, & competit contra quemcunque poſsidentem. l.1.& l.2. vbi Doct. C.ſi aduerſ.cred. & l.pro hæreditarijs partibus.C.de hæred.act.& l.de eo.§.fi.ff.ad exhiben.& gl.2.in l.intelligere. C. deluit pig.& gl. pen.in l.ſi a creditore. C. de obli.& act.& gl.ver.acceſſorium ad medium, in c.acceſſorium,de reg.iur. lib.6.

Verbo Actor.

1 ACtor dicitur ille, qui ad iudiciū prouocat, quamuis in actione finium regundorum, & communi diuidundo, & famil.ercifcund.vterque tam reus,quā actor habeat vicem actoris, quoad cauſæ deciſionem non tamen quoad ordinatiua iudiciorum, quia quo ad illa ordinatiua, ille, qui prouocat habet tantumvicem actoris, & prouocatus habet vicem rei l.in tribus, vbi Doct.de iud. & l.2.ff.commu.diuidun. & glo.1. in l.duo iudices, vbi Iaſon.num. 14.ff.de re iud. & ita reus in ſua replicatione, & exceptione habet vicem auctoris l.1. vbi Bart.nu.1. Paul.de Caſtr.& alij,ff. de except.præſcript.& præiud. & l. in exceptione. ff.de prob. Valaſc. de iur.emph. quæſtion.8.nume.8.

2 Actore & reo concordantibus,& in lite paciſcentibus,in cauſis ciuilibus,debet iudex illorum ſequi voluntatem, & ſecundū illorum concordiam,& pactionē ferre ſententiam, in cauſis pertinentibus ad ipſum actorem,& reum,non tamen in cauſa tangenti ad Rempublicam, ſeu ad alium tertium, vbi ille tertius,non concordat, nec in alimentis teſtamento relictis,ſeu in codicillis,nec in cauſis criminalibus,aut quādo iudex ſequendo voluntatem, & concordiam actoris,& rei cōmitteret expreſſum errorem in ſententiā,in caſibus enim iſtis, non tenetur ſequi illorum concordiam,& voluntatem,ſed tenetur,tunc proferre ſententiam, ſecundum iuris diſpoſitionem.l. ſi conuenerit,vbi Bart.num.2. Iaſ.num.1. Paul.de Caſt.Alex.& omnes.ff.de re iud.& l.1.§. & poſt operis,vbi etiā notant Doct. ff.de nou.ope.nun.& l.locatio.§.illicite.ff. de pub.vectig.& l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.& l.cum hi. ff. de tranſact.& l.iuris gentium.§.ſi paciſcar, vbi Bar. ff.de pact.

3 Actore & reo pariter probantibus abſoluitur reus, & in cauſis illis,vbi vterq; habet vicem actoris fertur ſentētia pro poſſeſſore,& pro cauſa fauorabili. c. ex litteris,vbi Ant.de But.Innoc.Imol.Abb.Fel. & communis,de probat. Menoch. de arb. lib.2.cent.1.cau.98.nu.2.Dec.in l.qui accuſare, numer.6.C.de edend.& ibi Iaſon. num.5. Alciat.num.17.Purpur. nu.13.

4 Actore non probante id, quod eſt cauſæ ſuæ intentionis, & rem,quā expreſsit,reus eſt abſoluendus,quamuis nihil probet,niſi quando actor fundauit ſuam intentionem in iure communi,aut quando reus ſuſcepit in ſe onus proban i. c.cum eccleſia Sutrina, vbi Doct.de cauſ.poſſeſ.& propr.& c. vnico,vt eccleſ.benef. ſine diminut. conf. & c.iuramentum.§.ſane, de iureiurand.& c.accuſator,6.q.fi.& c.contra morem.100. diſtinct.& c.omnes Baſilicæ. 16. q.7. & l. ſiue poſsidetis,vbi Doct. C.de probat.& l. actor.ibidem,& l.ſi eius. ff.ad Trebell.& l. qui accuſare.C.de edend. & l.fin. C.de rei vind.& c.Abbate,vbi Dominic. Ioan.Monach.& Ioan.And.& omnes, de ſent. & re iud.lib.6.gl.ver.in longinquo,in l.ſi quis. §.prætor.ff.de edend. Doennas,regula.22.

Actor ſequitur forum rei,ita vt ſi clericus conueniatur nō poſsit renunciare ſuo foro, ſine licentia ſui Epiſcopi, c.cū ſit generale,& c.ſignificaſti, & c. ſi clericus, de for.competen.& c.1. vbi Doct.eodem tit. lib.6. & c.experientia, & c. ſequenti. 11. quæſt. 1.& l.quoniam,C.vbi & apud quem & l.iuris.C.de iuriſdict.omnium iud. & l. actor. C.vbi in rem act.& l.hæres.§.fi.ff.de iud.& gl.1.in l.1.ff.eod.titul.tacite tamen poteſt clericus renunciare ſuo foro, quā-

uis

Digitized by Google

uis nõ poſsit expreſſe,licet aliud ſit in laico,quoniam tacite, & expreſſe poteſt foro ſuo renunciare.c.fin.vbi Doct.de for.competent.& cap.1.§.contrahentes,vbi Dominic.Philipp Ioann.Andr. & omnes,eo.tit. lib.6.Iaſ.in l.3.n.13.ff.de reb.cre.

5 Actor non poteſt trahere reũ per reſcriptum ſummi Pontificis, ſeu alicuius Principis,vltra vnam dietam a fine diœceſis,numeratam.c.ſtatutum § cum vero,& §. ſeq. vbi Doct. de reſcrip.lib.6.& clement.1.eodem titul. & clement vnic.de for competen.hoc tamen non eſt intelligendũ in cauſa appellationis,nec quando reus originarius appellauit ab aliqua ſententia, quia tũc poteſt impetrare reſcriptum a ſummo Pontifice ad iudicem vltra vnam,vel plures dietas, & tenetur tũc actor originarius ſequi forum rei, datum per illud reſcriptum,facit doctrina Abb.in c.nonnulli, num 12. de reſcript.

6 Actor poteſt tranſire de poſſeſſorio ad petitorium, & econuerſo de petitorio ad poſſeſſorium, antequam ſit concluſum in cauſa debet tamen ipſe actor ſoluere expẽſas priuſquam tranſiat de vna ad aliam cauſam, vt eſt text.in clement.paſtoralis. vbi Doct communiter de cau.poſſeſſ.&propr. & c.ſignificauerunt,de teſtib.& l. naturaliter.§.nihil commune,vbi Bart.numer.6.& Iaſon. numero. 67. & 68.ff. de acquirend. poſſ.

7 Actor obtinens in poſſeſſorio coram iudice rei, non tenetur coram eodem iudice reſpõdere de proprietate, ſi eſt de alterius foro,c.fin.vbi gl.ver. ſuper proprietate,& Ant.de Butr. Innoc Hoſtien.Ioann Andr. Abb.& omnes,de iudicijs, nihil enim habet commune cauſa poſſeſſionis,cum cauſa proprietatis. l.naturaliter §.nihil commune,vbi Doctor ff.de acquir.poſſeſſ.ſi autem actor & reus ſint eiuſdem fori, tunc iudex qui cognoſcit de poſſeſsione debet cognoſcere de proprietate.

8 Actor contumax poſtquam prouocauit reum, ad iudicium debet condẽnari in expenſis,& antequam illas perſoluat,non poteſt iterum reum citare,etiam caueat ad cõparendum,& ſi reus inſtiterit, debent teſtes recipi,& ſententia ferri,c cauſam quæ vbi gloſſ verbo ad domum,& Hoſt Ioann. And.Abb & alij.de dol.& contum.& c.1. vbi Dominic.Ioann.And.& Doct.communiter.eodem.tit.lib.6.

9 Actor,qui plene probauit,non compellitur iurare,ſed potius reus tenetur ad reſtitutionẽ rei petitæ, niſi ille reus obiiciat aliquam exceptionem propter quam releuetur ab onere reſtitutionis,c.f.cut vbi Doctor de probat.& l.officium.ff.de rei vind.

10 Actori non licet, quod non licet reo.c. non licet vbi Doct. & c. non debet.de regul.iur.lib.6.& l.non debet.ff de regul.iur. nec actor debet eſſe melioris conditionis quam reus,vt tenet Dec. in d.l non debet numer.3.ff.de regul.iur. idem Dec.in c 1. col.25.de probat.& notant.Doctor.in d.c. non licet de regul.iur.lib.6.

Verbo Adulterium.

1 ADulterium eſt alieni thori ſeu matrimonij violatio,& committitur ſolum cum coniugata.C.lex illa.§. Cũ ergo ver. adulterium.36. quæſt.1. & l.inter liberos. ff.ad leg.Iul de adult.Angel.verbo adulterium,Iul.Clar.lib 5.§.adulterium nu.2.

2 Adulterium committit mulier,quæ fuit in vita tradita ad adulterandum, ſed illud adulterium non eſt illi obijciendum, nec de illo poteſt mulier,quæ in vita adulterauit accuſari,c.intelleximus.vbi gloſſ.verb. mutua,& Ant.de Butr.Innocent.Ioan.Andr.Abb. & omnes de adult.& c.diſcretione de eo qui.cogn.conſang.vxor ſuæ,& c.1.§. 1.& c.propoſito.32.quæſt.5.nec ſi ignorãter adulterauit,& ſine vllo.arg.text. in c.in lectum.34 quæſt. 2.& tenet.d.gloſſa.verbo. mutua.in.d.c.intelleximus de adult.quando enim delictum non committitur principaliter.in iniuriam alicuius nulla pæna venit imponenda,ſi ceſſat dolus.vt tenet Bartol.in l.ſi adulterium num.16.ff.ad leg.Iul. de adult.nec ſi alij nupſit credens virũ abſentem mortuum eſſe c.cum per bellicam 34.quæſt.2.infra, num.18.

3 Adulterium committitur cum meretrice vxorata.& ipſa meretrix punitur pro adulterio.l.ſi vxor.§.1.ff.ad leg Iul.de adult. gloſſ.verb.adulterij. in l.ſi ea.C.de adult.& gloſſ.fin.in l.quæ adulterium. C. eodem.& Capic.dec.44. Amad.de ſind. nu.174.non punitur tamen ille,qui rem habuit cum illa,quæ meritri talem vitam gerebat.l.ſi ea vbi.Doct.C de adult.Bart. in l.quæ adulterium.C.eodem.Ange.in d.l.ſi vxor.§.ſed & in ea,num.1.ff. de adult.Anan.in c.1.nu.6.

de adul-

Digitized by Google

de adult. Riminald. conſil. 17. n. 20. & conſil. 439. n. 23.

4 Adulterium committitur cum muliere ſeparata à viro, etiam per ſententiam iudicis, & poteſt à viro accuſari de adulterio, non obſtante, quod ab illo ſit ſeparata. l. ſi mulier repudij, vbi Bart. Bald. Salicet, & alij. C. de adult.

5 Adulterij crimen eſt mixti fori, & poteſt puniri per iudicem Eccleſiaſticum, ſeù ſecularem, niſi procedatur ſolum ad ſeparationem quoad thorum faciendam, quia tūc ſolùs iudex Eccleſiaſticus, procedit, vt tenet Dec. conſil. 212. nu. 2. Cou. in Epito. ſuper, 4. decretal. fol. 137. nu. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 37. n. 3.

6 Adulterij pœna, de iure canonico à iudice Eccleſiaſtico imponenda, eſt excommunicatio, & in adultera, monaſterj detruſio, & in clerico depoſitio ab officio, & beneficio, & etiam detruſio in monaſterium, & ſic infamis ille, qui cum muliere vxorata commiſit adulterium, & eſt deportatio per iudicis arbitrium, c. de benedicto. 32. quæſt. 1. & c. 1. de offic. ord. vbi Abb. & c. intelleximus, de adult. & c. ſi quis Epiſcopus, aut presbyter. decis 81. & c. gaudemus de conuerſ. coniug. & gloſſ. verb. legitimam, in c. tuæ, de procurat. & gloſſ. in c. lator. 2. q. 7. Abb. in c. etſi clerici, de iud. Bernard. in pract. criminal, c. 79. Cou. in Epito. de Sponſ. 2. part. c. 7. num 19. Gril. de diuerſ crimin. lib. 3 quæſt. 2. num. 1. & quæſt. 6. nu. 11. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 5. nu. 70. Iul. Clar. lib. 5. §. adulterium, num. 7. hodie tamen iam non eſt in vſu apud nos illa deſtruſio monaſterij, ſed iudices Eccleſiaſtici ſolent ponere in laicos pro crimine adulterij quinque annos deportationis in Africam, in locis noſtræ Luſitaniæ, & in clericis quinque annos in AEthiopiam, quod in noſtra lingua Luſitania, dicitur Anguola, mulieres vero deportātur per quinquenium in Braſilicam regionē, requiritur tamen trina admonitio, quando iudex Eccleſiaſticus ex officio procedit, contra illas, qui publice in adulterijs ſeù concubinarijs viuunt. Trid. ſeſsio. 24. c. 8. de reformat. matr. non autem quando proceditur ad inſtanciam partis.

7 Adulterij pœna de iure ciuili, in primis eſt amiſsio dotis, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur de adulterio, auth. ſed nouo. §. vir. & §. virum, vbi Doct. C. de repud. & c. plerumque de donat. inter vir & vxo. & glo. fin. ibidem ſi tamen extiterint liberi, ex matrimonio, inter maritum, & coniugem adulteram, non in totum marito dos applicatur, ſed poſt mortem mariti reſeruatur filijs eorum, authentica, vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero verſ. ſi de adulterio. coll. 8. & glo. 1. in c. 1. vt lit. non conteſt. & alias varias pœnas, quas leges antiquæ, & nouæ ponunt in hoc crimine adulterij per te videre poteris, ſi iura ciuilia per voluas, ſed pœna, quæ noſtris temporibus imponitur pro crimine adulterij, vltrà amiſsionē dotis, & omnia alia bona, quæ tempore accuſationis ad mulierem pertinent, eſt vltimū ſupplicium. l. quanuis, vbi commun. Doct. C. de adult. & l. tranſigere, C. de tranſact. & l. nemo. C. de Epiſcopal. aud. Hoſt. in ſumma titul. de adult. §. quæ pœna, col. 1. Alex. conſil. 13. num. 3. lib. 7. Criman. conſil. 154. num. 2. Cou. in Epito. de ſponſ. 2. part. c. 7. num. 16. Iul. Clar. lib. 5. §. adulterium, nu. 7. Menoch. de arb. lib 2. Cent. 5. num. 38. Corras. libr. 2. Miſcellan. c. 1. & hoc vltimum ſupplicium tàm fœminæ, quàm maſculo infligitur, vt tenet Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo Chebai adulterato nu 44. Ant. Gom. in l. 80. Tauri, num. 47. & apud nos eſt ord. lib. 5. titul. 25, in prin. & § 1. nec mulier adultera, poteſt teſtari de aliquibus bonis tàm dotalibus, quàm paraphernalibus, quoniam omnia marito applicantur, ſi mulier vltimo ſupplicio puniatur, & filias, ſeù deſcendentes non habuerit, vt notat gloſſ. fin. in d. c. plerumque, vbi Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. Fel. in c. paſtoralis, num. 5. de iud. Alex. conſil. 189. nu. 3. lib. 6. Marſ. in l. vnica nu. 148. c. de rap. virg. & in ſingul. 334. Iaſ. in l. fidei commiſſum, num. 3. c. de fid. commiſſ. Rom. ſingul. 315. Menoch. de arb. lib. 2. Cent. 5. Cau. 419. num. 59. Boer. in quæſt. 338. ord. lib 5. titul 25. §. 6. licet tamen mulier conuicta ciuiliter de adulterio amittat dotem, & bona paraphernalia, de iure cōmuni, ita vt amplius illa repetere non poſſit, vt eſt text. in d. c. plerumque, de donat. inter vir. & vx. & in l. cum mulier. ff. ſolut. matr. Bald. in nouell. de dot. part. 11. §. hactenus, num 36. Berm. in tit. de concub. fol. 43. num Cou. r. l. in Epito. ſuper. 4. decret. c. 7. § 7 num. 1. Bologn. in Rubrica. nu. 29. C. de edend. viuius, lib. communium open. verſ. vxor per dit. fol. 318. Iul. Clar. lib. 5. §. adulterium, nu. 13. & eſt communis, vt per Alex. conſil. 189 nu. 10 lib. 6. per ord. tamē noſtram d. lib. 5. tit. 25. § 7. non amittit mulier bona ſua, niſi quando pœna mortis

Digitized by Google

naturalis pro adulterio fuerit condemnata, quæ ord. in noſtra Luſitania tantùm eſt obſeruanda, & in foro ſeculari, ſicut alibi ſtatuta in ſuo regno, ſeù prouincijs ſunt obſeruanda.

8 Adulterans cum aliqua muliere vxorata, ſi aliquando fuit accuſatus, & propter penuriam probationis, aut propter aliquam exceſsationem fuit abſolutus, nihilominus, ſi iterum adulterauit, poteſt iterum accuſari, & puniri, non obſtante illa abſolutione authentia, vt nulli, iud. §. ſi quis vero, coll. 9. vbi Doct. Abb. in c. ſicut nobis, num. 3. de teſtib. quoniam delicta toties puniuntur, quoties iterantur. c. 1. vbi Abb. num. 1. de pœn.

9 Maritus adulterantis poteſt impune interficere adulterum, ſi eſt vilis perſona, & mulierem adulterantem, & ſi adulterans nō erat, vilis mitius punietur. l. gracchus, vbi Bart. Bald. Salicet. & communis, C. de adult. & etiam deprehenſus in adulterio poteſt interfici à filio mariti, ſeù à patre vxoris, d. l. gracchus, & l. patri. ff. de adult. oportet tamen, aut pater poſsit in pæne interficere adulterantem, vt etiam filiam interficiat, & illam habeat in poteſtate, & quòd in domo ſua illos adulterantes inueniat, aut indomo generi, non autem alibi. nec alio modo, vt tenet Berm. in titulo de concub. nu. 5. fol. 267. Iul. Clar. lib. 5. § homicidium, num. 48. maritus tamen ſi ter admoneat mulierem, ne loquatur cum illo, de quo ſuſpicionem habet, & poſtea illam inueniat cum illo in latebris, aut in partibus ſecretis, ſiue in domo ſua, ſiue adulterantis, colloquentem cū illo, poteſt tunc interficere impune vtrumque quia certè nō præſummitur dicere pater noſter. l. ſi quis ei, quem, vbi Late. Bald. C. de adult. & authent. vt liceat matr. & au. §. his quoque, vbi Bart. nu. 1. coll. 8. & gloſſ. ver. in latebris, in c. litteris, vbi Doct. depræ ſumpt.

10 Adulterij probatio eſt difficilis, & conficitur per violentam præſumptionem, non autem per temerariam, nec leuem, c. maritis, vbi Doct. de adult. authē. vt liceat matr. & au. §. his quoque, vbi Bart. coll. 8. & c. tua fraternitas de iur. iur. & cap. litteras de reſt. ſpol. Abb. in c. fin. nu. 2. de adult. ita vt teſtes ſingulares deponentes de diuerſis actibus ſufficient. tenet Alex. conſil. 13. nu. 24. lib. 7. licet contrarium teneat Iul. Clar. §. fin. quæſt. 53. n. 18.

11 Et quamuis non ritus poſsit impune occidere adulterum comprehēſum cum vxore ſi eſt vilis, perſona, nobilem. tamen aut conſtitum indignitate occidere non poteſt impune, vt d. l. gracchus, vbi Doctor. C. de adult. & l. marito, & l. ſi adulterium. §. imperator. ff. de adult. & l. qui occidit. ff. ad leg. aquil. ſi autem propter iuſtum dolorem adulterum perſonam nobilem, aut indignitate conſtitutam occidat. non punietur vltimo ſupplicio, ſed alia pœna arbitraria, puta ſi eſt humilis perſona damnatur in metallum, ſi autem eſt honeſtior relegatur in inſulam, l. ſi adulterium. cū inceſto, §. Imperator. vbi Doct. ff. de adult. paris, conſil. 154. n. 12. lib. 4. Socin. Iun. conſil. 34. lib. 2. ord. lib. 5. tit. 38.

12 Maritus occidens Clericum deprehēſum in adulterio, cum vxore, non incidit in canonem ſi quis ſuadente diabolo, nec aliquā incurrit pœnam. c. ſi vero. 1. §. nec ille, vbi Doct. communiter. de ſniā. excot. Anton. Gom. in l. 80. Tauri. nu. 55. Iul. Clar. lib. 5. §. homicidium, num. 49. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 5. cau. 419. nu. 92. hoc tamen eſt intelligendum in foro cōtentioſo, nam in foro conſcientiæ non licet marito mulierem, ſeu adulterum occidere, gloſſ. 1. in c. inter hæc. 33. quæſt. 2.

13 Adulterium non dicitur, fornicatio mulieris, perpetrata antequam fuiſſet vxorata, nec ſi maritus, poſtquàm fuerit coniugatus, ſciat mulierem habuiſſe copulam cū alio, poteſt illam accuſare de adulterio, propter illam anteriorem fornicationem. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem, vbi Bart. nu. 1. & §. fin. ff. de adult. & l. propter violatam, vbi Bald. C. eodem, tit. nec ſponſa de futuro. poteſt accuſari. de adulterio, vt tenet Mant. in l. trāſigere, num. 52. C. de tranſact. & Ant. Gom. in l 80. Tauri, nu. 47. Iul. Clar. lib. 5. §. adulterium, n 8. & eſt communis, vt. per Leon. in tract. de nou. op. §. 6. n. 10.

14 Adulterium mulieris poteſt maritus accuſare conſtante matrimonio. auth. ſed nouo. vbi Doct. C. de adult. & authēt. vt liceat matr. & auiæ. §. quia vero. plurimis. coll. 8. Bald. conſil. 310. lib. 1. Rom. conſil. 451. Bologn. conſil. 23. grat. conſil. 50. lib. 2. Mantua. conſil. 43. lib. 1. Iul. Clar. lib. 5 §. adulterium, n. 1. non poteſt tamen accuſare adulterum, & adulteram in eodē libello. l. ſi maritus. §. fin. & l. vim paſſam. §. duas, & l. nihil. §. cum alterum. ff. de adult. & l. reos, vbi Bald. Salicet. & alij. C de adult. Bart. in l. 1. §. accuſationem, n. 4. ff. ad turp.

Accuſare

Digitized by Google

15 Accuſare autem mulierē non poteſt maritis poſt quinquenium quia crimen adulterij præſcribitur ſpacio quinque annorū, l.ma.iti. §.hoc quinquemium.vbi cōir.Doctor. ff.de adult. pap. lib.24. tit.2. arreſt.2. niſi ſit crimen adulterij, cum inceſtu, quia tunc durat viginti annos,pro vt cætera crimina, vt tenet Iul.Clar.lib.5.§.adult.n.20.

16 Adulter non poteſt tranſigere cum marito adulteræ,vt illum non accuſet,nec poteſt illi pecuniam dare , vt ab accuſatione deſiſtat.gratis vero bene poteſt deſiſtere ab accuſatione adulterij,& ſi maritus pecuniā accipiat pro deſiſtētia accuſationis adulterij ta ille,quā adult. pecuniā dans poteſt a puniri delenocinio. l.mariti.29.§.quod ait. ff. de adult.& l.de crimine, & l. ſerui.§. fin. vero, vbi Doct. C.eodem gratis vero poteſt maritus veniam concedere vxori.& adultero,in quacumque parte litis, & etiam poſt ſentētiam. ord.lib.5.tit.25.§.2.aut ſub cōditione exilij.vt iudicatū fuiſſe refert Gam. dec.63.n.1.

17 Adulteriū mulieris non excuſatur propter lenocinium viri poſtquam fuerit recepta inter reus, ſed ipſum virum lenociniū grauat. c.ſignificaſti,vbi Doct.de adult. & l.ex lege.§. ſi publico, vbi Bart. n.1.ff.de adult.& l. cum mulier.ff.ſolut.matr.& dicā infra ver.lenocinium § 1.

18 Adulterium non committit mulier, quæ probabiliter ignorat de vita mariti,& contraxit matrimonium cum alio , cum enim putabat ſe ſolutam eſſe , quando contraxit, & maritum mortuum eſſe putabat non poteſt puniri pœna adulterij , quia in iniuriam mariti principaliter non fecit. l. ſi ex lege. ff. ad leg. Iul. de adult. & C. cum per bellicam, 34. quæſt.2. gloſſ.verb. mutua in c. intelleximus, de adult. Abb in c. fraternitas, num 10. de frig. & malef. Bart. in l. ſi adulterium, num.15.ff. de adult.aliter tamen ſi ſcienter contraxit , aut ſi diligenter non explorauit mortem mariti,quāuis tunc mitius punietur. ſi ſubcolore matrimonij fecit ex glo.fin.& Bart. in d.l. ſi ex lege.

Verbo AEdificare.

1 ÆDificare poteſt quicumque in ſuo prædio , & reficere domum ſuam ſeu caſtrum,& tollere ſuum ædificiū vſque ad cœlum , quamuis vicino noceat , dum tamen non faciat dolo,ſeù fraude,aut ad iniuriam ſeù æmulationem alterius, ſiue contra debitam ſeruitutem, l. altius, vbi communiter. Doct.C.de ſeruit.& aqua. & l.per prouincias, C. de ædific. priuat. & l.domum.ff. de regul.iur.& l. cum eo, & l.Imperatores, & l. cuius. ff. de ſeruit. vrb. præd.& l.opus nouum. ff. de operib. publ. & l. fluminum. §. fin. ff. de damno. infect. & glo.1.in c.locupletari. de regul.iur.lib.6.Bartol.in l.ex hoc iure,n.7.ff.de iuſt.& iur. vbi Bald.Ang. & Iaſ.n.6. & alij. & gl. ver. ſui dominij, in d.l. per prouincias.

2 Ædificare vero in ſuo non poteſt quis, quando lege , aut pacto , ſiuè ſeruitute alij debita impeditur , namque lege impeditus dicitur,quando quis in ædificando non obſeruat formam, & ſtatutum antiquorū ædificiorum, à iure præſcriptum,l.qui luminibus. & l. binas. ff.de ſeruit.vrb.præd.& l.1. & l.meniana. C.de ædific. priuat.& l. fin.ff. finium regund.pacto autē impeditur,quando contrà pactum initum, & partium conuentionem ædificatur,quoniam pacta legitime in ita ſunt obſeruanda, l.iuris gentiū. §.ait prætor. vbi Doct. ff. de pact.& l.tempore contractus. C. de pact inter empt. & vend.& c. Elutherius. 18. quæſt. 2. ſeruitute vero,quando quis contra ſeruitutem debitam fundo vicino ædificat. l.ſi arborem, & l. ſi ædes. ff. de ſeruit.vrb. præd.& l.1. §. ius habet verſ.ius ei non eſſe. ff. de remiſſ. & l. ſtatuas. C.de relig & ſumpt.fun.& dicā ver.ſeruitus,§.36.

3 Ædificium cedat ſolo in quo fit , tàm à bonæ fidei poſſeſſore, quàm malæ fidei , & de iure ad dominum ſoli pertinet, ſi tamen ædificata fuerint diſſoluta pertinent ad priſtinum dominum,& illa auferre poteſt, ſine ſoli detrimento,in quo fuit factum ædificiū l. 2. & l. ſi in area. C. de rei vind. & l. ſed addes.§. ſi inquilinus, vbi Doct.ff.locat.& l. redemptores.ff.de rei vind.& l.ſi is contra. C.de ædific.priuat.& §.cū in ſuo,vbi Aret. inſt. de rer. diuiſ.

4 Ædificium factum indomo locata, ſeù in domo,vbi voluntate domini quis inhabitat poteſt vindicari , ſeù tolli ſine prioris ſtatus læſione ab ipſo conductore, ſiue habitatore , quoniam taliter ædificata non fiunt domini, l. habitatur , vbi Bartol. ff. ne rei vind. & l. promittent.vbi Doct.ff.de damn. infect.& l. ſed addes. §. ſi inquilinus.ff. locat. ſi autem ſit ædificatum, poſt interdictionem non repetitur , ſed potius videtur ædificans donare illa , quæ ædificauit, l. 2.

vbi glo.ver. factus. & Doct. C. de ſeruit. & aqua. & l. ſi, is contra C. de ædific. priuat. & §.cum in ſuo.verſ.ex diuerſo.inſt.de rer. diuiſ. & dicam infra.in ver. expenſæ.

5 Ædificatum ab aliquo, aſſeribus alienis, ſit illius, cuius aſſera fuerunt, ſi res ædificata non mutauit ſpeciem, quoniam ſi mutauit ſpeciem ſit ædificantis, ſicut qui tabulis alienis refecit nauim carinam, aut nouiter nauim fecit, primo nanque caſu remanet nauis illius qui ædificauit, tabulis alienis, ſecundo vero caſu remanet nauis illius, cuius erant tabulæ l. Menſcius, vbi gloſſ. verbo non poſſe. & Doctor. ff. de rei vind. & §. cum ex aliena. inſt. de rer. diuiſ.

6 Ædificatum ab aliquo in re mea poſſunt autoritate propria deſtruere, licet, quod ſupra meum pendet, propria autoritate tolle re non poſsim. l. quemadmodum § ſi pro tectum, vbi Bart. ff. ad leg. aquil. & facit. tex. in l. ſed ſi inter me vbi Bart. n. 2. ff. de ſeruit. Vrb. præd. idem Bart. in l. 1. §. nunciatio. num. 5. ff. de nou. op. nunciat. & Iaſ. ibidem num. 2. & Innocent. in c. 1. de Immunit. Eccleſiarum.

7 Reædificare domum ſuam diſtructam nemo inuitus cogi poteſt, niſi ſit curialis vrbis, & teneatur propriam domum habere in vrbe, quoniam iſte talis tenetur nouam domum ædificare, aut antiquam reficere, l. ſingularum, vbi gl. fin. & Doct. C. de ædific. priuat.

8 Aut quando aliquo ſtatuto, ſiue conuentione habitantium fuiſſet cautum, vt habitatores illius vrbis, reædificaſſent ædes, diſtructas, vt notat cæpol. de ſeruit. vrb. præd. c. 59.

9 Aut quãdo ædes deſtructa debebat ſeruitutem oneris ferendi ſuper parietem ſuum, tunc enim tenetur dominus reædificare domum ſuam, vt dominus alterius domus, cui ſeruitus debebatur, non amittat ius ſuæ ſeruitutis. l. eum debere columnam. vbi Bartol. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. etſi forte. §. etiam de ſeruitute, vbi etiam Bart. ff. ſi ſeruit. vind.

10 Et quando intereſt Reipublicæ, vt domus aliqua reficeretur, tunc enim poteſt cogi dominus illius domus diſtructæ, vt illam reficiat ſuis ſumptibus, attamen ſi ille dominus non æquè potens ſit, debet tunc domus illa ſumptu publico refici, & ſi dominus ſumptus non ſoluat tempore à iudice ſtatuto, res publica poterit domum illam diſtrahere, l. ad curatoris, vbi glo. verb. domum, & Doct. ff. de damn. infect. & l. præſes. 7. vbi Bart. ff. de offic. præſid.

11 Et quando domus eſt ruinoſa iuxta viam publicam, quoniam tunc tenetur dominus reficere domum illam, aut in totũ diſtruere, vt nullum incommodum eueniat tranſeuntibus, l. ad curatoris, ff. de damn. infert. & gloſſ. ibi verb. extructam. Ang. & alij. & tenet, Cæp. de ſeruit. vrb. præd. c. 59. verſ. ex quo.

12 Aut quando paries alicuius domus inclinauerit in domum alterius, poteſt enim tũc dominus illius cogi, vt illam reficiat, & ipſum ita non habeat, l. ſi cũ meus, vbi Doct. & l. ſi quando, vbi Bart. ff. ſi ſeruit. vind. & tunc per negatoriam actionem tollere cogetur ex Bart. in d. l. ſi cum meus, & in d. l. ſi quando.

13 Ædificare in re communinem poteſt ſocius in vito ſocio, l. ſed ſi inter. §. ſi in area, vbi Bart. & l. eas, qui vbi Doctor. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. ſi in area, vbi Bart. C. de rei vind. nec etiam illam rem communem deſtruere poteſt ſocio inuito. l. parietem, vbi Doct. de ſeruit. vrb. præd.

14 Reædificare enim domum commumem non tenetur ſocius, niſi in caſibus ſupra dictis, quoniam in illis, ſicut vnusquisque tenetur, ita plures, ſed tamen, ſi vterque vult reædificare, & concordant interſe, ita fiet ſecundum ſuam concordiam, quia in re ſua vnusquisque eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata, vbi notant omnes, C. mãd. & rei meæ poſſum dicere legem, etiam ſi male illa vtar, l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæred. & gl. 1. in l. C. de ſolut. ſi vero diſcordant in modo reficiendi, quia vnus vult reficere in primo ſtatu, alius autem in ſtatu meliori, & ſumptuoſi ore, tunc ille, qui vult reficere in primo ſtatu præfertur, quia reficere propriè loquendo, eſt reducere ad priſtinam formam, & priſtinum ſtatum. l. inde etiam. §. fin. vbi Doctor. ff. de itener. actuque priuat. & l. in reficiendo, vbi Bart. ff de damn. infect. Ang. in l. quidã hiberus. ff. de ſeruit. vrb. præd. cæp. de ſeruit. vrb. præd. c. 59. verſ. ex quo.

15 Si tamẽ vnus tantum vult reædificare rẽ communem, & illam reducere ad antiquam formam, & priſtinum ſtatum, & facere id, ad quod res illa erat diſtinata, benè poteſt illud facere inuito ſocio, l. in tantum. §. in commune, ff. de rerum diuiſ. & l. ædes communes, vbi Doct. ff. communi diuid. & l. cum

& l. cum duobus. §. item Mela. ff. pro ſocio, ſi autem ad alium vſum præter quàm ad illum, ad quem erat deſtinata rem illam communem reficere vult eſt diſtinguendũ, aut intereſt alterius ſocij, vt non reædificetur, & poteſt prohibere, & tunc eſt melior conditio prohibentis, l. parietem. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. ſabinus. ff. communi diuid. facit tex. in l. Atteius, & in l. ſed interdum. ff. de aqua pluu. arcend. aut non inter eſt, & tunc non poteſt prohibere, ſed potius inuito eo reædificare poteſt. l. fiſtulum, vbi Doct. & l. quidam hiberus. §. parietem. §. de ſeruit. vrb. præd.

16 Et quando vnus ſociorum refecit rem communem, iure ſocie atis ad illum vſum, ad quem fuit deſtinata, puta domum ruinoſam, aut molendinum diſtructum, aut riuum, ſeù quanalem aquæ ruptum, & quid ſimile, vtrum poſsit agere contra illum ſocium, qui recuſauit præſtare ſuam partem ſumptus, eſt namque tunc diſtinguendũ, aut ſuo nomine ædificauit, vel reædificauit, aut cõmuni nomine, aut indubio, ſi enim ſuo nomine ædificauit nihil recuperabit, l. ſi is contra, vbi Doct. cõmuniter, C. de ædific. priuat. & l. ſi quis putans. §. ſiue autẽ, vbi Bart. ff. cõmuni. diuid. ſi autem communi nomine refecit rem communem, debet requirere ſocium, & ſi poſtquam fuit requiſitus noluit præſtare expenſas quia ille, qui refecit poteſt vſque ad quatuor menſes repetere expenſas à ſocio pro parte ſua cum vſura, tunc aut conſequitur poſt illos quatuor mẽſes dominium rei ædificatæ, & refectæ, aut etiam poſt repetere poteſt ſumptus cum intereſſe. l. cum duobus. §. idem reſpondit ſocius, vbi Doct. ff. pro ſocio Ang. de Aret. in §. actionum inſt. de act. Iaſ. in l. creditor. 1. num. 7. ff. de reb. cred. ſi vero ſocius non fuit contumax. in reficiendo, nec requiſitus non tenetur niſi ad ſumptus ſimpliciter. l. pro ſocio. §. ſi tecum, vbi Bald. ff. pro ſocio. & quando dubitatur verũ nomine proprio, aut communi ſocius reficiat, ſemper in dubio præſumitur, quod nomine communi, eò quod id licet, & alio modo non licet, l. merito, vbi Bart. ff. pro ſocio. & l. ſi is contrà, vbi Doct. C. de ædific. priuat. & alia ratione, quia nemo præſumitur ſumptus illas iactare, vt eſt tex. in l. cum de in debito. ff. de probat.

17 Ædificare non poteſt quis nouum oratorium, nec nouam capellam, ſine licentia Diæceſani, c. cum olim. 14. vbi gloſſ. verb. reuocari, & Anton. Innocent. Hoſt. Abb. & alij de priuileg. & c. authoritate, vbi Dominic. Ioann. Andr. & omnes eodem titulo libr. 6. & ita eſt intelligendus text. in c. vnicuíque, & in c. clericos. & in c. ſi quis etiam. de conſecrat. deciſſ. 1. & tenet gloſſ. verb. oratoria in d. c. authoritate de preuileg. lib. 6.

18 Ædificare non poſſunt monachi minores, ſiue mendicantes, aut prædicatores nouum conuentum, ſine licentia Summi Põtificis. c. vnico, vbi Doctor. de exceſſ. prælat. libr. 6. & dicam, infra verbo regulares. §. 77.

Verbo AEtas.

1 ÆTates hominum ſunt ſeptem, ſcilicet, infancia, ætas pupillaris, pueritia, ſeù pubertas, adoleſcentia, iuuentus, ſe nectus, de crepitas, & infantia durat vſque ad ſeptimum annum; ætas pupillaris, vſque ad decimum quartum annum in maſculo, & in ſæmina vſque ad duodecimum; pueritia, vſque ad decimum octauum, adoleſcentia, vſque ad vigeſsimum quintum; iuuentus, vſque ad quinquageſsimum, in robuſtis tamen, vſque ad ſexageſsimum, ſenectus, vſque ad octogeſsimum, decrepitas, vſque ad centeſsimum, & hoc eſt verum in hominũ ætatibus, quamuis gloſſ. verb. à prima in l. computationi. ff. ad leg. falſ. quatuor tantum ætates enumeret, & glo. ver. perfectus in. §. Sacro Sanctæ, in proemio. lib. 6. enumeret tantum ſex.

2 Ætates mundi ſunt ſex, prima fuit ab Adamo, noſtro primo parente, vſque ad Noe. 2. à Noe vſque ad Abraham. 3. ab Abraham, vſque ad Dauid. 4. à Dauid, vſque ad tranſmigrationem Babylonis, 5. à tranſmigratione Babylonis, vſque ad Chriſti Aduentum, 6. ab Aduentu Chriſti, vſque ad finem mundi, c. vnico. 35. quæſt. 4. & gloſſ. verbo perfectus, in d. proemio. lib. 6.

3 Æternum dicitur illud, quod ſemper fuit, & eſt, & erit, ſicut Deus, qui eſt æternus, ſempiternum autem dicitur illud, quod in cœpit, ſed nunquam deſinet eſſe, ſicut eſt anima intellectiua, vt eſt gloſſa verbo æter-

taliter. in clementina vnica de ſumma Trin. & fid. cath. & gloſſa verbo æternus, in leg. cum deberet. ff. de ſeruit. vrb. præd.

4 Ætas hominus aliquando probatur, per aſpectum illius, ſed illa probatio non eſt ita efficax, vt poſt illam alia verior non admittatur. l. minor. 32. ff. de min. & gloſſa verbo probandum, in l. de ætate, vbi Bartol. numero 7. ff. eodem, titul. Bald. Salicet. & alij. in l. ſi minorem, C. de in integ. reſt. alia tamen probatio efficacior eſt, quæ ſit per teſtes vicinos, & conſanguineos, vt tenet Bart. d. nu. 7. Doct. in l. de tutela. C. de in integr. reſt.

5 Ætas ſeptuaginta annorum excuſat à tutela, & cura minoris. l. vnica, vbi Doctor. communiter. C. qui ætat ſe excuſ. & l. à tutela, vbi Doctor. ff. de excuſat. tut. & l. ſi vltrà, vbi gloſſa. 1. C. de decurionibus. libr. 10. & gloſſa in leg. fin. C. qui æta. libr. 10. Bartol. in l. excuſantur, num. 2. ff. de excuſat. tut.

6 Ætas quinquaginta quinque annorum excuſat à muneribus perſonalibus, ſi ante non erat creatus oficialis illius muneris, ille quinquaginta quinque annarius, à muneribus tamen honoribus cohærentibus, nõ excuſantur maiores quinquaginta quinque annis, ſicut ſunt judices, conſules, æ diles, & ſimiles. l. qui ad tempus. §. fin. vbi Doctor. ff. de decurionibus, & l. fin. vbi Bartol. C. qui ætat. vel profeſſ. lib. 10. & leg. 2. vbi Bartol. num. 2. ff. excuſat. tut. & leg 2. §. numerus. ff. de vacat. & l. ſemper. §. hoc circa. ff. de iur. immunit. & §. item maior. vbi Doct. inſt. de excuſat. tu.

7 Ætas minor viginti quinque annis, etiã excuſat à tutela, & a quacumque adminiſtratione Reipublicæ. l. ad Rempublicam. ff. de muner. & honorib. & §. item maior. vbi Doctor. inſt. de excuſat. tut. & glo. 1. in l. de ætate. ff. de mineribus Abb. in C. cum vicceſsimum, nu. 4. de offic, deleg.

8 Infirmitas corporis, aut animi excuſat etjam à muneribus quibuſcumque perſonalibus, ſicut eſt cæcus vtroque lumine oculorum, & omnino ſurdus, ſiuè aliquo morbo debilitatus, & mente captus, furioſus, & ſimiles, à muneribus vero realibus, quæ rebus & nõ perſonis imponũtur, nõ excuſantur, l. 1. & 2. & 3. vbi Doct. C. qui morb. lib. 10. & c, licet, vbi gl. fin. Abb. n. 3. & omnes. de cenſ & l. neque tempore. C. de munerib. patr. lib. 10. & l. furioſus. ff. de act. & obligat.

9 Ætas viginti, annorum requirebatur de iure antiquo, in illo, qui erat conſtituendus in aliqua dignitate non habente curam animarum, c. vnico, vbi Doct. de ætat. & qualit. lib. 6. hodie tamẽ requiritur ætas viginti, & duorum annorum, Trid. ſſ. 24. c. 12. de reformat.

10 Ætas viginti quinque annorum requiritur in illo, qui collatur in aliqua dignitate, aut ſimplici beneficio curam animarum anexum habente ſufficit tamen ætatem illam attingere, & tenetur intra duos menſes à die poſſeſsionis adeptæ facere profeſſionem fidei, & ordinari præsbyter intrà annum, c. vnico, vbi Doct. de ætat. & qualit. lib. 6. & gloſſ. ibi verbo non immihet. & clement. 2. vbi Ioann. Andr. de ætat. & qualit. & Trident. ſſ. 24. cap. 12. de reformat.

Verbo Agere.

1 AGens debet habere actionem contra illum, quem ad iudicium vocat, nec poteſt agere, ſi actione caret, & ſua non intereſt, c. cum inter R. vbi Doct. de elect. & §. ex ore de his quæ fiunt à maior part. & l. ſi pupilli. §. fin. vbi Bart. & alij, ff. de neg. gest. & l. quoties. §. item ſi. ff. de adminiſt. tut. & l. in rem. §. loca ſacra. ff. de rei vind. & dixi latè ſupra verbo actio. §. 23. & iudex poteſt ex officio ſuo repellere à limine iudicij, illum, cui ius agendi non competit, nec habet actionem. gloſſa verb pœnam ad medium in l. vbi pactum, vbi etiam Bartol. C. de tranſact. Socin conſil. 255. col. 2. verſ. 2. Matat. 6. parte 1. memb. numero. 199.

2 Agere poteſt quis regulariter nomino alieno, habens mandatum, namque ſine mandato nullus nomine alieno agere poteſt. l. nemo alieno nomine, vbi Dec. ff. de regul. iur. & c. 1. vbi Doctor. de procurat. & facit text. in l. 1. vbi Bartol. num. 4. Iaſ. numer. 3. & alij plurimi. C. de procurat. & ord. libr. 3. titulo. 7. §. 2. titulo. 20. §. 10. niſi ad allegandam abſentiæ cauſam, quia tunc quicumque ex populo admittitur, ſine mandato, vt eſt ord. d. tit. 7. §. 3.

Agere

3 Agere in cauſa aliena nemo regulariter poteſt cogi inuitus, niſi ex officio teneatur, nec in cauſa propria. l. vnica, vbi Doctor. C. vt nemo inuitus, & l. fin. C. de vſur. pupill. & l. creditor. C. de pign. & hypot. & l. ſed & hæ. ff. de procurat. & authent. de litig. & decim. part. lit. §. omnem coll. 8. nec etiam poteſt cogi deffendere rem ſuam, ſeu alienam, ſed fit miſſio impoſſeſsionem, poſt quàm reus fuit citatus, & noluit, nec per ſe, nec per procuratorem cauſam ſuam deffendere. l. ſatiſque vbi Doctor. ff. de in ius vocat. & C. fin. de eo, qui mitt. in poſſ. ſed praxis obſeruat in foro Eccleſiaſtico noſtræ Luſitaniæ, vt ſi reus citatus non veniat per ſe, aut per ſuum procuratorem, ad litem conteſtandam, vbi conteſtari debet, vt declaretur excommunicatus, tanquàm contumax, & ſi poſtea non obediat aggrauantur contra ipſum cenſuræ, vſque dum litem conteſtetur, & poſtquàm litem fuerit conteſtatus, non cogitur cauſam ſuam deffendere, ſed proceditur in illa vſque ad finem quæ praxis obtime colligitur ex d. l. ſatiſque ff. de in ius vocand. & ex c. 1. de iud.

4 In foro vero ſeculari ſi reus citatus non veniat, nec mittat procuratorem ad ſe, ſuamque cauſam deffendendam, iudex habebit litem pro conteſtata per ord. reg. libr. 3. titulo. 51. & tunc actor proſequitur litem contra reum contumacem, vſque ad finem, & omnis proceſſus ita factus erit voidus, per ord. d. lib. 3. titul. 15. in prin.

5 Agere tamen in cauſa aliena inuitus poteſt cogi, tutor, aut curator quibus imminet periculum rei minoris ſui, l. nomina, vbi Doctor. C. de arb. tutel. & l. debitoribus, vbi Bartol. Salicet. & alij, C. de adminiſtr. tut. & qui adminiſtrationem rei alienæ ſuſcepit, l. ſi autem is fuit ff. de neg. geſt. & procurator poſtquam ſuſcepit mandatum, l. procuratorem, & l. à procuratore C. mand. vel contr. & l. ſi manda vero. §. ſicut autem. ff. mand. vel contr. & adminiſtratores ciuitatum, ſiue alicuius Reipublicæ, l. fin. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuis. pert.

6 Agere tenetur hæres contra occiſores defuncti, qui enim mortem teſtatoris non vindicat, amittit hæreditatem cum fructibus, & intereſsibus, & applicatur fiſco. l. 1. vbi Doctor. C. ad Sillan. & l. 1. vbi Bartol. Bald. Paul. Ang. Alexand. & Iaſ. C. de his quib. vt indig. & l. 1. vbi etiam notant omnes, C. de præcib. imp. offic. & l. hæredem. ff. de his quib. vt indign. attamen iam hæc pœna non obſeruatur, de conſuetudine, vt inquit fuII. in practic. cri. can. folio. 45. numero. 32. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 79. numero. 8.

7 Et omnis ille, qui obtulit libellum, vel litem fuit cōteſtatus agere inuitus cogitur, ſi reus inſiſtat, quia qui ſemel voluit agere, proſequi cogitur. l. ſi manda vero. §. fin. ff. mand. vel contr. & l. fin. ad fin. C. ad vell. & auth. de lit. & decim. part. lit. §. ſi vero, in fin. & §. omnem in prin. & §. ad exhibendas coll 8.

8 Et ille, qui habet actionem ad commodum alienum, ſicut venditor, qui excepit habitationem domus venditæ, & alij illam locauit, ſi ille inquilinus damnum dederit emptori, cogitur tunc venditor agere ex locato contra inquilinum, l. Iulianus. 13. §. ſi venditor, vbi Bart. ff. de act. Empt. & vend. l. ſicut etiam Colonus, qui agit contra dominum conditione furtiua, vt dominus agat. l. cum in plures. §. meſſem. ff. locat.

9 Et magiſter nauis cogitur agere contra damnum inferentes in mercibus proiectis in mare, vt ipſe damnum authentibus reſarciat. l. ſi laborante, & Bart. ibi in prin. ff. de leg. Rhod. de iact. melius tamen eſt, vt damnum paſſus agat rectauia ad bona ſua recuperanda, vel ad damnum reſarciendū, quàm his ambagibus vti, l. dominus teſtamento ff. de damn. infect. & l. fin. in prin. ff. de eo per quem fact. erit, & gl. verb. agere in d. l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact.

10 Et qui habet fundum iuxta viam publicam, ex quo aqua diriuata viam deteriorem facit, ſi dominus fundi vicini, in fundum illius à quam proijciat, cogitur agere contra illum dominum fundi vicini. l. 2. §. idem labeo ſcribit. ff. ne quid in loc. public. & l. 1. §. ſed & apud ſeruium ff. de aquæ plu. arcend.

11 Et hæres tenetur agere quando teſtator reliquit alicui legatum litigioſum, & proſequi iudicium vſque ad finem, etſi illud vincat. tenetur tradere legatario, alias liberabitur alegati illius obligatione. l. ſi ſic legatum. §. fin. ff. de leg. 1. & authentica fin. C. de litig. & authent. de lit. & decim. part. §. ideo quæ. vbi Bart. num. 8. coll. 8. Abb. in c. Eccleſiæ, num. 8. vt lite pend. & pro-

Digitized by Google

ſequitur iudicium ſumptibus ſuis, ſi tempore teſtamenti res erat litigioſa, aut ipſe hæres fuit in mora, & illo tempore moræ facta fuit litigioſa, l. cum ſeruus in prin. & §. 1. vbi Bartol. ff. deleg. 1. & l. cum res ff. eodem ſi autem poſt teſtamentum, vel poſt mortem teſtatoris, ſine culpa hæredis, res fiat litigioſa, proſequitur tunc hæres iudicium ſumptibus legatarij. l. ſeruus legatus, ff. deleg. 1. & gl.o.fin.in d.auth. fin. c.delictig.

12 Et mater tenetur petere tutorem filijs, ſi illum non habent, nec illi petunt, & tenetur inuſtigare, & perquirere, qualiter bona illorum adminiſtrentur, & illum poſſunt petere amitæ, & creditores, l. prima, vbi Bart. Salic. & aij, & l cum à matribus, vbi Bald. & Salicet. C qui petant.tut.

13 Et iudex appellationis poteſt compellere partes ad proſequendam appellationem, ſi ex dilatione viderit imminere periculum Reipublicæ, & ita inuitæ compellūtur agere in cauſa ſuæ appellationis, c. oblatæ, vbi Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Abb. nu. 6. de appellat.

14 Et ille, qui ſciuerit impedimenta matrimonij tenetur illa denunciare, quando in Eccleſia per Presbyterum banna denunciātur, & proponuntur edicta, c. cum inhibitio. vbi Doct. cōmuniter de cland. deſponſ. & c. cum in tua deſponſ. & c. tua nos de cog nat. ſp'rit.

15 Et denuncians nouum opus tenetur agere, aut ſuſcipere cautionem ab illo, cui nouum opus fuit nunciatum, c, fin. vbi gl. ver. non obſtante, & Ant. Ioan. And. Abb. & omnes de noui op nunciat.

16 Et etiam poteſt actor cogi, vt reum conueniat, quando malicioſè tardat eum conuenire, c. 1. vbi Doct. de feru non ord. & gl. ver. æſtimamus ad fin. in c. 1. §. ſolet de reſt. ſpol. lib. 6. & gl. fin. in l. vnica. C. vt nemini. iuuit.

17 Agens vna cauſa, & ſuccumbens, poteſt agere ex alia, ſi ex illa alia ſibi ius competat quoniam qui elegit ius incompetens, non videtur renunciare iuri competenti, c. fin. vbi Doct. de cauſ. poſſ. & prop. & l. legitimam, & l. lucius. ff. deper. hæred. & l. cum qui. C de inoff. teſtam. & l. hæreditas. C. de pet. hæred. & l. ſi domus tua. ff. de ſeru. vrb. præd. & l. neque. C. ad exhib. & l. ſi quis cum totum, & l. ſi mater. §. eandem, & l. ſi is qui. ff. de except. rei iud. & gl. 1. in c. ſignificantibus, de lib. oblat.

18 Agente actore petitorio, ſi reus ſuper eadem re, de vi, & depoſſeſſorio, agat, ſuſpenditur petitorium, & proceditur ſolum in poſſeſſorio, & poſtquam cauſa poſſeſſionis fuerit terminata agetur de proprietate, c. ex conquæſtione, de reſt. ſpol. & c. ſignificauerunt. de teſtib. & c. paſtoralis de cauſ. poſſ. & prop. & clement. vnica, vbi notant omnes eodem tit. & l. ſi de vi, vbi Bart. ff. de iud.

19 Agi poteſt in cauſa ſimoniæ ciuiliter, & criminaliter, namque quando agitur, vt ſimonia cui priuetur beneficio, dicitur agi ciuiliter, quando vero agitur, vt priuetur beneficio, & ordinibus. dicitur agi criminaliter, c. 1. vbi communiter. Doct. de teſtib. lib. 6.

20 Agentes, in perpetratione dilicti, & cōſentientes regulariter pari pœna puniūtur. c. 1. & ibi Doct. de off. & poteſt. iud deleg. & c. ſicut. §. 1. de homic. & c. qui cum fere. de furt. & c. nuper. & c. quantæ de ſentent. excommunicat. & tamen in hoc bona diſtinctio, quam facit gloſſ. in d. c. 1. de officiud. deleg.

Verbo Allegatio.

1 Allegare, ſeu diſputare, eſt oſtendere, intentionem ſuam per probationes in iudicium deductas, & illam iuribus corroborare, c. aliorum. 9 quæſt. 3. & c. conuenier. §. allegatur. 23. quæſt. 8. & c. inter dilectos. de fide inſtr. & c. Abbate. de ſentētia & reiud. lib. 6. & c. 1. vbi Doct. de conceſſ. præb lib. 6. & ſpecul tit. de diſputationib. & allegat. §. quid ſit allegare, & leo. intract. nou. op. c. 3. n. 6.

2 Allegationes fieri debēt ſuper dictis teſtium, inſtrumentis editis, & confeſsionibus à partibus factis, & ſuper omnibus actitatis in proceſſu, & à quacunque parte exercitare, & propoſitæ debent redigi in actis proceſſus. c. dudum, vbi Doct de elect. & authent. de teſtib. §. quia vero multi. coll. 7. & ſpecul. vbi ſupra, & prius aduocatus actoris proponi ſuas allegationes, poſtea vero aduocatus rei, vt notant Doct. in c. ex litteris. deprobat. ſpecul. in d. tit. de diſput. & allegat. §. quis ordo.

Digitized by Google

3 Allegationes ſunt in duplici differentia, aliæ namque dantur iudici ad eius inſtructionem, ſed non rediguntur in actis, aliæ vero rediguntur in actis, de primis nō datur copia parti, de ſecundis vero ſic, vt tenet Iaſ. in l. 1. §. edenda, nu. 6. ff. de edend. & Innocēt. in C. per tuas, de teſtib. Alex. in auth. iubemus. c. de iud. Marant. de ord. iud. 6. p. §. de actorum edict. n. 58.

4 Allegans ſibi contraria in agendo non auditur, quamuis ſit aliud in excipiendo. c. ſollicitudinem, in fin. de appellat. & c. ſi à ſub delegato. de offic. & poteſt. iud. deleg. lib. 6. & l. 1. C. de furt. & ſeru. corrupt. & l. profeſsio. C. de muner. patr. vbi Doctor. lib. 10. & c. quod autem. 23. quæſt. 7. Bartol. in authent. contra, num. 6. c. de non numer. pecun.

5 Allegans ſuam turpitudinem non auditur, niſi vbi vertitur periculum animæ. c. inter, vbi Doctor. de donat. & l. tranſactione, vbi Bart. Bald. Alex. Salicet. Iaſ. & omnes. C. de tranſact. l. mercalem, C. de cond. ab turp. cauſ. & gloſſ. verb. tunc viuentem, in c. ex tenore de teſt. Abb. in c. tertio, loco. num. 1. de præſumpt. & in d. c. interdilectos, num. 5. de donat. hoc tamen intellige, quando quis allegat ſuam turpitudinem ad ſuum commodum, quoniam ad ſuum incōmodum, bene auditur quis allegans turpitudinem ſuam, vt reſoluunt omnes ſupra relati, aut in liberali cauſa, aut quando factum eſt nullum ipſo iure, quoniam tunc auditur etiam veniens contra factum propriū l. 1. vbi Doctor. C. de liber. cauſ. & gloſſ. d. verbo tunc viuentem, in d. C. ex tenore. de teſtib.

Verbo Alienatio.

1 ALienatio eſt omnis, actus, ſeu contractus, per quem dominium transfertur. l. 1. §. fin. C. de fund. dotal. & l. alienatum, ff. de verb. ſign. & glo. verb. nunc quæritur, in ſumma. 12. quæſt. 2. & probat. tex. à contrario ſenſu, in l. non alienat. vbi Dec. num. 2. ff. de regul. iur. & c. nulli, vbi Doctor. de reb. Eccleſiæ alienand. vel non, & facit tex. vbi Doct. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. Fel. in Rubrica, num. 4. de fid. inſtr. lato tamen modo omnis cōtractus per quem transfertur poſſeſsio, dicitur alienatio. l. non ſolum, aliter. l. item ſi res. §. pedius. ff. de alienat. iud. mut. & l. ſi mulier. §. qui poſſeſsionem. ff. quod met cauſ. glo. verb. alienationis, in d. c. nulli, de reb. Eccleſ. Dec. Iul. non alienat. nu. 2. ff. de regul. iuris. vnde verbum alienatio ſtricto modo continet vendictionem, conductionem, permutationem, & contractum emphitenticam perpetuum, quoad vtile dominium. d. c. nulli, vbi glo. pen. & Abb. num. 1. de reb. Eccleſ. & auth. de non alienand. reb. Eccleſ. §. nos igitur, vbi Doct. coll. 2. lato vero modo dicitur in pignore, & hypotheca. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 167. nu. 41.

2 Alienationis prohibitio reddit actum in contrarium factum ipſo iure nullum, & ipſe qui non alienauit poteſt ſtatim petere partes alienatas. l. cum pater. §. libertis, vbi Bartol. num. 2. ff. de leg. 2. & l. fin. vbi Doctor. C. de reb. alien. non alienand. & gloſ. fin. in c. verum. de cond. appoſit. alienans tamen ſit indignus reuocatione, niſi prohibitio ſit facta per legem. d. §. libertis, & l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. Iaſ. in rep. l. cum quid. n. 5. ff. de reb. cred.

3 Alienatio namque eſt triplex, alia enim fit per legem, alia per pactum, alia per vltimam teſtatoris voluntatem. l. fin. vbi Doct. C. de reb. alien. Abb. in c. Rainaldus, nu. 20. poſt Innocent. de teſtam.

4 Prohibitio per pactum, ſeù teſtamentum debet fieri, vt prohibens dicat, relinquo, vel vendo, vel dono vel cōcedo, tibi talem rem cum hoc pacto, & conditione, vt tibi non liceat illam alienare, & hoc ſufficit, vt perfecta fiat prohibitio, bonum tamē eſt adijcere, & ſi ad aliquem actum alienationis perueneris, tunc dominium ad me reuertatur, vel ad alium tertium, & in eo caſu ex nunc conſtituis te meo nomine, vel tertij poſsidere, & etiam nō expectato caſu, quòd perfectè alienes, ſed cum incipies alienare, vel ad id licentiam à rege petas, ſeù ſupplicam obtuleris, ſtatim ad me, vel tertium res redat, tunc enim cum aliqua eorum feceris, ſtatim. ego, vel alius tertius efficior dominus, eò quòd, tunc meo nomine poſsides, vt tenet Bart. in l. qui abſenti, §. ſi quis poſſeſsionem, nu. 3. ff. de acquirend. poſſ. Ang. & Imol. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. vbi etiam notat Paul. de Caſtr. & tenet Aret. in §. item ſi quis in fraudem. inſt. de act. cæp. cautel. 32.

5 Prohibitio de non alienando per viam vltimæ voluntatis, impedit quominùs dominium transferatur in alium. l. fin. vbi

Doct.

Digitized by Google

Doct. C. de reb. alien. & l. 2. C. de vſu cap. pro empt. & l. cum pater. § libertis ff. de leg. 2. & l. filius familias §. diui. 2. ff. de leg 1. & auth. de nupt. §. 1. verſ. diſponat. coll. 4. & l. fin. §. fin au.em, vbi Doct. C. communia. de leg. & l. peto. §. fratre ff. de leg. 2. & gloſſ. vnica a l fin. in l. plerumque, vbi Dec. num. 1. ff de regul. iur. & Iaſ. in l. fin. nume. 5. ff. de cond cauſ. dat. & in repet. l. cum quid, nu. 5. ff. de reb. cred. nec in teſtamẽto poteſt relinqui res prohibita alienari in illud genus perſonarum, in quibus alienatio erat prohibita. Abb. in C. Rainaldus. num. 20 de teſtament. Bart. in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. nu. 7. & Iaſ. nu. 43. & communis. ff de verb. obligat.

6 Prohibitio alienationis facta in teſtamẽto, non impedit, quòminus alienatio valeat facta in illum, qui ſibi ab inteſtato eſt ſucceſſurus. l. pater §. Iulius agrippa, vbi glo. & Doct. ff de leg 3. communis, vt per Iaſ. in l. voluntas, n. 9. C de fid commiſſ.

Prohibitio alienationis ſimpliciter facta non extenditur vltra quartam generationem, & facta filijs proprijs, non extenditur vltrà filios, quando nomina propria eorum demonſtrantur, gloſſ. & Bartol. in authentica de reſt. fidei commiſſ. col. 9 Iaſ. in l. voluntas. numer 9. C. de fid. commiſſ. Decian. regula 39. nume. 4. Fel. conſil. 27. num. 12. ſi tamen prohibitio fiat cum aliquo vinculo, aut inſtitutione maioratus, quando teſtator dixit ſe voluiſſe, rem illam perpetuò tranſiſſe ad deſcendentes tunc prohibitio iſta extenditur in infinitum, vt tenet Iaſ. in l. filius familias. §. diui. 1. numer. 113. ff. de leg. 1. in prima lect. & in l. fin. C. de hæred. inſt. numer. 9. Alex conſil. 56. num. 2. lib 1. Dec. conſ. 616. num. 16. parif. conſil. 52. num. 17. lib. 3. Decian. vbi ſupra.

7 Prohibitio alienationis, per pactum cõtrahentium, non impedit tranſlationẽ dominij, & alienatio in contrariam facta tenet, competit tamen actio ad intereſſe cõtra alienantem. l. ea lege, vbi Doctor. C. de cond. ab cauſ. dat. & l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege, vbi Bart. Ang. Paul. de Caſtr. Aret. Iaſ. & omnes. ff. de verb. obligat. & l. ſi ſterilis § ſi. ibi. ff. de act Empt Abb in C. Rainaldus, nu. 20 de teſtam. Iaſ. in rep. l. cum quid, nu. 5 ff. de reb credit. quamuis per noſtram ord. reg. lib. 4. tit. 11. §. 2. venditio contra pactum cõtrahentium eſt nulla, & in noſtra Luſitania eſt obſeruanda, vt tenet Bart. in d. §. ea lege. num. 6.

Prohibitio etiam in venditione ſerui, ſeù donatione, ne alicui vendatur, ſed poſt tale tempus manumittatur, valet de iure communi in fauorem libertatis, ita vt ſi cõtra pactionem fiat venditio, non valeat, l. ſi ea lege, vbi Bald. Salicet. & alij. C. ſi mancip. ita fuer. alien Innocent. & Abb. in c. Rainaldus. de teſtam. n. 20.

8 Prohibitio de non alienando, à lege proueniens, facit, vt alienatio in contrarium ſit nulla, nec dominium transferat in aliũ, ita vt ipſemet alienans poſsit conuenire, quoniam factum contra legem pro infecto habetur, c. quæ contra ius. vbi communiter Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. non dubium. vbi etiam notant omnes, C. de legib. gloſſ. verbo. interdicta. in prin. inſt. quib. alien. licet. Gramat. deciſ. 93. num. 3. tiraq. libr. 1. de retract. §. 26 gloſſ. 2. num. 6. Pinel. in l. 1. C. de bon matern 3. part. n. 73. Gam. dec. 222. nu. 4 niſi quando aliquid ſit obſeruandum poſt alienationem, vt tenet Bart. in l. ſi ita quis promiſſerit §. ea lege. ff de verb. obligat. Abb. in d. C. Rainaldus, d. n. 20. de teſtam.

9 Fit etiam prohibitio alienationis à iudice, & quando ille ſine cauſa prohibet nõ impedit alienationem, cum cauſa vero iuſta bene impeditur, l. is cui bonis, vbi Doct. ff. de verb. obligat. & l. is cui lege. ff. de teſtament. Abb. in d. C. Rainaldus. d. num. 20. de teſtam.

10 Prohibitio alienationis à patre facta nõ valet, quatènus ad legitimam filiorum attinet, & non obſtante illa prohibitione, poteſt filius alienare quantum in ſua legitima continetur, quoniam pater non poteſt filium grauare in legitima. l. quoniam prioribus, vbi Doctor. C. de in offic. teſtam. & l. ſi qua mulier, C de SacroSanct. Eccleſijs, & l. 1. C. de officiis d. nat. & l. 2. vbi gl. & Doct. eodem. titul. C Rainuncius, & Rainaldus, de teſtam. & glo. verb. legitimam, in d. C Rainuncius, & Abb num. 1 & nu. 24. Iaſ. poſt aliàs, in l. voluntas. C. de fid. commiſſ.

11 Res tamen prohibita alienari, poteſt vendi propter neceſsitatem creditorũ teſtatoris, & valet tunc alienatio. l. peto. §. prædium, vbi Bart. num. 2. ff. de leg 2. & in l. 1. numero. 1. ff. de fund. dotal. Albert. in tract. ſtat. parte 1. quæſtione. 88. Menoch. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 189. numero 106. & de arb. libr. 2. cau. 182.

num. 68.

Digitized by Google

nu.68.Iaſ.conſil.157. col.1.lib.2. Dec.cōſi. 376.& conſil.519. n.2. Ruin. conſil.89.nu. 41.& conſil.199.nu.13.lib. 2. Cou.r. lib.3. var. c.6.n.10.ord.lib.3.tit.93.

15 Prohibito vno, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo, & etiam intelligitur prohibitum omne, per quod de venitur ad illud. c. cum quid.39. de regul.iur.lib.6.vbi gloſſ.& Doctor.& l.fin.vbi Doct.C.de rebus a ien.quoniam, cui prohibitur minus, quod eſt maius intelligitur prohibitum. c. cum illorum. §.1.de ſentent.excommun.& l.qui indignus. ff.de ſenat.& c.illud 95. deciſ. & ita vbi prohibetur alienatio cenſetur prohibita vſucapio, vt tenet Bart.in l.vbi lex. n.1. ff. de vſu cap.

16 Alienatio in fraudem creditorum tenet, & valet mero iure, & eſt neceſſaria actio reuocatoria ad illam reuocandā, l.1.vbi Doctor.& l. ſi paterna, & l.ignoti iuris. C. de reuocand his, quæ in fraud. cred.& §. item ſi quis in fraudē, vbi Ang Iaſ.& omnes.inſt. de act.Bart in l.fin.nu.8. C ſi in fraud patr. Bald.in d.l.ignoti iuris Iaſ.in l.adiuopio.§. ſuper rebus, n.11. ff.de reiud.

Alienatio in fraudem creditorum, aut fit in vltima voluntate, aut inter viuos per titulum onerosum, ſeù lucratiuum, vt notat gl. ver.in fraudem, & ibi Doct. in §.item ſi quis in fraudem.inſt. de act.Bartol. in l.qui teſtamentum. ff.de probat. Merg.conſil.42. num.16.

17 Alienatio infraudem creditorum per titulum lucratiuum reuocatur, vbicumq; interuenit fraus debitoris, quamuis non interueniat fraus accipientis, ſi autem fiat per titulum oneroſum, ſicut eſt dos, venditio, & ſimilia requiritur, vt interueniat ſcientia ex vtraque parte contrahentium l. qui autem. §.hoc edictum.ff.de his, quæ in fraud. cred.& l.ſi ſucceſsione, ex l.ignoti iuris, vbi gl fin Bart.Bald. Paul de Caſtr.& omnes.C. de reuocand.his, quæ in fraud.credit.& Anton. Gomez, in l.29. Tauri, num 34. ad fin. in verſ. & ſi quæras, quæ poteſt, & l ex promiſsione. ff.de act.& obligat. Lutard.in ſuo comp.de rerum alienat. c.2.§ 1 nu.6.fallit tamen in alienatione facta à liberto in fraudem patroni, quia patronus reuocat alienata à liberto, quocunque titulo ſit facta, quamuis non interueniat fraus, niſi à parte liberti. l.1. §.dolum. ff. ſi quid in fraudem, patr.& glo.fin. in l.pen.C.de reuocand.his, quæ in fraud.cred.Ang.Iaſ.& alij in §. item ſi quis in fraudem.iuſt. de act.

18 Præſens alienationi rei ſuæ, debet contradicere in contractu, qui non poteſt fieri illo inuito, quia tunc ſi tacet conſentire videtur, c. qui tacet, vbi Doct. de regul. iur. lib.6.& l.ſæpe. §.cur autem. ff. de rei vind. & l.1.& 2.vbi notant Doct.ff.de remiſ pign. gloſſ.fin.in l.Caius. ff de pig act.& Iaſ.in l. quæ dotis, nu.68. ff.ſolut.matr.in contractu tamen, qui poteſt fieri illo inuito.non tenetur præſens contradicere, nec præſentia illi præiudicabit quamuis ſit teſtis in illo contractu, quia tunc non videtur conſentire. c. is, qui tacet. vbi Doct.de regul.iur.lib.6. & d.l.ſæpe. §.cur autem. ff.de rei vind.& l. ſi pater tuus. C.defid iuſſ. & l.2. C.de reb. alien.non alienand.gl. fin.in l.nimia. C.de obligat.& act. & d.gl. fi.in d.l. Gaius. ff.de pig. act.

19 Alienatio facta ab illo, qui eſt Conſtitutus in aliqua dignitate, de bonis ipſius dignitatis, vel facta à rege de bonis coronæ nō valet, & ipſemet alienans poteſt, & tenetur alienationem ipſam reuocare, & ſi ipſe nō reuocauerit ſucceſſor tenetur illam reuocare, c.intellecto, vbi Doct.de iur.iur.& c. in malis, & c.magnæ ſapientiæ.22.quæſt.4. & c.non liceat.12. quæſt.2. & c. quod quis commiſsit.35.quæſt.9.

20 Rex, aut Imperator poteſt donare Eccleſiæ, aut cuicunque perſonæ, quamuis non poſsit alienare in præiudicium Regni, ſeu Imperij, ſi talis fuerit donatio, quæ grauiter Regnum, Imperium, ſeu imperialem, ſiue regalem, dignitatem nō lædat. vt colligitur ex tex.in c.1.de donat.Abb.in c.intellecto. n.6. de iur.iur. & dicam. infra.ver.donatio. §.38.& ver.rex.§.14.

21 Alienatio rerum immobilium monaſteriorum, aut Eccleſiarum, vel pactum, ſiue hypotheca, locatio, aut conductio, ad longum tempus, ſeu feudatio, vel Emphyteuticatio, non valet, ſine conſenſu Summi Pōtificis, niſi fiat in euidēti vtilitate Eccleſiæ, vel monaſterij, aut ob neceſsitatem, & alienans interueniente pecunia ſit ipſo facto ſuſpenſus ab officio.clem.1.vbi gl.& Doct. de reb.Eccleſ non alien Concil.Trid ſſ.25. c.11. de reformat.& Mot. Prop.Pij Quint. quod.incipit Motu Proprio, &c. fol. mihi. 94.& aliud quod incipit.etſi de ſingulis fol. 117. & regul.11. Cancelar.Greg.13. quamuis de iure antiquo. Prælati potuiſſent alienare cum conſenſu Capituli, ad modi cum tamē tempus benè poſſunt res immobiles Eccleſiæ, vel monaſterij locari, & fructus,

aut

Digitized by Google

aut redditus illius.vendi. d. clem. 1.§.verũ. vbi notant ſcribentes.

23 Alienatio rerum Eccleſiarum facta ab Epiſcopo ſchiſmatico, eſt nulla ipſo iure,& nullius momenti.c.1.vbi communiter Doctor.de ſchiſmat.& c.alienationis,12.q.2.

24 Alienatio facta cauſa mutandi iudicium, non impedit quo minus alienans conueniatur, ſed potius remanet in optione actoris vtrum conueniat alienantem,aut Emptorem,& etiam per reſeriptum impetratũ contra alienantem poteſt emptor conueniri, ſi actor illum potius quàm alienantem conuenire voluerit, quamuis in reſcripto nulla fiat mentio de emptore, c.vbi gl.ver. cõmutationem,& Doct.de alienat.mutand. iud.& l.vnica, vbi Bart.Bald.& omnes,C.de alienat. iud.mut.& datur actio rei vindicationis contra poſſeſſorem. & ad intereſſe contra alienantem, d.l.vnica,vbi.Doctor.& l.1.& 3.§. ex quibus.ff.eodem.

Verbo Alimenta.

1 ALimentorum appellatione continetur cibus, potus,& habitatio,veſtes,& calceamenta, lectus, medicus,& medecima, ſi alimentandus contingat infirmari, quando enim per aliquod teſtamentum, ſeù legatũ, ſiuè aliqua obligatione debentur alimenta, ſunt præſtanda omnia ad victum neceſſaria, l.1.& l. legatis, vbi Bart. num.2. & l.fin. ff. de aliment.& cib.leg.& in tract.de alimẽt. In titulo qui filij,ſint legitim.§. in hoc.nu. 43. Iaſ.in l.cum hi. § qui tranſigit. num.1. ff. de tranſact.Socin.ſeu conſ.10.nu.15.lib. 1. Ruin.conſil.139. num.2.lib 4 Bald.conſil.192.lib.5. Menoch. de præſumpt.libr.4. præſumpt.157.n.13.

2 Quando tamen alimenta debentur iure ſanguinis, ſeù ratione officij, ſicut eſt in patre,aut fratre,ſeù tutore, tenentur præſtari vltrà neceſſaria aduictum, impenſæ ad ſtudiũ, aut ad alia officia, vel miniſteria apta, & conuenientia illis pupilis,ſeù adoleſcẽtibus, quibus alimẽta debentur,ſecundũ qualitatem parentum, illorum, & facultates ipſorum.l. de bonis.§.qui pupillo,vbi glo. & Bart.ibi in § non ſolum,ff.de carb.edict. & l.cum plures.§.cum tutor,vbi Doct.& l. tutor.ff.de adminiſtr. tut.& l. qui filium.ff. vbi pup.educar.deb.& Iaſ.in l.cum hi.§.qui tranſigit.n.4. ff.de tranſact.

3 Alimenta, quæ tutor eſt pupillo præſtaturus,debent taxari à iudice,quoniam ſi tutor illa taxari non facit, non repetet, niſi expenſæ idoneæ,& quæ per arbitrium boni viri expendiſſe videntur.l. quod plerũque, vbi Bart.Bald. Salicet.& omnes. C.de aliment.pupill. præſt.& l.ſolent iudices. ff. de alim. & cib. leg. ſi autem alimentatus operas præſtaſſet alimentatori. tunc illius ſumptibus erat alendus, l.item ſi ſerui.ff.de ædil.edict. & l.ſi id quod.verſ. ſi quid.ff.de donat. inter. vir.& vxor. & ſunt compenſandæ operæ.cum cibarijs. l.1.§.ſi quis ſeruũ, vbi Doct.ff.de poſit.Gam.dec.360.n.1.

4 Alimenta debita per viam tranſactionis, non intelliguntur, de habitatione, nec de veſtibus,& calceamentis, niſi in tranſactione expreſſè ſit cautum.l.cum hi.§.qui tranſigit, vbi glo.ver. nec de veſtiario, & Bart. Ang. Iaſ.& omnes. ff.de tranſact. Menoch. de arb.caſu.170. nu.27. Quoniam,in odioſis non venit alimẽtorum appellatione habitatio, nec veſtes, ſeù calceamenta, ſicut venit in fauorabilibus,vt tenent Doct.in d. l. cum hi,§. qui tranſigit,Dec.in l.de alimẽtis,num.12.C.de tranſact. Alex.conſil.178. lib.5.Ioan. de Anan. conſil.37. pap.in forma libell. pro leg.rei ſing glo.1. nu.65. Socin.ſeu conſil.161.lib.2.Roland.conſil.22. n.1. lib.1. Alciat.in d.l. de alimentis,nu.4. C. de tranſact.

5 Alimentorum cauſa eſt ſummaria, & debet ſummatim tractari,& interim debet pater alere filium, quamuis re vera non ſit filius,ſed tantum præſumatur,quod ſit filius, quia propter illam præſumptionem filiationis, tenetur illum alere dum cauſa ſummarie agitatur,l.1.§. Iulianus, vbi Doctor. & l.ſi quis à liberis.§. ſi vel parens, & l. ſi neget. ff. de lib.agn.& l.fin.vbi gl.fin.& Doctor. C. de alend.lib.

6 Alimenta,& ſumptus litis præſtatur mulieri litiganti ſuper matrimonio dirimẽdo, lite pendente,quamuis nullam dotem attuliſſet, vt tenet ſpeculat. in titulo qui fil.ſint legit.num.32.& in titulo de inquiſit. §.fin. nu.3. Abb.in c. ex parte, nu.10.de accuſat. Afflic.dec 10.nu.16. Cou.ru quæſt.pract.6. num.4. Valaſc.Conſult.1. nu.5. & etiam ſit accuſata de adulterio,poteſt cogere virum, vt illi præſtet alimenta, dum lis pendet, & ſumptus litis,vt colligitur ex glo.fin. in c. ſtu leat.50.dec. Albert.in l.fin num.2. C.de ord.cog.Palat.in c.per veſtras §.39. num.5. Valaſc.Conſult.1.num.4. Afflict. d. dec.10. n.4.& nihilominus facta ſeparatione propter adulterium mulieris, tenetur maritus illi præ-

Digitized by Google

illi præſtare alimenta, quoniam etiam coniugibus ſeparatis durat matrimonium, inter illos. c. qui ſi vit. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes de diuerſ. idem Abb. Card. Alex. & alij, in c. ex parte de ſpõſ. Iul. Clar. lib. 5. §. adulterium. nume. 17. & dicam infra verb. maritus. §. 20. & §. 31. & §. 32.

7 Mulier agens pro dote, videns maritum vergi ad inopiam, aut male vti ſua ſubſtantia, poteſt poſtulare alimenta ex bonis, & ſumptus litis, dum lis pendet, l. fin. ſic intelligenda. C. de ord. cog. cin. in l. vbi adhuc num. 14. C. de iur. dot. Ber. in c. nauiganti. nu. 44. & 45. de vſur. & Hoſt. in ſumma, tit. de accuſat. §. quis poſsit, verſ. quis contingit, & Valaſc. conſ. 1. nu. 5. Fel. in c. ex parte nu. 4. de accuſat.

8 Alimentare tenetur creditor debitorem incarceratum, dum lis pendet, quẽ ipſe creditor pro debito ciuili fecit incarceri, ſi debitor ita eſt pauper, vt non habeat, vnde ſe alere poſsit, vt eſt glo. verb. agnoſcere, in l. fin. C. de erogat. mil. an. lib. 11. Ang. in l. minime, C. de appellat. Alex. in l. Sanctum. num. 3. ff. de rer. diuiſ. Aret. in §. fin. inſt. de act. Affl. dec. 71. nu. 2. Boer, dec. 303. Cæſar. vrſ. dec. 71. nu. 1. Valaſc. conſ. 1. nu. 8. Guid. dec. 201. nu. Iaſ. in l. ſi victum. ff. de re. iud. & in §. item ſi quis in fraudem, nu. 93. inſt. de act. hipp. in pract. §. attingata. nu. 74. & eſt communis. vbi tamen debitor poteſt facere ceſsionem bonorum, non tenetur creditor illum alimentare, vt tenet Valaſc. d. cõſult. 1. d. nu. 8. nec quando incarcerato denegantur remedium ceſsionis bonorum. vt tenet Gam. dec. 261. nu. 3. quidquid contra dicat. Valaſc. vbi ſupra, nec ſi debitor alimenta ſuſcipiat ex aliquo hoſpitali, ſeu cõfraternitate miſericordiæ, & ſit perſona, quę ſine de decore ab hoſpitali alimentari poſſit, vt tenet Ioan. Faber. in §. fin. inſt. de act. Boer. dec. 303. nu. 2. Alex. in l. alimenta. nu. 2. C. de neg. geſt. Anan. in c. vnico de infant. expoſit. præpoſit. in c. cum haberet de eo, qui dux in matrim. Ruin. conſil. 45. nu. 3. & 5 & 8. lib. 2. Cou. r. deſponſ. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 9. Lara. in l. ſi quis à liberis. §. ſolent. nu. 18. ff. de lib. agn. Gam. dec. 261. n. 2. facit doctrina Bald. in l. vnica. §. ſed ſcimus. C. de lat. libert. toll.

9 Alimentare tenetur hæres ſcriptus filiũ, aut nepotem, ſeu quemcumque deſcendentem ex hæredatũ, poſtquàm obtinuit in prima inſtantia, & hæres ſcriptus appellauit, ſi ille filius, aut deſcendens eſt pauper, & non habet, vnde ſe alat. poſtquàm enim ille filius pro ſe habuit vnam ſententiam, ſtatim hæres illi tenetur alimenta præſtare vſque ad finem cauſæ, l. ſi inſtituta, §. de in officioſo, vbi Bart. ff. de in offic. teſtam. ſpecul. in tit. de inquiſit. §. vlt. verſ. porro nu. 2. Lara. in l. ſi quis à liberis. §. ff. ſi vel parens, n. 42. ff. de lib. agn. Cou. ru. quæſt. pract. 6. num. 6. Afflict. dec. 11. n. 2. Molin. de prim. Gem. Hiſpan. lib. 2. c. 16. nu. 30. Valaſc. conſult. 1. n. 10. Fel. in c. ſi qui teſtium. n. 9. de teſtib. Bald. in l. fin. C. de ord. cog. Alciat. regul. 3. præſumpt. 9. nu. 9. Rebuf. ad leg. Gall. 1. tomo tract. de ſent. prouiſ. act. 1. gloſſ. 2. pag. 248.

10 Alimentare tenetur frater, qui remanſit in bonis paternis, ſororem ſeu alium fratrẽ inopem agentem de legitima, dum lis pendet, & ad hoc extenditur, d. l. ſi inſtituta. §. de in officioſo. ff. de in offic. teſtam. Rebuf. d. 1. tom. art. 2. gl. 1. Cou. ru. in praxi. c. 39. col. 4. Afflict. dec. 11. nu. 1. Ioan. Cæph. conſ. 127. nu. 12. Valaſc. d. conſult. 1. nu. 12. Lara. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens, nu. 44. ff. de lib. agn. Menoc. in tract. de aliment. c. 8. n. 26.

11 Alimentare priuinum non tenetur vitricus, nec in domum ſuam ducere, vt tenet Bald. in l. ſi patrono, not. 2. C. de neg. geſt. Iaſ. in l. ſi donatarius. §. ſi quis. num. 6. ff. de cond. cauſ. dat. Alex. conſil. 31. nu. 10. lib. 6. Socin. conſil. 84. lib. 5. Corn. conſil. 145. lib. 2. Ruin. conſil. 139. libr. 4. & Cæſar. vrſ. dec. 10. num. 15.

12 Mater tenetur triênio alere filium ex late ſuo, ſi tamen ita nobilis ſit quòd illum proprio late nõ nutriat, aut ita pauper ſit, quod illum alere non poſsit, tunc. ſi pater abundat, ille tenetur alimentare filium, etiam in primo triênio. l. nec filium, vbi gl. ver. triênio. & Doct. C. de patr. poteſt. & c. fin. vbi gl. ver. poſt trienium, & ibi omnes, de conuer. infidel. & gl. fin. vbi Abb. & allj. in c. cum haberet de eo, qui dux in matr. gl. ver. materna. in l. alimenta. vbi Bart. n. 1. Salicet. Alex. & alij. C. de negoc. geſt. gl. ver. filios, in auth. vt liceat. matr. & auiæ. §. illud. coll. 8. Palat. in c. per veſtras. §. 22. nu. 8. Cou. ru. deſponſ. 2. p. c. 8. §. 6. n. 13. Molina de primo. gen. lib. 2. c. 15. nu. 3. Valaſc. conſult. 92. nu. 1. Lara. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. n. 2. ff. de lib. agn. Ioan. Grat. in tract. de expenſ. c. 13. nu. 29. Paleot. de not. & ſpur. c. 48. & hoc tã in filio legitimo, quã in ſpurio. vt reſoluũt

C Doct.

Digitized by Google

Doct. in d.c.cum haberet & ord.lib.4. titul. 99.§.2.

13 Poſt trienium autem pater tenetur alimentare filium tam legitimum quam naturalem, vel ſpurium,niſi filius ex ſe, aut ſuis bonis, vel officio viuere poſsit, l.1.§. ius naturale vbi Doct.ff. de iuſt.& iur.& l. ſi quis à liberis.§. denique vbi Doct. ff.de lib.agn. & c.jus naturale deſt. 1. Tiraq.de nobilit.c. 15.n.12. Gabriel Paleot. vbi ſupra c. 48. pag.306.Valaſc.cõſult.92.n. 13.licet in ſpurijs alij cõtrariũ teneant per auth.ex cõple xu c.de inceſt nupt.& dicam infra verb.filius §.37.

14 Alimentare tenetur filius parentes, ſicut parentes tenentur alimentare filios. Quando filius abundat, & parentes non habent vnde alantur l.cum non ſolum §.ipſum vbi Doct.c.de bon.quæ lib.& Gloſſ.verb.edu atio.in c.jus naturale 1.de Dec.in l.jur. ſanguinis n.3.ff.de regul.jur. & etiam pater ſit bannitus,nihilominùs filius eum alere tenetur l.mutus §.manẽte ff.de jur.dot. & auth. de inceſt.nupt.§. ſi verò contigerit coll. 2. baſt. in l.ſiquis à liberis §. ſed vtrum ff. de lib agnoſc.

15 Pater,qui negauit alimenta filio, vel filius patri,quando vterque alterum alimentare tenebatur,ſi alimentãdus moreatur propter illud quod illi alimenta fuerunt denegata ab illo,qui illa præſtare tenebatur,tenetur ac ſi illum interfeciſſet, non tamen habebit pœnam ordinariam,ac ſi illum ſuffocaret, ſed pœnam extraordinariam.l.1.§.de nunciare verſ.pœna,& l.nec are.vbi Bartul. ff.de lib.agnoſc.& l.qui non facit vbi Doct. ff.de regul.jur.

16 Alimenta poſſunt legari ſeruo, & cuicunque hæreditatis incapaci l.ſi in metallum ff. de his,quæ pro non ſcript.& l.is cui ,& l. ſeruos vbi Doct.ff.de aliment. legat.& l. cũ hi §.eam verſ.nihil ff.de tranſact.Abb.conſil.63.n.7.p.2.

17 Alimenta ſunt præſtanda inſpecta qualitate illius,cui alimenta debentur, & inſpecta facultate illius, à quo debentur, omnia hæc per arbitrium boniviri ſunt ponderanda,& finiuntur cum vita illius,qui eſt alimentandus l.cum hi §.mod is,& §.ſedet perſonarũ ff.de tranſact.& Bart. in §.illud quoque n.4. in auth.de non eligend, ſecund.nub. Alex. de Imol.in l.ſi donaturus ff. de cond. cauſ. dat§. fin.& Doct.in l. cum dotem ff. ſolut, matr.

Verbo Anima.

1 Anima prætioſior eſt corpore, & ideò non conſiſtit in poteſtate hominis,ſed in poteſtate Dei c cum infirmitas.vbi DD. de pæn.& remiſs.& Gloſſ.verb. animæ.in §. publica inſt.de pub.jud.& videtur probari. in l.ſancimus 1.in fin.vbi Gloſſ. pæn.c. de pæn. ſacr.ſanct. Eccleſ.

2 Duo exiguntur,vt homo dicatur homo, ſcilicet corpus, & anima c.in quadam noſtra vbi Doct.de celeb.Miſſ.

3 Corpus humanum cõponitur ex quatuor elementis, ſcilicet ex terra, & aqua, & aere, & igne , vel ſaltim ex qualitatibus,& virtutibus eorum,& ad vegetationem illius concurrunt quatuor humores,videlicet phlegma, melencolia,ſanguis, & colera, namque melencolia correſpondet, primo elemento, quod eſt terra, phlegma ſecundo, quod eſt aqua,ſanguis tertio quod eſt aer , colera quarto quod eſt ignis.d.c.in quadam noſtra vbi Gloſſ.in caſus poſitione,& Abb. & omnes,de celebrat.Miſſ.

4 Anima tripliciter dicitur,puta,ſenſitiua, vegetatiua, rationis,ſeu intellectiua , anima nanque ſenſitiua eſt illa , quà ſentimus per ſenſus corporeas, & in illa communicamus brutis,& corrupto corpore,corrumpitur anima ſenſitiua,anima verovegetatiua eſt illa,qua vegetamur,& nutrimur,& in illa cõmunicamus plantis, & etiam corrupto corpore corrumpitur anima vegetatiua, anima tamen rationalis,ſeu intellectiua eſt incorruptibilis, & corrupto corpore remanet anima intellectiua incorruptilis. vt tenet Gloſſ.verb.intellectiuæ. In clam.vnic.§.porro.vbi Doct.de ſum.trin.D. Tho.1,p.q.76. articul. 1.

Verbo Animal.

1 Animal irrationale creatum eſt , hominis cauſa, & non tantum animalia,ſed quæ ex ipſis naſcuntur in fructu hominum ſunt l. in peludaim ff. de vſur. Connan.libro 4. comment. juris ciuilis c. 2. numero 2. Menoch. de arbitrant.lib. 2. centuria prima caſus. 49. numero 11. Ioann. Pegaſ. libro. 3. compoſit. c. 4. numero 24.

Animalia ſunt in duplici differentia,nãq ali

Digitized by Google

alia ſunt manſueta, alia vero ſunt fera, & hæc, aſia habent conſuetudinem ad nos redeundi, & alia ſunt in ſua naturali laxitate, animalia enim, quæ ſunt in ſua naturali laxitate, fiunt occupantium, leg. poſsideri. §. item feras, vbi Paul. de Caſtr. ff. de aquirend. poſſ. & l. in laqueum. ff. de acqu. rer. Domin. & §. feræ, vbi communiter Doct. & §. illud, & §. apum. inſt. de rerum diuiſ. Iaſ. & moderni. in d. l. poſsi. deri. §. nerua. num. 10. quamuis iu prædijs alienis occupari non poſsint inuicto Domino prædiorum. l. diuus pius, vbi Doct. ff. de ſeruit. ruſt. præd. §. plane. vbi Aret. inſt. de rerum diuiſ. & ita in feris animalibus in laqueis incluſis, quia non ſunt Domini laquei, donec ad poteſtatem illius perueniāt, l. in laqueum, vbi Bartol. ff. de acquirend. rerum dom. & §. illud, vbi Doctor. inſt. de rerum diuiſ. licet per noſtram ord. libr. 5. tit. 62. §. 6. ille, qui inuenerit, aliquod ferum animal, ſeu auem, in laqueo alieno, teneatur reſtituere illud, quod inuenit, Domino laquei, etiam antequam ad poteſtatē illius per veniſſet, quæ ord. eſt obſeruanda in hoc Regno Luſitaniæ, tantum, & in foro ſeculari, non autem alibi, nec in foro Eccleſiaſtico.

5 Animalia vero ex natura ſua fera, quæ habent conſuetudinem ad nos redeundi, non poſſunt ab aliquo occupari, dum retinent illam conſuetudinem redeundi, d. l. poſsideri. §. item feras, vbi Doct. ff. de acquirend. poſſ. & l. ſi pauonem. ff. de furt. ſi autem cæperunt oberrare, & amiſerunt illam conſuetudinem redeundi, benè poſſunt occupari, quia iam perdicta eſt poſſeſſio illorum. d. l. poſsideri. §. feras. & §. ſequ. vbi Bartol. Paul. Iaſ. & alij. ff. de acquirend. poſſ. & l. 3. & l. naturalem. ff. de acquirend. rerum Dom. Nau. in Manu. c. 17. num. 128. & §. pauonum, vbi Doct. inſt. de rer. diuiſ.

6 Animalia manſueta ſunt illa, quæ dominio alicuius ſubiecta, nata ſunt, & natura eorum non ſunt fera, & hæc licet conſpectum noſtrum effugiant, noſtra tamen ſunt in quocumque loco fuerint. §. Gallinarum, & §. itē ea, vbi Doct. inſt. de rerū. diuiſ. Nau. in Manu. c. 17. n. 128.

7 Animal alicuius, ſi ante cornu peta erat, & aliud animal interficiat, tenetur Dominus illius reddere bouē, pro boue, & quadauer accipiet. Dominus bouis interficientis; c. ſi bos, vbi Doct. de iniur. & damn. dat. & Exod. c. 21. & tenetur etiam Dominus animalis nocentis, ſatisfacere damnum, ſi animal antea nocere conſueuerat, & ille fuit in culpa non adhibendo diligentiam neceſſariam, vt animal ſuum aliquem non noceret, c. ſi læſerit, & c. fin. de iniur. & damn. dato, & l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. ſi vero animal alicuius aliud ſit aggreſſum, & ab illo fuerit occiſum, non tenetur Dominus illius, quod. alterum occidit, cum alterum non commiſiſſet, ſed ſe defenderet, & ita quando fuerit dubium, quod animal primo ſit aggreſſum, quia tunc Dominus ad nihilum tenetur, d. l. 1. §. ſi alia, & d. §. cum arietes, vbi notant omnes. ff. ſi quadrup. paup. & l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. ff. ad leg. Aquili. & gl. ver. reddet. in d. C. ſi boſ. de iniur. & damn. dato.

8 Dominus etiam animalium ferorum tenetur de damno ab illis dato, ſi illa habeat in luco, vbi damnum facere poſsint, ſi tamen fugiant à Domino, & iam non ſint in dominio illius, & tunc nocuerint, non tenebitur, tunc Dominus. l. 1. §. in beſtijs, vbi notant Doct. ff. ſi quadru. paup. & §. denique. & §. cæterum. inſt. eodē. & §. feræ vbi Doct. inſt. de rerum. diuiſ.

9 Animal alicuius, ſi læſerit agrum, aut vineam alterius. tenetur Dominus illius reſtituere damnum, Dominus tamen agri, ſi illud, inuenerit damnum ſibi inferens in agro, non poteſt retinere animal illud, donec ſibi damnum reſarciatur, ſed debet cōuenire Dominum animalis, pro damno illato, c. ſi læſerit, vbi Abb. numer. 3. de iniur. & damn. dato, & Exod. cap. 22. & ſi Dominus agri animal occidat, aut percutiat, ſeù præcipitare faciat, aut illud includat, vt fame pereat, tenetur reſtituere omne damnum. l. quintus Mucius ff. ad legem aquil. & §. cæterum, vbi communiter Doctor. eodem. titul. glo. in d. c. ſi læſerit. niſi per aliquod ſtatutum contrarium diſponatur facit text. in leg. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Nauarr. in Manu. cap. 17. numer. 120.

10 Animalia bructa irrationalia non puniūtur pro delictis, nec iudex in illis exercet ſuam iuriſdictionem, vt tenet ſap. in leg. Imperium. numer. 6. ff. de iuriſdictio. omnium. iudi. Aret. in §. item lex Iulia. num. 2. inſt. depublic. iud. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 99. num. 8. niſi ſi homo haberet rem cum bructo animali, quia tunc propter deteſtationem criminis, etiam animal puni-

Digitized by Google

retur, vt late dicam. Infra.verbo, ſodomia. §.5.

Verbo Appellatio.

1 APpellatio eſt leuamen oppreſſorum, & præſidium innocentiæ, c.cum ſpeciali, §. porro. de appellat. c.ad noſtram, vbi gloſſ.1.eodem, titul. & gloſſ.verb.deferendum. in c. cum appellationibus. de appellat.lib.6. Abb. in Rubrica, num.3. eodem, tit.vbi etiam Philip. Bald.in Rubrica,C.de appellat. ſummiſtæ verb.appellatio. quamuis alij aliter diffiniant, vt per Bart. in Rubrica,nu.1.ff.de appellat.

2 Appellatio fuit principaliter inuenta,vt repararetur grauamen inflictum, & non,vt iuſtitia alicuius deprimatur, ſed vt iniquitas iudicis coerceatur, & imperitia illius corrigatur. l.1. vbi Doct. ff.de appellat. & gloſſ.1. in c. ad noſtram de appellat. gloſſ. verbo deferendum, in c. cum appellationibus,eodem,titul.lib.6.Abb.in c.ſuggeſtum, num.3. eodem,tit.& tamen non debet,eſſe præſidium, iniquitatis, c.cum ſit Romana, & c. peruenit,& c.conſuluit,& c.reprehenſibilis, de appellat. & ex litteris deſponſ. & l. conſtitutiones, C. de appellat. & l. 2. vbi Doct C.quorum appellat.non recip.ſpecul. tit.de appellat. §.2. nu.13.

3 Appellare debet quis à ſententia contrà ſe lata,tàm interlocutoria,quàm diffinitiua, intrà decem dies vtiles à principio, in progreſſa tamen continuas, c. ſignificauerunt, vbi gloſſ.verb. intra.deteſtib. & c. concertationi,vbi gloſſ.verb.ſciuerit.& Dominic. Ioann.Andr.Anch.& Doct communiter de appellat.lib.6. & l.1.§.dies autem,vbi Doctor. ff.quand. appelland. ſit, & authent. de appellat. coll.4. Abbat. in c.fin.num.15.de præſumpt.& authent. hodie.c.de appellat. vbi Bart.Bald.Salicet. & alij.& eſt communis. ord.lib.3. titul.70.& currit tempus appellandi à tempore ſcientiæ, de momento ad momentum, vt tenent Doct. in d.c concertationi,de appellat.lib.6.& glo.ver.ſubtraxiſſe. in d.l. 1. §.dies autem , vbi Bartol. num.3.ff.quand.appelland.ſit minor tamen ſeù Eccleſia poteſt reſtitui ad appellandũ. l.1. vbi Bart. nu.3.& alij C.ſi ſæpius.in integr. reſt. idem Bart. in l. præſes. nu.6.c.de appellat.

4 Appellare non poteſt quis poſt decem dies, nec etiam de partium conſenſu. d. c. concertationi, vbi Doct. de appellat.lib.6. & Rom. in l.2.num.16. & Rip. num.20. ff. de re iud.& Imol.Paul.de Caſtr.Alexand.& alij.& tenent.Doct.in c.cum ſit Romana,de appellat.nec eſt verũ illud, quod dicit Fel. in d.c.cum ſit Romana, num. 4. quòd tempus decem dierum,datum ad appellandum poteſt prorrogari ex aliqua cauſa vtilitatis publicæ,vel ſcandali euitandi,quoniam ſententia poſt decem dies tranſiuit in rem iudicatam , & reuocari non poteſt, quòd ius illi tribuit hanc corroborationem. l. poſt rem iudicatam, vbi Bart. & communis. ff. de reiud. & tunc fit res illius , cui iudicata eſt quam dona re poteſt,quoniam ſi pars renunciat liti, & etiam cauſæ finitæ , cui renunciare poteſt. l. 1. vbi Iaſ. num.10. ff.de tranſact.in effectu eſt domatio. l.in ædibus. in prin. & l. modeſtinus. ff. de donat. Abb. in c.1. nu.8. vt lit. non conteſt.Valaſc.poſt aliàs conſult.8. num.9.& conſult.135.num. 16. & aliter hoc beneficium iuris, vt intra decem dies vtiles appelletur, non poteſt à partibus auferri , cum ad vtilitatem communem expectet , vt lites non ſint in pendenti. l.ius publicum,& l.inter debitorem, vbi Doct. ff. de pact. & C.cum tempore de arb. & C.contingat de ſententia excommunicat. imo non appellans intra decem dies, à ſententia contra ſe lata,videtur in illa cõſentire , & tunc tranſit in rem iudicatam. l. cum Titia. ff. de accuſationib.& C.quoad conſultationem. de ſent. & reiud.glo.fin.in c.2.de procurat.Abb.in c.1.n.12.de except. Abb.in c.ſæpe.n.10.de appellat.

5 Appellare debet quis à ſententia condicionali, intra decem dies. numeratas, à die publicationis ſententiæ, non vero a die cõplectæ conditionis. c. quoad conſultationem, vbi Doct.de ſent. & reiud.& l.1.§.biduum,vbi Bart.num.3.ff.quand. appelland. ſit, &c. biduum. §. 1. 2. quæſt. 6. & Innocent. Hoſt. Ioann.Andr. Abbat.in c.præterea. 2. de appellat. Ioan. Monach. Arch. in c. quicunque de ſententia excommunicat. lib.6. quamuis Iaſ. in l.ſi a primo. num.12. ff.de lib.& poſthic teneat contrarium a ſententia tamen excommunicationis , lata ſub conditione poteſt appellari , poſt promulgationem , vſque ad euentum conditionis, etiam poſt decem dies , poſt promulgationem illius, quoad effectum,vt excommunicatio non liget appellantem, & quoad effectum , aut cauſa de voluatur ad ſuperiorem poteſt appellari intra decem dies poſt condi-

Digitized by Google

conditionis euentum, vt reſoluunt Doct. ſupra relati in d. c. pr.eterea,& in d.c.quicunque de ſent.excomm.lib.6.

6 Appellans per appellationem eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit, quoad cauſam illam, c. Romana,& c.ſi à iudice,vbi communiter Doct.de appellat.lib. 6. nec poſtquam iudex à quo eſt appellatũ detulit appellationi, poteſt amplius cauſam aſſumere. c.cum appellationibus, vbi Dominic Ioan.And.Anch. & alij. de appellat. lib.6.Abb.in c.dilectis,nu.12. et in c.interpoſita. § ille, n.4.de appellat.niſi detuliſſet in deuolotiuo,& non in ſuſpenſiuo.dic.infra. §. 8.

7 Et attentata poſt appellationem a ſententia diffinitiua interpoſitam non valent.ſi legitimè fuit appellatum, quia iam iudicis officium conquieſcit, vbi primum ab illo fuit appellatum. c.1.& c.verum,& c.vt noſtrum, & c.dilecti,& c.ex parte, de appellat. & c. non ſolum, de appellat. lib.6.& l.appellationibus, vbi Doct. C. de appellat. & l.1. C. de bon.poſſ.ſecund. tab. & l.vnica, vbi Bart. nu.1. ff.nil.innouar. appellat. inter. & c.cum.tu detestib.& c. ſuper quæſtionum.§.fin.de offic.deleg. ſpecul.in titul.de pet. & poſſ.§.1. num.25.& 26.fallit tamen in caſibus,in glo.ver.nihil.in c.poſt appellationem. 2.quæſt.6.communiter approbata, vt per Iaſ.in l.1. num.3. C.de bon.poſſ. ſend. tab:& per Marant.de ord. iud.6.par. §. de appellatione, a n. 174. vbi ponit. 22. fallentias.

8 Appellatione pendente ab interlocutoria, de iure ciuili,etiam conquieſcit officiũ iudicis in principali,& non poteſt amplius in cauſa procedere, nec valent acta a iudice, a quo fuit appellatum, poſt appellationem,actitata,quamuis illam non recepiſſet, l. intra vtile, vbi Bart. in prin. ff. de minorib.& l. vnica, vbi Doct. ff. nihil innouar. appellat. inter. de iure tamen canonico,nõ conquieſcit officium iudicis, pendente appellatione ab interlocutoria,ſi iudex a quo non detulit appellationi ſed potius attentata poſt appellationem ab interlocutoria valẽt,ſi iudex appellationis inuenerit,quòd fuit male appellatum, ſi tamen pronunciauerit bene appellatum, & male iudicatum, tunc reuocantur omnia attentata poſt appellationem ab interlocutoria,per modum nullitatis, aut attentatorum, niſi attentata fuiſſent agitata poſt inhibitionem, modo debito factam, quia tunc quidquid geſtum fuerit, eſt ante omnia, per iudicem appellationis reducendum ad priſtinum ſtatum, licet cauſa appellationis ab interlocutoria non ſit vera,d.c. non ſolum,vbi communiter Doct.de appellat.lib.6. & clement.vnica, vbi glo. ver.non deferens,& verbo manifeſte, & Ioan. Andr.Imol. Card.& alij.de dol.& cont.& clement.1.§. ſimiliter,& ibi. gloſ.verb.alicuius,& Doct.de ſent.& reiud. Bart. in l.intra vtile,num.2. ff.de minorib. aliquando ſolent iudices Eccleſiaſtici ſuſcipere appellationem ab interlocutoria in diuolotiuo, & non in ſuſpenſiuo,vt valeant agitata poſt appellat.

9 Appellans ab interlocutoria,aut grauamine tenetur exprimere cauſam grauaminis in appellatione, & in ſcriptis, & petere apoſtolos corã iudice a quo appellauit,nec admittitur exceptio, quòd antea litteras impetrauerat, ſi iudici non ſunt præſentatæ. c.vt debitus,& c.cum ſpeciali. §.porro. de appellat. & c.1. vbi Doct. & c.ab eodem tit.lib.6.& clemẽt.appellantibus,vbi Ioan. And.Card. & omnes. de appellat.Abb.in c. ſuggeſtum.n.6. eodem, tit. & ſufficit, quòd dicat appellans. apello, a tua interlocutoria,quia exceptionem meam non recepiſti, & ſimiliter.c.dilecto.b.3. de appellat.

10 Appellans vero à ſententia diffinitiua, non tenetur exprimere cauſam vllam grauaminis, ſed ſufficit dicere appello ab iniqua ſententia.c.poſt appellationem.2.quęſ. 6.& l.2. vbi Doct. ff.de appellat. & gloſſ.12 in C.ſuper eo. 12.vbi Abb.n.8.de appellat. & glo.ver.iniuſta.in c. cum in Eccleſia,eodem,titul.

11 Appellans debet appellare corã iudice, qui contrà ipſum tulit ſententiam,& ſi copiam iudicis habere non poteſt,priusquàm decem dies tranſiant,ſufficit appellare coram notario cauſæ, aut coram aliqua perſona nobili, & honeſta, & vbi primum copiam iudicis habere potuerit debet illi notificare, quod appellaſſet de ſua ſententia. c. fin. de appellat. & facit text.in l. vt perfectius. §. fin. C. de annal. præſcript.& hoc obſeruatur in praxi, quamuis. Abb.in d. c. fin.3. dicat, quod non ſit appellandum coram notario,ſed coram aliqua perſona proba, & honorata, Iaſ. tamen. in l. Gallus. §. quod ſi is, nu.9. ff. delib.& poſthu. approbat, quòd fiat coram notario, ſi copia iudicis haberi non poteſt.per text.in d.l.vt perfectius.§. fin.C.de annal.præſcrip.& ita obſeruatur.

Digitized by Google

12 Appellans poteſt renunciare ſuæ appellationi, tacitè, vel expreſſè, namque litigãdo coram iudice a quo appellauerat, poſt appellationem, aut petendo dilationem ad abſoluendum, aut faciendo aliquem actũ, per quem videatur conſentire in illa ſentẽtia, videtur tacitè illi renunciare, aut expreſſè appellationi renunciando. c. 2. vbi Doct. de dol. & cont. lib. 6. & c. ſolicitudinem de appellat. & l. abſolutionem, vbi Bart. Bald. Salicet, & omnes. C. de re iud. & l. ſi quis libellos. C. de appellat. & l. fin. in fin. C. de temp. appelland. Rom. conſil. 9. Socin. conſil. 45. col. 5. lib. 1. Doct. in d. c. ſolicitudinem. Marant. de ord. iud. 6. parte. §. de appellatione. num. 341.

13 Appellans ſi infra terminum ſtatutum à iudice à quo, non fuit appellationem proſequutus, compellitur ſtare illius ſententiæ, & tunc ille iudex à quo cognoſcit de cauſa, c. perſonas, & c. ſæpe, & c. conſtitutus. & c. reprehenſibilis, & c. ad hæc, 27. de appellat. & clement. quamuis, vbi Doct. eodem titul. & tunc ſit deſerta per negligentiam appellantis, ſi per illum ſtetit quominus, illam proſequeretur. & non per iudicem, ſiuè per notarium, quia tunc nõ præiudicaretur appellanti, ſi per iudicem, ſeù per notarium ſtetiſſet, & non per negligentiam appellantis, clement. ſi appellationem, vbi Doct. de appellat. & auth. vt ſponſal. larg. §. hoc quoque coll. 9. & c. ex tenore de appellat. & l. preces, vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de appellat. & gl. o. ver. per negligentiam in clemẽt. ſi appellationem de appellat. de iure noſtro Regeo non eſt neceſſe, vt iudex a quo appellatur, cõſtituat tempus ad appellationem proſequendam quoad effectum, vt appellatio habeatur pro deſerta, & appellans compellatur ſtare ſententiæ, ſed vbi primũ appellatio fuerit a iudice a quo, recepta, & infrà ſex menſes non fecerit tranſcribere proceſſus cauſæ, & fecerit ſtatuere terminum, in quo ſit appellatio proſecuta, compelleretur ſtare ſententiæ, & iudex a quo habebit appellationem pro deſerta, & non ſecuta, ord. lib. 3. tit. 70. §. 3. quæ praxis obſeruabitur in foro ſeculari tantum huius Regni noſtræ Luſitaniæ, & vbi tale fuerit ſtatutum, per l. omnes populi, & ibi Doct. ff. de iuſt. & iur.

14 Appellans habet annum ad proſequendam apellationem, ſi iudex illam recepit, poteſt tamen iudex abriuiare tempus illud, c. cum ſit Romana, vbi Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Ioann Andr. Abb. Fel. & communis, & c. ad aures, & c. oblatæ de appellat. & aliquando ex cauſa habet bienium, c. ex tenore, vbi Doct. de appellat. & clem. ſicut, vbi Ioan. Andr. Card. & omnes eodem tit.

15 Appellans ſi non proſequitur ſuam appellationem. & reddit ad iudicem a quo nihilominus ſi iterum grauetur ab illo, iterũ poteſt appellare non obſtantè, quod ad illum, rediiſſet, poſt primam appellationem c. dilectæ nobis, vbi Doct. de appellat, & Gepard. conſil. 34. n. 26.

16 Appellans in vna cauſa, non eximitur in alia ab illo iudice, a quo appellauit, ſed potius pendente appellatione poteſt corã illo iudice conueniri in alia cauſa. c. ad hæc. & c. præterea, 22. & c. propoſuit, vbi Doct. de appellat. & c. Romana. §. cum vero, vbi Dominic. Ioan. Monach Ioan. And. Anch. Frãc. & alij, eodem tit. lib. 6.

17 Appellans non poteſt turbari in poſſeſſione ſua, appellatione pendente tam in appellatione in iudicio inſinuata, quàm extra iudicialı, imo debet integer remanere, dum appellatio pendet. c. bonæ memoriæ, vbi Doctor. de appellat. & l. vnica. §. inter vbi Bart. num. 1. & omnes. ff. nihil Inno. appellat. inter. Abb. in c. ex tenore, numer. 3. de purg. can. fallit tamẽ quando ſententia fuit lata in Curia Romana contra poſſeſſorem beneficij quia tunc ſi fuerit appellatum, ſequeſtrantur beneficij fructus per ordinariũ loci, dum appellatio pendet. clement. vnicã, de ſequeſtr. quæ clement in. habet etiam locum in ſententia ordinarij, quando ab illo appellatur, quoniam etiam ipſe ordinarius poteſt fructus beneficij, ſequeſtrare, poſtquàm ſententiam tulit contra poſſeſſorem, de qua ipſe poſſeſſor appellauit, vt tenet Card. in d. clement. vnica, num 9. de ſequeſtr. Marant. de ord. iud. 6. parte. §. de appellatione. num. 193. & etiam fallit quãdo debitor, qui appellauit fuit ex noua cauſa ſuſpectus de fuga, quia tunc poteſt res ſequeſtrari, ſi præſumatur illam rem ſuper qua eſt lis ſe cum portare poſſe, ſicut poteſt capi per creditorem, etiam propria auctoritate lite, ſeù appellatione pendente, etiam tempore feriato, in honorem Dei, vt illum ad iudicem ducat, vt tenet Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem, a num. 2. ff. de his, quæ in fraud. cred. & Iaſ. in prin. num. 77. inſt. de act. in l. apertiſsimi, nu. 22. C. de iud. Ang. in rep. l. nemo. verſ. item, quæro, quid ſi lite pendente. C. de ex act. trib. lib. 10. Alex. conſil.

Digitized by Google

conſili. 106. col.fin. lib. 3. Doctor. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisd.cog. & in l. poſtquam, §. Imperator. ff. vt legat. ſeu fid. commiſſ. nomin. cau. & fallit etiam quando timetur de fructuum dilapidatione, quia tunc poteſt iudex fructus ſequeſtrare appellatione pẽdente, c. fin. vbi Doct. de ſequeſtr. poſſ. & l. Imperatores. §. fin. vbi Bart. num. 1. ff. de appellat. ſpecul. in tit. de appellat. §. nouiſſime, n. 1. Doct. in l. ab executore. C. quand. appellat. non recip. hæc tamen ſequeſtratio eſt facienda per iudicem appellationis, poſtquam illi ſententia iudicis a quo, fuerit præſentata, ante vero fieri debet per iudicẽ à quo appellatum fuit, vt tenet Anton. de Butr. Ioan. And. Abb. & omnes in c. cum teneamur. de appellat. & eſt communis, vt per Alex. in add. ad Bart. in d. l. Imperatores. §. fin. ff. de appellat. licet Bart. ibi nu. 3. dicat ſemper eſſe faciendam ſequeſtrationem illam per iudicem appellationis, quæ opinio Bart. mihi ſecurior, & verior videtur quãuis ſit contra cõmunem, in eo quòd ſequeſtratio illa ſemper debeat fieri per iudicem appellationis, niſi aliquod periculum immineret, ſi ſequeſtratio illa fieret a iudice appellationis, & ita ord. lib. 3. tit. 73. §. 2.

18 Appellare poteſt reus, ſi metat, quòd actor declaret rem, quam in libello petit, & iudex non iubet talem fieri declarationem, vt eſt text. in c. ſignificantibus, vbi Doctor. cõmuniter de appellat. & Leo. in tract. nouæ oper. c. 3. nu. 16. eò quòd actor tenetur declarare rem petitam in ſuo libello. c. examinata, vbi Doctor. de iud. & l. ſi in rem b. vbi Bart. ff. de rei vind.

19 Appellans non ſufficit docere, quod exceptionem legitimam oppoſuit, & appellauit, ſed quod propter exceptionem non admiſſam appellauit, C. dilecto filio. 63. vbi Doct. de appellat. quoniam appellans tenetur coram iudice ad quem oſtendere cauſæ veritatem, niſi fuerit oblata prohibitio, & reiecta coram iudice a quo. c. interpoſita, vbi Doct. de appellat. & Ant. de Butr. Innocent. & omnes. in c. cum inter canonicas de elect.

20 Appellans tenetur ſequi ſuã appellationem, aut mittere procuratorem ſi terminũ ſibi fuit præfixum, quoniam aliàs condemnabitur in expenſis, quia tunc appellatus notificat ſuperiori per inſtrumentum, quod vulgo dicitur, dia daparecer, vt eſt tex. in c. Niculao, vbi notãt omnes de appellat. ord. lib. 3. tit. 68. §. 3.

21 Appellans poteſt petere, vt cauſa remittatur ad iudicem à quo, etiam inuitò appellato. ſi ante incoactam appellationem, hoc petere voluerit, condemnabitur tamen in expenſis, poſt incoactam appellationem, non poteſt. C. intimaſſit vbi Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Abb. & omnes. de appellat. & c. 1. eodem, tit. lib. 6. & l. ſi quis libellos. C. de appellat. nam in quantum iſta appellatio facit pro aduerſario, non poteſt appellans pænitere. poſtquam aduerſario fuit ius quæſitum. ex Bart. num. 2. & alijs in d. l. ſi quis.

22 Appellans debet petere apoſtolos ſæpe, ſæpius, & non eſt neceſſe per interuallum, ſed ſufficit ſimul, & vno contextu, & ſi iudex aſsignat certum terminum appellanti, & ille non comparet die ſtatuta, poteſt mãdare ſuam ſententiam executioni, nõ obſtante appellatione, aut ſi appellans infra triginta dies apoſtolos non petit, quia tunc videtur renunciare appellationi. c. ab eo qui appellat. vbi gl. 1. Ioan. And. Dominic. Franc. & omnes de appellat. lib. 6. & c. cũ qui. §. iudicibus. 2. q. 6. & clement. quamuis. vbi Doct. de appellat. l. iudicibus, vbi Salicet. C. eodem. tit.

23 Apoſtoli dicuntur ſecundum qualitatem illorum litteræ enim in quibus iudex à quo differt appellationi, narrando quare illi differt, aut quare nõ differt dicuntur apoſtoli, & ſi iudex differt, dicuntur dimiſſorij, ſeu reuerentiales, propter reuerentiam iudicis ad quem mittuntur, ſi vero non differt appellationi dicuntur refutatorij, ſi autem extrà iudiciales dantur, dicuntur conuentionales, ſeu teſtimoniales, facit text. in c. ab eo. 2. quæſt. 6. glo. ver. apoſtoli in clement. quãuis, vbi Doct. de appellat. ſpecul. in tit. de apoſtol. ſeù libell. dimiſſ. §. 1. n. 1. Abb. in c. bonæ memoriæ. n. 9. de appellat.

24 Appellans contrà electionem, debet exprimere cauſam, quam cõtra electum obijcit, aut perſonam eius, ſeù contra formam electionis, & iurare, quòd credit eſſe vera omnia, quæ obijciũtur contrà electionem, c. vt circa, vbi gl. 1. Ioan. Monac. Arch. Ioã. And. Philiph. & omnes, & c. is qui contrà. & c. qui contrà, & c. cõſtitutio. & c. indignitatibus. §. porro. vbi etiã Doct. de elect. lib. 6.

25 Appellans tamen a ſub delegato, ſuper iuriſdictione, cui non fuit in toto cauſa cõmiſſa, aut ſi delegans moreatur, vel excommunicetur, debet appellare ad Papam, non autem ad ſub delegantẽ. c. ſi a ſubdelegato,

vbi Doctor.& c.ſi is cui,vbi Ioan. Monach. Arch. Dominic. Ioan.Anch.Franc.& omnes de offic. & poteſt iud.deleg. lib.6.& c.antiqua.de priuileg.& c.cum te,& c.ſuper quæſtionum. §. vero,& §. ſi vero. de offic. deleg.

26 Appellari poteſt à futuro grauamine,extrà iudiciali, vel iudiciali, exprimens cauſam, in qua timetur grauari, ab omni grauamine, tamen generaliter loquendo non poteſt quis appellare. c. conſuluit. 18. vbi Abb.nu.4. de appellat.& clement.ſicut,vbi Doct. eodem, titul.& qui appellat,a grauamine, extrà iudiciali,debet appellare infrà decem dies,& ſi infrà illas non appellauerit, non debet amplius audiri per medium appellationis,c.concertationi,vbi notant omnes de appellat.lib.6.

27 Appellantibus duobus,ſuper eadem ſententia, vno ad Summum Pontificem, alio verò ad inferiorem,præualet tunc appellatio ad Summum Pontificem,quoniã ad maius tribunal eſt propoſita, c. ſi duobus, vbi gloſſ.verb.tenebit,& Ant.de Butr.Innocẽt. Hoſt.Ioan.And.Abb.& alij de appellat.tex. in l.contra pupillum. §. is qui. ff. de reiud. & ita ſi appellatur ad legatum de latere,aut ad alium ſuperiorẽ, ad quem omiſſo medio appellari poteſt ſi enim ad eum omiſſo medio appellari non poteſt,tunc valet ad inferiorem. ex Abb. in d.c.ſi duobus.nu.36.

28 Appellari non poteſt de officiali Generali Epiſcopi,aut de Vicario Generali,illius ad ipſum Epiſcopum,nec de pari ad eundẽ, ſeù ad parem, ſed eſt appellandum de minore,ad maiorem iudicem,& cum Vicarius Generalis, Epiſcopi,ſit vnum tribunal cum ipſo Epiſcopo,non poteſt appellari de Vicario Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum, c.nõ putamus, vbi Doctor. de conſuet. lib.6.& c. Romana, vbi Dominic. Ioan.And.Anch. & alij. de appellat. lib. 6. & l. 1. §. ab eo, vbi Bart. ff. quis, & a quo, gloſ.fin. in c. dilecti filij. 66. de appellat. Abb. in c. ſi quis contrà,n.26.& 31.de foro comp. Bart.in l.præcipimus. in prin. C. de appellat. Marant. 6. part. §. de appellatione, nu.380.& eſt communis, ita vt non valeat conſuetudo in cõtrarium, vt tenet gloſ.fin.in d.c. non putamus. Abb.in c.fin.nu.5.de dilat.& in c.relatum, nu.8. de offic.delegat.de Capitulo tamẽ appellatur ad Epiſcopum,ſi Epiſcopus, fuit in Capitulo tanquam canonicus. c. a collatione de appellat.lib.6.

29 Appellari tamen poteſt de Vicario pedaneo,ſeù rurali, qui licet habeat vices Epiſcopi, eſt de putatus, in aliquo loco particulari, ſeù Archidiaco natu,ad ipſum Epiſcopum, quoniam talis Vicarius dicitur foraneus, clement.& ſi principalis,vbi gloſ. verb. foraneo. & Doct. de reſtitut. vnde ab ipſo officiali foraneo, ſeù delegato Epiſcopi poteſt appellari,ad Epiſcopum, c.Romana. §. ab Archidiaconis, vbi Gem. Ioann. And. Pheliph. & alij.de appellat.lib.6 glo. in ſumma,& in verb.officiali,in d.c.non putamus. de conſuet. lib 6.Abb.in c.relatum, num.8. de officio deleg. Card.in d.clemẽt. & ſi principalis quæſt. 24.Gem.in c. 1.quæſ. 2.de offic. ord.libr.6. Alex. in Rubrica. col. pen.ff. de offic. eius,cui mand.eſt iuriſdict. Ang. in l.præcipimus. C. de appellat. Marant. de ord. iud.6. part.§. de appellatione, num.381. Leo. in tract.de nou. oper.nunc. c.3. num.46. quidquid, dicat Fel.in Rubrica, num.4. verſ. vtrum a delegato. de offic. deleg.

30 Appellatio fit de Epiſcopo ad Archiepiſcopum Prouinciæ, niſi de conſuetudine, ſeù priuilegio ad alium ſit appellandum, vt eſt text.in c.Romana. §. debet, vbi gloſſ. verb. eos. & Ioann.And.Franc.& communis, de appellat. lib.6. Doct. in c. non putamus. de conſuet. eodem. libr. 6. Ruin. conſil. 119. lib. 4.

31 Appellare non poteſt monachus,ſeù Clericus à correctione foraterna niſi modus excedatur. c.ad noſtram,vbi Abb.num.7.& c.quia nos, vbi Ant.de Butr.Hoſt.Innocẽt. Ioan.Andr.Abb.& omnes.& c. reprehenſibilis. de appellat. idem Abb.in c. qualiter. 2. n.15. de accuſat.

32 Appellari non poteſt ab executione ſententiæ,niſi executor modũ excedat.c.quoad conſultationem, vbi Doct.de ſententia, & reiud. & c.nouit,& c.ad noſtram.de appellat.& c.fin.§.ab executione. 2. quæſt.6. glo. fin. in d.c.quoad conſultationem. l.ab executione, vbi Bartol. Paul.de Caſtr.& alij.C. quorum appellat. non recip.& l.ab executore. ff. de appellat. & l. executorem. C.de executore iudicat. ſpecul. tit.de appellat.§. in quibus, n.5.& Grat.conſil.16.lib.2.Alex. conſil.113.n.10.lib.5.Ruin. conſil.80.lib.5. Doenn.regul.41.

33 Appellare poſt ab iniqua ſententia, non tantum reus, ſed alius quicumque, cuius ſententia intereſt, & appellatio vnius prodeſt alteri, ſi re cõmini iuuatur. c.vna ſententia, vbi gloſſ.1. Ant.de Butr.Hoſt.& Innocent.

Digitized by Google

nocent. Abb. & omnes, de appellat.& c.eſqui. §. ſunt, & §. quando. 2. quæſt.6.& l. 1. & 2. vbi Doct. C. ſi vnus ex plur. appellat. & l. à ſententia, vbi Bart. num. 1. ff.de appellat.

34 Appellatio generalis non valet, namque vaga, & in diffinita appellatio, vt ſi quis dicat in omnibus cauſis, in quibus nilis grauaueris. appello, non debet admitti, ſi tamen ſit in vna cauſa valet, quamuis de iure ciuili vtroque modo debeat admitti, c. inter cætera, vbi Doct. & c. conſuluit. 18. vbi Abb.nu.1. de appellat. & clement.appellanti, vbi Zabarel.Imol.Card.& omnes, de appellat.Ang.conſil.188.Marant.de ord. iud. 6 p.§.de appellatione, n.354.

35 Appellatio non recipitur in factis notorijs, nec in notorijs, criminibus, ſiuè quando quis in iure confeſſus eſt, aut ſi appellatur nec teſtamentum aperiatur, aut ſcriptus hæres non mittatur in poſſeſsionem, & in cauſis ſimilibus. c.cum ſit Romana. §. præterea, vbi Doct.& c. cum ſpeciali.§.porro. & c.peruenit.13. & c. conſuluit.14. de appellat. & c.Romana.§. ſi autem, vbi glo.ver. conſimilibus, & Doctor. de appellat. lib.6. Old.conſil.18. col.2.& Lud.Rom.cōſil.334. & l.2.vbi Doct.C.quor. appellat.non recip. nec recipitur appellatio ab illo, quem inter eſt, publicè damnatum ſtatim puniri, ſicut eſt in publico latrone, & concitatore ſeditionum, & ſimilibus. l. conſtitutiones, vbi Bart.& omnes.ff. de appellat. in noſtra Luſitania tamen per ord.Reg lib.5. tit.122.in prin. recipitur appellatio in omnibus criminibus grauioribus. &ſi pars non appellat ipſemet iudex appellat ad ſenactum ſuperiorem.

36 Appellari etiam non poteſt, tàm de iure canonico quam ciuili, niſi a ſententia diffinitiua, aut ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuę, aut agrauamine, quod per diffinitiuam reparari non poteſt, aut de iure canonico, quando infra bieniū a die litis motæ cauſa nō fuit terminata extrauag.de reg. vbi Doct inter communes, Trident.ſeſsi.24. c.20.de reformat. l.intra vtile.ff.de minori & l.2. C.de Epiſcopal. aud. & ante ſententiæ, vbi gl.fin.& Bart.n.2. c.quorum appellat.& ord.lib.3.tit.69.in prin.& §.1.& 2.

37 Appellari poteſt etiam in cauſis minimis, & leuibus, quoniā ita poteſt quis grauari in cauſa leui. ſicut in magna, & quantitas cauſæ non facit, vt appellatio ſit interducta, ſed grauamen iniquum. c.de appellationibus, vbi glo.vnica, & Doct.& c.peruenit. de appellat. Bald.in l. & maioribus, in fin. C. de appellat. attamen per noſtram ord.lib.1.tit.58. §.56.non recipitur, appellatio a ſententia prætoris, ſeù auditoris magiſtratuū, in ciuilibus, niſi in cauſis, quæ excedāt. ſummam viginti ſolidorum in bonis immobilibus, & viginti quinque in bonis mobilibus, quia in ſumma inferiore habent iuriſdictionem ſine appellatione, & in pœnis imponendis habent iuriſdictionem, ſine appellatione vſque ad quinque ſolidas a iudicibus autem a rege poſitis in ciuitatibus, & alijs oppidis, non recipitur appellatio niſi in ſumma, quæ excedat decem ſolidas in bonis immobilibus, & quinque millia teruntiorum, in bonis mobilibus, & in pœnis imponendis, excedat ſummam mille teruntiorum, quia in ſumma inferiori habent iuriſdictionem, ſine appellatione, ord. lib. 1. titul. 65. §. 6. quæ ord. extenditur ad omnes iudices litteratos poſitos, a Dominus terrarum, in terris a rege noſtro, ipſis Dominus donatis, alij autem iudices, habent iuriſdictionē in ſumma quatuor centa teruntiorum, in bonis immobilibus, in molibus autem in ſumma millia teruntiorum, ſi fuerint iudices in oppidis habentibus plus quāducentos vicinos, & in alijs inferioribus in ſumma ſexcenta teruntiorum in bonis immobilibus ord. d.titul. 65. §. 7. quæ ord. eſt obſeruanda in noſtra Luſitania in foro ſeculari, tantum, & alibi ſunt obſeruanda ſtatuta vniuscuiusque regionis, l.omnes populi, vbi Doct. ff.de iuſt. & iur.

38 Appellatio manifeſtè friuola, & fruſtratoria non recipitur, nec iudex inferior, illi differre tenetur, nec appellans excuſatur quominus obediret ſententiæ, poſt appellationem, nec propter friuolam appellationem impeditur executio ſententiæ, c.cōparati, vbi Doct. & c. conſtitutis, vbi Abb. num.17. de appellat. & c. cum appellationibus, vbi gloſſ.ver. deferendum, & Ioann. Monach. Dominic. Ioan.And.Arch.Anch. & omnes.de appellat. lib.6. Ang cōſil.140. Marant. de ord.iud.6. p.§.de appellatione, nu. 345. Leo in tract.de nou.oper.nunciat. c. 3. nu.26.Merg.de appellat. §.2.c.3.num. 20. nec valet ab vſurario, vt maneat in crimine. c. quoniam precioſum, & c. tuas de vſur.

39 Appellatio contra leges, ſeù canones interpoſita, non eſt recipienda, nec iudex illi

differrę

Digitized by Google

differre debet, c.conſuluit. 27. vbi Doctor. de appellat. ſi tamen iuſte fuerit interpoſita, tenetur iudex illi defferre, & ſi illi non defert peccat mortaliter, & debet de hoc facere conſcientiam. Abba.in c. de priori, num.2.& 7.de appellat, nec poteſt poſtea de ſua excipere. c. conſtitutis, & c.cum ſit. de appellat. imo ſi appellatio iuſtè ad Summũ Pontificem ſit interpoſita, & iudex illi non deferat, debet mitticum litteris ordinarij ad Curiam Romanam, vt ibi puniatur. d c. de priori, vbi Doct.de appellat.

39 Appellatione remota inhibetur omnis appellatio, quæ à iure non indulgetur expreſſe, quia tunc omnia videntur prohibita, quæ non inueniuntur expreſſa. c.paſtoralis, vbi glo.1.& Doct.de appellat.ſemper tamen intelligitur de iniuſta, & fruſtratoria, appellatione non autem de iuſta. & de iuſto grauamine. d. c. paſtoralis. & c.vt debitus, vbi Doct. de appellat.& c.ſuper eo.de offic.deleg.& c.licet de offic.iud.ord.& dic. ver.clauſula. §.2.

40 Appellari non poteſt tertio à diffinitiuà, ſeù interlocutoria, in vna eademque cauſa, reſpectu eiuſdem ſententiæ diffinitiuæ, aut reſpectu eiuſdem articuli interlocutoriæ, reſpectu tamen diuerſi articuli, poterit iterum appellari, c. ſua nobis, vbi Doct.de appellat.& clement.fin.cum glo.& ibi.notatis. de appellat.& clement.1. vbi communiter Doct. de ſent. & reiud. & l.vnica, vbi Bart. num.5.& omnes, C.ne liceat ter.prouocar. glo. verb.appellare. in c. dilectæ, vbi Abb. num.8. de appellat. idem Abb. in c.ſi quis contra. num.22.defor. comp ſpecul.in titulo de appellat.§.quoties.in prin. Marant. de ord.iud. 6.p.§.de appellat.nu.280.Hipp. in l. extrà territorium, num.49. ff.de iuriſdictio.omnium.iud.& in l.vnica. num.160. C.de rapt. Virg. Bernard.deluco. in regula 719. Doenn.regul50.Paris.conſil.109.n.15. lib.4. nec poteſt agi de nullitate. dico.ver. ſentent.§.60.

41 Appellari non poteſt omiſſo medio, niſi ad Summum Pontificem. c. dilecti filij, vbi Ant.de Butr. Hoſt. Innocent. Ioann. Andr. Abb. & omnes, de appellat. & c. ſi duobus, Doct. eodem. titulo, & c. antiqua de priuil. & c.ad Romanam, & c.ideo huic. 2.q.6.ſpecul. in tit.de appellationib.§.nunc.in prin. Fel.in c.cum te, num.1.de offic.deleg.& eſt communis.

42 Appellatio ſi non fuit recepta à iudice, vel à parte approbata, ſufficit appellanti mittere procuratorem, ad impetrandum, & contradicendum, quamuis pars ſit parata in curia proſequi. c.interpoſita. §. eidem, vbi Doct. de appellat.

43 Appellans in caſibus à iure expreſsis debet recurrere ad iudicem ſuperiorem, & omnia acta coram iudice à quo geſta ſuis expenſis transferre ad illum iudicem, intimata prius appellatione iudici à quo, vt ſi quid illi videatur ſignificare iudici appellationis, pro cauſæ inſtructione.& appellatus, ſi appareat, & actis illis vti voluerit, cogitur tunc per ſoluere expenſas actorũ, quæ translata fuerunt, pro ſua portione, miſi de conſuetudine totum ad appellantem pertineat de illis àctis tamen, quæ neceſſaria non ſunt, ad cauſæ expeditionem, non tenetur appellans ſoluere expenſas, nec illa transferre, imo, ſi appellatus illis vti voluerit, ſuis expenſis illa transferre debet.clement.cauſam. cum ibi notatis, de elect. Trident.ſeſ. 24.cap.20.de reformat.ſi tamen appellat.à pluribus iudicibus in vna eademque cauſa, non cogitur coram omnibus appellare, ſi facile præſentia illorum inueniri non poteſt, ſed ſufficit appellare coram maiore parte illorum, clement. 1. vbi Doctor. de appellat.

44 Appellationis tempus poteſt pro rogari, de partium conſenſu, poſtquàm fuerit intra decem dies appellatum, antequam tamẽ appellatio ſit recepta à iudice, à quo, quoniam poſtquam iudex à quo appellationi, de tulerit, & tempus ad illam proſequendã, ab illo ſit præfixum, & terminatum non poteſt tempus prorogari, nec de partium cõſenſu. authentic.ſi tamen, vbi Bart.num.3. & l.fin. §. vlt.vbi Doct. C.de temp.& reparat.& c.ſæpe, vbi Abb. nu.10. de appellat. & clement.quandiu.de appellat. Alexandr. in l.properandum, in prin. C.de iud. & in add. ad Bart. in authentica. ei qui appellat. c.de temp. appellat. Philipp. & Felic. & alij.in c. ex tenore de appellat.Bald.in l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædilic. edict. in d.l.fin. C. de temp. repar. & Marant. de ord. iud.6. p.§.de appellat.n.236.

45 Appellari poteſt ab electione non iure facta, & tam appellans. quam appellatus debet iuſra menſem iter arripere, & declarare omnia, propter quæ, appellans intendit appellare. c.1. vbi Doct. & c. procurator, vbi Dominic. Ioann. Andr. Arch. & omnes de elect.lib.6.

Iter enim arriperre ad Sedem Apoſtolicã

habet

Digitized by Google

habet vim appellationis, ſeruatis tamẽ his, quæ in appellatione requiruntur c. dilecti filij.§.2.vbi Doct. de appellat. quoniã ſum mittens ſe protectioni ſuperioris præcedente grauamine,habetur pro appellante. c.ad audientiam vbi Gloſſ.verb. noſtræ,& Doct. communiter de appellat. Lanfrac.in c.quoniam contra deprobat.

48 Appellatio enim tam judicialis,quàm extrajudicialis facit de valui cauſam electionum Epiſcoporum,ſeù ſuperiorum ad Sũmum Pontificem, ſi id ſcriptis, & eæ cauſa probabili fuerit inter poſita, & aliter nõ c.quamuis vbi Gloſſ. 1. & Ioann. Monach. Gull.Ioan.And.& arch. Franc.& omnes de elect. lib.6.& ſpecul.tit.de appellat. §. qualiter ab arbitris juris etiã appellatur ad Sũmum Pontificem cab.arbitris.de offic.delegat. lib. 6.

49 Appellatus ſi compareat corã iudice appellationis,& proponat. appellantem infrà. decem dies non appellaſſe, debet tunc judex appellationis prius cognoſcere, ſi intrà decem dies fuit appellatum, aut non,& tũc diſcuſſã illa propoſitione cognoſcet,de cauſa appellationis c. Romana §. ſi vero vbi Doct.de appellat. lib 6.

50 Appellatio ab interlocutoria debet terminaria judice appellationis, & ſi judicat bene judicatum,& male appellatum, debet remittere cauſam principalem ad judicem à quo,& condemnare appellantem in expẽſis ſi judex à quo non detulit appellationi, quoniam ſi detulit, non fit remiſſio de neceſsitate, ſi autem judicat bene appellatum, & male judicatum, non debet, remittere cauſam ad judicem grauantem c. vt debitus, vbi Doct.& c. cum in Eccleſia vbi Gloſſ. verb. alioquim.de appellat.& c. cum appellationibus. vbi Gloſſ. 1.Domin. Ioan. Monach. Ioan And. Anch. & omnes de appellat.lib.6.& l.intra vtile vbi Bartol. num.2.ff.de minorib.& l.eos.vbi Gloſſ.verbo accipere, & Bartol.Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & alij c. de appellat. & dixi ſupra §. 6.& 8.

51 Appellatio in actu proceſſus inter poſita operatur, vt ſi poſtea appelletur à diffinitiua, emendetur illud grauamen, à quo in actu proceſſus fuit appellatum, per judicẽ appellationis.c.finali.vbi Gloſſ.vero emendari,& Dominic.Ioan.Monach.Ioan. And. Anch.Philiph. Franc.& omnes de appel. li. 6.& Card.in clam.ſæpè §.& quia notab. 7. de verb.ſign.Dec.in c.cum ceſſante col.10. de appellat.Marant.de ord.jud.6 Part.§. de allegatione n.7.& habetur in noſtra ord. li. 3.tit.2.§.38.& & §.fin.

52 Appellans prius,prius agit de cauſa ſuæ appellationis,& qui prior eſt tempore, potior eſt conditione,quando par eſt cauſa c. cũm dilectus de ord.cog.& c.hi,qui vbi Doctor.de prob.lib.6.& c.cum autem de jure Patronat.& l.quoties vbi Gloſſ.& Dec. n. 1. & 2. ff.de regul.jur. & l.qui appel. ff.de jud. & c.qui prior vbi Gloſſ.& Doct.de reg.jur. lib.6.

53 Appellationis cauſa eſt alia, quàm cauſa prima reſpectu inſtantiæ l.ſcio,quæſitum ff. de appellat.& Gloſſ.fin.in l. per hanc c. de temp.appellat.& Gloſſ. verb.agitur in l. ita demum c.de procurat. & ſuper ſedetur in cauſa principali ſi aliqua quæſtio oriatur,& in illa fiat appellatio, dum appellatio terminatur ſi ſine illo articulo cauſa principalis terminari,non poteſt c.ſuper eo vbi Doct. de appellat.

54 Articuli nouæ rationis admittuntur poſt appellationem in ſecunda inſtantia, & diſcutiuntur per judicẽ appellationis, etiã parte abſente per contumaciã,cũ non ſint primis articulis directò contrarij c.fraternitatis tuæ vbi DD.de teſt.& c.intimaſti §. ſane de appella.clam.fin.de teſt.ord.lib.3.tit.20. §.28. Fallit tamẽ vt in Gloſſ.d.clam.fin.attamẽ cũ ſemel articuli nouæ rationis fuerint allegati nõ poterit parſ. in illa inſtãtia iterũ allegare aliã rationẽ,licet dicat de nouo ſibi eueniſſe ex or.d.ti.20. §.24.nec teſtes producere ſuper re allegata in inſtãtia authẽt. at qui ſemel c.de prob. Gam.deciſ.149.numero 1.

55 Appellare nõ eſt neceſſe à ſentẽtia quæ cõtinet expreſsũ errorẽ,aut ipſo jure eſt nulla l.ſi expreſsim vbi Doct.ff. de appel.& l.1. & 2.vbi Bart Bald.Salic. Paul.de Caſt.& omnes c.quãd.prouocare nõ eſt neceſſ.& l. 1. §.1.vbi etiã notãt ſcribẽtes ff quæ ſent.ſine appellat.& c 1.vbi Ant.de Burr Hoſt.Inno. Ioan.And.Abb.& alij de ſent.& reiud. & c. ei qui §. itẽ ſi ſentẽtia cõtra ius ſcriptũ 2. quæſt.6.& Gloſſ.verb.prolatis in l.cũ prolatis ff.de reiud.& ord.lib.3.tit.75.in prim.

Verbo Apoſtata.

1 APoſtata dicitur retro abiens, & fit inimicus Dei,& in iram illius incurrit in æternum, niſi pœnitentiam agat, quoniam apoſtata

Digitized by Google

apoſtata recipitur ad pœnitentiam, c. non obſeruatis. 26. quæſt. 7. Simanch de hæret. cap 7. num. 2. Paris, conſil. 2. num. 188. lib. 4. Menoch. de orb. caſu 546. per totum. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 78. nu. 4. Alphonſ. de Caſtr. lib 1. de iuſt. hæret. punit cap. 23.

2 Apoſtata re poteſt quis tripliciter. primò apoſtaſia eſt temerarius receſſus ab ſtatu fidei. ſecundò, ab obedientia. tertiò, à religione, ex gl 1. vbi Abb. n. 2. in c. 1. de apoſtat. & Doct. in Rubrica eodem, titul. Hoſt. in ſumma, in tit. de apoſtat. §. quod ſpecies. D. Thom. 2. 2. quæſt. 12. art. 1. Silueſter. verbo apoſtaſia, n. 1. Ang. ibidem. in prin. Simanch. de hæret. cap. 7. in prin. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 78. nu. 4. Salzed. cap. 111. nu. 1. recedere à ſtatu fidei dicitur Chriſtianus, qui efficitur Iudæus, Maurus, Turca, ſeu Leutharanus, vel Caluinus, aut ad aliquam ſectam tranſit, & per talem receſſum. a religione Chriſtiana dicitur apoſtata, quoniam profeſſus a fide recedit, & aliam ſequitur ſectã. & eſt hæreticus, vt tenet Alciat conſil. 478. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 78. num. 4. Ioan. Vell. in tract. de dilict. §. de apoſt num. 1. quamuis de hæretico aliter diffiniamus, infra verb hæreticus. § 1. ſecundò modo dicitur apoſtata, ille qui relinquit habitũ ſuæ religionis, & ad ſeculum, ſeù habitum laicalem redit, vt eſt Clericus, ſeù monachus, qui ſumit habitum laicalem, & recedit a ſua Eccleſia, & religione, & tanquàm laicus incedit, facit doctrina Cald. conſil. 1. de apoſtat. quoniam ſi aliquis Clericus, ſeù monachus, ſit vagabundus retento tamen habitu clericali, ſeù monachali, non fit apoſtata, licet grauiter peccet, vt tenet Cald. vbi ſupra Anan. in c. tuæ fraternitat. num 11. de apoſtat. Iul. Clar. lib. 5. §. 78. num. 4. tertiò modo dicitur apoſtata ille, qui recedit ab obedientia Summi Pontificis, ſeù ſui ſuperioris, ſicut monachus, quando recedit inconſulto ſuperiore ſuo, & ſe non ſubijcit alicuius obedientiæ, ſeu quod idem eſt animum habet nunquam redeundi, quoniam tunc licet retineat habitum monachalẽ fit apoſtata, qui non fieret, licet vagaret ſi ſe ſubijceret alicuius obedientiæ, & haberet animum redeundi, vt tenet Innocent. in c. ſi de renunciat. & in c. intelleximus. de ætat. & qualit. Abb. in c. 1. n. 3. de apoſt.

3 Apoſtata punitur de iure canonico diuerſimodè, nàque ille, qui receſsit à religione Chriſtiana, & aliam ſequitur ſectam, punitur tanquã hæreticus, quoniam reuera hæreticus eſt. c. contra Chriſtianos, vbi Doct. de hæret. lib. 6. gloſ. 1. in c. 1. de apoſtat. vbi Abb. n. 3. Hoſt. in ſumma tit. de apoſtat. n. 5. Alphonſ. à Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæret. punit. c. 7. & 23. Simanch. de cath. inſt. c. 7. per totum. Ioan. Vell. in tract. de dilict §. de apoſtat. & habent in illo locum omnia, quæ dicemus infra ver. hæreticus.

4 Apoſtata, qui recedit ab obedientia ſuperioris diuerſimodè etiam punitur, nam ille, qui recedit ab obedientia Summi Põtificis, cõtẽnedo præcæpta illius & canones ab ipſo conditas credendo illũ non habere poteſtatẽ canones cõdendi, tanquã nõ eſſet Vicarius Chriſti, iſte enim talis, punitur, vt hæreticus, c. nulli falſ. eſt. 19. dec. & c. primo 22. dec. & c. violatores, & c. omnia. 25. q. 1. & Abb. in c. 1. num. 3. de apoſt. ſi autem non negat Summum Pontificem poſſe condere canones, & etiam Prælatum poſſe ſua facere ſtatuta, ſed non vult obedire ex contemptu, aut aliquo prætextu, ſeù auaritia, non punitur tanquàm hæreticus, ſed grauiter punitur debet enim deponi, & excommunicari, & ſi fuerit incorrigibilis, debet tradi Curiæ ſeculari, c. ſi quis voluerit, & c. illud, vbi Doct. de maior. & obed. & c. generali. de elect. lib. 6. vbi Dominic. Ioan. And. Anch. & omnes, & gl. 1. & Abb. n. 1. de apoſtat. Salzed. c. 111. n. 2.

5 Monachus profeſſus dimiſſo habitu temerè, & ſine licẽtia ſui ſuperioris, quamuis ad ſtudia accedat, ipſo facto remanet excõmunicatus, & eſt grauiter puniendus, & poteſt incarcerari, & ſupplicibus affligi, vt habitum reaſſumat, c. a nobis, vbi Doct. communiter. de apoſt. & c. vt pericula, vbi Domin. Arch. Ioan. And. & omnes. in c. cler. vel Monach. lib. 6. & ſi recedat ab ordine ſuo, ſuæque ſumptæ religionis, dimittendo tonſuram, & coronam, aut accipiendo vxorem veſte religionis dimiſſa, repellitur à teſtimonio, & ab omni honore, & dignitate, & fit infamis ipſo iure. c. alieni. 2. quæſt. 7. & c. alieni, & c. beatus. 3. quæſ. 4. & c. legi. 16. quæſ. 1. Hoſt. in ſumma, tit. de apoſtat. §. quot ſpecies, & §. qualiter. puniantur, & poteſt tunc a laico compræhendi, ſine metu cenſuræ, facit text. & ibi Doct. in c. 1. de apoſt. Decian. in tratact. criminal lib. 5. c. 73. n. 19. Menoch. de arb. lib. 2. cent 6 cau. 546. n. 32.

6 Clericus ſecularis in Sacris Conſtitutus, qui clericalem habitum reliquit, & aſſumpſit habitum ſecularem viuens tanquam laicus dicitur apoſtata, vt tenet Innocent. in

c. quam-

Digitized by Google

quamuis de vit.& honeſt.cler. Abb.in c. 1. num 4.Socin. num.3.de apoſt. Ioann.de Anan.in c.tuæ, nu.11.eodem,tit.& Silueſt. in ſumma verb.apoſtaſia.nu.3.Ang.ibidem. nu.1. Iul.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.78.num.4. Decian in tract.criminal.lib.5.c.73.num.2. Menoch.de arb.lib.2.cent.6 ,cau .546. nu. 47. Salzed. c.111. nu.2.& fit infamis,& ipſo iure, & repellitur ab accuſando,& afferendo teſtimonio, c.alieni. 2.quæſt.7.& c. 1.& c.beatus.3.quæſt.4.& c.infames. 6.q.1. nec admittitur ad aliquando officium clericatus, ſeù honorem,vel dignitatem,vt tenet Decian. vbi ſupra, nu.8. & 9. Menoch. vbi ſupra. n.48.& perdit priuilegium ordinis,clericalis. vt eſt text.in d.c.1. vbi communiter Doct. de apoſt. Bernard. in pract. criminal.c.109 ad fin.& poteſt incarcerari, & alijs pœnis affligi donec habitum clericalem reaſſumat,& clericaliter viuat. Abb. in c.tuæ. n.4.& Socin.ibidem.& in c.à nobis a nu.1. de apoſtat.& Decian. d.c.73.nu. 24. Menoch. d.cau.546. num.48. & quamuis non exiſtat ipſo facto excommunicatus, eſt tamē excommunicandus, & alijs pœnis puniendus pro arbitrio iudicantis , c.tuæ fraternitati,& c.a nobis,vbi Doct.de apoſtat. Abb.in c.1. nu.3.Socin. & alij eodem, titul. & reſoluunt ſupra relati, & ſi vxorem ducat eſt ſuſpectus de hæreſi,vnde inquiſitores cōtra illum procedere poſſunt,vt tenet.Lup. in c.per veſtras. §.18. num.26. de donat. inter. vir.& vx. Bernard. vbi ſupra. c.74.Simanch.de cathol.inſt.titul.40.Pegn. in comment.ad directorum inquſit.2.parte cōment.74. col.2. verſ.atque hæc.Menoch. d.cau.546.nu.49. Doct.in c.accuſatus.§.ſane.de hæret.lib.6.

7 Clericus tamen in minoribus conſtitutus non dicitur apoſtata ſi habitum clericalem dimittat,niſi habeat beneficium,& illo retento habitū clericalem dimittat,quia tunc diceretur apoſtata,vt tenet Abb.in d.c.tuę.n. 3. Anan. nu.11. de apoſt.Silueſt.verb.apoſtaſia, nu.5. Ang. ibidem.nu.1. Dacian. d.c. 73.nu.23.& 24. Menoch. d.cau.546.nu.50. Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.78.nu.4.Socin.in c.tuæ fraternitati.nu.4. de apoſtat.

8 Clericus ad monitus , ſi ſe non corrigit, eſt deponēdus,vt in c.ſine ornatu,& c.pręcipimus.21.q.4.& c.ſin.autem cum ſeq.16. quæſt.3. Ang.in ſumma.verb.apoſtaſia,n.3. Salzed.d.c.111.nu.2.

9 Monachus tamē, ſeù clericus,qui aliqua iuſtâ de cauſa, habitum mutat, non tamen animo deferēdi, ſed vt euadat aliquod graue periculum, ſeù opus valde bonum exerceat, quod habitu monachali, ſeù clericali exercere non poteſt nō dicitur apoſtata, vt eſt text.in c.vt pericula,vbi gloſſ.ver.temere,& Doct.ne cler.vel, monach.lib.6.Abb. in c.1. nu.3. Socin.nu.5.de apoſtat. Afflict. in comment. da conſt.ne apol.Rub.3.apoſtatantes, nu.9. Decian. vbi ſupra.c.75. nu. 3.& Menoch.d.cau.546.nu.40.Sanct.Ant.2. p.tit.12.c.6. Silueſt.ver.apoſtaſia.n.5.

10 Apoſtata vero,qui tam graue cœlus cōmiſit,vt prorſus relinquat fidem Catholicam , punitur de iure ciuili , in bonorum confiſcatione, ſi non habet filios,ſeù aſcendentes, vel deſcendentes, hodie tamen per iura pontificia, quæ in hoc ſunt obſeruanda,fit confiſcatio bonorū etiam ſi filij apoſtatæ exiſtant,& per iura nouiora, c.cum ſecundum de hæret.lib.6.vbi notant Doct.cōmunit.& gl.ver.procedendum communiter approbata in c. contra Chriſtianos.eodem, tit.& lib. l.1. vbi etiam Doct. C.de apoſt.& authent.Gazaros, c.de hæret. Simanch. de cath. inſt.tit.9. nu.4. Menoch.vbi ſupra.d. cau.546. nu.11.& eo ipſo, quod tàm graue cœlus commiſit,fit in capax alicuius legati, & teſtandi,donandi,vendendi bona ſua,ſeù aliquo modo alienandi,& remanet priuatus omni priuilegio, quòd Chriſtianis competere poſsit, c.1. vbi Anton.Innocent.Hoſt. Abb.Federic. & omnes. de apoſtat. & l.hi, qui ſanctam,& l. Apoſtatarum, C.de apoſtat.Afflict.in cōment.ad conſt.ne apol.Rub. 3.apoſtatantes,nu.15. Menoch.de arb.iud. libr.2. cent.6. num.11. & etiam puniuntur pœna mortis , ſicut alij hæretici quoniam ſicut proceditur contra hæreticos, ita contrà iſtos apoſtatas,eò quòd hæretici ſunt. c. contra de hæret. lib.6. Doct.in c.1.de apoſtat. Menoch. d.cau.546.n.6.& c.ad abolendam. §. præſenti.de hæret.

11 Qui conſilio , ſeù ſuaſionibus aliquem apoſtatare facit,capite punitur,& alijs pœnis,quibus apoſtatæ puniuntur. l. eum qui, vbi Doct.C.de apoſt.& c.1. vbi notant omnes. de offic.& poteſt iud.deleg.

Verbo Approbans.

1 APprobans aliquem, ad vnum effectum, non poteſt illum reprobare ad illummet effectum,nec ad alium,vbi eadem idonietas requiritur, c.accipimus, vbi glo.2.&

Digitized by Google

Doct. de æ at. & qualit. & l. Pomponius, vbi glo. ver. ſemel. ff. de neg. geſt. Abb. in c. præſentium nu. 7. de teſtib. & in c. ſcriptum. nu. 15. de elect. poteſt tamen approbatus reddere ſe indignum poſt approbationem. d. c. accepimus, vbi Doct. de ætat. & qualit. & l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de munerib. & honorib. & ſi ad notitiam approbantis veniat tunc eũ reprobare poteſt, vt notant Doct. in d. c. accepimus.

2 Approbans aliquem ad ordines, non debet illum reprobare ad beneficiũ, vt tenet gl. ver. liceat, & Doct in c. ſecundum apoſtolum, de præb. ſemel tamen approbatus, quamuis ſuper eodem effectu, vbi requiritur eadem idonietas, nõ debeat iterum examinari, ſuper aliquibus nouis ſuper venientibus, debet iterum approbari, & examinari, & facere nouam probationem, delegalitate, (vt mos eſt) vulgo abonacão, ſi aliquis defectus opponatur, aut indignitas, aut ſi ſemel examinatus eſt admittẽdus apud ſucceſſorem illius, qui illum examinauit, & approbauit, quoniam ſucceſſor non tenetur ſtare examinationi illorum, quos ſuus prædeceſſor examinauit, præcipuè ſi aliquid de nouo euenit, vt tenet Abb. in d. c. accepimus. nu. 6. vbi glo. ver. examinari, de ætat. & qualit.

3 Approbans tamẽ ſubſtitutiones in teſtamento factas, non tenetur approbare legata eiuſdem teſtamenti, nec approbans legata tenetur approbare ſuſtitutiones, quoniã certo modo differunt legata, a ſubſtitutionibus, vt tenet Alex. conſil. 123. nu. 8. lib. 1. & Curt. Iun. conſil. 166. n. 11. Bellon. conſil. 46. n. 12. Merg. conſil. 26. num. 14. Auil. in ſuo repert. ver. teſtamentum, nu. 16. Menoch. de arb. cau. 93. n. 13.

4 Approbare non poteſt quis illud, quod nomine ſuo geſtum non eſt, c. cum quis, vbi Doct. de ſent. excommunicat. lib 6. & c. ratum, vbi notant omnes, de regul. iur. libr. 6. & l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego, vbi glo. ver. nihil & Bart. nu. 5. ff. de neg. geſt. & l. ſi ſeruus. ff. de precar. & gl. ver. ratum. in c. pen. de elect.

Verbo Arbitramentum.

1 ARbitramentum eſt, quidam contractus actionis, l. Pomponius. §. recepiſſe. ff. de arb & tenet Bartol. in l. 1. §. aduocatus, nu. 5. ff. de var. & extraord. cogn. differt tamen ab amicabili compoſitione, nam arbitramentum eſt videre, verũ alter ſit aliquid alteri daturus, amicabilis compoſitio eſt illa per quam partes ad concordiam reducuntur, ſine arbitratorũ ſententia, vt colligitur, ex glo. ver. recepiſſe. in d. l. Pomponius. §. recepiſſe. vbi Bart. n. 5. ff. de arb.

2 Arbitramentum iniquum, & continens peccatum eſt nullum, & reducendum ad arbitrium boni viri, c. non ſine, & c. expoſita, vbi gl. ver. reuocatis. & Doct. de arb. & l. ſocietatem. §. arbitratorum, vbi Bart. nu. 5. ff. pro ſocio. & l. maioribus, vbi Doct. C. communia vtriusq; iud. Menoch. de arb. lib. 2. cau. 339. n. 11. per ord. lib. 3. tit. 17. §. 5. debet pars grauata inter annum reclamare.

3 Arbitrium non extenditur niſi ad ea, de quibus expreſſum eſt in arbitramento. c. cũ dilectus vbi gloſ. 2. & Doct. & c. expoſita, vbi glo. verb. reuocatis, & Abb. num. 4. poſt Card. de arb. de Menoch. de arb. quæſ. 39. n. 1. Merg. conſil. 23. n. 16. & 18. & l. non diſtinguemus. §. de officio, vbi Doct. ff. de arb.

4 Arbitri poſſunt eligi à partibus, quamuis nullam habeant iuriſdictionem. l. ſi qui ex conſenſu, vbi Doct. C. de Epiſcopal. audiẽt. & glo. 1. in l. 1. vbi Bart. nu. 3. ff. de iud. & illis parendum eſt propter compromiſſum, non tamen propter iuriſdictionem, vt reſoluit Menoch. de arb. q. 2. n. 18.

5 Arbitri tamen iuris equiparantur iudici ordinario. Iaſ. in l. ſi conuenerit. nu. 15. & in l. diuo nu. 5. ff. de iud. Abb. in c. ſuſpecionis. nu. 8. de offic. iud. delegat. nec differre arbitrium à iudicio, inquit, Lud. Charand. lib. 3. veriſimil. iuris. c. 4 quoniam arbitris iuris, notio à iure eſt tributa. l. fin. ff. de iud. Corras. in l. illicitas. §. fin. n. 5. ff. de offic. præſid. Menoch. de arb. q. 2. n. 19.

6 Arbitri compromiſſarij differunt ab arbitris iuris; nam & ſi arbitri iuris teneantur acceptare, arbitri compromiſſarij non tenentur à principio acceptare, ſed eliguntur ex voluntate partium, l. 3. vbi Doct. ff. de arb. & Abb. in c. ſuſpecionis. n. 8. de offi. iud. deleg.

7 Arbitri compromiſſarij diſcordãtes debent eligere tertium, & ille tertius debet pronunciare vna cum alijs. aut cum altero eorum, & ſtabitur pronunciato illorum, c. ſuſpecionis, vbi Abb num. 5. de offic. iud. deleg. & l. item ſi vnus. §. fin. vbi Doctor. ff. de arc. ſpecul. in titul. de arb. §. fin. num. 17. Bart. in l. ſi dominium. numer. 4. §. deffunct.

8 Arbiter, cui committitur nudum miniſterium,

Digitized by Google

terium, non poteſt ſubdelegare. c. fin. §. vlt.voi Doct communit.de offic.iud.deleg. & l.non diſtinguemus. §.quæſitũ.vbi Doct. ff. de arb. ſpel.in tit. de arb.§. differt. nu.6. cum enim arbitri eligantur de partium cõſenſu, eorum perſonæ cenſentur approbatæ, & non aliæ, vt tenet Menoch.libr.2. de præſumpt.præſumpt. 76.n.10.Merg.conſil. 16. n.12. Leo.in tract.nou.op. c.6.n.3. nec etiam ſocio poteſt arbiter committere vices ſuas, vt tenet ſpeculat. in tit. de recuſat.§. effectus. n.11.

2 Arbitri poſtquàm iudicauerunt, non poſſunt ſuper nouis diſcordijs, mutare ſententiam, c.expoſita, vbi Doct.de arb.poſtquàm enim arbitri tulerunt ſententiam, eam amplius retratare non poſſunt, vt tenet ſpeculat.in tit.de arb.§. ſequitur.nu.62.Cin.in l. ſi diuerſa. c.de tranſact. Bald.Alb.& alij. in l.qualem. §. vnde videndum,& in l.quid tamen. ff.de arbitr.Ang.conſil.152.Doen regul.59. quamuis poſsint ſupplere, quæ deſunt. in ſententia quoniam in hoc ſuſtinẽt partes iudicum. l. Pomponius.§. recepiſſe, vbi Doct. ff.de arb.& arbitria ad inſtar iudicij ſunt reduta.l.1.& per totum.ff.de arb. & rem non nouam. C.de iud. ſpecul.in tit. de diſput. & allegat. §.ſatis.n.9.

3 Arbitri ſunt eligendi à partibus ad ſuſpeciones terminandas. c. ſuſpecionis, vbi Anton. de Butr. Hoſt. Ioann.Andr. Innocent. Abb. Fel.& omnes. nec officio.iud.deleg.& c.legitima, vbi cõmu.Doct.de appellat.lib.6.& dicam late infrà ver.recuſatio.

Verbo Arbor.

1 ARboris appellatione etiam vites continentur. l.1. vbi Doct.ff.de arborib.cædend.& l.vitem arboris.ff.de orb.furtin.cæſar.cæp.de ſeruit.vrb.præd. §. de arboribus verſ.quia facta.

2 Arbores plantans in ſuo fundo, ſi eſt oliua, aut ficus, debet illas plantare, vt diſtent nouẽ pedes, à fundo vicini, ſi aliæ vero ſunt debent diſtare per quinque pedes, propter radices. l.fin. ff.fin. regund.

3 Plantans tamen arborem iuxta fundum priuatũ vicini, vbi a quæ ductus diſcurrit, debet illam plantare, vt diſtet quindecim pedes, & ſi ibi aliquæ naſcerentur debent excidi. l.1. vbi glo.ver.pedibus,& Bart.nu. 1. C de aquæ duct. lib.11.quoniam radices magis ad aquam currunt, & ſe extendunt, quàm vbi non eſt aqua, vt inquit, cæp. de ſeruitut.vrb.præd. §.de arboribus.

Plantas tamen arborẽ iuxta loca publica, per quæ eſt trãſitus aquæ; debet illam plãtare, vt diſtet decẽ pedes à loco publico, quia locus publicus, ex vtraqua parte debet eſſe mundus, ab omnibus arboribus decem pedibus. l. omnis ſeruitus, C. de aquæ duct. lib.11. Cæpol. de ſeruitut, vrb. præd. §.de arboribus, ſi vero per priuatum fundum ſit publicus tranſitus aquæ. debet eſſe latitudo quindecim pedes inter dexterã, & ſiniſtram locorum, per quæ talis aquæ ductus decurrat.l.1.§.præterea, vbi gl.ver.pedibus, & Bart.C.de aquæ duct.lib.11.

4 Si autem aliquis plantauit arbores, iuxta fundum alienum, ſiue publicum locum, & dimiſit legitimum ſpacium, ſicut ius requirit; attamen poſtea radices decreuerunt, ita vt faciant damnũ vicino ſundo, ſeù domo, poteſt Dominus fundi, agere contra Dominum arborum, vt eximat illas radices, quæ vicino prædio damnum inferunt. l. 1. vbi glo. fin & Bart. nu.2. C. de interdict. Cæp. de ſeruit.vrb.præd.§.de arboribus, licet videatur, quòd Dominus non poſsit agere, cò quòd Dominus arborum ab initio illas plãtauit ſecundum terminum iuris, & initium ſemper eſt attendendum, c.principatus. 1. quæſt.1. & c.ſacerdos. 16.quæſt.3 .& l.cum hæres.in fin. ff.de diuerſ. temp.præſcript.& glo.ver. electionis in c.dudum, de elect. & l.1.ff. de orig. iur.ſed tamen prima opinio eſt verior per iura ſupra relata, quia initiũ eſt attendendum, ſi finis habet neceſſariam conſequentiam ad initium aliàs finis inſpicitur. l denique. §. vbi Doct.ff.de minor.

5 Et ſuppoſito, quod illæ radices, quæ poſtea acreuerunt ſint excidendæ, vtrum Dominus fundi dãnificati illas propria authoritate excidere poſsit, aut authoritate iudicis. eſt videre, namque videtur quod propria authoritate illas poſsit excidere per text.in l.quemadmodum.§.ſi protectũ, verſ. aliud. eſt. ff.ad leg.aquil.& arg.text.in l.ſed ſi interre, & me.ff. de ſeruit.vrb. præd.& l. generali. C.de decur. lib.10. ſed contraria opinio eſt vera, vt nõ poſsit propria authoritate radices illas excidere, ſed authoritate iudicis. vt euitentur diſcordiæ, & rixæ.l.1. vbi Doct. C.de interdict. & colligitur ex l. creditores.C.de Pign.& Hypoth.& l. ſi plures. §. ſi arbor. ff. de arb.furt. cæſar.cæp.de ſeruit.vrb. præd. d. §. de arboribus.

6 Arbor alicuius pendens ſuper domum

Digitized by Google

alterius debet a radicibus adimi.l.1.vbi Doctor.ff. de arb cædend.& gl.1.in l.1.C.de interdict cæp.d.§.de arboribus.verſ circa,pēdens, namque in frondibus, & ramis ſuper fundum vicini, debet ſecari quindecim pedes a terra, vt non impediat oriri ſol ſuper agrum alienum l. 1.§. quæ arbor.vbi Doct. ff. de arb. cæd. & glo. 1. in l.1. C.de interdict. cæp. vbi ſupra & hoc tam a terra fundi alieni, quàm ab ædificio, ſi poſtea ædificetur cum omne ſupra vſque ad cœlum ſit illius, cuius eſt fundus l. fin. §. ſi quis proiectum ff. quod vi aut clam & l. 1. C de interdict. & glo. ver. pedes quindecim in l. 1. ff. de arb. cæd. vbi ſcribentes.

7 Sed vtrum arborem, quæ pendet ſuper domum meam, poſsim propria authoritate ſuccidere, & ramos arboris, qui ſuper fundum meum pendent poſsim truncare, aut authoritate iudicis, & videtur quod authoritate propria per tex. in l. 1. & gl. ver. ci ff. de arb. cæd. ſed potius authoritate iudicis vt diximus §. 5. debet illā eximere ſeu ramos truncare, propter rixas, quæ inde euenire poſſunt & quoniam ſi ingredior fundum alienum, domino illius inuito, teneor illi actione, iniuriarum l. quemadmodum §. protectum ff. ad leg. aquil. & l. iniuriarum §. & ſi ſæpiſsime ff de iniur. & l. diuis. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & §. apium vbi Doct. inſt. de rerum diuiſ. & videtur probari in l. fin. ff. de arb. cæd.

8 Praxis tamen obſeruat quando arbor tua pendet in ædes meas, aut in meum fundum vt adeam iudicem, & faciam tibi denunciare, vt adimas arborem tuam, vel detrunces, & de hoc fiat mandatum iudicis, & ſi tu fueris negligens poſtquam tibi iudicis mandatum fuerit intimatum, & illam adimere, ſeù ramos illos quindecim pedes de truncare nolueris, aut aliquando conſtituitur tempus intra quod adimere debeas, & tunc ſi non adimeas authoritate propria id facere poſſum, cum neminem inueniam, qui me prohibeat, l. 1. ff. de arb. cædend. & Bart. in l. ſi arbor. num. 1. ff. eodem cæp. de ſeruit. vrb. præd. §. de arboribus verſ. in hoc conclude.

9 Habens arborem plantatam iuxta domum, ſeù fundum alienum, verum præſcribat, ita quod ſi non diſtet nouem, aut quinque pedes ſeù decem, vel quindecim, vt diximus, debeat euelli, vel non, & videtur quod ſic, quia radices ſemper acreſcunt, & illa quæ in arboribus epullulant debent, excidi l. 1. vbi Doct. C. de aquę duct. lib. 11. cæp. d. §. de arboribus in princ. ſed tamen vbi arbor. eſt permanens, & vbi rami non acreſcunt, ſufficit præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, quia habet cauſam continuam, & tunc fiunt iura, & qualitates prædiorum, & onera, quæ prædia ſuſtinere debēt l. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd. & inſt. de ſeruitut. §. item vrbanorum, & ſufficit ſpacium decem inter præſentes, vel viginti annorum inter abſentes ad illam ſeruitutem acquirendam l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua & l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vind. & datur eadem ratio, quæ datur intigno inmiſſo, & in ſeruitute continua l. 1. & l. ſeruitutes ff. de ſeruit. vrb. præd. non autem quando frondes ſeu rami acreſcunt, quia tunc poſſunt & debent excidi, ſicut diximus per actionem negatoriam l. cum meus, & l. ſi quando vbi Bart. ff. ſi ſeruit. vind. Merg. conſil. 34. nu. 20. Albar. conſil. 72. nu. 31.

10 Si tamen arbor ſit iuxta viam publicam, aut locum publicum, aut Eccleſiam, ſeu cæmiterium, & nō exiſtat illud ſpacium, quod ſupra diximus, aut habet frondes, aut ramos ſupra loca illa debet euelli, aut excidi non obſtante quacunque præſcriptione, etiam permille annos, quia loca ſacra, aut publica non poſſunt præſcribi. nec ſeruitutes illis impoſitæ l. vſu capionem ff. de vſurp. & vſu cap. & l. 1. vbi glo. fin. & Doct. C. de pręſcript. long. temp. & §. ſed aliquādo, vbi Ang. Aret. inſt. de vſu cap. & §. poteſt verſ. quas actiones. 16. q. 3. & facit ord. lib. 1. tit. 63. §. 32. vide tamen, quę dico. verb. pręſcriptio. §. 36.

11 Arbore legata, aut vēdita intelligitur legatum iter, ſeù venditum, & ſolum, vbi ipſa arbor mittit radices, & ita ſi vēditur fundus & excipiatur arbor, ſi arbor eſt fructifera. l. ligna, vbi Doct. ff. de leg. 3. & Iaſ. in l. ſi fundum. §. qui fundū, n. 16. poſt alias. ff. de leg.

12 Arbor intelligitur vendita, ſeù legata, quando fundus venditur, ſeu legatur ſimpliciter, & non excipitur arbor ſpecialiter, aliter tamen eſt in lignis cęduis, l. ſi fundi. §. ſi ruta, & cęſa. ff. de act. empt. & vend. & l. cū fundus. ff. cōmunia. pręd. & l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. ff. de pign. act. & l. in vendendo. ff. de contrahend. empt. gl. fin. in c. cum Bertoldus. de ſent. & reiud.

13 Arbor, dum in ſolo nō mittit radices, eſt illius, qui illam plantauit, poſtquam radices inmittit eſt illius, cuius eſt ſolum, quoniam

tunc

tunc cedit ſolo.l.idem Pomponius.§.de arbore.ff.de rei vind. & l.quintus mucius. ff. de act.empt.& l.ſi quis ſciens.C.de rei vind. & §. præterea,quod per alluuionem,& §. ſi Titius. inſt.de rer. diuiſ. Valaſc.conſul.58. nu.8. cæp.de ſeruit.vrb.præd. §.de arboribus. verſ. item quid.

14 Arbor dum adhæret ſolo dicitur res immobilis,poſtquam tamen à ſolo ſit ſeparata dicitur res mobilis, quia tunc non dicitur arbor ſed ligna l. ligni. §. idem, libro. vbi Doct,ff.deleg.3.& glo.verb.poſsideri. in. l. Pompionius.ff.de rei.vind.

15 Arbores non poſſunt plãtari in loco debenti ſeruitutem, l.ſi quando.§.cum in domo.vbi Doct.ff.ſi ſeruit.vind. & l.ſi arborẽ. ff.de ſeruit.vrb.præd.licet enim in ſuo poſſit quis facere quodlibet.l.procul.vbi Doct. ff.de damn. infect. attamen illud verum eſt dum modum nihil immittat in alienum, l. ſicuti.§.ariſto. ff.ſi ſer.vind.

16 Arbor non impedit quominus ædificiũ altius tollatur,quoniam arbor non præſcribit ſeruitutem altius tollendi,ita vt ſi arboris tuæ rami ſint ſuper meo ædificio, per mille annos,poſſum nihilominus, vſque ad cœlum tollere ędificium meum, quia non pręſcribitur libertas,contrà ſeruitutem altius non tollendi,l.quod autem,vbi Bart.& omnes. & l. ædificia,vbi Doctor. ff.de ſerui. vrb. pręd. ſi autem non ædificem dixi ſupr.§.9.

17 Arbores alienas furtim cędẽtes,& à fundo alieno tollentes tanquàm latrones puniũtur,quia furtum committunt illi,qui arbores, ſeù lapides, & ſimilia de fundo alieno tollunt. l.verum.25. vbi Doct.ff.de furt.& l. ſciendum. ff. de arb.furtim Cæſar.Menoch. de arb.lib.2.cent.6. cau.579.n.4.& poſſunt criminaliter accuſari, &puniri pœna furti. dico infra verb.furtum. §.3. & verb. terminus.§.9.& ord.lib.5. tit.117.§.1.

Verbo Aſſaſsinus.

1 Aſſaſsinium eſt homicidium perpetratum à certo genere hominum infidelium,aliqua pecunia,aut mercede conſtituta, mandante aliquo Chriſtiano Domino illorũ,eò quòd illi infideles ſunt ſerui Chriſtianorũ,& ita nutriti,vt credant ſaluari parendo mãdato Domini ſui,& obſequium pręſtare Deo. gloſ.verbo. formidantes,& Doctor. in cap. 1. de homicid. libr.6. plac. de delict. libr.1. cap. 19. numero.2. Aret.conſilio.163.numer.17. Capic.deciſsione.155. Gram. vot.8.& 9. Corrad.in pract. fol.237. numero.1. Iul.Clar.libr.5.§.Aſſaſsinus.numero.1. Nauarr.in Manu. cap.27. numero. 115. Salzed. cap. 97. verſ. non ſit ſequuta ad medium Ang. verbo. aſſaſsinus.in prin. Bart.in l.Cicero.ff.de pœn.Alex. conſil.166. in fin.lib.7. Burſat. conſil.20. nu.4. lib.1.& Roland. conſil.14. lib.4.Menoc.de arb.lib. 2.cau.360.num.41. Cou.ru. var,reſol.c.20. num.10.

2 Aſſaſsinorum pœna ponitur contra mãdantes,aut aliquomodo per aſſaſsinos interfeci facientes, aut ſequatur mors, aut non. & contrà illos, qui aſſaſsinos receptaverint,defenderint,vel occultaverint,& eſt de iure canonico excommunicatio ipſo facto, & depoſitio à dignitate,honore,ordine,officio,& beneficio,quibus ipſo facto priuantur, non tamen incurrant pœnas illas illi, qui pecunia conſtituta interfici faciunt, ſed tantum illi, qui faciunt interfici per homines infideles huiuſmodi c.1.vbi commun. Doctor. de homicid. lib.6. l.aut facta. ff.de pœn. Ang.conſil.14.Nau.in Manu.c.27,nu. 115.Salzed.c.97. numer.1. Cou.ru.in clement.ſi furioſus. 2.part.in initio. num.9.de homicid. Menoch. de arb. libr.2. cau. 360. num.39.

3 Aſſaſsini ſunt diffidati à populo Chriſtiano, ita vt quicunque eos occidere poſsit,& etiam poſsit occupare bona illorum. c.1. vbi notant omnes,de homicid.lib.6.& facit tex.in c.1. de ſchiſmat.eodem,lib.6.& in c. Felicis de pœn.d.lib.6. & ad arg. eſt.tex. in l.3.§. fin. ff. ad leg.Corn.deſicar. Iul.Clar. lib.5. §. aſſaſsinus. nu.4.

4 Aſſaſsinus non gaudet immunitate Eccleſiarum, imo ſi ad Eccleſiam confugiat. poteſt à quocunque ab illa extrahi,vt tenet plac.dedilict. lib.1.c.19 n.24 Iul.Clar.lib.5 §.aſſaſsinus.num.5. cum enim illi aſſaſsini, ſeù mandantes,per induſtriam mortem alterius perpetrent, optima ratione non debent gaudere immunitate Eccleſiarum,per tex.in c.1. de homicid.Menoch.lib.3.deteſt. §.22. nu.53. verſ. illud. autem Cou.r.lib.2. reſolut. c.20. num 7. Ant.Gomes. dedilict. c.10. nu.2. verſ. quinto limita. plac. lib.2. dedilict c.21. nu.6.

5 Aſſaſsimi incurrunt eaſdem pœnas, quæ ſtatutæ ſunt contra mandantes,nam cũ pœnæ in d.c.1. de homicid. lib.6. ſint tantùm conſti-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

conſtituta contrà mandantes, nihilominus habent locum in ipſis aſſaſsinis, quoniam agentes, & conſentientes ſimul cooperantes pari pœna puniuntur. cap. 1. vbi gloſ. verbo. pari pœna, & Doctor. de offic. iud. de leg. & cap. notum in fin. 2. quæſtion. 1. & cap. facientis, in fin. 86. deſt. Doctores. in d.c.1. de homicid. lib. 6. Bart. in l. ſolum numero. 1. ff. de iniuri. & in l. Cicero. ff. de pœn. nec dicitur extentio illius text. dict. cap. 1. ſed concurrit omnimoda eademque ratio legis, quæ comprehendit omnes caſus in quibus illa omnimoda ratio concurrit gloſ. verb. Italiæ, in c. 1. vbi Doctor. de temp. ord. Abb. in cap. nihil. numer. 9. de elect. Iaſ. in authent. quas actiones, numer. 17. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Salzed. cap. 67. numer. 6.

6 Pœna Aſſaſsinorum, & eorum mandatorum, quamuis de iure ciuili non inueniatur expreſſa, debet tamen eſſe capitalis, quoniam omni iure cautum eſt, vt aliquem interficiens, pœna mortis puniatur. Gens. c. 9. Liuit. cap. 24. Marth. cap. 26. l. nemo. C. de Epiſc. & Cleric. & l. 1. C. quand. liceat vnicuique, ſine iud. & §. item lex Cornelia delicarijs, inſt. de publ. iud. & etiam debent puniri in pœnaſtatuta in d. cap. 1. de homicid. lib. 6. & ita mandans per tex. in l. quod iuſſu. ff. de regul. iur. & l. is damnum, & l. hoc ſu. e. §. deiecit. ff. eodem, & quam pluribus locis obſeruat praxis, & conſuetudo, vt trahantur ad caudam equi, vt, inquit, Socin. quem refert. plac. de dilict. lib. 1. c. 19. nu. 5. alibi fruſtratim ſcindũtur, vt, inquit, pract. carcer. fol. 294. num. 35. Iul. Clar. d. §. Aſſaſinus. nu. 4.

7 Mandans interfici per Aſſaſsinos videtur, quod non ſit puniendus pœna ſupra dicta, ſi mors non ſequatur, quoniam conatus ad aliquod dilictum deductus in actum exteriorem non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria. ſecundum qualitatem conatus. l. 1. ff. de extraordinar. criminib. & l. autfacta. §. euentus, vbi Doctor. & l. cogitationis. ff. de pœn. Din. & Angel. in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iud. & quòd Aſſaſsinos non ſecuta morte fuiſſe condemnatos aliquando in pœnam pecuniariam, aliquando in pœnam ad triremes perpetuò, inquit, Gram. voto. 8. & voto. 20. & ſuper Conſt. regni. fol. 14. col. 2. Iul. Clar. d. §. Aſſaſsinus. numer. 7. ſed contraria opinio eſt verior nempe quod ſit puniendus pœna ordinaria, quoniam in atrocioribus delictis punitur conatus deductus in actu exteriorem pœna ordinaria. d. c. 1. de homicid. lib. 6. vbi notant omnes Doctor. & c. ſi quis non dicam. de pœn. deſt. 1. de ſumpto ex l. ſi quis non dicam. C. de Epiſcu. & Cler. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maieſt. & l. ſi quis cum telo. C. de ſicar. & gloſ. in d. l. ſi quis non dicam. & in noſtra materia receptiſsimum eſſe tenet Couruui. in clementina. ſi furioſus, in rep. fol. 180. verſ. ſecundo proponitur plac. libr. 1. cap. 19. numer. 9. Afflict. ſuper. 1. parte. Conſt. Regni. Rubric. 12. numero. 11. in fin. Gram. voto. 9. Capic. deciſsio. 155. Salzed. cap. 97. num. 6.

8 Aſſaſsinij crimen non requirit probationem ita apertam, ſicut alia crimina requirunt, ſed ſufficit probatio per probabilia argumenta, vt aſſaſsinus puniatur de crimine aſſaſsinij, d. cap. 1. vbi communiter Doctor. de homicid. lib. 6. & dicit communem Boſſ. in titulo de conuict. numero. 55. & in titulo de iud. numero. 201. plac. libr. 1. de delict. cap. 19. numero. 16. Iulius Clarus. libr. 5. §. aſſaſsinus. numero. 6. Salzedus. cap. 97. numero. tertio. Merg. conſilio. 23. numero. 12. & poſſunt in hoc crimine recipi teſtes lite non conteſtata, & parte abſente, vt tenet Hippol. in pract. §. diligenter, & in l. de vnoquoque. caſu. 50. ff. de reiud. Doctor. in dicta. cap. 1. de homicidi. libr. 6. Gram. conſilio. 40. foll. In practic. §. & ſi confitebuntur. numero. 44. pag. 345. Salzed. cap. 97. nu. 6. §. lite non conteſtata.

9 Glericus Aſſaſsinus poteſt puniri per iudicem quemcumque tàm Eccleſiaſticum quam ſecularem, ſine regradatione, quoniam ipſo facto abſque depoſitione, vel regradatione relinquitur Curiæ ſeculari, vt tenet Guillm. Ben. in cap. Rainuncius. de teſtam. & plac. libr. 1. de delict. dicta. cap. 19. numero. 26. Iulius Clarus. libr. 5. §. fin. quæſtione 36. numero. 32. Lap. & Dominicus, & alij in dicta, cap. prim. de homicidium libr. 6. & Hippolit. in leg. vnica, numero. 107. C. de rapt. Virg. Gram. voto 8. & 11. Caſſan. in commentar. in conſuetudin. Burgen. Rubric. prim. §. in gloſſa quinta, numero 50. Capic. deciſsione 155. numero 26. Auffer. in clementina prima regula prima, de offici. ord. Couarruuia. libr. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 10. & Cap. neapol. deciſsion. 112. numero ſecundo. Rimig. Gomes. in tractatus de

immit-

Digitized by Google

Immunit. Eccleſiarum fol. 15. numero 10. imo quicumque poteſt illum capere, quoniam ipſo iure remanet priuatus omni priuilegio Clericali, vt tenet Doctores, in dict. cap. primo, de homicidium libr. 6. Barb. in cap. atſi clerici. col. 32. numero 129. de iud. Hippol. in practic. crimin. §. examinanda, col. 3. Boer. quæſtione. 69. num. 18. Ioann. Lup. in tratact. deliberr. Eccleſiaſtica in quæſtione.9. Alber. in cap. quoniam. col. 147. verſ.8. de hæret. libr.6. & eſt communis, vt inquit, Salzed. dict. c.97. numero 4.

Verbo Aſſeſſori

1 Aſſeſſor propriè dictur ille, qui cum ordinario aſsiſtit, & illi præſtat conſilium, quid in iure facère debeat, ſed nullam habet iuriſdictionem attamen nos in noſtra Luſitania dicimus aſſeſſores omnes litteratos, quos iudices ordinarij, qui per electionem eliguntur, in oppidis minus notabilibus, & non ſunt litterati, habent ad omnes ſententias, tàm interlocutorias, quàm diffinitiuas, in actis ponendas, & ſcribendas, vt habetur ex Iaſ. in Rubrica, num. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Baldus, in l. meum. §. & licet. ff. quod met cauſ. Abb. in cap. decernimus, numero. 13. de de iud. Menoch. de arb. libr. 2. centur. 3. cau. 253. numero. primo, & ipſi aſſeſſores cognoſcunt, & iudices iudicant. Bart. in l. 1. numero.3. ff. de offic. aſſeſſor.

2 Aſſeſſor debet eſſe iure peritus, & in foro verſatus, quamuis hoc totum relinquatur in iudicis conſcientia, ex doctrina Bald. in l. ſi quid. §. venditor. ff. de ædilic. edict. per text. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. libr. 6. Afflict. in cap. 1. numero 21. verſ. item habet arbitrium eligendi, ex quibus cauſ. feud. amittat. Menoch. vbi ſupra, numero quarto, imperitia enim aſſeſſoris excuſat iudicem, & non ipſum aſſeſſorem. l. ſecunda, vbi Doctor. ff. quod quiſque iur. niſi iudex fuiſſet litterratus, aut in culpa. ex Iaſ. & alijs, in dict. l. 2.

3 Aſſeſſor poteſt habere ſalarium ab ipſo iudice, qui illum elegit, non verò a partibus, niſi quando ex neceſsitate fuerit aſſumptus. l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſo. l. 1. C. eodem, titulo, cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem, vbi Doctores. de reſcript. libr. 6.

4 Aſſeſſor in noſtra Luſitania de conſuetudine nunquam habet ſalarium à partibus, quamuis à iudice illud habeat, & hæc conſuetudo eſt obſeruanda cum ſit conſona iuri, gloſſa verbo moderando, in dict. cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem de reſcript. libr. 6. quod ſalarium aſſeſſor debet habere in fine officij, vt tenet Bald, Paul. de Caſtro, Alexandr. & alij in l. diem functo. ff. de offici. aſſeſſo. Docnn. regul. 63. niſi ante fuiſſet promiſſum, quoniam ſalarium quod pro aliquo opere eſt præſtandum regulariter ſoluitur in fine operis, niſi aliud ſit inter partes conuentum, aut de loci conſuetudine, gloſ. fin. in l. 2. vbi Cin. Bartol. Baldus. C. delocat. & gloſsa final. vbi Doctor. in l. æde. C. eodem. Bartol. in leg. prima. §. diuus. ff. de var. & extraordinar. cogn. Innocenti. Ioann. de Imol. in cap. propter ſterilitatem. delocat. Iaſ. in dicta l. diem functo. numero. 14. & in l. fructus alias, l. diuertio. numero 38. ff. ſolut. matrim. Abb. in cap. fina. numero. 32. de for. comp. Deci. in l. in omnibus. numero ſecundo: ff. de regul. iur. & conſil. 70. numero. ſecundo. Guid. Papa, deciſs. 112. Ripa. in tratact. de peſt. in parte de priuileg. contractus in cauſa peſtis, numero 114.

5 Aſſeſſor non poteſt aſſumi, qui alicui parti ſit ſuſpectus, quando partes in illo aſſumendo non conueniunt. cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem, vbi Doctor. de reſcript. libr. 6. & poteſt recuſari, quando fuerit ſuſpectus, vt tenet Abb. in c. 1. num. 14. de iud. & facit doctrina Iaſ. in l. ſi eadem. num. 7. ff. de offic. aſſeſſor.

6 Aſſeſſor non poteſt quis eſſe, & aduocatus, licet de aſſeſſoribus noſtræ Luſitaniæ, bene poſsit quis eſſe aſſeſſor, & aduocatus, cũ non ſit in eadem cauſa, namque in eadẽ cauſa nullo modo poteſt quis eſſe aſſeſſor, & aduocatus, nec ſi in camara dedit reſpõſum in eadẽ cauſa, ſi memor eſt conſcietiæ ſuæ, tanquàm vere Chriſtianus, quoniam ex reſponſione, & patrocinio habet affectionẽ ad cauſam, & redditur ſuſpectus. l. prætor. ff. de iuriſd. omnium iud. & glo. ver. recuſaſtis. in c. dilecto. de teſtib. Abb. in c. irrefragabili. n. 4. de offi. ord. vnde cũ iſte aſſeſſor re vera ſit cõſiliarius iudicis, non poteſt gubernare iudicem, & ſuo clientulo reſpondere. l.

conſiliarij, & ibi gloſ. verb. negocia,& Iaſ. num.1.ff.de offic.ad ſeſſ.& l.fin.vbi Doctor. C.eodem tit.Bart. in l.1.num.3. ff.de offic. ad ſeſſ.

7 Aſſeſſor ſicut alius quicumque iure peritus tenetur de malo conſilio, & imperitia, ſi iudex illud conſilium ſequatur. l. 2. vbi Doctor. ff.quod quisque iur.& l.illicitas. § ſicuti. vbi Bartol. ff.de offici. præſid. & l.idem iuris. §. mulionem. ff. ad leg. aquil. & regula non eſt ſine culpa de regul. iur. libr.6. Abb.in cap. tua nos, numero.3. de homicid. Ioann. de Anan. in d. cap. tua nos Dec.in l.conſilij. num.2. & in l. culpa. numer.1. ff. de regul.iur. & conſilio.7.numero. 2.

8 Aſſeſſor,ſeù iudicis conſiliarius, aut comes,vel familiaris illius,qui promittit ſe facturum, vt iudex ferat ſententiam, tenetur ac ſi pecuniam dediſſet, & iudicem corrupiſſet, l. qui explicandi,vbi gloſ.fin. & Bartol.Bald. Salicet.& omnes. C.de accuſat. & l.lex Iulia.7. vbi etiam Doctor. ff.ad leg.Iul. repetund.

L I T T E R A B.

Verbo Benedictio.

1 BENEDICTIONES ſolemnes aliæ ſunt rerũ,aliç perſonarũ,ſicut benedictiones Eccleſiæ,vel altaris,cæmiterij,veſtimentorum,corporalium, calicis, virginum, ordinantium, nubentium, & alicuius Abbatis, & ſimilium, & poſſunt populo exhiberi poſt laudes, & poſt veſporas, & poſt ſolemnia Miſſarũ & pro temporis oportunitate,vt eſt text.in c. Abbates. vbi Doct.de priuileg.lib. 6.

2 Benedictio, & conſecratio Eccleſiæ, vel altaris,veſtimentorũ,& vaſorum de iure cõmuni pertinet ad Epiſcopũ,& non ad ſimplicem Sacerdotem, vt reſoluunt Doct. in clem. attendentes de Stat. Monach & in d. cap. Abbates. de priuileg. libr.6. D.Thom. 3.part.quæſtion.82. articul. 1.in reſponſ.ad 4.Bartol. ab Ang.Dialog.5. §.271. Roſella. & Silueſter.in ſumma verb. benedictio.§ 4. & Tabian.ver.conſecratio.§.52.& ver.Abbas. §.12.& Armill. ver. conſecratio. §.12. Nauarr. in Manu. cap.25. numero. 84. reprobata opinione Angel.verb. benedictio. §. 1.

3 Prouinciales tamẽ,& Miniſtri, ac Cuſtodes,& Guardiani,ordinis minorum habent priuilegiũ, à Leone Papa X. vt poſsint benedicere paramenta, & ornamenta & alia, quæcumque ad diuinũ cultum,& vſum ipſorum fratrum, & pro munialibus Sanctæ Claræ, & tertij ordinis, tantùm neceſſaria, in quibus tamen chriſma non interuenit, nec per ſupradictum priuilegium poſſunt illa benedicere ad vſum aliarum Eccleſiarũ deputata,vt Nau.Bart.ab Ang. vbi ſupra.§. 272. & etiam non nulli Religioſi habent priuilegium, vt poſsint benedicere omnia ſupra dicta, vnde non inſiſto. cum hæc poteſtas debeat regulari,ſecundum priuilegiũ conceſſum vnicuique religioni.

4 Benedictionem vero ſimplicẽ poteſt exhibere quicunque ſimplex ſacerdos Miſſam celebrans,ſi non ſit de requie pro defunctis c.ecce ego 95,dec. Merg.conſili.38.numero.14.

5 Benedictiones ſolemnes nuptiarum poſſunt præſtari ab illo ſacerdote, qui Sacramentum matrimonij adminiſtrare poteſt, & de iure decretaliũ ſunt prohibitæ à ſeptuageſsima vſque ad ſeptem dies poſt Penthecoſtem, c.Capellanus de ferijs,poſt Tridentinum autem,ſunt prohibitæ ab Aduẽtu Domini, vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum,vſque ad octauã Paſchæ incluſiuè, Trid. ſeſs.24. c.10. de reformat.matrim. & in alijs temporibus primæ nuptiæ ſunt benedicendæ, ante conſumationem matrimunij. c. alter, & c.noſtrates, & c.fœminæ.30.q.5.Trident.ſeſs.24.cap.1. de reformat. matrim.Nauarr.in Manu.c.22. num.83.

6 Benedictiones tamen hæ nuptiales non dantur in ſecundis nuptijs quando iã vnus ex coniugibus fuit benedictus,eò quod benedictiones illæ iterari non debent, imo potius iam benedictus trahit ad ſe non benedictum. c. vir autem, vbi Doct. communiter, de ſecund.nupt. Nau.in Manu.c.22. num.83.

Digitized by Google

nu.83. Menoch.de arb.lib.2. cau.417. n.1. & num.7.

7 Benedictiones nuptiales dantur in noſtra Luſitania de conſuetudine in ſecūdis nuptijs quando mulier virgo cōtrahit cum homine, qui iam fuit vxoratus, & benedictus in primis nuptijs, quæ conſuetudo eſt obſeruanda, vt eſt glo.fin. & Abb. nu.6. in d. c.vir autem de ſecund.nupt. imo poteſt facere conſuetudo, vt ſecundæ nuptiæ benedicantur cum homo virgo ducit viduam, aut cū mulier virgo nubit viduo, quia hæc prohibitio iuris humani eſt, & ſicut poteſt tolli per legem ita poteſt, tolli per conſuetudinem, c.fin. vbi Doct.de conſuet.& l.de quibus, vbi Bartol.Alber. Bald. Fulg.Ang. Paul. de Caſtr. Alex.Iaſ.& omnes.ff.de legib. & Nau. in Manu.c.22. n.83. §.de benedictione nuptiarum.

8 Benedicens ſecundas nuptias ſolemniter peccat mortaliter,& poteſt puniri pœna arbitraria. c.1.vbi gloſ.& Abb.num.5. de ſecund. nupt.& ibi. Ant. de Butr.Ioan.And. & alij,& tenet Bernard. Dias. in pract. criminal. c.74. nu.3. & Salzed.ibidem,num.2. Menoch. de arb.lib.2. cent.5. nu.8. & idem iudicandum Cenſeo de Sacerdote præſtite benedictiones nuptiarum tempore prohibito, vt ajunt non nulli ſupra relati.

Verbo Beneficium.

1 Beneficium generaliter loquēdo eſt quædam beneuola actio, & dicitur beneficium a beando, quia facit beari accipientē, vt tenet Iaſ.ſuper vſibus Feud.nu.31.Doct. in c.vnico, de commod.& in c.ad audientiam de reſcript.& Summiſtæ. verbo, beneficium,& licet beneficium multipliciter dicatur, vt per And. de Iſern.in c.1.col.3. in fin.quis dicat.dux,vel marc.hic tamen præcipuè de beneficio Eccleſiaſtico agemus.

2 Beneficij appellatione lato modo continetur omne beneficium Eccleſiaſticum, tàm curatum, quàm ſimplex, præbenda,& canonicatus. c. tua nos, vbi Doct.de verb.ſign.& c.1.vbi gl.& Doct de regul.iur.lib.6.Abb.in c.fin.nu.4.de conceſſ.præb.glo.verb.appellatio,in c.cum tibi.de verb.ſign.& aliud eſt beneficiū regulare,& aliud.ſeculare,& aliud ſummum, vt papatus, aliud.magnū, vt Epiſcopatus, aliud mediocre, vt dignitas, vel perſonatus,& aliud habens curam animarū, & aliud ſimplex, vt refert Gem.in c. præſenti. de offic. ord.lib.6. Merg. conſil.14. nu. 12.Summiſtæ. verb.beneficium.§.1.

3 Præbendæ aliæ ſunt Sacerdotales, aliæ, Diaconales, aliæ Subdiaconales,& in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, omnes canonicatus, ac portiones habent anexum ordinem Præsbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, vt probatur ex c.cui de non, & c. ei cui prouideri, vbi Doct.de præb.lib.6.& Trid.ſeſs.24.c. 12. de reformat.

4 Beneficij appellatione in materia fauorabili, venit hoſpitale, vel elemoſinaria, aut leproſaria, ſeu xenedochium, in odioſa verò non continentur, quamuis capellas, aut alia ſpiritualia iura habeāt. clemē.per litteras, vbi Doct.de præbend.& Dominic.in c. cupiētes. §.1.n.5.de elect.lib.6. Fel.in c.de quarta de præſcript. Valaſ.cōſu.105.n.24.

5 Præbendæ,& dignitates non poſſunt diuidi. c.maioribus,& c.cum cauſam 36.& c. auaritiæ,& c.tuæ fraternitatis.de præb.niſi fructus ſufficiant, quia tunc poterūt diuidi. c.vacante, vbi Abb.nu.1.de præb.Trid.ſeſ. 21.c.5. de reformat. & ſeſs.24. c.13.de reformat.debet tamen interuenire authoritas Summi Pontificis, per regulam cancellariæ Greg.13.regu.11. quia antea ſufficiebat authoritas Epiſc.vt dico.infr.ver.Eccle.§.20.

6 Beneficiorum diſpoſitio de iure cōmuni expectat ad Epiſcopum Diæceſanum.c.vnico, vbi Doct de Capell.Monach. libr.6.& c. ex frequentibus, de inſt. & c.quia diuerſitatem, de conceſſ.præb.& c.nouerint, 10.q.1. & c.regenda eadem cauſa,& quæſ.& c.omnes Baſilicæ, 16.quæſt.7 & c.ſciant cuncti. de elect.lib.6. Abb.in c. Abbatem, num.1. de reſcript.

7 Beneficia Eccleſiaſtica debent conferri, ſine vlla diminutione, nec cōferens aliquod beneficium poteſt ſibi partē illius retinere, imò ſi tale faceret, committeret ſimoniā c. vnico, vbi Ant.de Butr.Innocent.Ioann. And. Abb.& omnes, vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. conf.

8 Beneficia curata ſunt cōferenda perſonæ magis idoneæ, ex illis, quas Epiſcopus per edictum publicū vocare tenetur,& qui per plura vota examinatorum, ad id deputatorum electus ſit, aut ex illis, quos Epiſcopus examinatoribus nominauit, & aliter poteſt appellari ab ipſo Epiſcopo. c.vnico, vt Eccleſiaſt benef.& c.conſtitutis, vbi gl.ver.magis.de appellat.lib.6.Trid.ſeſs.24. de reformat. c.18. Motu Propr.Pij, V.fol.mihi 42. & conferēs beneficiū curatū minus digno, & relin-

Digitized by Google

& relinquens magis dignum, peccat mortaliter, & tenetur reſtitutioni, quamuis aliqui Doct. in reſtitutione aliquid aliter ſcribit, in peccato autem nulla eſt contradictio, ſed ego exiſtimo, quòd etiam ad reſtitutionem teneatur, qui beneficium curatũ negat digniori, quoniam illi eſt debitum de iuſtitia diſtributiua, arg. text. in clem. fin. de elect. & in Trident. ſeſſ. 24. c. 18. de reformat. & in Motu Propr. Pij. Quinti. fol. mihi. 42. & Abb. in c. ad de corem. n. 2. de inſt. Scot. Paul. & omnes in 4. q. 6. art. 3. quidquid dicat Nau. in Manu. c. 17. nu. 69 verſ. mouet nos.

9 Si tamen Epiſcopus, ſine ambitione non vocauit per publicum, edictum, ſed vocauit perſonas doctas, & virtutibus præditas putans in ſuo Epiſcopatu nullos magis eſſe idoneas, & doctos, quam illas quas vocauit, tunc non peccabit, quia nullam habuit intentionem nocendi magis idoneo, quòd fieri non dicitur, quando vocauit ſuos affines, aut conſanguineos, familiares, aut amicos, quia ſemper in illis viget ambitio, quæ vbicumque eſt reprobata. clem. fin. de elect. c. auaritiæ. de elect. lib. 6. & c. grauenimis. de præb. Abb. in c. vnico. n. 13. vt Eccleſiaſt. benefi. ſine diminut. conf. quamuis aliter ſit in ſimplici beneficio, quoniam illud poteſt Epiſcopus conferre ſuo conſanguineo, aut amico licet ſit minus dignus.

10 Beneficium curatum, & etiam alia beneficia non conferuntur niſi idoneo ſcientia, moribus, & ætate, & curatum illi, qui intra annum eſt ordinãdus, & qui per ſe reſideat, & audiat confeſsiones ſuorum parrochianorum, tàm in Eccleſia, quàm in qualibet parte, ſuæ parrochiæ, ſi neceſsitas virgeat, c. quia non nulli, & c. relatum, vbi glo. ver. diffugium, & Doct. de cler. non reſid. & clement. 2. vbi Doct. de ætat. & qual. & c. licet, vbi Ioan. And. Anch. & alij de elect. lib. 6. & c. eam te. & c. præterea, & c. cum ſit ars. de ætat. & qualitat. & Trid. ſeſs. 7. c. 3. de reformat. cauſa tamẽ ſtudij poteſt Epiſcopus diſpẽſare cum promoto ad beneficium curatũ, vt ordinetur præsbyter vſque ad ſeptimum annum. c. cum ex eo, vbi Doctor. de elect. lib. 6. Abb. in c. tuæ. n. 6. de cleric. nõ reſident. licet teneatur intra annum ſuſcipere ordinem ſubdiaconatus aliàs remanet ipſo iure priuatus illo curato beneficio. d. c. cum ex eo, vbi glo. 1. Dominic. Ioann. Monach. Arch. Ioan. And. Anchar. & omnes de elect. libr. 6. Guill. in c. licet canon. eodẽ. tit. & lib.

Bèneficiatus promotus, & collatus in beneficio curato, excuſatur à reſidentia, ſi in illo habet Vicarium perpetuum, quamuis omnes fructus ſub nomine penſionis recipiat, relicta congrua portione Vicario confirmato. arg. text. in clemẽt. vnica de offic. Vicar. quoniam per illum Vicarium perpetuum de ſeruit, & ille Vicarius perpetuus habet curam animarum in actu. vt eſt gloſ. verbo. anexæ. in c. ſuper eo. communiter approbata. vt per Doctor. ibi. de elect. libr. 6.

11 Maior idonietas tamen requiritur in beneficio curato, quam in ſimplice. c. cum in illis, vbi Doct. de elect. lib. 6. vbi enim maior idonietas. c. ſcripturam, vbi Abb. nu. 15. de elect. vnde in noſtra Luſitania regulariter maior idonietas requiritur in illis, pro mouentur ad Vicarias, vbi commendatarij habent fructus Eccleſiarum, & Vicarij ſuam congruam portionem, quàm in prioratibus, ſeù Abbatijs, quoniam in Eccleſijs cõmendatorum communiter reſidet maior copia parrochianorum, & eminet maior cura, & ita requiritur in illis maior idonietas, vt notant Doct. in d. ſcripturã, licet ratio exigat. vt pingius beneficium conferatur maiori litterato.

12 Beneficium curatum, aut dignitatem cui anexa eſt cura animarum conſequi non poteſt ille, qui non attingit vigeſsimum quintum annum ætatis, & ſit conſtitutus in ordine clericali, cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus non ſubeſt cura animarum conſequi poteſt ille, qui attingit vigeſſimum ſecũdum annum, vt habetur in Trident. ſeſsi. 24. c. 12. de reformat. beneficium autem ſimplex obtinere non poteſt, niſi qui attingat decimum quartum annum ætatis. Trid. ſeſs. 23. c. 6. de reformat.

13 Beneficia illius, qui eligitur Epiſcopus, vacant per illius confirmationem, & conſecrationem, & poſſeſsionis adeptionem, non vero antea, nec ſi aliquis eligeretur Epiſcopus alicuius Epiſcopatus, & alius præciperet fructus illius, aut non haberet fructus, nec redditus, veluti ſi quis eligeretur Epiſcopus alicuius ciuitatis noſtræ Luſitaniæ, quæ a Fædamautorum Sarracenorum, eſt occupata, tunc enim non vacant beneficia illius per confirmationem, & conſecrationem, c. cum incunctis, §. cum vero, vbi Doct. de elect. c. ſi tibi conceſſo. vbi gl. ver. vacare de præb. lib. 6.

14 Beneficiatus in minoribus conſtitutus poteſt

Digitized by Google

poteſt matrimonium contrahere attamẽ eſt priuandus beneficio, & debet trahere ſecũ illud, quod Eccleſiæ dederat. c. 1. & c. 2. & c. quod a te. vbi Doct. communiter, & c. diuerſis, vbi Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Ioann. And. Abb. & alij. de cler. coniug.

16 Impetratio beneficij, quod habetur per tranſactionem, non valet, ſi tanquam vacās impetratur ab eo, qui patrocinabatur in cauſa, & mentitus eſt beneficiũ eſſe vacans, tacito de tranſactione. c. ex litteris, vbi Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes de tranſact.

17 Beneficium curatum ſecundum pacifice conſequens, caret primo, quod ipſo iure vacauit, niſi alius fructus præcipiat. c. de multa, vbi Doct. & c. quia in tantum, & c. referente, & c. ad hæc, & c. præterea. de præbẽd. & c. 1. de conſuet. lib. 6. & c. non nulli de cler. non reſid. & c. ſi tibi conceſſo. de præb. lib. 6. & clem. ſi plures, vbi Card. de præb. & extrauagant. Ioann. 22. eodem titulo, & extrauagãt. 2. de offic. ord. inter communes, & Trident. ſeſſio. 7. c. 2. de reformat. & ſeſſio. 24. c. 17. de reformat. ita vt Epiſcopus poſsit primum beneficium conferre alteri; quamuis non poſsit eum priuare poſſeſſione, ſine cauſæ cognitione. c. licet Epiſcopus, de præb. lib. 6. & Abb. in c. de multa, num. 10. de præb. & in c. accepta. num. 6. de reſt. ſpol. & in c. ex parte, nu. 9. de cler. non reſid. attamen, qui 2. beneficium curatum cõſequitur pacifice non poteſt in foro animæ percipere fructus primi beneficij, nec illos ſuos facere, extrauag. cum non nulli. § adijmus, & ſeq. vbi Doct. de præb. inter communes.

18 Plura enim beneficia incompatibilia nullus obtinere poteſt. c. de multa de præb. & extrauagant. execrabilis de præb. Ioan. 22. & extrauag. cum non nulli. § adijcimus. de præb. inter communes, & c. dudum de elect. Tridend. d. ſeſs. 7. c. 4. de reformat. & ſeſs. 24. c. 17. de reformat. & c. 1. & 2. 21. quæſt. 1. & c. Sanctorum 70. dec. & Ioan. de ligni in tract. de plura lit. benefic. num. 1. Curiel. eodem tract. per totum Bernard. de luc. in pract. criminal. c. 42. Lib. de iur. patronati 1 p. lib. 2. q. 7. principal, art. 15. Beroin. quæ. ſuis quæſt. 80. nu. 1. Aluar. Pelag. in libr. de plant. Eccleſiæ. art 9. in fin. Paris. in c. cum Eccleſiaſticæ, nu. 5. de except. Gimmont. in tract. de pluralitate beneficiorum, à nu. 1. Doenn. regul. 71. & eſt communis, & ita in dignitatibus, ſicut in decanatu, Archidiaconatu, & ſimilibus, & beneficijs ſimplicibus ſub eodem tecto, eo quod ſit incompatibile in eadẽ Eccleſia duo habere beneficia ſimplicia, in alijs diuerſis duas dignitates, ſeu Eccleſias, vt optime probat. text. in d. c. de multa, de præb. & ibi. Doct. & c. ſicut de exceſſ. prælat. & c. gratia, vbi Domin de reſcript. lib. 6. Imol. in clem. gratiæ. num. 12. de reſcript. Abb. in rep. c. extirpandæ. §. quia vero. n. 30. de præb. & Corraſ. in tract. de Sacerdotib. 1. p. c. 10. nu. 5. Doen. regula. 71. nu. 4. & 5. Doct. in c. litteras, de conceſſ. præb. & in clemẽ. fin. eodem, tit. nec Epiſcopus de iure communi poteſt deſpenſare, vt vnus ſub eodem tecto habeat duo beneficia, ſeù duos canonicatus, vel vnam præbendam cum alia dignitate, per text. in c. 1. de conſuet. lib. 6. glo. ver. anexa. in clement. fin. de præb. Abb. in de litteras, num. 2. de conceſſ. præb. & in c. cum iam dudum, n. 9. de præb. Card. in clemen. vt ii qui diuinis. § illi vero. num. 18. de ætat. & qualit. & in cõſil. 53. in prin. & num. 4. & Ioan. de Imol. in d. clement. num. 33. Doen. regul. 71. num. 5. hodie tamen de conſuetudine poteſt quis in eadẽ Eccleſia habere canonicatum, & dignitatẽ, quæ conſuetudo valet. glo. ver. niſi vnicum, in d. c. 1. de conſuet, lib. 6. & gl. fin. in c. ſuper eo. de præb. eodem. lib. Paris. conſil. 4. nu. 13. lib. 4. Lambert. in tract. iuris patronat. 1. p. lib. 2. art. 15. quæſ. 7. princip. num. 15. Doen. d. regul. 71. nu. 5. Merg. conſil. 23. num. 16. Leo. in tract. noui. oper. c. 3. nu. 6. & eſt communis, & habens plura beneficia curata, non poteſt agere contra aliũ de pluralitate beneficiorum. c. cum Eccleſia de except.

19 Beneficium ſecundum conſequens, propter quod dimiſit primum, ſi poſtquàm cognouit ſe non habere ius in ſecũdo, illud dimiſit, ſine aliqua difficultate, poteſt reddire ad primum. c. ſi beneficia, vbi gl. 1. Domin. Arch. Ioan. Monach. & Ioan. And. & omnes, de præb. lib. 6.

20 Beneficium curatum dicitur ille, qui habet curam animarum, & aſtringitur ad adminiſtranda Eccleſiaſtica Sacramenta in actu, non inhabitu, vnde ſi omnes parrochiani alicuius Euchariſtiæ receſsiſſent ab illa, & nullus ſit, cui parrochus teneatur adminiſtrare Eccleſiaſtica Sacramenta, iam non diceretur beneficium curatum, ſed ſimplex. glo. ver. habentia. in extrauag. vnica. Ioann. 22. de præb. Abb. in c. de multa, num. 24. de præb. Doct. in c. licet canon. de elect. lib. 6.

Beneficia

Digitized by Google

21 Beneficia vacantia debent ab ordinario concedi alicui perſonæ idoneæ infra ſex menſes, a die ſcientiæ, & potentiæ, aliter enim deuoluitur collatio ad ſuperiorem. c.nulla, & c.quia diuerſitatem, & c.dilectus, 12. de conceſſ. præb. & clement.vnica, vbi Doct.de ſuppl.negl. prælat.

22 Beneficia tamen non vacantia promitti non poſſunt, imo talis promiſsio nullius eſt momenti, & illa non obſtante poteſt ille, cui competit ius præſentandi, præſentare quemcumque voluerit, cum ſit perſona idonea moribus, & ſcientia, & ætate. c.nulla, & c.relatum. & c.ex tenore. & c.conſtitutus, & c.fin. vbi Doct.de conceſſ. præb. Trid. ſeſſ. 24.c.19. de reformat.

23 Et qui ſcienter ſe facit inſtituere in beneficio viuentis eſt deponendus, & priuandus Eccleſiaſtica communione. c.1. vbi glo. ver.pellendi. & Abb.de conceſſ. præb. & c. in primis. 2. quæſt. 1. nec poteſt poſtea ad illud beneficium, aſſumi, imo ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio, quocumque tanquam per obitum alicuius vacante, prouideri, qui tamen viuebat, & poſtea vacauit per obitum, & ſibi fuit prouiſum, prouiſio, & quæcumque alia diſpoſitio dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi facienda nullius eſt momenti, nec roboris, per regulam, 19. cancellariæ. & tenet Dec. in l.fin. n.17. C.depact. & conſil.398.nu.2. Salzed. c.50. §. collatio.

24 Beneficia expectãtia ad Prælati collationem non poſſunt conferri per capitulum ſede vacante. c.illa vbi glo.ver.in collationibus, & Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. ne Sede vacant. Hoſt. in c.ad abolẽdam de hæret. Fel. in c. cum olim. nu. 3. de maior. & obed. & c.vnico. §.cum vero, vbi Ioan. Monach. Arch. Ioan. And. ne Sed. vacant. lib.6. Franc. in c.bonæ de appellat. Abb. in c.cum vos. n.2. de offic. iud. ord. & Card. in clemẽ. ſtatutum, quæſt.5. de elect.

25 Beneficium collatum per habentem poteſtatem illud conferendi, eſt dandum executioni poſſeſsionis, etiam ab alio tertio ponatur exceptio. c. poſt electionem, vbi Doct. de conceſſ. præb.

26 Beneficij collatio facta alicui ab Epiſcopo ſchiſmatico eſt nulla, & collatus, qui ſcienter talem collationem accepit, ſit inhabilis ad conſequenda, & obtinenda alia beneficia, c.1. vbi notant omnes. de ſchiſmat. & c.2. §. ad hæret. lib.6.

27 Beneficiũ ſibi conferens authoritate propria, quando ſibi collatio, illius competit, & retinens illud pro ſuo vſu, perdit ius cõferendi, & deuoluitur tunc ad ſuperiorem, & tenetur reſtituere fructus quos recepit, & punitur etiam alia pœna, arbitraria. c. ad ad aures. vbi glo.fin. Abb.n.2. & omnes. de exceſſ. prælat. & clement.vnica de ſupplẽd. negl. prælat.

28 Beneficium curatum, vel dignitatem, ſeu alia quæcumque beneficia per violentiam occupans, aut ſcienter iniuſtè ingrediens, remanet ipſo iure priuatus omni iure, ſi aliquid, in illo habebat. & ſi eſt curatum beneficium, illud aggreſſum iniuſtè, & ingrediens, ac inuaſor aliud beneficium curatum habebat, illo etiam remanet priuatus. c. cũ qui, vbi Doct. de præb. lib.6. & c.monemus. 12.quæſ.2. & extrauag. Ioan.22. de præb. & l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.

29 Beneficium acceptaus nõ habet tempus limitatum ad conſequendam poſſeſsionem illius, niſi collator illi limitet tempus ad illam conſequendam. c.ſi tibi de præb. lib.6. & glo. in ſumma, in c.ſi gratioſe de reſcrip. lib.6. aliter tamen in electo, c.quam ſit. de elect. lib.6. & glo.ver. terminum, in d.c. ſi tibi de reſcript.

30 Beneficiorum vacatio per mortem, aut reſignationem, aut aſſecutionẽ alterius beneficij differt, vnde vno expreſſo non venit reliquum c. ſubceptum, vbi Domin. Arch. Ioan. Andr. Philip. Anch. & omnes de reſcript. lib.6.

31 Beneficium quodcumque vacans in Curia Romana confertur à Summo Pontifice, c.fin. vbi Doct. de cõſuet. lib.6. & c.præſenti, & c.licet. de præb. lib.6. & clement.1. vt lit. pend. & extrauag. fin. de elect. inter cõmunes, & extrauag.1. de præb. inter cõmunes, ſi tamen Summus Pontifex intra menſem illud non conferat alicui, poteſt tunc ordinarius, ad quem alias collatio pertinet, illud conferre. c.ſtatutum, vbi notãt. omnes. de præb. lib.6. mors tamen Summi Pontificis, facit, vt non dicantur beneficia vacare in Curia Romana, c.ſi Apoſtolica de præb. lib.6. vbi Ioan. Monach. Dominicus, Ioan. And. & alij.

32 Beneficium duorum litigantium, ſi contingat, vt in Curia Romana ambo moriantur, confertur à Summo Pontifice, quoniam mors illorũ in Curia Romana facit, vt collatio illius beneficij, expectet ad Summum Pontificem, ſi autem extrà Curiam moriantur, tunc expectat collatio ad ordinarium;

ad quem

ad quẽ alias de iure expectabat,ſi vero vnus
moriatur in curia,& alter extrà curiã,tũc ex
pectat collatio ad Sũmũ Põtificẽ,ſi ille qui
mortuus eſt poſsidebat, ſi vero alter poſsi-
debat expectat ad ordinariũ.ſi tamẽ nullus
poſsidebat expectat collatio ad Summũ Põ-
tificẽ propter prærogatiuã,clem.1.vbi Ioã.
And.Card.Imol.& oẽs.vt lite pend.nihil.in
nouet.Arch.in c.cõmiſſa de elec.lib.6.&idẽ
eſt in renũciatõe,quãdo vn⁹,vel ãbo moriũ
tur,vt eſt gl.ver.mori in d.clem.1.vt lit.pẽd.

33 Beneficium duorũ litigantium,nõ poteſt
alteri cõferri ab ordinario,ſi vn⁹ poſſideat,
& alter petat lite pendente,ſed futurus euẽ
tus eſt expectãdus.c.2.vbi Doct.vt lite pẽd.
lib.6.c.olim ex litter.infi.de reſcrip.& clem.
1.vbi Ioã.And.& Imol.vt lite pẽd.nil inno
uet.ſi tamẽ null⁹ poſsidet,& litigatur ſuper
præſentatione,poteſt ordinari⁹ prouidere,
ſi inter quatuor mẽſes,cauſa nõ terminetur
quando præſentatio manat à perſona laica,
& inter ſex menſes,quãdo manat à perſona
Eccleſiaſtica niſi cõtrouerſia ſit cũ ipſo ordi
nario,quia tunc prouidere nõ poteſt c.quia
diuerſitatẽ de conceſſ.præb.& c.quoniam,
& c.cũ propter, & c.eã te.de iur.patr.Abb.
& oẽs.in c.cum vos.de offi.iud.ord.

34 Beneficium duorum contendentium,nõ
iudicatur vni illorũ,eò quòd alter.deſiſtat à
cauſa,aut non habeat ius in illo,ſed petens
tenetur oſtẽdere ius ſuũ,& quãdo illud oſtẽ
derit,erit collandus in beneficio illo,ſi vero
ius ſuum non oſtenderit,& defficiat in iuris
oſtentione nõ erit collãdus,quãuis pars ad
uerſa deſiſtat,aut ius in illo non haberet.c.
olim.vbi Doc.de reſcrip.& c.vnic.vbi Dom.
Ioã.And.& alij,de eo qui mitt.in poſſ.lib.6

35 Impetrans beneficiũ à Sũmo Põtifice,aut
ab eius legato tenetur facere mentionẽ de
dignitate,iã obtenta,aut de alio quocumq;
beneficio,licet ſit exiguũ,aut de Vicaria per
petua,& aliter nõ valet impetratio.c.poſtu-
laſti,& c.ad aures,& c.cũ adeo. de reſcript.
c,fin.vbi gl.& Doct.de offi.leg.lib.6.& c.cũ
teneamur.vbi Abb.n.3.de præb.& c.is cui,&
c.nõ poteſt.& c.ſi motu.vbi Domi.Ioã.And.
Arch.& oẽs eod.tit.lib.6.niſi PP.Motu pp.
illud beneficiũ conferat,quoniã licet impe-
tratio ad petitionẽ partis,ſeù alterius ſit nul
la,ſi de alio beneficio nõ fiat mentio, aliter
tamẽ eſt quãdo Sũmus Põtifex Mot.Propr.
illud cõfert.vt eſt tex.in d.c.ſi Motu.Propr.
vbi notãt oẽs ſcribentes de pẽſione tenetur
etiã impetrans facere mentionẽ.c.ad audiẽ
tiã.31. & c.in noſtra,& c.ſi proponente de
reſcript.Ioã.And.& Abb.in d.c.ad audien-
tiã.Socin.ſen.cõſi.260.col.1.lib.2. Bero.in
c.ſuper litteris.n.72.verſ.14.de penſione de
reſcript.Menoch.de arb.lib.2.caſu.201.nu.
51.quoniam lato modo penſio dicitur be-
neficiũ.Gom.in regul.de trienal.poſſ.q.50.

36 De patrimonio autem nõ tenetur facere
mentionẽ,niſi quãdo impetrauit litteras be
neficij in forma pauperũ, quia tũc tenetur
facere mentionẽ etiã de patrimonio, vt te-
net Abb.in c.poſtulaſti.n.3.de reſcript.nec
de præſtimonio tenetur facere mentionem,
quando præſtimoniũ, in ſola temporalitate
cõſiſtit,& nullũ officiũ,nec ſeruitium habet
in Eccleſia anexũ,quoniã ſi præſtimonium
fuit datum in titulũ perpetuũ,& habet ane
xum aliquid ſpirituale,vnde illud habẽs te-
neatur ad aliquod ſeruitium Eccleſiaſticũ.
tunc etiã de illo tenetur facere mentionẽ,
quoniã dicitur beneficium Eccleſiaſticũ.vt
tenet Gem.in c.fin.de conceſſ.præb.lib.6.&
in cõſil.89.Dec.in c.ad aures. col.pen.verſ.
& appellatione beneficij de reſcrip. Salz.c.
62.n.11.Menoc.de arb.lib.2.cau.201.n.55.

37 Nec tenetur facere mentionẽ de benefi-
cio,quod ignorabat ſibi eſſe collatum c.gra
tia.vbi Doct.de reſcript.lib.6. Abb.in c.ſu-
per litteras.n.6.& Fel.n.6.& Dec.n.6.Bero.
n.43.de reſcrip.Rom.in l.ſi vero.§.de viro.
n.275.ff.ſolut.matr.Bellam.dec.526.Corras.
in tract.de ſacer.4.p.c.5.n.38.Selua.in tract.
de benefic.3.p.q.12.nu.89.Menoch.de arb.
lib.2.cau.201.n.52.Merg.conſil.6.n.12.

38 Impetrans tamen beneficiũ ab ordinario
nullã tenetur mentionẽ facere de alio be-
neficio obtẽto.nec de dignitate clem.2.vbi
Doct.de offic.ord.gl. fin.in c.fin.de offi.leg.
Bero.in c.ad aures.n.18.in fi.de reſcrip.Sel
ua.in tract.de benef.3.p.q.11.n.55.Menoc.
d.cau.201.n.7.Merg.d.conſi.6.n.12.

39 Beneficia, quæ ſolita ſunt gubernari per
clericos regulares,nõ poſſunt prouideri in
clericos ſeculares,niſi in litteris de proui-
dendo id contineatur, aut quando non in-
ueniuntur clerici regularis,qui ſint idonei.
c.cum de beneficio,& c.cum ſingula.§.pro-
hibemus,vbi Ioan.And.& alij de præb.lib.
9.clem.vnic.vbi DD.de ſup. negl.prӕl.Nau.
in apolo.de reddit Eccleſ.q.1.monit.56.n.2.

40 Beneficiũ poteſt cõferri abſenti, ſi cõfe-
rẽs notas habet qualitates illius,abſẽtis, cui
cõfert beneficium.c.ſi tibi.vbi Domin.Ioã.
Monac.Arch.Ioã.And.& oẽs.de præb.lib.6.

41 Beneficij collatio,à Papa facta,ligat ma-
nus ordinarij collatoris,ita,vt facta collatio

B in con-

Digitized by Google

in contrariũ nullius ſit roboris,& momenti,c.ſi poſtquàm, & c.ſi beneficia. de præb. lib.6.quoniam diſpoſitio dignitatũ,perſonatuũ , & omnium Eccleſiaſticorum beneficiorum de plenitudine poteſtatis pertinet ad Summum Pontificem, clem.1.vbi notãt omnes. vt lite pendent,nec beneficia reſeruata Sedi Apoſtolicæ poſſunt ab aliquo ordinario conferri,imo ſi ab alio conferantur non tenet talis collatio. extrauagant. fin. de præb. inter communes.

42 Beneficium collatum vni a Summo Põtifice,vel ab illius legato,& ab ordinario alteri,eodem die,ſi tunc alter eorũ poſsideat potior eſt cõditio poſsidentis,ſi vero nullus poſsideat præfertur collatus, à Sũmo Pontifice.c.ſi à Sede Apoſtolica. vbi Doctor.de præb.lib.6.ſi tamen ab eodem Sũmo Põtifice,ſeù ordinario plures impetrent litteras ad vnum beneficiũ,ſtatur datæ litterarum,ſi de data conſtat.c.capitũ.vbi Abb.& alij.de reſcript.& dicam.verb.reſcriptum.§.53.

43 Beneficij collatio facta ex certa ſcientia excludit omnem ſubreptionem. vt eſt text. cũ ibi notatis,& Doct.in c.ſi motu de præb. lib.6. non tamen induxit diſpenſationẽ, vt tenet Abb.in c.cum Eccleſi.n.6.de except.

44 Beneficium ſimplex poteſt habere curã animarũ anexã.c.ſi eo,vbi Doct.de reſcript. lib.6. ſicut ſunt duo beneficia ſimplicia in oppido de Ferreiras. in parrochia diui Petri , Diœceſis Lamacenſis. vnde ego ſum oriundus, ibi ſunt duo beneficia ſimplicia, quæ habent curam animarum anexam,ſcilicet vnum habet curam animarum anexã in parrochia B. Virginis MARIÆ oppidi daGralheira, & alterum in parrochia D. Ioannis Baptiſtæ oppidi de Buſtello,& hæc beneficia ſimplicia,quæ habent curam animarum anexam de iure communi requirũt reſidentiam, gl.fin. in c.cõquerente.de cleric.non reſident.& Abb.in c.non nulli.n.5. eodem. titul. & etiam in his , habet locum. Trid. ſeſſ.23.c.1. de reformat. nec poſſunt cum alio beneficio curato poſsideri. c.dudũ.2.de elect.& c.de multa de præb.extrauag.execrabilis. § nos itaque Ioann. 22. de præb.nec poſſunt cõferri,niſi illi,qui attigerit vigeſsimũ quintum annum. Trid.ſeſſ. 24.c.12.de reformat.& etiã in illius prouiſi debẽt facere intra duos menſes à die adeptæ poſſeſsionis profeſsionem fidei,& aliter non faciunt fructus ſuos. Trid. ſeſs.24.d.c. 12.de reformat.& in omnibus debẽt ſequi naturam beneficij curati,quoniam in vnitis maius dignum trahit ad ſe minus dignum, c.quod in dubijs,vbi glo.Abb.& omnes de conſecrat. Eccleſ.vel altar.& c.vnico.eodẽ. tit.lib.6.& c.ſi is cui.de præb.lib.6.& l.quę religioſis. ff.de rei vind.Bald.in l.2.C.communia. deleg.Iaſ.in l.Imperium. nu.3.ff.de iuriſd.omnium.iud.de conſuetudine tamen poſſunt non requirere reſidentiam, & cum alio beneficio curato poſsideri. glo.ver. de iure in c.gratioſa.de reſcript. lib.6.& gloſ. verb.diſpenſatio.in d. c. ſuper eo.de præb. lib.6. Abb. in c.inter quatuor.n.2. de cler. non reſid.Nau.in manu. c.25.n.121.

45 Beneficij poſſeſsio non acquiritur per ſolam collationem,ſed poſt collationẽ debet collatus apprehendere poſſeſsionem,& ſi alius illam poſſeſsionem teneat,quamuis iniuſte.non poteſt ille collatus eam apprehendere poſsidente non vocato, nec audito de ſuo iure.c.licet.vbi Doct.de præb.lib. 6.Merg.conſil.38.n.17.

46 Beneficium tamen poſsidens debet ad illud ingredi canonica inſtitutione præcedẽte,quoniam ſine illa nullum beneficium Eccleſiaſticum obtineri poteſt. c.1.vbi notant Doct.de regul iur.lib.6.

47 Beneficia poſſunt permutari, & beneficiati permutãtes ſunt renũciaturi in manus illius Epiſcopi , ad quem expectat collatio beneficiorum permutantium,& Epiſcopus tenetur illa cõferre permutantibus,& aliter non valebit collatio in alijs facta. c.vnico. de rerũ.permut.vbi Doct.lib.6.clem.vnica. eodem.tit.& Abb.in c.inter cætera. n.2.de præb.& dico infr.ver.permutat.§.5.& 6.

48 Beneficium ingredientis religionem nõ poteſt ab Epiſcopo alteri cõferri inter annum probationis, niſi beneficiatus ille cõſentiat. c. beneficium. de regular. libr.6.& gl.1.in c. ſtatuimus.de regul.aliter tamẽ de illo,qui cõtraxit matrimoniũ,quia ipſo iure vacauit beneficiũ. ita,vt poſtea illi nõ poſsit renũciare in fauorẽ alterius,vt notãt Doct. in c.1.de cler. cõiug.Ioã.de Imol. in clem. gratiæ.de reſcript.& præpoſit.in c.placuit. prope.finem.32.diſt.Ioan.And. in c.Ioann. de cleric.coniugat Rom.cõſil.483.Hippol. cõſil.70.col.3.lib.1.Maſcard.de probat.volu.1 concluſ.182.n.6.Salzed.c.80.n.5.

49 Beneficio enim renunciãs debet habere ius in illo,vt ex illa renunciatione acquiratur ius illi,in cuius fauorẽ renũciatur. quia ſi alius tertius probauerit, quod ſibi pertinebat illud beneficium,& non renũcianti, tempore, quo in manibus Papæ fuit renũ-

ciatum,

Digitized by Google

ciatum,illud conſequitur non obſtante illa renunciatione,vt notat gl.cõiter approbata.verb.feciſſe in clem.vnica.de probat.

50 Si tamen quis conſequatur beneficiũ per ſimoniam,aut per aliquem iniuſtum.titulũ, & poſtea illi reunciauerit reſeruata ſibi aliqua penſione in illo,ſi in reſcripto reſeruationis, ita fuerit cautum à Papa cõcedimus renunciãti talem penſionem ex illo beneficio, quomodocumque vacauerit , remanet tunc renunciãs ſecurus in vtroque foro, vt illam penſionem recipere poſsit , quoniam per illam clauſulam quomodocumq, vacauerit eſt noua conceſsio illius penſionis, vt tenet Nau.conſil.1. tit.de reſcriptis. n.4. & obſeruatur de ſtilo curiæ.

51 Beneficiatus,qui per ſimoniam obtinuit beneficium,nullo modo illud poſsidere poteſt, nec cum illo diſpenſari poteſt, quáuis ignoraſſet, quòd ſimonia interueniſſet per patrem, aut affinem,conſanguinẽ,ſeù amicũ illius beneficiati,non tamen in fraudem illius,quia tunc illi non præiudicaret fraus, & dolus alicuius cõmittentis, ſimoniam in fraudem beneficiati,poteſt tamen re aſſumi ad illud beneficiũ per ſimoniam obtẽtum. poſtquàm illi renũciauerit. c.pen de elect. vbi notant omnes, & ſi poſtea ad illud promoueatur nihil ex prima collatione habere poteſt, ſed ex ſecunda. c. inſinuatione. vbi Innocent.Hoſt.Abb.& omnes.de ſimonia.

52 Beneficiatis non præiudicatur in redditibus ſuorum beneficiorum per indulgentiã,aut priuilegiũ à Papa alteri conceſſum, quoniam nunquam Sũmus Pontifex intendit alteri præiudicare. per ſua priuilegia.c. ad audientiã.5.vbi Doct.de Eccleſ.ædific.

53 Beneficiatus qui per trienium ſtetit in ſuſpenſione,debet priuari tàm illo beneficio, quod ante ſuſpẽſionem habebat quàm illis,quæ poſtea fuit conſecutus.c.cũ bonæ. vbi Doct.de ætat.& qualit.

54 Beneficiatus,qui efficitur irrigularis debet cedere beneficio,alias epiſcopus ad quẽ expectat collatio poteſt illud alteri cõferre. c.ex litteris.vbi Ant.de Butr. Innoc. Hoſt. And.Abb.& omnes.de exceſſ.prælat.

55 Beneficiatus, qui negat ſuum epiſcopum contra fidem iuramenti, aut.contrà illũ deponit quæſtionem ſuper ſpiritualibus,perpetuò debet priuari beneficio, & debet ab illo,cui pertinet collatio in alterum cõferri. c.grauem de exceſſ.prælat.

56 Beneficiatus,qui pro ſuis negocijs proficiſcitur in Curiam Romanã, & ibi eſt commoratus , non poteſt ab ordinario priuari beneficio, nec ordinari⁹ poteſt promulgare cõtra illũ cẽſuras.c.vnico de cler.peregr.& extraua.diuina vbi DD.de priui.inter cõẽs.

57 Priuatus beneficio ſimpliciter intelligitur ad tempus non autem in perpetuum.c. ex litteris.de conſt.& gloſ.in c.in pœnis. de regul.iuris.lib.6.quoniam in dubio.in foro iudiciali ſemper intelligitur demitiori pœna. vt tenet Innocent.in c.cum tu. de teſt. & Abb.in c.1. n.35.de iud.

58 Priuatus beneficio curato , eò quòd non ordinatur presbyter intrà annum non poteſt amplius ad illud promoueri, imo ſi eo anno reciperet fructus tenetur illos reſtituere. c.commiſſa.vbi Domin. Arch.Ioan. And.& omnes. de elect.lib.6. & ita tenetur reſtituere fructus medio tempore receptos, quando ratione nullitatis tituli compellitur reſtituere beneficium , quia poſsidebat iure ſibi reſiſtente.c.dilecto filio.§.vnde dictum.vbi Abb.nu.11.& communis.de præbend.dicam infra.ver.fructus §.25.

59 Beneficio vacante, cuius fructus ad certũ tẽpus debentur alicui habenti annalia , de conſuetudine,aut priuilegio, debẽt fructus beneficij illius,ita diuidi inter beneficiatũ prouiſum,& habentẽ annalia,vt nihil deſſiciat illius ſeruicio, & oneribus cõſuetis, vt eſt.ex.in extraua.2.vbi Doct.de elec.Ioã.22.

60 Beneficium expectans per præſentationẽ alicuius patroni,aut per aliã quãcumq, gratiã.ſibi factã,ſi aliud conſequitur beneficiũ videtur renunciare expectationi,ſiuè gratiæ.quando cum illo,quod expectat nõ poteſt tenere illud,quod poſtea fuit cõſecutus. & etiam liti videtur renunciare,ſi litigabat ſuper vno beneficio , & recipit ſecundum, quod cũ illo retinere non poteſt.clem gratiæ,vbi gl.ver.renũciare,& Ioan.And.Card. Pet.de Anch.& oẽs.de reſcript.Innoc.Cõpoſtell.Cald.& alij.in c.in noſtra.de reſcrip. Arch.in c.ſi pauper.de præb.lib.6.

61 Beneficiatus,qui per trieniũ poſsidet beneficium,nõ poteſt poſtea moleſtari ſuper titulo illius,quãdo inſtitutus fuit ab illo,ad quẽ pertinebat collatio abſq, ſimoniaco ingreſſu,gl.in ſũma.in c.1.de regu.iur.lib.6 & gl.ver.trienio.in clem.vnic. vbi Doct.de ſequeſtr.& per regul.Cãcell.34.vbi late Gom. Boer.dec.42.Doen.regul.70.Merg.cõſil.16. n.3.Gallican.in prægm.ſanc.tit.de pacificis poſſ.in prin.Rip.10.vol.interpret.c.17.Cal. Pereir.de nouat.q.15. n.17.Gerep.in tract. de pacifico ingreſſu,& obtenta poſſ.c.2.n 6.

Digitized by Google

62 Qui tenetur conferre beneficium cum conſilio Epiſcopi,ſeù alius,cuiusque, ſemper debet intelligi,ſi poteſt haberi, quoniã ſi moriatur, aut ſit in remotis,valet collactio,ſine illo facta, quia differenda non eſt. c.vnico. §.fin.vbi Domin.Ioan.And.& omnes.ne ſed. vacant.lib.6. Albert.in tract.de agnoſc.aſſer.cath.quæſt.26.

63 Cardines,Prælatus,& Curatus debent reſidere in ſuis Eccleſijs, & aliter poſſunt priuari,niſi iuſta de cauſa fuerint impediti. c. ex geſtis,de cler.nõ reſident,& c.peruenit. 28.de appellat.& c.extirpandæ.§.quia vero. de præb.Trid.ſeſ.23.c.1.de reformat.Innoc. & Abb.in c.conquerente.de cler.non reſid. &Trid.ſeſ.6.c.1.de reformat.& quod cumq, beneficium tàm curatum,quàm ſimplex de iure requirit reſidẽtiam.per tex. in c.ſuper in ordinata.de præb.Abb.in c.quia nõnulli.de cler.non reſid.Salzed.c.52.n.1.

64 Beneficia tamen ſimplicia hodie de cõſuetudine nõ requirunt reſidentiã,quæ cõſuetudo valet,& eſt obſeruanda per tex. cũ gl.fin.in c.cum omnes.de conſt.& gl.ver.retinere in c.dudum.2.de elect. & glo.ver.deſeruiat.in c.conquerente.de cler.nõ reſidẽ. & gl.ver.de iure in c.gratia.de reſcript.lib. 6.& gl.ver.fructus.in c.fin.de reſcript.d.lib. 6.Abb.in d.c.extirpandæ.§.quia vero.n.15. & n.31. de præb. Imol.in c. quia nonnulli. nu.6. de cler.non reſident.& Roch.de curt. in c.fin. nu.500. de conſuet.Alex. conſil.1. num.2.lib.7. Paris.conſil.32.lib.4. Selua.in tract.de benefic.4.par.quæſt.2.nu.1.Salzed. c.52. nu.2.Merg.conſil.3. n.6.

65 Beneficium non confertur in inuitum,l. inuitus.§.quod.& l.inuito.vbi Doct.ff de regul.iur.& gl ver.neceſſario,in clem.ſæpe de verb.ſign.niſi beneficiũ concerneret cõmodum illius in quem confertur, & alterius, quia tunc propter commodum alterius bene confertur in inuitum cum rem ſuam deteriorem non faciat. l. ſoluendo.vbi gl.2.& Bart.n.1.ff.de neg.geſt.

66 Beneficium de ſuo nemo facere tenetur, nec ad id cogi poteſt. c.præcaric.§.de creuit.10.quæſt.2.& l.non quidquid.vbi Doct. ff.de iud. gl.ver.gratia. in c.bonæ.1.depoſtul.& l.ſoluendo. ff.de neg.geſt.& gl.fin.vbi Abb. num.3.in c.Clericis.de vit. & honeſt. cler.

67 Beneficium principis latiſsime eſt interprætandum.c.in his de priuil.& c.olim.vbi gl.fin.& Abb.n.1.de verb.ſign.& c.ſi pluribus,vbi Doct.de præb. lib.6.& c.cũ dilecti. de donat.& l.beneficiũ.vbi Doct.ff.de cõſt. princip.Bal.Flor. Imol.Aret.Iaſ.& alij.in l. apud Iulian.§. ſi quis alicui. ff.deleg.1.non tollitur tamẽ per beneficium principis, ius cõe , ſeù ſpeciale, niſi de illo fiat expreſſa mentio. glo.ver.interpretari,& Bart.n.2.in d.l.beneficium.ff.de mand.princip.

68 Mentionem non tenetur quis facere in impetratione beneficij a Sũmo Põtifice,vel eius legato,de præſentatione, beneficij,vel collatione nulla, de collorata vero tenetur. c.dilectus filius. 34. vbi Doct.de præb.& c. cum noſtris,& c.litteras noſtras.de conceſſ. præb.& Abb.in c.dilectæ. n.3. de except.& in c.cum Apoſtolica. n.4.deſponſ.Fel.in c. in noſtra.n.32.de reſcript. Bero.in c.ſuper litteris.n.72. verſ.17. de reſcript.Gomes.in regul.34.Cancellariæ.quæſt.10.verſ.poſtremo.Selua.in tract.de benef.3.par.quæſt.11. n.102. Menoch. de arbitrar.lib.2.cau.201. n.139. niſi in reſcripto.poneretur illa clauſula vocatis vocandis, aut illa dũmodo non ſit alteri ius quæſitum,quia tunc nõ dicitur gratia ſub reptitia , quamuis non ſit facta mentio de colorata poſſeſsione. vt tenet Fel.in d.c.in noſtra. num.32.de reſcript. & Card.conſil.93.Selua. vbi ſupra. n.103.Menoch.d. cau.201. n.140.

Verbo Bigamia.

1 Bigamia dicitur multis modis,quos refert. Siluester in ſumma verbo bigamia.in prin. Angel. ibidem Nau.in Manu. c.27.nu.175. Salzed.c.16.num.1. Sot.lib.4. ſent.diſt.27.quæſt.3.art.3.& alij, ſed ex his, aliàs referam ſequens.ſpecul.in tit.de deſpenſat.§.iuxta. nu.6. vbi triplicem,inquit, eſſe bigamiam.videlicet veram.ſimilitudinariam,& interpretatiuam vera namque bigamia eſt quando quis contrahit cum vna, & poſtea habuit aliã. ſimilitudinaria,quando monachus,ſeù monialis,profeſſa matrimonium contrahit, interpretatiua quando eodem tempore quis habet vnam vxorem de iure,& alteram de facto,vt tenet ſpeculat.d.§.iuxta.n.6.& c.debitum.33.q.1.

2 Bigamus dicitur ille,qui Deo virginitatẽ ſolemniter promiſit,& poſtea nubendo caſtitatem violauit. tũc enim incurritur ſimilitudinaria bigamia.c.ſi qua virgo,& c.quot quot.27. quæſt.1. glo.verb.in bigamis.in c. ſuper eo.vbi Abb.n.8.de bigam.

3 Bigamus etiam eſt ille, qui contrahit cũ

mulier

e

mulierè corrupta ab alio non autē à ſe, aut cum vidua corrupta, quãuis ignoraſſet illã eſſe corruptam, ſi tamen eſſet virgo, non fieret bigamus, quãuis eſſet vidua illa, cũ qua cõtraxit. c. debitũ. vbi Abb. n. 1. & c. à nobis. de bigam. & c. maritum. 33. deſt. & c. nemo, & ſereatim. 32. deſt. & c. curandum. 34. deſt.

4 Et ille, qui cognouit vxorem adulteram ſciẽter, n[i]que ordinari nõ poteſt ille, qui cognouit mulierẽ adulterã, poſt adulteriũ, & in hoc, ad ordines ſuſcipiẽdos, nihil refert vtrũ ſcienter, aut ignoranter illã poſt adulteriũ cognouiſſet, quia vtroq; modo repellitur à ſuſceptione ordinũ, quamuis ab executione ſuſceptorum ordinum nõ repellatur ſi ignoranter illã cognouiſſet. facit tex. in c. ſi cuius vxorẽ. & c. ſi laici. 34. diſt. Abb. in c. ſuper eo. n. 8. poſt alios. de bigã. Doct. in c. ſi vir. de adult. Salzed. c. 16. n. 3.

5 Bigamus etiam dicitur ille, qui vxorẽ repudiatã habuit, & ſuſcepit. vt ordinari non poſsit, nec ſolẽniter pęnitens. c. 1. vbi Doct. cõiter. de bigam. & c. ex pœnitentibus. 50. diſt. Anc. cõſi. 124. Fel. in c. ius generale, n. 6. deſt. 1. Anan. in c. ſi vir. n. 3. de adult.

6 Bigamus eſt ille, qui poſtquã fuit abſolut[us] à prima vxore ſe fecit pro moueri ad ſacros ordines, & poteſt alterã de facto duxit, nãq; ſicut ille, qui diuerſis tẽporibus habet duas vxores eſt bigamus ita qui eodem tempore illas habuit, de facto. & non de iure ſed tamẽ ex diuerſa bigamia. c. nuper. vbi Doct. de bigam. & c. ſanc. 4. de cler. coniug. & glo. ver. in bigamis. in c. ſuper. de bigam.

7 Bigamus ſi ordinetur recipit characterẽ ordinis, non vero executionẽ illius, nec poteſt impetrare diſpenſationẽ ab Epiſcopo, & difficiliter illam impetrabit à Sũmo Põtifice, quamuis Summus Põtifex diſpenſare poſsit. c. ſuper eo. vbi Abb. n. 5. de bigam, & c. quicũque, & c. non cõfidit. 50. deſt. Nat. in Manu. c. 27. nu. 177. & c. Lector. 34. deſt. vbi Præpoſit. Card. & alij. & Pet. de Anch. cõſil. 124. Albert. trot. de vero. & perſe. cler. lib. 2. c. 11. Salze. c. 16. verſ. ſummus autem Merg. conſil. 6. n. 3. Ioan. Mont. in tract. de bigam. q. 7. reprobata opinione ſpecul. in titul. de deſpenſ. §. iuxta. n. 6. dicentis bigamũ non ſuſcipere charaterem. ſi ordinaretur.

8 Bigamus nõ poteſt afferre tonſuram, nec habitum clericalem quia nudatus eſt omni priuilegio clericali. c. vnic. vbi Domin. Ioã. And. & omnes de bigam. lib. 6. & Doct in c. vnico de cler. coniug. eodem. lib. Trid. ſeſſ. 23. c. 7. & c. 17. de reformat.

9 Bigamus nõ eſt ille, qui plures habuit cõcubinas. quoniã bigamia non incurritur ex fornicatione. c. quia circa. vbi cõiter. Doct. gl. ver. cognitam. in c. debitum. de bigam.

Verbo Bona.

1 Bona, ſecundum materiã ſubiectã, idem eſt, quod verbum hæreditas. l. cogi. ff. ad treb. Grauet. cõſi. 139. n. 3. & quid veniat nomine bonorum refert Tiraq. in l. ſi vnquam. ſuper verbo. bona. C. de reuocand. donat. Pinel. in Rubr. 1. p. C. de bonis. mater.

2 Bonorum appellatione veniunt mobilia, & immobilia, iura, & actiones. & nomina debitorum, & bona emphiteutica. l. bonorũ appellatione, vbi Doct. ff. de verb. ſign. c. relatũ. 2. vbi Abb. n. 2. de teſtam. & l. ſi legatus. & l. nam quod. §. fin. ff. ad treb. & l. meorum. ff. de verb. ſign. Bart. in l. quintus. §. argento. n. 2. ff. de auro. & argẽt. leg. Iaſ. in l. ſi nõ fortem. §. libertus. nu. 35. ff. de cond. ind. & in l. vnde, & ſi parẽs. n. 8. C. de in offic. teſtam. Socin. Iun. in l. Centurio. n. 268. ff. de vulg. & pupill. hoc tamen intellige, quando diſpoſitio eſt vniuerſaliter facta. quoniam ſi diſpoſitio illi omniũ bonorũ fuiſſet reſtricta ad aliquod ſuſtãtiuum, appellatione bonorum mobilium, & immobilium, non cõtinerẽtur. iura, & actiones, ſed illud, quod venire deberet. ſecũdum materiã ſubiectã. l. Gaius. in prin. ff. de leg. 2. & l. ſi mihi Mœuia. §. fin. ff. de leg. 3. Bart. in d. §. argento. n. 5. & in l. mouẽtiũ. ff. de verb. ſign. Alex. in l. ſi conſtante. §. fin. not. 1. ff. ſolut. matr. & in conſil. 44. lib. 1. Bald. in l. 2. C. de quadr. præſcript. Iaſ. in l. adiuopio. §. in venditione. n. 7. ff. de reiud. Lap. allegat. 91. in fin. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 54. n. 27.

3 Bonorũ appellatione in generali ſermone non venit feudum. c. licet vaſallus. §. in generali, vbi Doct. C. ſi de feud. defunc. cõtr. ſit inter Domin. & ag. & c. 1. C. de cap. qui cur. vend. nec emphiteuſis. vt tenet Bald. & Ang. in l. item videndum. §. fin. ff. de per. hæred. idem Bald. in l. 1. quæſt. 1. ff. de rer. diuiſ. & in auth. ſi quas ruinas. C. de Sacr. Sãct. Eccleſ. Alb. in l. tres fratres. ff. de pact. Iaſ. in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 25. ff. de lib. & poſtum.

4 Bona vniuſcuiuſq, intelligũtur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. & l. cum emãcipati. §. illud. ff. de collat. bon. & l. ca demũ. C. de collat. & l. mulier. ff. de iure dotiũ. & l. non poſſunt. ff. de iur. fiſc. Iaſ. in authẽt. novissi-

nouiſsima.nu.3. C.de in offic.teſt.& etiam deducto onere hæreditatis. l. non amplius. vbi Bart.& omnes. ff. deleg.1.

5 Bona ſua obligans infide iuſsione, vtens hoc verbo,ad hanc fidei iuſsionem obligauit omnia ſua bona,aut in alia generali obligatione. tũc intelligitur in hac generalitate obligare bona præſentia, & futura,quod tamen non erit in venditione, vel donatione, aut in legando omnia bona, quia,tunc non veniunt futura,niſi exprimantur.l.fin.vbi gl. 1.& Doct. C.quæ res pig.oblig.non poſs.& l.ſi generaliter, C.qui pot.in pign.& l.ſi ſocietatem vniuerſarum. ff. pro ſoc. & l.ſi ita legaſſet. ff.de aur.& argent.leg.nec etiam in generali obligatione veniunt feudalia bona à ſuis hæredibus quærẽda,vt tenet.Ang. in l.aſsiduis.C.qui poſt in pign.& Salicet.in l.Paulus. ff.de pign.Alex.in l.ſi hæredis ſeruus. ff.deleg.1.Afflict. deciſ.335.n.5.

6 * In generali tamen hypotheca pignoris omnium bonorum,bene veniunt bona emphiteutica,quoniã licet in generali ſermone non veniat emphiteuſis,vt dixi ſupra.§. 3.eſt intelligendum, quando bona veniunt alienanda, ſed tamen cum pignoris obligatio non ſit propriè alienatio, bene veniunt in generali ſermone pignoris pypothecæ omnium bonorum, bona emphiteutica. gl. ver. alijs vendere. in l.fin.C.de iure emph. vbi Iaſ. nu.78. & Gram.conſil.55.nu.4.lib. 1.Grat.conſil. 54.nu.5. lib.1.Iul.Clar.lib.4. §. emphiteuſis,quæſt.18. n.1.Rip. in l.filius familias.§.diui. n,90.ff.deleg.1.

7 Bona mariti ſunt tacitè hypothecata pro dote mulieris.c.ex litteris.vbi gl.verb.obligata,& Abb.num.6. de pign. & l.vnica, vbi Doct.C.de priuileg. dot. Nicoſ.in tract.de pig in 4.memb.3.par.nu.63.Cæſar vrſ. dec. 44.n.6. & in hac tacita hypotheca præferturdos, omnibus creditoribus. l. aſsiduis, vbi Doct. C.qui pot. in pignore hab. Bart. in d.l.vnica.n.4. C.de priuil.dot.& hoc priuilegium trãſit ad filios hæredes ipſius mulieris, non autem ad hæredes extraneos. d. l.vnica,vbi gl.ver.ad hæredem,& Bart.n.7. & omnes, C.de priuileg.dot. l.aſsiduis.§. & ideo. C.qui pot.in pig. Bart.Bald.Angel. & alij in l.etiam,in prin.ff.ſolut.matr.

8 Bona paraphernalia tamen non gaudent hoc priuilegio dotis;nec bona mariti ſunt tacite obligata pro bonis paraphernalibus mulieris,ſi mulier illa apud ſe habuit,dicũtur namque bona paraphernalia omnia illa, quæ mulier habet præter dotem,quæ bona non habent naturam bonorum dotalium, niſi, vt bona mariti pro eis ſint tacitè hypothecata.ſi mulier illa apud ſe non habet. l.fin. C.de pact.conuent.& glo.ver.ſed condici. in l. ſi ego. §.pro dote. ff. de iur. dot. Abb. in c.ex litteris. num.9. de pign.& Iaſ. in l.maritus.n.14. C.de procurat.

9 Bona mulieris,etiam paraphernalia, non poſſunt capi pignori , pro debito mariti, quamuis ſit debitum fiſcale.l.1.vbi Doct.C. de priuileg. fiſci. & l.1. C. ad leg. Iul.de vi publ.vel priuat.& l.res vxoris. C. do donat. inter vir.& vxor.fallit tamen in cauſa primi pilari, vbi bona mulieris, & filiorum etiam mancipatorum licet non ſint hæredes patris , ſunt tacitè obligata pro culpa mariti, ſeù patris,& ſunt diſtrahenda ſi bona mariti non ſufficiant. l. fin.vbi Bart. C. de prim. pil. lib.12. & l. ſatis notum, vbi Bald.C.in quib.cauſ.pign. tacit.contrah. glo.ver.alienet. in c. ex parte,vbi Abb.num.5. de conſuet.

10 Bona dotalia mulieris,vel paraphernalia, ſeù donata à marito, mulieri,ſeù filijs emãcipatis , ante crimen commiſſum , quando bona mariti propter crimen ipſo iure confiſcantur,nõ veniunt in ipſam confiſcationem,ſed apud ipſam mulierẽ,vel apud ipſos filios remanere debẽt.l.ſi quis poſt hac, & §.1.& 2. vbi Doct. C.de bon.proſcript.& damnat.niſi ante donationem pater,ſeù maritus propoſuiſſet committere crimen. vt infra. §. 20.

11 Bona damnatorum debentur deſcendẽtibus,& aſcendẽtibus, & ex latere,vſque ad tertium gradum excepto crimine læſæ maieſtatis, tàm diuinæ,quàm humanæ,authẽt. bona damnatorum,vbi Doct.C.de bon.proſcrit. ſeù damnat. & Geripard. conſili. 36. num.28.

12 Bona filiorum primi matrimonij,qui deceſſerunt in vita patris,tranſeuntis ad ſecũdas nuptias,& ille pater in eis ſucceſsit,reſeruantur in ſolidum alijs filijs primi matrimonij, ſi extiterint, & non filijs ſecundi matrimonij, l.fœminæ,& l.generaliter,& l. cum alijs. C.de ſecund.nupt.& auth.neque virum,quod ex dot.in princ. & §.præterea. coll.8. & ita in nepotibus. l. ſi quis prioris, vbi Doct. C.de ſecund.nupt.ord.tamẽ noſtra,lib.4. tit.9 1.§.2. non admittit nepotes, niſi quando ſuccedunt cum patruo.

13 Bona profectitia filij in poteſtate patris cõſtituti,acquirũtur patri, etiã in proprietate, aduentitia vero in vſu fructu tantum,

castrenſia

caſtrenſia autem,ſeù quaſi caſtrenſia in nihilo patri acquiruntur. l. cum oportet. C. de bon quæ lib.§.igitur.vbi gl.verb.caſtrẽſibus, inſt.per quas. perſon.cuique,vbi cõmuniter notant ſcribentes.

14 Bona hæreticorum, ſi à filijs illorũ poſſideantur,aut à nepotibus,per ſpaciũ quadraginta annorum. cum bona fide,præſcribuntur,vt ab illis poſtea auferri nõ poſsint. c.fin.vbi Dominic.Ioan.And.Pet.de Anch. & omnes.de præſcript.lib.6.& ſemper præſumitur bona fides,niſi probetur mala glo. fin.in l.nõ ex eo.vbi Bart.C.de euict.Merg. conſil.4.nu.6 Bald.in l.celſus. 3.par.nu.2.ff. de vſu cap.Mench.quæſt.illuſt.nu.4.Valaſc. conſ.125. n.11.

15 Bona fides à principio ſufficit ad præſcribendum de iure ciuili,& hoc tàm in re mobili,quàm immobili.l.vnica,vbi legiſte, C.de vſu cap.transforman.& l.2.§.ſi ſeruus, ff.pro empt.de iure tamen canonico requiritur bona fides, tàm à principio quàm in progreſſu omnis temporis præſcriptionis, c.vigilanti, & gloſ.2. ibi, & Doct.communiter.& c fin. de præſcript.& in hoc eſt ſtãdum iuri canonico.

16 Bona fides non præſumitur habere ille, qui contra ius mercatur. c.quia contrà ius. vbi notant omnes. de regul.iur.libr.6.& c. non ſatis, deſim. & c.ſi quis de impces.16. q.7.& dico infra ver.emptio. §.3.& 4.

17 Bona illorum,qui ſunt rei læſæ maieſtatis tàm diuinæ quàm humanæ, ſemper cõfiſcantur. c.vergentes.vbi Doct.de hæret.& etiam poſt mortem illorum confiſcari poſſunt,quoniam ipſo iure commiſſo crimine hæreſis. ſeù læſæ maieſtatis remanent confiſcata. c.accuſatus. §.in eo, vbi Doct.& c. cum ſecundum. de hæret. lib.6. & c. ſuper quibusdam de verb.ſign.& extrauagãt.1.de hæret.inter communes,non poſſunt tamen occupari ab illis, quibus confiſcantur, niſi poſt ſententiam quamuis ipſo iure crimine commiſſo ſint confiſcata. c.cum ſecundum de hæret.lib.6.& c.excõmunicamus.§.damnati.de hæret.& quæ bona ſint confiſcanda. vide infra verb.hæreſis. §.12.

18 Bona hæreticorum in terris Eccleſiæ applicantur fiſco Eccleſiaſtico, in terris vero imperij,aut regis,non cognoſcentis ſuperiorem in temporalibus,ſicut eſt noſter rex Hiſpaniæ,& rex Franciæ, applicantur fiſco ſeculari. c.vergentis,& c. excõmunicamus. §.damnati. de hæret. & extrauag.1. de hæret.inter cõcs.& dico inf.ver.hæreſis.§.12.

19 Bona quibus caſibus cõfiſcantur ipſo iure refert.gl.ver.maieſtatis, & Bart.ibi nu.3. in l.ex iudiciorum.ff.de accuſat,& in omnibus illis tranſit confiſcatio ad hæredes, mortuo delinquente. l.commiſſa.vbi Doct ff.de public.& vect.Bart.in d.l.ex iudiciorum.n.2.

20 Bona non poſſunt alienari , ab illo , qui commiſit crimen,vbi bona ipſo iure confiſcantur,quoniam tunc à die criminis cõmiſsi remanent confiſcata,& non valet poſtea alienatio, in caſibus vero,vbi bona non confiſcantur ipſo iure,valet vẽditio,donatio,ſeù alia quæcumque olienatio ante ſententiam condemnatoriam. l. poſt contractum, vbi gl.ver.crimen,& Bart.nu.12.& l. donationes. §.fin. vbi Doct. ff. de donat.& l.pen.& vlt.C.ad leg.Iul.Maieſt.& l.qui pœna. ff.de manu miſſ.& l.quæſitum. ff.qui, & à quib.& gl.verb.alienare,in l.ex iudiciorũ. ff. de accuſat.& gl.ver. poſtulata.in §.1.inſt. de hæred.inſt.Bald.in authent.ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. ſi tamen quis propoſuiſſet committere delictum.propter, quod bona remanent ipſo iure confiſcata; & tunc propter delictum committendum bona alienauit, non valet talis alienatio,eodem modo,poterit reuocari,quia in fraudẽ fiſci facta eſt. l.in fraudem. ff.de iure fiſc. & l.ſed ſi maritus. §. ſed,& ſi. ff. qui, & aquib. Bart.in d.l.poſt contractum.nu.1.ff. de donat. Bald.vbi ſupra.

21 Bona mulieris non confiſcantur propter hæreſim mariti, ſeù propter aliud crimen, ſi illa eſt Catholica,& nullum crimen commiſsit,& quando cum illo contraxit,ignorabat maritum eſſe hæreticum.c.de creuit. vbi Dominic.Ioan.And.& omnes.de hære. lib.6.& l.ſi quis poſthac.vbi Doct.C.de bon. proſcript. ſeù damnat.

22 Bona mulieris dotalia non poſſunt alienari, quamuis ipſa mulier conſentiat. prin. inſt. quib.alien. licet, vel non,& auth. ſiue à me.vbi Doct. C.ad ſenat. conſult.vell.gl. verb.fatigari. vbi Abb.nu.2. in c.per venie de empt.& vend.& l. fundus,& l. lex Iulia. ff.de fund.dotal.& authent. vt immob.ante. nupt.§.1. coll.5.& l.vnica.§.& cum lex. C. de rei vxor. act.& glo.ver.exequentur in.§. eſt,& aliud.inſt.de donat.nec etiam mulier poteſt illa alienare cõſentiẽte viro, ſeù nõ conſentiente. l.ſi prædium. vbi Bart. Bald. Salicet.& omnes. C. de iure dot. Imol.in c. cum contingat.col.17.verſ. nunc reſtat. de iure iur.Ant.Gomez.in l.50.Tauri.n.57.cũ ſeq.Valaſ.conſult.150.n.5.

23 Bona acquiſita inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, diuiduntur, inter vtrũque ſoluto matrimonio, ſi cõſtat, quòd de bonis viri, & vxoris ſint acquiſita. c. ſignificauit, vbi glo. fin. & Doct. de donat. inter vir. & vxor. quoniam tunc cẽſetur inter virum, & vxorem vniuerſalis ſocietas inita. c. cum ſocietas. vbi glo. 27. quæſt. 2. & l. cũ hic ſtatus. §. inter virum. ff. de donat. inter. vir. & vxor. Palat. Rub. in Rubr. nu. 61. de donat. inter vir. & vxor. & Bald. in l. rei iudicatæ. §. ſocero. ff. ſolut. matr. Gam. deciſ. 314. n. 5. Cou. ru. deſponſal. 2. p. c. 8. num. 5. Gart. in tract. de expenſ. c. 13. nu. 14. Valaſc. conſul. 103. nu. 2. ſi autem non conſtat ex quibus bonis ſint acquiſita præſumuntur acquiſita, ex bonis mariti, & ſunt ipſius mariti, & mulieri reſtituitur ſuados. l. quintus. vbi Bart. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. etiam ſi, vbi Bald. & Salicet. C. eodem. tit. Abb. in d. c. ſignificauit. num. 3. de donat. inter vir. & vxor.

24 Bona tamẽ acquiſita inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, in noſtra Luſitania, tàm quando nubentes contraxerunt per chartam medietatis, ſecundum conſuetudinem, & legem regni, ord. lib. 4. titul. 46. quàm per dotem, & arras. vt vocant. ſemper diuiduntur inter coniuges, ſeù hæredẽs illorum, ſoluto matrimonio, licet bona illa illis eueniant per contractum emptionis, donationis, cuiuscumque ſucceſsionis, hæreditatis, ſeù alio quocũque modo, niſi aliter expreſſe alicui eorum, ſit donatum, quãuis in regno Caſtellæ aliter diſtinguatur; vt per Xuares. in l. fori. delas. ganancias. poſt Palat. Rub. in Rubr. §. 61. cum ſeq. quoniam in noſtra Luſitania ſemper ſtamus in illa antiquiſsima conſuetudine regni, vt bona cõmuniter acquiſita inter coniuges diuidantur, inter illos, niſi aliter inter illos contrahatur, quia tunc ſeruabuntur ſui cõtractus, ſicut ſocietas condicionalis. vt tenet Valaſ. conſult. 103. nu. 24. & 26. & c. fin. de donat. inter vir. & vxor. & l. quæris. ff. de pact. dotal. & l. ex morte. C. de pact. conuent. & l. in hac actione. §. ibidem. ff. ad exhibendum. & gl. ver. non eſt aliud. in c. ſignificauit. de donat. inter vir. & vxor. Merg. conſ. 8. n. 12.

25 Bona ſua nõ perdit mulier, quæ poſt mortem mariti, cõmiſsit ſtuprum, quamuis propter adulterium illa perdediſſet, quia in legibus pænalibus non fit extenſio præcipuè cum defficit eadem ratio, vt hic, nam mulier ſi vir eius deceſsit abſoluta eſt à lege D. Paul. ad Corinth. 1. c. 7. & c. ſuper illa de ſecund. nupt, & ideo iam non datur eadem ratio, quæ datur in adulterio, vnde bona dotalia, ſeù paraphernalia perdere non debet, vt tenet Iaſ. in l fidei commiſſum, nu. 3. C. de fid. commiſſ. Socin. Iun. conſil. 111. nu. 7. lib. 3. Gui. in rep. c. Rainunrius. 3. par. ver. qui cum alia matrimonium contrahens. nu. 202. de teſtam. Roland. cõſil. 87. ad fin. lib. 2. Iul. Clar. lib. 5. §. Boer. deci. 338. n. 1. quamuis contrartum teneat. Paul. de Caſtr. cõſil. 147. lib. 2. Boer. deciſ. 338. nu. 1. addit. ad Abb. in c. plerumque. de donat. inter vir. & vxor. Bellon. in Rubr. n. 8. C. de edend.

26 Bona prælati, aut tutoris ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtratione. gl. ver. obligata. vbi Abb. n. 11. in c. ex litteris. de pign. & l. ſi mater. vbi Bart. Bald. Salice. & omnes. C. in quib. cauſ. pign. vel. hipoth. contrah.

27 Bona Eccleſiarum ſunt ad cõe vſum diſtinata, nec debet prælati, aut alius quicumq, adminiſtrator, illa tanquàm propria vindicare, & vti illis, ſicut rebus ſuis, aut ſuis vſibus applicare; c. ratio. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocen. Ioan. And. Abb. & omnes. de præb. & c. nulli. §. ſi ergo. 12. quæſt. 1. & c. quæ ad perpetuam. 25. quæſt. 1.

28 Bona immobilia Eccleſiarũ non poſſunt alienari, nec ſummitti perſonis laicis, ſine conſenſu capituli in Sede Cathedrali, & in Monaſterijs, & in alijs Eccleſijs Parrochialibus, ſine conſenſu Rectoris, cum beneficiatis, & authoritate Smmmi Pontificis, niſi ſit facta in euidentẽ, vtilitatẽ Eccleſiæ, quia tunc poteſt fieri alienatio cum authoritate capituli & Prælati. c. fin. vbi Doct. de rebus Eccleſ. non alien. lib. 6. & c. nulli. vbi Hoſt. & Abb. nu. 6. eodem. tit. & §. 1. & c. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. & glo. in ſumma. ibidem. & Girip. conſil. 23. num. 12. & dixi ſupra. verb. alienatio. §. 22. & infrà. verb. res. §. 14.

29 Bona acquiſita à prælato poſt ſuam conſecrationem, & quæ remanent poſt mortem illius ſunt relinquenda ſuæ Eccleſiæ, & fabricæ illius, & quæ ſuper fuerint ſunt reſeruanda futuro ſucceſſori, c. vt vnusquisque, & c. inquirendum. vbi Doct. de pecul. Cler. & c. 1. vbi Ant. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes. de teſtam. & c. quia ſæpe de elect. lib. 6. relicta tamen prælato contemplatione ſuæ perſonæ, non remanent Eccleſiæ, relicta autem contemplatione Eccleſiæ remanẽt ipſi Eccleſiæ, c. requiſiſti, vbi communiter Doct. de teſtam.

Bona

Digitized by Google

30 Bona acquiſita à Rectore,ſiue beneficiato alicuius Eccleſiæ,nihil habente tempore collationis ſuæ , præſumuntur acquiſita de bonis Eccleſiæ,& ſunt relinquenda ipſi Eccleſiæ.c.1.vbi Doct.de pecul.cler.& c.cũ in officijs,& c.quia nòs,& c.ad hæc de teſtam. & c.1.& 2.12.quæſt.3.de conſuetudine tamẽ antiquiſsima,in noſtra Hiſpania,& alibi poſſunt Rectores ſeculares cuiuscũq, Eccleſiæ , aut beneficiati teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ſicut de proprijs patrimonialibus,ſeù intuitu perſonæ acquiſitis, & tàm inter ſuos conſanguineos, quàm inter extraneos,& ſi decedãt ab inteſtati,omnia ſua bona,tàm intuitu Eccleſiæ acquiſita,quàm patrimonialia,ſeù acquiſita intuitu perſonæ,veniunt ſuis propinquioribus, & hæc conſuetudo, benè poteſt obſeruari, quia ius inducit, l.de quibus.vbi Doct.ff.de legib.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot. & æſt.& C.ſuper quibusdam.de verb. ſign. vbi. vbi glo.verb.non extat.Abb.in c. cum tibi, nu.2.eodem.tit. & in c.1.nu.4.de conſuet. Gam.deciſ.149.n.7.Valaſ.conſul. 108. nu.12.quamuis.Nau.in apolog.de reddit. Eccleſ. quæſt. 3. monit.1. contrarium defendat.

31 Bona immobilia pupillorũ,non poſſunt alienari ſine decreto iudicis, & authoritate tutoris,nec prætextu æris alieri, nec mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, l.magis. §.fundum autem.ff.de rebus eorum,qui ſub tut.& l. lex,quæ tutores,vbi Doct. C.de adminiſtr.& §.1.vbi Aret.inſt.de aut. tut. Iaſ. in l.qui romæ. §.cohæredes.n.19. ff.de ver. obligat.& dicam ver.tutela.§.16.

32 Bona dotis nõ veniunt in collatione tertiæ,ſed tãtum illa,quæ tempore mortis defuncti extant in ſuo patrimonio. l. cũ quæritur. & l. Papinianus.§.quarta,vbi Doct.ff. de in offic.teſtam.& l. patronum. §.fin.ff.de bon.liber.Ant.Gom.in l.23.Tauri,Rodiric. Soar. in l. quoniam. in prioribus. §. ſexto, quæritur. C.de in offic.teſtam. Gam.deciſſ. 33.n.1.Gerip.conſil.6.n.13.

33 Bona conductorum vecti galium , ſunt tacitè fiſc.obligata, & nõ poſſunt poſt obligationem illam alienari. l. ſemper.§.diuus. ff.de iure immunit.Abb. in c.ex litteris,nu. 11.de pign.

34 Bona iam alienata nõ recuperat ille,cuius bona fuerunt confiſcata, quamuis poſtea à principe ſit reſtitutus in integrum.gl. ver. quid ſit in integrum. vbi Doct. in l.1. C.de ſent.paſſ.

35 Bona acquiſita in bello iuſto contra Sarracenos,& alias infideles,efficiuntur occupantium. l.naturalem.§.fin.& l.transfugam. ff.de acquirend.rerum dom. & l.1.in princ. ff.de acquir.poſſ.§.item ea inſt.de rerũ diuiſ.glo.verb. ab infidelibus. in c.3. de ſent. & reiud.lib. Bart.in l.Hoſtes. num.14. ff.de capt. & poſtlim.milites tamen , qui habent ſalarium à rege,ſeù principe,cum ad bellũ contra infideles proficiſcuntur. tenentur dare illa bona in bello acquiſita ipſi principi,vt illa diuidat. ſecundum merita ipſorũ militum.gl.ver.omnia.in c.dicat.23,q.5.

LITTERA C.

Verbo Canonicus.

1 CANONICVS dicitur ſimpliciter,& perſonaliter beneficiatus quoniam non habet curam animarum,vt tenet Abb.in c.nouum genus.nu.6.de decim.& Gerau.conſil.31.nu.12.& Gerip. conſil.14.n. 20.& n.26.

2 Canonici ſunt inſtituendi in Eccleſia ſecundum facultates ipſius Eccleſiæ. c.cum. M. vbi notant omnes.de conſt. & c fin. de verb.ſign.& ita de monachus,ſeù monialibus. c.1.de inſt.Abb.in c.fin.nu.3.de præſumpt.nec poteſt,ſine cauſa diminui numerus præbendarum.c.ex parte.vbi Doctor.de conſt.nec augeri, ſine licentia Papæ,quando ſtatutum de certo numero , eſt confirmatum ab ipſo Papa. c. cum olim.de conſuet.& c.cum aliqui.de reſcript.lib.6. Abb. in c.acceſsiſſent,n.4.de conſt.

3 Canonici priuilegiati ſuper certo numero canonicorum, vel dignitatum , ſi ſuper numerum illum,aliquem receperint ad canonicatum,ſeù dignitatẽ,non poſſunt poſtea vti ſuo priuilegio. c. pro illorum de prob. auxilium enim legis inuocare nõ poteſt ille, qui committit in legem. c. fin. de immunit.Eccleſ.& c.quia fruſtra de vſur.& c.in audiẽtia de ſent.excõm.& c.certum eſt 88.de regul.iur.lib.6.& l.1.C.de hæret.

Digitized by Google

4 Canonici, qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, habent in Eccleſia cathedrali, quibus certi ordines ſunt anexi, tenētur infrà annum pro moueri ad illos ordines, niſi aliqua iuſta cauſa eos impediat, & ſi non ordinantur infra annum poſtquam pacificam conſecuti fuerint poſſeſsionem, ſaltim ad ſubdiaconatus ordinē non habebūt vocem in Capitulo, & priuabuntur dimidia parte diſtributionum quotidianarum, & ſi propter aliquod impedimentum non poſſunt promoueri ad illos ordines, amittent illas dignitates, perſonatus, officia, ſeù præbendas. c.1.& c.quæris. de ætat.& qualit.& clement.2.vbi Doct.eodem, titul.Trid.ſeſſ.22.c.4. de reformat.& c.licet canon.de elect.lib.6.

5 Canonicus, qui non eſt conſtitutus in ſacris ordinibus, non habet vocem in Capitulo. d.clem.2. vbi Imol.Ioan.Andr. Card. & omnes.de ætat. & qualit. & Trid.ſeſſ.22. c.4.de reformat.

6 Canonici poſſunt facere ſtatuta cum ſuo Epiſcopo, dummodo ſint licita.c.2.§.cæterū, vbi Doct.de verb.ſign.lib.6.& c.ex litteris.de conſt. & c.conſuetudinis. & c.nouit. de his, quæ fiunt à prælat.ſine Epiſcopo tamen poſſunt facere ſtatuta ſingularia tangentia ad ipſos tantum, non autem illa, quæ tangunt Epiſcopum, ſeù Eccleſiæ ſtatum, c. edoceri.de reſcript.& gl.ver.ſtatutum.in c. 2.§.cæterum.de ver.ſignifi.lib.6.

7 Canonici de cōſuetudine poſſunt in ducere ceſſaſsionem à diuinis, non autem de iure. c.ſi canonici,& c.quāuis.de offic.ord. lib.6. ſed hoc non obſeruatur in praxi, nec talis viget conſuetudo.internas, in tota Luſitania.

8 Canonici ſunt vocandi, quando eſt faciēda receptio, aut collatio beneficiorū, ſi tunc temporis ſunt abſentes, & alia non ſit conſuetudo, c.in Eccleſijs. vbi Dominic.Ioan. And.& omnes.de præb.lib.6.

9 Canonici debent habere loca honorabiliora in proceſsionibus, & in ſeſsionibus.& In ſubſcriptione inſtrumentorum, & in Capitulo, pro tēporis antiquitate c.qui prior. & glo.in caſus poſitione, ibi.de regul.iuris. lib.6.& c.fin.17.diſt.& l.quoties vtriusque. ff.de regul.iur. ordine tamen maiori inſignitus præfertur, licet poſterius fuiſſet ordinatus. c.ſtatuimus.vbi glo.verb.primum,& Doct.de maior.& obed.

10 Canonicatum, & dignitatem poteſt quis habere in vna Eccleſia Cathedrali, cū diſpenſatione, Epiſcopi, aut ſine illa, ſecundū conſuetudinem illius Eccleſiæ. cum enim quis non poſsit ſub eodem tecto duas præbendas habere, ſed tamen habere poſsit canontcatum. & dignitatem de cōſuetudine, illa obſeruabitur in collatione illorum glo. ver.niſi vnicum.in c.1. de conſuet.lib.6. & gl.ver.de iure.in c.gratia. de reſcript.d.lib. 6.& glo.verb. diſpenſatio.in c.ſuper eo.de præb.eodem. lib.6.Paris.conſil.4.n.15.lib. 4.Lamb.in tract.iuris patr. ıpar.lib.2 art. 15.quæſt.7. principal.n.15.Doen.regul.71. n.5.& dixi. ſupra verb.beneficium. §.18.& dixi ſupra. verb.bniūm. §.18.

11 Canonicatum, & Eccleſiam parrochialē illi anexaum poteſt quis ſimul poſsidere, & non eſt contra Conſilium Generale.c.extirpandæ.§. qui vero, vbi Abb.nu.5.de præb. & c.ſuper.eo, vbi Dominic.Ioan.And.PhelIph. Anch.& omnes. eodem.titul. lib.6.& clemen.2.vbi Doct.de reb.Eccleſ.non alienand.& notant Doct.In c.ſicut vnire, de exceſſ.prælat.Merg.conſil.3. n.24.

12 Canonicatum, & Eccleſiam parrochialē, nō poteſt quis ſimùl poſsidere cum Eccleſia, non ſit vnita, ſeù anexa canonicatus, c. extirpandæ. §.qui vero, vbi glo.ver.priuatim ad fin.ex Doct.de præb. Trid.ſeſſ.24.c. 17. de reformat.

13 Duo etiam non poſſunt ſimpliciter inſtitui ad vnum canonicatum, quāuis de cōſenſu Capituli, & ſi ſub erat rationabilis cauſa, & redditus vniuscuiusque præbendæ ſufficiebant cōpetentur vnicuique prouiſo potuiſſent inſtitui, vt eſt tex.in c.dilecto.filio, & c.vacante. vbi Abb.nu.2. de præb.& videbatur probari. ex Trid. ſeſſ.21. c.5. de reformat. & ſeſſ.24 c.13. & c.15.de reform. hodie tamen non poteſt illa diuiſio fieri, ſine authoritate Summi Pontificis, per regulam.11. Cancellariæ.Greg.13.

14 Augmentum reddituum ex nouo acreſcens, ſine induſtria canonicorum nō debet diuidi inter canonicos, ſed debet conſului Summus Pontifex, aut augeat numerum canonicorū, vt officia diuina melius exerceātur, & interim illud augmentum redditus debet conuerti in vtilitatem Eccleſiæ.c.fin. vbi glo.ver. excreuiſſe. & verbo in vtilitatem, vbi Doct. de verb.ſign.& c. cum. M.de Conſt.& c.in nouo teſtamento.vbi gl. verb. operarios.21.diſt.

15 Canonici regulares poſſunt perfici Eccleſiæ ſeculari, cum ſocio ſui ordinis, ſi cōmode fieri poteſt, ſiue ſine ſocio, ſi cōmode fieri

Digitized by Google

fieri non poteſt, c. qui dei timorē vbi Abb. & alij de ſtat. Monach. hodie tamen ſunt omnino in capaces ad omnia beneficia, tam ſimplicia, quam curata, excepto ad beneficia regularia, ſeù ad Epiſcopatum per Trid. ſeſ. 14. c. 11. de reformat. & dicam infra ver. Eccleſia. §. 10.

16 Canonicus, regularis, qui ſine licentia ſui Abbatis tranſiuit ad aliud. monaſterium, & iterũ eſt reuerſus ad ſuum, licitè poteſt poſt reuerſionem fungi prælatura, in ſuo monaſterio, ſeù adminiſtrationem illius exercere c. intelleximus, vbi Docto. de ætat. & qualit. & Docto. in c. ſane de regularib.

17 Canonicus regularis poteſt ad artiorem ordinem, & ad Eccleſiam maioris religionis tranſire, petita tamen licentia a ſuo prælato, quanuis non aſſecuta c. ſane. vbi gloſ. & hoſt. Ioan. And. Abb. & alij & c. licet vbi Doct. de regular. & dixi ver. regularis §. 23.

18 Canonicus regularis poteſt à ſuo ſuperiore excõmunicari, & expelli a conſortio fratrum, c. cum in Eccleſijs, vbi Docto. de maiorit. & obed. licet hodie hæc expulſio non ſit in vſu. ſed ſecundum regulam ſuæ religionis erit puniendus à ſuo Prælato, quoniam Prælatus poteſt capere ſuos canonicos regulares, & illos detinere, & punire ob crimina eorum, vt tenet Cald. conſil. 20. de regular. & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 35. n. 15. dixi ver. regularis. §. 58.

19 Canonicus regularis, qui non reſignauit proprium in mortis articulo non debet ſepelleri in Eccleſia, nec in cæmiterio illius, c. ſuper quodam vbi Doct. de ſtat. Monach. & dixi ver. ſepultura §. 12.

20 Canonicus, qui reuelat ſecreta capituli punitur pæna arbitria, & ſi iurauit illa non reuelare punitur pæna periurij, ſicut ciuitatis conſiliarius, vel decurio, qui ſecreta de texerit, quæ ratione iuramenti, & officij tacere debuit, vnde fit periurus, & eſt a mouendus ab officio, & dignitate, ex Angel. in l. Athletas. §. calumniator n. 4. ff. de his, qui not. inf. & Bald. in l. nullum n. 5. c. de teſt. & in tit. de pace conſt. ver. credentia cæpol. conſil. criminal. conſil. 39. hyppol. conſil. 1. n. 9. Villadiog. in tract. de legat. 3. part. quæſt. 1. n. 36.

Verbo Capitulum.

1 CApitulum in fauorabilibus venit appellatione Eccleſiæ, Collegij, & ciuium, vt notant. Doct. in c. eam te de reſcript. Bart. in l. municipem n. 12. ff. ad municip. in propria tamen, & ſtricta ſignificatione, capitulum conſideratur vt corpus, & non extenditur ad ſingulares facit tex. in c. fin. depræb. lib. 6. Abb. in c. eam te n. 12. de reſcript.

2 Capitulum Sede vacante gerit vicem Epiſcopi in iuriſdictionalibus Epiſcopatus c. eam te vbi Doct. de reſcript. & c. cum olim. vbi etiam ſcribentes de maiorit. & obed. & c. fin. ne Sede vacant. Abb. in c. 1. n. 4. eodem tit. Trid. ſeſ. 24. c. 1. de reformat. vnde diſpenſare poteſt capitulum Sede vacãte, in his, quibus poteſt Epiſcopus, cum diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis ex Abb. in c. vt ſi clerici. §. de adulterijs n. 17. & Dec. n. 20. de iud.

3 Capitulum Sede vacante poteſt eligere Vicarium generalem, & Viſitatorem, & illis committere vices ſuas, glo. ver. ab alia in c. Eccleſiæ Cathedrali, vbi Doct. de ſupplend. negl. Prælat. lib. 6. Trid. ſeſ. 24. c. 16. de reformat. & infra octo dies poſt mortem Epiſcopi tenetur conſt. tuere illum Vicarium generalem, ſeù officialem, aut exiſtentem confirmare ex Trid. vbi ſupra.

4 Capitulum Sede vacante, vel ille, ad quem pertinet adminiſtratio poteſt abſoluere illos, quos abſolueret Epiſcopus ſi viueret, niſi Papa id prohiberet c. vnico, vbi glo. 1. Ioan. Monach. Dominic. Ioan. And. Philiph. Anch. & omnes de maiorit. & obed. lib. 6. ſpeculat. in tit. ne Sede vacant. n. 8.

5 Capitulum, Sede vacante, poſt annum, a die vacationis, poteſt dari licentiam, ſeù litteras dimiſſorias ad ordinandum, niſi ille quis artatus fuerit ad ordines recipiendos ratione Eccleſiaſtici beneficij, ſeù alio priuilegio, quia tunc poterit ante annum illi concedere licentiam, vel litteras dimiſſorias ad ordinandum. Ceſſante enim hac ratione, capitulum talem concedens licentiam infra annum a die vacationis Sede vacante, ſubiacebit Eccleſiaſtico interdicto, & ordinatus in minoribus ordinibus non gaudebit priuilegio clericali, in maioribus vero ordinibus remanet ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinum, vſque ad bene placitum, futuri Prælati. facit tex. in c. nullus de temp. ord. lib. 6. & Trid. ſeſ. 7. c. 10. de reformat.

6 Capitulum Sede vacante confirmat, vel infirmat electiones c. cum olim, vbi Doct. de maiorit. & obed. & glo. ver. præſentatos, in c. 1. vbi etiam notant ſcribentes de

inſt.

Digitized by Google

inſt. lib. 6. & poteſt inſtituere, & admittere præſentatos à patronis, ſi fuerint idonei, ſcientia, moribus vita, & ætate, d. c. 1. vbi Doct. de inſt. lib. 6. & poteſt conferre illa beneficia, quæ ſimul expectant ad Epiſcopum, & capitulum c. 1. vbi notant omnes, ne Sed. vacant. lib. 6. & quando per negligentiam Epiſcopi petendi relaxationem à ſuſpenſione deuoluitur collatio ad capitulum c. vnico §. cum vero, vbi Ioan. Monach. Dominic. & alij, ne Sede vacant. lib. 6.

7 Capitulum poteſt de iure ſpeciali habere collationem præbendarum, aut de præſcripta cõſuetudine c. cũ Eccleſia de elect. & c. ſi capitulo, vbi gl. ver. pertinebat. Monach. Dominic. Ioan. And. & omnes de conceſſ. præb. lib. 6. & etiam poteſt expectare collatio præbendarum ad Epiſcopum ſimul cũ capitulo c. vnic. §. fin. vbi Dominic. Ioan. And. & alij, ne Sede vacant. lib. 6.

8 Capitulum non poteſt Sede vacante conferre beneficia, quæ expectant ad collationẽ Epiſcopi, nec illa, quæ Epiſcopus prouidet cum conſilio capituli, ſed ſi multum temporis ſpacium ſedes Epiſcopalis vacauerit, eſt recurrendum ad ſummum Pontificem, qui totius orbis eſt generalis c. illa deuotionis, vbi Doct. ne Sede vacant. & c. 1. de inſt. lib. 6. & c. vnic. §. cum vero, vbi Dominic: Ioan. And. & alij, ne Sede vacant. lib. 6. niſi communiter expectaret collatio ad Epiſcopum, & capitulum, vt ſupra dixi §. 6. aut capitulũ de iure ſpeciali, ſeù præſcripta conſuetudine illa beneficia conferret cum conſilio Epiſcopi tantum, quia tũc illo mortuo, ſeù in remotis, poteſt capitulum illa conferre non expectato Epiſcopo d. §. c. 1. fin. vbi Doct. ne Sede vacant. lib. 6.

9 Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt facere noua ſtatuta, nec antiqua tangentia ad Epiſcopum, & capitulum mutare c. 1. vbi Doct. ne Sede vacant. & c. cum conſuetudinis, vbi Abb. n. 3. de conſuet.

10 Capitulum non poteſt recipere Epiſcopum ſine litteris ſuæ promotionis, vt eſt tex. in extrauag. 1. §. capitula. vbi notant omnes ſcribentes de elect. inter communes Leo in tract. nou. oper. cap. 3. n. 12.

11 Capitulum tenetur reddere rationem Epiſcopo nouo de negocijs, ſeù inſtromentis, & ſcripturis, ad Eccleſiã pertinentibus, ſi ad capitulũ peruenerũt, ſiue de omnib⁹, quæ geſsit Sede vacante Trid. ſeſ. 24. c. 16. de reformat. Rub. cõſi. 131. n. 3. Merg. conſi. 20. n. 8. Menoch. de arb. lib. 2. cau. 209. n. 8.

12 Si capitulum habet præſentationem alicuius beneficij, & fuerit negligens in a præſentando, & infra ſex menſes non præſentauerit deuoluitur poteſtas ad Epiſcopum c. paſtoralis, vbi Doct. de conceſſ. præb. quoniam quicunq; patronis debet præſentare clericum, idoneum intra tempus lateranẽſis conſilij, & aliter deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. c. ſicut nobis, & c. licet & c. litteras, & c. dilecto. de ſupplend. neg. pral. & c. vnico de iure patronat. lib. 6.

13 Capitulum conſentiens trans actioni factæ a prælato nomine Eccleſiæ, poſtea diſſentire non poteſt c. contingit, vbi notant omnes, de trans act. quoniam licet Epiſcopus, ſeù alius quicunque Prælatus non poſſit trans agere ſine licentia capituli, l. trans actionis, vbi Doct. C. de trans act. & glo. ver. litteras, in d. c. contingit, ſi tamẽ trans actionem faciat nomine Eccleſiæ, & capitulum illam trans actionem approbauerit, aut ratam habeat non poteſt amplius illam reprobare. d. c. contingit, vbi glo. ver. litteras, & Doct. de trans act.

14 Capitulum ſimul cum Epiſcopo eligens, aut vocem in aliquo pro ferens tantum valet quantum Epiſcopus, ſi Epiſcopus aſsiſtit tanquam prælatus, quoniam ſi tanquam canonicus aſsiſteret, non valeret vocem illius, niſi tanquam vnius cuiuſcumq; canonici, Abb. in c. paſtoralis n. 4. de cõceſſ. prę b. & Iaſ. in l. ſi pater n. 4. ff. de vulg. & pupill.

15 Capitulum, vt circa de appellat. lib. 6. nõ habet locum quando illa, quæ opponuntur directe reſpiciunt ius Eccleſiæ clem. conſtitutionem, vbi notant ſcribentes. de elect.

16 Sedes Apoſtolica non moritur, nec morietur dum orbis ſub ſiſtat. imo perpetuo durabit c. gratioſe de reſcript. lib. 6.

Verbo Carcer.

1 CArcer eſt inuentio ad cuſtodiam, & terrorẽ, & dicitur mala manſio, adeo, quod morti æqui paretur l. aut damnum, §. ſolent vbi Doct. ff. de pæn. Bald. in c. 1. §. denique, C. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. plin. minor. in ſuo libello de virib. illuſt. & c. quãuis, vbi dominic. de pæn. lib. 6. & Doct. in l. 1. C. de cuſt. reorum. ign. lop. c. 124. verſ. ſit tormentum.

2 Carcer tamẽ aut datur ad cuſtodiam reorum pendente accuſatione, dum tractatur de delicto, aut ad corporis afflictionem, & terrorẽ, aut imponitur alicui pæna carceris

per

ceris per ſententiam, in criminis punitionem, & in primo caſu ſufficit conſtare de delicto. præſumptiuè tantum, ſine litis conteſtatione, & ſine partis citatione, ſed tantum per viam inquiſitionis, aut per aliquod teſtium ſummarium, ſi crimen ſit tale, quòd pro illo delinquens mereatur pœnam corporis afflictiuam. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn. & l. verum. ff. de verb. ſignific. & l. prim. vbi Salicet. C. de cuſt. reorum idem Salicet. in l. fin. in fin. C. de quaſt. & c. quamuis, vbi Dominicus. de pœn. libr. 6. & Paulo de Caſtro, conſil. 328. num. prim. lib. ſecund. & Angel. de Caſtr. inter conſilia criminalia diuerſorum. conſilio. 94. numer. ſecund. libr. prim. & Angel. de malef. verbo iudex comiſit quod caius. numer. quart. Boſſ. in titulo de captura. numer. tertio, & ſi iudex ſine inquiſitione, aut teſtium ſummario, ſiuè vrgentiſsimis indicijs aliquem carcerari faceret, & retineat in cuſtodia pendente accuſatione, tenetur ad reſarciendum damnum incarcerato. vt tenent ſupra relati, & aliter eſt procedendum contra nobilem, & contra diuitem, qui non præſumuntur velle fugere, quàm contra vilem, & pauperem. nam fortiora indicia requiruntur ad incarcerandum hominem nobilem, quàm vilem. licet in expeditione à carcere miſerandum ſit pauperi, attamen tota hæc materia indiciorum eſt relinquenda in abitrio iudicis, qui inſpecta qualitate delicti, & perſonæ, debet decernere capturam contra reum. vt tenet Salicet. in leg. ea quidem. numero. 77. C. de accuſat. & in leg. nullus. numero. quarto. C. de exhib. reis. & Iulius Clarus. libr. quinto. §. final. quæſtion. 28. numero. ſecundo. in alijs autem caſibus, eſt neceſſaria plena probatio, vt quis carceri emancipetur. quoniam tunc iam eſt ſententia diffinitiua, in qua ordo iudiciarius eſt obſeruandus. leg. prolatam. vbi Doctores. C. de ſentent. & interl. omnium iudicium. & leg. prim. C. de execut. rei iud. & cap. ad petitionem. de accuſat. Attend. in cap. præt. ſecund. parte. cap. quinto. numer. 26. Burg. conſilio. 26. numer. 32. ign. de Salzed. cap. 124. à numer. 5.

3 Incarceratio ſemper eſt afflictiua, iniuria, & ignominia, & horribilis, propter priuationem conuerſationis hominũ, & propter immunditiam, quæ eſt incarceribus. facit text. in leg. ſi quis in ea culpa. C. de cuſt. reorum. & tenet Bartol. in tractat. de carcerib. col. prim. verſ. venio ad primum. vnde non eſt incarceratio facienda pro leui crimine, nec debet fieri ſine maturo conſilio, & poſtquam præceſſerit inquiſitio, aut teſtium ſummarium, ſeù vrgentia indicia. ita vt reus incarcerari mereatur. l. nullus. vbi Doctores. C. de exhib. reis. & Iaſ. in leg. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. nu. 23. poſt alios. ff. de reiud. & bened. in repet. l. pen. §. ad crimen. n. 69. ff. de publ. iud. & Salzed. c. 120. §. requiratur. & dixi ſupra. §. proximo citato.

4 Carceris fabricatio, vt eſt domus, & alia neceſſaria ad vſum carceris, expectat ad ciuitatem, ſeù oppidum, in quo de carcere eſt prouidendum. cuſtodia autem incarceratorum expectat ad regem, ſeù principem ad quem expectat iuriſdictio ad puniendos delinquentes. vt tenet Iulius Clarus. libr. quinto §. final. quæſtion. 46. numer. tertio. niſi aliud obſeruet conſuetudo.

5 Incarceratus ad cuſtodiam tantum, ſi dat fidei iuſſorem deparendo iuri non debet incarcere detineri, niſi crimen ſit enorme, aut alia rationabilis cauſa exiſtat, ob quam incarceratus non ſit a carcere dimittendus. l. prim. & l. diuus Pius, vbi Doctores. ff. de cuſt. reorum. & C. ſi clericos. de ſentent. excommunicat. libr. 6. Abb. in cap. legebatur. numero. primo de maior. & obed. & Card. & Alexand. in cap. quisquis. 2. quæſtion. 8. Hyppolit. in Rubrica de fidei iuſſo. numero. 247. & in practic. criminal. §. attingam. numer. ſecundo. & tertio. & Cæpol. conſili. 25. Boſſ. in tractat. criminal. cauſ. titulo de carcer. fideiuſſ. num. prim. Salzed. cap. 124. verſ. poſt capturam. & dicitur crimen enorme, vt reus non ſit fideiuſſoribus relaxandus, quando pro eo eſt imponenda pœna mortis, ſeù alia corporalis, & in hoc multum valet conſuetudo, vt tenet Card. & Alexand. vbi ſupra. vbi vero non datur pœna corporis afflictiua. non debet reus carceribus emancipari. vt tenet Anton. Gomez. cap. 9. delict. numer. 8. Iulius Clarus. libr. quinto. §. fin. quæſtione. 46. numero ſeptimo. Menoch. de arb. libr. ſecund. cau. 303. numero decimo ſexto. in

F noſtra

Digitized by Google

noſtra Luſitania tamen nullus iudex poteſt relaxare a carcere illum, qui pro cauſa criminali in illo eſt detentus. per ord. reg. libr quinto, titulo 133. ſed à rege eſt impetrandum, vt à carcere dato fide iuſſore dimittatur. ord. libr. quinto, titulo 132. & ita ſolent iudices Eccleſiaſtici non dimittere à carcere data fide iuſsione, niſi illum, qui ab Epiſcopo impetrat, vt dato fide iuſſore, à carcere liberetur, & ſolutus ſuam cauſam proſequatur, & ita per conſuetudinem obſeruat praxis. incarceratus tamē obſolam pœnam pecuniariam poteſt ſub fide iuſsione, à quocumque iudice dimitti à carcere, vt tenet Bald. conſil. 204. libr.prim.& Angel.in leg.ſecund. C. de exhibend. reis. & Fel.in cap.ex parte. prim. numer. ſeptim. de reſcript. & in cap.fin. numer.prim.de accuſat. & Marſil. in Rubrica. numer. 247. ff. de fide iuſſor. & in practic. criminal. §. attingam. numer. ſecundo. & Cæpol.conſilio.25. Boſſ. in tractat.cauſ. criminal. titulo de carcer. fide iuſſor. numer. prim. Menoch. de arb. libr.ſecund. cauſ. 303. num.3. Anan.conſil. 1.

6 Pro debito ciuili, poteſt quicumque laicus incarcerari, ſiuè debitum ſit priuatum, ſiuè fiſci, ex Bartol.in tractat.de carcer. col. 2. verſ. circa primum. pro debito tamen naturali tamen, vel pro debito ciuili tantum non debet fieri incarceratio, vt tenet Bartol. vbi ſupra, nec mulier poteſt incarcerari pro debito quocumque ciuili, ſi eſt honeſtæ vitæ, & famæ, imo iudex capite punitur, ſi mulierem pro debito ciuili faciat incarcerari, leg.prim. C. de offic. diuerſ. iud. & auth ſed nouo iure. C. de cuſt. reorum. & Bartol. d. tractat. de carcer. col.1. verſ. circa ſecundum, ſi autem ipſa mulier ſuſciperet tutelam filiorum, & renunciaret velleiano, & omni alij exceptioni ſibi cōpetenti, tunc poterit incarcerari, vt tenet Bartol. in l. ſi quis ſubconditione, numer. 18. ff. de teſtam tulel. & Gerip. conſilio 49. numer. 38. & idem Bartol. d.tractat. de carcer. aut ſi mulier eſt meretrix, aut infamis, nam tunc bene poterit incarcerari pro debito ciuili, vt tenet Cyn. in d. auth. ſed nouo iure. & Bartol. vbi ſupra. pro delictis tamen incarcerantur mulieres indiſtinctè. & ponuntur incarceribus ſeparatis a carceribus virorum, vt tenet Imol.in cap.2. num.16. de Pign. & Bart. in d.tractat. verſ. circa ſecundum Maria. in tract.de citat. artic. 5. quæſt.17. verſ.16.fallit. Boer.deciſ.349.nu 5. Gram. deciſs. 33. num.11.Iul. Clar. libr.5.§. fin. quæſt.28.n.3.

7 Clericus in ſacris, aut beneficiatus, non poſt incarcerari pro debito ciuili, nec incarcere recommendari, vt tenet Abb. in cap. Oduardus. numer. 8. de ſolut. & Padill. in l. prim. numer.ſeptim.C.de iur. & fact. ignorant. & Ioann. Guter. de iuramento confirmat. 1. part. cap. decimo ſeptimo, numer.decimo ſeptimo.Cou.ru. libr.ſecund.variar. cap.prim.numer.nono Baeça, in tractat. de inope. debitore.cap. 17.à numer.prim.nec tenetur Clericus in ſacris, aut beneficiatus cedere bonis. licet enim beneficium ceſsionis bonorum obſeruetur inter laicos, aliter eſt inter clericos quia in clericis inopia laborantibus competit beneficium ex tex.in cap.Oduardus de ſolut.ex quo clericus inops, pro debito pecuniario, non detruditur incarcerem. nec in eo detinetur, nec excommucatur, ſed ſolum modo ab eo exigitur cautio iuratoria de ſoluendo ære alieno. cum venerit ad pinguiorem fortunam, qui quidem tex.ſatis probat clericum inopem nō teneri bonis cedere, vt tenet Abba.Imol. Ancharran. & alij. in d.cap. Oduardus. & Cou.ru.lib.2. variar.cap.1. num.9.& Menoch.lib.2. de arb. cent.2. caſu.183.num. 30.& Ioan.Guter.de iurament. confirmat. 1.part. cap.17. num.4.reprobata, glo.ver. non valentem.& glo.fin. in cap.Oduardus. & Ioan.And. ibidem. vt tenet Cou.ru.vbi ſupra. & Baeça. de tract.de inope debitore. cap.17. à num 1. quia clericus non eſt conueniendus vltrà quam facere poteſt, deductis neceſſarijs alimentis, vt eſt glo. celebris. in l. miles. verbo facere poteſt. & Bart.num.2.& Angel. Iaſ.nu.11. & alij. ff. de re iud. & gloſſ.fin. in c.ſtudeat.50. diſt. reprobata opinione. Paul. de Caſtr. in d. l.miles. vnde clericus beneficiatus, aut in ſacris ordinibus conſtitutus ſub titulo ſui patrimonij, debet confiteri debitū, vt gaudeat priuilegio d.c.Oduardus. ſecundū gl. ver.recognoſcentē, ibidem, & petere à iudice, vt annuos redditus ſui beneficij, ſeu patrimonij ad iudicet ſuis creditorib⁹, pro portione quantitatis debitæ. dimiſſa ſibi cōgrua portione ex eis, vnde alimenta percipere

Digitized by Google

cipere valeat, vt obſeruat praxis, & tenet Aufrerius.in additionibus ad Capell.Tholeſan.dec.246.& Gou.ru.libr.2.variar.c.1.n.9.& Menoch.lib.2.de arb.caſu.183.n.30 ſi autẽ clericus non ſit beneficiatus,ſed tãtũ in ſacris ordinibus conſtitutus,aut redditus beneficij,ſeù patrimonij,nõ valeant niſi ad congruam ſuſtentationẽ ipſius clerici debitoris,tunc petet à iudice,vt ab eo recipiat cautionem iuratoriam de ſoluendo ære alieno cum ad pinguiorem fortunam peruenerit,& quòd illum abſoluat ab excommunicatione,& a carceribus relaxet iuxta tex.in d.c.Oduardus.quod iudex faciet præcedente petitione, ipſius clerici & confeſsione debiti. licet enim clericus ſit debitor æris alieni,aut ſuſpenſus à iure, vel ab homine ſemper habere debet congruam ſubſtentationem, ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ. ex gl.fin. in c.Iudeat. diſt.50. quia non licet, clericum in ſacris cõſtitutũ mendicare,licet ego vidi in noſtra ciuitate Vliſiponenſi quendam Vicarium Generalem, attamen litteris vacuũ, qui nõ erubeſcebat habere incarcere quã plures clericos pauperes, mendicantes ad carceris cancellos,recõmendatos pro debito pecuniario, & pro expenſis debitis notarijs. pro delicto tamen nullum dubiũ eſt, quòd clericus ſit incarcerãdus ad cuſtodiam,& ita obſeruat praxis.attamen ante quam clericus incarceretur debet conſtare iudici de dilicto. pro quo talis clericus eſt detinendus incarcere, vt, inquit, Ioan.And.in c.ſi clericos.ver. commiſſos. de ſent.excõmunicat.lib.6.& ex mente cõmuni.tenet Corn.in cõſi.vlt.Lyra.C.lib.4. nõ debet tamen incarcerari,pro leui delicto clericus nobilis, & diues, ſicut ſunt in noſtra Luſitania Priores, Abbates,& Vicarij perpetui,qui habent Vicariã perpetuã, vbi eſt cura animarũ, nam hi tales ratione ſui beneficij ſunt reſidẽtes,& nõ ſunt fugitiui.facit tex.in c.vt famæ.de ſent.excõmu. & Cornel.vbi ſupra.ſecus verò ſi agatur de graui delicto.vnde præſumatur,quod relicto beneficio fugiant, & nõ aſsiſtant iuri, nec pareãt iudicato.ex d.c.vt famę.vbi ſu.

8 Incarceratus poteſt incarcere recõmendari pro debito ciuili,& qui illũ à carcere eximit, tenetur ad vniuerſi debiti ſolutionẽ, l.quotiens.vbi Doct.C.de execut.trib. lib.10.& Bar.in l.ſi quis ſeruus.§.qui exhibendi.n.4.ff.de cuſt.reor.ſi tamen ille,qui damnatus eſt pęna capitis,aut deportationis,recõmendetur incarcere pro debito ciuili,vel vt reddat rationẽ alicuius adminiſtrationis, tenetur iudex illi dare aliquam modicam dilationem, ſi in illa ſatis facere poſsit. aliter enim nõ erit executio corporalis differẽda propter illã recõmendationẽ,l.1.vbi Doct.C.de bon.proſcript.& dãnat.& Bar.in d.§.qui exhibẽdi.d.n.4.& etiã incarceratus pro vno delicto, poteſt pro alio,incarcere recõmendari,vt tenet Bart. in d.§.qui exhibendi. d.nu.4.& in tract.de carcerib.col.4. verſ.reſtat.4.non poteſt tamen incarceratus recõmendari, incarcere pro debito ciuili,niſi debitum conſtet per confeſsionẽ ipſius debitoris incarcerati, ſeù per publicam ſcripturam,vel creditor intra duos dies,probet debitũ,ex ord.lib. 4.tit.77.licet de iure cõi requiratur, quòd probetur per confeſsionẽ,aut per ſententiã,quæ tranſiſſet in rẽ iudicatã.dum enim debitũ pendent in iudicio in prima inſtãtia,ſeù in cauſa appellationis,non eſt locus recõmendationis. facit tex.in l.fin.§.vlt.ff. quod met. cauſa. & doctrina Paul.de Caſt. in l.cum aliquis.C.de iure deliber.& tenet Iaſ.in l.a diuo pio.§.in venditõe.n.11.ff.de reiud.& optime probat. tex.in l.2.§.fin.in finalibus verbis.ff.de cuſt.ex exhib.reorũ. imò nec cõueniri poteſt incarceratus, pro cauſa ciuili,ſi iudicium antea contra eum cœptum nõ fuiſſet, niſi cauſa fuiſſet parui momenti. ord.lib.3.tit.9.§.12.

9 Incarceratus pro aliquo debito,ſeù delicto iniuſtè, eò quòd captura peccauit in forma aut notoriè erat iniuſta, quia facta fuit per iudicẽ incõpetentem,aut reſpectu iuris partis,nõ poteſt recõmendari pro iuſto debito,aut ſi alio quocumq; modo fuit notorie iniuſta, & ille recõmendatus aliàs non poteſt capi pro debito. pro quo recõmendatur niſi captus fuiſſet.facit.tex.in l. fin.§.vlt.additio ad Bart.ff.quod met.cauſ. idẽ Bar.q.6.Ang.Lud.Rom.Iaſ.& alij.in l. 1.§.quod prętor. ff.ne quis eum. qui in ius. & Innocẽt. in c.ſi quando. de offic.iud.delegat.ſi autem captura non haberet deffectum in forma benè poterit iniuſtè incarceratus recommendari,pro alio iuſto debito. vt tenet Bart. in d. quæſt.6. & in l.2. § fin. numer.6.ff.de cuſt.reor. & Ang.in l. ſi vnus.in prin.ff.de bon.auctorit.iud.poſſ. & Bald.in auth.ei,qui.C.eod.& in l.legata inutiliter.ff.de legat.1.& in l.3.ff.de in ius:

 vocand.

vocand.& Salicet.in l.fin.C.de bon.authorit.iud.poſſ. Angel.& Imol.in l.ſi finita. in prin.ff de damn .infect.& Iaſ.in l.1.§ quod prætor. n.10. ff.nequis eum. qui in ius vocat.

10 Incarceratus indebite,& iniuſtè nõ poteſt pro alio delicto incarcere detineri, quoniã certum eſt,quòd iudex,qui aliquẽ iniuſtè capit, & facit iniuſtè detinere incarcere, illi facit vim,& ſpoliũ libertatis, qui ſpoliatus ante omnia eſt dimittendus à carcere,& reſtituendus ſuæ libertati,etiã ſi iu lice fuerit ſpoliatus ordine iuris prętermiſſo.c.1.& c.conquerẽte,& c.in litteris,& c.piſanis. & c.item de reſt. ſpoliat.& l.1.§.qui à me.ff.de vi,& vi armat.& l.ſi de vi. ff.de iud. & l.ſi quis à ſe fundum. C.ad leg.Iul.de vi publ.& l.ſi maritus.C.de donat intervir.&vxor.& c.fin.vbi Abb.n.4.de ord.cogn.& l.fin. C.codẽ.& l.me minerit. C.vnde vi.Bart q.6.in prin.hyppol.in l.1. col.6.ff.de quæſt.ign. lop.c.120.§.ſequitur.verſ.his etiã.hoc tamen non hab:t locũ,quando ſecunda recõmendatio non capit vim à prima captura, & carceratione, puta iam erat pronunciatum à iudice, vt ille recõmendatus fuiſſet incarceratus pro ſuis criminibus,& cõſtat de tali proceſſu, qui antea per ſe ius habebat faciẽdi incarceratum capi, & detineri incarcere,& tũc valebit ſecunda recõmendatio,& pro illa debet incarceribus remanere,cum ad petitionem partis ſit recommendatus,quoniam etiam ſpoliatus nõ reſtituitur patiẽs notorium deffectum per euidentiam rei, vbi alia probatio non eſt neceſſaria. c. conquæſtus. & c. quoniam de fil. presb.& Bartol.in d. quæſtion.6.§.ſolutio Domini noſtri.

11 Nullus debet capi ad incarcerandum ſine ſpeciali iudicis mandato , niſi quando aliqui reperiuntur in flagranti delicto,cõmittentes crimen in rixa , aut defferentes arma contra formam ſtatuti, aut portantes vinum frumẽtum,oleum ſeu aliquid prohibitum extra territorium,in his enim caſibus , & ſimilibus poterit quicumq; per familiam capi ſine iudicis cõmiſsione, vt tenet carauit ſuper 34.ritu.magnæ curiæ, n.2.Iul.Clar.lib. 5.§ fin.q.27.nu.7. vnde ſi familia habet mandatum iudicis ad aliquẽ capiendum,& ipſe reſiſtat, nec aliter capi poſsit poteſt illum impune interficere.vt colligitur ex tex.in l.ſi ſeruus.C.de his,qui ad Eccleſ.confug.& tenet Bolen.in repet.l. capitalium. §.famoſos.n.195.ff.de pœn.& Bal.in l.fin. C.de exhib.reis.Angel.ad Angel.de malefic.ver.fama public. n.54.Boſſ. in tit.de captura.n.12.ſi tamen familia illũ capere potuiſſet,abſq; eo,quò interficeret, aut vulneraret. tunc nõ euaderet pœnam, ſaltim extraordinariam,ſi interficeret,aut vulneraret.vt tenet Gram.dicis.41.& Angel.in l.item apud.§.ſi quis virginem.n.2. ff. de iniur. ſi tamen familia procedat eo modo, quo ſolent procedere priuati.tunc impune licet ei reſiſti , vt tenet Bolen. in rep.l.capitaliũ.§.famoſos.n.143.ff.de pęn. & claud.in lect.l.vt vim.nu.27.& 28.& in repet.n.48. ff.de iuſt.& iur.& ita ſi iudices per ſe caperent delinquẽtes,ſed cõmunīter ſolẽt cõmittere capturam,ſatellitibus, & familiæ ipſorum iudicum,& etiam poſſunt cõmittere capturam perſonalem rei delinquentis ipſimet parti offenſæ. dũmodo executio capturę non habeat annexam cauſæ cognitionem,& dummodo fiat ſine armis,& ſine aliqua reſiſtentia.vt tenet cagn.ex mente communi. in l.non eſt ſingulis, n.6. ff.de regul.iur.attamen debent iudices abſtinerì à talibus commiſsionibus parti offenſæ, ne detur occaſio ſcandali, quod quidem de facili euenit quando captus ante ſe videt inimicum ſuum,& ita admonet Paris pur. de Bynd. fol. 291. numer.3.

12 Incarceratus pro debito ciuili debet alimentari à creditore,quando ipſe creditor fecit debitorẽ incarcerari,ſi debitor ita eſt pauper,vt nõ habeat vnde ſe alere poſsit, eſt glo.ver.agnoſcere,in l.fin.C.de erogat. mil.ann.lib.12.& Alex.in l. Sanctũ.n.3.ff. de rerũ diuiſ.& Iaſ.in l.ſi victũ.ff.de reiud. & in §.item ſi quis in fraudẽ. n.93.inſt.de act.Ang.in l.minime.C.de appellat. Aret. in §.fin.inſt.Boer.deciſ.303. Afflict.deciſ. 17.num.2. Guid.deciſ.201. num.1.Valaſc. conſult.1.n.8. & dixi ſupra ver. alimenta, §.8.

13 Incarceratus incarcerẽ priuato, aut publico iniuſtè retentus non obligatur ex cõtractu iuito inutilitatem illius, qui eum incarcere fecit , nec datio fide iuſſoris ad id valet. l.illud. verum.& l.qui incarcerẽ. vbi Bart. nu.1. & omnes. ff. quod metus. cauſa, & Imol. in l.qui à latronibus. ff.de teſt.& Marſil.in practica.criminal.§.attingam. num.2.& Paul.de Caſtr.in l.non intereſt,

Digitized by Google

tereſt. C. quod metus cauſa. & hyppolit. ſingul. 306. & l. metum. §. ſed licet. vbi D oct. ff quod metus cauſa, & Bald. in l. nã, & ſeruius. in prin. ff. de negot. geſt. & Afflict. deciſ. 149. nu. 2. & Cæſar vrſ. ibidem. nu. 1. & 5. Arct. conſil. 13. col. 1. & hyppolit. conſil. 12. n. 20. & Aluar. Valaſ. conſult. 30. n. 2. quidquid inſide iuſt re dicat. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæ. 46. n. 6 hoc tamen nõ habet locum incontractu facto cum alio præter de trudentem, ſiuè iniuſtè detinẽtem incarceratum, aut percipientem, quia cum alio bene poteſt incarceratus quocũque modo contrahere, & valebit contractus. l. metum. §. ſed licet. ff. quod metus cauſ. ſi ad inſtantiam illius qui iniuſtè carceratum detinet, illum contractum non fecillet, vt eſt gl. in l. qui incarcerem, & Bar. ibi. n. 1. ff. quod met. cauſ. & l. nõ intereſt. vbi Paul. de caſtr Alex. & alij C. eod. tit. 16

14 Incarceratus vero iuſtè bene poteſt cõtrahere, & facere compoſitionem cũ accuſatore præcipuè ſi interueniat iudicis auctoritas, quoniam qui ſua culpa incarceribus detinetur, non dicitur facere contractum per metum, vt tenet Bart in d. l. qui incarcerem. n. 1 ff. quod metus cauſ. Arct. conſil. 13. Caſſam. conſ. 27. Paris. in tract. de ſind. verſ. compoſitio. verb. anſi fol. 41. Lamfranc. in c. quoniam contra vet. confeſſiones. de probat. Alex. conſil. 241. lib. 6. Dec. in l. ſi quis à latronibus ff. detect. Cæſar vrſ. deciſ. 149. nu. 3.

15 Incarceratus traditus vni carcerario ad cuſtodiendum, nõ poteſt ab illo alij tradi, & ſi tradatur, nec ille, cui incarceratus traditus fuit, poteſt excuſari à pœna, ſi incarceratus aufugerit, eò quòd illum ad cuſtodiendum tradidiſſet, l. 1. C. de ſportul. & l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercit. act. & tunc ſecundum culpam, ita eſt puniendus commentarienſis, l. milites. ff. de cuſt. reor. ſi enim per negligentiã ſui cuſtodis incarceratus aufugit debet ſubire illam, pœnam, & ſupplicium, quod aufugiẽs ſubiturus erat, niſi ex iuſta cauſa à iudice approbata, ab eſſet, quia tunc excuſabitur, aliter vero nõ, quamuis exhibeat ſuum cuſtodem l. ad cõmentarienſem, vbi Bart. Bald. & omnes. C. de cuſt. reor. In noſtra Luſitania debet mori, ſi incarceratus debebat mori, & ſi ad minorẽ pœnã erat aſtrictus eſt publice fuſtigandus, & per duos annos in Africam relegandus, ſarcito partidano. ord. lib. 1. titul. 72. §. 3. & 4.

Incarceratus ſi fugiat à carcere, verum peccet mortaliter, & anhabeatur pro confeſſo, aut aliqua pœna puniatur, eſt namq; diſtinguendũ, aut enim incarceratus erat, iuſtè detentus incarcere, aut iniuſtè, & aut fugit cum effractione carceris, aut ſine illa, ſed ſolum per negligentiam cõmentarienſis, & de iure ciuili ſemper fugiens à carcere eſt puniendus, quamuis ſit innocens, nam ſi fugit cum fractione carceris, & conſpirauit, eſt puniendus pœna capitis, & habetur pro confeſſo, ſi vero fugiat ſine fractione, eſt puniendus arbitrio iudicis. l. 1. & 2. vbi D oct. ff. de effract. & expilat. & l. in eis qui. vbi gl. puniendi. ff. de cuſt. & exhib. & l. milites. §. is autem, verſ. eum tamẽ ff. de re milit. Abb. in c. à nobis. nu. 3. de apoſtat, Iaſ. in rep. l. ad monendi n. 172. ff. de iure iurand. ſi autem fugiat effractis carceribus, tantum habetur. pro confeſſo, & cõuicto, de crimine, de quo accuſatur, & eſt puniendus illa pœna, in qua puniretur ſi vere crimen illud cõmiſiſſet, propter quod fuit miſſus incarcerem, vt tenet Bart. in d. l. in eos qui. ff. de cuſt. & exhibend. Rip. in l. admonendi, nu. 170. caſto, n. 81. & Iaſ. n. 90. & in rep. n. 172. ff. de iure iurand. F. l. in c. nullus. n. 3. de preſumpt. Hippil. in Rubr. n. 161. C. de probat. Rom. in l. lege Cornel. n. 7. ff. ad Sillan. Boer. deciſ. 215. n. 9. Paul. Grill. in tract. de relaxatione carcerum, c. de fuga carcerati. n. 12. D oen. regul. 389. limit. 2. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 25.

17 De iure tamen canonico ſi quis iniuſtè detinebatur incarcere, & fugit à nihilum tenetur, quamuis cum effractione carceris effugiat, vt tenet gloſ. verb. per violentiã, in clem. paſtoralis. vbi Doct. de ſent. & re iud. Bart. Salicet, & alij, in l. vis eius. C. de probat. Alex. in l. ſed eximendi. §. ſi quis ad fin. & Iacob. n. 3. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. idem Iacob. in l. 1. n. 11. C. de ſeru. fug. Roland. conſil. 7. n. 47. lib. 1. Hippol. in pract. crim. §. deligerer. n. 50. & §. attingam. n. 38. Boer. dec. 215. n. 30. Rip. in l. admonẽdi. n. 71. ff. de iure iurand. Cou. r. lib. 1. reſol. c. 2. n. 11. Doen. regu. 393. n. 4. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 26. nec peccat, vt euadat ab iniuſta detentione, ſicut fecerunt non nulli martyres.

18 Si vero iuſte detinebatur incarcere tenetur in foro interiore reſtituere pretium vinculorum, & reſarcire rupturam carceris, & damnum tàm commentarienſi, quàm alijs, ſi aliquibus fuit damnum illatum,

Digitized by Google

illatum, ex effractione, videlicet, ſi aliqui detenti pro ære alieno fugerunt, & etiam tenetur pro punitione dellictorum illorũ ad arbitrium boni viri.l.quoties,vbi Bart. C.de ex act.trib.lib.10.& Abb.in d.c.à nobis. n.3.de apoſtat.

19 Incarceratus ſi fugiat à carcere,& ſtatim ſua ſponte reuertatur non dicitur aufugiſſe,nec punietur aliqua pœna,l.quis ſit fugitiuus.ff.de ædilict.edict. & l.retrocedi-tur.ff.de capt. & poſtlim.curt.in l. admonendi.2.lect.nu.159.& Rip.169. ff.de iure iurand.& And.Tiraquel.in l.ſi vnquã ver. ſuſceperit liberos.n.179. C.de reuocand. donat. Paul.Grilland. in tract. de relaxat. carcer. c.de fuga incarcerati, n.14. Marc. Ant.in tract.de indicijs,& tortor. nu.287. Doen.regul.392.n.2.& regu.393.n.2.Boer. deciſ.215.nu.18.& 19.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.21.nu.28.Bertrand. conſil.61.nu.7. lib.2.Ioan.Vella.in tract.de dilict.§.de infrigente domum.ad fin.Auil.in c.præt.c.18 n.50.Cald.de moninat.q.16.n.19.

20 Et ita, quando incarceratus effugiat à carcere,& ſe præſentauerit ſuperiori iudici,ſeù principi,tunc enim nulla pœna punitur licet carcerem, ſine alicuius fraude frangeret.d.l. quis ſit fugitiuus. ff.de ædilict.edict.vbi Cæpol.n.21. Doen.d.regula. 393. nu.3. Iacob.in l.1.n.9.C.de ſeru.fug. Boer.deciſ.215. n.28.Gram. vot.39.n.12. Ioan.Vell.vbi ſupra, Merg.conſil.8. n.3.& eſt communis.

21 Incarceratus, qui de licẽtia cuſtodis fugit a carcere nõ punitur aliqua pœna propter fugam illam,ſed punitur cuſtos,vt tenet Bald.in l. ad commentarienſem. C.de cuſt.reorum.Guill.in l.quoties.C.de ex act. trib.lib.10.Paul.Grilland.in tract.de relaxat. carcer. d.c.de fuga incarcerati.nu.15. Doen.d.regul.393. n.5.& debet tunc cuſtos puniri illa pœna,qua incarceratus erat puniendus. d.l.ad commentarienſem. vbi Doct. C.de cuſt.reor.Doenn. vbi ſupra, & dixi ſupra.§.15.

22 Mulier incarcerata non punitur,ſi cauſa euitandæ libidinis effugiat a carcere,vt probat tex.in authent.nouo iure.vbi Doct. C.de cuſt.reorum Bald. in l.1.nu.11. C de de ædilict act. Paul.Grilland. in d.tract.de relaxat carcerum. c.de fuga incarcerat.nu. 17.Girip.conſil.12. n.3.Boer.deciſ.215.n. 18.Doen.regula.393.n.6.

Si quis incarceratum per vim,aut effra-
23 ctione ? carceris, acarcere eduxerit, tenetur ex bonis ſuis reſtituere damnum, & etiam punietur vltimo ſupplicio, & ita qui ad hoc dederit auxilium, cõſilium, ſeù fauorem,quoniam agentes,& conſentientes ſimul cooperando pari pœna puniuntur. c.1.de offic.iud.deleg.& facit tex.in l. quoties. C.de ex act.trib. lib.10.& ita per legem Caſtellæ. l.14. tit.29.part.7.& l.11. tit.13.lib.4. fori,& per noſtram,ord.lib.5. tit.48.§.1.vltrà illam pœnam reſtitutionis damni, & vltimi ſupplicij, amittet omnia ſua bona non habens aſcendentes,vel deſcendentes ligitimos, ſi ille incarceratus iã erat condemnatus in iudicio, aut crimen erat confeſſus,quia ſi deſcendentes,aut aſcendentes habuerit,illis applicantur bona auth. bona damnatorum. vbi Doct. C. de bon.proſcr.ſeù damnat.

24 Celans autem,vel occultans illas, qui à carcere fugerunt,debet puniri,eadem pœna, qua illi puniendi erant, & damnum, quod aliquis ſuſceperit,in reſtitutione rei ſuæ ablatæ,in quadruplum reſtituet,vt duplum ſit illi,qui fuit ſpoliatus,& aliud duplum fiſco, l.conſiliarios. §. pro confeſſo. vbi Doct.C.de aſſeſſorib.& Doct.in l.lege Cornelia. ff.ad Syllan.& d.c.1. de offi.iud. deleg.& facit text. in l.1.ff.de recept.& in l.1.& 2.C.de his,qui latron.occult.niſi ille celans,ſeù occultans fuerit affinis,aut cõſanguineus, l.2.ff.de recept.& gl.verb.receptauerit,in c.Felicis,vbi Ioan.Monach. n.3. Ioan.And.& alij de pœn. lib.6.Fel.in c.litteras. nu.20. de præſumpt.& in c.cum quidam. num.11.de iure iur.Marc.Ant.in tract. de indicijs.& tortur.n.202.& Doen. regula.393.nu.1.Ceſſan. in conſuet. Burg. Rubr.1.§.5. n.12.& n.13.

45 Carcerem priuatum faciens publicè,authoritate ſua, ad delinquentes in illo detinendos,punitur vltimo ſuplicio,tanquã violator læſæ maieſtatis, ſi autem per ſpacium minus viginti quatuor horis, quemcũque detinuerit,eo animo,& intentione, vt illum tradat familiæ poteſtatis,non puniretur pœna vltimi ſuplicij, ſed mitiori, per arbitrium iudicis,licet carcerem priuatum facere videatur. l.vnica. vbi Doct. de priuat.carcerib. Iul.Clar. lib.5.§.fin.q. 68.nu.32.attamen in noſtra Luſitania non intelligitur facere carcerem priuatum,niſi ille, qui pluſquam viginti quatuor horis, retinuerit aliquam perſonam inuitã, quoniam ſi minùs temporis ſpacium illam retinuerit, habebit pœnam arbitrariam, vt ſupra

Digitized by Google

ſupra diximus, pro ſua temeritate ſecundũ qualitatem perſonæ retentę, cui etiam remanebit ſua iniuria reſeruata, ſed non cõmittet carcerem priuatum, vt vtamur illis verbis ord. noſtræ lib. 5. tit. 95. §. 1. nec etiã punitur ille, qui fecerit carcerem priuatũ pœna vltimi ſuplicij, ſed villis perſona punitur pęna fuſtigationis, & relegationis per quinque annos in Africam, & multatur in pœna trium millia reſtiorum, ſi eſt perſona nobilis, & honeſta, etiam cũ quinque annis relegationis in Africam, ſi autẽ fuerit miles relegatur per quatuor annos in Africam ord. d. lib. 5. tit. 95. in prin.

26 Hoc tamen nõ habet locum in illo, qui detinuerit filiũ ſuum, aut ſeruum ad illos, debito modo caſtigandas, glo. fin. in l. vnica, vbi Doct. C. de priuat. carcer. quanuis ſi debitum modum excederet, aliqua pœna arbitraria puniretur, vt refert papo. lib. 23. tit. 1. arreſto. 1. obſeruatum fuiſſe in parlamento Burdegall. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 68. n. 32. & l. ſi filius tuus C. de patr. poteſt. Bart. in l. capite quinto n. 3. ff. ad leg. Iul. de adulr.

27 Nec etiam cõmittit carcerem priuatum maritus, qui detinuit per viginti horas illum, quem cum vxore ſua inuenit, ſi illum interficere non potuit, aut noluit, nec creditor, qui tenuit ſuum debitorẽ fugitiuum, nec tenens falſificatorẽ monetæ, aut furẽ, l. capite quinto, vbi Bart. n. 3. ff. de adult. & facit tex. vbi Doct. in l. 1. C. de falſa monet.

Verbo Cauſa.

1 CAuſa venit à caſu, à quo deducitur, & eſt origõ negocij de quo partes in iudicio ſunt agendæ, & aut probatione, aut argumẽto elucidatur c. forus de verb. ſign. & caſus venit acado, vt notat Nau. in manu. c. 27. n. 239. Alex. in l. poſtquam col. 1. C. de pact. & conſil. 12. lib. 1. Mar. de ord. iud. 5. p. n. 66. Card. in clem. 1. §. ab olim oppoſit. 3. de ſepulc. & in clem. 1. quæſt. 18 de offic. vicar.

2 Cauſa ceſſante, ceſſat effectus in iure diſpenſatiuo, C. cũ ceſſante de appellat. & C. duæ ſunt 19. q. 2. & c. dixit dominus 32. q. 1. & c. quod pro neceſsitate 1. q. 1. & c. quod pro remedio 1. q. 7. & glo. ver. ceſſante. in c. poſt translationem, vbi Abbas. n. 17 de renunciat. & l. adigere §. quanuis ff. de iur. patr. & l. cum te C. de pact. inter Empt. & vend. Mar. de ord. iud. 2. par. n. 31. in iure tamen communi, & iure ſtatutario, ceſſante cauſa nõ ceſſat lex nec ſtatutum donec reuocetur, quia lex ſemper obligat ad illud, quod præcipit, quamuis finis, quem intendebat deficiat. l. 1. §. fin. ff. de minor. & l. 1. §. ſexum ff. depoſtulan. & glo. ver. ceſſante in d. c. poſt translationem, vbi Abb. n. 17. de renunciat.

3 Cauſa limitata, limitatum producit effectum, & non eſt ad aliud extendenda. l. cũ ſeruo. vbi Bald. ff. de contrahend. empt. & l. in agris. vbi Doct. ff. de acquirend. rer. Dom. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum pt. 69. n. 5.

4 Tria ſunt genera cauſarũ, videlicet cauſa ciuilis, & criminalis, & cauſa ſpiritualis, gl. ver. gratiam, in c. 1. de colluſ. detegend. Gerip. conſil. 6. nu. 3. & conſil. 13. nu. 8. ex his tamẽ aliæ ſunt merè Eccleſiaſticæ, aliæ Eccleſiaſticæ, ſed nõ merè, aliæ mixtæ, ſeũ mixti fori, aliæ mere temporales, ſeũ prophanæ, vt tenet Abb. in c. cum ſit generale. nu. 31. de foro Comp. & Arec. nu. 39. & Marian. n. 26. ibidem.

5 Cauſa ciuils eſt illa, cuius finis reſpicit ad priuatum intereſſe, & cauſa criminalis eſt illa, quæ tendit ad publicum intereſſe, & ad publicam vindictam, mixta vero cauſa eſt illa, quæ tendit ad vtrumque, l. præuaricationis. ff. de præuaricatorib. Ant. de Butr. & Abb. in Rubr. de iud. & Arec. Bald. Fel. & omnes. ibi facit tex. in l. prætor. ait, ff. de ſepulc. violat. & in l. licitatio. §. quod illicitè. vbi Barth. nu. 1. ff. de public. & veċtig. Bald. conſil. 492. col. pen. lib. 3. Bertr. conſil. 319. n. 5. part. 1. & conſil. 188. 2. par. n. 7. Doct. in l. 1. C. deleg. Gomes. in prin. n. 18. inſt. de act.

6 Cauſæ ſpirituales ſunt merè Eccleſiaſticæ, & omnes pertinent ad iudicem Eccleſiaſticũ, in quibus agitur de matrimonio, & de cæteris, Sacramentis Eccleſiæ, & de cauſa hæreſis, & de fide Catholica, & de cẽſuris, & de clauibus Eccleſiæ, & de cauſa vſuræ, quando dubitatur de ſubſtantia vſuræ, & de cauſa ſimoniæ, & de impoſitione publicarum pœnitentiarum, & de conceſſione indulgentiarum, & de cauſa cõcubinatus in clerico, c. de cernimus, vbi Doct. de iud. & c. tuam de ord. cogn. & c. accedẽtibus. de exceſſ. prælat. & c. inquiſitionis. §. prohibemus, de hæret. lib. 6. Abb. in c. cum ſit generale. de for. comp. cauſæ tamẽ ſpirituales reperiuntur ciuiles. & criminales, vt tenet Card. in clem. 1. col. 4. quæſt. 5. de offic.

Digitized by Google

offic.deleg.Abb.& Anania.in c.conſulere. deſimon.Mar.de ord.iud.4.p.diſt.13.n.4.

7 Cauſæ,ſeu ius decimandi anexū eſt,ſpiritualibus,quia prouenit à iure diuino,& pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, niſi quādo agitur de fructibus alaicis poſſeſſis. c.peruenit,& per totum. de decim.gloſſ. ver.Eccleſiaſticum, in c.ex tenore de for. comp.& glo.ver. quod clericus. in c.1.11. q.1.Trid.ſeſſ.25.c.12.de reformat.Reb.de decim.q.10.à prin.Burſat.conſil.49.à n.6. Mandoſ.de monitorijs.q.14.

8 Cauſa iuris patronatus pertinet ad iudicem Eccleſiaſticū,quia eſt anexa,& coniuncta ſpiritualibus, nec valet conſuetudo in contrarium, c.quanto,vbi communiter Doct.& c. decernimus, & c.clerici.de iud. Abb.Dec.Berò.Rip.in Rubr. de iud.Roch. de iure patronat.verb.ius.in prin.& Curt. de feud.7 part.n.23.& 26. Mantua. conſil. 5.à n.18. Siluan.conſil.32.n.5. Coſta.in c. ſi pater.2.part. ver.trebellianicę. n.7.verſ. 4 Molina.de primogen. lib.1.c.24. nu.26. Rota antiqua. 3. de conſuet. nec; quando agitur inci lēter de validitate iuris patronatus,poteſt cognoſcere iudex laicus,quoniam de ſpiritualibus, & de his,quæ ſpiritualibus ſunt anexa,nō poteſt iudex laicus cognoſcere etiam incidenter quando agitur de actus,validitate,quāuis de facto poſſit cognoſcere, c.tuam.vbi notant omnes, de ord. cog. l.1. & 2. C.de ord.iud.& l.1. verſ.ſi ca.ff.de ventre in poſſ.mitt.Doct.in d.c.quanto.de iud. Bart.in l.cui iurisdicti. n.4.ff.de iuriſd.omnium. iud.& in l.omni. C.de SacroſanĉtEccleſ.& in l.Titia.nu.5. ff.ſolut.matr.Ant.de But.Card.Ioan.And. Hoſt.Abb.& omnes.in c.cum ſit generale. de foro comp.Arch.in c.quid dicam.14.q. 4.Ioann.de Imol Rom.& alij,quàm plurimi. in d.l.Titia.Iaſ.in l.quoties.nu.6.C.de iud.ord.lib.2.tit.1.§.7.

9 Neq; quando agitur de poſſeſſione iuris patronatus, ſeu cuiuscumq; beneficij, Eccleſiaſtici, quia licet cauſa proprietatis nihil in ſubſtantia,& in eſſentia habeat commune,cum poſſeſſione, l.naturaliter. §.nihil.vbi Doct communiter.& l.permiſceri, ff.de acquir. n l.poſſ. ff & l.& en eadem.§. ſi quis interdicto.ff.de except.rei iud.Bald. & alij in c.1.de cauſa poſſ.& propr.habet tamē quoad cognitionem,ſeu ventilationem talem continentiam,& cōnexitatem, vt vtraque pertineat a ſeundem iudicem, c.1. vbi Doct.de cauſa poſſ.& prop. clem. vnic. vbi Zabarel.Imol.& omnes.eodem. tit.& l.nulli.vbi Bart.n.1. Ang.Bald.Salicet. Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.n.4.& omnes. C.de iud.dixi ver.actor.§.7.vnde ſicut cauſa proprietatis cuiuscumq; beneficij, ſeu alterius rei ſpiritualis, non poteſt agitari coram iudice laico,ita nec cauſa poſſeſſionis illius, propter conexitatem. & quāuis in puncto iuris, hæc opinio ſit veriſsima. contraria tamen obſeruatur in praxi. Imo iudex laicus cognoſcit de cauſa poſſ.ſsionis rei ſpiritualis, & iuris patronatus, & cuiuscumq; beneficij,etiam inter clericos, & quancumq; perſonam Eccleſiaſticam, intra annum,& diem,quando dicitur, vis noua,quæ in annū,& diē proponitur,quo tamen elapſo,quamuis competat interdictum poſſeſſorium recupetandæ. l. 1. vbi Doct.ff.de vi.& vi.armat.non poteſt iudex laicus cognoſcere de poſſeſsione rei ſpiritualis,& beneficialis Eccleſiaſticæ,nec cōtra clericum ſpoliantem. & ratio eſt, quia uis noua eſt magis priuilegiata,quàm vetera,& quādo vis noua eſt commiſſa timetur,vt partes veniant ad arma, & ſequitur rixę,& alia cōtingant.& ideo rex, tāquàm rex, & dominus tenetur per ſuos iudices defendere ſuos ſubditos,& vaſallos, & illos ponere inquiete,& eis præſtare auxilium,ne ad talia per veniant,& cognoſcit tunc iudex laicus de poſſeſſorio per beneficium charitatis,tanquàm defacto,& ſuccurrit oppreſſo. Innocent.in c.fin.de iud. Abb.in c litteras. n.9.de iuramentcalum. Rip.in l.naturaliter.§. nihil commune.n. 18.ff de acquirend.poſſ D.c.in l.fin.col.5. C.de edict. D u.Adr. Bald. in l.acceptam. col.1. in fin.C.de vſur.& Afflict.deciſ.24. à n.2.Guid deciſ.1.& 52.Boer.deciſ.69.n. 23.Card.in clem.diſpendioſam.quæſt.10. de iud.Mar.de ord.Iud.4.par.diſt.13.nu.5. M noch.de recup.remed.15.à n.210. Vaſc.conſult.11.n.2.& conſult 93. nu.10. Guter.in pract.lib.1.quæſt. 20.à prin.& in canonicis.c.34.à nu.22. Burſat,conſil.49. nu.8.Nau.in c.cum contingat.pag.147. de reſcript.& in noſtra Luſitania eſt ord.lib. 1.tit.9.§.12.& lib.2.titul.1.§.2.& in regno

10 Caſtellæ. l.1.tit.5.lib.2.ord.

Cognoſcit etiam iudex laicus per ord. regiam noſtræ Luſitaniæ.lib.1.tit.9. §.13. & lib.2.tit.1.§.7. de iure patronatus,quādo eſt dubium inter regem,& inter donatariū illius,aut inter duos donatarios regiæ coronę,non vero inter alios,nec inter clericos

clericos,præſentatos,& collatos in benefi-
cijs iuris patronatus,vbi eſt dubium, vtrū
ſint de patronatu regeæ coronæ, aut non,
quia tunc,ſi lis agitur,debet agitari.cū pa-
trono, aut cum Epiſcopo,& non cum cle-
rico prouiſo,qui tanquam clericus non po
teſt cōueniri, niſi coram ſuo iudice c.cum
contingat,vbi Doct.de foro comp.& c. cle
rici,de iud.& clem.1.de offi.ord.& paſsim
alibi & ratio eſt,quia iudex laicus nō cog-
noſcit de iure patronatus authoritate iudi-
ciaria,ſed per viam declarationis,quæ de-
claratio eſt facienda inter regem, & patro-
num,ſeù Epiſcopum,& non inter clericū
præſentatū.ſeù collatum in beneficio,quo-
niam ad illum non expectat ius patrona-
tus,de quo agitur,ſed ad patronum,ſeù E-
piſcopum,qui illum præſentauit, ſeù col-
lauit,facit tex.& ibi Doct in l.nec impe-
riale C. ſi per vim, vel alio modo,& in l.
controuerſia ff. de tranſact. & l. de vno-
quoque, vbi Doct.ff.de re iud.Doen.regul.
92.gram. deciſ.65.

11 Iudex enim laicus, qui aliter,trahit, aut
trahere procurat ad ſuum tribunale , ſeù
audientiam , ſiue conſilium ; directè ſiue
indirectè extra diſpoſitionem iuris cano-
nici,perſonas Eccleſiaſticas,ſeù cauſas ſpi-
rituales,ſiuè mere Eccleſiaſticas,aut impe-
dit iudicibus Eccleſiaſticis,ne vtantur ſua
iurisdictione,incurrit pænam Bullæ Cæ-
næ,caſu .14. & caſu .15.

12 Cauſæ vero Eccleſiaſticæ,non merè,di-
cūtur omnes illæ.quæ licet ex ſe,& ſua na-
tura temporales,& prophanæ ſint, attamē
iuſtis de cauſis,& legitime ſolum Eccleſia-
ſtico foro ſunt reſeruatæ; ex reſeruatione,
& de iure cōſtituto,quales ſunt omnes cau
ſa Eccleſiarum,ſiue clericorum, tam ciui-
les,quàm criminales, quæ antea tanquàm
prophanæ ad iuris dictionem laicalē per-
tinebant,vt eſt tex.in l. non plures,& l.iu-
bemus .14.& per totum C. de ſacro ſanct.
Eccleſiijs,& l: ſi quis in hoc C de Epiſ. &
cler. poſtea vero priuilegio imperatorum
expectant ad forum Eccleſiaſticum, vt eſt
tex.in auth.cauſa quæ, & in auth. clericus
& in auth. ſtatuimus C. de Epiſcop & cle-
ric. & de iure Pontificio ſiue conſiliorum
decretis, vt c. decernimus de iud. & alibi
dicuntur reſeruatæ tantum foro Eccleſia-
ſtico,& ad illud pertinent de iure humano
facit tex.in c.in ſcripturis 96. diſt. Inno-
cent.in c.2.de maior.& obed.Cou.r.pact.
31.n.2.verſ.quia Boer. dec. 31.n.4. Valaſ.
conſult.100.n. 8 Belarmin. 1.p. contro-
uerſ. 5. lib. 1. de cleric. c. 28. verſ.quinta
conclusio.Henrique 1.p.ſummæ de indul-
gent. lib 7. c.2.n.10.& in 2. p. lib.10. de
ſacrament. ord.C. 15. n.4.

13 Cauſæ mixtæ ; ſeu mixti fori dicuntur
omnes illæ, quæ licet ex ſe & natura ſua
ſint temporales iure tamen communi , vel
conſuetudine, aut priuilegio ad iuris di-
ctionem Eccleſiaſticam , aut ſecularē per-
tinent, & poſſunt terminari inter laicos a
quocunque iudice,tàm Eccleſiaſtico,quàm
ſeculari,ita vt agens poſsit adire iudicem
Eccleſiaſticum, vel ſecularem , & tunc eſt
locus præuentionis inter Eccleſiaſticum,
& ſecularem , vt iurisdictio perpetuetur
coram quo prius ſuerit præuenta c. cum
ſit generale,vbi Doct. de for. comp. & l.
hæreditas ff. de petet. hæred.

Cauſæ mere temporales, ſeu prophanæ
14 dicuntur omnes illæ, quæ ex ſe, & natura
ſua diciduntur abſque cognitione ſuper-
naturali,& in totum inter laicos expectāt
ad iurisdictionem,& forum ſeculare c. li-
cet,& c. ex temore de foro. comp. & c.
quoniam diſt. 10. & c. cum ad verum, &
c.duo ſunt.96. diſt.& c. ſolitæ, vbi notant
Doct. de majoritat. & obed.

Cauſæ Eccleſiaſticæ, aut clericorū ſunt
15 terminandæ ſecundum canones,& non ſe-
cundum leges, nec ſecundum ordinatio-
nem regem, ſeu.ſtatuta laicorum, dum re-
cedunt a iure canonico,C. quod clericus,
vbi Doct. de foro comp. quia iudex Eccle
ſiaſticus non tenetur iudicare per ordina-
nem regeam, licet poſsit conformare, ſuā
arbitrium cum illa,dum non eſt cōtra ius
commune, deficientibus tamē canonibus
debent,cauſæ Eccleſiaſticæ, & clericorum
decerni, & terminari ſecundum leges ci-
uiles,c.1.vbi notant omnes,de noui ope-
ris nunciat,& c.1. §.fin. 10. diſt. Leo. in
tract.noui op c.1. n. 12.

16 Cauſæ temporales, ſeu prophanæ lai-
corum debent terminari , per ordinatio-
nem regiam, ſeu per ſtatuta cuiuscumque
regionis,& ſi defficit lex regia,ſeu ſtatuta,
per conſuetudinem, ſeu ſtilum curiæ,dum
modo cōſuetudo, ſeu ſtilum ſit tale, quòd
obſeruari poſsit,& ſit in communi vſu per
longiſsimum tempus obſeruatū c. conſue-
tudo,vbi gl.ver.cum defficit diſt.1.& cau-
ſæ illæ, quæ non ſunt terminatæ per ordi-
nationem regiam, aut ſtatuta regionis, ſeu
ſtilum curiæ in materia de peccato de-
bent

Digitized by Google

bent terminari, ſecundum ſacras canones, in materia autem, vbi non eſt peccatum debent terminari ſecundum leges iuris ciuilis, ſi vero per leges iuris ciuilis, cautæ non fuerint, nec per legem regiam, ſeù ſtilum curiæ, aut ſacros canones, tunc terminabuntur per gloſſas Acurtij, in iure ciuili incorporatas. Dum tamen per cõmunem opinionem non fuerint reprobatæ, ſi vero hoc modo non fuerit terminatæ, tunc per opinionem Bart. cum itaque non ſit communiter reprobata, eò quod opinio Bart. eſt magis rationi conformis, & ſi aliquo huiuſmodi cauſæ non ſint cautæ, debent notificari regi, ſeù principi, vt illas interpræter, quoniã ſolius regis, ſeù principis eſt interprætare ambigua iuris, l. in prætorijs. ff. de præt. ſtipul. & l. leges 3. vbi Doct. C. de leg. & l. omni innouatione. C. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. & c. inter alia de ſent. excõmunicat. & c. quoniam, vbi glo. ver. declaramus de conſt. glo. 1. in c. cum veniſſent de iud. & c. ex parte. 3. de verb. ſign. & c. ſicut enim §. ex his 11. q. 1. & ord. lib. 3. titu. 64.

17 Declaratio autem rei ambiguæ a principe facta, eo quod per iura, vt ſupra diximus, non eſt cautum, vt determinari poſsit obſeruatur pro lege, vt ex tex. & ibi Doct. in l. fin. C. de leg. & ita ord. noſtra reg. lib. 3. tit. 64. §. 2. & 3. nec aliter ſententia etiã ſupremi ſenatus facit legem, vt non nulli iudices, parum litterati putant imo eſt error intolerabilis dicere, ita iudicari debet, quia ita iudicatũ fuit in ſuperiori ſenatu, vt dicunt aliqui iudices, & ad vocati iuris diſpoſitione orbati, neſcientes iudicem non debere iudicare pro ſentẽtijs, vel exẽplis alterius, ſed ſecundum leges, aut conſtitutiones, vel ſecũdum illud, quod de cõſuetudine, & ſtilo obſeruatur, ne forte, ſi ſenatus errauit, ille incidat in eundem errorẽ, l. nemo iudex, vbi Doct. C. de ſent. & interl. omnium iud. & l. ſinguli C. de accuſat. & c. 1. de conſt. & auth. de iud. & vt null. §. omnis autem coll. 6. prin. inſt. de offic. iud. vnde erat auferenda illa barbaries, quæ vtitur in noſtra Luſitania, vt proceſſui vnius cauſæ adiunguatur proceſſus alterius ſimilis cauſæ, iam iudicatæ, de quo magnum feſtum faciunt imperiti iudices, & aduocati, & iuuat quod nulla ſit cauſa, quæ in aliquo non differat ab alia.

18 Cauſa, quæ a Sede Apoſtolica committitur terminanda, non debet cõmitti, niſi obtinentibus dignitatem, aut canonicatum in Eccleſia Cathedrali, & obtinẽtibus dignitatem in Eccleſijs Collegiatis honorabilibus, aut officiali generali Epiſcopi. c. ſtatutum in prin. vbi glo. ver. Cathedralibus, & Lud. Gomes, n. 60. & alij de reſcript. lib. 6. & clem. 2. vbi Doct. eodem tit. Abb. in c. ſuſpicionis, n. 9. de offic. delegat. Alex. in Rubr. n. 3. Iaſ. n. 5. ff. de offic. eius cui mand. idem Alex. conſi. 77. n. 5. lib. 2. Doen. regul. 83. Vic. in tract. de nullit. ex deffect. iuriſd. pag. 177. n. 66. aut prioribus conuentualibus, ſiue clauſtralibus non autem alijs religioſis, nec officiali foraneo Epiſcopi, quãuis habeat vices Epiſcopi, qui enim in aliqua parte diœceſis eſt conſtitutus, & ab illo appellatur ad Vicarium generalẽ Epiſcopi, ſeù ad ipſum Epiſcopum. dicitur foraneus clem. 2. vbi gloſ. verbo foraneo & Doct. de reſcrip. & gl. ver. forancos. in c. 1. vbi Innoc. Ioan. And. & alij de offic. ord. lib. 6. ſi autem hi officiales foranei habeãt dignitatem aut canonicatum, in Eccleſia Cathedrali, aut alio capite admittantur, tunc poterunt eſſe iudices delegati dati a Papa, aut ab eius legato. d. glo. ver. foraneo in d. clem. 2. de reſcript. dubium tamẽ eſt vtrum in noſtra Luſitania poſsit conſtitui iudex delegatus Vicarius generalis ArchiEpiſcopi Bracharenſis conſtitutus in Oppido de Torre, & de Chaues, & de Balença, & in ArchiEpiſcopatu Vlyſſiponenſi Vicarius generalis Oppidi Santeranenſis, & ſimiles, & videtur, quòd non eò quòd ſint conſtituti in parte Diœceſis, ex d. glo. ver. foraneo. in d. clem. 2. de reſcript. attamen hoc non obſtante verum eſt quòd poſsint conſtitui iudices delegati, quia non ſunt foranei, nec ab illis appellatur ad ArchiEpiſcopum, ſeù ad alium Vicarium generalem, ſed directo ab illis appellatur ad ſenatum ipſorum ArchiEpiſcoporum, aut ad ſummum Pontificem imò de alijs Vicarijs pedaneis ad ipſos appellatur, nec obſtat quòd ſint plures. Vicarij generales in vna Diœceſi, quia Vicarius generalis Epiſcopi poteſt eſſe vnus, aut plures, & tunc cum ſint plures omnes habent ordinariam iuriſdictionem ex glo. ver. iurgia. communiter approbata in c. perlectis 25. diſt. & Innoc. in c. ſua nobis de offic. Vicar. Abb. in c. fin. n. 11. de re iud.

19 Cauſæ a Sede Apoſtolica delegatæ non debent tractari, niſi in ciuitatibus, & locis inſignibus, vbi facile poſsit haberi copia peritorum,

Digitized by Google

peritorum. c.ſtatutum.vbi glo.ver.locis,& Dominic.Ioann.And. Franc.& alij.de reſcript.lib.6.Merg.conſil.38.nu.26.

20 Cauſa alicui iudici ſimpliciter cõmiſſa, ad illam terminandam. videntur cõmiſſa omnia neceſſaria ad terminationẽ illius, & ad omnia illa neceſſaria ſe extendit iuriſdictio illa, c.1.vbi Innocent.Hoſt.Ioan. And.Abb.& omnes.& c.præterea.de offi. deleg.& c,tam litteris,de teſt.& l.cui iuriſdictio.vbi Bart. Bald. Fulg.Paul.de Caſtr. Imol. Iaſ.& alij.ff.de iuriſd.omnium.iud. & auth.de defenſ. ciuit.§.& agi.verſ.oportet. glo.verb.iuriſdictione. & Bald.col.2. coll.3.

21 Cauſa commiſſa pluribus iudicibus delegatis,poteſt quilibet eorum ſub delegare vices ſuas perſonæ illi,cui Papa,aut eius legatus delegare poteſt quamuis non apponatur in reſcripto, quòd vnus ſine altero procedat. c.quamuis,& c.poſtoralis cũ gl.ibi. ver.ſuperioribus. & Doct. de offic. iud.deleg.& l.à iudice.vbi Doct C.de iud. cum tamen ſit iudex delegatus à principe, nam ſubdelegare non poteſt, niſi ſit delegatus à principe. c. ſuper quæſtionem . §. ſi vero. vbi Doct.de offic.deleg. & gl.ver. committentibus. in c. cum Bertoldus. de re iud.Bart.in d.l.à iudice.

22 Delegatus tamen ad vnam cauſam ſimpliciter, cui non committitur iuriſdictio, ſed tantum nudum miniſteriũ non poteſt ſubdelegare, quamuis à principe ſit delegatus.clem.1.vbi Ioan.Monach.Dominic. Ioan.And.Franc.& omnes.de offi.deleg.

23 Commiſſa tamen cauſa pluribus iudicibus, cum clauſula,vt omnes, aut alter eorum procedat in cauſa. tunc poſſunt omnes, aut vnus ſine alijs procedere , & erit optio actoris , vt conueniat reum , coram vnoquocumq; illorum,ad quos reſcriptũ; impetrauit. l.2. §. planè. ff.de reiud.& gl. fin.ad fin.in l.fin. C. vbi in rem act.& glo. verb.vbi domicilium, in c.dilecti filij. de for.comp. Abb. in c.1.nu.4. de offic.legat. ſi tamen pluribus ſit commiſſa cum clauſula,vt ſi omnes intereſſe,nequiuerint, nõ poteſt vnus,vel duo ſine alijs iudicare antequam de impotentia illorum appareat; c.prudentiam,& c.cum cauſa,& c.cum ſuper.de offi.delegat.& ſi cauſa committatur tribus, aut eorũ cui licet,& vnus incipiat cognoſcere,& poſtea fiat inhabilis ad cauſam proſequendam.dico.infrà.ver.reſcriptum. §.32.

24 Cauſa ſpecialiter alicui à Papa cõmiſſa, ab illo debet terminari , ita, vt legatus generalis ſe nõ poſsit intromittere in illa, quia cauſa ſpecialis de rogat generali,niſi aliquid de nouo accidat.c.2. vbi Abb.n.2. & omnes de offi.leg.Merg.conſil.38.n.26. & non eſt de hoc dubitandum.

25 Cauſa debet committi, vbi degit actor, & reus. niſi ſit cauſa inter Epiſcopum , & aliquem ſuæ diœceſis, aut inter eius capitulum,ſeù vniuerſitatẽ ciuitatis, villæ,ſeù caſtri,aut quando autor non audet intrare locum illum, aut quando timet potentiã, ſui aduerſari , quia tunc debet committi extrà illam diœceſim. c.ſtatutum, §. cum vero. vbi Dominic.Ioann.And.Arch.Philiph.& omnes, de reſcript. Rox.in ſingul. fid.ſingul.200.

26 Cauſa ſanguinis, ſeù criminalis laicorũ non poteſt tractari, nec expediri per viam contentioſæ iuriſdictionis,in Eccleſia,nec incæmiterio illius, ita vt proceſſus iudicũ ſecularium factus in Eccleſia,aut incæmiterio illius ſit nullus, licet alius contractus iu Eccleſia factus valeat. c. cum Eccleſia, vbi Innocent.Ioan.And.Hoſt.Abb.& omnes.de immunit.Eccleſ.c.decet.§.ordinarij,vbi gl.ver. proceſſus,& Guillel.Ioann. Monach.Dominic. Arcæ.Ioan.And.& alij eodem. tit.lib.6.Merg. conſil.12.num.15. Abb.n.2. & 13.Dec.n.10. in c.qua fronte. de appellat.& Sylueſter.ver.immunitas,n. 3.Valaſ.conſu.81.n.1.Boer. dec.109.Trid. ſeſ.22.cap.de obſeruand.& euitand.in celeb. miſſæ,& dicam ver.proceſſus.§.32.

27 Cauſa poſſeſsionis , & proprietatis eſt terminanda ſub eodem iudice ſi vtraque pars. eſt eiuſdem fori cap.1. vbi Doct.de cauſ.poſſ.& propr.& c.fin.de iud.& l.ordinarij iuris.c.de rei vind.& l.nulli,vbi Bar. n.1. C.de iud.Abb.in d.c.fin. num.1. & n. 14.de iud.ſi autem actor fuerit alterius fori. tunc obtinens in poſſeſſorio,non tenetur ſubeodem iudice reſpondere de propriet.dixi.verb.actor.§.7.

28 Cauſa poſſeſsionis, & proprietatis poteſt ſimùl intentari,& tunc ſimùl pronunciatur in vtraque,ſi autem diuiſim procedatur, prius pronunciatur in poſſeſsione; quàm in proprietate, c.cum Eccleſia Sutrina. vbi Doct.& c.ſuper. & c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſ.& prop. & l. ordinarij. C. de rei vind.& gl.in l.ſi de vi,vbi Bart.n.1. ff.de iud.minùs cautè tamẽ facit aduocat⁹ qui accumulat petitorium cũ poſſeſſorio,

Cauſa

29 Cauſa ſemper eſt exprimēda incitatione, vt praxis obſeruat, vt tenet Imol.in l. inter accuſatorem, n.2. ff. de publ.iud. & Menoch. in vſu frequent. c.24. nu.12. Iul. Clar.lib.5.§. fin.q.31.n.5.& ad hoc vt quis obligetur ex ſua confeſsione. c. ſi cautio. vbi Doct.de fid.inſtr.

30 Cauſa iuramento deciſſa, ex vtriusque partis conſenſu non poteſt prætextu periurij retractari, l.1.vbi Doctor. C. de reb. cred.& iur.iurand.nec ab illa deciſione,& ſententia recipitur appellatio, l.non erit. & l.nam poſtea quam, & l. ſi duo. §. idem Iulianus. vbi Bart. ff.de iure iurando. & l. generaliter in prin.& §.ſi autem. C.codē. Abb.in c.fin. nu.11. de iure iurand.Iaſ.in rep.leg admonēdi.n.42 ff.de Iur.iur.& dicam ver.iuramentum.§.9.

31 Cauſæ propter quas pater poteſt filium exhæredare,aut filius patrem continentur in auth.vt cum de appellat. coll.8. §.illud quoq;,& §.iuſtum autem,& glo.ver.exhæredaret in c. quinta vallis. de iure iurand. & in noſtra Luſitania.eſt ord.lib.4. tit.88. & tit.89.

32 Cauſas propter quas matrimoniū,quoad thorum ſeparari poteſt,vide in l.cōſenſu, §.ſi qua. C.de repud.& in authen.vt liceat matr.§.quia vero plurimas coll.8.& dicam late infra ver.matrimonium.à §.19.

33 Cauſa non debet remitti ad iudicem à quo appellatum fuit,niſi appellatione iuſtificata,aut de partiū conſenſu.c.accepta, vbi Doct.de appellat.& dixi.ſupra ver.appellatio. §.50.

Verbo Caſus.

34 CAſus reſeruati Summo Pontifici continentur in extrauag.3. de pæn.& remiſs.inter cōēs & gl.ver. canonis in c. cas de ſent.excomm. lib.6.

35 Caſus fortuitus eſt omnis ille,cui reſiſti non poteſt.l.qui fortuitis,& ibi Bart Bald. Salicet.& omnes.C.de Pign.act.& qui proprie ſint caſus fortuiti,eſt.§.itē is cui.inſt. quib.mod.re contrah.obligat.

36 Caſus fortuiti renunciatio generalis nō valet,licet valeat ſpecialis,aut ſi aliqui caſus exprimantur, & dicat renunciatio in contractu, quod, ille cōtrahens renunciat tali,caſus,& tali fortuito,& omnibus alijs, caſibus fortuitis. tunc valet illa renunciatio generalis in illis caſibus ſpecialiter renunciatis,& in ſimilibus,& minoribus,nō autem in maioribus, & in ſolitis. l. ſed & ſi, §.quæſitum, vbi Bart n.3.Fulg.n.11.& Iaſ. n.33.& Oroſc.n.6. & omnes, ff.ſi quis caut.Pinel.in l.2. C.de reſcind.vend.1.p. c.3. n.29.Crauet.conſil.95. n.2. Mench.2. tom.controuerſ.lib.3. c.54.num.6.& Gomez. 2.tomo c.3.nu.19. Gramat.conſil.94. n.42.lib.2.Riminald cōſil.154.lib.1.Alex. conſil.97.lib.3. Marg.conſil.7.n.16.Valaſ. conſult.185.nu.13.& de iure emph. quæſ. 27.nu.55.

37 Caſu vno expreſſo in reſcripto, vel in prouiſione regis, ſeù principis, vt aliquis iudex cognoſcat de tali caſu, & alijs, tunc propter particulam illam, & de alijs, non veniunt maiora,& grauiora, ſed ſimilia, & minora, c.ſedes. vbi Abb.n.9. & communis. de reſcript glo.ver.ſpeciali in c.fin.de procurat. lib.6. clem.2. vbi Doct. eodem. tit.Abb.in c.1.n.1. de commod. Iaſ. Iul.ſi conuenerit, num.45. ff.de iuriſd. omnium iud Mandoſius, in.2. forma.conceſſ.verb. abſque alijs,quæſ.2.Afflict.lib.1.conſt. Rubric.7.n.68 & nu.70.Guter. de iurament. 1.p.c.24. n.6.

38 Caſus vario modo narratus nō vitiatur, quando idem in ſubſtantia concluditur.c. nihil obſtat. vbi Doct.de verb.ſign.

Verbo Cenſus.

1 CEnſus eſt quoddam ius recipiendi aliquam pēſionem pecuniæ,aut alterius rei, vtilis in annum, aut menſem,ſeù aliud tempus, l. cum poſſeſſor. §. pro pecunia. ff.de cenſ.& facit tex.in c,peruenit de cēſ. Nan.in c.ſi fœneraueris n.67.14.q.3.Doct. in l.Codicillis. §. inſtituto. ff.deleg.2.Valaſc.de iure.Emph.q.32.n.13. licet cenſus olim multis modis accipiebatur. quoniam accipiebatur pro patrimonij æſtimatione vniuscuiuscumq;, quæ fiebat abſolutionē tributorum. l.forma. & l.fin. ff.de cenſ. & l.2.& 3. C.de cēſ.lib.11. cum multis alijs, aut pro ipſo tributo.vt eſt tex.in l.2.C.ſine cenſ Doct.in Rubr.c.de cenſ. & cenſit.lib. 11.aut pro illo, quod datur in recognitione ſubiectionis, c.recepimus. de priuileg. aut alijs juſtis de cauſis,vt per totum titulum de cenſ.Cou.r.lib.3.reſolu.c.7 à prin. ſeù quando venditur, vel datur res alicui, retenta aliqua modica penſione, ſoluenda annuatim danti,ſeu vendenti,in memoriā

pristini

Digitized by Google

pristini dominij, & tūc redditus fundarius dicitur cenſus, ſeù penſio, vt tenet Bart. in l. 1. §. 1. n. 3. ff. de public. vectig. Imol. in c. ad audientiam de reb. Eccleſ. non alien. Iaſ. in l. 1. n. 48. C. de iure emph. & in authent. qui rem. n. 10. C. de Sacr. Sanct. Eccl. curt. in arreſt. 8. Ant. Gomez. in l. 68. Tauri. col. 3. & multis alijs modis accipiebatur, de quibus modo nō curo, ſed agemus quatènus eſt ius recipiēdi aliquam penſionē, ſeù annum redditum.

2 Cenſus, vt iuſtè conſtituatur, debet conſtitui in re certa, & immobili, aut pro immobili reputata, & quæ de natura ſua ſit fructifera, & quòd illa ſola res remaneat illi cenſui obligata, & ſubiecta, & quod iuſto pretio ſit emptus, & in pecunia numerata præſentibus teſtibus, & notario, qui in actu celebrationis videant numerari totum, & integrum pretium, & quòd venditor poſſit quandocumq; voluerit redimere totum cenſum, vel partem illius, & quòd illi venditori non imponatur obligatio illum redimendi, nec obligetur ad aliquam pœnā, & quòd ſi res cenſualis pereat, aut fiat infructifera pro parte, ſeù in totum, ita cenſus pereat, pro parte, ſeù in totum. arg. tex. in l. inſulam. vno. §. in operis. ff. locat. & in c. intelligentia de verb. ſign. mot. prop. Pij V. ſuper forma creandi cenſus. incipit.

CONSTITVTIO D. PII. PAPAE V.

Super forma creandi cenſus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ONVS APOſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus, in numeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam quod deterius eſt contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt. Non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus, etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, Lethiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeù annuum redditum creari, conſtituiuè nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, deſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. rurſum, niſi vere in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoq; pretio. Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos. Eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullomodo valere volumus. quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper. & liberè, aut ſine ſolutione laudemij, ſeù quinquageſſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. vbi autem vendenda ſit volumus dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, etiam per menſem expectari, pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucriceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeù aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiuè aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Imò, & cenſum augere, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. ſicuti etiam

G anullamus

anullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum expectare, ad quem aliàs de iure,& ex natura cõtractus non expectarent. poſtremo cenſus omnes in futurũ creandos non ſolum re, in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totũ, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante longuiſsimi etiam temporis,ac immemoriali immocẽtum,& plurium annorum præſcriptione,non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatẽ auferentibus, quibuſcumq; verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus perbimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandũ erit, & poſt denunciam, intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium, nec volens, intrabimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumq; reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntia, de qua ſupra,& nõ obſtantibus his, de quibus ſuprà. idq; obſeruari mandamus etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus,contractusq; ſub alia forma poſthac celebrandos fæneratitios iudicamus. & ita illis propterea nõ obſtantibus quidquid, vel expreſſe, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creando, verum etiam increato quocumq; tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit perpetuò,& in omnibus ſeruari volumus. declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahẽtes minui,vel augeri. & licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. non obſtantibus quibus vis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus,nec non priuilegijs, & litteris etiam per quoscumq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, ſub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, nec non irritantibus decretis, ex quauis cauſa, etiam permodum legis vniuerſalis, aut alias quomodolibet æditis ſiue in fauorem vniuerſitatum, communitatum, colligiorum, congregationum, ciuitatum, & locorum conceſsis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus,& ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſis habentes, quatènus directè, vel indirectè præſenti noſtræ conſtitutioni in toto, vel in parte contrarientur, ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcumque, volumus autem, quòd præſentes in Cancellaria,& acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. & quia difficile foret præſentes ad ſingula quæq; loca deferri volumus,& etiam declaramus, quòd earũ trãſumptis, etiã impreſsis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius prælati munitis, eadem prorſus fide vbiq; adhibeatur. quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, anullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit in curſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,anno Incarnationis Dominicæ 1569. Quarto decimo Kal. Februarij,Pontificatus noſtri anno Quarto.

Cenſus conſtitutio. vt ſit valida, eſt fa-
3 cienda in prædijs, ſeù domibus, aut in ro
certis finibus diſtinata,quæ ſit immobilis,
aut pro immobili reputetur, nec poteſt
conſtitui in ſola perſona conſtituentis, ſi-
ne aliquarum rerum,aut bonorum obliga-
tione, vt habetur in d.motu prop. vbi ſu-
pra.& Nau. in d.c. ſi fæneraueris. num.73.
& num.83.14.q.3. Valaſc.de iure emphi-
teus. quæſt.32. nu.10. reprobata opinione
Cou.ru.lib.3.reſolut. c.7. num.5.verſ.ego
ſanè.

Pretium

4 Pretium cenſus debet ſolus in pecunia numerata, quod venditor recipere debet preſente notario, & teſtibus, qui illam pecuniam videant tradi; & non ſufficit oſtendere pecuniam, ſi taliter tunc nō tradatur, nec ſufficit venditorem confiteri iam pecuniam recepiſſe, nec etiā ſufficit tradi in actu celebrationis partem illius, & cōfiteri alia partē recepiſſe, ſed eſt neceſſe integrum pretium tradi, tēpore contractus, præſentibus teſtibus, & notario, vt requiritur ex d. motu. ibi. non autem prius recepto integro, iuſtoq; pretio, arg. text. in l. 1. & in l. in dotibus. C. de doc. caut. & nō numerat. Nau. in d. c. ſi fœneraueris. nu. 85. gloſſ. 3.

5 Neq; in conſtitutione cenſus poteſt fieri renunciatio caſus fortuiti, aut tolli facultatem alienandi rem cenſui ſubiectam, & pacta, per quæ iſta derogantur, non valent per motū ſupradictum, quãuis ſpecialiter facta ſit renunciatio, contra illud, quod decidiur in l. ſed etſi. § quæſit. ff ſi quis caut. & diximus ſupra ver. cauſa. § 36.

6 Laudemium nō debetur ex venditione rei cenſui ſubiectæ, ſicut debetur de re emphiteutica, quoniā res ipſa cenſui ſubiecta alienatur ſine ſolutione laudeminij, ſeu quinquagẽſimæ, aut alterius quantitatis, vt habetur in d. motu. & tenet. Nau. in d. c. ſi fœneraueris, gl. 7. n. 89.

7 Neq; etiam poteſt cenſuarius obligari ad aliquam pœnam, ſi die ſtatuta non ſoluerit, nec ad amiſsionem rei cenſualis, poterit tamen emptor cenſus petere damna, quæ paſſus eſt propter moram ſoluendi, ſi forte aliqua recipiat, non tamen ratione conuentionis contractus, ſed rationę legis naturalis, diuinæ, & humanæ, quibus tenemur damna proximis illata ſatisfacere, c. 1. vbi Doct. & per totum. de iniur. & damn. dato. Nau. d. c. ſi fœneraueris. g. 8. 14. q. 3.

8 Cenſus non poteſt conſtitui pro pecunia debita ex cenſu iam præterito, nec futuro, propter quod non poteſt poni nouus cenſus, nec ante poſitus, ſuper eadem re, vel alia augeri, in fauorē emptoris prioris cenſus, quamuis ſi nouiter detur pecunia, benè poteſt poni nouis cenſus in re cenſui ſubiecta, aut in alia, cum motus proprius, vbi ſuprà non prohibeat poni nouum cenſum in eadem re, aut in alia, niſi de pecunia debita, aut debenda eiuſdem cenſus, fiat emptio illius, & à forma legis recedere non debemus. c. ad audientiam. de decim. & l. non aliter, vbi Doct. ff de leg. 3. Nau. vbi ſupra, gl. 9. n. 90.

9 Nec etiam valebit aliqua obligatio facta à venditore cenſus, ad aliquod onus ſubeundum, præter cenſus ſolutionē, quia perdictum motum, reijcitur omnis obligatio facta à venditore ad aliquod onus ſubeundum, quamuis de iure ciuili aliter ſit ſtatutum. l. 2. & 3. C. ſine cenſ. Nau. d. c. ſi fœneraueris. gl. 10. n. 93.

10 Cenſus poteſt redimi à venditore pro parte, aut in totum, puta ſi procento cenſus ſit emptus poteſt venditor pro viginti, & quinq; redimere quartam partem illius, & poſtea aliam quartam partem, quando cumq; voluerit per d. motum. ibi. non ſolum re in totum, vel pro parte, & ibi ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, & hæc facultas redimendi cenſum illum non poteſt tolli aliqua præſcriptione, quamuis immemorialis. facta tamen illa denunciatione, cui pretium eſt dandū ante bimeſtrem, & hæc nullo pacto tolli poſſunt, per d. motum. & Nau. d. c. ſi fœneraueris, glo. 11. & 12. n. 91. & 92.

11 Res enim cenſui ſubiecta poteſt vendi diuerſis perſonis, & diuidi inter illas dum tamen denuncietur conditio, cui vendenda ſit domino cẽſus, & ille præferatur alijs omnibus, ſi illam emere voluerit, & ſi denunciationi non deferat, eſt expectandus per menſem, & tunc poteſt vendi vni, aut pluribus, & inter illas diuidi, cum d. motū hoc non prohibeat. poſt denunciationem factam, & tenet. Nau. in d. c. ſi fœneraueris, n. 110.

12 Cenſus etiam annorum præteritorum eſt ſoluendus à poſſeſſore prædij, cenſum debentis, quia ab ipſo prædio ſoluitur, nec pactum in contrarium initum à venditore, & emptore valet, niſi inter ipſos paciſcentes. l. inter debitorē, vbi gl. 1. & Doct. ff. de pact. & l. Imperatores. ff. de public. vectig. & l. cum poſſeſſor. §. pro pecunia, ff. de cenſ. & l. apud Iulianum, alias l. cū ſeruus. §. hæres ff. de leg. 1. quoniam cenſus ille eſt ius quoddam reale ipſi rei impoſitum, & ab ipſa debetur, nec eſt neceſſe exprimere, vt pro ſolutione cẽſus prædium ipſum ſit hypothecatum. quia ſufficit cẽſum ipſum eſſe prædio impoſitum, vt eſt text. in l. 2. vbi Doct. C. de alluuionib. & in l. 2. & fin. C. ſine cenſ. Tiraq. 1. re tract. gl. 1. n. 7. & §. 32. gl. vma. n. 79. Grip. conſil. 23. n. 6. Vaſaſ. de iure emph. q. 32. n. 14.

Digitized by Google

13 Si tamen cenſuarius vẽdat aliquas partes prædij cenſuarij, poteſt Dominus cenſus petere ſuum cenſum à quocumq; voluerit, ſiuè à venditore, cui pars prædij cẽſuarij relicta fuit, ſiuè ab ipſo, qui partem emit, quia ſicut cẽſus debetur de toto prædio, ita de qualibet parte illius, vnde Dominus cenſus illum poteſt petere à quocumq; voluerit, l. plane. ff. familiercisc. & facit text. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. & Nau. in d. c. ſi fæneraueris. nu. 110. verſ. q. decima ſeptima.

14 Si cenſus conſtituatur ſuper molendinũ, & illud deſtruatur, & ex materia illius aliud molendinum ædificetur, vtrum ex ſecundo molẽdino debeatur cenſus, eſt diſtinguendum namq; ſi molendinum ſit diſſolutum, & ex eiſdem tabulis, & in eodem loco aliud ſit cõpletum, ita quod non mutauit ſpeciem, cenſetur idem, quod prius erat, & eidem cenſui remanebit ſubiectũ. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. verſ. nam, & ſi nauem. ff de verb. obligat. & l. Granaria. ff. de actionib empt. & l. idem Pomponius, & l. Menecius. ff. de rei vind ſi tamen pœnitus deſtrueretur, & in alio loco reædificatur, quia aqua mutauit curſum, quamuis ſit cum materia primi molendini, ia n non dicitur idem, quia mutauit ſpeciem eiuſdem, & non erit cenſui ſubiectum. d. l. inter ſtipulantem §. ſacram. verſ. ſed ſi vſq; ad rem. ff de verb. obligat. & l. in rem actio § loca, & l idem Pomponius. § idem ſcribit, & l. mucius. ff. de rei vind. & l. quid tamen §. agri. ff. quib. mod. vſu fruct. amitt. Nau. in d. c. ſi fænerauerit. n. 116. ſi autem cẽſuarius dolo deſtruxit molendinum, & alio loco illud reædificauit, tenetur de dolo, iuxta l. repiti. ff. quibus mod. vſus fruct amitt. Nau. d. n. 116.

15 Cenſum ſoluens tenẹtur oſtendere prædium, de quo illum ſoluit aliter enim omnia bona videntur cenſui obligata. & ſufficit recipere cenſum per ſpacium quadraginta annorum in his rebus, quæ de iure communi à recepiente poſsideri poſſunt, c. peruenit. cum gloſſ. ibi. verb. cenſus, & Doct. de cenſ. lib. 6. Abb. in c. ad audientiã. n. 2. de præſcript. Bart. in l. ſolent §. 1. n. 8. ff. de offic. pro conſul. & Iaſ. in l. 2. n. 172. C. de iure Emph. Iacob. Bald. præpoſit. & alij in c vaſallus 1. ſi de feud. fuerit contr. inter domin. & agnat. Alciat. de præſumpt. 3. n. 4 Alb. in l. Titius hæres ff. de act. Empt. Valaſc. de iure Emph. quæſtion. 51. nume. 5. & hoc ante motum. ſupra relactum.

16 Cenſus ante d. motum Pij Quinti, poterat conſtitui generaliter in omnibus bonis, & tunc omnia bona remanebant obligata pro cenſu. poſt illud tamen nõ poteſt cenſus conſtitui, niſi in bonis certis immobilibus, aut pro immobilibus reputatis, certis finibus deſinatis, vt habetur in d. motu. Nau. in d. c. ſi fæneraueris, nu. 111. verſ. q. 20. & n. 125. Valaſ. de iure Emph. q. 32. à n. 11.

17 Cenſus hodie non poteſt conſtitui, niſi in re propria, & libera ipſius conſtituẽtis, nec valet conſtitutio illius, in fundo emphiteutico, ſeu feudali ſiuè regalengo, aut alij hypothecato, vel alio modo obligato, cum ſimpliciter non ſit liber ipſius conſtituentis, per d. motum. & Nau. d. c. ſi fæneraueris, n. 115. & vendens cenſum, & illũ conſtituens ſuper re non libera, dicens, quod ſit libera, & celans illud rei vitium, & defectum tenetur emptori ad intereſſe. l. Iulianus, vbi Bart. nu. 5. ff. de act. empt. & punitur pœnâ illiciatoris, & pœna furti, quod fecit de pecunia ita recepta. l. ſi is qui rempignori. vbi Doct. & l. ſi is qui pignori, ff. de furt. ſi tamen venditor ignorabat rem, ſuper qua cenſum conſtituit, eſſe aliquomodo obligatam, non tenetur niſi tantum ad intereſſe, vt tenent Doct. in d. l. Iulianus, quamuis Bart. ibi. nu. 5. aliter diſtinguat.

18 Cenſus etiam debet emi iuſto pretio, quia paruitas pretij in emptione cenſus, cum ſemper poſsit redimi, facit præſummi contractum vſurarium. arg. text. in l. quod ſi nolit, §. quia adſidua. ff. de ædilit. edict. & tenet Nau. in d. C. ſi fæneraueris. n. 76. & in Manu. c. 17. n. 150. & Gam. deciſ. 138. n. 1. Valaſc. conſult. 70. n. 7.

19 Videre eſt, vtrum hæc extrauagans, Pij Quinti ſit obſeruanda in regnis non ſubiectis in temporalibus Summo Pontifici, & videtur quòd non, quia Summus Pontifex non intendit turbare iuriſdictionem regum, non ſibi ſubditorum in temporilibus, quoad eorum dominium temporale. c. nouit, vbi communiter Doctor. de iud. ſed contrarium eſt verius, imo in omnibus regnis, quæ non ſunt in temporalibus ſubdita Summo Pontifici, eſt obſeruanda hæc iuſtiſsima extrauagans, & motum proprium Pij Quinti; cum enim illi pertineat declarare dubia peccatorum, & cum illa ſit declaratoria iuris naturalis,

naturalis, & diuini. in materia vſuræ, ne miſeri pauperes illa. quecentur, optima ratione vbique eſt obſeruanda, facit tex. in c. quo iure. 8. diſt. & in c. ius naturale diſt. 1. & c. vt inquiſitionis. §. fin. & c. pen. & vlt. de hæret. lib. 6. Nau. in d. c. ſi fæneraueis, n. 102. 14. q. 3.

20 Cenſus poteſt conſtitui in pecunia, aut in frumento, vino, & oleo, & auibus, ſed pretium emptionis illius non poteſt fieri niſi in pecunia numerata, quoniam licet conſtitui poſsit cenſus in his, quæ conſiſtunt in pondere, & menſura, aliud eſt in pretij ſulutione ad illum emendum, quia non valet emptio cum non ſit in pecunia numerata, eò quòd d. motum, iubet, ne aliter fiat emptio cenſus, niſi verè in pecunia numerata, & in nulla parte illius inuenitur prohibitum, ne conſtituatur in alia re, quã in pecunia numerata, vnde remanemus in terminis iuris antiqui, vt cenſus poſsit conſtitui in quacumque re conſiſtente in pondere, & menſura, vt tenet Innocent. & alij. in c. in ciuitate. de vſur. & Nau. in d. c. ſi fæneraueis. n. 96. verſ. tertio, quod non licet. & n. 100. & n. 116.

21 Cenſus conſtitutio in alia forma facta, quam in illa, quæ continetur in d. motu proprio Pij Quinti, pro vſuraria habetur, & eſt nulla tanquàm facta citrà formam legis, c. prudentiam, vbi Abb. n. 5. & Iaſ. in l. 1. n. 18. ff. delib. & poſthu.

22 Cenſus tamen conſtitutio per donationem alicuius prædij, aut per vltimam voluntatem, valet etiam prædiũ valeat mille ducatorum, & ſit ſubiectum paruæ quãtitati, & ſi aliqua pœna in illa conſtitutione apponatur, valet, & eſt obſeruanda, quia illa prohibitio d. moti, non habet locum, niſi in cenſu empto ſuper aliquare, ad cuitandam vſuram, & non quando quis rem ſuã alteri tradit, ſine contractu emptionis, & vẽditionis, quia tũc rei ſuæ poteſt vnuſquiſq; dicere legem. l. in re mandata, vbi Doct. C. mand. & l. ſed etſi lege. §. conſuluit ff. de pet. hæred. gl. 1. in l. 1. C. de ſolut. Iaſ. in l. huiusmodi. §. ſi Sempronius. n. 4. ff. de leg. 1. & Nau. in d. c. ſi fæneraueris n. 106.

23 Cenſus etiam prohibitio, & pœna illius cauta in d. motu, non habet locum in cenſu, ante illud creato, quia lex quando promulgatur prohibet futura, non autem præcedentia, niſi de præcedentibus caueat. c. ſi eo tempore, vbi Doct. de elect. lib. 6. & c. cognoſcentes, & c. fin. de conſt. & c. Iudæi. 3. & c. conſuluit. de Iudæ. & Sarracen. & c. 1. de conſt. lib. 6. & l. leges. 7. C. de leg. Iaſ. in l. 1. §. veteres. numer. 33. ff. de acquirend.

24 poſſ.

Verum illud motum proprium Pij V. ſuper forma creandi cenſus habeat locum inter perſonas ignorantes, & vbicũq; ignoratur, ſcire oportet, & videtur quod non, quia ſtatuta nõ ligant ignorantes, c. 2. vbi Doct. de cõſt. lib. 6, & c. propoſuiſti. diſt. 82. gl. 2. vbi Abb. n. 9. Ioã. And. & alij in c. à nobis. 2. de ſent. excõmunic. idem Abb. in c. cognoſcentes. n. 6. de conſt. Valaſ. conſult. 133. n. 17. ſed contrarium eſt verius imo habet locum inter ignorantes, & vbi ignoratur. ex quo enim lex promulgata eſt, & in curia, ſiuè ſenatu publicata, obligat poſt duos menſes à tempore publicationis, & omnes tenentur ad illius obſeruationem. c. 1. §. nec obſtaret. de præb. lib. 6. l. regul. ff. de iur. & fact. ign. & auth. vt fact. nou. §. ſancimus. coll. 5. & ſtatuta, quæ non ligent ignorantes, habent locũ in ſtatutis ordinariorum, non vero in legibus principis, c. 2. vbi cõiter. Doct. de conſt. lib. 6.

25 Cenſus, quem ruſticus perſoluit de aliquo agro, videlicet quotam portem fructuum, ſi arbores plantet, debetur etiam de fructibus arborum, quamuis in contractu non caueatur de arboribus, ſed ſimpliciter dicat, Titius ſoluet quotam partem fructuum illius fundi, glo. ver. actum erit. in l. certo generi, vbi Bart. & omnes. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

26 Cenſuarius poteſt ſe exonerare à ſolutione cenſus, relinquens prædiũ, licet cenſus conſtitutus fuiſſet ante promulgationẽ moti proprij Pij V. quoniã poſt illud motum re ſubiecta cenſui per empta, aut facta in fructifera, perimit cenſus, & ita relicta re, ſeu prædio cenſuario, vt obſeruabatur ante d. motum, vt tenet Abb. in c. de terris, n. 4. de decim. Nau. in d. c. ſi fæneraueris, n. 111. verſ. q. 19. in fin. 14. q. 3. & facit doctrina Bald. in c. 1. §. ſi quis demanſo. c. de contr. in veſt.

27 Cenſus nouus, aut nouum tributum non poteſt Eccleſiæ imponi, neq; perſonis Eccleſiaſticis, & illud Eccleſię, ſeù Eccleſiaſticis perſonis imponens remanet ipſo iure excommunicatus. c. quamquam, vbi Doct. & c. ſcientes, & c. prohibemus, & c. ſignificauit. de cenſ. & c. clericis, vbi Ioann. Monach. Dominicus. Ioann. Andr. Philip. & omnes. de immunitat. Eccleſiarum. libr. 6.

Digitized by Google

In fundatione tamen Eccleſiæ, poteſt imponi cēſus ſeù tributū, aut in conceſſione alicui pio loco. c.olim. vbi gl.ver. conditione. de reſt.ſpoliat. & c.quanto.vbi Doctor.de cenſ.

28 Nouum tributum, ſeù nouas exactiones nullus imponere poteſt laicis perſonis, & rebus prophanis, ſine principis authoritate, quia ſoli reges, & principes habent poteſtatem imponendi nouum tributū. l.vectigalia. vbi Doct. ff.de publio vectig.& l. 1.& 2.& per totum. C.nouo.vectig.& c.in nouamus, vbi gl.& Doct.de cenſ.

Verbo Citatio.

1 Citatio eſt principium, & fundamentū iuriſdictionis contentioſæ, §. omniū autem, vbi notant omnes. inſt.de pæn.temer. litigant. & l.quique. ff.de in ius vocand.& glo.ver.citationes, vbi Doct.clem. 1.de iud.ſpecul.in tit.de citatione in prin. Abb.in c.relatum.n.6.de offic.deleg.Bart. Bald.Iaſ.& alij. in Rubric. ff.de in ius vocand.Mar.de ord. iud.6.p.1.membro,n.1. Marg.conſil.3.n.2. Doct. in c.quoniā contra.de prob.& tàm in cauſa principali,quā in cauſa appellationis, ſemper iudicium incipit à citatione, ſinè qua nullum remanet iudicium. l.fin. §.illud. vbi Bart.Bald. & omnes.C.de temp.appelland.Bart.Bald. & Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij.in d. Rubr. ff.de in ius vocand.Doct.in Rubr.de iud.

2 Citatio namq; eſt quædam ſpecies defenſionis, quæ etiam à principe tolli non poteſt. c.1.vbi communiter Doct.de cauſ. poſſ.& propr.& clem.paſtoralis. §.cæterū. de ſent.& reiud. & l. fin.C.ſi per vim, vel alio mod.Abb.in c.cum dilecti,n.6.de iud. & in c. cum olim n.25. de ſent. & re iud. Ang. in l.ſi accuſatoribus C. de accuſat. Iaſ.in l. Gallus n.18. ff.de lib. & poſthu. & Bald.in l.cum fratrē,ad fin C.de his, quib. vt indign. Socin. conſil.12. col. 2. lib.1. Girip.conſil.6.n.3.Mar. de ord. iud.6. p.1. memb. n.3.Alex. conſ,5. n,2.lib.2. Doen. regul.92.Franc.in rep.c.quoniam ver. citationes,n.49. de probat.

3 Citatio ſemper fit quando principaliter pars poteſt lædi, & aliter actus non valet. l. de vno quoque, vbi communiter Doct. ff. de re iud.& l. Emptor fundi.C de euict. & l. nam ita diuis ff. de adopt. & l.fin.c. de ligit. hæred.& l. tres denūciationis C. quo mod. & quand. iud. & l. ſi quando C. de teſtib.&c.inter quatuor de maior.& obed. & c. in nomine de teſtib. & c. dilecta. de ſent. excōt. & c. Romana de appellat.lib. 6. & clem. paſtoralis de ſent. & re iud. & clem. ſæpe de verb. ſign. & c. porro.dediuort.& glo.ver. eſt. in c. ſi iudex. de ſent. excōt. lib.6. Iaſ. in l. Sancimus, n.10. C. de iud.& in l. ſi quis 4.n.7.ff. de reb.cred. Paris,conſi.1.n.32.lib.1. Vancius.in tract. de nullit ſent. in Rubr. 12. de nullitate ex deffectu citationis, Socin. in tract.de citatione art.7.

4 Si tamen pars principaliter non læditur tunc non requiritur citatio illius glo.ver. quos cauſa in d.l.de vno quoque,vbi Doct. ff. de re iud. Ang. Imol. & alij in l. filius famil. §. diuus ff. deleg. 1.Doct. in c. quāuis per glam. fin. ibi. de pact. lib.6. Innocent. Bald. & alij, in c. fin. de dolo. & cont. Iaſ. in l. reſcriptum,n. 5. ff. de pact. Valaſ. conſult. 38. in prin. Marian. Socin. in tract. de citat. art. 7. Catellan. in memorialibus iuris, ver. citatio, Roman. ſingul. 364. Doct. in d. C. quoniam contra. de probat. in nulla tamen cauſa poteſt præiudicare illi, qui non fuit citatus, ſed valebit inter alias actus, quando non fuit citatus, cui cauſa principaliter non competebat, quòd aliter non valeret, ſi principaliter illi competerat ex doctrina Bart. in l. ſi eo tempore n.2.C. de remiſſ. pign. Alex. in d. l. de vno quoque ff. de reiud. Dec.in l.in iure ciuili.n.4.ff.de reg.iur.

5 Citatio in cauſis criminalibus fit ex officio iudicis, in ciuilibus autem ad inſtantiam partis. c.crima. de colluſ. deteg.& c. 1. vbi Abb.num.4. & nu.53.de iud.idem Abb.in c.veritatis. n.5. de dolo.& contumac.& c.propoſuiſti.de foro comp.&licet de accuſat.& Alex. in l.ſi finita.§.Iulianus. ff.de damn.infect.& l properandum.§.&ſi quidam.C.de iud.& l.fin.C.de bon.authorit. iud.poſsidend.& gl.ver.per contumaciam.in l.Sancimus. C ad treb. Bart.in d.l. properandum. d. §.& ſi quidem. n.4.C.de iud.Dec.in d.c.1. lect.1. n.25. & lect.2.n. 14.& Franciſ.de Aret.n.10.de iud.& Rip. ibi.n.20. & Doen.regul.96.Vancius.in tractat.de nullitat.Rub.12.de nullitat.ex deffectu citationis.n.44.

6 Citatio tamen non fit in cauſis notorijs, vbi eſt certum,& notorium, nullā abſenti defenſionem competere. c.ad noſtram.21. vbi glo. ver. obſeruandus de iure iurand.

Abb.

Digitized by Google

Abb.in c cum olim.n.20. de ſent.& reiud. & in c. venerabilem. n.10. de elect. Card. Alex.& alij. in c. Romana.de appellat.lib. 6. Flor. in conſil. 21. n.5. Marant. de ord. iud.6.par.memb.1. n.37.Iul.Clar. lib.5.§. fin.quæſt. 9 n.4. Ferret. conſil.31.n.11. ſi autem non eſſet certum,& notorium parti non poſſe aliquam competere defenſionem,erit citatio ad ſententiam neceſſaria, vt tenet Albert.in l.ea quidem C.de accuſat. Aret. conſil.163.n.7.Boſſ.in tit.de denunciat. n.9. & in tit. qnomod.proced.in crim.notor.à n.6.

7 Citatio ſemper eſt facienda,quando iudex aliquid facit ad inſtantiam partis,quãuis ex officio procedat. c. propoſuiſti. de foro comp.& l.properandum.§.& ſi quidẽ vbi Doct.C.de iud.Iaſ.in l. admonendi.n. 22. ff.de iure iur.

8 Citatio etiam ſemper requiritur,vbi interueniet cauſæ cognitio. l. in cauſæ.1.§. cauſa enim, vbi Doct ff.de minor.gl.verb. pro tribunali,in l.3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bon.poſſ.Iaſ.in l.1.,n.16. C. deiud.D.c. in l.vbicumq;. ff. deregul. iur. vbi tamen non requiritur cauſæ cognitio,partis citatio, non eſt neceſſaria, §. fin. inſt. de bon. poſſ.Bart.in l.3.§. ſi cauſa cognita. n.7. ff. de bonor.poſſ. Marſ.in l. de vnoquoq;, n. 92.ff.de reiud.Gam.dec.60.n.20.

9 Citatio probatur per verba citantis debet tamen in actis inſcribi,vt ex his appareat,& valet citatio ſine termino,ſed tamen citatus debet comparere primo die, & hora ſolita cauſarum. c. cum parati. vbi Abb.n.4.& 6.& 12.& Philiph.col.6.de appellat. idem Abb.in c.prætèrea.num.7.de teſtib.cog.Innocent.in c.cum nobis olim. de elect.Fel.in c.conſuluit,n.5. de offic.& poteſt.iud.deleg.Bald.in l.ſicut proponis, 2. C.quomod. & quand. iud.Barb.in add. Abb.in d. cum parati,Doen.regul.93.Marant.de ord.iud.6.p.memb.1.n.66.

10 Citatio tamen , quam iudex mittit fieri extra prouinciam, debet continere diem, & locum in quo citatus comparere debet, & aliter non valet facit text.in authẽt.de collat.§.eos autem,vbi Doct.coll 9. Philiph.Franc.in d. c.cum parati. num.31.de appellat.Doen.regul.93. n.7. Merg.conſil. 13.n.16.

11 Citatio facta ad aliquẽ actum, ſiuè diẽ, vel horam,artat citatum ad comparendũ, ad illum,actum,diem,vel horã,ita vt actus factus extra illum diem , vel horam , non valeat , tanquam ſine citatione factus , vt probat, tex.in l. aut qui aliter ff. quod vi, aut clam. quem tex. ibi. n.1. dixit ille ſapientiſsimus auriga noſter Bart.eſſe litteris aureis ſcribendum, ego dico, quod tu iudex,aut aduocatus debes illum mandare memoriæ, & ſemper mente tenere, in hac materia citationis, & ita tenet Fel.in d. c. conſuluit. n.3. de offic. & poteſt: iud.delegat. Mar.de ord. iud. 6. p.1.memb.citationis. n.66.

12 Citatio debet continere diem,& locum quando manet à delegato,& aliter non artat citatum ad comparendum,& etiam debet continere tenorem ſui commiſsionis, facit tex.in c.fin.de reſcript.& c.præterea. vbi Doct.de dilat. Bart.in auth. qui ſemel. n.12.C.quomod.& quand.iud.Bald.in authent. offeratur. C. de lit. conr. Iaſ.in l.ex quacumq;, n.2. ff.ſi quis in ius vocat non ierit, Alex.conſi.71.lib.7.Doen.regul.93. n.1.Mar.de ord.iud.6.part. memb.1.n.64. Doct.in d. c. cum parati. de appellat.& in c.quoniam contra.verſ.citationes de probat.

13 Citatio debet continere perſonã citantem,& perſonam citatam, & ad cuius inſtantiam fit, vt tenet Abb.in c.cum bonæ, n.1.de ætat.& qualitat.Bald.in l.ſi quando C.deteſt. Mar.de ord. iud.6.p. memb.1.n. 63.vnde ſi quis per proprium ſcriptum dicat habeo me pro citato , non valet talis citatio, nec habet nomen citationis , cum ibi non interueniat perſona citans,& citatio debet fieri re,& verbo,cum ſolemnitatibus conſuetis, l.conſentaneum. vbi gl. ver.ad cogendum, & Doct. C.quomod. & quand.iud.praxis tamen eſt,vt quis conſtituat procuratorem, qui nomine illius citetur,& tunc valet talis citatio.facit text.in l.me minerint.C.vnde vi.& Bart.in l.ſolẽt. n.17. ff.de olim. & cib. leg Doct. in l.cum qui res. C.de procurat. Valaſc.conſul.144. n. 2.

14 Citatio debet cõtinere cauſam,pro qua fit, videtur colligi ex tex. in c.fin.5.q.2. & tenet And. de Iſern. in conſt. regni. verſ. edictorum in prin. Bald.in l.cõſentaneum. not.4. C.quomod.& quand.iud.licet Bart. in extrauag. ad reprimend. teneat citationem valere ſine cauſæ expræſione.verſ.ſuperdicto crimine,attamẽ praxis obſeruat, vt exprimatur cauſa in citatione , & aliter non valet citatio,vt tenent ſupra relati, & Mar. de ord. iud.6.part.memb.1. num.69.

Digitized by Google

Vancius in tract. de nullitat. in tit. de nullitate ex deffect. incitatione, nu. 5. Marg. conſ. 62. n. 32.

15 Citatio, quæ continet expreſſum errorem, aut non legitimè facta eſt ipſo iure nulla c. bonæ. 36. de elect. & glo. fin. in c. veniens de accuſat. & glo. ver. conuocari, in c. ſi Epiſcopus 3. q. 2. & glo. 1. in l. cum, quem temere ff. de iud. Aret. & Angel. in l. 2. ff. delib. & poſthu. Imol. & Iaſ. in l. 1. ff. eodem idem Iaſ. in l adiuo pio §. in vendentione, n. 19. ff. de re iud. Afflict. deciſ. 2. n. 6. & omnes actus facti ſine citatione, aut quando citatio eſt nulla, nullius ſunt momenti, quia deſinit id quod eſt de ſubſtantia iuris naturalis, & diuini, clem. paſtoralis, cum ibi notatis, de re iud. & l. de vno quoque, vbi Doct. ff. de re iud. & l. ea quæ, vbi Bart. n. 2. C. quomod. & quād. iud. & c. 1. de cauſa poſſ. & prop. & c. inter quatuor de maiorit. & obedient & l. ſi quādo, vbi Bald. C. de teſtib. Mar. de ord. iud. 4. p. diſt. 16. n. 10.

16 Citatus non tenetur venire ad iudicium citantis, quando euidens eſt, quòd citatio non tenet, aut quando nullo modo eſt ex iuriſdictione illius, ſi vero dubitatur, tūc tenetur venire, & oſtendere ſuum priuilegium, l. contumacia ff. de re iud. & l. ſi quis ex aliena, vbi communiter Doct. ff. de iud. & glo. fin. vbi Abb. n. 6. in c. veniens. de accuſat. & gloſ. fin. in c. ea, quæ fiunt, de regul. iur. lib. 6. Abb. in c præterea, n. 16. de dilat. Bart. in l. non videtur, n. 1. ff. de iud. Iaſ. in l. ex quacunque, n. 31. ff. ſi quis in ius vocat.

17 Citatus, ſiui fluminis, aut tempeſtatis impeditus non veniat, non dicitur contumax, & debet habere nouas inducias, l. cōtumacia, vbi Doct. ff. de re iud. & l. 2. §. ſi quis iudicio, ff. ſi quis caut. & l. interdum, vbi glo. ver. & in ſimilibus, ff. de iud. tenetur tamen probare, quòd tali tempore erat paratus venire, & quòd tanta fuit vis tempeſtatis, vt nullus homo illius qualitatis, potuerit iter arripere, aut ex vi ſeù cauſa alicuius fluminis, venire non potuit, attamen à domo ſua exiuit, & fuit paratus venire, quoniam aliter non ſufficit probare tempeſtatem fuiſſe in terra, ſeù in mari, aut quòd tali tempore non potuiſſe nauigari, ſed vltra illud eſt neceſſe probare ſe eſſe paratum, & vi tempeſtatis fuiſſe. Impeditum, l. qui commeatus. ff. de remiſſ. & tenet Bart. Angel. Lud. Rom. Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & communis, in d. l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caut. Ant. de Butr. in c. cum non liceat de præſcript. Abb. in c. ex tranſmiſſa, n. 6. de præſcript.

18 Citatus etiam infirmitate detenotus nō dicitur cōtumax ſi talis, ſit infirmitas, quòd non poſsit ad iudicium venire, & eſt tunc expectandus aliquod breue tempus, l. 2. §. ſi quis iudicio, vbi Barr. Bald. Fulg. Ang. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & omnes ff. ſi quis caut. & C. querelam, vbi Doct. de procurat. & l. ſi prætor. §. Marcellus ff de iud. & l. quæſitum, ff. de re iud. & C. ſi ægrotans, vbi glo. ver. legatum, & Arch. 5. q. 3. Bart. in l. 1. n. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript. Abb. in c. cum dilecti, n. 13. de dolo. & cont.

19 Citatus a iudice incompetenti euidenter non tenetūr venire, nec comparare, l. contumacia, vbi Doct. ff. de re iud. & glo. ver. niſi cognouerit in c. ſi duobus de appelat & glo. ver. citent. in c. Romana §. cum autem ad præfactam eodem tit. lib. 6. Bald. in l. ea quidem C. ſi mancipp. Doct. in d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. Abb. in c. olim, n. 3. de except. & dixi ſupra n. 16. in dubio tamen debet comparere, & proponere exceptionem declinatoriam fori, l. ſi quis ex aliena, vbi Bart. ff. de iud.

20 Citatus a duobus iudicibus, vt eodem die coram illis. compareat, debet obedire maiori iudici, ſi ad vtrumq; venire non poteſt, & vbi primum potuerit, veniat ad minorem, aut mittat procuratorem, c. qui reſiſtit. & C. Iulianus 11. quæſt. 3. & l. contra pupillum, vbi Doct. ff. de re ind. & Abb. in c. extirpandæ §. quia vero, n. 6. in 2. lect. de præb. ſpeculat. in tit. de citat. §. cōtra n. 10. Alex. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis caut. Marian. Socin. in tract. de citat. art. 5. n. 32. ver. 8. falſit. & apud nos eſt ord. lib. 3. tit. 10. vide tamen diſtinctionem Bart. in l. 2. §. qui exhibendi ff. de cuſt. reor.

21 Citatio ſimpliciter facta intelligitur ad totam cauſam, citatus tamen ad vnum articulum, non intelligitur ad alium, nec ad illa, quæ de nouo emergunt, ſed potius facta citatione ad vnam cauſam, nōn compræhenduntur aliæ incidentes, & de nouo emergentes, ſed tunc ad illas; eſt neceſſaria noua citatio, quod tamen non erit, ſi illa ſuperuenientia eſſent acceſſoria primæ cauſæ, quia tunc venirent in primo iudicio, & non eſſet neceſſaria noua citatio, l. non poteſt, vbi Bart. n. 2. ff. de iud. & gloſ.

Digitized by Google

gloſ. ver. citationes in clem. 1. vbi Doct. de iud. Abb. in c. auditis, n. 7. de procurat. & apud nos eſt ord. lib. 3. tit. 1. §. 13.

22 Citatus ad totam cauſam certo termino aſsignato ad comparendum, tenetur comparere in termino, & ſi habeat aliquod impedimentum propter quod comparere nõ poſsit, tenetur cõparere quàm citius potuerit, alias condemnabitur in expenſis c. cum dilecti, vbi Doct. de dolo, & cont. & fertur tunc ſententia cõtra illum, vbi proceditur ſine litis conteſtatione, auditur tamen ſi poſtea allegat iuſtam cauſam abſentiæ, c. 2. de procurat. & c. cum Bertoldus de ſent. & reiud. & c. venerabilibus §. porro, vbi Doct. de ſent. excõt. lib. 6. Mar. de ord. iud. 6 p. memb. 1. n. 117.

23 Citatus, vt veniat ad iudicium tali die, aut ad diem, quod iudex ſedet pro tribunali, tenetur venire dum iudex in tribunali iuſtitiam exhibet partibus, quòd in noſtra Luſitania dicitur. *In quanto o Iuiz eſtà na Seda fazendo Audiencia*. & ſi tunc reus citatus non veniat, habetur pro contumace, & ita ſi actor vſque ad illud tempus, non appareat abſoluitur reus ab inſtantia litis, ſi appereat, & petat a iudice. vt illum abſoluat, & condemnatur Actor in expenſis, aut ſi reus non appereat, fit citatio circunducta, & ſi actor iterum litigare voluerit, debet iterum reum citare, l. & poſt edictum peremptorium. ff. de iud. & ibi gloſ. ver. ad audiendum, & l. diuus, vbi Bart. ff. de in integr. reſt. & c. 1. vbi Doct. de dol. & contumac. lib. 6. Abb. in c. cum nobis, n. 11. de elect, & ita in dilationibus ad reſpõdẽdũ libello, & in aliis terminis ſemper pars debet ſatisfacere in illa die termini, dum iudex ſedet pro tribunali, quoniam omnes hi termini ſunt peremptorii d. l. & poſt edictum vbi Bart. ff. de iud. & d. l. diuus §. de in integ reſt. ſed. in noſtra Luſitania obſeruat praxis, vt citatus expectetur per totam diem, & admittitur cum ſua exceptione, aut contrarietate, ſiue cum alio reſponſo, quod per totam diem termini attulerit, & ſufficit illud offerre notario, quanuis ſit domi illius notarii, quam praxim intelligo obſeruari poſſe, ex tex. in c. conſuluit de offic. iud. deleg. ſi autem dies termini ſit feriata, in qua actus exerceri non poteſt tunc primus dies ſequens computatur in termino, l. 1. §. quod dicimus ff. de ſucceſſ. edict. & l. pater, §. ſexaginta ff. de adult. & l. vbi lex ff. de regl. iur. & l. eum qui certarum ff. de verb. obligat. Abb. in c. paſtoralis n. 3. de except. Bald. in l. ex quacunque col. fin. ff ſi quis in ius vocat ſi tamen error ſit expreſſus in citatione, quia dicit iudex compareas coram me die Dominico, ſeu alio die feriato in quo actus exerceri non poteſt tunc non valet citatio, l. ex quacũq; in fin. vbi Bart. n. 17. n. 2. lect. & l. 1. vbi Doct. ff. de feriis.

24 Citatio etiam in cauſis ſummariis non excluditur, nec quando proceditur de plano, & ſine figura iudicii, eo quod veritas non occultetur, clem. 2. vbi Doct. de verb. ſign. & citatione prætermiſſa, non poteſt ferri ſententia quia citatio requiritur in omni actu, vbi pars poteſt lædi in iudicio facto, & aliter actus ipſe eſt nullus l, de vno quo. ff. de re iud. & l. nã ita diuus ff. de adopt. & l. ſi quando, vbi Doct. C. de teſtib. & c. 2. de teſtib. Iaſ. in l. Sancimus. n. 10. C. de iud. Mar. de ord. iud. 6. p. membr. 1. n. 2. & cum etiam in cauſis ſummariis poſsit pars lædi debet citari, vt notant Doctor. in d. 1. clem. 2. de verb. ſign. & in d. l. Sancimus, c. de iud. Leo. in tract. de noui op. c. 1. n. 24. & l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſine appella. Abb. in c. cum I. & A. n. 11. de ſent. & re iud.

25 Citandus eſt reus perſonaliter, ſi inueniri poteſt, ſi vero ſe occultat, vt citari nõ poſsit, fit tunc citatio ad domum illius de mandato iudicis, vt ad notitiam illius perueniat, & praxis obſeruat, vt nuncius quærat illũ, qui citandus eſt, & dicat, quod illo ſe occultat, aut aliquo modo cõſtet, & tũc iudex mittet, vt citetur mulier, rei citandi aut eius familiaris, ſeù vicinus. & hoc in foro ſeculari obſeruat praxis, in Eccleſiaſtico tamẽ ſtatim in primo mãdato inſeritur vt ſi reus ſe occultauerit, citetur mulier eius familieris, ſeù vicinus, & in foro ſeculari, quando aliquis eſt citandus extra territorium, & tunc de mãdato iudicis valet citatio, ſine ei⁹ mãdato tamẽ nõ valet clem. 1. de iud. & c. conſultationibus, vbi gl. ver. ad reſtitutionem de offic. iud deleg. & c. quoniam §. porro vt lite non conteſt. & c. 1. de alien. mut. cauſ. & glo. 2. in l. ea, quæ C. quomod. & quand. iud. Bald. & Ang. in l. vt perfectius, C. de annal. except. Alex. in addit. ad Bart. in l. Palatinos, n. 3. C. de collat. fund. fiſcal. lib. 11. Doen. regul. 93. n. 5.

26 Citatio etiam fit ad fores Eccleſiæ quãdo reus, parochus alicuius Eccleſiæ, non inuenitur c. venerabilis de do l. & . contuma.

Digitized by Google

tumac. & c. ex tuæ vbi Doct de cleric.non reſident. debet tamẽ expectari per ſex mẽſes,& tunc ſi non veniat ad reſidendum in beneficio,quod requirit reſidentiam, poterit priuari beneficio.d.c.ex tuæ,vbi Doctor.de cleric.nõ reſident.Mar.de ord.iud. 6.p memb.1.de citat.n. 91.

27 Non dicitur tamen ſe occultare ille, qui in publico copiam ſui facit , ſed ille ; qui fraudationis cauſa latitat , neque etiã ille, qui timet crudelitatem tiranni,aut hoſtiũ violentiam, ſiuè domeſticos ſeditiones, l. Fulcinius.§.quid ſit autem,vbi Bart.n.1.& §.illud ſciendum. ff. quib.ex cauſ. in poſſ. & facit littera tex.in l. ſuccurritur.ff.quib. ex cauſ. maior.

28 Citatio fit per edictum,quando alio modo quis citari non poteſt,eò quòd citãdus eſt abſens,& neſcitur locus certus,vbi cõmoretur,aut quãdo citatur perſona in certa,ſi ſua intereſſe putauerit, tunc enim eſt ſcribenda eius citatio cum interuallo dierum, quòd iudex ſufficere æſtimauerit , & eſt effigendum illud edictum in Ianua,ſeù in porta ciuitatis, aut in foro, ſeù in loco publico,quando laicus eſt citandus,nanq; ſi clericus ſit citandus debet edictum affigi ad fores Eccleſiæ,ita vt talis citatio veniat ad omnium notitiam, ſi tamen citandus conſtat eſſe in loco certo,citatio tunc per edicta eſſet nulla & inualida clem. 1. vbi Doctor.de iud.& c. inter quatuor, vbi Abb.n.1.de cleric.non reſidẽt.Bart.in extrauag ad reprimend.verſ. per edictum.& Bald.in l. ſi accuſatoribus,col.fin.C de accuſat.& in l.conſentaneum not.2. C. quomod.& quand.iud.& in l. vt perfectius, C. de annal.except.& Iaſ.in l.2.n.1.poſt Bart. Alb & alias.ff. de iuriſd. omnium iud.Doctor.in c.1.de iud. Marian. Socin.in tract. de citat. art. 23.Vanc.de nullit.ſent.ex defect.citat.n.124.

29 Citandus eſt ſemper poſſeſſor,vt reſpõdeat de iure ſuæ poſſeſſionis,& aliter ſine citatione nõ poteſt poſſeſſor repelli a ſua poſſeſſiõe,nec authoritate iudicis,nec per reſcriptum principis,l.nec imperiale. vbi communiter. Doct. c. ſi per vim. vel. alio mod.niſi quando aliquis poſſideret nomine alterius , quia tunc ſufficit citare illum verum poſſeſſorem.c.quoniam frequẽter. §. quod ſi ſuper, vt lis.nõ conteſt.& l.quod meo. ff. de acquirend. poſſ.& l.nec vllam. §. ſi quis abſentis.ff. de pet.hæred.

30 Creditores debent citare poſſeſſorem, legatarij vero tenentur citare hæredem, quia legata dependent ex teſtamento, niſi legatarij ignorent, quis ſit hæres,quia tũc ſufficit citare poſſeſſorem. gl.fin.vbi Bart. n.1. & Ang. Iaſ.n.7.& alij in l.controuerſia ff. de tranſact.& tenent. Doct. communiter.per tex.ibi in l.fin.C.de pet hæred.

31 Citatus debet cauſam proſequi coram iudice citante. quamuis poſtea mutet domicilium, vel ſi moreatur,& hæres ſit alterius fori , nihilominus tenetur cauſam proſequi,vbi iudicium fuit cæptũ.c.propoſuiſti. vbi Doct. de foro comp.& l.hæres abſens. & l. vbi acceptum. vbi Doct.ff. de iud.ſi tamen clericus ſuccedat laico. poteſt declinare forum laicalem.& ita vidua, ſeù minor, & perſona miſerabilis,aut mulier honeſta,quæ nunquam fuit vxorata,cũ enim perſonæ iſtæ per noſtram. ord.lib.3. tit.5.§.3.& 5.habeant priuilegium,vt poſſint. conueniri, ſeù conuenire ſuos debitores coram certis iudicibus, poſſunt declinare forum in lite cæpta cum defuncto, in cuius hæreditatem ſucceſſerunt, licet enim cauſa debeat finiri , vbi fuit cæpta, hoc non habet locũ quando allegatur priuilegium fori corpori iuris in ſertum, ſed quando nullo proprio priuilegio conuentus excuſatur , vt tenet Bart. communiter receptus. in d. l. hæres. abſens. n.1. ff. de iud. Valaſ.conſult.136.n.11.dico.ver.hæreditas. §.29.

32 Citandus ſi appareat in iudicio videtur ſufficere eius præſentia in actis corã ipſo factis, cum iudex illum faciat certiorẽ de actu qui fit in ſua cauſa. & non eſt neceſſaria alia citatio, in illis actis factis in præſentia illius, l. de vno quoq;. vbi Doct. ff. de reiud.& Bart.in l. forioſo. n.6. ff.eodẽ. idem Bart.Paul.de Caſtr. Fulg.Bald.Iaſ. & omnes. in l.1. ff.de in ius vocand. Abb.in c.tenor. n.12.de ſent.& reiud.Iaſ.in Rubr. n.4.C.de edend.Dec.conſil.449.n.8.& 11. & eſt.text.in l.etiã.§.fin.ff.de minor.Bald. in l.ſi accuſatoribus.C. de accuſat.& in l. conſentaneum.col.fin.C quomod.& quãd. iud.& Gam.deciſ. 324. n.1.& Caſsi.deciſ. 2.de iud.& Fel.in c.1.n.19.verſ. nota igitur.de iud.Vanc.in tract.nullit. in titul.de nullit. ſent.ex defect. citat. n.10. Marian. Socin.in tract.de citat. in 5.art.1.n.21. & eſt communis, licet, quod non ſit neceſſe certiorem facere illum,qui eſt præſens teneat Ang.Imol.& Alex.in d.l.de vnoquoq; ff. de reiud. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de in ius vocand.

Digitized by Google

vocan l. Socin conſil. 29. col. 2. lib. 3. Alex. in d. l. furioſo. col. pen. ff. de reiud. & conſi. 123. col. 2. lib. 2. ſed hoc intelligo, quando ille præſens videt, & intelligit de negocio ſuo iudicari in ſua præſentia, tunc enim ſufficit, vt certior dicatur. aliàs cenſeretur factus tanquàm abſens. ex doctrina Bart. in l. furioſo. num. 6. ff. de reiud. Ant. in c. 1. de iud.

33 Citare poteſt iudex in loco vbi eſt deputatus per nuncium, aut ore proprio, aut per edictum, gl. ver. edicti. per text. ibi in L. 2. vbi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſt. & omnes. C. quomod. & quand. iud. & glo. verb. terminum. in c. conſuluit. de offic. iud. deleg. Iaſ. in l. 1. §. ſi iuſſerim. n. 3. ff. de acquirend. poſſ. extrà locum tamen, vbi fuerit deputatus, non poteſt citare contendẽtes, niſi de ipſorum conſenſu. l. ſi conuenerit, & l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. & c. ſtatutum. §. in illo. vbi Doct. de reſcript. lib. 6.

34 Citatus à iudice aquo appellauit ab interlocutoria, vt doceat de grauamine illato, non tenetur comparere coram illo, ſi tamen ſit citatus ad reuocationem interlocutoriæ cõparere tenetur, quia licet iudex non poſsit reuocare ſuam diffinitiuã, poteſt tamen reuocare ſuam interlocutoriã. c. ſi à iudice de appellat. lib. 6. & l. quod iuſsit. vbi Doct. ff. de reiud. & dicam infra ver. ſententia. §. 78. & 79.

35 Citari non debet ille, qui appellauit ab interlocutoria, quam iudex aquo fuit appellatum, non recepit, & receſsit ad alia, quæ poſtea iudex proceſſauit, quia ad illa tunc non requiritur noua citatio, ſed ſine illa poteſt iudex procedere in cauſa, donec fuerit inhibitus à iudice appellationis. c. 2. vbi Doct. de dolo, & contumac. lib. 6. & clem. vnica. vbi Ioan. And. Card. & alij. eodem. tit. quomodo tamen procedere poſſit iudex poſt appellationem ab interlocutoria. dixi ſupra. ver. appellatio. §. 8.

36 Citatus ad Curiam Romanam tenetur comparere, & ſi procurauerit, vt capiatur, ne ad illam accedat, habetur pro contumace, & proceditur contrà illum, non obſtante captura illa, clem. 2. vbi gl. ver. procurauit. & Doct. de pœn.

37 Citatus ad locum non tutum venire nõ tenetur, nec habetur pro contumace. c. ex parte. 47. vbi notant omnes. de appellat. & c. venerabilibus. §. & hoc ipſum. vbi gl. ver. tutum. & Ioan. Andr. de ſent. excommunicat. lib. 6. & c. cum R. de offic. iud. deleg. & c. ſtatuimus. de offi. iud. deleg. d. lib. 6. Bart. in l. recuſare. §. ſi quis alio. n. 1. ff. ad treb.

38 Citatus tamẽ, vt compareat in loco, vbi peſtis gracatur, tenetur comparere, ſi ibi communiter ius partibus exercetur, aliter námq; non tenetur venire, vbi eſt mala aeris corruptio. gl. ver. vel alias. in clemẽt. quandiu. de appellat. & Abb. in c. cum dilecti. n. 16. de dolo, & cont. glo. ver. morari. per tex. ibi. in c. ad ſupplicationem, de renunciat. Bart. in l. recuſare. §. ſi quis alio. n. 4. ff. ad treb.

39 Citatus in cauſa ardua, ſi delonginquo vocetur pro publica vtilitate, & nõ potuit intra terminum deliberare, non cogitur reſpondere in termino, ſed habebit nouas inducias. c. expoſuit. de dilat. ſi tamen nõ potuit venire, debuit deſtinare nuncium, ad allegandam excuſationem. c. querelam. vbi Doct. de procurat. & glo. ver. perſonaliter. in c. fin. de maiorit. & obed.

40 Citatus ad iudicium, ſi non compareat, per ſe, aut per ſuum procuratorem, proceditur contra illum in cauſa, vbi non requiritur litis conteſtatio, quoniã vbi litis cõteſtatio requiritur, proceditur admiſsionẽ in poſſeſsionem, ſed praxis eſt, in foro Eccleſiaſtico, vt ſi citatus non veniat ad cõteſtandam litem, excommunicetur, & non abſoluatur, donec veniat conteſtare litem, quòd noſtra lingua Luſitania dicitur. ***Paſſarlhe reueria.*** vt eſt text. in c. fin. de eo. qui mitt. in poſſ. & c. venerabilibus. §. porro. de ſentent. excommunicat. lib. 6. & c. bonæ. de ætat. & qualit. in foro tamen ſeculari proceditur contra reum contumacem, vſq; ad finem litis. ord. lib. 3. tit. 12.

41 Citatus, vt perſonaliter compareat, non ſufficit mittere procuratorem, ſi cauſa eſt criminalis, aut quando præſentia citati eſt neceſſaria pro veritate dicenda, eò quòd melius erit inſtructus, & cauſæ expeditio hoc exigat, aliter enim ſufficit in cauſa ciuili mittere procuratorem, bene inſtructum, niſi iudex, qui citare iuſsit, ſit delegatus, qui non poteſt iubere alter vtram partem coram ſe perſonaliter comparere, vt eſt text. in c. 1. vbi Doct. de iud. lib. 6. attamen etiam iudex delegatus poterit iubere aliquam partem coram ſe cõparere, ſi neceſsitas cauſæ illud expoſcat, vt tenet glo. ver. perſonaliter. in c. fin de maior. & obed. & ita in ordinario, ſi in iudicio eſſet neceſſaria aliqua interrogatio, de qua dominus melius ſciret veritatem, quàm procurator.

tunc

Digitized by Google

tunc enim poſſet iudex iubere, vt dominus perſonaliter veniret, l.ſi actor.vbi Bar. n.3. ff. de procurat. aliter enim etiam citetur quis cum clauſula, vt perſonaliter cõpareat. ſufficit in cauſa ciuili mittere procuratorem bene inſtructum, l.fin.vbi Bart. Bald. Aug. Paul.de Caſtr. Alex. Iaſ.& omnes C.de procurat. Ang in d.l.ſi actor.ff.de procurat. Abb. in c. in pertractandis, n. 5. de iurament.calum. Ioan. And. in c. fin. eodem titul.

42 Citatus poſt miſsionem Nuncij ad Papam poteſt appellare ne delegatus procedat in cauſa ſibi cõmiſſa poſt Nuncij miſſionem, ſi tamen poſt citationem miſſus fuit Nuncius non tenetur iudex delegatus illi apellationi deferre, c.ad hoc. 30. vbi Doct.de appellat.

43 Citationis edictum emanans à iudice delegato, debet continere tenorem reſcripti, per quod iudex delegatus cognoſcit de cauſa, vt reus illo tenore reſcripti viſu, in litteris citatorijs deliberare poſsit, c.præterea, vbi Doctor.de dilat. Bart. Alex. Iaſ. & alij in l.ex quacunq;.ff. ſi quis in ius vocat. & dixi ſupra.§.12. ſolent tamen non nulli Iudices iubere Notario, vt tranſcribat reſcriptum in actis, & proprium mittat cum litteris citatorijs, & inhibitorijs, & compulſorijs, vt per illud cognoſcatur de iuriſdictione ipſius iudicis delegati, & hæc praxis bona mihi videtur, vt expenſis miſerorum litigantium parcatur.

44 Citatio eſt facienda ante teſtium receptionem, licet pars fuiſſet citata ad totam cauſam in principialitis, quoniam articulus receptionis teſtium, non comprehenditur in citatione ad cauſam principalem, vnde ſi omittatur citatio ad teſtium receptionem, talis receptio erit nulla, & nullius firmitatis. c.in nomine Domini, vbi Doctor.de teſt. l.ſi quando vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr.& omnes.C.de teſt. ſi tamen aliquis pateretur aliquod damnum, furtũ, ſeù aliquem caſum, in aliquo loco poteſt ibi facere teſtes examinari de caſu illo, & talis examinatio facit plenam fidem corã iudice competente ſine aliqua citatione partis, l.2.vbi Bart.n.3.C. de Naufrag. lib. 11 Alex.in l.diæ.§.præter.ff. de damn. infect.& Luc.depen.in.d.l.2.

45 Citatio ſemper requiritur quando producitur aliquod inſtrumentum, coram iudice, vt pars illud recognoſcat, aut ad aliquam quantitatem, illius liquidandam, aut quando adducitur in vim probationis, niſi producererur tantum ad iudicis inſtructionem, quia tunc partis citatio non requiritur, c.chartæ.3.quæſt.9. Bald.in l. ſi quando in fin.C.de teſtib.& in l.iudices, nut.3. C.de fid.inſtr.& in l.ſi qua per calumniam verſ.ſed pone.C.de Epiſc.& cleric. Iaſ. in l.1.n.11.C.quãd.libell.princip. Lud.Rom. conſil. 186.col. fin.

46 Citatio vocatoria cum peremptoria nõ debet eſſe nimis breuis, & iudex ſi exiſtimauerit, quòd ſit neceſſarium ſtatuere terminum nimis breuem, debet exprimere cauſam in citatione. c.tunc ex litteris, §. fin. de in integ.& c.1.vbi glo. fin.& Doct de dilat.

47 Citatio vbi primum ad partem peruenit, facit, vt dicatur lis pẽdere, clem.2. vbi glo.1.Zabarell. Imol.& omnes, vt lit.pend. c. gratum de offic.iud.deleg.ita. vt per illam citationem iuriſdictio perpetuetur, & nihil innouari poſsit.d.c.gratum, vbi cõmuniter Doct.de offic.iud.deleg.& per totum, vt lite pend.

48 Citationes publice factæ extra die ſolemnes demandato Summi Pontificis in audientia per litteras fixas in Ianuis maioris Eccleſiæ loci, artant citatum, ac ſi perſonaliter ad illum citatio deueniſſet extrauag.vnica, vbi Doct.de dolo, & cont.inter communes.

49 Citatio facta in Eccleſia dum diuina officia celebrantur non valet, ſi tamen citandus de ambulet in Eccleſia, aut ſedeat, ibi tempore, quo diuina officia non celebrantur poteſt ſimpliciter citari, vt compareat coram iudice alia hora, die ſeù tẽpore, cum tamen iudex non dederit, ibi præceptum citandi, ſed fiat ibi citatio. tãquàm aliquis actus extra iudicialis, c. decet, vbi gloſ. ver. proceſſus, de immunit. Eccleſiarum lib.6.& l.2.vbi Doct. ff. de in ius vocand. Bart.in l. plerique, n.8.ff. eodem tit.& in l.præſenti, n.3.C. de his, qui ad Eccleſ. confug dum modo non citetur ad caſum pęnæ mortis, ſeù membri motilationis, vt tenet Abb.in c.inter alia, nu. 8. de immunit. Eccleſ. c. reum, vbi gloſſ. & Arch. 17.q.3. Valaſc.conſult.81. n.4.

50 Citatio eſt facienda in executione ſententiæ, ſi in illa continetur genus, aut quãtitas, aut certa ſpecies, quæ non ſit apud debitorem, aut ſi executio ſit facienda in alijs bonis, pręter illa, quæ in ſententia cõtinentur, ſi vero executio ſit faciẽda in re,

aut

Digitized by Google

aut in ſpecie, quæ in ſententia continetur, non eſt neceſſaria noua citatio, niſi fieret executio contra ſucceſſorem condemnati, aut per iudicem ſucceſſorē in officio, aut quando fit executio per ſententiam, a qua pars appellauit, & nō fuit ſecutus appellationem, & tūc appellatio fuit deſerta quia tunc in quacumq; re, aut quocumq; modo fiat executio ſemper pars eſt citanda, vt tenet Bart. in l. adiuopio. §. in venditione, à n. 4. ff de reiud. & Bald. in l. ſi contra. c. de appellat. & Abb. in c. ex tenore. n. 14. de appellat. Alex. in d. §. in venditione. Dec. conſil. 97. col. 2. Marant. de ord. iud. 6. p. §. de execut. ſent. à n. 16.

51 Citatio mulieris non requiritur de iure cōmuni in bonis immobilibus ad captionem pignoris, nec ad eius ſubhaſtationē, per doctrinā Bar. in l. alio. n. 16. ff. de olim. leg Iaſ. in l. 1. n. 16. C. de iud. Afflict. deciſ. 358. n. 4. Nicuſan. in tractu. de pigni. fol. 152. Cæſar Vrſ. dec. c. 358. num. 5. nec viri, quòd in mero actu executionis non requiritur citatio partis, vt tenet calcaneus. in conſil. 16. n. 35. facit doctrina Bart. vbi ſupra, & Innocēt. in c. ex tenore de appellat. ſed tamen requiritur in additionem faciēdam, quæ eſt vltimus actus (quod lingua noſtra Luſitania dicitur arrematação) quia tunc agitur de translatione dominij, vt notāt Doct. in l. creditor. C. de diſtract. Pign. & tenet Marant. de ord. iud. 6. p. §. de execut. ſentent. n. 19. Gam. deciſ. 203. n. 2. & ita eſt cautum in muliere, quando vir. eius fuerit condemnatus, per ord. lib. 3. tit. 86. §. 27. non autem in viro, nec quando aliqua perſona homo, aut mulier, quæ non eſt vxorata fuerit condēnata. & bona illius immobilia fuerint pignori capta, ſeù ſubhaſtationi poſita, quia citatio eſt facienda ad captionem pignoris tantum, & non in additionem pignoris, per d. ord. lib. 3. tit. 86. in prin.

Citari non poteſt mulier ante nouē dies
52 ab obitu viri ſui, aut maritus ab obitu vxoris, ſeù filius à morte parentis, aut hæres à morte defuncti. l. interdum, vbi Doct. ff. de iud. & authent. ſed neq; C de ſepulchr. viol. & ita in morte fratris, & innubētibus. l. 2. vbi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. ff. de in ius vocand. auth. vt cum de appellat. cogn. §. hæc autem verſ. me minimus. coll. 8.

Citari nō poteſt pater, aut mater à filio
53 ſine venia, nec patronus à liberto, nec aſcendens, à deſcendente, tàm à parentibus, quàm à patronis, nec ſocer a nuru, dum inter eos durat affinitas, nec vitricus, à filiaſtro, dum etiam inter eos durat affinitas, vt ita dicamus, nec pater adoptiuus à filio adoptato, dum tempus adoptionis durat. §. omnium, vbi Doct. inſt. de pœn. temer. litig. & l. quiq; §. prætor ait. & l. parentes. & l. adoptiuum. ff. de in ius vocandi. & §. pœnales, vbi glo. verb. in ius. inſt. de act. & ord. lib. 3. tit. 9. §. 1. & 2.

54 Citatio vxoris non requiritur quando agitur de ſpolio cōtra virum, qui ſine vxore aliquem ſua poſſeſsione ſpoliauit, quoniam hæc actio ſpolij eſt perſonalis ex facto, & dirigitur tātum in perſonam ſpoliantem, l. actionum genera. §. ex facto. ff. de act. & obligat. & §. omniū autem, actionū, vbi gl. ver. nullo iure inſt. de act. Abb. in c. accedens. numer. 17. vt lit. non conteſt.

55 Citatio non requiritur ad reſtituendū deturbatum de tentione ſua, quia nemo poteſt in auditus depelli. de poſſeſsione ſua. c. 1. vbi Doct. de cauſa poſſ. & propr. & c. in litteris. de reſt. ſpoliat. & l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iul. de vi publ. imo debet ſine citatione reſtitui, ea celeritate, qua fuit ſpoliatus Bald. Alex. Iaſ. n. 10. & alij. in l. ſi pacto. C. de pact. idem Alex. cōſil. 5. lib. 2. Roman. ſingul. 766. & conſi. 222. Innocēt. in c. querelam. n. 6. de elect. Menoch. 2. tom. quæſt. c. 11. n. 13. Franc. in c. ad decimas. n. 6. de reſt. ſpoliat. lib. 6. Valaſc. conſult. 191. num. 5. Gaſtill. in l. 45. Tauri. col. 2.

56 Citatio contra legem facta non valet. c. in nomine Domini. vbi Doct. de teſtib. & c. vides. 10. diſt. & c. Imperiali. 25. quæſt. 2. & l. non dubium. C. de legib. Abb. in c. nō liceat. n. 7. de cler. nō reſid. & quibus caſibus non valeat citatio. eſt gl. ver. cōueniri. in c. ſi Epiſcopus. 3. q. 2.

Verbo Ciuitas.

1 CIuitas eſt ciuium cætus iure ſociatus, vt diffinit Cicero. in Sōmo Scipionis, Iſidor. lib. 5. Etymolog. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum. 111. n. 14. & ciuitatis appellatione, in ſtricta materia comprehēditur illud, quod eſt intrà mænia, niſi quādo fieret fraus præcepto, ſi tantum intrà

mœnia ſecuntur, in materia autem lata ſeu ſtabili, comprehenduntur, etiam ſuburbana.c.ſi ciuitas de ſent.excõr.lib.6. l.1 5.cum vrbem.vbi Doct.ff.de offic.præfect.vrb.& l.vrbis.ff.de verb.ſign. Abb. in c.Rodulphus.de reſcript.

2 Ciuitas non ſolum dicitur,à Sede Epiſcopali,ſed etiam à temporibus gentilium pro maioribus negocijs exercendis dicebatur. c.vrbes.& c. Epiſcopi. 80.diſt.& gl. ver.ciuitas. in extrauag. Ioan.22.depræb. col.46.& gl.ver.ciuitas.in extraug.1.Ioã. 22.de conceſ.præb.Abb.in c.1.n.1.de priuileg. regulariter tamen non reputatur ciuitas, niſi vbi eſt Sedes Epiſcopalis,vt tenet Abb.in d.c.1.d.n.1. de priuileg.Iaſ.in l.hæres.§. vicis.n.4. ff.deleg.1.

3 Ciuitas poteſt erigi,& extingui, aut diuidi à Summo Pontifice,vel à principe,& ſine eius licentia,& indulgentia nõ poteſt ciuitas conſtitui,quãuis mœnia illius reædificari poſsint d.extrauagan.1.Ioan.22.de conceſſ.præb.Abb in c.1.n.2.de priuil.

4 Ciuitas, ſeu vniuerſitas,Collegium,vel Capitulũ poteſt delinquere,& puniri pro delicto,vt tenet Abb.in l.ſi quis in tantam. col.1.verſ.quidam dicunt. C.vnde vi, Paris conſi.21.n.30.lib.4.Gerip.cõſi.23.n.12 Merg conſil.14.n.3.Iul.Clar.lib.5.§.fin.q. 16.n 7.Bart.in l.aut facta §.non nunquã. n.4. ff.de pœn.& punitur ciuiliter,& criminaliter pro arbitrio iudicantis,vt tenet Bart in d.l. aut facta. d.§.non nunquam.n. 5. ff.de pœn. rectores tamen ſeu gubernatores illius ciuitatis,collegij, aut vniuerſitatis,qui conſilium,& mandatũ dederunt, debent puniri, tãquam particulares,& ſingulares, quia ipſi re vera culpabiles ſunt licet communi nomine deliquiſſent,vt tenet Ant.Gom.c.1.delict. n.54. Iul.Clar.d. §.fin.quæſt.16. n 9. ſi autem omnes de ciuitate, ſeu collegio, aut maior pars. illorũ delinquant,ſine conuocatione publici cõſilij,tunc non punitur ipſa ciuitas,ſeu collegium,ſed puniuntur illi,qui deliquerũt, tanquàm ſinguli, vt tenet Marian. in rep. c.qualiter. & quando. n.43.de accuſat.Iul. Clar.d.§. fin.quæſt.16.n.8. Geripard.conſil.1.n.26.

5 Ciuitas, vniuerſitas,collegium,ſeu capitulum excommunicari non poteſt, cum non ſit perſona animata, quamuis ſinguli de ciuitate, collegio, ſeu capitulo, poſsint excommunicari, c. Romana. §.vniuerſitatem, vbi Doct.de ſentẽt.excommunicat.c. ſignificauerint, de except. Abb. in c. P.& G. n.4. de offic. delegat. & in c. cum tu.n. 1.de teſtib.&Card,& Alex.in c.Epiſcopus, qui mancipium.12.q.2.Nau inManu.c.27. n.13.Iul.Clar. lib.5. §. fin. quæſt.60. n.30. poteſt tamen ciuitas, vniuerſitas,collegiũ, ſeu capitulum ſubponi interdicto.c.ſi ſententia.vbi Doct.de ſent.excõt.lib.6.

Verbo clauſula.

1 Clauſula eſt alicuius dubij concluſio, vt iudex cognoſcat mentẽ concedentis,ſeu contrahentium,& melius determinet præcedentia, ſeu ſequentia, prout in clauſula continetur facit.tex.in l.quiſquis mihi. ff.deleg.3. & l.filium. ff. quand. dies legat.ced. aliquando enim ſequentia præſtant intellectum antecedentibus,& è contra.l. ſi cum fundum. ibi. gl.ver.inferiore. ff.de verb.ſign. Bald.in l.domum.col.1. in fin. C.de rei vind.

2 Clauſula appellatione remota,poſita in reſcripto,quæ à Sũmo Pontifice,ſeu principe apponi poteſt in cauſæ delegatione, ſemper intelligitur de appellatione iniuſta, friuola,& fruſtratoria,& non de iuſta,& grauante, c.paſtoralis,vbi Doct.& c.vt debitus. de appellat. & c. ſuper eo, de offic. deleg. & c.licet. vbi Abb.n.2. Bald.& alij. de offic.iud.ord.gl.ver.ab eo prouocare.& ibi Bart.in §.interdum. n.1. ff. aquib. appellar.non licet. ſpecul. in tit.de appellat. §. in quibus.n.34. Bald. in c. paſtoralis.§. fin.de offic.iud.deleg. Iaſ.in l.ſi quis.§.ſi is pro quo. n.4. ff.quod quiſq; iur.Ang. in l. fin.C.de iuriſd.omnium iud.

3 Clauſula enim appoſita in reſcripto,nulla exceptione obſtante,intelligitur de friuola,& non de exceptione releuante,& rationabili,vt tenet gl.ver.nullæ,in c.ex parte 2.vbi Abb.n.5.de offic.& poteſt iud.deleg.Iaſ.in d.l. ſi quis. d.§. ſi is pro quo. n. 4. ff.quod quiſq; iuris.Bart.in l.1.§.interdum.n.5.ff a quib.appellar.non licet.

4 Clauſula non obſtante, alia quacumq; prouiſione, ſeu alia collatione,vel recuſatione in reſcripto à Papa,ſeu principe cõceſſo ſemper intelligitur de iniuſta, prouiſione, collatione, vel recuſatione, non autem de iuſta, & rationabili. c.paſtoralis, vbi Doct.de appellat.gl.ver.ab eo.in l.1.§. interdum.ff aquib. appell.non licet,Iaſ.in l.apertiſsimi. n.17. C. de iud.& in l.ſi mihi. §.

Digitized by Google

hi. §. fin. n.16 in 2.lect. ff.delegat.1.Ant. de Butr.Compoſtellan. & alij in c.cauſam quæ.de elect.Dec.conſi.510.n.23.& conſi. 588.n.19 Afflict.dec.334.n.5.

5 Clauſula non obſtante quocumq; priuilegio,non intelligitur derogatum,priuilegium, quod eſt incluſum in corpore iuris, quoniã de illo eſt neceſſaria facta expreſſa mẽtio,vt colligitur ex auth.qua in prouincia,vbi Bart.n.1.& oẽs.C vbi de crim.agi oport idem Bart.in l.hæres abſens.n.1.ff. de iud.& in l.2.§. legatis. n.5.ff.eodem. & in extrauag.ad reprimend.verſ.non obſtãtibus. Ant.de Butr.in c.fin. col.4. verſ.ſed eſt dubium de for Comp Ioan.Andr.in c. ei cui.depræb.lib.6 Paul.deCaſt.in l.1.deleg Iaſ.in l.cum antiquis.n 6.C.de in offi. teſtam.Fel.in c.nõ nulli.n.26.de reſcript.

6 Clauſula non obſtante quacumq; præſcriptione,non excludit præſcriptionẽ immemorialem, & de cuius inicio non extat memoria colligitur ex notatis in c.1. de præſcript. lib 6. Bald.in auth. quas actiones.C.de Sacro Sanct. Eccleſi Ang in l.1. C.ne rei Dominic. idem Angel.in auth.vt de cætero.commut Eccleſiaſt.rer.§.de cætero.coll 5. Lud.Rom in l.1 ff de vſucap. Bertr.conſil.98 n.12.lib.1.& Curt.Iun.cõſil.158.n 12. Caſſan.in conſuet.Burg Rubr.19.§.1. Afflict.dec.254.n.5.Cæſar.Vrſ. deciſ.254.n 7. clauſula vero.non obſtante quacumq; conſuetudine poſita in lege,vel ſtatuto intelligitur tàm de præterita,quam futura.

7 Clauſula poſita in procuratione, puta, omnia ab illo meo procuratore, firma, & rata habebo, ſaluis exceptionibus, operatur,vt conſtituens poſsit opponere omnes exceptiones ab illo omiſſas,dum aliter à iure non cadat. c. expoſuit. vbi gl. verb. ſaluis,& Abb.n.13.de dilat.& l.ſi debitor. §.1. ff.quib.mod.Pign.vel Hip.ſolu.

8 Clauſula omni meliori modo, aut via, vel forma adiecta in contractu, teſtamento, donatione, ſeù libello,operatur,vt teſtamentum, valeat. ſicut codicillus, ſi non poteſt volere, vt teſtamentum, & contractus valeat in illo,quod de iure valere poteſt,quamuis a'ijs verbis non exprimatur, à contrahentibus, & quamuis alia in valida contineat, & donatio facta de omnibus bonis præſentibus,& futuris,valeat in præſentibus, & libellus, ſeù exceptio continens plures actiones, alias aptas, & alias ineptas ſubſtineatur inaptis,& in caſu dubio interpretatur quomodo fauorabilior ſit libellantis actio,itaq; hæc clauſula eſt remediũ a lapta conſeruanda,& inepta rejicienda,& ſtirpenda.Abb.in c.cum dilectus. n.52. de ord. cogn.& in c.vnico. n.22.de dilat.& Iaſ in l. naturaliter.§.nihil commune, n.191. ff.de acquirend. poſſ. & in l.petens. n.6.C.depact.Ant.de Butr. in c.litteræ. dedilat.& in c.examina a de iud. Alex. conſil.7.col.3. verſ.hoc etiam.lib.3. Fel.in c.cum ſic per. n.11.de offic.iud.deleg Bart. Alex.de Imol. in auth. ex cauſa. C. de liber.præter. Alex conſil.176.lib.5. Hoſt. in ſumma.titul.de teſtam.§.qualiter. Afflict.dec.144.n.1.Curt.Iun.conſil.30. & 164. lib.1.& Socin.conſil.175.n.4.libr.2. Rain.couſil.11.n.4. lib.2. Hippol. ſingul. 36.Gram. conſil.70. itaq; clauſula,hæc eſt tanquàm herba betonica, quæ in omnibus prodeſt,vt inquit d.Gram.conſil.58. lib.1. Cæſar.Vrſeul.deciſ.144.à n.2.

9 Clauſula tamen, prout melius de iure valere poteſt,non facit valere negocium, quod aliàs de iure nõ valebat. c.vnico.vbi Doct.de poſtulat.prælat.lib.6.Abb.in c.cũ dilectus.n.52.de or.cogn.

10 Clauſula non aſtringens ſe,niſi ad neceſſaria tantùm,etiam operatur, vt nõ teneatur libellans qualificationẽ deductam in articulis probare, vt tenet Bart.in l.diuus. n.6.ff.de reiud.& ibi Ang Imol.Iaſ.& alij, Ioan. Andr. & Abb. in c.licet cauſam. de probat. idem.Abb.in c.2. n 8. de reſcript. Bart. in l.circa. n.3. ff. deprobat. Bald.in l. propter litem. §.1.ff. de execut.tut.& in l. certi conditio.§.quoniam. ff. de reb.cred. Angel.in l.edicta C de edend.Alex.conſil. 6. col.8 verſ.tertio.reſpondeo.& verſ. nec eſt neceſſe.lib.3.Paul.de Caſtr.conſil.405. col.1. lib.2.

11 Clauſula,& proteſtatur pro expenſis,aut petit iuſtitiam cum expenſis, operatur,vt iudex omnino teneatur condemnare victũ victori in expenſis,quod aliàs non teneretur,quamuis poſſet,ſi non fuiſſet petitum. vt tenet Bart.in l.præperandum.§ fin.autẽ alter vtra.n.5. C.de iud.vbi etiam Bald. & alij. item.Bart.n 9.& alij in l.4.§.hoc autẽ iudicium. ff.de damn.infact.

12 Clauſula, peto omnibus mihi iuſtitiam miniſtri, operatur,vt conſeruetur proceſſus, in eo, quod poteſt ex illo concludi ex ſua materia, licet libellans aliud expreſſe non dicat,vt tenet Abb.in c.2.num.52. de ord.cogn.& ibi notant omnes. Valaſ.con-

Digitized by Google

ſult.119.n.15. & clauſula hæc ſaluat libellum ab omni inpritudine. Abb.in c.paſtorali s.n.2.de cauſa poſſ. & prop.Alex.cōſil.121.col.pen.lib.1.& conſi.96.à n.5.lib.5.Aret.in l.Pannonius.§. rei. n.8.ff.de acquirend.hęred. Angel.in Rubr.n.30.de except. Iaſ. in §.omnium,n.147.inſt.de act. Corn.conſil.302.& conſi.305. lib.3.Ruin. conſil.54. n.8. lib.4. Dec.conſil.62. n.2. & conſil.445.n.22.Gam.deciſ.300.n.3.& Rubert.Mar.de ord.iud.6.p.§.de libell.oblat. n.15.Vancius.de nullit.tit.ex defect.iuris. ord.Valaſ.de iure Emph.q.6.n.15.

13 Clauſula, vt propria authoritate poſsit capere bona,operatur,vt ille,cui authoritas illa eſt conceſſa, poſsit apprehendere bona illa, & conſequi poſſeſsionem illorum, ſine alia partes citatione, & ſine alio inſtrumento notarij,nec authoritate iudicis, facit text.in l.1.§. ſi iuſſerim. ff.de acquirend. poſſ.& facit doctrina Bart.in l.1. §.quod de frumentaria.ff.de adminiſtr.rerum.ad ciuit.pert.Afflict.deciſ.278. numero.6.

14 Clauſula,quòd venditor ſe conſtituit in poſſeſsione rei venditæ, tanquàm colonus inquilinus,dum emptor poſſeſsionem nō apprehendit, operatur,vt primus emptor præferatur ſecundo, quamuis aliter non poſsideat,& venditor ſecūdo emptori tradat actualiter rem, quoniā per illum actū fictum in prima venditione trāsfertur dominium,& poſſeſsio,ſicut ſi vere, & realiter tradita fuiſſet, ita, vt ille primus emptor poſſet intentare actionem rei vindicationis contra venditorem,ſi rem venditam illi non tradediſſet, aut contra aliam poſſeſſorem,ſi ille venditor tempore venditionis poſsidebat,l.certe. ff. de præcar, & glo.ver.conſtituantur,vbi Bart. nu.6. & 10.& Iaſ.n.12.& cōmunis in l.ab emptione.ff.de pact. gloſ. verb. coſtudiantur, in auth.ſacramenta pub.c.ſi aduerſ.vend.vbi Doctor.& Iaſ.in l. quoties.n.14. C. de rei vind.Afflict.deciſ.40.n.15. & eſt text. in l. quod meo.ff.de acquirēd.poſſ.& in l.quædam mulier.ff.de rei vind.

15 Clauſula appoſita in inſtrumento venditionis ab emphiteutica, ſeù a vaſallo, quòd vendit ſaluo iure Domini, & non aliter nec alio modo,aut quòd vendit ea cōditione,vt placeat Domino,& non aliter, nec alio modo,operatur,vt nō cadat a iure ſuo,quamuis irriquiſito conſenſu Domini vendat rem emphiteuticam,ſeù feudalem,& illam tradat,arg. text. in l.ſi quidem.C.de except.& in l.item labeo.§. 1.ff. familierc. & in l. ſi locuplex, ff. de manu miſſ.teſt.Bald.in c.3. §. fin.in vlt. col. quæ fuit prima cauſ.benef.amitt. in vſib. feud. cæp.caut.12.& Iaſ.in l.fin.n.142.C. de iure emph.addit Abb.in c.potuit.de locat.& eſt communis.

16 Clauſula appoſita in inſtrumēto,vel procuratione ad renunciandum beneficio, vt veniat titio,cum reſeruatione alicuius pēſionis,cum bene placito ſummi Pontificis & aliter non,nec alio modo, operatur, vt vterq; liberetur a ſimonia, & collatio, ſeù gratia nō valeat,niſi ſit facta ipſi titio,quia tunc nihil videtur actum fore,ſi aliter fiat Iaſ.in l.fin.nu.142. C.de iure emph.Nau. in manu. cap.23. num.107. verſ. ad decimum.

17 Clauſula & alij,poſita in reſcripto, aut teſtamento,vel in alijs contractibus, comprehendit ſimiles, & inferiores eiuſdem ſpeciei,quàm illi,qui numeratur, videlicet, quando impetratur reſcriptum iuſtitiæ contra titium,& alias,poſſunt tunc ſuper illa re,conueniri hæredes, illius titij, & alij ſimiles,& inferiores non vero maiores,& digniores quemadmodum vbi cauſa ſpeciatim committitur,& adijcitur clauſula generalis, & ſuper alijs, vel non nullis alijs cauſis includuntur ſub illa clauſula res ſimiles, & inferiores, non tamen maiores,& digniores illa expreſſa,c.Sedes Apoſtolica,& ibi gl.verb. maiores Abb. & omnes de reſcript. idem Abb. in c. Redulphus. n.2.eodem. tit.& gl.ver. ſpeciale. in in c.fin. de procurat. libr.6. & glo. verbo. grauiora. in clement.2. de procurat. And. Cicul. numer.32. Fel.numer.3. in d.c.Sedes Bart. in l. ſed, & ſi quis.§. quæ ſitum. numer.2. ff. ſi quis caut. Iaſ. in l.ſi conuenerit. numer.44. ff.de iuriſdict. omnium iud.Mand.in 2.forma conceſſ.verbo.omneſque alias. quæſt. 2. & Euerard. in l.vltim.§.fin. ff.de trit. vino.& oleo. leg. Paris. conſil.110. num.97. lib.1. Afflict. lib. 1.conſt.Rubric.8. n.68.& 70.Valaſ.de iure Emph.quæſt.27.n.34.in fin.Guter. de iurament.1.p.c.24.n.6.

18 Clauſula tamen illa,& quidam alij,non extenditur ad infinitum,imo per virtutem illius non poſſunt conueniri,niſi tres, aut quatuor, quorum nomina impetrator tenetur exprimere in primo citatorio, vt eſt text. in c.cum in multis,vbi Ioan.Andr. Do-

Digitized by Google

dr. Dominic. Phelip. & omnes. de reſcript. lib. 6. & ita in litteris delegati, vel alterius prælati inferioris, vt tenet ſpecul. in titul. de citat. §. 1. num. 8. niſi lis fuiſſet agitata, ſuper re indiuiſa, aut quando vltrà illos quatuor, alij haberent ius in re, quia tunc omnes poterunt rem ſuam agere, & defendere, vt notat gl. communiter approbata, in d. c. cum in multis, verb. vel quatuor, & ibi Doct. de reſcript. lib. 6.

19 Clauſula appoſita in inſtrumento procurationis, aduerſus titium, & quoſdam alios, & in tali cauſa, & alijs, comprehendit perſonas maiores, & digniores, ipſo titio, & res maiores, & grauiores. dum tamen non requirant ſpeciale mandatum, vt tenet gl. & etiam communiter approbata in clem. 2. verb. grauiora. & ibi Doct. de procurat. & in noc. Abb. n. 7. Imol. n. 6. Dec. n. 7. ſicul. n. 145. & n. 160. & omnes. in d. C. ſedes. de reſcript. Arch. Dec. & alij in c. 2. eodem. titul.

20 Clauſula caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum, & omnem alium cõtractum, eſt ſuperflua, in illo, quod pendet à voluntate contrahentium, quia ſemper tacitè ineſt in vltimo teſtamento, vel in vltimo cõtractu. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis, vbi Bart. n. 3. Iaſ. n. 2. & omnes. ff. de leg. 1. & l. Sancimus. C. de teſtam. & l. pacta nouiſſima. vbi gl. verb. nouiſsima. & Doct. C. de pact. & gl. 1. in l. quoties vtriuſq; ff. de regul. iur. Bal. in l. fin. C. de ædit. D. Adr. Toll. ſi autẽ ſit clauſula derogatoria futuri contractus impedit actum ſequẽtem, niſi ſpecialiter prioris actus pęniteat vtrumq; cõtrahentem. d. gl. ver. nouiſsima. & ibi Bart. n. 3. & d. gl. 1. in d. l. quotiens. & Doct. in d. §. in legatis.

21 Clauſula codicillaris poſita in teſtamẽto operatur, vt ſi teſtamentum non poſsit valere, tanquàm teſtamentum, valeat tanquàm codicillus. & omnia legata, & fideicommiſſa ſuſtineantur. l. 1. vbi Bart. n. 3. & omnes. ff. de iure condicil. & l. fin. C. eodem. Alex. conſi. 26. n. 5. lib. 1. & conſi. 142. n. 4. lib. 2. Bald. conſil. 391. n. 4. lib. 3. Paris. conſil. 30. n. 11. lib. 3. Guill. in rep. c. Rainuncius. n. 242. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam. ver. donatione largitus. n. 273. C. de reuocand. donat. Iul. Clar. lib. 3. §. teſtamẽtum. quæſt. 46. n. 1. Gam. deciſs. 126. n. 3. & eſt cõmunis. vt tenet Bart. Paul. de Caſt. & Iaſ. in auth. ex cauſa. C. delib. præter.

22 Clauſula in fine inſtrumẽti poſita debet referri ad omnia capitula præcedentia, & ad vniuerſa. l. talis ſcriptura. §. fin. ff. de leg. 1. & c. ſecundo requiris. vbi Doct. de appellat. & l. fin. ff. de reb. cred. & Iaſ. in l. ſi idem cum eodem. §. ſi vna actio. num. 4. ff. de iuriſd. omnium iud. & in l. prædia. nu. 1. C. de fid. commiſſ. Abb. in c. cauſam, quæ numer. 5. de reſcript. Rip. in l. 1. num. 42. ff. de leg. 1. Valaſc. conſult. 133. num. 3. ſi tamen capitula inuicem ſunt contraria, clauſula in fine poſita non refertur ad omnia capitula præcedentia, nec ad vniuerſa. tunc enim refertur ad vltimum præcedens, niſi ſequeretur aliquod abſurdum, ſi ad vltimum præcedens referatur. quia tunc refertur ad aliud remotius, quod poteſt colligi ex materia ſubiecta, c. Eccleſia veſtra. 57. vbi Doctor. de elect. l. 1. §. hoc edicto, vbi Bart. n. 2. ff. de poſtuland. & gl. ver. eorum ſententia, in l. ſi idem. §. ſi vna actio. vbi Bart. n. 2. Iaſ. n. 4. ff. de iuriſd. omnium iud. Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. Alex. in conſil. 123. lib. 2. Aret. conſil. 1. verſ. ſecunda ratio, Aimon. conſil. 70. n. 10. & cõſil. 316. n. 14. Abb. conſil. 78. n. 2. lib. 2. Afflict. deciſs. 248. n. 12. Dec. conſil. 190. n. 8. Boer. deciſs. 146. & Cæſar. Vrſ. deciſs. 248. n. 15.

23 Clauſula appoſita in inſtrumẽto ad vnũ finem, ſeù ad vnum effectum, non poteſt trahi ad alium effectum. c. ad noſtram. vbi Doct. de appellat. & l. ſi duo rei. vbi Iaſ. n. 6. ff. de verb. obligat. facit. text. in c. 1. vbi Gem. de iure iurand. lib. 6. Card. in clem. 1. §. ad hoc. oppoſit. 3. de præb.

24 Clauſula appoſita in vna conditione, nõ cenſetur repetita in alia, quæ habet ſuam determinationẽ per ſe, c. cum dilecti. vbi Abb. n. 7. de donat. idem. Abb. in c. cauſam quæ, n. 5. de reſcript. ſpecul. in titul. de inſtr. edict. §. nunc autẽ, verſ. & notat, quòd ſi ex priuilegio. num. 8. & Bart. in l. talis ſcriptura. n. 3. & Iaſ. n. 37. ff. de leg. 1. Salicet. & Paul. de Caſtr. in l. 1. C. delib. præt. Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. Doctor. in c. ſecundo requiris. de appellat. Socin. conſi. 10. Afflict. deciſs. 248. num. 12. Aret. conſil. 1. verſ. ſecunda ratio. Dec. conſilio. 190. numer. 8. Cæſar. Vrſ. deciſsio. 248. numero 14.

25 Clauſula appoſita à debitore in inſtrumẽto debiti, quòd ſi certo die nõ ſoluerit, poſſit titius nomine ipſius debitoris citari, eſt valida, ſi ille titius cõſentiat, quia videtur procurator cõſtitutus, ad hoc, ex doctrina,

Bart.in l.ſolent.num.17 ff.de aliment.leg. Doct.in l.eum qui.C.de procurat. Valaſc. conſult. 144.n.1.

26 Clauſula, vt debitor non audiatur, niſi prius, deponat debitum principale, & expẽſas, aut aliquam pœnam in manu illius, cum quo contraxit, eſt valida, & obſeruanda, quia vnusquiſq; poteſt renunciare omni actioni, & exceptioni, vel legũ auxilio, & poſtea nõ habet recurſum ad illud, præcipuè quia clauſula illa nihil cõtra legem continet. l.iuris gentium.§.ait prætor.vbi Doct. ff. depact. & l.1.§. ſi conuenit. ff.depoſit.& l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædil. edict.& l.ſi quis in conſcribẽdo,C.depact. & c.fin.de crim.falſ.& c.ſi de terra.de priuileg.& gl.fin.in c.cum veniſſet, de teſtib. Afflict. deciſ.182.n.11.Valaſc.conſult.85. n.7.& de iure emph.quæſt.27.n.19. ſi tamen contractus principalis non tenet. & ipſo iure eſt nullus, nec clauſula illa valet, quia ſemper clauſula appoſita in contractu ſequitur naturam contractus principalis, & illi eſt acceſſoria, & quando principale non tenet, nec acceſſorium, c. & ſi neceſſe de donat.inter vir.&vx.& c.acceſſorium,vbi notant omnes.de regul.iur.lib. 6.& c.2. de noui op.& c.inter dilectos. de fid.inſtr.& c.2.vbi gl.2.& Doct. depræcar. & l.cum principalis.138.ff.de regul.iur.& l.eos qui. C.de vſur. & l.1. C.de cond. ob cauſ.dat. & c.cum inter. §.quiuis.de ſent. & reiud.Iaſ.in l.eius.§.quas vero.n.3.ff.de reb.cred. Dec.in d.l.cum principalis.n.3. ff.de regul.iur.gl.ver.Fauiana.in l.ſi patronus. §.1.ff.ſi quid in fraud. patronor.Bal. in l.1. col.5. C.de inoffic. teſt. Iaſ.in l.ſub prætextu. n.13. C.de tranſact.Valaſc.conſult.85.n.2.

27 Attamen in hoc puncto, hoc obſeruat praxis, & iura exponunt.videlicet ſi ex ipſa ſcriptura, aut alia authentica in continenti oblata, conſtat contractum principalem eſſe nullum ipſo iure, aut eſt notorium per euidentiam rei, eſt tunc reus audiendus ſine à certo depoſito, verbi gratia, Titius offert inſtrumentũ in quo Sempronius ſe obligauit ſoluere ipſi titio centum, & quòd nõ audiretur cum aliqua exceptione ad illud debitum nõ ſoluendum, niſi prius deponat illud debitũ, in manu ipſius titij, ſi vero tempore ſolutionis, aut prius, vel poſt, ille ſempronius offerat, exceptionem, aut contrariet libello actoris petentis debitum illud ſeù pœnam, dicẽs, quòd intendit probare contractum illius debiti fuiſſe nullũ ipſo iure, quia fuit vſurarius, aut ſuper penſione beneficij, vbi pater ipſius titij fuit prior, beneficiatus, ſeù Vicarius perpetuus, aut in contractu bonorum immobilium. à marito, ſine conſenſu vxoris, inito, & in ſimilibus, tunc nõ eſt ille ſempronius audiendus, niſi prius deponat debitum in manu illius titij, quoniã dum non conſtat contractum eſſe nullum ipſo iure, ſed per probationem veniendũ annullandum, tenetur ipſe ſempronius priusquam admittatur ad illam probationem, debitum de ponere in manu illius titij, ſi tamen per ipſam ſcripturam, ſeù inſtrumentum debiti, vel per aliud authenticum in continenti oblatum, aut per euidentiam rei conſtet quòd contractus principalis ſit vſurarius, vel à marito factus ſuper bonis immobilibus ſine conſenſu vxoris, aut per literas ipſius reſeruationis pẽſionis, ſeù alias ſimùl oblatas, cõſtet quòd ille contractus fuit ſuper penſione ſoluenda ex illo beneficio, vbi pater ipſius titij fuit beneficiatus, ſeù Vicarius perpetuus, aut alio modo conſtat, quòd ipſe cõtractus fuit ipſo iure nullus, erit tunc ſempronius ille audiendus ſine acerto depoſito, quoniam deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium. c.acceſſorium. vbi Doct.de regul.iur.lib.6. & l. item ſi eum. §. labeo. ff. quod metus cauſ. & l.labeo, vbi Bartol.ff. quemadmod. ſeruit. amitt.glo.ver.Fauiana.in l.ſi patronus. §.1. ff.ſi quid in fraud. patr.Abb.in c.2. n.4.de præcar. Iaſ.in l.ex teſtamento. C.de fid. commiſſ.& in l. ſub prætextu.n.13.C.de tranſact.Afflict.deciſ. 107.n.5. Valaſc.conſult.85.n.7.non debet enim illa fraus, & dolus titij, in non reuelando ſempronio nullitatem contractus, illi patrocinari, nec ex eo debet commodũ reportare, c. ex inſinuatione. de appellat. & c. ſicut tuis litteris, de ſim. & c.tuas. de vſur. & l.1.ff.de dol.

28 Exceptio illius clauſulæ, ne audiatur ſine acerto depoſito, eſt dilatoria, & debet opponi ante litis conteſtationem, poſtea vero opponi non poteſt.c.cum cauſam.de appellat. & c. inter monaſterium de ſent. & reiud.& l.qui procuratorem.ff.de procurat. & l. pen.& vltim. C. de except.& l. exceptionem, vbi Doct. C.de probat,& l. ita demum. C.de procurat.gl.ver. conteſtationem in l.Pomponius. §.rati habitionis. ff.eodem.

Clauſula

Digitized by Google

29 Clauſula hæc, vt non audiatur debitor, niſi prius deponat debitum in manu creditoris, non tranſit ad hæredem creditoris, niſi in cõtractu exprimatur, quia licet hæres vtatur iure, & vicibus defuncti. c. is qui in ius de regul. iuris. lib. 6. l. hæredem, & l. qui in ius. ff. de regul. iur. & gl. ver. ſed id dũtaxat. in l. interdum. ff. de minor. hoc procedit in iure reali, & nõ in iure perſonali, nec in obligatione perſonali, l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. & l. 1. §. ſi hæres præcepto fundo, vbi Bart. n. 1. ff. ad ſenat. conſult. treb. & l. fin. C. de hæred. vel act. vend. Dec. in l. qui in ius, dominium, ve. n. 3. ff. de regul. iur. quia pactum perſonale, non extẽditur ad hæredem. l. idem in duobus. §. perſonale, vbi communiter. Doct. & l. iuris gẽtium. §. pactorum, & l. qui in futurum. §. 1. vbi Bart. nu. 1. ff. de pact. & glo. vnica. vbi Abb. in c. fin. de pact. confidentia enim, quæ habetur ad vnam perſonam, non tranſit ad aliam. vt notat Abb. in c. fin. num. 4. de arb. quidquid contrarium, & male iudicatum fuiſſe referat Gam. deciſs. 369. n. 2. nec habet locum in exceptione nullitatis proceſſus, poſt ſententiam latam in cauſa principali, nec in hærede debitoris. dico. ver. pactum. §. 10.

30 Et certe debabant reges, & principes in ſuis monarchijs, prouidere ſuper illis duabus clauſulis, ſupra relatis, rei publicæ tam præiudicialibus, quoniam quàm plurimi, partim ignorantia, partim in cogitantia, partim deſiderio, & concupiſcentia adipiſcendi aliquid, & timore ne illud eis negetur, faciunt has clauſulas, & alias a iure exorbitantes, & Tabelliones illas inſcribunt, quamuis partes contrahentes non dicant, & poſtea per illas, aſtutia creditorum ſoluunt quod aliquando non debent, & perdunt omnia ſua bona, aut incarcerantur, & ibi fame pereunt, ſine remedio oſtendendi iura ſua, quibus liberentur ab onere ſoluẽdi. Sed omnino ſunt ſoluturi, & poſtea repetere contra. l. nemo vbi Dec. n. 1. ff. de regul. iur. & l. dolo. vbi Doctor. ff. de except. dol. & l. in condemnatione. §. dolo. ff. de regul. iur. & l. exceptione. C. de euict. & c. dolo. de regul. iur. lib. 6. & ſic ex vna lite oritur alia, quod iure non conſonat, l. ſi ſe nõ obtulit. §. ait prætor, vbi Doct. ff. de reiud. & glo. ver. ſuſcitantur in c. cõtingit de fid. inſtr. & glo. in c. cum aliquibus, vbi Abb. n. 12. de ſent. & reiud.

31 Clauſula conſueta apponi in inſtrumẽtis ſi forte a notario fuerit omiſſa habetur pro appoſita, l. quod ſi nolit. §. quia aſsid. vbi Doct. ff. de ædilit. edict. & l. fin. in fin. vbi Bal. C. de fid. iuſſ. Abb. in c. cum. M. n. 5. & Fel. n. 6. de cõſt. idem Fel. in c. 1. n. 10. vt lit. non conteſt. & in c. ex litteris, n. 12. de fid. inſtr. Bal. Imol. & alij in l. huiuſmodi. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. argentarius, n. 7. ff. de edend. & in l. certi conditio. §. ſi numnias, n. 7. ff. de reb. cred. & in l. liberis, a n. 7. C. de collat. & ſtut. Rub. in l. nõ ſolum. §. morte. n. 71. ff. de noui ope. nuncia. Socin. conſili. 191. lib. 3. Cou. ru. lib. 1. reſolut. c. 15. n. 9. Valaſ. conſult. 146. n. 3. & n. 15.

32 Clauſula conſueta apponi in diſpẽſatione legitimationis, videlicet, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, comprehẽdit tantum deſcendentes, ſeù aſcendentes, & non alias conſanguineus colaterales, ſeù tranſuerſales, quoniam, ſi trãſuerſales cõprehenderet, parum, aut nihil cõferret legitimatio, ipſi legitimato, vt tenet Alex. conſil. 51. lib. 2. & conſil. 187. lib. 5. & alibi, & Petr. de Anch. conſil. 153. Hieronimus Grat. conſil. 63. n. 23. lib. 1. Angel. cõſi. 263. Fel. poſt alius in c. cum olim. n. 17. de ſent. & reiud. Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ, ff. de lib. & poſthu. Gam. deciſ. 278. n. 4. & eſt cõmunes, quamuis cõtrariam teneat Dec. conſil. 338. n. 4. & 191. Capr. conſil. 157. & Socin. conſil. 95. & non nulli in d. l. Gallus, d. §. & quid ſi tantum.

33 Clauſulæ, quæ ſolent apponi in litteris Apoſtolicis, cõtinentur in extrauag. Ioan. 22. de ſent. excõm.

34 Clauſula vocatis vocandis importat, vt iudex cum illa clauſula datus obſeruet formam iudicialẽ, & tũc ſunt vocãdi omnes, quos negotium tangit, ex tex. in c. exhibita, vbi glo. ver. inquirerent. & Doct. de iud. facit tex. in regul. quod omnes tangit. de regul. iur. lib. 6.

Verbo Clericus.

1 CLericus dicitur miles celeſtis, c. Chriſtianis. 11. quæſt. 1. & c. reprehenſibile 23. q. 8. & in ſortem dei vocatus, deoq; dedicatus, c. clericus, & c. cui portio, & c. duo ſunt genera, & c. quia tua fraternitas, §. ſi quis, & c. ſcimus. 12. q. 1. & c. cum ſecundũ Apoſtolum de præb. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. & licet clericus ſit filius cuiuſcunque opificis, ſeù infimi plebei, quatenus eſt clericus, & Deo ſacrat⁹, eſt maior, & ſuperior militib⁹

ab officio horarum canonicarum,& de cō-
trario nullum eſt præceptum, nec officium
horarum habet aliquid ad officium miſſæ
neceſſarium facit text.in c. 1. de celebrat.
miſſ. Sot.in 4.diſt.13. quæſt.2.art.2. & libr.
10.de Iuſt.& Iur.quæſt. 5. art. 4. Ouand.d.
lib.4.ſent.diſt.13.prop.8.Bart.ab Ang.Dia-
log.5.§.240.nec conſuetudo per actus vo-
luntarias introducta poteſt contrarium o-
peccari,quia conſuetudo nō inducit ad pec-
catum mortale per actus,qui ſunt mere fa-
cultatis,vt tenet Abb.in c.ſuam nobis n.5.
deſim.licet contrarium teneat Nau. in ma-
nu.c.25.n.83.verſ.decimo octauo, & ſum-
miſtæ,ver.miſſa, & alij relati per Bart. ab
Ang.vbi ſuprà.

9 Clericus præsbiter non poteſt ſolus ce-
lebrare,ſed debet ſemper habere aliquem
miniſtrum,qui ei miniſtret, & reſpondeat
nomine Eccleſiæ,& totius populi,c. pro-
poſuiſti.vbi Doctor. de Fil. prebit.& c. vt
quiſq; de vita & honeſt.cler. & c.illud. 7.
quæſt.1.ſanct.Ant. in.3.p.tit.13.c.6.§.5 &
Ioan. de Lap.c. 5. art. 3.dubio .3. Silueſt.
ver. miſſa.1.§.2 Ang.ver.miſſa §.38. Bart.
ab Angel.Dialog.5.§.407.D Tho.3.p.q.13.
art.5.ad.12.reprobata,gio.ver.ipſe tertius,
in c.hoc quoq; de conſecrat.diſt.1.

10 Clericus tenetur celebrare in pane à ſi-
mo,& in vino de vitæ a thibita aqua, & in
altari cōſecrato, & in vaſe argenteo,ſeù au
reo & cū lumine,nāq; cleric⁹ celebrās ſine
lumine,aut ſiue aqua,vel in pane fermēta-
to,cum ſit clericus latinus,aut in vaſe lig-
neo,ſeù vitreo,aut ſine altari cōſecrato de
bet perpetuò deponi ab officio & benefi-
cio, c.litteras,vbi Abb. nu. 1.de celebrat.
miſſ. & c. Calix de conſecrat. diſt.1.ſum-
ma Ang.ver.miſſa,n.36. & licet d.c.litte-
ras non loqueretur de clerico celebrante
ſine altari conſecrato,tamen per idētita-
tem rationis punietur pœna illius capitu-
li,data malitia,vel nimia deſipentia, quid
quid dicat Card.in d.c.litteras, quæ tamē
pœna non habebit locum in clerico , qui
per ignorantiam aliquod ex his , quæ ſu-
pra diximus fecit,quia tunc punietur pro
arbitrio iudicis, conſiderata qualitate , &
modo delinquendi, vt reſoluunt Doct. in
d.c.litteras de celebrat. miſſ.

11 Præsbiter tenetur celebrare ſacris veſ-
tibus inductus,namq; ſi ſine caſula, aut a-
lijs ſacris veſtibus celebraret,eſt grauiſsi-
me puniendus,pro arbitrio iudicantis, fa-
cit tex.in c.Eccleſiaſtica.23. diſt.& notat.
Ignat.de Salzed.c.38.n.2,Gerip. conſi. 49.
num.26. & peccat.mortaliter Ricard.in 4.
ſent.diſt.13. art.3.quæſt.4.& Bart.ab Ang.
Dial.5.§.270.non fit tamen irrigularis.

12 Clericus non poteſt celebrare pluſquā
ſemel in die excepto die natiuitatis Domi
ni,aut ſi cauſa neceſsitatis ſuadeat, c.con-
ſuluiſti,& c.te referente de celebrat. miſſ.
& c.ſufficit de cōſecrat. diſt.1.ſūma Ang.
ver.miſſa §.46.Nau.in manu.c. 25. nu.87.
Bart.ab Ang.Dialog.5.§.257.Ignat. de Sal-
zed.c.35.n.1.&cauſas neceſsitatis,propter
quas ſacerdos poteſt pluſquam ſemel in
die celebrare,refert gloſ.verb neceſsitatis
in d.c.conſuluiſti,&Nau.& Salzed. vbi ſu-
pra ſed.conſuetudo non admittat in noſ-
tra Hiſpania, vt aliquis ſacerdos celebret
pluſquam ſemel in die,excepto die natiui-
tatis Domini,& in Regno Caſtellæ,qui præ
eſt,duabus Eccleſijs vnitis duabus miſsis,
diebus Dominicis,& ſanctis indigentibus,
& non eſt alius ſacerdos,qui alteram miſ-
ſam dicat,quod tamen in noſtra Luſitania
nullo modo obſeruatur ſed potius repu-
tatur magnum crimen, & facinus pluſquā
ſemel in die celebrare,præter quam in die
natiuitatis Domini, & ſacerdos, qui pluſ-
quam in die celebrat etiam aduenīēte qua
cunq; neceſsitate grauiſsime punitur per
iudicis arbitrium, & relegatur in aliquod
oppidum extra mare,quis valde felix eſt ſa
cerdos qui digne vnam miſſam in die ce-
lebrare poteſt d. c.ſufficit de cōſecrat.diſt.

13 Clericus tenetur deuote,& ſtudioſe ce-
lebrare diuina officia,vt per exteriora oſ-
tendantur Cordis deuotio,& operibus cō-
probetur,quod ore creditur c.dolētes, vbi
Docto.de celebrat.miſſ.& c.Pſalmiſta. 23.
diſt.

14 Clericus,qui fingit ſe celebrare, & non
celebrat,grauius peccat,quàm ille,qui ce-
lebrat in peccato, quia non tantum deum
offendit,ſed etiam populum decipit, & il-
lum facit adorare panem,& vinū pro cor-
pore,& ſanguine Chriſti,quod non eſt an-
te conſecrationem.c.de homine, vbi, no-
tant omnes de celebrat. miſſ.

15 Clericus degradatus,aut ſuſpenſus cele-
bras,aut exercens aliquod officium ordini
anexum eſt monitus non diſiſtens,ſuſpen-
ſus excōmunicatur,& degradatus ſuſpen-
ditur,& excōmunicatur,etſi hæc non ſuffi
ciā,vt corrigatur & emēdetur,traditur iu-
dici ſeculari,& ab illo mittitur in exilium
c.cum non ab homine de iud.& c.vt cleri-
corum,

Digitized by Google

corũ, de vita, & honeſt. cler. & c. 1. & 2. vbi Doct. de cler. excõmunicat. celeb. eſt tamen differentia inter ſuſpenſum, & degradatum ab ordine Eccleſiaſtico, nanq; degradatus celebrans non incurrit ipſo facto excõmunicationem, nec incurrit irrigularitatem, ſuſpenſus vero ab officio celebrãs miſſam, aut exercens aliquod officium ordini annexum, incurrit irrigularitatem. d. c. vt. clericorum. d. vit. & honeſt. cler. & c. 1. vbi Doctor. de ſent. excõmunicat. lib. 6. Abb. in c. 1. nu. 4. de cler. excõmunicat. celeb. poteſt etiam iudex ſecularis punire clericum ſibi tra⸗ditum pœna mortis naturalis. Chaſan. in conſ. Burg fol. 51 a nu. 66. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 16, nu. 42.

16 Clericus interdictus, aut excõmunicatus maiore excõmunicatione celebrans diuina officia debet perpetuo ſuſpendi ab officio & beneficio, & ipſo facto efficitur irrigularis, c. clerici aut. m, vbi Abb. nu. 1. & c. latores & c. fraternitati & c. fin. vbi Doctor. de cler. excõmunicat. celeb. & c. ſi quis Epiſcopus damnatus. 11. quæſt. 3. dicam. ver. excõmunicatio. §. 68. & verb. interdictum. §. 7.

17 Clericus tamen excõmunicatus, aut ſuſpenſus ignoranter celebrans, non incurrit irrigularitatem, ſi ignorantia erat probabilis, ſi enim ignorantia non fuiſſet probabilis, non excuſaretur, c. Apoſtolicæ, vbi Abb. nu. 2. de cler. excõmunicat. & ita de clerico excõmunicato occulto, qui nõ celebrando ſe infamat, vt tenet Nau. in manu. c. 27. n. 219. aut quando ſcit excõmunicationem non valere, quia tunc in foro conſcientiæ celebrare poteſt. c. cum contingit de offic. iud. del. g. & c. ſolet, vbi Doctor. de ſent. excõmunicat. lib. 6. clericus autem habẽs notitiam excõmunicationis, debet abſtinere a celebratione, donec ſit factus certior, etſi celebrat, quando re vera erat, excõmunicatus, debet de rigore iuris deponi, & incurrit irrigularitatem, ſed tamen miſericorditer. cum eo diſpẽſatur. c. illud, vbi Abb. n. 4. de cler. excõmunicat celebrant.

18 Clericus excõmunicatus minore excõmunicatione celebrans peccat mortaliter, attamen non incurrit irregularitatem, & poteſt eligere, & exercere omnia illa, quæ ſunt iuriſdictionis, & conferre ſacramẽta, non poteſt tamen eligi, nec collari in beneficio, nec recipere ſacramenta. c. ſi celebrat, vbi Ant. de Butr. Innocen. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes de cler. excõmunicat. miniſtr. Geripard. conſil. 29. n. 8.

19 Clericus, qui in duello digitum amiſit, bene poteſt celebrare ex diſpenſatione ſui Epiſcopi, quia non ſit irrigularis, quia digitus nõ eſt membrum, ſed pars, membri, niſi ſit digitus pollex, eo quod ex amiſſione illius redditur tota manus in vtilis, c. 1. de corpor. vit. & c. ſingula. 89 diſt. Abb. in c. ſignificaſti, n. 10. de elect. vbi addit. & in c. qui cler. vel vouent. & in c. exparte. 1. n. 5. de corp. vitiat. Bart. in l. 2. nu. 13. ff. de publ. iud.

20 Clericus, qui propter deuotionem virilia ſibi fecit abſcindi, non poteſt miſſam celebrare, quia ſit irrigularis, quã nuis alia officia ſacerdotis adminiſtrare valeat, c. ſignificauit, vbi Doct. de corp. vitiat. & c. maritum. 33. diſt. Abb. in c. ex parte. 1. nu. 5. de corp. vitiat. & dicam infra. verb. irrigularitas. §. 14.

21 Clericus tamẽ qui incunabulis fuit caſtratus, aut natus, ſeu per incidias, ſiue propter neceſſitatem aliquam morbi, non ſit irrigularis, ſed potius ad ordines promoueri poteſt. aliter autem quando indignatione, aut timore iuſto, ſiuè iniuſto, ſe caſtrauit, ſiuè caſtrari fecit, vel aliud membrũ truncauit, quoniam tunc irrigularis ſit, & ad ordines promoueri non poteſt. c. ex parte. 3. & c. ſignificauit, & c. ex p. 5. de corp. vitiat. & c. maritũ. 33. diſt. & c. ſi quis a medicis. 55. diſt. glo. ver. vel iniuſto in d. c. maritum, Abb. in d. c. ex parte. 3. n. 5.

22 Clericus dictãs ſententiam ſanguinis aut illam proferens ſeu ſcribens vel teſtificans in cauſa vbi fertur ſententia ſanguinis, aut in illa procurans, ſiuè iudicium ſanguinis exercẽns, vel authorixãs. deponitur, & excõmunicatur, & ſit irrigularis. c. clericus, vbi Doct. & c. ſententiam ſanguinis, vbi etiam notant omnes, ne cler. vel monach, & c. poſtulaſti. de homicid. & c. ex litteris, de exceſſ. Prælat. & c. 1. & c. ſi quis. 51. diſt. & c. his a quibus. 23. quæſt. 8.

23 Clericus tamen, qui habet iuriſdictionem temporalem, poteſt delegare cauſam ſanguinis, ſine vllo metu irrigularitatis licet ille, cui cauſa ſanguinis fuit delegata pro ferat ſententiam mortis, ſiuè membri mutilationis, c fin vbi Doct. ne cler. vel monach. lib. 6 hoc tamen limitatur in ſacræ Inquiſitionis tribunalibus, qui inter fuerit, Sacro Sancti Inquiſitorum congregationibus, in quibus tractatur de aliquo delicto, in quo

Digitized by Google

in quo ſit imponenda pæna ſanguinis cõ-
ſulendo,teſtificando,inſcribendo, aut ſuf-
fragium prçſtando,nullam irrigularitatem
incurrit,ex indulgentia ſummi Pontificis,
propter fidei fauorem,vt habetur in decre
to.Paul.4.anno Domini:1557.die.29. A--
prii.& refert iudiciale Inquiſitorum. 4 de
decret. Maiol. de irregul. lib.2. c.9. nu.8.
Ignat.de Salzed. c.99.verſ. præterea.

Clericus poteſt petere iuſtitiam de lai--
24 co,&illum accuſare de crimine,aut iniuria
ſibi illa,non tamen de aliena, proteſtãdo,
quòd iudex ad pœnam ſanguinis non in-
tendat,& tunc licet iudex exerceat. vindi-
ctam ſanguinis, non ſit irrigularis præce-
dente illa proteſtatione, ciuiliter tamen
bene poteſt proſequi ſuam iniuriam in
quacumq; cauſa,ſine aliqua proteſtatione.
c.poſtulaſti, vbi Abb.n.3.& gl.ibi.ver.im-
putandum.de homicid. & c.1. de depoſit.
vbi Doct.& c.2.vbi Dominic.Ioan.And.&
omnes de homic.lib.6. Abb. in c.cum P.à
n.8. de accuſat.Nau.in Manu. c.27.n.193.
verſ.dixi iuſtam.Anania.in d.c. poſtulaſti.
nu.3. Socin.in c.ad audientiam, nu.55. de
homicid.Ignat.de Salz. c.98. n.2.Doct. in
c.ſententiam ſanguinis , ne. cler. vel mo-
nach.

Clericus poteſt ex principis delegatio-
25 ne iudicare de criminibus laicorum,& fla-
gellis afficere delinquentes, ita tamen , vt
ad pœnam ſanguinis non procedat. c. in
Archiepiſcopatu, vbi communiter Doct.
de rapt.& c.præterea.de cler. percuſſ.& c.
ad audientiam.de crim. falſ.Abb in c. ſed
nec. n.5. ne cler.vel Monach. Aret.conſil.
58.Cou.ru.in clem.ſi furioſus. 2. p. relect.
§.5. n.8. Rip.in c.decernimus. n.46.& 47.
de iud.Ignat.de Salzed. c.99.n.2. verſ.ſed
quid ex contrario. Iul.Clar.libr.5.§. fin.q.
41. n.9.

Clericus tamen,ſeù prælatus, vel Epiſ--
26 copus non poteſt exercere officium vice
regis,vel vice commitis,nec poteſt habere
iuriſdictiones ciuitatum,regis,ſeù princi-
pis ſecularis ſub ſe , nec etiam poteſt eſſe
iuſtitiarius illius,nec locũ tenens,& qui ta
lia cõmiſerit,incidit in excõmunicationis
pœnam,& eſt deponẽdus à miniſterio cle-
ricali,ſi tamen iuriſdictio illa ſit anexa ſuæ
dignitati, benè poteſt illam per ſe exerce-
re dũmodo alicui pœnam mortis,aut mẽ-
brorum mutilationem non inferat, c. ſed
nec.vbi Abb.n.7.& c.clericis,vbi idẽ Abb.
n.5.ne cler.vel Monach.ſumma Angel.ver-
bo clericus.8. §.12. Salzed.cap.61.nume-
ro.2.

27 Clericus,prælatus,ſeù Epiſcopus,benè
poteſt eſſe conſiliarius regis , ſeù alicuius
principis ſecularis, & poteſt dare conſiliũ
de imponẽda pœna in quocumq; delicto,
licet veniat pœna mortis,& in lẽge condẽ-
da, vbi pœna mortis imponatur , dum ta-
men non ſit,vbi eminet cauſa de præſenti,
nec ſit in caſu particulari alicuius rei,quia
in caſu ſpeciali alicuius perſonæ, non po-
teſt dare conſiliũ, ſine labe irrigularitatis,
vbi ſequatur mors, aut membri mutilatio,
poteſt tamen in cauſa mortis dare conſi--
lium,vt reus abſoluatur,ſi actor non inci-
dat in pœnam talionis,vt tenet Ioan. And.
Abb.& alij. in d.c.clericis,ne cler.vel Mo-
nach.Abb. in c.non eſt. n.4. de vot.Bald.
in auth. habita. C.ne filius pro patr. Dec.
in c.2. n.7.de iud.Boer.deciſ.17.in prin.
Alb.Troc.lib.2. de vero,& perfect.cler.c.
54. n.2.Ign.de Salz.c.61.n.2.

82 Clericus debet abſtineri à negocijs ſe--
cularibus,& ludis, veſtibus in honeſtis, &
ornamentis equorum, mimis, & tabernis,
niſi in itinere, quia quando iter agit, non
poteſt aliter viam conficere,aliter vero in-
decens eſt clericum intra re tabernam vi-
nariam, aut in diuerſorium. poteſt tamen
clericus exercere aliquod iuſtum negociũ,
propter aliquas diuerſas neceſsitates , ad
vitam commode ſubſtentandã.c.vbi Doct.
ne cler. vel Monach. & c. officia.& ſeq. de
vit.& honeſt.cler.clem.1.§.aduerſus,& cle
ment.2.vbi Ioan.And.Card.& alij eodem.
titul.

29 Et clericus ebrióſus,vel crapuloſus,ſi de
hoc vitio à ſuo ſuperiore communitus nõ
diſiſtat,& ſatisfaciat ad monitioni , eſt de-
ponendus ab officio,& beneficio à ſuo ſu-
periore conſiderata frequentatione taber-
narum,& eius ebrietate, & qualitate per--
ſonæ,& videntium ſcandalo, quia apoſto--
lus damnat ſacerdotem vinolentũ.c.Epiſ-
copus, & c.vinolentum,& c.fin.35. diſt. &
c a crapula. vbi Abb. Innocent. & omnes,
de vit.& honeſt.cler. Hoſt.in ſumma tit.de
temp. ord. §.& cui. verſ.pœna autem Alb.
Trot.lib.2. de vero. & perfect.cler.c.59.

30 Clericus ebrius,qui in taberna per no--
ctauit, & ſine dormitione , & degiſtione
miſſam cantauit, eſt puniendus per arbi--
trium iudicis,& priuandus ab Eccleſia,vbi
nõ eſt canonicè,& perpetuò confirmatus,
ſed ad tẽpus,ſi vero clericus nõ ſit ebriete
innoda-

Digitized by Google

innotatus poteſt celebrare nulla dormitione, ſeù degeſtione adhibita elapſa iam media nocte, licet prope mediam noctem cænaret, & poſtea non dormiret, nec degeſtiret, ſicut poteſt contingere nocte, in natiuitate Domini, cum poſt mediam noctem celebratur prima miſſa, bonum tamẽ eſt aliquantulum poſt cænam dormitare c. ſi conſtiterit, vbi Doct. de accuſat. communis, vt per Nau. in c. liquido. de conſecrat. diſt. 2. & in manu. c. 21. n. 53. quamuis ſi habet mentem turbatum ex indigeſtetione, aut ſomni inopia debeat abſtineri a celebratione, vt docet D. Tho. 3. p. quæſt. 8. art. 6. ad 5. & Nau. vbi ſupra.

31 Clericus non poteſt miſſam celebrare, niſi ieiunus, c. ex parte, vbi notant omnes. de celebrat. miſſ. & c. ſacramenta de conſecrat. diſt. 1. vbi Gard. & turre cremat. Boer. deci. 4. Bertach. in tract. de Epiſc. 2. p. lib. 4. quæſ. 42. & ille, qui poſt cibum, aut potum illius Dei celebrat eſt grauiſsimè puniendus, vt notant. Doct. in d. c. ſi conſtiterit. de accuſat. & in d. c. exparte de celebrat. miſſ. & refert. Grat. in c. nihil. 7. quæſ. 1. Hoſt. in ſumma tit. de cõſecrat. Eccleſ. vel altar. §. & qualiter ieiuno, Soto in. 4. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 8. attamen verum conficit ſacramentum.

32 Clericus de miſſo habitu gerens ſe pro laico, & ſæuis enormitatibus ſe immiſcens perdit priuilegium canonis, non tamẽ fori, c. perpendimus. vbi Abb. n. 5. de ſent. ex communicat. & c. exparte. 27. de priuileg. vbi glo. verb. in delicto. Alex. conſil. 8. verſ. ſuper primo dubio. lib. 1. cæp. conſil. 11. incipit in Chriſti nomine amen. Caſus talis eſt. Capic. deciſ. 61. Grat. voto. 34. n. 13. Cæſar. vrſ. deciſ. 24. n. 6. & dixi ſupra ver. apoſtata §. 6. per dimiſsionem tamen habitus tantum non perdit priuilegium, niſi poſt trinam admonitionem. c. contingit. 45. de ſentẽ. excõmunicat. & c. ſi iudex laicus, vbi Doct. eodem tit. lib. 6. Abb. in d. c. contingit. n. 3. & affirmant. Doct. ſupra relati. imo interueniẽte iuſta cauſa poteſt clericus aſſumere veſtẽ laicalem. c. qui Deus, vbi Abb. n. 4. de uita, & honeſt. cler. clem. 2. vbi notãt omnes eodem tit. & dixi ver. apoſtata. §. 9.

33 Clericus non poteſt portare arma, ſine iuſta cauſa, & illa portans, ſi eſt clericus ſecularis, eſt excõmunicandus, ſi autem eſt monachus, & portat arma, aut illa habet intrà ſepta monaſterij ſine licentia ſuperioris, remanet ipſo facto excõmunicatus, veniens tamen aliunde, & portans arma ſine intentione tenendi illa intrà ſepta, non remanet excommunicatus ipſo facto, ſed poteſt excõmunicari. c. 2. vbi Abb n. 8. de uita & honeſt. cler. clem. 1. §. quia vero, vbi glo. ver. tenentes, & Doct. de ſtat. monach. & etiam clericus, ſi tertio admonitus non diſiſtat a delatione armorum perdit priuilegium canonis, c. in audientia, vbi Doct. & c. contingit de ſent. excõmunicat. glo. 1. in c. 2, de uita & honeſt. cler. vbi Abb. n. 9. iuſta tamen cauſa interueniente, bene poteſt clericus portare arma tàm defenſilia, quàm offenſilia, videlicet tranſiens per loca periculoſa, aut timens ab aliquo iniuſte offendi, propter aliquas inimicitias, ſeu alia iuſta de cauſa illa portare teneatur, cõ omnes leges, permittant vnum quenq; ſe defendere. c. dilecto, vbi Doct. de ſent. excõt. lib. 6. & c. olim. 12. de reſt. ſpoliat. gl. 1. in c. clerici arma, vbi Abb. n. 8. deuit. & honeſt cler.

34 Clericus bene poteſt afferre cultellas paruas aptas ad penem frangendum, & nõ magnas feritorias, & defenſorias, quia iſti cultelli magninu merantur inter arma. c. lator, vbi Ant. de But. Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes, de homic. Abb. in c. 2. n. 7. deuit. & honeſt. cleric.

35 Clericus in ſua iuſta, & neceſſaria defenſione poteſt aſſumere arma, etſi aliter mortem vitare non poteſt, niſi aggreſſorem interficia, poteſt illum interficere ſine labe irrigularitatis, quia tunc non dicitur, quòd ille clericus, interfecit aggreſſorem illum, ſed quòd illa bellua ſe interfecit, volẽs proximum ſuum interficere c. perpendimus, vbi notant Doct. de ſent. excõmunicat. & clem. ſi forioſus, vbi Doct. de homic. Abb. in c. 2. n. 2. deuit. & honeſt. cler. dico ver. defenſio. §. 2. & 3.

36 Clericus poteſt capere latronẽ res ipſius clerici deportantem, vt illas recuperet, non poteſt tamen illum Occidere, etiã aliter res ſuas recuperare non poſsit, vt eſt tex. in c. ſuſcipimus, vbi glo. verb. ligauerunt, & Abb. n. 1. de homicid. & notãt Doctor. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. dico verb. defenſio. §. 4.

37 Clericus, qui ſæpe alias percuſsit, & monitus nõ deſiſtit ab illa ferocitate, ſed pro quibuſcunq; verbis leuibus eſt facilis ad alias percutiendas, debet deponi, c. 1. vbi glo. fin. & Doctor. de cler. percuſ. Eccleſia enim non intendit fouere ſuis priuilegij

c. clericos

Digitized by Google

c.clericos proteruos. & incorrigibiles, c. cum non ab homine de iud.

38 Clericus qui fuit in conflicto aliquo pro parte repellentium,non punitur,vt homicida,nec fit irrigularis, ſi aliquis ibi mortuus fuerit, etiam ſi ille in illa repulſione aliquē percuteret, c.præſentiū vbi Abb.n. 1.& oēs.de cler.percuſ.quia licitū eſt violentiā repellere.c.promēbris.cū trib⁹ ſeq. 25.q.3.& Doct.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.

39 Clericus eſt inhabilis ad pugnandum, quia ſi homicidiū,aut facto illius,aut præcepto, aut conſilio,perpetretur,Incidit in irriguaritatem. c. ex multa, vbi Abb.n.1. de voto,& c.ſi quis viduam.50. diſt.vbi gl. pen.& vlt.& c.ſicut dignum.§.fin.vbi glo. ver. conſilium,& Doct.de homic. c.ex litteris.vbi gl.2. & Abb.n.2. de exceſ.prælat. idē Abb. in c.quod in dubijs. n.2.de pœn.

40 Clericus gubernans naues,præbens arma, exhortans ad bellum iniuſtum eſt deponēdus,& ſi ibi ſequatur mors,fit irrigularis,ad bellum vero iuſtum licitum eſt generaliter exhortari ad victoriā conſequendam,& faciendo,vt exhortatu,& ope illius milites quam plurimos interficiant , dummodo ſue nullū interficiat,aut disformet, quauis manibus proprius percutiat , quia tunc non dicitur dare cauſam interfectionis,ſed procurare libertatē patriæ,& propinquorū, proximi,atq; ſui ipſius, c.quod in dubijs. vbi glo.ver. in bello.& Doct.de pæn.& c.igitur.& c.ſcire. & c.ōni timore. & c. hortatu.23.q.8. Abb.in c. ex multa.de voto.& Arc.Card.& Alex.in c.ſi quis vult. 36.diſt.Nau.in Manu.c.27.n.195.

41 Clericus confeſſus,aut conuictus de aliquo crimine corā iudice ſeculari,nō punitur propter illud crimen à ſuo Epiſcopo, quia ſentētia illa iudicis ſecularis in clericū pro aliquo crimine,& illa confeſsio facta coram iudice laico,non valet, tanquàm à iudice omnino incōpetenti.c.atſi clerici vbi gl.ver.nō tenet.& Doct.de iud.& C.ad noſtra in audientiam, de cōſuet.& l.fin.vbi etiā Doct.C.ſi à nō cōp.iud.ſi tamē ex illa cōfeſsione inſurgat vehemēs infamia,indicitur clerico illi purgatio illius infamiæ, quia,licet cōfeſsio illa non valeat.vt iudex Eccleſiaſtic⁹ per acta illius cōfeſsionis,aut conuētionis poſsit iudicare crimina illius clerici,ſufficit tamen ad illi purgationem indicendam,vt tenet d.gl.ver.non tenet.in. d.c.atſi clerici,de iud.vbi Abb.n.13.& alij.

42 Clericus enim eſt cōueniendus,de quocūq; crimine,corā iudice Eccleſiaſtico,nec valet cōſuetudo in cōtrariū.c.cler.vbi Ab. n.5.& oēs de iud.& c.1.& c.cū cōtingat,& c.extrāſmiſſa,& c.verū de for.cōp. & c.ad noſtrā audient.de cōſue.& clem.1.de offi. ord.& l.cū clericis.vbi Doct.de Epiſcop.& cler.& auth.cleric⁹.& auth.ſtatuim.C.eod.

43 Nec etiam in cauſa ciuili poteſt clericus cōueniri corā iudice laico,ita,vt cōſuetudo nō poſsit operari contrariū,quia eſſet cōtra libertatē Eccleſiæ,& perſonarū,Eccleſiaſticarū nec clericus poteſt cōſentire in iudicem laicum,nec illū cōſtituere etiā ratione tributi ſoluēdi ex ſuis poſſeſsionibus,quia ſi illū cōſtituat, perdit cauſam.c. qualiter de iud.& c.ſi deligēti,de for.cōp. & c.innolita,& c. placuit.11.q.1.& auth. ſtatuimus.vbi Doct.C.de Epiſc.& cler.& gl. 2.in c.atſi clerici.de iud.Abb.in c.cler.n.6. eod.tit.& leges diſponētes contrariū ſunt correctæ.per d.auth.ſtatuimus, & etiā laicus,qui trahit,aut citat clericū corā iudice laico,tàm in cauſa criminali,quā in ciuili, perdit cauſam,& priuatur illo iure, quòd in illa habebat,d.auth.ſtatui.& Abb.in c.ſignificātib.n.2.de libell. oblat.niſi cler.ꝑ vī noua cōueniatur inter annū,& dic.ex ord. noſtr.lib.2.tit.1.§.2.&dixi ſup.ver.cau.§.9.

44 Clericus ſimul cū laico cōuentus de aliqua hæreditate,ſeù ad diuiſionē illius,nō poteſt tūc clericus ille,nec laic⁹ cōueniri, niſi corā iudice Eccleſiaſtico,quia dignius trahit ad ſe minus dignū,& ratione clerici debēt oēs alij cōuenti,cōueniri corā iudice Eccleſiaſtico,puta ſunt quinq; hæredes vnius defuncti,& vnus illorū eſt clericus,ſi tunc clericus conueniat laicos debet illos cōuenire corā iudice ſeculari,quoniā actor ſequitur forū rei,c.cū ſit generale.& c.ſi nificaſti,& c.ſi cler.de for.cōp.& c.experiētia. 11.q.1.& l.quoniā.vbi Doct.C.vbi.& apud quē,& l.iuris. C.de iuriſd. omniū iud.& l. actor.C.vbi in rē.act.& l. hæres.§.fin.ff.de iud.ſi vero aliquis laicorū cōueniat alias, debet rōe clerici,illas cōuenire corā iudice Eccleſiaſtico,ne forte pronūciet iudex laicus,& iudex Eccleſiaſticus diuerſas,aut cōtrarias ſententias,& ita ſi clericus cū laico fuerint executores alicuius teſtamenti , vt tenet Bart.in l.præcepimus.§.eodē obſeruādo.n.2.C.de appella.Thom.ferrat.caut. 10.Iaſ.in l.ſi emancipati.n.13.C.de collat. Barb.in Rubric.col.2.de offi.deleg.nec eſt neceſſe,vt iudex ſecularis cōpellat laicū ꝓrogare iuriſd.iud.Eccleſiaſt.vt inquit,Bar.

I in l.

Digitized by Google

in l.ſolent.n.14.ff.de aliment.& cibar.leg. & Bald.in l.fin.q.6.C.de edict.D.Adr.quia ipſo iure laicus ſortitur,forum Eccleſiaſticum ratione clerici cohæredis, vt tenet Marian.Socin.conſil.12.col.6. lib.1.Fel.in c.1.n.6.depræſcript.

45 Clericus etiam ſimùl cum laico cōprehenſus in eodē crimine,eſt conueniendus, & laicus ratione illius clerici coram iudice Eccleſiaſtico,ſi cauſa illius criminis eſt, indiuidua,vt tenet Ant.de prat.ver.in l.1.ff.quæ ſent.ſine appellat.reſcind. Fel.in c.1.n.6.depræſcrip.Socin.in c.2.col.3.fallēt.8.de mut.pet.ſi autem cauſa diuidi poteſt, eſt tunc laicus cōueniendus corā ſuo iudice,& in ſuo foro,& clericus in ſuo.c.ex tenore.vbi Doc.& c.licet ex ſuſcepto.de for.cōp.& c.cauſam,quę.7.qui fil.ſint legitim. Soci cōſi.12.col.6.lib.1.Afflic.dec.213.n.8

46 Clericus tamen ratione feudi,aut fundi regalengi,qui vētilatione in noſtra Luſitania æqui paratur feudo, eſt conueniendus corā iudice ſeculari,quia quando reſpectu certæ rei attribuitur iuriſdictio vniuerſaliter,talis dicîſio propter naturā rei cōprehendit clericos,& perſonas Eccleſiaſticas, & ita obſeruat praxis in noſtra Luſitania in clericis poſsidentibus fundas regalengas,vt conueniantur corā iudice ſeculari, tanquàm illi,qui feudum poſsident. c.cæterum.vbi Abb.n.6 & omnes.de iud.Iaſ in l.de quibus.n.1.& 22.& alij.ff.de leg.& Doctor.in prælud.feud.in q.1.princip.Afflic. deciſ.24.n.5.& facit text.in c. Solitæ.vbi gl.ver.ſuſcipiunt. Innoc.& alij. de maior. & obed.& c.verum.vbi Abb.n.13.de foro. cōp.& ord.lib.2.tit.1.§.18.niſi Dñs ſit negligens.c.ex tranſmiſſ.de for.comp.

47 Clericus etiam poteſt conueniri coram iudice ſeculari per viam reconuentionis,ſi enim clericus conueniat laicum corā iudice laico, bene poterit in cauſa ciuili, aut criminali ciuiliter intentata, reconueniri coram illo iudice ſeculari, & tunc fit ſuus iudex per recōuentionem in cauſa,vbi reconuentio habet locum.c.1.& 2.vbi cōmuniter.Doct.de mut.pet.& c.accuſatores.§. cuius in agendo,vbi gl.ver.iudicem.3.q.8. & l.cū Papinianus.& auth.ex cōſequenter, vbi Bart.n.19.Bald.Salic.& oēs.C.de ſent. & interlocut.omniū iu.l.gl.ver.nō tenet in c.atſi clerici de iud.vbi Abb.n.19.Bald in l.2.§.ſed &ſi agitur.ff.de iud.Afflict.dec.24. n.1. licet cōis habeat, quòd clericus non poſsit reconueniri corā iudice ſeculari in cauſa criminali ciuiliter intentata,vt in d. auth.& conſequenter,& in d.c.atſi clerici. de iud.Iul.Clar.q.36.n.6.contra quā tenet d.glo.verb.non tenet in d.c.atſi clerici.de iud.quam nos approbamus in noſtra Luſitania per. ord.reg.lib.2.tit.1.§.1.

48 Clericus nō poteſt conſentire in iudicē alterius diœceſis, ſine licentia ſui prælati, nec facere contractum,vbi abdicet ſuū iudicem, & renunciet ſuo foro, nec valebit talis abdicatio,ſi fuerit in iudicem laicum etiā de cōſenſu ſui Epſcopi,itaq; clericus de conſenſu ſui Epiſcopi poteſt cōſentire ſine aliquo metu,nec errore in iudicē Eccleſiaſticum ordinarium alterius diœceſis, in iudicam vero laicū non poteſt conſentire,quāuis interueniat conſenſus ſui prælati.c.ſignificaſti.vbi Doct.de for. comp.& c.1 vbi etiam notāt omnes.eodē.tit.lib.6. & auth.de ſanct.Epiſcop.§.æconimas. vbi gl.ver.venire coll.9. gl.1. in l.1.ff. de iud. Iaſ.in l.cum quid. n.6.ff.de reb. cred.licet tacite foro ſuo renunciare poſsit,ſine licētia ſui Epiſcopi, litigando corā iudice alterius diœceſis ſi eſt iudex Eccleſiaſticus, nam ſi eſt ſecularis nullo modo in illo cōſentire poteſt,etiam tacite coram illo litigando,vt tenet gl.ver.manifeſtè,in c.ſi diligenti.de foro comp.vbi Abb.n.25.& Iaſ. in d.l.cum quid.n.7.ff.de reb.cred.Doct.in c.Romana. §. contrahentes. de for. comp. lib 6.ſpecul.in tit.de comp.iud.§.1.n.21. A ex.in add.ad Bart.in l.1.ff.de iud. & hic datur caſus. vbi conceditur tacitè, quod non conceditur expreſſe.

49 Clericus quicumq;,& ex quacūq; parte mundi poteſt cōueniri in Curia Romana, ſi ibi fuerit inuentus,&nō poteſt ibi declinare forum,licet poſsit petere tempus ad domum reuertendum, ſi forte non veniat præparatus, & non afferat pecunias incrumena.vt litē perſequi poſsit,& ita de quocumq; laico inuento in curia ſui regis,ſeu principis. c.fin vbi Doct.de foro comp.& l. omnes. §. in hac autem regea. vbi Salicet.& alij. C.de Epiſc. & cler. niſi ex cauſa legationis, aut teſtimonij ferendi vocatus eſſe, quia legatus non poteſt conueniri de debito,quod ante contraxerat in curia, ad quam deſtinatùs eſt nec qui ex cauſa teſtimonij vocatur extrà ſuam propriam iuriſdictionem,aut ſi ibi eſſet cauſa appellationis l.2.§.legatis.vbi Bart.& oēs.ff.de iud.

50 Clericus habens domicilium in vno loco,vel in vna parrochia,& beneficium cu-

ratum

tatum in alio loco, cuius reſpectu ibi reſidere teneatur, aut eſt parrochus perpetuus alicuius beneficij curati, requirentis reſidẽtiam, & contingiti aliquando, & parrochiæ ita ſint coniunctæ, vt nullum ſit cõmodum habitare in vna parrochia, & in alia congrue ſeruire ſuo beneficio requirenti reſidentiam. c. poſtulaſti. de foro comp. talis enim clericus tenetur cõmunicare in Paſchate in parrochia ſui beneficij, & ibi tenetur ad decimas perſonales per ſoluendas, & ſi fortè illa parrochia, vbi habet domicilium, fuerit alterius diœceſis, eſt conueniendus. vbi habet beneficium requirens reſidentiam. & ſi ratione delicti in diœces, domicilij feratur ſententia contra ipſum ſuper crimine, debet ſententia illa exequi per iudicẽ beneficij, vbi requiritur priuatio beneficij, in alijs vero poteſt dici quis habere domicilium in loco parrochiæ domicilij, videlicet ad ordines ſuſcipiendas, quia in vtroq; domicilio poteſt ordinari. d. c. poſtulaſti, vbi gl. 1. & fin. Ant. de Butr. Innocẽt. Ioan. And. Abb. & omnes. de foro comp. & ratio eſt, quia neceſsitas reſidendi facit ſortiri forum, vt tenet Innocent. Ant. & Abb. in c. ex ore de priuileg. Fel. in c. dilectus. 2. de reſcript familia tamẽ, illius clerici, qui habet beneficium requirens reſidentiam in vna parrochia, & domilicium in alia tenetur ad miſſam audiendam diebus feſtiuis, & ad ſacramenta ſuſcipienda in parrochia domicilij.

50 Clericus vnius diœceſis poteſt inſtitui, & impetrare beneficiũ in alia diœceſi, debet tamen eſſe notus Epiſcopo, conferenti beneficium, aut habere litteras dimiſſorias ſui Epiſcopi. c. fin. vbi Abb. n. 5. de cler. peregr. & c. fraternitati. vbi Doct. de cler. non reſid. & c. ad decorem. de inſt. ſi tamen ſit clericus alterius regni, nõ poteſt impetrare beneficiũ in regno, vnde non eſt oriundus, niſi efficiatur naturalis, per Sanciones Summorũ Pontificũ, & per conſuetudinẽ immemorialẽ, quæ habet vim legis. c. conſuetudo. 1. diſt. & l. diuturna. vbi Doct. & l. ſed & ea, quæ. ff. de leg. & eſt gl. in regul. cãcel. 19. vt refert Guil. bened. in rep. c. Rainũcius. ver. & vxorẽ n. 482. de teſtam. & eſt lex regea. in reg. Caſt. l. 16. tit. 3. lib. 1 ord. nou.

51 Clericus peregrinus debet habere litteras ſuæ ordinationis, & licentiã ſui Epiſcopi ad peregrinandũ, quia non creditur, quòd ſit clericus, nec admittitur ad miſſam celebrandam, & ad alia officia ſacerdotalia exercenda, niſi litteras ſui prælati oſtenderit. c. 1. & c. 2. de cler. peregr. & c. magnæ. de vot. & c. fraternitati. de cler. nõ reſid. & extraua. 1. de elect. intercões. & Trid. ſeſ. 22. in decret. de obſeruãd. & euitand. in celebrat. miſſ. & ſeſ. 23. c. 16. de reformat. pro deuotione tamẽ bene poterit clericus peregrinus celebrare in occulto, ſine litteris dimiſſorijs ſui prælati, c. tuæ fraternitatis, vbi notant omnes. de cler. peregr.

52 Clerici ſunt inſtituẽdi in Eccleſia ſecũdum illius facultates, & vt congrue de redditibus illius Eccleſiæ viuere poſsint. c. cũ M. vbi Doct. de conſt. & c. quoniam. de vita & honeſt. cler. & c. 1. de inſtitutionib. & c. fin. de ver. ſign. & c. vnic. vbi Dom. Ioã. Monac. Arc. Ioã. And. & oẽs de ſtat. regu. lib. 6.

53 Clericus ſecularis poteſt inſtitui in Eccleſia Monachorum per Epiſcopũ diœceſanum, ad curam animarum populi, & ad adminiſtranda Sacramenta populo, & clericus ille per Epiſcopũ inſtitutus, ſi ſubeſt cauſa poteſt deſtitui per Epiſcopũ. c. vnico. vbi Doct. communiter. de Capell. Monach lib. 6. Abb in c. 1. n. 1. eodem tit.

54 Clericus confirmatus in beneficio curato, non reſidens, debet admoneri, vt reſideat, & ſi monitus venire recuſat, poteſt priuari beneficio illo appellatione remota c. relatum. & c. conquerente. vbi Innoc. Abb. & omnes. & c. ex p. 10. de cler. nõ reſid. hodie vero. ſancitum eſt per Trid. ſeſ. 6. c. 1. de refom. quòd Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſiue illi, qui titulo aliquo ſeù cauſa cathedralibus Eccleſijs fuerint præfecti, aut iure cõmiſſa, quacũq; dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeant. legitimo impedimento, ſeù iuſtis, & rationabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extrà ſuã diœceſim morãdo ab fuerint, quartæ partis fructuũ vnius anni fabricæ Eccleſiæ, & pauperibus loci, per ſuperiorẽ Eccleſiaſticũ applicandorũ pœnam ipſo iure incurrunt, & ſi alias ſex menſes in abſentia perſeuerauerint, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittant, & ſi vlterius pertinaci animo in eadem abſentia perſeuerauerint, ſeuerioribus pœnis coerceantur, Metropolitanus ſuffraganeas Epiſcopos abſentes, Metropolitanum vero abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, ſubpœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrẽda, infra tres mẽſes per litteras, ſeù Nunciũ Romano Pontifici denuncitare te-

Digitized by Google

citare teneatur. inferiores vero Epiſcopis, qui beneficia, ſiuè de iure, ſiuè de cõſuetudine reſidentiam requirentia obtinuerint, ſiue in titulum, ſiuè in cõmendam, ab eorũ ordinarijs, ſunt compellẽdi, iuris remedijs opportunis, vt reſideãt, nec eis priuilegiũ, aut aliquod indultum. ſuffragari debet, vt refert Trid.d.ſeſs.6.c.2. de reform. & pœnæ ſupra dictæ fuerunt renouatæ. & ſeueriore conſtitutione, & grauiores inflictæ in d.Trid.ſeſ.23.c.1.de reform.vbi ſtatuit præter alias pœnas aduerſus non reſidẽtes ſub Paul.3.impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non faciat ille, qui vltrà bimeſtre tempus nõ reſideat, ſed tenetur, illas erogare fabricæ Eccleſię, aut pauperibꝰ, & poteſt ad omnia ſuprà dicta citari per edictum in foribus Eccleſiæ fixum.d.Trid.ſeſ.23.c.1.de reformat. poteſt enim abeſſe per duos menſes, ex cauſa graui, etiã ſine licentia ſui prælati. nunc poſt Trid. vbi ſupra, ſicut antea licebat; quia à iure antiquo non eſt recedẽdum ſiue iure nouo expreſſo. l. præcipimus. §. fin. C. de appellat. Abb. in c. inter quatuor. n.4. de cler. non reſid.

56 Clericus autem docens ſacram Theologiam in publicis ſcholis, aut ius canonicũ, & illi ſtudens per quinquẽnium cõnumerãdo à die, quo ſtudere incepit, poteſt abeſſe à beneficio curato, & recipere fructus illius beneficij, ſeù fructus canonicatus in abſentia dum docuerit, aut ſtuduerit, per dictos quinq; annos, exceptis diſtributionibus quotidianis, c.fin. vbi Abb. n.4. & omnes. de magiſtr. & c. relatum. de cler. non reſid. & c.licet. vbi Dominic. Ioan. Andr. & alij de elect. lib.6. Nau. in c. licet. de præb. & in Manu. c.25.n.121. Trid. ſeſ.5.c.2. de reformat. nec tunc eſt neceſſaria licentia Epiſcopi, quoniã ius illam concedit, vt refert Pet. Rebuph. in pract. benef. tit. de diſpenſ. de non reſid. n.25. & Nau. in Manu. c.25.n.121. Ignat. de Salzed. c.52. verſ.1. & in ſcholis. vbi requiruntur octo anni ad ſtudendum dictæ Theologiæ, ſeù iuri Pontificeo, tot annis poteſt recipere fructus in abſentia, ſi tot ſtuduerit.

57 Clericus etiam excuſatur à reſidentia, ſi eſt in ſeruitio Epiſcopi, non ſit ſeruitium perſonale niſi vrgẽte cauſa, ſed in ſeruitio Eccleſiæ, aut pro cõi vtilitate, tunc enim habebit fructus in abſentia præter diſtributiones quotidianas. c. de cætero. & c. ad audientiam, vbi Abb. n.8. de cler. non reſid. Trid. ſeſ.23.c.1. de reformat. Nau. in Manu. c.25.n.121. Ign. de Salz. d.c.52. verſ.2.

58 Et ille, qui eſt in ſeruitio Papæ, aut eſt familiaris illius excuſatur à reſidentia, cũ principaliter ſit abſens ad Papam ſeruiendum, & non cauſa ſui lucri, c. cum dilectus. vbi Doct. de cler. non reſid. & probat. text. à ſimili, in l. ſeriniarios. C. de teſtam. milit. ſumma Angel. ver. clericus. 7. §. 2. Nau. vbi ſupra. & Ign. de Salz. d.c.52. verſ.3.

59 Et etiam excuſatur à reſidentia ille, qui eſt abſens cauſa conſilij generalis, aut eſt in ſeruitio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, & eſt officialis Inquiſitionis, quia tũc facit omnes fructus ſuos, & etiam diſtributiones quotidianas, tanquàm præſens eſſet, imo habetur ꝓ reſidẽte, vt ꝓbatur in cõſil. cõſt. ſeſ.19. & refert Salz. c.52. verſ.4.

60 Excuſatur etiam infirmus, ex tali infirmitate, vt cõmodè reſidere non poſsit, aut ad eſſe, & tunc præcipit fructus, & diſtributiões, quotidianas in abſentia, ſicut eſſet præſens, ſi ante infermitatẽ reſidebat quoniam ſi ante illam iam non reſidebat, non habetur pro prę́ſente, c.1. vbi Abb. n.6. de cler. ægrotant. & c. ad audientiam, vbi glo. 2. & Doct. de cler. non reſid. & c. vnico eodem tit. lib.6. l. aut ſi valetudine. ff. de procurat. & l. ſi cui. §. fin. ff. ex quib. cauſ.

61 Clericus etiam poterit recipere fructus in abſentia, ſi fuerit abſens propter neceſſitatem ſuæ Eccleſiæ, quamuis iuraret reſidere in ſua collatione, quia iuramẽtum illud, non intelligitur in abſentia propter neceſsitatem ipſius Eccleſiæ, ſed potius tunc habetur pro præſente, c. ex parte. 14. vbi Doct. de cler. non reſid. Trid. ſeſſ. 23. c.1. de reformat.

62 Clericus etiam poteſt recipere fructus in abſentia, quando ſine diſcrimine vitæ in beneficio ſuo curato reſidere nõ poteſt propter aliquas graues inimicitias ſuperuenientes, habita tunc licentia ſui Epiſcopi pro illo tempore, quo inimicitiæ durarent. & eſt notandum quòd non ſufficiant quæcunq; inimicitiæ, aut ſeditiones, vt Epiſcopus talẽ licentiã concedat, ſed oportet, vt ſint tales, quòd canonicus ille, ſeù parrochus non poſsit reſidere ſine magno periculo ſuæ vitæ, vt decretũ eſt ex ſacra Cardinaliũ cõgregatione in his verbis habẽs canonicatum, aut parrochialẽ Eccleſiã in qua nõ poſsit ſine diſcrimine vitæ propter inimicitias reſidere, nõ eſt cogendus

donec

donec ſubeſt cauſa inimicitiarũ in ea reſidere, ſed ei eſt permittendum, vt in canonicatu non reſideat. & in alio decreto. ſic cautum eſt habẽs graues inimicitias in ſua parrochia durantibus illis, poteſt de licentia Epiſcopi ab ea per annum ab eſſe, & interim debet ordinarius conſtituere Vicariũ mercede congruente ex eius fructibus ei aſsignata, qui inſeruiat dicta parrochiali Eccleſiæ, vt refert Ign. de Salz. c. 52. verſ. octauus caſus. in omnibus tamen caſibus. vbi clericus abſens poteſt percipere fructus in abſentia, non eſt beneficiũ fraudandum debito abſequio, vt ſubditi bene gubernentur, nec qui tenẽtur reſtituere fructus, quando abſunt. ſine cauſa cum licentia ſui Epiſcopi, aut ſine illa, ad id tenentur in foro animæ, dũ condemnati nõ fuerint, vt tenet Abb. in c. 1. n. 8. de celeb. miſ. Nau. in Manu. c. 25. n. 121. verſ. 5. peccat tamen mortaliter qui abeſt, ſine cauſa probabili. ex Nau. vbi ſupra.

63 Clericus beneficiatus abſens, ſi neſcitur, vbi ſit, citatur tribus edictis, in Eccleſia ſui beneficij, & ſi infra ſex menſes nõ reuertatur priuabitur beneficio, & non eſt neceſſe alia ſolemnis citatio, nec ſolẽnis priuatio. ſed ſufficit illa citatio, & priuatio defacto. c. ex p. 8. vbi Abb. & c. ex tuæ. de cler. non reſid. & facit Trid. ſeſ. 23. c. 1. de reform. Ignat. de Salzed. c. 52. verſ. ad priuationem. & dixi ſupra ver citatio. §. 26. & §. 28.

64 Clericus ignobilis, & nõ eminentis ſciẽtiæ, non debet ad beneficiũ admitti, poſtquàm tamen fuerit ad miſſus nõ eſt repellendus, tenetur tamen diſcere ea, quæ ſunt neceſſaria ad officium ſibi cõmiſſum bene regendũ, & gubernandum, aut illi renũciare, c. venerabilis. vbi Abb. n. 8. de præb. & c. non eſt putanda. §. fin. 1. q. 1. & l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi Doct. & Trid. ſeſ. 24. c. 12. de reform. ſumma Ang. ver. clericus. 2. §. 1. Nau. in Manu. c. 25. n. 133. minor tamen ſcientia requiritur in beneficio ſimplici, quã in beneficio curato, namq; in beneficio ſimplici non requiritur eminens ſcientia, imo ſufficit ſcire legere, cãtare, & mediocriter conſtruere, in beneficio vero curato requiritur ſcire Sacramenta Eccleſiæ, & eorum formam & materiam, & quomodo miniſtrentur, & diſcernere in foro conſcientiæ quod ſit peccatum mortale, & quod ſit veniale, & de quibus abſoluere poſsit, vt tenet Abb. in c. venerabilis. n. 3. & 8. de præb. ſumma Ang. ver. confeſsio. 5. §. 3. Nau. in Manu. c. 23. n. 133. Doct. in clement. 1. de conceſſ. præb.

65 Clericus, cui eſt abſciſſa medietas palmę manus, aut ille, qui eſt difformis, ſeù nõ poteſt ſtare ad altare ſine baculo, non eſt permittendus celebrare, aut ille, qui habet gutam coralem, ſed poteſt exercere alia, quæ ſunt ordinis, vbi non exponitur alicui periculo, quoniam nõ eſt irrigularis. c. præſbyterum. vbi Doct. de cler. ægrot.

66 Clericus prælatus, aut rector alicuius Eccleſiæ. ſi fiat leproſus, aut infirmus alicuius infirmitatis, ita vt non poſsit fungi adminiſtrationi ſui officij, debet remoueri ab illa adminiſtratione, propter populi ſcandalum, & eſt illi dandus coadiutor, qui omnia Eccleſiæ neceſſaria adminiſtret, eſt tamen ſubſtẽtandus ex redditibus Eccleſiæ. ſecundum facultates illius, c. de rectoribus vbi Doct. & c. tua. vbi Ant. de But. Innocẽ. Hoſt. Ioan. And. Abb. & oẽs de cler. ægrot.

67 Clericus nõ habens vnde ſatisfaciat creditoribus, non poteſt excommunicari, ſi egeat, ſed dabit fide iuſſorem de ſoluendo, vbi primum ad pinguiorem fortunã peruenerit, & ſi nõ inueniat fide iuſſorem dabit iuratoriam cautionem. c. Odoardus. vbi Doct. de ſolut. & glo. ver. facere. in l. miles. ff. de re iud. Abb. in c. veniens. n. 4. de tranſact. gl. ver. idonea. in d. c. Odoard. nec debet incarcerari, nec compelli ad bona cedenda, vt tenet Abb. in d. c. Odoardus. n. 3. & in c. 1. n. 7. de depoſit. & in c. 2. de pign. Iaſ. in l. miles: n. 11. poſt alias. ff. de re iud. poſſunt tamen capi ab illo fructus beneficij, poſtquàm illos ſuos fecit, deducto vnde viuere poſsit, ne egeat, vt tenet glo. ver. facere. in l. miles. vbi Alex. Pau. de Caſt. Iaſ. & alij. ff. de re iud. Hoſt. & Abb. in c. de multa. n. 17. de præb. & dixi ſup. ver. carcer. §. 7.

68 Clericus non tenentur de fructibus beneficij, pro contractu inito nomine proprio, nec pro delicto, vel quaſi, quia ſicut executio pro cauſa iudicati nõ debet fieri in ſtipendijs militum ſeculi, ita etiã in ſtipendijs militum celeſtium. l. ſtipendia, vbi gl. 1. Bald. Salice. & omnes. C. de execut. rei iud. & Abb. in c. de multa. n. 17. de præb. ſed tamen prima opinio ſupra relata. §. 67. mihi verior videtur attenta conſuetudine huius noſtri temporis, cũ per conſuetudinem hodie faciat fructus ſuos ad illos pro arbitrio relinquendos, & ita obſeruat praxis, vt fructus beneficij ab illo capi poſsint deducto ne egeat.

Clericus poteſt teſtari de bonis acquiſitis intuitu perſonæ, & non intuitu Eccleſiæ, ſolutis tamen debitis ſeruitoribus. c. quia nos & c.relatum, vbi Doct. de teſtam. & c.1.de ſucceſ ab inteſt. & ſi clericus, quãdo ad Eccleſiam fuit pro motus, nõ habebat patrimonium, & poſtea emit agrum, aut alia bona, præſumitur, quòd de bonis Eccleſiæ illa emiſſe, vnde de bonis illis teſtari non poteſt, c. cũ in officijs. de teſtam. & c.1.& c.præsbyter.de pecul.cler. poteſt tamen de bonis intuitu Eccleſię acquiſitis facere moderatas elemoſinas, & in pia opera illa conſummere, quoniam bene impẽſum dicitur illud, quòd datur quibuscumque pauperibus, tam notis, quàm innotis, & illud, quod in pijs operibus conſummitur. c.ad hæc. vbi Abb. n.2. de teſtam. Nau. in Manu. c.17. n.94. & bona clerici, qui nõ habet aſcendentes, vel deſcendentes, ſiuè conſanguineas, & mortuus fuit ab inteſtatus veniunt Eccleſiæ, cui ille mortis tempore ſeruiebat, licet intuitu perſonæ illa acquireret. c.1. vbi Abb n.3. & c. Sancto de ſucceſſ. ab inteſt. hodie tamẽ per antiquiſſimam conſuetudinem poteſt clericus teſtari, tàm de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, quàm de acquiſitis intuitu perſonæ, vt dixi ſupra verb. bona. § 30.

70 Clericus etiam filius familias, & prima tonſura iñiciatus, dum tamen beneficium Eccleſiaſticum obtineat, aut habitum, & tonſuram deferat in forma. Trid. ſeſ.23.c. 6. de reformat. poteſt libere diſponere de omnibus bonis, quolibet modo à ſe acquiſitis, tàm intuitu perſonæ, quàm intuitu Eccleſiæ. nec in eis patri acquiritur vſus fructus, nec infirmatur teſtamentum præteritione filiorum, ſeù parentum l.cum lege, & auth. præsbyteras. vbi Doctor. C.de Epiſc. & cler. Abb. in c.quia nos n.4. de teſtam. Iaſ. in l.fin. nu.6. C.qui teſtam. facer. poſſ. & in l.ſi filiam n.9. C.de in offic. teſt. Palat. Rub. in rep. Rubric. §.42. n.7. Soares. in quæſt. maiorat. n.31. Cou. ru. in d.c.quia nos n.3. Dec. in c. in præſentia. num. 62. de prob. Roland. conſi.16. n.7. lib.4. Molin. de prim gen. lib.1. c.19. n.25. Valaſc. conſult. 87. n.5. & conſul. 108. n.12. Doct. in l.Sacro Sanctæ. C.de Epiſc. & cler. & eſt communis. contra Ant. Gom. in l.48. Tauri n.7. debetur tamen filijs, ſeù parentibus ſua legitima portio, quæ in noſtra Luſitania ſunt duæ partes omnium bonorum, & remanet tertia pars illorum, de qua clericus diſponit inter quaſcumq; perſonas voluerit, & aut diſponat de totis bonis, non faciens in teſtamento mentionem filiorum, ſeù parẽtum, aut de tertia tantum, ſemper filij, ſeù parentes habebunt duas partes bonorum, & diſpoſitio valebit in tertia, vt habet glo. ver. liberos. in auth. ſi qua mulier. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Iaſ. in d. l. fin. n.6. C. qui teſt. facer. poſſ. Valaſ. conſul. 24. n.5. quoniam legitima filiorum ſeù parentum debetur tanquam æs alienum, vt tenet Iaſ. in l.filius. §. diui. n.14. ff. de leg.1. & nullo modo in illa fraudari poſſunt.

71 Clericus, aut quicumq; alius, qui habet filium ſpurium, & incapacem ſuorum bonorum, poteſt inſtituere hæredem nurum, mulierem filij, aut illi inter viuos donare, cum non nuberẽt per chartam medietatis, ſecundum cõſuetudinem Regni noſtri Luſitaniæ ſed per dotem, & arras, vt vocant, & ea conditione, vt inter illas nulla fiat cõmunicatio, tunc enim valebit inſtitutio, ſiue donatio tanquàm extraneæ perſonæ facta, l.conſtat. vbi. Doctor. C.quorum bon. & Ant. Gom. in l.9. Tauri, n. 17. verſ. ex quo vtiliter infert. Cald. de nominat. quæſt.19. n.55. ſi enim filium ſpurio obueniret ex tali inſtitutione, ſeù donatione vtilitas, non valeret, quia ſicut illi relinquere non poteſt, nec per inter poſitam perſonam, vt eſt tex. in l.ſi quis vbi Doct. C.de in ceſt. nupt. & ita in nepote legitimo, qui patris iniquitatem non portat, l.fin. vbi notant omnes, C.de natur. lib. non valeret enim legatum dicto nepoti factum, ſi pater ſpurius in illo haberet vſum fructum. d.l. ſi quis. C. de in ceſt. nupt. & Cald. d. quæſt. 19. n.55. debet enim clericus excludere filiũ ſpurium ab vſu fructu, quando nepotem legitimũ hæredem inſtituit, aut illi donat inter viuos, glo. fin. vbi Doct. in d.l. fin. C. de natural. lib. Gom. & Cald. vbi ſupra.

72 Clericus in noſtra Luſitania eſt incapax bonorum regalengorum, & ſi illi eueniant ex aliqua ſucceſsione, tenetur illa vendere aut donare infra annum ord. lib.2. titul.16. attamen ſi poſt illud tempus, antequàm cõueniatur pro amiſsione illorum, transferat illa, in aliam perſonam, quæ bona illa regalia poſsidere poſsit, non incurrit in pœnam illam d. ord. lib.2. titul.16. vt tenet Gam. deciſ.242. n.3. & ord. lib.2. tit.17. §.8. & quamuis clericus ſit incapax, vt poſsideat bona regalia, ſeù emphiteuſim regalem, non eſt incapax, vt illa, per ſucceſsionem,

Digitized by Google

nem,ſeù nominationem habere poſsit ſed infrà dictum annum illa dimittere debet; ad emphiteuſim Eccleſiaſticam poterit nominari,& etiam ad ſecularem ſi placuerit Dño, vt reſoluit Cald. de nominat. quæſt. 22.n.4 poteſt tamen rex concedere clerico,vt habeat bona regalenga,& tunc reſpondebit pro illis coram iudice ſeculari.

73 Clericus, qui non habet temporalia a laicis,ſicut feudum,non tenetur illis præſtare iuramentum fidelitatis,quoniam,quatenus clericus,eſt maior quocunq; laico,c. nimis,vbi glo.fin.& Abb.n.1.de iure iur.& dixi ſupra hoc verb.clericus.§. 1.

74 Clerici,aut perſonæ Eccleſiaſticæ, ſiue Eccleſiæ nõ tenẽtur ſoluere tallias,vel exactiones a laicis impoſitas, & laici,qui illas ab illis exigũt, aut quicumq; in id dederit cõſilium, auxiliũ,ſeù fauorem, vel ipſimet clerici, ſi cõſenſerint remanent excõmunicati,c.quamquã, vbi Doct.de cenſ.lib.6.& c.1.& c.clericis. §.nos igitur. de immunitat.Eccleſ.d.lib.6. clemen.præſentibus.de cenſ.& l. placet.C.de Sacr.Sanct Eccleſ. & c.non minus.vbi Abb.n.7.de immunit.Eccleſ.l.item.nulla communitas.vbi Doct.C. de Epiſc. & cler. nec tenentur ſuccurrere neceſsitatibus ciuitatum , niſi prius Papa conſulto. c. aduerſus. vbi Ant. Innocent. Hoſt.Abb.& omnes. de immunit. Eccleſ. & c. generaliter. §.placet.16.quæſt.1, nec tenẽtur recipere Hoſpites l.1.vbi glo. ver. Hoſpites.Bald.& omnes c.de Epiſc.& cler. Abb.conſil.3. p.1.

75 Clericus tamen ſiue Eccleſia, aut perſonæ Eccleſiaſticæ, tenentur ad onera realia,rebus impoſita,ſicut eſt iter,ſeù puteus vel pons, qui prope domum illarum, ſeù fundum eſt,& etiam tenentur ſoluere collectam,quæ illis euenerit,pro rata de obſeruatione vinearum, ſiue agrorum, & de vallis,quæ fiunt iuxta ſuas agras,pro inundatione fluminum,& ad alia onera, quæ agris inhærent , & ad agrorum , ſeù eorum itenerum refectionem,ad itinera vero,Põtes,Fontes,& alia remota nõ tenẽtur,quãuis in vtilitatem publicam fiant, quia clerici,vel perſonæ Eccleſiaſticæ,ſiue Eccleſiæ non tenẽtur ad onera perſonalia,l.placet vbi Doct.& l.an inſtructiones,vbi Bart. Bal.& omnes C.de Sacro Sanct. Eccleſ. & l.de his clericis,vbi Salicet.& l.præsbyter' C.de Epiſc.& cleric.& c.conuenior.23. q. 8.glo.verb. collationibus in c.generaliter 16.q.1.& glo.verb.reuelandas,vbi Abb.n. 16.in c.non minus. de immunitat. Eccleſ. auth.de Eccleſiaſt.tit.& priuileg.§ ad hæc Sancimus coll.9.& c.ſi tributum. 11.quæſt. 1.cæp.de ſeruit.vrb.c.59.§.13. Pet.Aucd. de mand.reg.2.p. c.14.prætor.n.31.& vbi & clerici,ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ,vel Eccleſiæ tenentur ad illas ex actiones reales, debent obligari per iudicem Eccleſiaſticũ, & per illum ſunt ex actiones illæ componendæ,& faciendæ, non vero per iudicem laicum,quia iudices laici tanquàm in cõpetentes in cauſis, & rebus clericorum,& perſonarum Eccleſiaſticorum, nõ poſſunt facere ſimiles ex actiones , ſed iudex Eccleſiaſticus,eſt requirendus ad illas faciẽdas. c.2.& c.ſi clericos,de foro comp.& c. nullus iudicum,& c.relatum & c.ſi quis ex fratribus,& c.volumus,& c.de perſona.11 q.1. Bald.in l. de his. C. de Epiſc. & cler. Abb.in c.non minus. n.18. de immunitat. Eccleſ. & in c.qualiter. n.9. de iud. Card. in clemẽt.fin.19.de cenſ. Cou.ru. pract.c. 33.n.7. licet non nulli,& male freti in glo. verb. intra Eccleſiam in c. principes,quæ quaſi ab omnibus eſt reprobata , eò quòd text.quẽ allegat non probat,teneant quòd iudex ſecularis poſsit percipere,vt collectæ,& ex actiones iſtæ ſoluantur. & fructibus bonorum,& agrorum clericorum, vel Eccleſiarum, non aduertentes,quòd ſecularis iudex ſit in competens ad iudicandũ in rebus. & cauſis clericorum, ſiue Eccleſiarum, vt ſupra reſoluimus.

76 Clericus ſi conueniat laicum debet illũ conuenire corã iudice ſeculari in caſibus, vbi nullo ſpeciali iure Eccleſia iuuatur,ſi tamen illum conueniat pro violentia , iniuria , ſeù moleſtia ſibi à laico illata , poteſt illum conuenire coram iudice Eccleſiaſtico,ſeù laico prout ſibi melius placuerit. c.ſi clericus, vbi Doct.& c.cum ſit generale,vbi Abb.n.13.de for.comp.& c.experientiæ tuæ.11.quæſt.1.& c.licet ex ſuſcepto. de foro comp.& l.fin. C.vbi in rem act.Aff.ict.deciſ.390. n.1. niſi iniuria facta clerico ſit verbalis, tantum,quia tunc debet clericus conuenire laicum coram iudice ſeculari, vt tenet gl.fin.in c.parrochianas,vbi Innocent.de ſent.excommunicat. & Ioan.And.in c.Felicis.de pœn.lib.6.Ignat.de Salzed.c.87.verſ.ſed verum.& ratio eſt , quia in iniuria verbali facta clerico, nullum committitur ſacrilegium, vt tenet Silueſt.in ſumma ver.ſacrilegium,in final. verb.Salz.vbi ſupra. quamuis Abb. in d.c.

Digitized by Google

parrochianos.n.5.aliud teneat.attamen in noſtra Luſitania poteſt conueniri corã iudice Eccleſiaſtico,ord.lib.2.tit.9.§.3.

77 Clericus non poteſt negociare cauſa lucri, vt ex inope diues,& ex ignobili, gloriosſus exaltat. c.ſecundum,ne cler.vel monach.& c.conſequens. & c.negociatorem, & c.eijciens.88. diſt. ſi tamen principaliter cauſa lucri non negocietur,ſed vt neceſsitati ſuæ ſubueniat, bene poteſt tunc emere, & vendere,cũ hoc faciat ſine fraude,& per iurio, c.fornicari, & c.quoniam, 88.diſt.& gl.ver. non negociandi,in clem. præſenti. de cenſ. Abb. in c.ſecundum.n.1.ne cler.vel Monach.ſumma Ang. verbo clericus.9. §.2.

78 Clericus cõſtitutus in ſacris ordinibus, ſiuè in minorib.ſi fuerit beneficiat⁹ nõ poteſt exercere officiũ Tabellionatus in foro ſeculari,& Prælatus illius debet illi hoc interdicere per beneficij ſubtractionem, c. ſicut te ne cler.vel Monac.vbi Abb.n.5.& 6.ſum.Ang.d.ver.cler.9.§.9.Bar.in l.ſeruus ff.de teſtamẽt.& in l.vniuerſos.c.de decur. lib.10.Dec.conſil.120. col.1. Reb.in tract. de litter.obligat. art.2.gloſ.1.nu. 42.Lud. Gom.in c.ſi annum.§.ſi vero,n.15. de iud. lib.6. Caſſan.in conſuet.Burg.Rubr.1.§. 6. gloſ.meſsieri.& ſergens n.42.ægid. conſil. 42.Marſ.deciſ.194. p.2.

79 Clericus exercens per ſe officium laniorũ, ſeu macellariorum, aut tabernariorũ, & ter.monitus non diſiſtens, aut ſi officiũ illud re aſſumat, punitur arbitrio ordinarij,& ſi eſt coniugatus perdit priuilegiũ, non coniugãtus autem amittit illud in rebus,& ſi omnino incedit, vt laicus amittit etiã priuilegiũ clericale in perſona clem. 1.vbi Doctor.deuita.& honeſt.cler.ſumma Ang.d.verb.clericus.9.§.7.Ign. de Salzed. c. 69.nu.1.ſi vero clericus haberet carnes ſuas,aut vinum ſuarum vinearum,& domi ſuæ,hæc per aliam perſonam vendere faceret,non incurreret in pœnam ſupra dictam,c.ſignificante,de appellat.Dominic. In c.1.col.2.verſ.nota illamglam.deuita & honeſt.cleric.lib.6.Abb.conſil.6.ad fin. 1. p. Philip.Franc.ind.c.1. col. 2.

80 Clericus non poteſt exercere monſtra caruarum,aut ludas ſeculares,& theatrales & facere ſpectaculum ſui corporis & ince doremas charatus,& ſi illam artem exerceat per annum,habens illam pro officio, & monitus non diſiſtens perdit priuilegiũ clericale c.cum decorem,& c.clerici officia deuita.& honeſt.cler.& Abb.in d.c. cũ decorem.nu.5.& c.vnico,vbi Dominic. & Arch.Ioan.And. & omnes eodem tit.lib. 6.Angel.verb.clericus.9.§.10.nec poſſunt promoueri ad maiores ordines, quia fiunt infames,c.1.51.diſt.& c.1.§.omnes.4. q.1. & l.2.§.ait prætor.ff.de his qui not.infam. & c.maritus.33.diſt.Abb.in c.cum decorem,n.2.deuita & honeſt. cler. in occulto tamen,aut cauſa loci, vel alterius rei honeſtæ,non prohibentur clerici hoc fãcere, aliquando cauſa complacentia, cum illud non habeant pro officio, nec aſſueſcant, ſeù cauſa quæſtus hoc faciant,quoniam etiam ille bonus Dauid antecedebat archã teſtamenti,ludens,& pulſans citheram. Paralipomen.c.1.15.Abb.in d.c. cum decorem,nu.2.glo.ver Ioculatores, in c.vnico deuita.& honeſt.cler.& glo. ver.talibus in c.donare.86.diſt.Ang.ver.clericus.9.§.10. & etiam poſſunt clerici vti muſica artis, quia illis eſt permiſſa, muſica vero laſiua vti non poſſunt,imo illis eſt reprobata, extrauag.vnica, vbi Doct.deuita. & honeſt. cler. inter cõmunes.

81 Clericus non poteſt exercere auium, & canum venationes cauſa voluptatis,& qui canes,aut aues,ad hoc habet,ſi eſt Epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus a cõmunione,& ſi eſt præsbiter duobus menſibus ſi diaconus ab omni officio,c.1. vbi Doct. & c.2.de cler.venat.& c.an putatis.87.diſt. couſa tamen neceſsitatis, aut recreationis licita eſt clericis venatio auiũ,ſeù piſcatio, cum non ſit clamoſa.ſed cum recte,vel laqueo,excepto Epiſcopo,glo.verb.voluptate in c.1.de cleric.venat.vbi Abb.n.1.quãuis de conſuetudine, omnes clerici tam in ſacris ordinibus, quàm beneficiati, exerceant omnem venationem de leporibus, & cuniculis,cum canibus, vbi fit clamor. & cum retibus,& viuerris,& aliam venationem,de alijs animalibus, & tollerantur a ſuis ſuperioribus,ſine aliqua monitione, ſeu prohibitione.

82 Clericus deprehenſus in latrocinias, & alias magnis ſceleribus debet regra dari ab ordinibus,& tradi in monaſteriũ ad pœnitentiam faciendam, c. tuæ diſcritioni, vbi Doct.de pæn.ſed hodie iam non praticatur hæc traditio in monaſterium, imo ſolent iudices Eccleſiaſtici de portare extra opidum.Loco traditionis in monaſterium,eò quòd iam non ſit in vſu hæc detruſio, vt inquit Bernard. Dias in pract.

crim.

Digitized by Google

crim c.128.Iul.Cla.lib.5.§.fin.quæſt.70.n.
83 6.& Ig.1.de Salze.c.136.n.1.

Clericus incorrigibilis eſt excõmunicãdus,& anathematizandus,& ſi ſic non reſepiſcat,cum Eccleſia non habeat,vltrà quid faciat debet tradi curiæ ſeculari,& tũc per iudicem ſecularem eſt comprimendus, & illi condigna pœna inferenda, & dicitur clericus depoſitus incorrigibilis, ſi poſt depoſitionem, ſiuè excõmunicationẽ, aut aliam pœnitentiam a iudice Eccleſiaſtico inflictam reuertitur ad priora delicta, aut in illis perſeuerat,aut incidit in alia ſimilia ſiue deteriora, c. cum non ab homine, vbi Doctor. de iud. & c.nouimus de verb. ſign.& c.1.de hæret.lib.6.itaque, vt clericus incorrigibilis dicatur,debet præcedere trina ad monitio,vt tenet boſſ. in tit de foro comp.nu.131.& quando primo eſt depoſitus,ſecũdo excõmunicatus,tertio anathematizatus, & adhuc perſeuerat in ſua cõtumacia,tunc dicitur incorrigibilis, aut ſi incedat ſine habitu, poſt trinan ad monitionem, ſiue poſt binam remiſsionẽ de delictis,pro quibus ingeritur pœna mortis, vt tenet Caſſan.in conſuetudin. Burg. fol.51.n.66.Papo.lib 1.tit.6.arreſt. 5. Iul. Clar.lib.5.§.fin.quæſt.36.n.34 Salz.c.139. n.2.& quomodo regradetur, & quid poſtea iudex facere poſsit dico infrà.§.106.

84 Clerici depoſitio eſt perpetua remotio ab altaris miniſtratione,& non eſt faciẽda ſine iuſtiſsima cauſa,& pro grauibus criminibus,vbi de iure ciuili erat imponenda pœna mortis,tunc enim de iure canonico imponitur pœna depoſitionis,nec tamen in hoc ſunt attendendi,canones antiqui,ſed iudex pro ſuo arbitrio debet conſiderare,quæ ſint crimina digna depoſitione,c.non poteſt,vbi Doct. de ſent.& reiud. & c.fin.1.quæſt.5.Abb.in c.at ſi clerici,nu. 34.de iud.Fel.in c qualiter.2.§.ad corrigẽdas,col.4. de accuſat.

85 Clericus tamen depoſitus,non eſt ſtatim tradendus curiæ ſeculari, ſed debetur primo deponi,& excõmunicari,& anathematizari,vt ſupra diximus §.83 & ſi tunc fuerit in corrigibilis debet tradi curiæ ſeculari,c.at ſi clerici,vbi Abb.n.2.& alij de iud. & reſoluunt ſupra relati d.§.83.

86 Clericus falſans litteras regis,ſiuè principis,& imponens illis falſum ſigillum debet degradari,& debet illi imponi aliquis character,ſeù ſignum in recognitione maleficij,&debet mitti in exilium,c.de audiẽtiam,vbi Abb.n.2.de crimin.falſ.vbi etiam notat. glo. fin. & tenet Hoſt. in ſumma. de crim.falſ,§.fin. verſ. ſi quis autem Ign. de Salz.c.117.n.3.Geripard.conſil.26.n. 12. Merg.conſil.32.n.18.

87 Clericus,qui falſarum litterarum Papæ fuerit deprehenſns, & per ſe vitium falſitatis,exercuerit,remanet priuatus omnibus officijs & beneficijs Eccleſiaſticis,& eſt degradandus per iudicem Eccleſiaſticum, & tradendus curiæ ſeculari, vt ab illo iudice ſeculari puniatur,ſecundum laici per leges ciuiles ſunt puniendi, & ipſo iure manet excõmunicatus,cum factoribus, & defenſoribus.c.ad falſariorum,vbi glo.ver. legitimas,Abb.n.3.&omnes de crim falſ.idem Abb.in c.olim n,2.de reſcrip.Afflict.deciſ. 21.nu.2.quæ pœna inuiolabiliter obſeruatur in Regno Caſtellæ,per leg.reg.l.60.tit. 6.part 1.vbi Greg.Lop.& idem in l.6.tit. 7.part.7.in glo.ver. de Papa, ode rei.alibi tamen regulariter non obſeruatur illa traditio curiæ ſeculari,ſed per iudicem Eccleſiaſticum deponitur,ſuſpenditur,& punitur alius ſupradictis pœnis, vt tenet Anan.in Rubr.de falſ circa finem. Iul. Clar. lib.5.§.fin.quæſt.36.nu.39.Ign. de Salzed. cap.117.n. 5.

88 Falſans tamen litteras delegati Papæ nõ debet ita acriter puniri,licet delegatus habeat vices Sũmi Põtificis, vt tenet Abb.in d.c.olim,n.2.de reſcript. Fel.in c.2.col. 9. eodem tit.Doct. in d.c.ad falſariorum, de crim.falſ.& dico verb.falſarius .§.9.

89 Clericus falſans litteras Epiſcopi, ſeù capituli,ſiuè alicuius iudicis inferioris debet ſuſpendi ab officio & beneficio,donec mereatur obtimere indulgentiam a Sede Apoſtolica;& eſt detrudendus in monaſterium,c.tam litteris, ad fin. vbi.gloſ. fin.& Doct. de teſt.& c.ſi Epiſcop⁹.50.diſt.Abb. in d.c.olim,n.2.de reſcript.Hoſt.in ſumma tit.de crim.falſ.§.fin. & dicam infra verb. falſarius a. §.9.

90 Clericus,qui per inuocationem demonis,furtum requirit,aut vtitur diuinationibus,ſorti legis,in cantationibus,aut profitetur magicam artem, deponitur ab officio,& beneficio, c.non oportet, vbi Doct. & c ſi quis Epiſcopus,& c.aliquanti, & c. ſortes.26.quæſt.5 gloſ.fin.in c.1. vbi Abb. n.2.de ſort & etiam debet poni cum ignominia ad fores Eccleſiæ,& mitti extra Diæſim,c.Epiſcopi. 26.q.5.& habetur in concil.Agat.canon.68.Abb. d,n.2.Paul. Grill. in tract.

Digitized by Google

in tract.de fortil.q.11. per totum. Salzed. c.107.n.2. ſi autem bono zello, & ſimplicitate ſine dæmonis inuocatione hoc fecisſet, debet tantùm ſuſpendi ad tempus pro arbitrio iudicis, conſiderata qualitate, & modo delicti, & animo, & arte cooperationis, c.2.vbi Abb.n.4. de fortileg.& c.non aſſeramus 24.quæſt.1.& 1.hodie.ff.de pœn. attamen hodie non obſeruat praxis, vt clericus ponatur ad fores Eccleſiæ cum ignominia laicus vero ſic. dico verbo.fortilegium §.6.

91 Clericus, qui publice gloriatur de criminibus propter quod eſt ſecutum ſcãdalum, debet ſuſpendi ab officio, & beneficio, & licet conſeſsio extra iudicialis de iure non probet ad pœnam ordinariam imponendam, eſt tamen ita fœda gloriatio de crimine in clerico, qui plorare debet ſua crimina, vt propter illam tantùm gloriationem ſit puniendus, conſiderata qualitate delicti, de quo gloriatur, & loco, vbi gloriatur, & inter quas perſonas, & præiudicio, & ſcandalo, quod ex illa gloriatione ſub ſecutû fuit. c quàm ſit graue, vbi Abb. n.1.de exceſſ.prælat. M nochi de arb. lib. 2.cent.4.cau.331.n.2.Igitur.deSalzed.c.119. n.1.

92 Clericus Parrochialis, qui ſine ſcãdalo, non poteſt eſſe in ſua parrochia, debet etiã in vitus tranſmutari ab Epiſcopo in aliam parrochiam, vt ceſſet ſcãdalum, ſi tale eſt, quod aliter ceſſare non poteſt, & ſi fortè ſcandalum fuerit inter parrochum, & beneficiatum eiuſdem Eccleſiæ, & ſcandalũ non poſsit euitari cum ambo commorentur in eadem Eccleſia, tunc beneficiatus tanquàm minus principalis eſt tranſmutãdus, ſi cum vnius mutatione ſcandalũ poſſit ceſſare, & ſcandalum non procedat directè ex malicia rectoris. arg tex.in c cum teneamur. de præb.& in c ex litteris, 1.vbi gl.2.& Abb.n.1.de homic.

93 Clericus in ſacris conſtitutus nõ poteſt nutrire comam, nec barbam, aut in minoribus habẽs beneficium, ſub pœna anathematis.c.ſi quis, & c clericus.5.& c.clericis. de vita, & honeſt.cler.Abb.in d c.ſi quis.de vita.& honeſt.cler.& c.prohibete, & c.clerici, & c.ſi quis.23.diſt.& Nau in Manu.c. 25.n.110. Romæ tamẽ, & alijs mundi partibus, non abſeruatur ex cõſuetudine hoc ius, imo permittitur clericis incedere barba oblonga, dummodo labium ſuperius radatur, ſed in tota noſtra Hiſpania obſeruatur hoc ius, prohibens clericis, ne barbam, aut comam nutriant, Nau.in Manu.c. 25.n.110 verſ. trigeſsimo tertio. Salzed. c.76.verſ.& non ſolũ, & eſt cautum.in conſtitutionib.ſynodalib.

94 Clericus in minoribus non cogitur deferre tonſurã, niſi ſit beneficiatus, aut vellit gaudere priuilegio clericali, ſi enim nõ eſt beneficiatus, nec vult gaudere priuilegio clericali, poteſt ex vere habitum clericalem, & portare arma, & fieri miles ſecularis, & omnia ſecularia exercere.c.Ioann. & c.fin. vbi Abb.n.1.de cler.coniug. Nau. in Manu.c.25.n.110.

95 Clericus in minoribus, qui iuis ſit beneficiatus, poteſt ducere vxorem, vacat tamẽ ipſo iure beneficium, ſeu penſio, ſi illã habet in aliquo beneficio.c.1.& c ſane.2.& c. quod ad te, & c.diuerſis.de cler.coniug & c.clericus.6.de vita, & honeſt.cler. Abb.in c.vt clericorum.n.3.eodem.tit. & in d.c.1. n.4.de cler.coniug.collect.ibidem.Doct.in clement.gratiæ. de reſcript. præpoſit.in c. placuit.32.diſt Ioan.And. in c.Ioannes.de cler.coniug Rom.conſi 483. col.3 Hippolit.conſil 70.col.3.lib.1.& Syluest.ver.clericus.2.§.4.

96 Clericus vxoratus cum muliere vnica & virgine gaudet priuilegio clericali, ſi deferat habitum, & tonſuram. c.ex parte.vbi Doct.de cler.coniugat.& c.vnico. vbi Dominic.Arch.Ioan. And.& alij eodem titul. lib.6 Alex. in conſil 8.lib.1.Trid.ſeſ.23.c. 6.de reform.& in noſtra Luſitania.eſt ord. lib.2.tit.1.§.27.

97 Clericus cõiugatus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, c.vnico, & gl.in ſumma.& Doct. communiter. de cler.coniug lib.6. attamẽ praxis, & conſuetudo hoc non admittit. vt tenet Abb.in c.2.n.12. D c.n.15 & Ripa. n.56 Mantua.33. de iud.Cou.ru in c.alma mater.1.part.§.11 n.3.de ſent.excommunicat.lib.6.

98 Clericus autem in ſacris vxorem ducẽs remanet ipſo facto excõmunicatus, & matrimonium non tenet, & amittit executionem ordinum, & debet carere officio, & beneficio Eccleſiaſtico, & remanet ſuſpectus de hæreſi, & debet ab iurare mulierẽ illam.c.1.vbi Doct.de cler.coniug.& c.decernimus.& c.de ijs.28.diſt.& clem.vnica. vbi Imol.Ioan And.Card.& omnes.de cõſang.& affin. Abb. in c.ex litterarum. n.3. ne cler.vel vouent. Alphonſ.de Caſt.lib.2. de hæreſ.verb.ſacerdotium. Cou.ru.lib.4. decre-

Digitized by Google

decretali.2.p.c.6.§.3.Vuald.lib. de ſacramen.c.128.& c.129.de ſacramento ordinis.Sot.de iuſt ſacerd.de matrimonio.lect. 6.Ruoert.in tract.de ſacerd.cælibatu.& de hac etiam ille,qui in ſacris cõſtitutus vxorem duxit, pati pænã ſtupri,ſi mulier, quã duxit erat virgo,& ille ſub colore matrimonij illam defloraiut, & non excuſatur eò quòd verba de præſenti interuenerunt ſi quidem cõmiſit hoc crimen fraude, & dolo,& fraus & dolus nulli debat patrocinari,nec ex eo commodum reportare debet.c.ex inſinuatione de appellat.& c.ſedes de reſcript.& c. ſtatuimus de offic. de leg.lib.6.& l.1.ff.de dol.Salz.c.80.n.40.

99 Clerici debent caſte & honeſte viuere, præcipuè qui ſunt ſacris ordinibus conſtituti,quoniam contraxerunt quaſi matrimonium cum Eccleſia,& videntur cõmittere adulterium ſpirituale.c.vt clericorum vbi Abb.n.2.de vita.& hon cler .& c.1. & c.quando.28.diſt.

100 Clericus non debet habere domi ſuæ mulierem ſuſpectam,quamuis ſit valde cõſanguinea nec poteſt cum mulieribus habere colloquia,& ſi monitus illam non dimittat,aut non diſiſtat a colloquijs illarũ, poteſt excõmunicari,c.1.& c.ſi quisquàm, & c.a nobis Cohab.cler.& Mul.Abb. in d. c.ſi quisquàm,n.1.poteſt tamen habere domi ſuæ matrem,auiam,matertera m, & amitam,& ſororem,aut filiam fratis,ſeu ſororis, & mulierem vxorem ſui famuli, & mulierem ſenem,ſi aliàs mulieres hæ non ſunt ſuſpectæ,& clericus eſt bonæ famæ,& nunquàm cum illo dexteram, nec ſiniſteram famam habuerunt,c.1.vbi Abb.n.1.& c.a nobis de cohabit.cler.& Mul.& c.inter dixit.32.diſt.& glo. ibi verb. idoneas, & c. volumus,& c.cum omnibus.81.diſt. Nau. in Manu.c.25.nu. 109.

101 Clericus habens domi ſuæ cõcubinam, aut extra domum vel alias mulieres,de quibus habeatur ſuſpicio, & cum illis habeat conſuetudinem,compellitur illas demittere,non tamen ab iurare,& ſi monitus a ſuperiore ſe ab illis non abſtinuerit remanet priuatus ipſo facto tertia parte omniũ fructuum obuentionum,ac prouentuũ ſuorum beneficiorum,& penſionum, fabricæ, Eccleſiæ,aut alij pio loco,ab Epiſcopo applicandorum,ſi vero in delicto eodem, cũ eadem,vel cum alia perſeuerauerit,& ſecũdæ monitioni nõ paruerit, amittet omnes fructus ipſo iure,& redditus,& prouetus,ſuorum beneficiorum, & omnes penſiones,quæ ſupra dicto modo arbitrio Epiſcopi applicabuntur,& etiam ſuſpendetur ab Epiſcopo ab adminiſtratione ſuorũ beneficiorum,qui Epiſcopus tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegatus,arbitrio ſuo,illum ſuſpendet,& ſi ita ſuſpenſus eàs nõ expellat,ſed etiam cum eis verſetur priuabitur perpetuò officijs,& beneficijs,portionibus, & penſionibus Eccleſiaſticis, & fiet in poſterum inhabilis,& indignus,quibus cunq; honoribus, dignitatibus,officijs, & beneficijs, donec cum eo a ſuperiore poſt vitæ emendationem diſpenſetur, & ſi poſt quam mulieres ſupra dictas dimiſerit,iterum illas,aut alias ſcandaloſas,repetat, aut ſibi ad iunxerit,pręter has ſupra dictas pœnas,debet excõmunicari,clericus verò qui non habet beneficium, aut penſionem punietur ab Epiſcopo in pœna carceris, & ſuſpenſione ab ordinibus, & inhabilitatione ad obtinenda beneficia , & alijs pænis iuxta delicti, & contumaciæ perſeuerantiã & qualitatem illius.c.clericus,& c.ſicut, & c.ſi autem de Cohab.cler.& Mul. & Trid. ſeſ.25.c.14.de reformat.Abb.in d.c.ſi autem nu.1.Nau.in Manu.c.25.n. 109. Hoſt. in ſumma tit.de Cohab.cler.& Mul §.qualiter imponatur. Quid Papa quæſt. 558. Menoch.de Arb.lib.2.cent.5.cau.418.n. 6. Sarmient.lib.1.Celect.c. 5.Ign.de Salzed. c.79.per totum.

102 Clericus concubinarius differt a fornicario,nam concubinarius,proprie dicitur ille,qui publice mulierem, cum qua conſueuit carnaliter cõmiſceri domi retinet, aut extra domum, cum illam alimentet, & ſuſtineat de omnibus neceſſarijs, aut habeat filios domi & matrem,ſiuè,mulierem cuius concubinatus per ſententiam , ſiuè per confeſsionem iure factam,aut per rei euidentiam,quæ nulla tergi verſatione celari poteſt,ſit notorius, fornicarius autem dicitur ille,qui vnicum actum cum aliqua muliere habuit vel cum pluribus,& ſtatim receſsit ab illis,& iſte talis, dum nõ ſit notorium,quod celebret aut exerceat officiũ diuinum in peccato mortali non eſt vitãdus ſicut publicus concubinarius,c.veſtra, vbi Abb.n.1.& c.tua,& c.fin. Cohab. cler. & mulier concil.baſſ.ſeſ. 20. in princ. nec clericus fornicarius debet deponi,ſed alia pæna pro arbitrio iudicis eſt puniẽdus,vt eſt glo.ver.remoueatur, in c.maximianus. 81.diſt. & gloſ. 1.in c.lator. 2.q.7.& Abb.

Dec.

Digitized by Google

Dec F. l. & alij in cap.atſi clerici.de iud. Imol.in c.vt clericorum de vita & honeſt. cler. & Aran. in c. ſignificaſti. de adulter. Selua.in tract.de benef.3.p.q.3.

103 Clericus non debet audire confeſsionē ſuæ concubinæ,ſed potius,ſi eſt parrochus illius, debet alteri committere illius confeſsionem quauis ſi illa confiteatur valeat confeſsio,vt probatur ex §.fin.3.q.7.Abb. in c.fin.n.5.de ord.ab Epiſc.qui renuncia. Epiſc.

104 Clericus non tantum debet abſtineri à carnalibus comercijs, & prohibitis matrimonijs, ſed illa prohibita, & clandiſtina prohibere,& ab illis aufugere, & ſi matrimonio interdicto intereſſe præſumpſerit, ab officio per triennium ſuſpendetur, & ſi culpa exigat grauius punietur. c. fin. §. ſane. vbi Abb.n.1.& omnes.de clandiſt.deſpon.Florent.3.p.tit.1.c.16.Ig.de Salzed. c.73.n.1.

104 Clericus hæreticus poteſt à ſuo Epiſcopo degradari, id eſt,regradari, & tradi curiæ ſeculari ad comburendum,poſt depoſitionem beneficij, niſi ſe ab errore correxerit incontinenti, & hæreſi ab iurauerit, quia tunc pœnitentia illius eſt admittenda,niſi fuerit relapſus,quia tunc nō eſt admittenda pœnitentia illius. c.ad abolendā: vbi Abb.n.1.de hæret.& c.1.vbi Doct.eodem tit.lib.6.& l.quicumq;. ad finem .C.de hæret.Philip.Franc.in c.vt commiſsi.not. 4.de hæret lib.6. Dec.in c.atſi clerici.col. 21.verſ. & quando de iud.Iacob.ſeptim.in catholic.inſt. c.45.n.25. Paul.Grilland.in tract.de hæret.q.7.dico verbo. hæreticus. §.9.

105 Clerici degradatio verbalis, & actualis pro atrocioribus criminibus, & depoſitio à ſacris ordinibus, vt ſit tradendus curiæ ſeculari, eſt facienda ab Epiſcopo, aut ab eius Vicario generali in ſpiritualibus adhibitis ſecum, & in hoc ſibi aſsiſtentibus, præſenti curia ſeculari, ſex Abbatibus habentibus vſum mitræ, & baculi ex priuilegio Apoſtolico,in regradatione præsbyteri,in regradatione vero diaconi,vel ſubdiaconi, tribus, ſi in ciuitate, aut diœceſi reperiri poſsint,& cōmode poſsint intereſſe, alioquin adhibitis alijs perſonis cōſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica,quæ iuris ſciētia,& ætate cōmendabiles exiſtant,& tunc clericus ille regradandus, veſtibus ſacris erit indutus, habens in manibus librum, vas, vel aliud,inſtrumentum,aut ornamētum expectans ad ordinem ſuum,ac ſi deberet ſolemniter celebrare , de ducitur ad Epiſcopum,ſeù illius Vicarium generalē, qui ab illo aufert ſingulariter veſtes,& calicem,& librum, & ſingula omnia,quæ,illi iuxta modum ordinandorum fuere tradita ab Epiſcopi,deſcendēdo gradatim,vſq; ad primam veſtem, quæ datur in collatione primæ tonſuræ , & tunc radatur caput illius, vel tondeatur, ne tonſura,vel clericatus veſtigium remaneat in illo,& vtetur ille Epiſcopus, aut eius Vicarius generalis in illa regradatione aliquibus verbis ad terrorem oppoſitis illis,quæ in collatione ſunt pro lata dicendo præsbytero in remotione planetæ,auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & honore ſacerdotalite priuamus,& in remotione reliquorum inſignium vtetur ſimilibus verbis,& in ablatione vltimi, quod in collatione ordinū fuit primum , dicet authoritate Dei Omnipotentis Patris,& Filij, & Spiritus Sancti,ac noſtra,tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus,degradamus, ſpoliamus,eſt exuimus te omni ordine,beneficio,& priuilegio clericali,c.ad abolendam.vbi Abb. n.5.de hæret.& c.nouimus.de verb.ſignifi. & c.2. vbi notant omnes. de pœn. libr.6. Trid.ſeſ.13.c.4. de reformat.& habetur in lib.Pontificali.fol.205.& tunc.iudex ſecularis poterit cōdemnare clericum ſibi traditum ad triremes,ſeu pœna mortis naturalis quia tanquàm laicum illum iudicat ſecundum pœnas impoſitas laicis per leges ciuiles. C.ad falſariorum.vbi glo.ver. ligitimas.& Doct.de crim.falſ.

106 Clericus incarceratus pro cauſa nō multum graui,debet releuari acercere ſi dederit fide iuſſores deparēdo iuri, ſi vero cauſa ſit nimis grauis,ita quòd timeatur defuga nō releuatur à carcere,ſed ibi detineri debet ita tamen, vt fame non pereat , quia ſi fame moreatur incurrit irrigularitatem, qui illum fecit incarcerari,c.ſi clericos de ſent.excōt.lib.6.Abb.in c.cum non ab homine.n.31.de iud. & dixi ſupra verbo carcer. §.5.

107 Clerico non licet ludere cum laico,nec cum hominibus mali exempli, ſiue moris, quoniam vnuſquiſq; dicitur adaptare illis, cum quibus conuerſatur , cum clericis vero boni exempli, & moris , bene poteſt ludere,& conuerſari,animi gratia recreandi,cum ludos prohibitos non exerceant.c. continebatur. & c. lator præſentium , vbi Doct.

Digitized by Google

Doct. de homic. & clem. digni. vbi Imol. Ioan. And. & omnes. de celeb. miſſ.

109 Clericus non debet fide iubere pro laico, niſi quando laicus eſt poſitus in magna neceſsitate, quia tunc bonum opus eſt ſuccurrere proximo in ſuis neceſsitatibus, pro clerico tamen bene poteſt fide iubere. c. 1. vbi Abb. n. 3. de fid. iuſſ. idem Abb. in c. peruenit. n. 1. eodem. tit.

110 Clericus compellitur obſeruare fide iuſſorem ſuum in demnem, & tenetur illi, in id, in quo creuit obligatio. c. peruenit. vbi Doct. de fid. iuſſ. & l. ſi mandatu meo. §. ſi fide iuſſor. ff. mand. & l. 2. §. fin. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertim. Abb. in c. conſtitutus. n. 1. de fid. iuſſ.

111 Clericus in ſacris, aut beneficiatus non poteſt eſſe generalis procurator in foro ſeculari, quia non debet implicari negocijs ſecularibus. imo clericus generalis procurator debet deponi. c. ſed nec. & cap. 2. vbi Doctor. nec cler. vel Monach. & c. 1. & 2. de poſtul. & Abb. in c. fin. eodem. tit. & ſumma Ang. ver. clericus. 9 §. 11. Philip. in c. 4. n. 4 de iud. Salz. c. 60. n. 1. pro vna tamen cauſa particulari, & pro rebus ſuę Eccleſię, bene poteſt procurare, etiam in foro ſeculari, & prouiduis, orphanis, ſeu miſerabilibus perſonis, quia perſonæ hæ indigent Eccleſiaſtico auxilio, c. 1. vbi Abb. n. 1. depoſtulãd. idem. Abb. in d. c. ſed nec. n. 4. ne cler. vel Monach. ſumma Ang. ver. clericus. 9. §. 11. Ign. de Salz. c. 60. n. 1. & c. 63. n. 2. verſ. 1.

112 Clericus poteſt procurare in foro Eccleſiaſtico, eò quòd non inuenitur prohibitus procurare in foro Eccleſiaſtico, & in procuratorio officio, qui non inuenitur prohibitus reputatur idoneus. c. 1. de procurat. lib. 6. & l. mutus. §. 1. ff. de procurat. ſumma Ang. ver. clericus. 9. §. 11. imo eſt conceſſum. c. 2. depoſtul. & c. in noſtra. vbi Abb. n. 1. de procurat. Salz. c. 63. verſ. 5. limita. ſed praxis hoc non admittit. præcipuè. in noſtra Luſitania.

113 Clericus quamuis procurare non poſsit in foro ſeculari poteſt tamen in camera dare conſilium, ſcribere allegationes iuris, diſponere articula, libella re, contrariare libello, opponere exceptiones. & omnia ad reum condemnandum, & abſoluendum. neceſſaria articulare in cauſis ciuilibus, ſeù criminalibus, vbi non veniat imponenda pœna ſanguinis, ſeu mẽbri mutilatio, quia conſulens domi ſuæ, ſeu in camara, non dicitur aduocatus, nec prohibitus aduocare cenſetur prohibitus domi conſulere. glo. ver. conſuluit. per text. ibi in c. ex litteris de exceſſ. pręlat. Abb. in Rubr. n. 1. de poſtul. Bart. in l. 1. § aduocatas. n. 4. ff. de var. & extraord. cogn. Rip. in c. decernimus. verſ. 3. de iud. & ita obſeruat praxis in noſtra Luſitania. interior.

114 Clericus poteſt licite exigere ſalariũ in cauſis, vbi aduocare poteſt, & etiam pro conſilio, quod domi præſtat, quia iuſtum conſilium vendi poteſt, ita tamen ne ſit vltrà iuſtum, conſiderata ratione laborũ, ſtudij pręteriti, & pręſentis, non tamen, vt vnus clientus ſoluat omnes imprenſas pręteriti ſtudij, ſed omnia ſunt moderãda pro arbitrio boni viri. c. non licet. 11. q. 3. & c. fin. 14. q. 5. & l. 1. vbi gl. ver. dicent. ff. de var. & extraord cogn. Abb. in c. 1. n. 5. depoſtul. & in c. quia plerięꝫ. num. 32. de immunit. Eccleſ.

115 Clericus pręsbyter, ſeu archidiaconus, decanus, plebanus, prępoſitus, cantor, & alij clerici perſonatus habentes, & parrochiales Eccleſias habentes ſub ſe capellas, quæ plebanię ſunt, in quibus clerici perpetui inſtituantur, nec nõ religioſo profeſsi, non poſſunt audire leges, & ſi infrà duos menſes non diſiſtant ab eas audiendo, vel phyſicam, remanent ipſo facta excõmunicati, & in nulla cauſa, ſi patrocinium pręſtare voluerint, audiantur, & reuerſi in choro, menſa, & capitulo, & cęteris. habeantur vltimi fratrũ, & amittant ſpem totius promotionis ad ordines, ſeu beneficia, niſi fortè ex miſericordia Sedis Apoſtolicę, cum eis diſpẽſetur. c. nõ magnopere, & c. ſuper ſpecula. vbi Doct. ne cler. vel Monach. & c. 1. eod. tit. lib. 6. Ang. ver. cler. 9. §. 12. Reb. in tract. nom. q. 5. n. 32. Alber. troc. de vero, & perfect. cler. lib. 2. c. 35. hoc tamẽ nõ habet locũ in clericis, qui nõ ſunt pręsbyteri, licet ſint in ſacris cõſtituti, nec in habẽtibus beneficium ſimplex, nec etiam curatum, ſi non ſit plebania habẽs ſub ſe capellas, c. 1 vbi Doct. ne cler. vel Monach. lib. 6. Abb. in d. c. nõ magnopere eod. tit. Doct. in d. c. ſuper ſpecula, nec etiam habet locũ in illis, qui audiũt leges cęſareas, vt melius Theologiam, ſeù ius canonicũ intelligant, cũ lex ciuilis ſit pars diuinę, & Theologicę ſciẽtię. & canones magna ex parte iuri ciuili ſint cõiuncti, ita vt nõ poſsit quis eſſe bonus canoniſta, niſi ſit bonꝰ legiſta, nec bonꝰ legiſta ſi ñ fuerit bonꝰ canoniſta, & quãuis in camera poſsit quicũꝗ; iuri ciuili ſtudere, multũ

Digitized by Google

tamen adiuuat lectio magriſti, vnde qui ad hoc iuri cæſareo ſtudent, non incurrunt in pœnas, vbi ſupra. vt tenet Abb. in d.c. ſuper ſpecula. nu.16. ne cler. vel Monach. Alb. trot. de vero. & perfect cler. lib. 2. c. 36 Barb. in c. conquæſtus col. 3. de for. comp. Roman. ſingul. 654. Nau. in c. non dicatis. 12. q. 1. n. 33. & eſt communis.

116 Clericus ſecularis non poteſt vti habitu monachali, nec nominari monachus, niſi fiat monachus, & ſi habitum monachalem portat cogitur diſiſtere ab illo, aut fiat monachus c. vt clerici, vbi Abb. n. 3. & omnes de regul.

117 Clericus non debet recipere ceſsionem a laico cauſa mutandi iudicium, nec valet ceſsio cum hac fraude. c. fin. vbi glo. fin. & Abb. n. 10. & omnes. de alienat. mut. cauſ. l. pen. vbi Doct. C. mand.

118 Clericus, qui occultiſsime hominem interfecit, aut incidit in occultam excõmunicationem, & ſi abſtinendo ſe à celebratione infamatur, poteſt poſt debitam confeſsionẽ habita contritione celebrare, antè diſpenſationem, ſeù abſolutionem, quia lex naturalis, & diuina de defendenda fama vniuſcuiuſq; præeſt legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate. c. ſicut non alij, vbi gl. ver. neceſsitas. de conſecrat. diſt. 1 & c. ſanctum de cõſecrat. diſt. 4. Nau. in Manu. c. 27. n. 219. communiter approbatus.

119 Familia poteſtatis poteſt capere clericum de nocte, aut in facinore ſi eſt ſuſpectus de fuga, & illum tradere ſuo iudici. vt famæ, & Abb. in c. ſi vero. n 7. de ſentent. excõmunicat. idem Abb. in c. cum non ab homine. n. 15. de iud. & Fel. in d. c. ſi vero. n. 4. Arct. in d. c. cum non ab homine. n. 14. & Alciat. nu 63. viuius. lib. commu. opin. ver. iudex laicus. Gramat. ſuper cõſt. regni. fol. 29 col. 2. verſ. 14 iudex. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 28. n. 6. nec tunc eſt neceſſaria authoritas ſui prælati. vt vult glo. verb. deprehenſus. in d. c. cum non ab homine. de iud.

120 Sacerdotes Sarracenorum, quomodo vocentur, & eorum officia, quæ ſint vide gloſſam verb. Zabazola. in clem. 1. de Iudæ. & Sarracen.

Verbo Coadiutor.

COadiutor dicitur ille, qui datur iure, ſeù authoritate iudicis ad coadiuuandum in officio præſidentis, & dicitur coadiuter à verbo adiuuo, vt tenet. Abb. in c. fin. n. 1. de cler. ægrot.

2 Coadiutor debet pollere moribus, ætate, ſcientia, potentia & magnanimitate, ad illud officium, in quo deputatur coadiutor. c. grandi. vbi Doct. de ſuppl. negl. prælat. lib 6 & c. 1. vbi etiam notant Doct. de cler. ægrotant. libr. 6. Abb. in c. fin. nu. 1. eodem. tit.

3 Coadiutoris enim officium eſt facere illa, quę pertinent ad officium illius, cui datus eſt coadiutor, quia ad omnia habet liberam, & legitimam adminiſtrationem, excepto, quod non poteſt alienare. c. vnico. vbi gloſſ. verb. officium, & Doctor. de cler. ægr. libr 6 & c. quamuis 7 quæſt. 1. & l. contra iuris. in fin. ff. de pact. & glo. ver. liberam, in d. c. grandi. de ſuppl negl. prælat. lib. 6. ſumma Ang. ver. coadiutor. §. 3. & c. is cui, & c. in dignitatibus. §. ſi vero. de elect. lib. 6. ſi tamen coadiutor Epiſcopi non eſt Epiſcopus, nõ poteſt exercere illa, quæ pertinent ad ordinẽ Epiſcopalẽ, ſed illa, quæ ſunt iuriſdictionis, diœceſanæ dignitatis, & cõferre beneficia, & cognoſcere de cauſis delegatis ſub nomine dignitatis, ſi tamen eſt Epiſcopus, omnia poteſt exercere. d. c. vnico. vbi Doct de cler. ægr. lib. 6. Abb. in c. fin. n. 1. eodem. tit.

4 Coadiutor datur alicui, quando propter infirmitatem, aut ſenectutem, aut perpetuũ impedimentum officium ſuum exercere non poteſt, ſine ſcandalo, aut horrore. c. de rectoribus, & c. tua nos, & c. ex parte. & c. fin. vbi Doct. de cler. ægrot. & c. vnico. eodem. tit. lib. 6. & c. petiſti 7. quæſt. 1. & glo. fin. in c. ex litteris. de exceſſ. prælat & gl. 2. in c. ad audientiam, de cler. non reſid. Abb. in c. conſtitutus. nu. 9. de appellat & quando incidit in furorem, vel fit de mens, ita vt velle, vel. nolle. exprimere neſciat, aut non poſsit, c. in dicas. 3. quæſtion. 9 & d. c. vnico. libr. 6. & c. quamuis, & §. ne autem. 7. quæſt. 1. & in ſimili. l. ſi pater. C. de curat. fur.

5 Datur etiã coadiutor illi, qui in officio, ſeù adminiſtratione ſua eſt negligens, & remiſſus, aut imperitus, & minus aptus officio, & illi, qui propter eius vitæ turpitudinem magis deſtruit, quàm ædificat. c. grandi. vbi gl. ver. regis. & Doct. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. & c. quia frater. 7. q. 1. Tridet. ſeſ. 21. c. 6. de reformat. & c. fundamenta. §. digne itaq; de elect. lib. 6.

Datur

Datur etiam illi, qui ſuſpectus eſt delapidatione futura, & debet ſummarie, incohari proceſſus, vt conſtet, quòd ſit ſuſpectus delapidatione, & tunc debet illi interdici omnis alienatio, dum pendet proceſſus, & dari coadiutor, ſi tamen conſtiterit per plenariam cognitionem, quòd diſsiparet bona illius rei, cuius officium exercebat, debet ſtatim remoueri ab adminiſtratione illius. c. venerabili, vbi glo. ver. ſuſpectus. de offic. iud. deleg. & c. fin. de accuſat. & Trid. ita intelligendum, ſeſ. 21. c. 6. de reformat. & Abb. in d. c. venerabili. n. 8. & in c. licet Heli. n. 18. de ſim.

7 Coadiutoris officium, non eſt perpetuũ, ſed mortuo illo, cui datus eſt coadiutor ciuiliter, aut naturaliter, vel totaliter ſeparatùs ab officio, extinguitur officiũ coadiutoris. c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Abb. in c. fin. n. 4. de cler. ægrot. & c. cos ſacerdotes. 7. q. 1. Trid. ſeſ. 25. c. 7. de reformat. & gl. fin. in d. c. grandi. ſumma Angel. ver. coadiutor. §. 5. Bart. in l. ſolet. n. 4. ff. de tutel.

8 Coadiutor regi datur à SummoPontifice, & ita Imperatori, ſeù principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, nam tunc ſi coadiutore indigeant, eſt recurrendum ad Summum Pontificem, vt eſt tex. cũ ibi notatis. in c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. & c. per venerabilem. qui filij ſint. leg. & c alius. 15. q. 6. ſpecul. in titul. de feud. §. quoniam. n. 74. Bald. in l. poſt ſuſceptam. ff. de excuſ. tut. Ang. ver. coadiutor. §. 1.

9 Coadiutor datur Epiſcopo, etiam à Sũmo Pontifice, & ita ſuperioribus prælatis, quia datio coadiutoris Epiſcopo, & Prelatis ſuperioribus, eſt de maioribus cauſis, quæ ad Sedem Apoſtolicã expectant, & ab illa ſunt poſtulandi, coadiutores. c. vnico. vbi Doct. de cler. ægrot. lib. 6. & c. maiores de Bapt. & Abb. in c. fin. n. 5. de cler. ægrot. ſi tamen Epiſcopus, aut aliquis ſuperior fuerit ſenex, aut infirmitate corporali grauatus, vel impeditus perpetuò, ita vt officium ſuum exercere nõ valeat, tunc poteſt de ſui conſilio, & aſſenſu capituli, aut maioris partis illius aſſumere vnum vel duos coadiutores ad officium ſuum exequendũ, ſi autem Epiſcopus, ſeù ſuperior de mens fuerit, ita quòd velle, vel nolle exprimere neſciat, vel non poſsit tunc eius capitulũ, vel duæ ipſius partes, authoritate Apoſtolica illi in hoc conceſſa, vnum, vel duos idoneos coadiutores aſſumant, qui eius officiũ exequantur. d. c. vnico, de cler. ægrot. lib. 6. vbi notant ſcribentes.

10 Inferioribus autẽ dãtur coadiutores per ſuos ſuperiores, & per iudices, qui inſtituere, & diſtituere poſſunt. clericis parrochialibus dantur coadiutores per ſuos Epiſcopos. vt diffinitum eſt. in Trid. ſeſ. 21. c. 6. de reform. & tenet Abb. in c. fin. 5. de cler. ægr. & in c. de rectoribus. n. 2. eodem. tit. Bart. in l. ſolet. n. 3. ff. de tutel.

11 Coadiutor debet habere cõgruam portionẽ de redditibus Eccleſię, ſeù de facultatibus officij, cui datus eſt coadiutor, vt ſubſtineri poſsit, & quando infirmitas impedit adminiſtrationẽ proprietarij in omnibus tàm temporalibus, quàm ſpiritualibus, tunc coadiutor habet adminiſtrationem in vtriſq;, & debet dare congruam portionem infirmo, ſi tamẽ proprietarius non impeditur infirmitate, niſi in executione officij, ſeù in ſpiritualibus tantum, tunc officium coadiutoris non extenditur, ad temporalia, & recipiet tunc proprietarius omnes redditus, & dabit congruam portionem coadiutori. c. de rectoribus. vbi Ant. Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes. de cler. ęgrot.

Verbo Collatio.

1 Collatio, quamuis à doctoribus varijs modis in iure diffiniatur, vt per Bald. & Salicet. in l. ſi emancipati. C. de collat. Reb. in tractat. concord. Rubr. ex n. 1. Ant. Gom. in l. 29. Taur. à n. 1. Mench. de ſucceſſ. reſul. lib. 2. à n. 1. §. 19. & alias. nos tamẽ dupliciter illam ſumimus. alia namq; eſt collatio beneficiorum, & alia collatio bonorum. & collatio bonorum eſt propriè contributio, & latio rei propriè, in commune, ſeù communicationem propter æquitatem à lege inter ducta. l. 1. ff. de collat. & Bart. in l. pater filium. n. 1. ff. de collat. dot. idem Bart. Acurt. & omnes. in Rubric. ff. de collat. bon. Iaſ. in Rubric. n. 1. C. de collat. Dec. in l. ſi emancipati. n. 13. C. eodem. tit. Vital. in tract. de collat. q. 1. collatio autem beneficiorum Eccleſiaſticorũ, eſt propriè libera aſsignatio, & iuris translatio beneficij Eccleſiaſtici, c. cum tibi abſenti. vbi Doct. de pręb. lib. 6. Abb. in c. authoritate. n. 7. de inſt. Iaſ. vbi ſupra.

2 Collatio, ſeù prouiſio beneficij Eccleſiaſtici, de iure communi expectat ad Epiſ-

copum tantum in ſuæ diœceſi, quãuis ap-præſentatio illius ad alium de iure ſpeciali expectet. c.ex frequẽtibus.de inſt.& c.quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.& c.regenda,& c.nouerint. & c.placuit. 10.quæſt.1. & c.omnes Baſilicæ.16. quæſt.7. & c. cum ex iniuncto in fin.de hæret. gl.ver. expectat.in c.ſciant cuncti.de elect.lib.6.& Abb, in c.Abbatem n.1.de reſcript.quamuis de iure ſpeciali poſsit collatio beneficij Eccleſiaſti expectare ad Abbatem,ſeù ad prælatum inferiorem Epiſcopo,in diœceſi ipſius Epiſcopi, puta per priuilegium, ſiue præſcriptionem,aut ſtatutum factum tempore fundationis Eccleſiæ. c.cũ veniſſent, vbi Doct.cõmuniter de inſt.Abb.in c.Abbatem.n.1.de reſcript.& ita poteſt expectare ad capitulum tantum. c. mandatum. vbi Dominic Ioan.Andr.Anch.& omn.s. depræbend.lib 6.

3 Collatio differt a præſentatione,ſiuè inſtitutione,& loquendo de vno,non intelligitur de alio. c.cum in illis.§.cum autem. vbi Doct.depræbend. libr 6.& c vnico.de Capell.Monach eodem.lib 6.Abb.in c.authoritate. n.5.de inſt.

4 Collatio benefici Eccleſiaſtici expectãs ad Capitulum, & ad Epiſcopum, ſimul cũ capitulo, tanquàm canonicum, per illius negligentiam ſi non fiat intra tempus ſex menſium deuoluitur de Capitulo ad Epiſcopum in ſolidum. tanquàm prælatum, ſi tamen non expectat ad Epiſcopũ tanquàm canonicum cum capitulo, ſed tanquàm Epiſcopum,non deuoluitur ad illum, ſed ad Papam, & ſi expectat ad capitulum ſolum, per negligentiam illius deuoluitur ad Epiſcopum,& per negligẽtiam Epiſcopi deuoluitur ad Summum Pontificem, ſi tamen ad Epiſcopum expectat directè per negligentiam illius deuoluitur ad capitulum,alio enim modo ſemper per negligẽtiam inferioris deuoluitur ad ſuperiorẽ. c poſtulaſtis. vbi Doct.de conceſſ.præb. & clem.vnica.vbi Imol. Ioan. And.& alij de ſuppl. negl.prælat.& clem. ſi de beneficio. depræb.

5 Collatio beneficij Eccleſiaſtici, facta ab Epiſcopo ſchiſmatico,eſt irrita,& nullius momenti,& tenens beneficiũ ab Epiſcopo ſchiſmatico,vel cõſentiens ordinationi per ipſum factæ, eſt ipſo iure excõmunicatus. c.1.vbi Abb n.3.& c.2.de ſchiſmat.

6 Collatio beneficij Eccleſiaſtici,facta clerico excõmunicato,non valet, nec ille excõmunicatus bona conſcientia poteſt retinere beneficium illud.donec cum illo fuerit diſpenſatum,cum canonice illud beneficiũ nõ ſit adeptus. c.poſtulatio.vbi Abb. n.2.de cler.excõt.ſi tamen tempore collationis,quoad illũ effectũ fuerit abſolutus, ab illo, qui abſoluere poteſt, vt mos eſt: præcipuè in litteris Apoſtolicis,de prouidendo in aliquo beneficio,quæ ſemper afferunt illam clauſulam de abſoluendo,vel abſolutum illum habere, ad illum effectũ, tunc valet collatio. vt eſt text.& ibi cõiter Doct.in c propoſuiſti.de cler.excõt.

7 Collandus in beneficio Eccleſiaſtico,debet pollere moribus ſcientia,& ætate,ſecũdum qualitatem beneficij, in quo eſt collandus. c.in decorum,vbi Doct.de ætat.& qualit.& c.cum incunctis.§.2. & c. cũ nobis olim.& de elect.& c.licet.eodem.tit.lib. 6.& clem.1. de ætat.& qualit.

8 Collari non debet in beneficio Eccleſiaſtico publicus alcator,ſeù vſuſarius manifeſtus, nec vilis, & indignus, & infamatus aliquo crimine,& infamia, c.accedens, vbi Abb.n.7.de accuſat.& c.inter dilectos.vbi Doct.de exceſſ.prælat.& ad hoc cognoſcẽdũ mandat Epiſcopus, vbi,& in cuius diœceſi quis eſt collandus in beneficio,aut eius officialis,cui Epiſcopus cõmiſit vicẽ ſuam, vt oẽs notarij ſui auditorij reſpõdeant in ſcripto,ſubpœna priuationis officij, ſi habent in ſuis chartorijs, aliquid in quo ille collandus ſit cõprehenſus,in aliquo crimine, & ſi in aliquo crimine inueniatur cõprehenſus,non debet collari in beneficio, donec ſe purgauerit,& hæc praxis obſeruatur in tota noſtra Luſitania.

9 Collatus tamen,& cõfirmatus in aliquo beneficio Eccleſiaſtico, non debet expelli à poſſeſsione illius,nec à promotione ordinis,aut à conſecratione,ſi illi ſit anexa cõſecratio,propter exceptionem oppoſitã ab aliquo,ſi de crimine non conſtat iã eſſe infamatũ,c.ſuper his,& c.accedens.vbi Abb. n.10.de accuſat. ſi tamẽ ſit tãtùm electus, admittitur exceptio,tàm contra perſonam electã,quàm contrà formã electionis,ſiuè electus ille ſit infamatus de crimine obiecto,ſiuè non.c.1.& c.vt circa.vbi Doct. de elect.lib.6.Abb.in c.accedens. nu 9.de accuſat.

10 Collatio beneficij Eccleſiaſtici,facta indigno,tali indignitate, quæ impedit vires collationis, eſt iure ipſo nulla, & nullius momenti,& poteſtas prouidendi, pro illa vice

vice de voluitur ad ſuperiorem, & collatus eſt remouendus, tanquàm nullum ius habens in beneficio illo. c.cum incunctis. & c. nobis olim. de elect.& c.graue nimis. depræb.& c.fin. de ætat. & qualit.Abb. in d. c.graue nimis.num.11. ſi tamen collatio ſit facta indigno magna indignitate, nõ tamen illa, quæ ipſo iure impedit vires collationis, debet tunc caſſari,& collatus debet remoueri, & priuari beneficio, quo eſt indignus, cap.1. vbi Doctor.de ætat. & qualit.& c.ſi quis Abbas.18. quæſt.2. ſi vero ſit facta indigno, qui tollerari poteſt, quamuis collari non debeat, poſtquàm tamen fuerit collatus, non eſt remouendus, quia multa ſunt, quæ impediunt promouendum, ſed non dejiciunt promotum, c. Petrus.39. diſt & glo.verb.ſuſpendatur.in d.c.graue nimis. vbi Abb.n.11.

11 Collatur, antequàm collet in beneficio, & confirmet ſibi præſentatũ, debet ex officio inquirere de moribus,& vita illius,& illum examinare de ſcientia requiſita ad illud beneficium, in quo eſt collandus, & probare illum, verum ſit idoneus, aut non. c. cum nobis olim. vbi gl.ver.ex officio,& Doctor.& c.venerabilem.de elect.c.priusquàm.28.diſt.Trid.ſeſ.7.c.13.de reformat. & facere, quod dixi ſupra.§ 8.

12 Collatio facta indigno debet prius caſſari, quàm collator beneficium alteri cõferat, aliàs nec ſecunda collatio valet facta antequàm prima fuerit caſſata, quãuis prima ſit nulla, & irrita ipſo iure, quia tunc collator ſit priuatus ipſo facto illa vice cõferendi illud beneficium,& ideo nõ poteſt collator procedere ad ſecundam collationem antequàm prima ſit caſſata. c. inter dilectos, vbi gl.ver.poſt modum & Ant.de But.Innocent.Hoſt.Ioan.And.Abb.& oẽs de exceſ.prælat.

13 Collandus in beneficio curato, aut in quibuscumq; dignitatibus, vel beneficijs, quibus ſubeſt cura animarum, debet attingere vigeſsimum quintum annum, in cæteris autem dignitatibus, vel perſonatibus, quibus cura animarum non ſubeſt ſufficit vigeſsimum ſecundum annum attingere, & aliter collatio, ſiuè prouiſio facta eſt nulla, & nullius, momenti,& collator ordinarius incurrit in pœnam priuationis illius beneficij conferendi, & aliorum poſt ſecundam correctionem, c. cum incunctis. §. inferiora. vbi Doctor. de elect. c. licet eodem, titul.lib.6.& Trident.ſeſs.7.cap.3. de reformat.& ſeſ.24.cap.12. de reformat. collandus vero in beneficio ſimplici, debet eſſe iniciatus prima tonſura, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, & habere decimum quartum annum ætatis, & aliter non reputatur idoneus. c. ſuper in ordinata.vbi Doct.deprẹb. Tridẽt.ſeſ.23. c. 6. de reformat. niſi illi ſimplici beneficio ſit cura anexa. ſicut dixi ſupra. ver.beneficium.§.44.

14 Collatus in beneficio curato, debet intra annum ordinari præsbyter,& aliter remanet ipſo iure priuatus beneficio illo,& non facit medio tempore fructus ſuos, niſi fuerit impeditus, aut diœceſanus cum illo cauſa ſtudij diſpenſauerit, vſq; ad ſeptem annos. c.licet. & c.ſtatutum.& cap.cum ex eo, & c.Commiſſa.de elect.lib.6.quia tunc non tenetur promouere intra annum, niſi ad ordinem ſubdiaconatus.d.c.cum ex eo. vbi notant omnes.

15 Collatio beneficij Eccleſiaſtici, eſt faciẽda ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, & mandatum Summi Pontificis, quia ſi contra mandatum illius fiat non tenet, niſi Papa cum illo, ſic collato diſpenſet, quoniã Summus Pontifex poteſt contra ius ſcriptum diſpenſare. c.propoſuiſti. vbi Doct.de conceſſ.prẹb.

16 Conferens beneficium non poteſt retinere aliquid ex redditibus illius, nec ſibi, nec vſibus ſuis,& ſi de hoc facit pactum cũ collato committit ſimoniam, c.vnico. vbi notant omnes ſcribentes, vt Eccleſ.benef. ſine diminut.conf.

17 Habens poteſtatem conferendi beneficia, non poteſt illam in ſpecie delegare de quadam prima vacatura, quia dicitur expectatiua, attento Trid. ſeſs.24. cap.9. de reformat. quamuis in genere bene poſsit poteſtatem illam delegare dummodo ſuo Vicario generali illam deleget.c.conſtitutus.& Abb.ibi.nu.5. de conceſſ.prẹb.& c. ſtatuimus. 16.q.1. & c.fin. vbi glo.vlt.Dominic.Ioan. And.Philip.& omnes.de offi. vicar.lib.6.

18 Conferens ſcienter præbendam, quam conferre non poterat illi, qui ignorauit, conferentem illam ſibi non poſſe conferre, poteſt coegi illa euicta, vt illi alteram conferat, quam conferre poteſt. c. inter cætera. vbi glo.verb. aſsignauit.& Doctor. depræb. & c.præſentium.7. quæſtio.1. & c. veniens de filijs præb. & gloſſa. fin. in cap. cum ſecundum apoſtolum

Digitized by Google

depræb. ſi autem collatus ſciebat collatorem ſibi beneficium conferre non poſſe, tunc non poterit collatorem illum coegere, vt alterum beneficium ſibi conferat, vt tenet gl. fin. in d. c. inter cætera depræb.

19 Collactus in Eccleſiaſtico beneficio, debet habere congruam portionem, ex illius beneficij redditibus, quamuis aliquod monaſterium, vel commendatarius, recipiat fructus illius beneficij, quoniam prius eſt ſubueniendum cultui diuino, & Eccleſiæ ſeruitoribus, atq; reparationi ipſius Eccleſiæ, quàm illi, qui non ſeruit, & hæc congrua portio debet eſſe talis, vt Vicarius collatus, cõmode ſine penuria viuere poſsit, per aſsignationem tertiæ partes fructuũ, aut maioris, vel minoris, arbitrio ordinarij, qui portionem illam taxare debet. vt habetur in Trid. ſeſ. 7. cap. 7. de reformat. quamuis ex quadam extrauag. Pij Quinti, quæ habetur inter motos proprios ſtatutũ ſit, ne iſta congrua portio excedat centum aureas, aut minor ſit quinquaginta, tamen Greg. 13. in quadam conſtitutione iuſsit obſeruari concilium, qua propter etiã hodie, vbi per iam conſtitutione Pij Quinti ſunt aſsignati Vicarijs centum aurei, ſi pro temporis oportunitate, non videatur ordinario, quòd ſit congrua portio, poteſt aliam maiorem aſsignare, quia prouiſus ſemper debet habere congruam portionem, ex redditibus Eccleſiæ, cui ſeruit. c. conquerente, vbi glo. 1. & 2. de cler. non reſid. & c. le monachis, & c. extirpandæ. depræb. & c. 1. vbi Abb. num. 4. de inſt. & c. 1. vbi Doct. depræb. lib. 6. clem. 1. de iure patr. glo. verb. abſq; penuria in c. 1. de ſtat. regul. libr. 6. Trid. ſeſ. 25. c. 16. de reformat.

De Collatione in bonis prophanis.

20 COllatio autem bonorum, latè proſequitur per Acurt. Bart. & alios. in l. 1. §. nec Caſtrenſe. ff. de collat. bon. & Doct. in l. quæ pater. ff. familiercif. & in l. ſi emãcipati. C. collat. Lud. vit. in tractat. de collat. Cujaſ. lib. 3. obſeruat. c. 30. Petr. Greg. 3. part. cent. lib 46. tit. 8. Ant. Gom. & alij Tauriſtæ in l. 26. & 29. Tauri. & alij infrà referendi. & in noſtra Luſitania eſt ord. lib. 4. tit. 96. & tit. 97.

21 Collatio bonorum fuit inducta, ne vnus filius plus altero haberet ex voluntate patris, ſed potius, vt æquitas, & æqualitas obſeruaretur inter illas, quia prętor ſemper præoculis debet habere ęquitatem, & ideo inter duxit inter illas, hoc ius conferendi, ad conformitatem, & æqualitatem obſeruandam. l. quod ſi Epheſi. §. interdum. ff. de eo, quod certo loco. Bart. & alij in l. ſi emancipati. C. de collat. & l. 1. in pr. in. ff. de collat. bon. & l. vt liberis. 17. C. eodem, tit. Ant. Gom. in l. 29. Taur. n. 2.

22 Collatio non habet locum, niſi inter filias, & deſcendentes ab illo, de cuius hęreditate agitur, & ſic non habet locum inter aſcendentes, neq; inter tranſuerſales, aut extraneos hæredes, vnde ſi frater halberet duas ſorores, & vni in vita donaret milles & poteſt diſcederet ab inteſtatus, ſi et diuiſio inter illas ſorores de bonis inuentis poſt mortem illius fratris, ſine collatione illius mille iam donati, vt tenet gl. fin. vbi Paul. de Caſt. & communis, in l. 1. C. de legit. hęred. Bart. in l. pater filium n. 8. ff. de collat. dot. Iaſ. in l. ſi emancipati. n. 27. C de collat. Afflict. deciſ. 161. n. 1. & ita in aſcẽdentibus, ſi deſcendens donaret alicui ex aſcenditibus, quamuis eis legitima debeatur, vt tenet Iaſ. in d. l. ſi emancipati. n. 26. C. de collat. vbi Cin. Bald. & alij quamuis Ang. in l. vt liberis. C. eodem. contrarium teneat, in aſcendentibus.

23 Collatio fit cum nepotibus fratris pręmortui in illo, quod à parentum, ſubſtãtia prouenit, de cuius diuiſione agitur, & cum nepotes repręſent perſonam fratris præmortui, optima ratione debent conferre dotem, ſeù donationem ab auo ſibi, aut patri factam, vt veniat, indiuiſionem cum reliquis bonis ipſius aui, l. vt liberis. 17. vbi Doct. C. de collat. & auth. vt fratr fil. § hoc itaq;. coll. 9. Abb. conſil. 86. par. 1. & auth. Ceſſante. C. de leg. hæred. vbi Doct.

24 Collatio fit inter ſuccedentes aſcendẽti ex teſtamento, aut ab inteſtato, ſiue diuerſo iure, tàm de dote, quàm de donatione, ante nuptias, niſi expreſsim aliud dictum ſit à donatore, & non ſit in præiudicium legitimæ debitæ iure naturæ, quia tunc etiam ſi pater dicat quod filius, ſeù nepos habeat illam donationem præcipuam, & illam nõ afferat in collationem, non valet tunc donatio illa, niſi quatenus ad tertiam, in noſtra Luſitania, & in Regno Caſtellæ ad tertiam, & quintum, in illo vero, quod ſuper eſt debet fieri collatio ab illo filio, ſeù nepote, l. vt liberis. & l. illud ſine, & auth. ex teſtamen-

Digitized by Google

teſtamento.vbi Doct. C.de collat. & auth. de trient.& ſi miliſ.§.illud quoq́ȝ.coll.3.l.1. §.ſi ex dodrante ff.de collat. bon.& l.ſi qua mulier. C.de Sacr.Sanct. Eccleſi.& l.1. C. de in off.donat. vbi Doct.Bart in tract.de duob fratrib.n.1.& 2. & Doct.in c.Rainũtius. de teſtam.

25 Collatio etiam fit de bonis profecticijs, quamuis enim bona profectitia, quò adminiſtrationem eorum attinet,ſint filiorũ, quò ad dominium tamen patris ſunt,vnde eo mortuo ſunt diuidenda,ſicut cætera bona paterna,l.filiæ licet.& l.vt liberis,& l.illud ſane c.de collat.& l. certum. 13.C.familiercisc. & l. profectitia , vbi Doct.ff.de iure dot.& dicuntur bona profectitia omnia illa,quæ proueniunt ex ſubſtantia illius de cuius hæreditate diuidẽda agitur.l.quoniam nouella, C de offic.teſtam. & l. vt liberis, & l.illud ſane.C de collat. & l. cum oportet,vbi glo. ver.ex ſubſtantia, & l.fin. in prin.C.de bon quælib. & l.profectitia. ff.de iur.dot.

26 Filius familias dicitur habere peculiũ profectitium illud,quòd habet a patre, aut ex eius cauſa,ſiue de eius bonis,videlicet, ſi pater dum vixit dedit pecuniam filio, vt cum illa lucraretur,& negociaretur,qui filius viuente patre ex illa pecunia mercantiam fecit,& multa bona lucratus eſt, omnia hæc dicuntur profectitia,& mortuo patre,ſunt inter fratres diuidẽda,& ita in acquiſitis expecunia,in qua pater habebat vſum fructũ,l.illud ſane.C de collat.& gloſ. verb.ex ſubſtãtia in l.cũ oportet,vbi Bart. & omnes,C.de bon.quælib.& §.1.inſt. per quas perſonas,Ang. conſil.85. ſi tamen ex ſuo labore,aut induſtria filius ſine pecunia patris,nec de aliquibus bonis eius aliqua bona lucraretur, dum cõmoratur cum patre,aut matre,aut cum vtroq́ȝ,non tenetur illa conferre poſt mortem illorũ,quamuis gubernaretur, & viueret ex bonis paternis,cum tamen bona illa non veniãt ex pecunia,ſiuè ex ſubſtantia illius,in cuius poteſtate eſt.d.l.cum oportet,vbi glo.verb.ex ſubſtantia,vbi Doct.C.de bon quælib.§. 1. d.inſt.per quas perſonas,vbi glo. verb. vſum fructum,& indubio, ſi pater eſt diues, & filius parum operoſus,& nõ multum diligens præſumitur,quòd bona illa acquiſita prouenïant expecunia,& ſubſtantia patris,ſi vero pater eſt pauper,& filius diligẽs & induſtrioſus, tunc præſumitur, quòd ex ſua induſtria,& labore bona illa acquiſiuiſſe,& non ex ſubſtantia patris,tex.in ſimili, in l.ſi defunctus.C.Arb.tutel.& glo.ver.ex ſubſtantia in d.l. cum oportet,C. de bon. quælib.& gloſ.verb.proſpera in d.§.1. vbi Doct.inſt.per quas perſonas,& etiam ſi filius ſua induſtria,& labore lucraretur aliqua bona cum pecunia patris,non dicerẽtur omnia illa bona profectitia,ſed erit cõſiderandum illud, quod filius ob ſuum laborem,& induſtriam pro mereretur , & illud erit pricipuum filij , ex doctrina Bart. in l.ſi tibi.§.ſi pactus,n.5.ff.de pact.& in l. 1.§.nec Caſtrenſe.ff.de collat.bon. & Doc. in l.illud.n.10.C. de collat. Nau.in Manu. c.17.n.144.

27 Nec etiam tenetur filius conferre bona illa,quæ acquiſiuit, dum alteri famulatur, quoniam bona illa lucratur, ſine pecunia, aut ſubſtantia patris,vnde illa conferre nõ debet d.l.cum oportet,vbi glo.ver.ex ſubſtantia,& Doct.C.de bon.quælib. & d.§. 1. Inſt.per quas perſonas, & Ant. Gom. in l. 29.Taur.n.24.ord.lib.4.tit.97.§. 16. & ita de his,quæ per filium acquiruntur ex delicto,nihil acquiritur patri,l.quod ſeruus.ff. de acquir.poſſ.& l.quid ſi ex furto.ff.pro ſocio,Bart.in d.l.cum oportet. n.3.

28 Donatio facta à patre filio, tam propter nuptias,quàm ſimplex,ſiuè qualicunq́ȝ modo ſit facta,eſt conferenda ab ipſo filio,cui facta fuit,vt poſt mortem donatoris diuidatur inter omnes fratres, l.filiæ licet, vbi Doct.& l.ſi donatione .C. de collat,& hoc ſine dubio eſt obſeruandum in noſtra Luſitània,per ord.reg.lib.4.tit.97.quamuis alibi contrarium obſeruari debeat, in ſimplici donatione,vt tenent Doct.in auth.ex teſtamento.C.de collat.& excõmuni,reſóluit Ant.Gom. in l.29.Taur.n.16.erit tamẽ præcipua,& non computabitur in legitimam,nec ad eius rationem erit conferenda dum alijs filijs in legitima non præiudicat,nec excedit quantitatem,de qua parentes libere diſponere poſſunt, ſecundũ varias leges diuerſorum regnorum, quoniam in illo,quod legitimæ filiorum præiudicat ſemper donatio eſt reuocanda,l.14 & per totum,vbi Bart.Bald.Paul.de Caſtr. & omnes.C. de in offic. donat.

29 Dos ab auo nepti data eſt conferenda poſt mortem illius aui,cum agitur de diuiſione bonorum illius,inter patrem illius neptis,& fratres ipſius,aut cũ ipſa nepte,ſi pater illius mortuus fuerit, tempore diuiſionis bonorum aui,cum nepti cõtempla-

Digitized by Google

tione data fuiſſet, quia tunc dicitur profectitia, & ideo conferenda, & omnia, quæ filio computata fuerint in ſucceſsione bonorum patris propter dotem nepti datam, computabuntur etiam ipſi nepti in legitimam per fratres illius poſt mortem patris cui computata fuerunt, l. dotem, quam dedit vbi Bart. & l. fine poteſ. ff. de collat. Mend. de Caſtr. in l. cum oportet. 1. p. n. 12. C. de bon. quælib. Cald. in l. ſi curatorē verſ. læſis. n. 115. verſ. & in dote data. C. de in integ. reſt. Auend. in l. 29. Tauri. glo. 4 n. 15 & apud nos eſt ord. lib. 4. tit. 97, §. 20. & 21. ſi tamen contemplatione ipſius neptis, & non patris illius auus dotem nepti dediſſet, non erit conferenda, cum tunc non dicatur profectitia, ſed aduentitia, vt eſt tex. in l. auus nepeis, vbi Doctor ff. de iure dot. Bart. in l. dedit dotem, n. 2. ff. de collat. bon. In dubio tamen præſumitur, quod auus cõtẽplatione filij dotẽ nepti dediſſet. l. quintus. § fin. ff. de ann. legat. & d. l. dedit dotẽ, vbi Bart. n. 2, ff. de collat. bon. & ita eſt intelligenda ord. noſtra d. §. 21.

30 Dos autem, ſeù donatio a rege facta, ſeù ab aliquo extraneo, non eſt conferenda, ſi contemplatione filij donati facta fuit, & non patris, quoniam ſi ſolius patris, & non filij contemplatione aliquid filio ipſi relictum, ſeù donatum fuiſſet, mortuo patre tenetur filius illud conferre, quia dicitur peculium profectitium, vt dixi ſupra. §. 26. aliter vero conferenda non erit, ſi filij cõtemplatione tantum relictum, ſeù donatũ fuiſſet, & habebit illud præcipuum, quia tunc dicitur adventitium, & non profectitium, l. ſed ſi quid. ff. de vſu fruct. & l. fin. C. de collat. & l. quòd ſcitis. C. de de bon. quæ lib. & l. vt liberis. C. de collat. Iaſ. in l. filiæ dotem, n. 1. C. eodem, Nau. in Manu. c. 17. n. 162. quamuis in noſtra Luſitania dos, ſeù donatio facta a rege, ſeù a quacunq; extranea perſona non ſit conferenda licet contemplatione patris, & non filij facta fuiſſet niſi donator expreſſe diceret, quòd poſt mortem patris illius, cui facta fuit donatio, diuidatur inter fratris, tunc enim obſeruabitur voluntas donatoris, ord. lib. 4. tit. 97 §. 10. & §. 11.

31 Collatio etiam eſt facienda de donatione, quam pater fecit filio, vt ſacros ordines ſuſciperet, quemadmodum enim filius tenetur conferre dotem, ob matrimonium carnale datam, ita ob matrimonium ſpirituale, quia valet arg. de matrimonio carnali ad ſpirituale, c. inter corporalia de trãs lat. Epiſcop. & huiusmodi donatio ob cauſam neceſſariam fit ad quam pater inuitus cogi poteſt, ſicut quando filia vult ingredi monaſterium poteſt pater inuitus iudicis officio cogi, ad illi dotem aſsignandam, quæ quidem dos imputatur in legitimam, vt tenet Bart. in l. 1. §. ſi parens, n. 1. ff. ſi a parẽt. quis fuerit manu. miſſ. Bald. in l. fin. C. de dote promiſſ. & eodem modo donatio, ſeù patrimonium, quod pater dat filio ad ordines ſacras ſuſcipiendas, vt tenet Cou. ru. in c. Rainaldus. §. 2. n. 7. de teſtam. Ant. Gom. in l. 29. Tauri. n. 21, verſ. ſub infero. Mench. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. n. 44. Gut. lib. 2. pract. quæſt. c. 65. licet contrarium teneat Ioan. Faber. & ſpin. in ſpecui. teſtam. glo. de maiorat. n. 57.

32 Collatio itaq; fit de pecunia, quam pater dedit filio, ſiuè expendit ad emendam militiam, quæ vendi poteſt, aut officium Tabellionis, notarij ſeù ſcribæ, aut aliquod publicum officium ipſi filio inuita patris emptum poſt mortem patris enim tenetur ipſe filius conferre pecuniam illam, ſeù officij, vel militiæ æſtimationem, aut illam computare in ſuam legitimam, quia donatio ob cauſam eſt, l. quoniam nouella, & l. omnino. § imputari, vbi Doct. C. de in offic. teſtam. & l. fin. ff. de pet hæred. & l. illud, vbi Acurt. & Iaſ. n. 6. C. collat. & Ant. Gom. in l. 29. Tauri. n. 21. Gut. lib. 2. pract. quæſt. c. 64. n. 6. de militiæ tamen, quæ nec vendi, nec alienari poteſt, non fit collatio, nec eſt imputanda filio in legitimam, nec illa, quæ pater expendit, vt filius illam cõſequatur, cum ad honorem filij ſit datum inuita patris, & ita etiam ſi ad aliquid, poſt mortem illius remaneret obligatus propter illud honorem, ſeù dignitatem conſequendam, non ita tamen ſi vltrà æqualitatem ipſius met patris datum fuiſſet, videlicet, ſi pater habet amplum patrimoniũ & abundat magnis facultatibus, tũc ſi multum conſumpſit, vt filius fierit Doctor, crearetur miles, ſeù magnus, non teneretur filius illa computare in ſuam legitimã, quia honorare filius eſt officium paternum, etiam ſi in id aliqua bona conſumant parẽtes, cum tamen in ſuo ſtatu non defraudẽtur ſi autem pater eſſet mediocrarum facultatum aliter erit dicendum, & erit conferendum, quod pater vltrà æqualitatẽ virium patrimonij cõſumpſit. l. 1. §. nec Caſtrenſe, vbi gloſ. ver. dignitas, & Doct. ff. de

collat.

collat.bon.& glo.ver.lucrum in l. illud.C. de collat. pich.in l.quæ pater.n. 39.ff. famil.erciſc.

33 Conferre etiam non tenetur filius expenſas,quas pater illi dedit,vt adiſceret in ſcholis,aut in ſtudio litterarum,ſeù ad aliquod nobile officium,aut machanicū, nec illa,quæ pater filio dedit, vt peregrinaret, quia hæ.expenſæ ſuccedunt loco alimentorum,ita quòd poteſt pater cogi præſtare filio cibaria,victum,& veſtitum, viaticum, & mercedes præceptoribus, pro patrimonij ſui facultatibus,& pro qualitate natalium,ſi filius extrà domeſticas lares in aliqua academia operam litteris dare vellit, l.de bonis,§.qui pupillo.ff. de carb.edit.& l.cum plures.§. cum tutor.ff. de adminiſt. tut.& l.qui filium.ff.vbi pupil.educ.debet, & l.quæ pater,vbi Doct.ff. famil.erc.

34 Nec etiam tenetur filius ſcholaſticus cōferre libras,quas pater,dum vixit, illi tradidit.dum verſabatur in ſtudio litterarum nec arma,& alia cum ad bellum proficiſceretur,ſeù donationem ad id factam,quia hæc omnia fiunt caſtrenſia ſeù quaſi caſtrenſia,ſi tamen pater,dum vixit filio non tradidit,ſed poſt mortem patris filius illa apprehendit,tenetur illa conferre, quamuis pater,dum viueret,emeret ad illa filio donanda,l.1.vbi Bart.C.de caſtr.pecul.lib. 12.idem Bart.in tract.de duob.fratr.nu.16. l.ſi filius C.famil.erciſ.& gl.1.in l.quæ pater.ſo.ff.eodem tit.Decn.regul.222. nu 3. Nau.in Manu.c.17.n.159.

35 Nec conferre tenetur expenſas,quas pater in nuptijs filij conſumpſit, nec veſtes quotidianas, feſtiuas vero tenetur, & alia ornamenta precioſa ad feſta celebranda, quia illa non ſuccedunt loco alimentorum l.ex parte.§.ſeruo libertatem,vbi glo. ver. debita.ff.famil.erciſc Bart.in l.1.§ nec caſtrenſe,n 9.ff. de collat.bon. & in tract. de duob.fratr & l.donationes § ſpecies.ff.de donat.Nau.d.c.17.nu.166. Beer. deciſ.14. nu.3.Rip.in rep.l.in quartam,nu.163.ff ad leg falſ.Doct.in l.omnimodo.§. amputari, C.de in offic.teſtam.Decn.in regul.222.n. 2.& quæ ſint veſtes feſtiuæ,vel quotidianę eſt conſideranda nobilitas,& faculras, aut paupertas patris illi⁹,& tractatus,ſiuè mos ciuitatis,ſeù oppidi illius,vbi habitat, & reſidet filius,qui tenetur ad collationem,l. ius alimentorum.ff. vbi pup. educ.debet. Bald.in c.iurauit,col 4. de probat. & l. de bonis.§.qui pupillo.ff.de carb.edit.& l.cū plures.§.cum tutor.ff.de adminiſtr.tut.Afflict.deciſ.315.n.3.Nau.in Manu.c.17. nu. 166.nec etiam conferuntur illa,quæ pater filio dedit ad ſuſtinenda onera matrimonij,ex tex.in c.ſalubriter.de vſur.Gam.deciſ.140. nu.3.

36 Nec tenetur conferre illud,quod pater ſponte dedit ipſi filio,vt liberaretur ab aliquod delicto,aut exiret a captiuitate, nec pænam,quam pater pro aliquo delicto illius ſoluit, nulla lege,aut ſtatuto illum ad id cogente,quia ſi lex,aut ſtatutum patrem ad id obligaret,tunc teneretur filius omnia a patre ſumpta in ſuam legitimam cōputare,tunc enim non præſumitur, quòd pater ſponte id feciſſet,l.liber captus, vbi glo.verb.non conuenit,& Doct.C.de capt. Bart.in d.tract.de duob.fratr.n.31.& Nau. in manu.c.17.n.165.Bart.in l.ſtichus,n.2. ff.de pecul leg Bald.in l.omnimodo,§. imputari C de in offic.teſtam.licet aliter diſtinguat fab.de monte in rep.auth.nouiſſima.quæſt.8 principal.verſ. octauo quæritur,C.de in offic.teſt.Rip.in l.in quartum, n.185.ff.ad leg. falc.

37 Conferre tamen tenetur filius illa, quæ pater illi dedit ad emendas libras,ſiuè melitiam,quæ vendi non poteſt,aut ad militem fiendum, & ille conſumpſit ea ludēdo aut aliqua in honeſta faciendo, vt reſoluūt Doctor. in l.illud C.de collat. Nau.in Manu,c.17.n.164.

38 Conferre etiam tenetur filius omnia, quæ pater illi dedit ad ſtudendum habito reſpectu ad illud , quod domi patris erat conſumpturus, ſi negligens ſe habuit, & non profecit in ſtudio,nec graduatus euaſit,ſi pater ad id expenſas,& tempus dedit tanquàm ob cauſam datum, & cauſa nō ſecuta,pręcipue,ſi minor ætas illum non excuſat.auth.quod locum,vbi Bart.& alij C. de collat.Auend.in l.29.Tauri gl.3. n.6.

39 Collatio ſemper fit dedicto ære alieno,quia res,ſeù æs alienum,non dicitur eſſe in bonis illius de cuius hæreditate agitur,l.ea demum, vbi glo.fin. & Doct. C. de collat.& l.ſubſignatum ff de verb.ſign.Iaſ. in auth.nouiſsima n.3.C.de inoffic.teſtam.

40 Collatio non fit de bonis aduentitijs, quamuis pater in illis habeat vſum fructū, quia ſemper pleno iure proprietas illorū remanet filio, & ideo poſt mortem patris non ſunt diuidenda inter fratres, ſed remanent in ſolidum ipſi filio.cui relicta fuerunt,l.1.vbi Doct. C. de bon. matern.& l. cum

Digitized by Google

cum oportet.C.de bon.quælib.&.§. igitur inſt.per quas perſonas, & auth. excipitur. C.de bon.matern. bona,namq; aduentitia dicuntur, vndecumq; filio acquiſita, dum tamen ex ſub ſtantia patris non acquirãtur, ſicut ſunt bona materna, ſeù illa omnia, quæ ex alijs cauſis filius acquirit,exceptio ex bonis patris, ſiuè & ſubſtantia illorum: vt eſt tex.in l.cum oportet,vbi Doct. C.de bon.quælib. Bart. in l.1. C. eodem tit. illa enim,quæ ex ſubſtantia patris proficiſcuntur,dicũtur profectitia,vt dixi ſupra.§.25. quæ filius vero lucratur manibus ſuis dicuntur aduẽtitia d.l.cum oportet,vbi Bar. nu.

41 Conferre etiam non tenetur filius bona caſtrenſia,ſeù quaſi caſtrenſia,nec pater in illis bonis habet vſum fructũ, ſed ſunt præcipua ipſius filij, tam quòad proprietatẽ, quàm quòad vſum fructum, l.1.§.nec caſtrenſe,vbi Bart.& omnes.ff.de collat.bon. & l cum oportet.C de bon.quælib.& l.fin. vbi Bal.C.de in offi.teſtam.& l.fin.de collat. & bona caſtrẽſia ſunt illa,quæ filius familias acquiſiuit in arte melitari, aut illa ſibi a parẽtibus, ſeù cognatis, ſeù ab aliqua quacumq; perſona fuerũt donata melitiã exercenti.l.caſtrenſe,vbi Doctor.& l.pater qui dat.ff. de Caſtr.pecul.glo.fin. in l. cum oportet.C.de bon.quęlib.bona.tamẽ dona ta filio familias,vt in caſtrenſibus bonis nu merentur,nõ fiunt caſtrenſia. ſi filius familias ille nõ agit in melitia,quia veritas expectatur non autem quod fingitur.l. ſimili, & l. ſi forte.ff.de caſtrenſ. ſpecul. bona autem quaſi caſtrenſia dicuntur illa, quæ quis filius familias recepit ex publico, ratione alicuius publici officij, aut publici exercitij,ſicut eſt ſalarium alicuius dignitatis clericatus,Tabellionatus,ſcribæ.aduocati,& ſimilia,l.fin.C.de in offic. teſtam.& l.fori,vbi glo.1.& Bald.C.de aduocat. diuerſ.iud.& glo.ver.exceptis,vbi Doctor.in l.cum oportet,C.de bon.quælib.Bart.in l. fin.n.1.C.de ſilentior.lib.12.Iaſ.in l.fin. n. 2.C.de in offic.teſtam.& in Rubrica.nu.7. de procurat.

42 Collatio fit re ipſa, ſi certæ res ſunt cõferendæ, aut fit compenſatio, alterius rei, minus accipiendo de hæreditate.l.1.§,Iubet.vbi Bart.ff.de collat.bon.& l.dotis quidem,vbi Doct. C, de collat. & l.lineam.ff. ad leg.falc.&.§.ſi quis inſt. de fid. cõmiſſ. hæred.Ant.Gom.in l.29,Tauri,n.36.Iaſ.in l.2.§.mutuidatio,n.8.ff.ſi cert.Pet.Cagnal. in l.ſi emãcipati.n.10.Sap.n.3.C.de colla. Bart.in l.1.§.Iubet.ff.de coll.bon.ſi tamen res ſit,quæ naturaliter eſt in diuiſa,aut ſine damno,& in cõmodo diuidi non poteſt tunc ille,qui tenetur conferre poteſt præſtare æſtimationem,l.non amplius,§.fin.ff. deleg.1.& Iaſ.in l.2. §. mutui datio.n. 8. ff. de reb.cred.& tunc pretium ſuccedit.loco rei, l.ſi & rem,& pretium.ff.de pet. hæred. quia tunc obſeruatur æqualitas æſtimatione rei,omnia enim pecunia æſtimantur.l. ſi ita fide iuſſorem.42.ff.de fid.iuſſ.& mãd. & l.receptitia.§. & neminem.C. de conſt. pecun.

43 Collatio tamen ceſſat, ſi filius recuſat hæreditatem paternam, & vult remanere cum donatione a patre facta,ſeù a matre ſiue ab ambobus,ſi vterq; illi donationem fecerunt.l.1.§.1.& l.2.§.ſi tres .ff. de collat. bon.& l.pen.& vlt.ff.de collat.dot.& l. ex cauſa .C. famillercifc. & l.filiæ licet .C.de collat.dum modo tamen non præiudicet legitimæ filiorum,quia ſi donatio illo excedat lugitimam illius filij,cui facta fuit & illud quod pater,& mater donare poſſunt, ſecundum leges vniuſcuiuſq; regni, debet,ille filius conferre illud, quod excedit auth.vnde eſt ſi parens.vbi Doct.C. de in offic.teſtam.ex l.2.vbi Bart.Bald.& omnes C.de in offic.donat.Ant.Gom.in l.29. Tauri.n.32.Palat.Rub.in rep.C.per veſtras. §. 22.n.14.de donat.inter.vir.&vxor.ord.lib. 4.tit.97,§.3.

44 Collatio bonorum,debet fieri poteſt officium iudicis.ſi ille,qui conferre tenetur, eſt impoſſeſsione.l.ſi ſoror tua.vbi Doct.C. de collat.Iaſ.in l.ea demum.n.3.C. eodem tit.Rip.l.1.n.20.C. de edend. Riminald. in l.procurator.C.eodem tit.& nolenti conferre denegantur actiones.l.poſtremo, vbi Bart.Bald. & omnes, & l.filiæ licet. C. de collat.Iaſ.in l.ea demum.C.eodem,& l.filiam cum fratribus,vbi Doct.C.eodem.l.1. §.ſi cum duobus.ff.de collat.bon.

Verbo Collecta.

1 COllecta dicitur illa,quæ non habet certam,& determinatam formam,ſed pro rebus imponitur,ſecũdum neceſsitates occurrẽtes gl.pen.in l.reſcrip.§.fin. vbi Bar. ff.de munerib.& honorib.idẽ Bar.in l.1.§. quod ſi nemo.n.3.ff.quod cuiuſq; vniuerſ. Iaſ.in l.placet,n.5.C.de Sacro Sãct. Eccleſ. & eſt munus extraordinarium, & qui eſt immunis

Digitized by Google

immunis a muneribus extraordinarijs, intelligitur immunis a collecta d.l.placet, vbi glo. verb. extraordinarium, & Iaſ. poſt alias n.7. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & l. 1. vbi gloſ. 1. & Doctor. C. de vacat. muner. lib. 10.

2 Collectatus in libro ſoluentium collectas, debet appellare infrà decem dies ſtatim cum ſcierit ſe deſcribi in libro, ſi habet immunitatem ad illas non ſoluendas, alias videtur conſentire, ſi ſcit, & non appellat, & videtur renũciare iuri ſuo, & priuilegio, & non poteſt poſtea contra dicere vt inquit Ang. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quãd. appelland. ſit quem ſequitur Alex. in cõſil. 101. col. 6 circa fin. lib. 1. Marant. 6. p. §. de appellat. n. 325. ſed ego dico, quòd poteſt excipere coram iudice competente, & oſtendere ſuum priuilegium, vt iudex illum excuſet ab illa collecta, & tunc ſi iudex priuilegium non admiſerit, & illum, viſo priuilegio, nõn excuſauerit, poterit appellare ex doctrina Bart. in l. forma. §. fin. ff. de cẽſ. & ſpeculat. in tit. de cenſ. §. 2. verſ. porro. & Iaſ. in l. beneficium. num. 54. ff. de conſt. princip.

3 Collecta debet imponi cuicumq; de populo, ſecundum facultates, & vires vniuſcuiuſq; patrimonij, non autem per capita perſonarum niſi cauſa, propter quàm imponitur collecta, reſpiciat perſonas tantũ quia tunc imponetur per capita, & non ſecundum facultates, l. 1. vbi Doctor. C. de quib. muner. & præſt. nemin. licet ſe excuſ. lib. 10. Bart. in l. ſi ſe non obtulit. §. actor. n. 2. & Iaſ. n. 20. ff. de re iud. Abb. in c. fin. n. 7. de his, quæ fiunt a maior. part. cap.

4 Pauperes, qui vix operibus ſuis alimentari poſſunt, non ſunt collectandi, quia collectatio eſt imponenda inter alias de vniuerſitate ſine contributione pauperum miſerabilium, vt tenet gloſ. fin. in l. omnes. 3. C. de annon. & trib. lib. 10. Abb. in c. licet n. 1. de cenſ. Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. n. 21. ff. de re iud.

5 Collecta ad inſtructionem murorum, itenerum, Pontium, Fontium, comprehendit omnes, & nemo ab illa excuſatur, quãuis priuilegium generale habeat, l. pen. & vlt. C. de quib. munerib. & præſt. nem. liceat ſe excuſ. libr. 10. & l. abſit. C. priuil. dom. Aug. libr. 11. & auth. de Eccleſ. titulis § ad hæc. coll. 9. poteſt tamen excuſari ille, cui habet ſpeciale priuilegium, ne collectetur ad inſtructionem murorum, itinerum, Pontium, Fontium, nominatim, & expreſsim, non autem ille, qui habet generale priuilegiũ, ne collectetur in aliqua collecta, quia talis, non excuſatur ad collectationem murorum, Fontium Pontiũ, & itinerum ſuæ ciuitatis, vel oppidi, vbi habitat, aut vbi ratione fundi tenetur, l. cui muneris. ff. de muner. & honorib. & gloſ. verb. genus, in d. l. abſit. C. de priuil. dom. Aug. libr. 11.

6 Collectandæ nõ ſunt Eccleſiæ, nec perſonæ Eccleſiaſticæ, quia non tenentur ad ſuper indicta, nec ad munera extraordinaria, nec ad hoſpites recipiendas, quamuis collecta ſit impoſita, ob publicam neceſsitatem, imo collectantes Eccleſias, aut perſonas Eccleſiaſticas puniuntur pœna excõmunicationis. c. quamquã, vbi Doct. de cenſ. lib. 6. & c. clericis. §. nos igitur, de immunit. Eccleſ. d. lib. 6. & l. placet, vbi glo. ver. canonicam, & Doct. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & auth. item nulla. C. de Epiſc. & cler. & c non minus. de immunit. Eccleſ. Abb. conſil. 3. p. 1. nu. 1. & Iaſ. in d. l. placet n. 8. collectandi tamen ſunt clerici, & Eccleſiæ, ſeù perſonæ Eccleſiaſticæ per ſuum iudicem Eccleſiaſticum, ad inſtructionem, ſeù refectionem, vel reparationem Fontiũ, Pontium, itinerum, aut puteorum, qui prope domum, ſeù fundum illorum ſunt, ad inſtar aliorũ poſſeſſorum, quia onera, hæc, etiam ſint extràordinaria adhærent fundo, & non perſonis, & ideo non excuſantur ab illis Eccleſiæ, ſeù perſonæ Eccleſiaſticæ aliter autem eſt dicendum, quãdo hęc ſunt extruenda, ſeù reparanda in partibus remotis à domo, ſeù fundo illorum, quia tunc ab illis excuſantur tanquàm perſonis, & non rebus in hærentibus, l. an inſtructiones. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & auth. de Eccleſ. tit. & priuileg. § ad hæc Sancimus collat. 9.

7 Collecta non poteſt imponi a præſide ſeù iudice, ſed ſi vrgeat neceſsitas debet præfectus certiorari de neceſsitate illa, per præſidis, ſeu iudicis reſcriptum, & certioratus debet principi ſcribere, vt permittat, quòd fiat collecta, & cum princeps. illam fieri permiſerit, tunc per collectores idoneas bene, & fideliter imponi debet. l. placet, vbi Bart. C. de excuſat. muner. libr. 10.

8 Collectores, qui grauant Eccleſias, aut excedunt debitum finem in collectãdo, aut faciunt illicitas exactiones priuabuntur officio,

officio & puniuntur iudicis arbitrio, c. ea quæ, vbi Abb. n. 2. de cenſ. & c. iudicatum, vbi glo. verb. cũ pœna diſt. 89. l. illicitas. §. illicita ff de offic. præſid.

9 Conſtitutiones laicorum, ſeù ſtatuta collectantia Eccleſias, ſeù perſonas Eccleſiaſticas, ſunt nulla ipſo iure, quamuis propter aliquam neceſsitatẽ ſint facta, & vllo tempore non conualeſcunt, nec etiam ſi ſecũdum ſtatuta illa fuerint latæ aliquæ ſententiæ, quia defecit poteſtas illis laicis ad ſtatuendam collectam in præiudicium Eccleſiæ. & contra libertatem illius, & ſic ex defectu poteſtatis fuerũt nulla, & quod ab initio non valet de iure, tractu tẽporis nõ confirmatur, cum hæc reſpiciant initium, c. non firmatur, vbi Doctor. de regul. iur. lib. 6 & l. quod ab initio ff. de regul. iu. & c. quæ in Eccleſiarum de conſt. vbi notant, Doctor. & c. fin. de reb. Eccleſ. alien. vel nõ Abb. in c. aduerſus. num. 11. de immunit. Eccleſ.

10 Cæcus vtroq; lumine, & mutus, aut omnino ſurdus, aut furioſus, ſiuè perpetua infirmitate detentus excuſantur a muneribus perſonalibus, non vero a muneribus patrimonialibus, l. 1. & 2. vbi gl. 1. & Bart. & alij. C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. & l. vnica, vbi gloſ. & Doctor. C. qui morb. & l. poſt ſuſceptam. C. de excuſat. & l. honores ff de decur. & Fil. eorum.

11 Doctores in iure canonico, aut ciuili, ſiuè magiſtri in Theologia, ſeù medici cũ vxoribus, & filij eorum, dum viuant cum parentibus, excuſantur a tollecta, & à publicis muneribus, & a ciuilibus, l. medicas, vbi Doctor. & l. reddatur, & l. fin. C. de profeſſ. & med. lib. 10. Bart. in d. l. reddatur, & in d. l. fin.

Verbo Commodatum.

1 Commodatum eſt gratuita conceſsio alicuius rei, facta ad aliquem ſpecialẽ vſum, glo. 1. in c. vnico, de cõmodat. §. itẽ is cui. in fin. inſt. quib. mod. re contrah. obligat. Ant. Gom. tom. 2. var. reſulut. c. 7. de commod. & de poſit. nec dicitur cõmodatum, niſi ſit ad certum vſum determinatum, & cum tempore diffinitum tacite vel expreſſè. videlicet, do tibi equum, pro ſex diebus, aut commodo tibi equum ad eundem Romam, vel librum ad transcribendum, in eſt tunc tacite tempus, vt cõmode poſsis ire Romam, & redire, & commode transcribere librum, l. ſi vt certo. in princ. vbi Bart. & omnes. ff. cõmod. & l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc. & l. 2. vbi Bald. C. commod. glo. verb. non officium, in l. in cõmodato. ff. cõmodat. ſumma Ang. verb. cõmodatum. §. 1. & 3. & ſi ad certum vſum determinatum, non eſſet datum, ſed ad incertum, ſine perfinitione diceretur præcarium, & non commodatum, quia in hoc differt præcarium, a cõmodato C. fin. de præcar. & l. cum præcar. ff. de præcar. gloſ. 1. in c. vnico de cõmod. ſumma. Ang. verb. commodatum. §. 3.

2 Commodatum non poteſt reuocari ante vſum completum. c. vnico, vbi notant. omnes de cõmod. & l. in cõmodato. §. ſicut vbi Doctor. ff. commodat. ſumma. Ang. ver. commodatum. §. 4.

3 Præcarium vero bene poteſt reuocari quando cumq; dans voluerit, cum non ſit datum ad certum vſum cum temporis diffinitione, ſiue terminatione, & ideo extinguitur volũtate cõcedentis. c. fin. vbi Abb. & omnes de præcar. & l. 1. & 2. & 3. ff. de præcar. ſumma. Ang. vbi ſupra. n. 1.

4 Commodatum poteſt conſiſtere in rebus mobilibus, & ſe mouentibus, & in immobilibus, & incorporalibus, puta in ſeruitutibus habitandi. l. 1. vbi glo. verb. habitationem, & Doctor. ff. commod. & gloſ. 1. in c. vnico de commod. in rebus tamen, quæ vſu conſummuntur non poteſt conſiſtere commodatum niſi concedantur ad pompam, vt ditior quis appareat, & ſic in vſu conſummantur, l. ſed mihi. §. fin, & l. ſequi. ff. commod. Bart. in d. l. ſed mihi. § fi. n. ff. commodat.

5 Commodati natura eſt, vt res ipſa cõmodata reſtituatur, finito tempore, & vſu ad quem commodata fuit, & tam ipſi, qui commodauit, quàm hæredi eius eſt reſtituenda, quoniam hoc ius naturale iubet, niſi aliqua ſpecialis ratio hoc impediat. l. bona fides. ff. depoſit. vel contr. & l. ſed mihi. §. hæres eius, & l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. cõmod. vel contr. & c. ius naturale diſt. 1. ſumma. Ang. verb. commodatum. §. 18. ſi tamen commodatarius rem commodatam perdat. vt ipſam met rem reſtituere non poſsit, tenetur reſtituere æſtimationem illius, & ſi poſt quam reſtituerit æſtimationem, res ad ipſum reuertatur, reducto ſibi pretio, quod iam ſoluit, tenetur reſtituere rem. l. in cõmodato. §. fin. vbi Bald. ff. commod. diſtingue tñ vt infra. §. 13. & ſeq.

Commo-

Digitized by Google

6 Commodare poteſt vnusquisq; rem ſuā, quam poſsidet, & etiam rem alienam, quā bona fide poſsidet, ſciens, quòd ſit aliena, & in ea conſiſtit commodatum. l. commodare. vbi Doct. ff. commod. ſi tamen contra voluntatem Domini fuerit res illa cōmodata, competit ipſo Domino actio cōmodati, & actio furtiua. l. ſi ſeruus meus. & l. eum qui. §. 1. ff. commod. & l. qui vas. §. ſi ego. ff. de furt. & l. ſeruus cuiusdam, vbi Doctor. C. de cond. ind.

7 Commodatarius vtens recommodata ad aliquem vſum, extrà illum, ad quē ſibi fuit commodata, contrà volūtatem Domini rei cōmodantis, tenetur de furto, & de cōmodato. l. ſi vt certo. §. nunc videndum eſt. in fin. ff. commodat. & l. qui iumenta, & l. ſi is cui. cōmodata. ff. de furt. & §. furtum autē. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. ſi autem cōmodatarius probabiliter crediderit, quòd Dominus concedat, & velit, vt ad illum vſum, extra illum ad quem res fuit cōmodata, illa vtatur, nō committit furtū, quia furtum non cōmittitur, quando quis vtitur re aliena voluntate Domini, aliter tamē ſi dubitat. l. qui vas. §. qui ex volūtat. ff. de furt. & §. placuit. inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcunt. Ang. ver. cōmodatum. §. 6. ſi tamen Dominus rei intentat actionē cōmodati, non poteſt poſtea vti actione furtiua, quin ope exceptionis excludatur, & ſi intentat actionem furtiuam. ipſo iure extinguitur actio cōmodat. l. ſi is cui cōmodata res erat. vbi Bart ff. de furt. & l. 1. & ibi DD. C. de fur. gl. vnic. in l. ſi ſeru⁹. ff. cōmod.

8 Si cōmodatarius non potuit vti re cōmodata, etiam ſine ſua culpa infra tempus præfixū, poſtea non poteſt inuito Domino illa vti, alio tempore licet ſit ad illū vſum, ad quē fuit cōmoda, nec cōmodans poteſt cogi, ad iterum cōmodandum, quia beneficia non ſunt retorquenda in diſpendium illius, qui illa præſtat, nec Dñs debet carere ſua re, plus temporis, quàm voluerit. c. vnico. vbi Abb. n. 7. de cōmod. Bart. in l. in cōmodato. §. ſicut. n. 6. ff. commod. ſi tamē culpa cōmodantis, cōmodatarius non vtatur recommodata ad illum vſum, ad quem fuit commodata, tenetur tunc cōmodans ad intereſſe commodatario. d. l. in cōmodato. §. ſicut. vbi Doct. ff. commod.

9 Commodans, ſi ſciat aliquod vitium rei cōmodatæ, tenetur reuelare illud commodatario, alias poteſt obligari ad damnum reſarciendum, quod ex vitio illo fuit ſubſecutum, non tamē ſi vitium illud ignorabat. l. in rebus. §. item qui ſciens. vbi Bart. ff. commod. & l. pen. eodem. tit. gl. fin. in c. vnico. vbi Abb. n. 22. de cōmod. quāuis ſecus ſit in re depoſita, vēdita, vel locata, quia tunc vendens, ſeù locans tenetur de vitio rei, quamuis illud ignoret. l. ſed addes. §. 1. ff. locat. & l. tenetur. §. ſi vas. ff. de act. empt. & l. ſi ſeruus communis. §. quod vero. ff. de furt. & gl. ver. item qui ſciens. in l. in rebus. §. item qui ſciēs. ff. cōmod. Abb. in d. c. vnico. n. 22. de cōmod. locans tamen ſeruū nō tenetur ex hac actione de damno à ſeruo dato, niſi in actione noxali. l. ſi domum. §. 1 & l. cum plures. §. ſeruum meum. ff. locat. & d. gl. ver. item qui ſciens.

10 Commodatum non dicitur quādo interuenit aliqua merces, ſed tunc dicitur locatū, ſiuè contractus innominatus, do, ut des, facio, vt facias. & non commodatum, quia commodatum debet eſſe gratuitum. §. fin. vbi Doct. inſt. mand. & glo. 1. in c. vnico. de cōmod. ſumma Ang. ver. cōmodatum. §. 8.

11 Cōmodans falſam menſurā, ſiuè pondera, ſciēs, tenetur de furto, & debet relegari, ſi criminaliter accuſetur. l. arbitrio iudicis. §. de eo qui ſciens. ff. de dol. & l. ſi quis vxori, §. ſi maiora. ff. de furt. & l. annonam. in fin. ff. de extraord. crim. & gl. ver. tradetur. in d. §. de eo qui ſciens. cōmuniter approbata. vt per Bart. ibidem.

12 Cōmodatarius dicens ſe eſſe locupletē, cum ſit pauper, vt accipiat pecuniam cōmodatam, & poſtea nō habet vnde ſoluat, cōmittit dolū, non vero furtū, quia voluntate Domini creditoris accepit, & tāquàm fallax, & illiciator relegetur, aut pro arbitrio iudicis punietur, ſecundum qualitatē doli, & pecuniæ quantitatem. l. falſus. §. ſi quis. nihil. vbi Bart. ff. de furt. Girip. conſil. 36. n. 8. Merg. conſi. 24. n. 12.

13 Cōmodotarius tenetur de omni culpa, etiā leuiſsima, ſi gratia ipſius tantū fuit cōmodatū l. ſi vt certo. §. nunc videndū. verſ. cōmodatum, vbi Bart. n. 1. & l. in rebus. vbi etiā notat Bar. ff. cōmod. & c. vnic. vbi gl. 2. & Abb. n. 1. de cōmod. & dicitur cōmodatū gratia recipiētis tantū, quando quis cōmodauit alicui ad illius vſum, ſicut cōmodaui tibi equū meū, vt ires romā, aut librū meū vt illum legas, & cōmuniter quaſi ſemper cōmodatum fit gratia tantum recipientis, ſi autem fiat commodatum gratia tantum commodantis, ſicut. commodaui tibi ornamenta, vt ad me venires ornatior, aut

Digitized by Google

ſponſæ meæ, vt ob meum honorem veniret ornatior ad aliquod feſtum, tunc nō tenetur commodatarius, niſi de dolo, & lata culpa, quia mei contemplatione commodaui. l. ſicut certo §. interdum, vbi Bart. n. 1. & l. ſi mei causa. ff. commod. & l. 1. § is quoq; ff. de act. & obligat. glo. 2. & Abb. n. 14. in c. vnico de commod. ſi autem gratia vtriusq; fiat commodatum, puta. Commodaui tibi vaſa aurea, ſeù argentea, vt anicum meum, & tuum hoſpicio reciperes, tunc etiam præſtatur dolus, & culpa, vt in empto & locato, & in dote. & in pignore, & in ſocietate. d. l. ſi vt certo. § nunc videndum, vbi Bart. d. n. 1. & l. in rebus vbi etiā Bart. ff. commodat. & l. contractus ff. de regul. iur. glo. 2. & Abb. nu. 14. in c. vnico de commod. aliter tamen in depoſito, & precario, quia non venit, niſi tantum dolus, cū præcarium reuocari poſsit, quandocumq; danti placuerit, quod non erit in commodato, & ideo magis grauatur commodatarius. l. quæſitum. §. illud ad notatur. ff. de precar. & l. contractus. ff de regul. iur. & l. quod nerua. ff. depoſit.

14. Commodatarius non tenetur de rei deterio ratione, ſi ea re vſus eſt in illo vſu, ad quem illam accepit, & ſine ſua culpa deteriorata eſt, ſi a ūt culpa ſua deterior facta fuerit, tenetur reſarcire damnum. l. ſed mihi. §. ſi reddita. & l. eum qui rem. & l. fin ff. commod. ſumma Ang. ver. cōmodatum. §. 12. Dec. in l. contractus. nu. 30. ff. de regul. iur.

15 Cōmodatarius non poteſt repetere impenſas, quas fecit in re cōmodata, quæ naturali ratione fieri d bent, videlicet cibas ſerui, ſeù equi, & ſimilia, alias vero magnas impenſas, qua fecit in valitudinē ſerui, ſeù illas, quæ factæ ſunt cauſa illum requirēdi, ſeù reducēdi poſt fugam, repetere poteſt. l. in rebus, §. poſſunt. vbi Bart. n. 1. ff commod. & l. item ſi ſerui. §. quis impēſas. ff. de ædilict. edict. & l. diuortio. § ſi alias. l. fructus. ff ſolut. matr. vbi notant Doct.

16 Cōmodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi intribus caſibus, puta. ſi culpa præceſsit, videlicet cōmodaui tibi equum, vt ires certum locum, & tu iuiſti ad alia loca, & tunc caſu fortuito amiſiſti illū equū, tunc teneris mihi, aut cum interuenit pactū, vt cōmodatarius teneatur de caſu fortuito, quia tunc valet pactum quamuis ſit contra accidentalia contractus, aut quādo commodatarius fuit in mora reddēdi, rem cōmodatam, in iſtis enim caſibus tenetur etiam de caſu fortuito, in alijs vero nō tenetur. c. vnico, vbi gl. 2. & Abb. n. 6. de commod. & l. 1. vbi Doct. C. cōmod. & l. 1. §. is ve ro ff. de act. & obligat. & l. in rebus, vbi Bar. ff. cōmod. §. item is. inſt. quib mod. recontr. obligat. & l. contractus. vbi Dec. n. 34. ff. de regul. iur. ſumma Ang. ver. commodatum. §. 14. & eſt ord. lib. 4 tit. 53. §. 3. aliter tamē eſt in mutuo, licet enim cōmodatarius nō teneatur de caſu fortuito, tenetur tā ille, qui mutuū accepit, quia cōmodatarius nō poſsidet rem cōmodatam, ſed ſemper dominium illius remanet apud dominum cōmodantem. l. rei commodatæ. vbi Doct. ff. com mod. & l. officium. ff. de rei vindicat. & l. 1. ff. depræcar. & §. item is. inſt. quib. recontr. obligat. quod tamen non eſt in illo, qui mutuum accepit, ſed potius cōmodatarius cōſequitur dominium pecuniæ mutuæ, & obligatur in genere, quod perire nō poteſt. l. Incendium. vbi Doct. C. ſi cert. pet. & l. in ratione. ff. ad leg falc. & §. item is cui. inſt. quib mod. recontr. oblig Abb. in c. vni co. num. 8. de commod. & ord. lib. 4. tit. 53. §. 1.

17 Commodatarius non tenetur ſi rem cōmodatam mittat per nuncium fidelem, & idoneum, & illa pereat, quia caſus fortuitus reputatur, vel per nuncium acreditore miſſum cum mandato creditoris, aliter tamen ſi commodatarius illam miſit pernuncium minus idoneum, vel pernunciū creditoris ad id nō diſtinatum, nec habentem mandatum, quia tunc tenetur ſi reſpereat, aut deterioretur. l. eum qui. §. ſed etſi. vbi Bart nu. 3. & l. qui non tam idoneum, & l. argentum, & l. ſi mei cauſa. ff. commod. Abb. in c. vnico. n. 17. de cōmod. & tenetur cōmodatarius credere nuntio creditoris, ſi habet mandatum. domini, aut habet iuſtam cauſam illi credendi, vt quia ſolitus erat mitti à domino ad talia, & ſimilia negotia. vel dictum fuit acreditore, quòd illi commodatarius mitteret rem commodatam pernuntium, qui tale dixerit, aut cuicumq; eius nomine peteret, aliter vero nō liberatur, ſi malum nuntium elegerit, aut credidit, cui credere non debebat, aut dedit nuntio, qui cauſa commonendi tantum iuſſus fuerat à creditore, l. ſi mei cauſa, & l. eum qui rem. §. fin. vbi Barr. num. 1. ff. commod. & l. ſi quis ſeruo. ff. de ſolut. & l. ſi quis vxori, §. apud labeonem. vbi Bart. ff. de furt. & eſt ord, lib. 4. tit. 53. §. 5.

Commo-

Digitized by Google

28 Commodatarius non tenetur præferre res ſuas, commodatis, ſi omnes incendio, ſeù naufragio, aut in curſu latronũ ſaluare non poteſt, at quando res cõmodatæ erãt valdè pretioſiores, rebus ſuis, & commodatum factum fuit gratia ipſius cõmedatarij, aut veriusq; teneretur tũc præferre, res commodatas, rebus ſuis, per text. in l. quod nerua. ff. depoſit. & in l. in rebus. ff. commodat. & gl. ver. ſaluas. facere. in l. ſi vt certo. §. quod vero. in ſenectute. ff. eodem tit. aliter tamen quando res commodatæ, & ſuæ erant eiusdem pretioſitatis, & ſi commodatum fuiſſet tantum gratia commodatarij factum, quia potius quis debet ſibi ſubuenire, quàm alteri, nec poteſt dari dolus, quando quis prius res ſuas ſaluat, quàm æquales commodatas, nec poteſt dici non adhibere eandem diligẽtiam in rebus cõmodatis, ſicut in ſuis proprijs, cum prius ſuis ſubueniat, cum nõ ſint viliores, quàm commodatæ. d. glo. verb. ſaluas facere. & Doct. in d. l. ſi vt certo. §. quod vero. ff. cõmod. & Abb. in c. bona. n. 2. de depoſit. & ita quando res commodatæ erãt viliores ſuis rebus, quoniam quicumq; diligentiſsimus homo ſubueniret prius rebus pretioſioribus, quàm vilioribus, licet commodatum fieret gratia tantum recipientis, cum non teneatur adhibere maiorem diligentiam in rebus cõmodatis, quàm in ſuis. l. in rebus, & l. ſi vt certo. §. quod vero. vbi Doct. ff. de cõmod. Doct. in d. c. bona. de depoſit.

Verbo Compenſatio.

1 Compenſatio eſt debiti, & crediti contributio inter contrahentes. l. 1. vbi gloſ. fin. ff. de compenſat. & Abb. in c. bona n. 12. de depoſit. ſummiſtæ ver. compẽſatio. vnde compenſatio habet vim ſolutionis. vt in l. ſi conſtat. C. de compenſat. nec intereſt vtrum quis ſoluat, vel compẽſet. l. ſi debitor. ff. qui pot. in pign. hab. & Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. n. 2. §. ſolut. matr. Afflict. deciſ. 121. n. 4.

2 Compenſatio admittitur in omnibus rebus, quæ in ſuo genere functionem recipiunt, quando vna res poteſt in toto fungi vice alterius, ſicut ſunt res, quæ conſiſtunt in numero, põdere, & menſura, in alijs vero rebus ceſſat compenſatio, gl. ver. contrà quòd. in c. bona. vbi Abb. n. 12. de depoſit. & l. fin. & l. ſi conſiſtat. C. de cõpenſat. ſumma Ang. verb. compenſatio. §. 1. & Leo. in tract. noui. op. c. 6. n. 8. & etiam cauſa concluſa, & in cauſa appellationis poteſt fieri compenſatio. facit text. in l. 1. in fin. vbi gl. fin. ff. quæ ſententiæ ſine appellat.

3 Compenſatio licet non fiat niſi de liquido ad liquidum, ſi tamen ille, qui obijcit exceptionem compenſationis, breui temporis ſpacio liquidaret debitũ, de quo vult cõpenſare, quod eſt relinquẽdum arbitrio iudicis, admitteretur, c. fin. vbi glo. verb. in alijs, & Abb. nu. 10. de depoſit. & l. fin. vbi Doct. C. de cõp. §. in bonæ fidei. inſt. de act. aut quando debitor cõfitetur in continẽti ſe eſſe debitorẽ in centum, & opponit cõpenſationem pro illa quãtitate, aut minore, aut ſi quod ſuper eſt ſoluat, aut deponat, & tunc quamuis aduerſa pars neget debitum, valebit exceptio compenſationis, & expectabitur, quod excipens probet, aut non probet debitum, de quo vult cõpenſare, nec interim poteſt ab illo exigi debitum confeſſatum, quia regula, quæ dicit, quòd non fiat compenſatio, niſi de liquido ad liquidum, intelligitur quando debitum liquidatum fuit per teſtes, ſeù aliã probationem, non autem per confeſsionẽ partis. l. fin. C. de comp. & gl. ibi ver. conuicta. & Doct. Abb. in c. cum Ioan. n. 2. de fid. inſtr. & in c. bona. n. 10. de depoſit. cæp. cautel. 38.

4 Compenſatio, quamuis non fiat, niſi de quantitate ad quantitatem, & non de vna ſpecie ad alteram. l. ſi conuenerit ff. de pign. act. & l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. in d. & l. ſi ea pecunia. C. de rei vind. ſi tamen iudicatum fuiſſet, quod pro vna ſpecie ſolueretur æſtimatio illius, bene poterit tunc fieri compenſatio de æſtimatione illa ad aliam quantitatem, quia iam ſpecies illa conuerſa eſt in quantitatem. l. ſi ambo. §. quoties. ff. de comp. vbi notant ſcribentes.

5 Compenſatio fit ipſo iure ad impediendum, ne ſoluantur vſuræ, vel aliqua pœna, ſeù ad euitandam caducitatem. l. cum alter, vbi Bart. ff. de compenſat. & l. etiam ſi. C. de compenſat. & l. eius quantitatis, vbi Bald. C. de ſolut. Abb. in c. bona. nu. 11. de depoſit. in alijs vero cauſis eſt ſemper ab homine proponenda exceptio compenſationis, quia ipſo iure nõ fit. l. vnusquisq;, & l. quod labeo, & l. verũ eſt, & l. ſi quid. ff. de cõpẽſat. gl. 2. in l. ſi cõſtat. C. eod. & Abb. in c. fi. n. 11. de depoſit. Iaſ. in §. in bonæ fid. n. 78 inſt. de act. Cur. cõſi. 71. col. fin. Alex. cõſi. 85 lib. 3. Afflict. dec. 121. n. 1. Cæſ. vrſ. ibid. n. 1.

Digitized by Google

6 Compenſatio non habet locũ in rebus depoſitis, quamuis incommodatis ſic, quia depoſitor poteſt pro voluntate ſua reuocare depoſitum, commodator vero nõ poteſt, niſi poſt vſum cõpletum, & ideo propter perfidiam depoſitarij, non eſt locus compenſationis, cõtra depoſitum. c. bona. vbi Abb. n. 12. de depoſit. & l. fin. vbi Doct. C. de compenſat. & §. in bonæ fidei. vbi gl. ver. depoſiſti. inſt. de act. & glo. in l. ob negotium. ff. de compenſ.

7 Nec etiam cõpenſatio habet locum in re per violentiã poſſeſſa, ſeù in latrocinio, vel furto, vel in alio ſimili, ſiue agatur ex lege, ſiue actione in rem, ſiue interdicto ad huiuſmodi poſſeſsionẽ adipiſcendã, nunquam enim in odium eiuſmodi poſſeſſoris admittitur compenſatio, niſi qui exceptionem cõpenſationis obijcit, de ſimili debito opponat exceptionem cõpenſationis. l. fin. §. fin. vbi gl. fin. C. de comp. & gl. ver. depoſiti. in §. in bonæ fidei. inſt. de act. & glo. in l. ob negotium. ff. de compenſat.

8 Compenſatio mutua etiã fit in delictis, c. conſtitutus. de pęn. & c. pen. & c. vlt. de adult. & c. nihil iniquius. 32. q. 6. & gl. fin in c. fin. de depoſit. l. viro, atq; vx. ff. ſolut. mat. Bart. in l. ſi ambo. §. quotiens. ff. de comp. fallit tamen in actione iniuriam, quoniam compenſatione non tollitur, ſed quilibet agit pro ſua iniuria, & quando agitur criminaliter ad pęnam legalem infligendam, quia tunc non admittitur compenſatio. l. 2. §. ſi public. ff. ad leg. Iul. de adult. & Abb. in c. pen. n. 5. de adult.

9 Compenſatio etiam non habet locũ in victualibus, nec in alimentis, quocumq; modo debitis, quãuis opponatur de quantitate ad quantitatem, & hoc introductum eſt propter neceſsitatem alimentorum, & odium ſoluentis. l. ob negotium. vbi glo. & Bart. ff. de comp. glo. verb. depoſiſti. in §. in bonæ fidei. inſt. de act.

10 Nec etiam habet locum, in debito fiſci, ſiue Reipublicæ, propter fauorem illius, ſi quid ei debetur ex Kalendario, aut ex vectigalibus, ſiue ratione frumenti, ſiue olei, aut tributi alimentarum, vel ratione ſumptum ſtatutorum, aut fidei cõmiſsi, in alijs vero caſibus etiam Reipublicæ objicitur compenſatio, de liquido ad liquidum, ſiue intra duos mẽſes doceat. l. 1. & l. in ea, quæ Reipublicæ, vbi Doct. & l. pen. C. de comp. & l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iur. fiſc. & gl. in l. ob negotium. ff. de cõp. & glo. ver. depoſiti. in §. in bonæ fidei. inſt. de act. & l. fin. ff. de compenſat.

11 Compenſatio etiam fieri poteſt de operibus debitis, cum pecunia, vt ex text. in l. ſi operas. vbi Bald. & omnes. C. de ſolut.

12 Compenſatio in directa habet locum, vbi directa locum non habet, videlicet, res tua venit ad me, potero illam retinere, donec mihi ſatisfacias, pro debito meo, vt tenet Cin. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indeb. Abb. in c. bona. n. 12. de depoſit. ſumma Ang. ver. compenſatio. §. 2.

Verbo Compoſitio.

1 COmpoſitio amicabilis poteſt fieri in omnibus contractibus, etiam ſuper decimis, & alijs contractibus ſpiritualibus. c. ex multiplici. vbi gloſ. ver. quandiu, & Abb. nu. 1. de decim & c. ſtatuimus. vbi glo. ver. vt ſi ſuper decimis. de tranſact. nõ poteſt tamen interuenire pecunia, nec aliquid temporale, pro ſpirituali, quia ſi interueniat, eſt contractus ſimoniacus. gl. ver. vt ſi ſuper decimis. in c. ſtatuimus. vbi Abb. n. 5. de tranſact.

2 Compoſitio ſuper decimis bene poteſt fieri inter perſonas Eccleſiaſticas. c. 2. & c. dilecti. de tranſact & d. c. ex multiplici. de decim. Ruin. conſil. 142. nu. 13. lib. 3. Barbat. in c. fin. nu. 4. de rer. permut. Doen. regul. 127. debet tamen interuenire authoritas Epiſcopi, vel ſuperioris prælati, d. c. ſtatuimus. vbi Abb. nu. 2. de tranſact. & c. placuit, & c. ſine exceptione. & c. Abbatibꝰ, 12. q. 2. & c. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. valet tamen compoſitio, ſine authoritate Epiſcopi, inter perſonas Eccleſiaſticas, quæ tamen compoſitio non excedit vitam componentium, nec per illam compoſitionem, poteſt ſucceſſor obligari. c. de cætero, & c. veniens. vbi Doct. de tranſact. & c. ad hæc de offic. vicar. Abb. in c. ex multiplici. n. 2. de decim. Dec. in c. venerabilis. not. 4. de confirmat. vtil. vel in vt.

Verbo Compromiſſum.

1 COmpromiſſum aliquando fit ſimpliciter, & nudo pacto, nullaq; interueniẽte ſtipulatione, nec pęna, nec iuramẽto, & tunc de iure canonico tantũ poteſt ex tali compromiſſo agi ad intereſſe, ſecuto arbitrio, cum de iure naturali quis teneatur ad

implere

Digitized by Google

implere promiſſum,& ita de iure canonico c.qualiter.vbi Doct.depact.C.Pſalmiſta.23.diſt.&Pſalm.88.ibi,& quæ procedūt de labijs meis, non faciam irrita, & pacta, quamuis nuda,ſunt ſeruanda de iure canonico.c.1.depact.quod etiā fit de iure ciuili,l.1.ff.depact.nō tamen competit de iure ciuili actio,vel exceptio ex arbitrio,ſi partes expreſſè hoc non egerunt, l. diem pro ferre.§.fin.& l.litigatores.ff.de arb.

2 Aliquando fit cōpromiſſum interueniēte ſtipulatione,nulla tamen pœna,vel iuramento appoſito , niſi tantum quòd partes promittunt ſtare ſententiæ ſui arbitri, & tunc vtroq; iure tenentur partes ſtare ſententiæ, niſi contineat manifeſtam iniquitatem,quia ſi illi ſtare nolunt tenentur ad intereſſe. d.l.diem pro ferre. vbi Doct. ff. de arb.& Abb. in c.per tuas.num.10.de arb. aliquando fit interueniente iuramento, & alicuius pœnæ poſitione, & tunc ex compromiſſo, dato arbitrio cōpetit actio, propter reuerentiam iuramenti,& pœnæ appoſitionem, & data ſententia abſolutionis competit exceptio,l.ne in arbitris,vbi Doct.C.de arb.& Abb. in d.c.per tuas.nu.13.de arb. & quamuis per auth. decernit. C.de arb. prohibeatur, eligi arbitras cum iuramento,non prohibentur tamen partes iurare ſtare pro ſententia arbitri.& ideo ſi iurant tenentur obſeruare iuramentum,c.debitores, & c.ad noſtram.cū multis alijs. de iure iurand. ſi autem interuenit pœna, ſine iuramento,ſunt tunc cōpellendi partes ſtare ſententiæ arbitri, per pęnæ appoſitionem,aut per res depoſitas, & ſi quieſcere noluerint, tenentur tantum ad pęnā. l.litigatores. §.qui ergo, ff.de arb.& l.1.& 2.& auth.decernit. C. de recept.arb. & c. dilecti.in fin.de arb.Abb.in c.per tuas.nu.15.eodem.tit.poſt pęnam tamen ſolutam non compelluntur ſtare ſententiæ, niſi in compromiſſo dictum ſit, quod etiam poſt pęnæ ſolutionem ſtetur ſententiæ arbitri. c.quæcumq;, 25. quæſt.2. & c. Epiſcopus, qui mancipium.12.quæſt.2. & l.qui fidem. vbi Bart.n.12. ff.de tranſact.& l.cum proponas.vbi Doct.C.eodem.gl.ver.per pęnā in c.dilecti. de arb.

3 Aliquando compromiſſum fuit à partibus, vt ſtarent ſententiæ arbitri,& fecerūt pactum immediatè, de obſeruando illud, quod arbiter iudicaſſet , & tunc tenetur ſtare ſententiæ , non tantum virtute compromiſſi,ſed etiam vigore pacti appoſiti, l. lecta.ff.de reb.cred.Abb.in d.c.per tuas. n.19. poſt.Ant.de Butr. Innocent. Ioann. And.& alias.de arbit.

4 Compromiſſum facere poteſt quicumq; alienare poteſt , & ſuper illis rebus , quas alienare poteſt ſeù ſuper quibus diſponere poteſt: ſuper illis vero, quas alienare non poteſt, ſine aliqua ſolemnitate , nec etiam ſine illa ſolemnitate poteſt compromittere, ſicut vaſallus , qui non poteſt alienare feudum ſine conſenſu Domini,ita nec cōpromittere , & tutor in rebus pupilli , & prælatus in rebus Eccleſiæ,& cæteri eiuſmodi, qui ſimpliciter alienare nō poſſunt, ita nec compromittere. c. cum tempore. vbi Abb.num.3.de arb.& l.non ſolum. C. depræd.minor.non alienand.& glo.& Doctor.in l.nulli, ff. de tranſact. ſumma Ang. ver.compromiſſum.in prin.

5 Compromiſſum factum in vno arbitro, aut in pluribus, vt ipſi per ſe cauſam diffiniant, vel per alios, quos elegerint, valet, quāuis ipſi non poſsint alij delegare vices ſuas. l.in cōpromiſsis. ff.de arb.& l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.obligat.ſi tamē partes illis dent poteſtatem alios arbitros eligendi, poſſunt illos eligere. c.cum à nobis.vbi Ab.n.1.de arb.& in c. innotuit.n.8.eod.tit.

6 Compromiſſum factum in duas aut in plures,adiecto,vt in diſcordia eligant tertium,non valet,quia non poteſt fieri compromiſſum,in incertam perſonam eligendam,imo incertam perſonam eſt faciendū c.innotuit.vbi Abb. n.3. de arbit.& l.item ſi vnus.§. ſi in duas. vbi Bart.ff.de arb.

7 Compromitti poteſt ſuper electione, & compromittentes tenentur recipere electūm,ſi eſt idoneus,& forma compromiſsi obſeruata fuit, ita,vt ab illa perſona electa recedere non poſsint,quamuis pęna appoſita,& intereſſe ſoluant. c.cauſam,quæ.vbi Abb.n.9.& c.cum dilectus filius.32.& c. in cauſis. de elect.

8 Compromiſſum expirat,& finitur morte cuiuscumq; cōpromittentium,quamuis concluſum ſit in cauſa,cū tamen nō ſit lata ſententia.c.ex part.vbi Abb.n.2.& c.fin.de arb.& l.ſed.& interpellatur.§.fin.vbi Bart. & alij,& l.diē pro ferre, §.1.ff.de arb.effectus tamen ſententiæ tranſit ad hæredē,vt tenet Bar.in d.l.diem pro ferre.§.1.n.1.ff. de arb.ſi autē mentio fieret in cōpromiſſo de hærede bene tranſiret ad hæredem. C. fin.vbi Doct.de arb.& d.l. diem pro ferre. §. ſi hæredis.vbi Bart.ff.de arb.

Digitized by Google

Verbo Conceſſum.

1 CONceſſum, in conſtitutionibus affirmatiuis, intelligitur de iure communi, omne illud, quod non eſt prohibitum, c. ad eius. 5. diſt. & c. qualis hinc. 26. diſt. & c. cũ Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & prop. & l. cum prætor. vbi glo. ver. videtur. & l. ſolemus. vbi Bart. ff. de iud. & l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurat. & l. nec nõ. §. quod eius. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. 1. ff. de teſt. & gl. ver. non inuenitur. in c. inter corporalia. de tranſlat. Epiſc. & l. 1. ff. de poſtulãd. in prohibitiuis tamen cencetur prohibitum, quod non inuenitur conceſſum. d. c. inter corporalia. de tranſlat. Epiſc. & cap. quod tranſlationem. de offic. legat. & l. 1. ff. de coll. illic. & l. filius familias. ff. de donat. & l. nulli. ff. quod cuiuſq; vniuerſitat. & c. hoc tantum. 18. q. 2. & c. conquæſtus. 9. q. 3. gl. ver. non inuenitur. in d. c. inter corporalia. Abb. in d. c. quod tranſlationẽ. n. 5.

2 Concedere poteſt quis aliud alicui tribus modis. primò donãdo aliqua bona mobilia, ſeù immobilia, vt de illis poſsit diſponere ſicut de re propria. ſecundomodo, vt vtile dominium tranſiat in donatariũ, & directum remaneat apud donatorem, ſicut eſt in feudo, vel in emphiteuſi. tertiò modo, donec vixerit donatarius, qui recipit, & in hoc caſu videtur conceſſus vſus fructus rei, ita vt accipiens in vita ſua non poſsit alteri concedere, vltra vitam ſuam, & ſi concedat per mortem illius aſpirat conceſsio. vt tenet Abb. in c. nuper. nu. 2. de donat. inter. vir. & vx. ſumma Ang. verb. conceſſum. §. 1.

3 Conceſſum enim ſubconditione, ſuſpẽditur vſq; ad illud tempus, in quo conditio ad impleatur. & interim dum conditio ad impleta non fuerit, non in ducitur obligatio. c. ſi pro te. de r. & l. potior. ff. qui potior. in pig. hab. & §. ex conditionali. inſt. de verb. obligat. ſi tamen moreatur ille, qui ſpẽ conceſsionis habebat, antequàm conditio ſit completa, hæres illius poteſt conſequi promiſſum, poſtquam aduenerit conditio, quia hæc ſpes tranſit ad hæredẽ, ſi res ſit, quæ ad hæredem tranſire poſsit. l. vnica. vbi Doct. C. de his. quiant. apert. tab. & d. §. ex conditionali. inſt. de ver. obligat. & l. cum hæres. inſtitutus, §. qui exparte. ff. de acquirend. hæred. hoc tamen habet locum in contractibus, non vero in legato. l. 1. §. ſin autem. vbi Doct. C. de caduc. toll. Dec. in l. quæ legata. n. 3. ff. de regul. iur.

4 Conceſsio generalis, non cõtinet illud, quod quis vero ſimiliter in ſpecię nõ eſſet conceſſurus. c. fin. de offic. vicar. lib. 6. & c. 2. de pœn. & remiſſ. eodem. lib. 6. & l. obligatione. vbi Bart. ff. de pign. & l. deniq; eodem. tit. & l. qui peculij. ff. de pecul. & c. in generali. de regul. iur. lib. 6. gl. fin. in c. paſtoralis. de priuil.

5 Conceſſo vno, conceditur illud, ſine quo, conceſsio ſtare nõ poteſt, nec ad illud perueni, & ſic conceſſo principali, conceditur acceſſorium, & illud, per quod conceſsio habeat ſuum effectum. c. præterea. vbi glo. fin. de offic. delegat. & l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. omnium iud. & l. item ſic. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. refectionis. vbi gl. fin. ff. cõia. præd. itaq; conceſſo maiore, conceditur in effectu, quod eſt minus. c. ex par. 27. vbi Abb. n. 2. de decim.

6 Concedens etiam vnum, in effectu concedit omnia, quæ ſequuntur ex illo. c. quo iure. 8. diſt. & l. refectionis. ff. commu. præd. & l. loci corpus. §. ſi qui mihi. ff. ſi ſeruit. vind. & l. ſeruius. ff. de riu.

7 Conceſſo tamen vno, alterum negatum videtur, c. qualis. 25. diſt. & l. cum lex. ff. de leg. & l. cum prætor. ff. de iud. glo. ver. non inuenitur. in cap. 2. de tranſlat. Epiſc. quod enim vna via negatur, altera concedi non debet. c. vnico. de cleric. coniugat. & c. cũ quid. 84. de r gul. iur. lib. 6. fallit. tamen. vt per. glo. ibidem.

8 Conceſſum ob neceſsitatem, ſeù ob gratiam alicuius, non eſt ab alijs trahendum in argumentum, ſiue in exemplum. c. in argumentum, & c. in exemplũ, & c. quod alicui. de regul. iur. lib. 6. & c. ſane de priuil. quia conceſſum propter neceſsitatem, non excẽditur vltra neceſsitatem, nec durat niſi quatènus neceſsitas poſtulat, limitata enim cauſa limitatum producit effectum. l. cum ſeruo. vbi Bart. ff de contrah. empt. & l. in agris. ff. de acquirend. rer. Domin. Abb. in c. Deus qui. n. 2. de vita. & honeſt. cler.

9 Conceſſum ob gratiam alicuius, vbicumq; illa conceſsio habuit ſuum effectũ non poteſt aliud operari. c. non poteſt. de præb. lib. 6. & l. boues. ff. de verb. ſign. & l. legata. in vtiliter. ff. de adimend. leg. & l. cũ, qui calendis. ff. de verb. obligat. & l. cum pater. §. pater. 1. vbi Bart. ff. de leg. 2.

10 Quod alicui de iure eſt conceſſum, ab illo auferri non poteſt, ſine cauſa cognita à iudice,

Digitized by Google

Iudice, aut data cauſa propter quàm ab illo auferatur. puta patri de iure eſt conceſſus vſus fructus in bonis aduentitijs filij. l. cũ oportet, & l. fin. C. de bon. quælib. tamen ſi donator prohibeat, ne pater vſum fructũ habeat, tunc auferetur ab illo, authẽ. vt liceat matri, & auiæ. in prin. collat. 9. & in ſimilibus. & ita intelligitur regula, quod alicui eſt de iure conceſſum. ab illo auferri non poteſt. c. indultum. cum ibi notatis. de regul. iur. lib. 6.

11 Conceſſum ob gratiam, ſeù fauorem alicuius, non debet in illius detrimẽtum, ſeù odium retorqueri. c. quod ob gratiam de regul. iur. lib. 6. & l. quod fauore. C. de leg. & l. non eo minus. C. de procurat. & l. plures. C. de fid. inſtr. & l. generaliter. §. in his autem. C. de ſecund. nupt. & l. nulla. vbi Bart. ff. de leg. fallit tamen. vt gl. 1. d. c. quod ob gratiam de regul. iur. libr. 6. & glo. 1. in d. l. quod fauore.

Verbo Concubinatus.

1 Concubinatus eſt mulieris ſolutæ, & corruptæ conſueta fornicatio, & per plures actus continuata, & inuicinia, & populo diffamata, & domi retentæ. l. Maſurius 144. ff. de verb. ſign. & l. in concubinatu. ff. de concub. Bald. in auth. licet. C. de natura. lib. & gl. ver. ex ſola. in l. pen. vbi Bart. ff. de concub. Ant. Gom. in l. 80. Tauri n. 1. præpoſit. in Rubr. de ſponſal col. 3 n. 1. Din. in d. l. pen. ff. de concub. Ign. de Salzed. c. 79. num. 1.

2 Concubinatus eſt prohibitus de iure canonica, c. nemo, & c. dicat aliquis. & c. meretrices. 32. quæſt. 4. & c. concubinæ. 32. q. 2. & Trid. ſeſ. 24. c. 8. de reformat. matr. & ſeſ 25. c. 14. de reformat. de iure tamen ciuili antiquo, erat permiſſus concubinatus, l. in concubitu. vbi Doct. ff. de concub. hodie vero cum lex ciuilis in ſpiritualibus, & in materia de peccato ſubijciat ſe iuris canonici diſpoſitioni. auth. vt cler. apud. prop. Epiſc. § ſi tamen coll. 6. & authẽt. de Eccleſ. titul. in prin. coll. 9. fit etiam prohibitus concubinatus de iure ciuili, ſicut de iure canonico, vt tenet Abb. in c. cum venift nt. n. 26. de inſt. & ſumma Ang. ver. concubinatus. Fel. in c. cum ſit generalem. 13. de for. comp. Rip. in l. fin. n. 38. C. de reuocad. donat. Cou. ruu. in Epitom. ſuper. 4. decretal. c. 4.

3 Concubinatus hodie, tàm in coniugato, quàm in ſoluto, punitur per arbitrium iudicis Eccleſiaſtici, ex officio ſuo nemine requirẽte, & pœnam arbitrariam in eis infligit. Abb. in c. cum ſit generale. nu. 25. de for. comp. & illi concubinarij, cuiuſcumq; ſtatus, dignitatis, vel cõditionis ſint. ſi poſtquàm ab ordinario iudice Eccleſiaſtico ter admoniti de ea re fuerint, & concubinas non dimiſerint, ſunt excommunicandi, & non debent abſolui, donec admonitioni paruerint, ſi autem poſtea non obediant excommunicationi, & per annum in concubinatu per manſerint, debet, tunc iudex Eccleſiaſticus ſecure pcedere cõtra illas: mulieres vero, cuiuſcũq; qualitatis, ſeù conditionis ſint, quæ ter admonitæ nõ diſiſtũt viuere publice, cum adulter's, ſiuè cõcubinarijs ſunt puniendæ, & ejiciendæ, extra oppidũ, ſeù diœceſim. ex Trid. ſeſ. 24 c. 8. de reform. matr. nõ punitur tamen hac pœna ille, qui vere non fuerit concubinarius, quamuis oſtendatur, quòd fornicationem faceret. & ter fuiſſet admonitus, ſed puniretur alia pœna arbitraria infligenda per iudicem Eccleſiaſticũ ratione peccati. c. nouit. vbi Doctor. de iud. Pallat. in rep. c. per veſtras. not. 3. §. 21. n. 24. de donat. int. vir. & vxor. Ant. Gom. l. 80. Taur. n. 10.

4 Concubinatus tamẽ in hominibus vxoratis, ſemper fuit prohibitus, & punitur per iudicis arbitrium. l. vnica. vbi Doct. C. de concub. & l. fin. § fin. C. communia de manu miſſ. & c. non mæchaberis. 32. quæſt. 5. ſi tamẽ pœna huius criminis fuerit cauta per aliquam ord. reg. ſiue ſtatutum, id, quod cautum fuerit obſeruari debet, cum pœna hæc diuina, humanaq; cauſa conſtituta ſit. l. ius ciuile, & l. ius autem. ff. de iuſt. & iure. & C. ius ciuile. diſt. 1. & per noſtrã ord. reg. lib. 5. tit. 28. eſt cautum, vt homo vxoratus, qui habuerit concubinam (teuda, & manteula) id eſt, quod illam habeat tàm domi, quàm extrà domum, & illi præſtet omnia neceſſaria, prima vice relegetur tribus annis in vnum oppidorum Africæ, ex vinculis ſoluat quadrageſimam partem ſuorum bonorum excepta parte vxoris. cum excedat tria millia terunciorum, & ſi illa quadrageſima pars non excedat illa tria millia terunciorum, ſemper illa ſoluet in prima vice, ſi vero ſecunda vice in illo crimine cum eadem ſiuè cum alia comprehendatur, habebit eundẽ exilium, ſed duplicem pœnam bonorum ſoluet, &

Digitized by Google

tertia vice,ſoluet triplicem pœnam bonorum,& quandocumq; fuerit comprehenſus in hoc crimine,& in carcere detentus, tàm prima vice,quàm alijs,non erit ab illo extrahendus,niſi prius ſoluat ſupra dictam pecuniam,mulier autem, quæ in huiuſmodi crimine comprehenſa fuerit,publice flagellabitur prima vice, cum preconio,& funere ad collum, per plateas ciuitatis, & mittetur inexilium per annum in Craſto Marim, & ſoluet dimidiam partem quadrageſsimæ bonorum, quam vir concubinarius ſuus ſoluere debebat,& ſecunda vice ſoluet duplicem pœnam bonorum, & tertia triplicem, quæ pœna tamen non duplicatur inexilij tempore,& ſemper illa dimidia pars quadrageſsimæ bonorum, debet excedere duo millia terunciorum, aliàs ſemper illa ſoluet,quæ ordinatio, eſt obſeruanda in foro ſeculari tantum, & in illis,qui vere ſunt concubinarij, non autē in illis,qui habent conſuetudinem ſe carnaliter commiſcendi,etiam aliquem filium habeant,cum non ſit publicum, quòd ſint cōcubinarij, & publicè videatur quicũq; illorum, domi alterius, cum tamen homo non præſtet mulieri,omnia neceſſaria, ſed alia pœna arbitraria ſunt puniendi,cũ fornicatio,& concubinatus in vxoratis,vtroque iure ſit prohibitus, c. dixit ſacra, & c. nemo.32.quæſt.4.& l.vnica.C. de concub. & l.fin.§.fin.C.comm. de manu.miſſ.

Verbo Conditio.

1 Conditio eſt triplex,alia namq; eſt conditio ſeruilis ratione ſtatus perſonæ,c. fin.vbi Doctor.de ſeru.non ord.& c.fin.32 quæſt.4.alia eſt conditio in rebus, quæ liberæ,vel ſeruilis conditionis dicuntur,l.1. & per totum.ff.de ſeruit.& l.1.& per totũ, C.eodem alia eſt cōditio,quæ dicitur promiſsionis,ſeù alicuius cōtractus eſt dehac agemus. Hic de alijs autem in ſuis locis.

2 Conditio promiſsionis,ſeù contractus eſt futurus euentus,in quem actus ſuſpenditur,l.itaq;,vbi Doctor.ff.de reb.cred. & l.credere diem. ff.de ver.oblig.& l.1.C.de cond.in ſert & l.nominatim in fin.de cōd. & demonſt.Bart.in l.1.n.1.ff.eodem. Summiſtæ,verb conditio, quidquid enim ſub conditione conceditur,ſuſpenditur donec conditio eueniat.c.ſi proter.de reſcrip. lib. 6.& l.potior.ff qui pot.in pign.hab.& l.legata ſubconditione. ff.de cond.& demōſtr. &.§.ex conditionali. inſt.de verb. obligat. ſi tamen conditionis euentus nihil operetur,non eſt tunc finis conditionis expectādus,l.cum hæres ſtatutus. §.fin.vbi Bart.ff. de acquirend hæred.

3 Conditio eſt ad implenda informa ſpecifica,& integraliter,& non poteſt ad impleri pro parte,& pro parte non,ſi inſolidum poteſt impleri,l.Mæuius, & l. ſeq.& l. qui hæredi & l. qui duobus.ff. de cond. & demonſt & l.ei qui.ff.de cond.inſt.fallit tamen vbi quis promiſit duas ſiſtere in iudicio ſub certa pœna,& poſtea vnum tantũ ſiſtat,tunc enim exceptione ſe tuetur pro illa parte,quam ſiſtere conſtituit,etiam cōditio in totum non ſit ad implera,l.ſi ſeruus.§.ſi pluriũ,vbi Bart.n.4.ff.ſi quis caut. & quando pars fundi legati ſubconditione decem dandi eſt vſu capta.nam tũc poteſt conditio ſcindi, & dando pro rata ex parte non vſu capta illam conſequitur legatarius, l.qui hæred.§.ſi pars rei,vbi Bart. ff.de cond.& demonſtr.ſufficit tamen per eo qui pollens quando in forma ſpecifica ad impleri non poteſt,l.fin.C.de donat.ſub mod.& l.huiuſmodi.§.ſi ita.ff.deleg. 1.

4 Conditio non poteſt ſcindi,quando legatum fuit relictum titio,vt Mæuio, & ſēpronio decem daret,tunc enim dãdo quinque Mæuio,non conſequetur dimidiā partem legati,ſed tenetur omnia decem dare ambobus,aliter enim legatum non conſequetur,nec pro parte, nec in totum, quoniam conditio in totum eſt ad implenda, l.qui duobus,vbi Bart.ff de cōd.& demōſt. & Bart.in l.cui fundus,n.3.ff.eodem tit.cōditio tamen impoſita pluribus poteſt diuidi inter eas,& ſi impletur ab vno,non prodeſt alteri ſed tantum illi,qui ad impleuit, l.ſi quis legata.§.duobus,& l.cui fundus,vbi Bart. n.3. & l.tales .§. de illo quoque.ff. de cond.& demōſtr.& l.ſi pluribus, vbi gl. verb.conditionem.C.de cond. in ſert. vbi Doctor.dixi verb.legatum.§.21.

5 Conditione pacti exiſtente, in venditione,ſi emptor illam non ad implet,non poteſt rem vindicare, quia non fit Dominus rei, antequam conditionem ad impleat, l. ſi quis hac lege,vbi Bart.ff.de rei vind.& l. pecuniā,vbi.Iaſ.n.4.& alij.ff.de reb.cred. & l.neceſſario .ff. de pericul. & commod. rei vend.

6 Conditio ad impletur in plus dãdo,quā in conditione continetur. & non quando minus datur, puta legatum fuit relictum titio,

Digitized by Google

titio,ſi decem hæredi daret, legatarius autem putans ſe in viginti teneri, ſoluit viginti,ad impleta eſt tunc conditio,& conſequetur legatum,& repet alia decem,ſi autem putauit, non teneri, niſi in quinq; , & ſoluit illa quinque,non dicitur tunc conditio ad impleta, nec conſequetur legatũ, donec ſoluat alia quinque,l.qui putat, vbi Bart.& omnes.ff.de acquirend.hæred. cõditio tamen habetur pro impleta ſi minus ſoluatur a liberto,quàm teſtatur dixiſſet,ſi ne fraude tamen,ſed per errorem. & culpã hæredis,l.quamuis rationes,vbi Bart. & alij.ff.de cond. & demonſtr.

7 Conditio habetur pro ad impleta,quando ſtetit pro illo, cuius intereſt ad impleri conditionem,l.iuri ciuili,vbi Doctor.ff. de cond.& demonſtr.& l. ſi ita hæres, vbi Bart.ff.de cond.inſt.& l. ſtatu liberas §. ſed ſi in hæredis,&.§.ſtichus.ff.de ſtat lib.& l. in iure ciuili.ff.de regul.iur.& l.ſi poſt diẽ §.item ſi qua.ff.quand.dies leg.& l.Meuia, in princ.ff. de ann. leg. & c.cum non ſtat. vbi glo 1.de regul.iur.lib.6. ſi tamen ille, cui pecunia ſit danda , eſt abſens, & vrget dies conditionis, debet ille,cui competit, conditio ad impleri,deponere pecuniam, l cum hæres in prin.ff.de ſtat.lib.vbi gloſ. 1.vbi Bart.n.1.in l.ſi iſta hæres.ff.de cond. inſt.

8 Conditio poteſt ad impleri in hærede hęredis,non autẽ in hærede legatarij,quia quando teſtatur iubet dari aliquid legatario ſubconditione, aut in diem certum,nõ vereficatur dando hæredi illius, quod nõ eſt in hæredi hæredis.l.ſub diuerſis.§. hæredi,vbi Bart.ff.de cond.& demonſt.& l.cũ ita datur.ff.eodem,& l.vnica. §.ſin autem, vbi Bald.C.de caduc.toll.& glo.1.in l.quæ legata.ff.de regul.iur.

9 Conditio,de aliquid ſeruo dando, nõ ad impletur dando Domino,nec è contrario, niſi Domino conſentia,cum datio, & receptio ſit quid facti,& conditio debet ad impleri in perſona,cui nomine proprio iuſſit mittens dare,l. qui hæredi , vbi Bart.ff. de cond.& demonſtr.& l.cum ita datur . ff. eodem & l.conſilio.§.fin ff.de curat.fur. & glo.ver.nõDomino,in d.l.qui hęredi,Dec. in l.quæ legata,n.5.ff. de regul.iur.

10 Cõditio poteſtatiua,etiam habetur pro cómpleta,quando non ſtetit per illum,qui implere tenebatur,ſi per tertium hæredẽ, qui commodum ſentiebat,ſi conditio non impleretur,fuit impeditus,vt tenet Iaſ. in l.dedi.§.quanquam,n.3 ff.de cõd.cauſ.dat. ſi tamen non fuit ad impleta die ſtatuta,eò quòd ille,qui implere tenebatur,fuit ab aliquo impedit⁹, poteſt ad impleri ceſſante impedimento,ſi eſt conditio poteſtatiua, id eſt,quod poſsit poſtea ad impleri, quia dies impedimenti,non computatur in termino,l.quibus diebus,vbi Bart.nu. 1.ff. de cond.& demonſtr.non habetur tamen pro impleta,quãdo ille,qui implere tenebatur ab alio,quàm ab illo,cui commodum competebat, ſi conditio non impleretur. Fuit impeditus,tenetur tamen ille,qui impediuit,quominus ad impleretur conditio , ad intereſſe pro illo, quod conſecutũ nõ fuit, eò quòd conditio non fuit ad impleta.d.l. quibus diebus,vbi glo.verb.conditioni,ff. de cond.& demonſtr.& l.inde neratius .§. idem Iulianus,vbi Bald. ff ad leg. Aquil.gl. fin. ad medium in c.cum nõ ſtat. de regul. iur.lib. 6. Bart.in l.1.num.2. C.de inſt. & ſubſt.

11 Conditio deficiens per caſum fortuitũ, facit deficere legatum,ſi ex vero ſimili voluntate defuncti colligitur, quòd reſpectu illius,quod deficit,fuit legatum relictum, puta titius legauit centum ſempronio ſi ſorori eius,ſeù alicui certæ mulieri nupſiſſet mortua tamen fuit ſoror , ſeù mulier illa, antequàm matrimonium contraxiſſet, deficit tunc conditio,& ille ſemp.non habebit illa centum,l. legatum , vbi Doctor.C. de cond. inſert. & l. ſeio amico .ff.de ann. leg.ſi tamen legatum non fuit relictum reſpectu illius, quod de fuit,ſed reſpectu illius, qui non potuit ad implere conditionem,ſi per illum non ſtetit, quòminus illã ad impleret, habebit tunc legatum, puta ſempronius reliquit centum ſorori ſuæ, ſi titio nupſiſſet,mortuus tamẽ fuit titius priuſquàm contraheret,nihilominus ſoror illa habebit legatum illud,ſi non fuit in mora,nec per illam ſtetit,quòminus ad impleret conditionem,l.1.vbi Doctor.C.de inſt. & ſubſt.& l.1.vbi Salicet.C.de his,quæ ſub mod.leg & l.ſi poſt. diem.§. item ſi qua.ff. quand.dies.leg.ced.& Bart.in l.Titio.§.Titio.genero,n.3 .ff.de cond.& demonſt.& in l.1.n.3. C.de inſt.& ſubſt.

12 Conditio appoſita, aut conſiſtit in facto illius,cui legatum relinquitur, aut in facto illius,& alterius,ſimùl,& quando conſiſtit in factum illius tantum , cui legatum fuit relictum,& ille non ad implet conditionẽ, non conſequeter illud, quod ſibi relictum fuit

fuit ſub conditione, quia defectus conditionis, per factum illius, qui implere debebat, cum impedit habere relictum, l. ſi ea cō ditione, vbi Salicet. C. de cond. inſert. & l. fin. ff. de cond. inſt. & gl. 1. in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. ſi tamen per factum alterius impediatur, quominus conditio ad impleatur, aget ad intereſſe, vt ſupra dixin.⁹, & ſi ille, qui impediuit, non habeat vnde ſoluat intereſſe, tunc de æquitate admittetur ad legatum, l. Titio centum. §. fin. ff. de cōd. & demonſt. & l. fin. ff. de cō, per quem fact. eſt & glo. ver. deficit. in l. inde neratius. §. idē Iulianus. ff. ad leg. Aquil. & glo. 1. in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. ſi autem cōditio caſu deficiat, videlicet, relictum fuit Titio centum, ſi ſeruum ſuum manu miſerit, & antequam manu miſiſſet mortuus fuit ſeruus morte nuturali, habebit tunc Titius legatum, ſi non fuit in mora, quia non videtur deficere cōditio, ſi conditioni pareri non poſsit, ſi tamen ab illo fuerit, occiſus, deficit conditio quia occiſor tenetur ad intereſſe, l. quę ſub conditione. §. quotiens, vbi Bart. ff. de cōd. inſt. & gloſ. vbi verbo defectus, & l. in de neratius. §. inde Iulianus. ff. ad leg Aquil.

13 Conditio vero conſiſtens in facto eius, cui relinquitur legatum, eſt in facto alterius, ſi quidem per caſum deficit, non habetur pro impleta nec illa deficiēte poteſt habere relictum, puta. dixit teſtator, fundum Titianum habebit Sempronius, & hæreditate mea, ſi nauis ex India venerit, aut ſi capitolium aſcenderit, ſi conditio caſu non ad impleatur non videtur ſatisfactū voluntati teſtatoris, & ſic Sempronius non habebit fundum, l. 2. vbi Docto. ff. de cond. & demonſtr.

14 Conditio eſt ad implenda, vt quis teneatur facere illud, quod ſub conditione promiſit, c. ſi protc. de reſcript. lib. 6. & clem. vnica de conceſſ. præb. & l. qui hæredi, & l. Mæuius. ff. de cond. & demonſt. & l. ſi quis hac. ff. de rei vind. & l. ei qui. ff. de cōd. inſt. ſi tamen propter caſum fortuitum, non ad impletur conditio poteſtatiua, ceſſat conditio. l. pecuniam, vbi Doctor. C. de cond. ob cauſ. dat.

15 Conditionis euentus eſt expectandus priuſquàm legatarius comprehendat legatum ſibi ſub conditione relictum, & ſi pendente conditione legatarius moreatur, nō transmittitur legatum ad hæredem legatarij, quamuis conditionis euentus pendeat ex fortuna, vel ex perſonæ oneratæ voluntate, aut ex vtroq; l. vnica. §. ſin autem, vbi Bald. C. de cad. toll. & l. ſi quis. §. Titius promiſſor. ff. de verb. obligat. & l. 2. ff. quād. dies leg. ced. & l. ſub diuerſis. ff. de cond. & demonſt. & glo. ver. hæredem in l. legato ſub conditione, vbi Bart. ff. eodem ſi autem moreatur poſtquam dies conditionis euenit, tunc tranſit legatum ad hæredem. l. ſi poſt diem. ff. quand. dies. leg. ced. quia iam fuit acquiſitum ius legatario, per illam conditionem, iam ad impletam, quamuis fuiſſet nouiſsima, quæ in legatis ſemper expectatur, in libertate vero leuiſsima, l. ſub diuerſis, vbi Bart & l. quod traditum. ff. de cond. & demonſtr.

16 Conditio tamen cuiuſcumq; contractus, tranſit ad hæredem, & quamuis conditione pendente moreatur ille, cui in cōtractu fuit aliquid promiſſum ſub conditione, nihilominus ſpes tranſit ad ſuum hęredem l. cum hæres inſtitutus. §. qui ex parte. ff de acquirend. hæred. & §. ex conditionali, vbi Doctor. inſt. de verb. obligat. & ratio eſt, quia in contractu actus fundatur ex conſenſu duorum, & factum interuenit ex ipſo conſenſu, & videtur factum in prouidentiam hæredis, quod non eſt in legato, vbi actus, non fundatur, niſi in volūtate teſtatoris, glo. ver. contigerit in. §. ex conditionali, inſt. de verb. obligat. & Dot. in l. quę legata. n. 4 ff. de regul. iur.

17 Conditionem alterius poteſt quis meliorem facere, deteriorem vero non poteſt, illo inuito, & ignorante, l ſoluendo, vbi Doctor. ff. de neg. geſt. & l. inuito. C de ſolut. & l. iure naturæ. ff. de regul. iur. & l. fin. vbi Doctor. C. de acq. poſſ. & l. debitorem, C. de pign. & hipot.

18 Conditio appoſita in donatione, aut vēditione, vt res donata, ſeù vendita nō alienetur valet, & eſt obſeruanda, quamuis donatio, ſeù venditio ſit facta Eccleſiæ, & tūc res ipſa vendi, ſeù alienari non poteſt ex quo prohibitum fuit a venditore. Siue donatore. c. verum, vbi gloſ. fin. de cond. appoſit. & l. fin. vbi Doctor. C. de reb. alien. non alienād. & l. fin. C. de pact. inter. empt. & vēd. & l. ea lege. vbi Bal. C. de cōd. cauſ. dat. & auth. de alienat. & emph. § Sanctiſsimas, vbi Bart. collat 9. Abb. in d. c. verum. n. 4. de cond appoſit.

19 Conditio impoſsibilis vitiat omnem cōtractum, tàm bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, & tunc non valet cōtractus in quo partes ponunt. conditionem impoſsibilem, l.

non

Digitized by Google

non ſolum, vbi Bart.ff.de act.& obligat. & l.ſi ſub impoſsibili.ff.de fid.iuſſ.& l.ſi mænia.ff.de hæred.inſt.& §. impoſsibilis inſt. de inutil.ſtipul.& Abb.in c.fin.n.3.de cõd. appoſit.& Iaſ.in l.ſi mihi & tibi.§.1.nu.18 ff.de l.1.& ita in conditione, quæ tempore perfici non poteſt, quæ impoſsibili comparetur.l.ſi quis ita.6. vbi Bart.ff.de cond. inſt.

20 Conditio impoſsibilis in legato, ſiuè in vltimis voluntatibus, non vitiat legatum, nec vltimam voluntatem, ſed reijcitur, & habetur pro non poſita.l. 1.& l.ſi quis ita conſtitutus.ff.de cond.inſt.& l.obtinuit.1. ff.de cond. & demonſt. & l.ab omnibus.§. in teſtamento.ff.de leg.1.& Iaſ.in l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruus.n.18.ff.de leg.1. & ita in conditione contra bonus mores.l.1. & l.conditiones.1.& 2.vbi Bart.ff. de cõd. inſt.& etiam conditio turpis in legato habetur pro non poſita, l.non dubitamus, & l.hæc ſcriptura, vbi Bart.ff.de cond.& demonſt. & dicam infra verb. teſtamentum. §.70.

21 Conditio impoſsibilis appoſita in matrimonio habetur pro non poſita, & matrimonium valet non obſtante cõditione impoſsibili appoſita. c.fin. vbi notant omnes Doctor. de cond.appoſit. & ita de conditione turpe, ſi non eſt contra bona matrimonij.c.1.vbi Abb.nu.1.& c.fin.vbi Abb. nu.6.de cond.appoſit.quando enim conditio turpis eſt appoſita contra bona matrimonij, & vterque coniux in illa conſentit, tunc vitiat, & nõ valet matrimoniũ, quia deficit verus, & legitimus conſenſus, & deficit illud, quod eſt de ſubſtantia matrimonij, vt tenet.Ant.Innocent.Abb. & omnes in c.fin.de cond. appoſit.

22 Conditio non improbata poteſt apponi in matrimonio, & in ſponſalibus de futuro, & non compellitur quis conſummere matrimonium, ſiuè contrahere donec condito ad impleatur.c. de illis, vbi Abb. n.2.& c.per tuas nubi Abb.nu. 4. de cond. appoſit.ſi tamen ille, qui contraxit ſponſalia de futuro, ſub conditione, cognouit carnaliter ſponſam, ante conditionis euẽtum, videtur recedere a conditione, & illã tenetur accipere in coniugem, quamuis cõditio non impleatur.d.c.de illis, & d.c.per tuas, vbi Abb.n.1.de cond.appoſit.

23 Conditio appoſita inter conſanguineas, contrahentes ſponſalia de futuro ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, facit ſuſpendere contractum vſque ad illud tempus, in quo Papa diſpenſauerit, & adueniente cõditione, tenetur vnusquiſq; illorum alterũ recipere, facit tex.in c.ſuper eo, cum gl. f. ibi verb.alieno arbitrio.de cond. appoſit. & ibi Ant.de But.Gaſp.& præpoſit. & additio ad Abb.ibi litera.b. Dec. in l. ea quæ raro.nu.4.ff.de regul.iur.quamuis aliter ſit in matrimonio de præſenti, quia ſi contrahatur ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, non valet, etiam adueniente diſpenſatione, niſi nouus cõſenſus de præſenti interueniat, & tunc ſublato impedimento, & nouo interueniente cõſenſu valet, ex nũc, & non ex tunc.c.1.§.idem quoque de ſpõſ. impub.libr.6.l. 1. & 2.C.ſi maior.fact.rat. hab.& gl.verb. non firmatur, in c.non firmatur.de regul.iur.lib.6.Abb.poſt Innocent.& Card.in d.c.ſuper eo. n.8.de cond. appoſit.

24 Conditio appoſita in inſtitutione hæredis, ſeù in legato contra conſtitutionẽ, ſeù ſtatuta principis, aut contra legem, ſiuè cõtra ſacras canones, vel contra bonos mores, aut conditio in honeſta, vel irriſoria, habetur pro non poſita, & nihilominus hæres, ſeù legatarius conſequetur hæreditatem vel legatum, quamuis talem conditionem non ad impleat.l.conditiones.1.& 2.vbi Doctor.& l.quidem in ſuo.ff. de cõd. inſt.& l.facta.§.ſi ſub conditione, vbi Bart. nu. 1. ff.ad treb. & l.ſi quis inquilinas.§. ſi quis ſcripſerit. ff.de leg.1.& dicã infrà ver. teſtamentum.§. 70.

25 Conditio contra naturam, & ſubſtantiã contractus, ſeù actus vitiat contractum, vel quemcumq; actum, quando actus non poteſt ſtare ſine illa cõditione. c.fin.vbi Abb. nu.4.de cond.appoſit. & l.cum hi quibus. §.ſi prætor.ff.de transact & l. per ſeruum. §.vſus fructus.ff.de vſu.& habit. & Bart. in l.1.ff.de cond.& demonſt.ſumma Ang.ver. conditio. §.11.& hoc habet locum, ſi conditio illa apponatur a principio cõtractus, non vero poſt contractum, ſi contractus poſt quam eſt celebratus non poteſt diſſolui voluntate partium. c.ex litteris. de diuert.& c.dixit.32.quæſt. 2.

Verbo Confeſsio.

1 CONfeſsio eſt triplex, namq; alia eſt cõfeſsio Sacramentalis, & alia confeſsio iudicialis, & alia extra iudicialis, & in genere confeſsio dicitur manifeſtatio pro-

prij

Digitized by Google

prij facti, dicti, ſeù voluntatis, alio præſenti facta, ſi enim ſolus, & in remotis nemine præſenti, quis de ſe ipſo faciat enunciationem proprij facti, illud non erit cõfeſſio, & non obſtat, quòd cõfeſsio illius, qui alienа negocia gerit, dicitur confeſsio, quia non eſt confeſsio ipſius, ſed mandantis, qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. c. qui facit per aliam. ff. de regul. iur. lib. 6. & c. quotiens. de purgat. can. & l. quod iuſſu. 1 1 1. ff. de regul. iur.

2 Confeſsio Sacramentalis eſt declaratio peccatorum, & accuſatio peccatoris, facta coram proprio Sacerdote, ad indulgentiã, virtute clauium conſequendam. c. omnis vtriuſq; ſexus, de pœn. & remiſſ. Trid. ſeſ. 14. c. 5. D. Tho. in 4. diſt. 17. quæſ. 3. Nau. in Manu. c. 2. nu. 1. Oxand. in 4. diſt. 16. prop. 15. ſumma. Ang. verb. confeſsio. 2. in prin.

3 Confiteri tenetur quicumq; doli capax ſemèl in anno proprio Sacerdoti, aut altari approbato, de eius licentia, & recipere ſacramentum Euchariſtiæ in Paſcha, & iniunctam ſibi pœnitentiam totis viribus per ſe ipſum ſtudere ad implere, ſi enim non confiteatur ſemel in anno, & in Paſcha non cõmunicauerit, debet arceri ab ingreſſu Eccleſiæ, & carere Eccleſiaſtica ſepultura, nec valet conſuetudo in contrarium, vt quis non teneatur confiteri ſemèl in anno, & cõmunicare in Paſcha. c. omnis vtriuſq; ſexus, vbi Doctor. de pœn. & remiſſ. & c. 2. eodem tit. lib. 6. Trid. ſeſ. 14. c. 5. de confeſſ. & ferè in omnibus Diœceſibus incurrunt excõmunicationem ipſo facto illi, qui ſemèl in anno non confitentur aut in Paſcha non communicant, per cõſtitutiones Sinodales. de conſilio tamen Sacerdotis poteſt differri ad tempus perceptio illa, ob aliquam rationabilem cauſam d. c. omnis vtriuſq; ſexus, vbi notant omnes.

4 Monachi autem ſaltim de honeſtate tenentur confiteri ſingulis menſibus, clem. 1 §. ſane, vbi Doct. de ſtat. monach. Trid. ſeſ. 25. c. 10. de regul. Nau. in Manu. c. 2. num. 9. & hæc diſpoſitio habet locum in omnibus regularibus, vt tenet Old. conſil. 222. & dicam infrà verb. regularis. §. 14.

5 Confeſsionem Sacramentalem reuelãs verbo, aut ſigno, aut alio quocumq; modo eſt deponendus ab officio, & beneficio, & in carcerem detrudendus, ſicut antiquo tẽpore erat detrudendus in monaſterium. c. omnis vtriuſq; ſexus, vbi Abb. num. 8. de pœn. & remiſſ. & c. vt famæ de ſent. excõm. & glo. fin. in d. c. omnis vtriuſq; ſexus, nec poteſt Sacerdos cogi, vt reuelet peccatũ, quòd in cõfeſsione audiuit. & ſi illud reuelat vltrà pœnã ſupra relatam, peccat mortaliter, & ita in aduocato, ſeù medico de illo, quod ſecretè audiuit, aut fuit interrogatus. c. dilectus filius, vbi Doct. de excep. prælat. ſi tamen confeſſor egerit conſilio alicuius viri prodentioris, poteſt illud petere ſine vlla perſonæ expreſsione, ita tamen, vt nullo modo interrogatus intelligat perſonam de cuius peccatis agitur d. c. omnis vtriuſq; ſexus. vbi Doct. de pœn. & remiſſ. bene poteſt tamen indeterminatim arguere, non vero nominatim, quia neſcit peccata illa tanquàm homo, ſeù iudex, ſed tanquàm Deus. c. ſi Sacerdos, vbi gloſ. & Doct. de offi. iud. ord.

6 De licentia tamen pœnitentis, poterit confeſſor reuelare peccata pœnitentis, & tunc non dicitur infringere ſigillum confeſsionis, vt tenet Nau. in c. Sacerdos. nu. 151. de pœn. diſt. 6. & in Manu. c. 8. nu. 15. D. Tho. in 4. diſt. 21. quæſt. 3. art. 2. ſed dubium eſt vtrum credatur Sacerdoti, dicenti ſe reuelare peccatum, de licentia pœnitentis, cum talis actus licentiæ ſecreto fieri poſsit, vt tenet Iap. in allegatiõe. 94. col. 2. aut ſi affirmat ſe aliter ſcire, quàm in cõfeſsione, & in foro cõſciẽtiæ ſufficit, quòd ſecreto pœnitens licentiam confeſſori dediſſet, in foro tamen iudiciali, non ſufficit nec etiam ſufficit confeſſorem dicere ſe aliunde ſcire, ſi peccatum eſt ſecretum, & probatur illud in confeſsione audiſſe, quoniam ſi peccatum eſt notorium poteſt Sacerdos de illo loqui, ſicut antea loquebatur, ita tamen, vt nec directè, nec indirectè colligatur quod illud in cõfeſsione audiuiſſet, vt notant Doctor. in d. c. omnis vtriuſq; ſexus de pœn. & remiſſ.

7 Confeſsio non tenet, ſi non fit proprio Sacerdoti, qui eſt Papa in toto orbe terrarum, Epiſcopus in ſua Diœceſi, curatus in ſua Parrochia, & quicumq; ex officio ſuo habet curam animarum, aut ille, qui virtute priuilegij confeſsionem audire poteſt, & in mortis articulo omnis præsbiter eſt proprius Sacerdos. c. in litteris, de rapt. & c. duræ. §. adijcientes. de crim. falſ. & c. quod de his & c. non dubium. de ſent. excõt. & notant Doctor. in d. c. omnis vtriuſq; ſexus, & proprius Sacerdos Papæ eſt ille, quem ipſe elegerit, & ita in Epiſcopis

& Archi-

Digitized by Google

& Archiepiſcopis,& Patriarchis, qui habent à iure poteſtatem eligẽdi confeſſorẽ quemcumq; voluerint,& prælati inferiores, & Eccleſiarũ rectores poſſunt eligere quemcumq; ſacerdotem approbatum, & ille electus fit proprius ſacerdos illorum. c.fin.vbi Abb.n.3.de pœn.& remiſſ.

De confeſsione iudiciali,& extraiudiciali.

1 Confeſsio iudicialis eſt manifeſtatio proprij actus, coram iudice competẽte,ius dicente,facta.l.cum ſententiam.vbi Doct.C.de ſent.& interlocut.omnium iud. & c.1.de ſent.& reiud.lib.6. Bart.in l.1.n.3.C. de confeſſ.in iuriſdictione tamẽ voluntaria,ſufficit confeſsio facta in quocũq; loco,vbi iudex illam exercet, etiam extrà territorium, & in quacumq; iuriſdictione iuſtitiam partibus præbet, tunc facta confeſsio dicitur iudicialis,coram iudice cõpetente facta:vt tenet gl.1.& Doct.in l.vnica. C.de confeſſ.

2 Confeſsio extràiudicialis eſt manifeſtatio proprij actus,extràiudicium, aliquo præſente facta.l. publia,§.titius.vbi Doct. ff.depoſit. Dec.poſt Innocent. Card.Abb. & alias in c.atſi clerici. n.17.& Ber.n.127. de iud.Bald.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd. omnium iud.

3 Confeſsio facta extràiudiciũ, parte abſente, facit ſemiplenam probationem. l. quæro.§.fin.ff.de ædilit.edic. gl.ver.deficit in l.cum probatio. ff.de probat.Abb.in c. fin.nu.16. de ſucceſſ.ab inteſt. Fel. in c. ſi cautio.defid.inſtr.Iaſ.in rep.leg. ad monẽdi.n.158.poſt alias.ff.de iur.iur. Afflict.deciſ.364.n.4. Marant.6.p.§.de confeſsione. c.12.Paris.cõſi.120.n.4.lib.1.Pau.de Caſt. conſil.79.lib.1.hyppol.in rep. Rubr.n.89. deprobat.& ſingul.329.Aimon.in tract. de antiquitate temporis. p.1.in part.princip. n.45. & eſt cõmunis: confeſsio tamen iſta debet eſſe probata per duas teſtes conteſtes,deponentes de loco,& tempore,vt tenet gloſſ.ver.vel indicijs. in l.fin. C.famil. erciſc.Bald.in l.1. verſ.quilibet actus,debet probari per duos teſtes.C.de teſt.Ant. de Butr.poſt Cald. in c.veniens col. fin.de teſt.Abb.in c.cum cauſam. n.2.de probat. Bal.in l.ſpadonem.§.quæ iura.ff de execut. tut.& Afflict.deciſ.364.nu.4.Mar.6.p.§.de confeſsione. n.13. ita vt ſi duo teſtes ſingulares deponant de duobus confeſsionibus factis abſente parte diuerſis locis, & temporibus non probant,nec poſſunt hæ duæ confeſsiones coniungi ad vnam ſemiplenam probationem, ſi tamen duo teſtes deponant de vna confeſsione abſente parte,& vnus de alia cõfeſsione præſente parte, benè coniunguntur hæduæ ſemiplenæ probationes,& faciũt vnã plenã probationẽ, vt,inquit,Aim.in tract.de antequitate temporis.4.p. n.25. Afflict.deciſ.364.n.1. licet Alex.conſil.36.lib.5.& Paul.de Caſtr. conſil.378.teneant contrariũ,& male vulgaris enim regula eſt, quòd duæ ſemiplenæ probationes in cauſis ciuilibus, ficiant plenam probationem, ſi ad vnum tendant effectum.c.fin.vbi Abb.n.17.& oẽs.de ſucceſ.ab inteſt.l.ad monẽdi.vbi Doct.cõiter. ff.de iure iur.gl.ver.legitimus.vbi Bar.n 8. ff.de excuſat.tut.&Abb.n.3.Fel.n.7.& Bal. 2.Dec. n.27.in c.ad noſtram de probat. ſi tamen confeſsio extràiudicialis fuerit geminata habebit vim iudicialis. ex Bald. in l.cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib.11. Iaſ.in l.tale pactum.n.3.ff.de pact.

4 Confeſsio tamen parte abſente, ſi fiat præſente aliqua perſona publica,quæ nomine abſentis ſtipuletur,vel alia,quæ habeat mandatum abſentis, valet ad plenam probationem, tanquàm ſi parte præſente facta fuiſſet.l.certum. §.ſi quis abſente.vbi Doct. ff.de confeſſ. Dec. in l.quo tutela.§. nec paciſcendo.n.2.ff.de regul. iur. gl.ver. legatum,& Doct.in l.huiuſmodi. ff.deleg. 1.Paul.de Caſtr. & alij in l.tale pactum.ff. depact. de æquitate tamen canonica, valet confeſsio parte abſente facta,& probat,licet fiat ſine perſona publica ſtipulante, & ſine procuratore partis abſentis, qui nomine abſentis ſtipuletur. vt tenet Afflict. deciſ.364.n.9. Aret. conſil.60.& conſi.64. & Corn.conſil.113.lib.1.contrariũ tamen, & verius tenet Abb.in c.fin.n.16.de cõfeſ. ſine cauſa tamẽ nõ valet cõfeſsio.l.cũ dein debito.§.fin.ff.deprob.niſi fuerit ad liberã dum l. tale.ff.de pact.

5 Confeſsio tamen facta præſente parte valet, licet ſit extraiudicialis, & facit plenam probationem in ciuilibus, vt tenet Ioan.Andr.in Rubr. de probat. facit.text. in l. publia Mæuia.ff.depoſit. Abb.in c.atſi clerici. nu.16. de iud. Bald. in l.1.col.fin. verſ.de vno quæro.C.ne ex delict.defunct. Socin.conſil.228.col.1.lib.2.Alex.cõſi.19. lib.4. & facit text. in l.cum deindebito. §. fin.ff. deprobat. & in l.generaliter. in fin.

Digitized by Google

C. de non numerat. pecun. Bald. in l. quoniam. n 7. in 1. lect. ff. de his qui not. infam. niſi talis cōfeſsio fuiſſet facta inter perſonas prohibitas, & ſuſpectas, quia tunc non probaret, imo ſimulata videretur, niſi aliter probetur, vt tenet Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul in tit. de reb. Eccleſ. non alien. in Rubr. Bald. in l. iubemus. 2. nu. 4. verſ. ſi ergo. C. de Sac. Sanct. Eccleſ. & notãt Doct. in l. poſt contractũ. ff. de donat. & in l. per diuerſas. C. mand. Iacob. in l. qui teſtamentũ. n. 1. ff. de probat. Doen. regul. 119. n. 9.

13 Confeſsio facta in iudicio, quæ eſt iudicialis, in ciuilibus cauſis habet executionẽ paratã, ſicut ſententia. l. poſt rem. vbi Doct. ff. de reiud. & l. 1. & l. Iulianus & l. certum. ff. de confeſſ. & l. vnica. vbi Bart. Bald. Salicet. & oẽs. C. de confeſſ. Corn. conſil. 261. col. 2. lib. 4. & conſi. 224. d. lib. 4. Lud. Rom. conſil. 391. in fin. Doen. regul. 117.

14 Confeſsio iudicialis valet, quamuis proceſſus ſit nullus, quoniam confeſsio, ad ſui eſſentiã, non exigit validitatem proceſſus. c. fin. vbi Doct. cōiter. de reſt. ſpol. & clem. conſtitutionem. in fin. de elect. & c. cũ dilecti de accuſat. Abb. in c. dilectus. nu. 14. de Capell. Monach. Bart. in l. ſi cōfeſſus. n. 2. ff. de cuſt. reor. Bald. in l. itus fulliũ. ff. de his, qui notãt. infam. Afflict. dec. 372. n 7. Flor. in l. prouide. §. notãd. ff. ad leg. Aquil. Alex. cōſil. 34. col. 2. lib. 3. auditur tamẽ cōfeſſus in illo, quòd confeſsionẽ iudicialẽ modificat, non autẽ in illo, quod venit contra cōfeſsionẽ. l. pen. vbi Paul. de Caſtr. & alij. ff. de confeſſ. ſi autem confeſsio ſit facta corã iudice in competenti, non valet. c. atſi clerici. vbi Abb. n. 5. de iud.

15 Confeſsio iudicialis, habet tantã efficatiam, vt ſuperet omnem probationẽ, factã per teſtes, & etiã per inſtrumentũ probãs contrarium, quia nulla eſt maior probatio, quàm oris confeſsio, & dicitur pleniſsima probatio, vt notat Philip. Corn in cōſi. 261 col. 2. lib. 4. Doct. in d. l. vnica. C. de cōfeſſ. Marant. de ord. iud. 6. p. §. de confeſſ. n. 21.

16 Confeſsio facta in iudicio parte abſente, & cum non ſit ibi, qui illam recipiat, nō facit plenã probationem, independẽtibus ex facto duorum, quoniam ſi fieret independẽtibus ex facto confitentis tantũ, bene valeret facta in iudicio parte abſente, & cũ nō ſit, qui illã recipiat. l. certũ. §. ſi quis abſente. vbi Bart. n. 3. Pau. de Caſt. & oẽs. ff. de cōfeſſ. c. ex parte. vbi Abb. n. 15. de cōfeſſ.

17 Confeſsio tamen de crimine, facta in iudicio, non habet executionem paratã, ſicut in ciuilibus, ſed cōfeſſus. debet incarcerari donec feratur ſententia. l. ſi confeſſus. vbi Bart. Acurt. & omnes. ff. de cuſt. reor. Corn. conſi. 55. col. 2. lib. 4. & cōſi. 160. Littera D. d. lib. 4. punitur tamen per illam cōfeſsionem, ſine alia inquiſitione, ſi facta fuit iam lite conteſtata. c. 1. vbi Dominic. Ioan. Andr. & alij de accuſat. lib. 6. & c. ſi quis. vbi Doct. de purgat. can.

18 Confeſsio facta in libello valet, & eſt iudicialis, licet parte abſente efferatur, quia offertur, vt parti detur, & ſemper ſcriptura loquitur, & quotidie eſt in viridi obſeruãtia. l. cum precum. vbi glo. 1. & Bald. C. de lib. cauſ. l. Ariani. vbi Doct. C. de hæret. & manich. clem. 2. vt lit. pend. Abb. in c. examinata. n. 4. de iud. & in c. ex parte. n. 15. de confeſſ. Bart. in l. certum. §. ſi quis abſentẽ. n 4. ff. de confeſſ. & in l. ſi magna. C. qui accuſ. nō poſſ. Iaſ. in l. 1. §. editiones. n. 13. ff. de edend. Afflict. dec. 44. n. 3. Cæſar vſ. dec. 44. n. 2. & eſt cōis, idem eſt in libello exceptionum, ſiuè in contrarietate rei, vt tenet Iaſ. poſt Bart. in l. vnica. nu. 4. C. de his, qui potent. nomin. tit. idem Bart. in l. certum. §. ſi quis abſentem. n. 4. ff. de confeſſ.

19 Confeſsio procuratoris, facta præſente parte, per idẽ eſt, ac ſi ipſamet pars illa feciſſet. l. 1. vbi Doct. C. de errore aduocat. & etiã parte abſente illi præiudicat, tanquàm propria confeſsio, ſi habet mandatũ ſpeciale, niſi eadem die fuerit reuocata. c. cum cauſam. 62. de appellat. & c. quoniã de priuileg. & l. nō ſolũ. vbi Bart. & alij. ff. de procurat. & c. olim. vbi gl. ver. non reuocata. de cẽſ. & gl. ver. per confeſsionẽ. in c. ſuborta de ſent. & reiud. Abb. in c. dilectus. nu. 2. de procurat. & in c. vnic. n. 8. delict. conteſt. & Bar. in l. certũ. §. ſed an ipſos. n. 2. ff. de cōf.

20 Confeſsio tamẽ adminiſtratoris, defenſoris, & procuratoris habentis generale mandatũ, tutoris, vel curatoris, non præiudicat Dño, niſi ſequatur rati habitio. l. ſi defenſor. ff. de interrogat. act. hoc tamẽ habet locum in procuratore habenti mãdatũ generale, & tutore ſeù curatore cōfitente per modũ voluntariæ iuriſdictionis, nã ſi per modũ cōtentioſæ iuriſdictionis cōfiteantur, bene præiudicat talis confeſsio Dño. & pupillo. d. l. nō ſolũ. ff. de procurat. & l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſt. tut. & l. certũ. §. ſed an ipſos vbi Bar. n. 2. ff. de cōfeſ. & gl. in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & tenent Doct. in c. ſub orta. de ſent. & reiud.

Confeſ-

Digitized by Google

21 Confeſsio facta per errorem facti, tàm partis, quàm aduocati poteſt reuocari negocio non dum finito, & dũ cauſa non fuerit finaliter terminata. c. fin. vbi Abb. n. 20. de confeſſ. & l. error. C. de iur. & fact. ign. & l. non fatetur. ff. de confeſſ. & l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter. act. Iaſ. in l. error. n. 1. & 2. C. de iur. & fact. ign. hoc tamen limita, niſi confeſsio illa fuiſſet expreſſe acceptata per partem aduerſam, quia tunc non poterit reuocari, quando per talem acceptationem fuit parti ius quiſitum facit text. in l. fin. ff. de pact. Bald. in l. Gallus. §. quidam recte. col. 2. ff. de lib. & poſthu. Lud. Rom. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. Alex. conſil. 90. quod incipit. fere omnis vis iſtius conſultationis. lib. 1. Iaſ. in d. l. error. n. 2. C. de iur. & fact. ign. & quando in iudicio aliquis produceret inſtrumentum, in quo confitetur aliquid, in inſtrumento contentum, nam tunc talis confeſsio reuocari nõ poteſt prætextu erroris. vt tenet Innocent. in c. cum olim. ad fin. de cenſ. & in c. cum venerabilis. de except. Ant. de Butr. in c. fin. de confeſſ. licet contrarium, & melius, teneat Iaſ. in d. l. error. n. 29. C. de iuris, & fact. ign. quia confeſsio facta per errorem, nocere nõ poteſt. l. ſi inter patrem. vbi Doctor. C. de ſoluc. etiam ſit facta in teſtamento poteſt reuocari. l. 1. vbi gloſſ. fin. & Doct. C. de falſ. cau. adiect.

22 Confeſsio alicuius debiti, in teſtamẽto facta, non præiudicat legitimæ filiorum, niſi aliundè probetur debitum, ſed tunc debetur tanquàm legatum, à teſtatore relictum. l. Lucius. §. quiſquis mihi hæres. ff. de leg. 2. Abb. in c. fin. nu. 19. de ſucceſſ. ab inteſt. & l. qui teſtamentum. vbi Bart. n. 1. ff. de probat. Iaſ. in l. ſi arrogator. nu. 25. ff. de adopt. & in l. 1. n. 4. & 5. ff. de eo. per quem fact. ſi tamen iurauit, probat illa confeſsio, auth. quod obtinet, vbi gloſſ. & Doct. C. de probat. aut pars ſit præſens, vel notarius illam recipiat, tanquàm perſona publica, nomine abſentis, ſiue ſit alia perſona, qui de iure confeſsionem illam nomine abſentis recipere poſsit. vt tenet Abb. & alij. vt ſupra. confeſsio namq; facta in teſtamento, quatènus tendit in præiudicium ipſius confitentis, ſeù filiorum eius, equi paratur confeſsioni extrà iudiciali, Abb. in d. c. fin. d. n. 19. de ſucceſſ. ab inteſt.

23 Confeſsio debiti inter perſonas prohibitas, & ſuſpectas, præſumitur fraudulẽta, ſi aliter non conſtat. facit text. in l. 1. C. de cond. ob turp. cauſ. glo. in l. qui teſtamentũ. ff. de probat. Ioann. And. in addit. ſpecul in tit. de reb. Eccleſ. non alien. ſuper Rubric. Bald. in l. iubemus. col. 3. verſ. deinde. C. de Sac. Sanct. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi donatione. n. 3. C. de collat. Dec. conſil. 20. & 132. Marant. de ord. iud. 6. p. §. de cõfeſsione. n. 8. Decian. regul. 119. n. 9. & dixi ſupra. §. 12.

Confitens in iudicio parte præſente, vel perſona recipiente, ſe legatum debere, remanet obligatus ex illa confeſsione, licet legatum non ſit in rerum natura. l. 1. & l. voluit. ff. de interrog. act. & l. Iulianus. ff. de confeſſ. ſi autem confitens neſciebat, quòd legatum non fuiſſet in rerum natura, non obligatur ex illa confeſsione, tanquàm per errorem facta. l. fin. ff. de confeſſ. & gloſſ. in d. l. Iulianus.

24 Confeſsio debiti, facta in inſtrumento, ſpe numerationis pecuniæ, ſi reuera pecunia non eſt numerata, debet reuocari à cõfitenti intra bienium, aut ſaltim proteſtari. l. in contractibus. vbi communiter Doct. C. de non numer. pecun. & l. fin. C. de cond. ex leg. & §. vnic. inſt. delit. obligat. per ord. tamen noſtr. reg. debet allegare illam exceptionem, intra ſexaginta dies, ord. lib. 4. titul. 53. aliter enim de voluitur obligatio non numeratæ pecuniæ. ad illum qui confitetur ſe recepiſſe, qui etiam poſt bieniũ, aut poſt ſexaginta dies, poteſt probare, ſe talem pecuniam, ſeù debitũ, non recepiſſe l. ſi ex cautione. vbi Bart. n. 2. Bald. Salicet. & oẽs. C. de non numer. pecun. Paulo. de Caſtr. in l. in contractibus. C. eodem.

25 Confeſsio non prodeſt ad cõmodum cõfitentis, ſed illi præiudicat. quia quicumq; poteſt cõtra ſe teſtificari, non antẽ pro ſe. l. ſicut. vbi Doct. C. de rep. vel abſt. hæred. & 14. q. 2. in prin. Abb. in c. mulieri. nu. 5. de iur. iur. & in c. pen. n. 7. de inſt. & in c. cum dilecti filij. n. 6. de accuſat. Doct. in l. vnica. C. de cõfeſſ.

26 Confitens vnũ, videtur confiteri omne, quod ſequitur ex illo. vt tenet Abb. in c. cũ venerabilis. n. 25. de except. & de duobus illatis, vnum negans, alterum confiteri videtur. c. non ne. vbi Doct. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.

27 Confeſſus in iure, per confeſsionem iudicialem idem eſt, ac ſi fuiſſet conuictus. c. illud. de exceſſ. præl. & c. ſi quis. de purgat. can. & c. atſi clerici. de iud. & c. pen. de cõfeſſ. & l. 1. & l. certum. ff. eodẽ. & l. poſt rem

ff.de reiud.l.vnica.C.de confeſſ.vbi Doct. & c.cum olim.vbi Abb.n.5.de rer.permut. & gl.ver.ex confeſsione. in c.1. defid.iuſſ. & licet confeſsio,per verbũ credo. reuera, non ſit vera confeſsio , ſed tantum reuelatio rei, præiudicat tamen confitenti, ſicut propriè fuiſſet confeſsio,vt notat gl.fin.in c.ex litteris. de iure iurand.Bart.in l.2. §. quod obſeruari. C.de iur.calum.Iaſ.in Rubr.n.10.ff.de iure iur.

29 Confitens in iudicio ſe hominem verè occiſſum,occidiſſe,non liberat verũ occiſorem,poſtea, aut antea. appparentẽ,quãuis cõfitens pro homicidio puniretur,quia delinquens , nullomodo debet impunitus remanere,l.qui ſeruum alienum. ff.de interrog. act.& l.indeneratius. §.idem Iulianus.& l.ita vulneratꝰ.ff.ad leg.Aquil.Abb. in c.quamuis.n.6. de ſent.& reiud.Bald.in l.2. C.quand.res iud.non nocet.& Iaſ.in l. ius iurandum.2. §.procurator. nu.21. ff.de iure iur.tenetur tamen confitens ex illa cõfeſsione.l.ſi is cum quo. ff. de confeſſ. Iaſ. in l.ius iurandum. 2. §. procurator.nu. 20. ff. de iure iur.& l.indeneratius. §.fin. ff.ad leg.Aquil.& c.2.vbi Doct.de confeſſ.

30 Confitens tamen in cauſa debiti ſe eſſe debitorem liberat verum debitorem, niſi confeſsio illa ſit facta nomine debitoris.l. qui ſeruum alienum,vbi Bart. ff.de interrog.act.

31 Confitens in Epiſtola ſe curationis , ſe hominem occidiſſe ad ſuam defeſsionem, ſi non probat,quòd ad ſuam iuſtam, & neceſſariam defenſionem illum occidiſſet, punitur pœna extraordinaria pro illa cõfeſsione, non vero ordinaria, ſi aliter non probatur, vt tenet Abb.in c.auditis.n.32. de præſcript.Alex.in l.non ſolum.§.ſciendum.in lect.ff.de noui op. nuntiat.Iaſ.in l. vt vim.n.13. ff.de iuſt.& iur. Socin.in rep. l.1.col.11.ff.de vulg.& pupil. & dicam infra.verb.Epiſtola.§.7.vbi late.

31 Confitens extra iudicium ſe commiſiſſe delictum quamuis hæc confeſsio non ſufficiat, punitur tamen per arbitrium iudicis , propter illam iactantiam. c. quam ſit graue. vbi Doct. de exceſſ.prælat.Bart. in l.capite quinto.ff.de adult.Iaſ.in l.ius iurãdum. 2.§. procurator. n.20. ff. de iure iur. Pſalmus, 51. ibi quid gloriaris in malitia. ad probationem tamen delicti non ſufficit.vt tenet Fel.in c.atſi clerici. de iud.Alber.in l.quoniam.n.1.ff.de his.qui not.inf. facit tamen indicium.vt tenet Alciat.in c. cum non ab homine. n.98.de iud niſi fiat, parte pręſente,& acceptãte,quia tunc ſufficit. vt tenet Abb.in d.c.atſi clerici.n.16. & Berous.n.142.& alij.de iud.

32 Confeſsio vnſus,non probat, crimen alterius, ſi de illo interrogatus fuerit, quoniam confeſsio criminoſi non eſt admittẽda contra alias, excepto crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ.c.1.vbi gloſſ. ver.confeſsi,& Doct.de confeſſ. & c.quam ſit graue.de exceſſ. prælat. & c.veniens.1. deteſt.& glo.1.in c.pręterea.deſponſal facit tamen inditio , vt purgatio indicatur illi, quem dicit de ſe confeſſus crimen cõmiſiſſe. c.ſignificaſti, de adult.& gloſ.verb. confeſsi in d.c.1.vbi Abb.num.6.& alij,de confeſſ. & dicam infrà verbo teſtis. §. 28. & ibi quare interrogantur latrones de ſocijs.

33 Confeſsio vtriusq; coniugis,quòd inter illas ſit impedimentum, ad ſeparandũ matrimonium, non ſufficit, quamuis illi confeſsioni ad iungatur fama , ſeù rumor , ne contrà matrimonium colludatur. c.cõſanguinei, vbi Doct.de ſent.& reiud. & c.ſuper eo.vbi gl.& Ant.de Butr. Abb.& oẽs. de eo.qui cogn.conſang.vx.gl.ver.remittitur. in c.tuis quæſtionibus.de teſtib.

34 Confeſsio facta in Epiſtola Miſſa abſenti, probat contra mittentem , ſi eſt ſignata authentico ſigillo,aut à mittente cõfeſſata. l.publia.§.Titius.vbi Bart.n.3.ff.depoſit.& l.Lucius.ff.defid.iuſſ.& l.ſi qua per calumniam. C.de Epiſc.& cler. Abb.in c.2.n.8. defid. inſtr.& dicã latè in ver. probatio.§. 42.& quamuis ſit confeſsio parte abſente, probat tamen,ſi pars illam approbat,& recipit,quia ſcriptura ſemper loquitur.l.ariani.vbi Doct.C.de hæret.& manich.Abb.in c.fin.n.15.de confeſſ. vnde ſi plures res in Epiſtola ſcripta fuerint,poteſt pars recipere,& approbare illud,quod facit pro ſe, & refuta re illud,quod eſt contrà ſe: vt tenet Bart.in d.l.publia.d.§. Titius.num.4.ff.depoſit.

35 Confeſsio iudicialis nõ eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi,vt tenet Abb.in Rubrica de confeſſ. Paul. de Caſtr.in l.publia. ff.depoſit. & in l.1. ff. de confeſſ.Iaſ.in l.cum te tranſigiſſe.nu.9.C. de tranſact. & differt à probatione decem caſibus.quos hic numerabo.

36 Primo,quia confeſsio facit rem notoriam , ita vt ille , qui confitetur non admittatur ad appellandum , quod nõ facit probatio,

Digitized by Google

probatio,c.fin.de cohab.cler. & mul. &.c. cum ſpeciali.§.porro.vbi Doctor. de appelat.vbi glo.confeſsione,& c. Romana. §. ſin autem poſt ſententiam.de appellat.lib. 6.& l.2.C.quorum appellat.nō recip. hoc tamen intellige in cauſis ciuilibus quoniā confeſsio in criminalibus non habet executionem paratam,ſicut in ciuilibus, & admittitur appellatio poſt confeſsionem.l.2. vbi Doctor.C.quorum appellat. nō recip. ſi confeſsio fuit facta metu tormentorum aut poſt ſentētiam,vt eſt text.in d.l.2.vbi Bart.nu.3. Bald. Salicet.Paul. de Caſtr. & omnes,& gloſ. verb. ad quieſcit. in l.non tantum.ff.de appellat.

38 2. Quia ſententia lata ſecundum probationem,non ſeruato ordine iudiciario, non tenet,nec valet.l.prolatam, vbi cōmunis.C.de ſent.& Interlocut.omnium iud.& c.1.& quaſi per totum,vt lit.non conteſt,ſi tamen in proceſſu interueniat confeſsio iudicialis,tenebit ſentētia,&valebit.clem. conſtitutionem,in fin. de elect. & c.1. vbi Dominic. & Ioan. And. & alij de accuſat. lib.6.Innocent.in c.fin.de reſt. ſpol. Ant. de Butr.in c.dilectus.col.11.de capell.monach.& in c.veſtra de cohab.cle.& mulier. Lod.Rom.in l. naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq.poſſ. Fel. in c.1.nu.6.de except.Anch.in c.2.de confeſſ.lib. 6.& dixi ſupra.§.14.

39 3. Probatio ante ſententiam non habet executionem paratam,nec poteſt exequi, niſi poſt ſententiam.l.1.vbi Doct.C.de execut.rei iud.cū alijs,ſed illud quod per cōfeſsionem iudicialem eſt confeſſum, bene poteſt exequi ante ſententiam,glo.verb. probatum eſſet.in l.ſed etſi poſſeſſori.§.ſi cum de hæreditate: vbi Bart.nu.7.& omnes.ff.de iure iur.Bald.in d.l.1.C. de execut.rei iud.& dixi ſupra.§.13.

40 4. Quia probatio fit in fauorem probantis,ſed confeſsio eſt contra ipſum confitētem,nec valet in fauorem ipſius,ſed contra ipſum.l. de ætate. §. 1. vbi Doctores, ff.de interrogat. act.& l.ſicut maior. Bart. nu.1.Bald.Salicet.Alex.& omnes.C.de repud.hæred.Abb.in c.pen.n.7.de inſt.& in c.cum dilecti.n.6.de accuſat.& dixi ſupra. §. 26.

41 5. Quia teſtes de credulitate, ſiue probatio de credulitate non valet, nec tenet talis atteſtatio, niſi ſit, in caſu antiquo, vt eſt glo.fin.in c.quoties. vbi Doct.de teſt.lib. & glo.ver. præſto.in l.teſtium. C.de teſtib. & glo.ver.audierint.in l.in ſumma.§.idem labeo.ff.de aqua pluu.arcen.l.confeſsio tamen iudicialis de credulitate, bene tenet, & valet,glo.fin.in c.ex litteris,vbi Abb.n. 11.de iure iur. Bart.in l. 2. §.quod obſeruari, C.de iure.calumn.Iaſ. in Rubr.n.10. ff.de iure iur.Anch.in c.1.circa.fin.de iur. calum.lib.6.

42 6. Quia negatiua directa eſt improbabilis in rerum natura. c.bonæ. §. contra. de elect.& c.quoniam contra.de probat.& l.2. ff.de probat.& l.actor,quod aſſeuerat.C.eodem.attamen per confeſsionem partis,bene poteſt negatiua directa probari,c.1.vbi gl.ver.aduerſari,& Dominic.Ioan.Monac. & Ioan.And.& omnes. de confeſſ.lib.6.& c.fin.de ætat.& qualit.& c.dilectus.de tēp. ord.Cin.in l.2. §.ſed quia.C.de iur.calū.

43 7. Quia contrà præſumptionem iuris, & de iure,non admittitur probatio in cōtrarium. c.is qui fidem. vbi gl.ver.contra, & c.ad id quod.de ſponſ.& glo.fin.in l.ſiue poſsidetis.C.de probat.vbi Bart.nu.12. ſed confeſsio partis bene admittitur contrà præſumptionem iuris,.& de iure. vt tenet Bart.Bald.& omnes.in authēt.ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nup.& Abb.in d.c. is qui fidem.n.5.Bart.& Alex.in l. non eſt veriſimile. ff.quod met.cauſ. Iaſ.in l.Titia. n.28.ff.de verb.obligat.Corn.conſi.39.col. fin.Littera. G.lib.3.& cōſi.225.Littera.C. lib.4.hoc tamen limittatur in cauſa matrimonij. c.ſuper eo.de eo qui cogn. cōſang. vx.ſuæ.

44 8. Quia ſententia lata ſuper libello inepto, & nō concludenti,eſt nulla ipſo iure, c.cū dilecti. vbi Abb. n.4.de empt.& vēd. ſi tamen interueniat. confeſsio partis, tenet,& valet talis ſententia. c. fin vbi Doct. de reſt.ſpol.& clement.conſtitutionem.in fin.de elect.Bald.in l.2. C.de reiud.Innocent.in c. qualiter. & quando. de accuſat. Bart.in l.ſi confeſſus. nu.2.ff.de cuſt.reor. flor.in l proinde. §.notandum.ff.ad leg Aquil.Bald.in l.itus fuſtium.ff.de his,qui no tant.infam.Alex.conſil.34.lib.3.

45 9. Quia poſt concluſionem in cauſa,nō admittitur probatio alia ſuper eiſdem articulis,aut directo contrarijs. c.iurauit. de probat. & c. fraternitatis.de teſtib.& clem. 2.eodem.tit.confeſsio tamen partis,in cuius fauorem ſententia eſt lata admittitur, & ſi confiteatur,quod aliquid ſit cōtra probationem ſtatur illius confeſsioni , quāuis aliter ſit per probationem,& ſi cōfiteatur,

Digitized by Google

quod ſententia ſit iniuſta, eſt ſententia illa retractanda. c cum Ioannes. defid.inſtr. & l.ampliorem.C.de appellat. Bald.in Rubr. C.deprobat. Abb.in c.is,qui fidem. n.5.de deſponſ.Ant.de Butr.in c.licet cauſam.de probat.Innocent.in c.quia pleriq;,de immunit. Eccleſ Card. in clement.1.q.93.de cauſ. poſſ. & prop. non poteſt tamen pars his terminis cogi ad confitendum,ſi ſponte confiteri noluerit,niſi ex officio iudicis cogatur,quia iudex ex officio poteſt interrogare partes,ſed tamen hoc poſt concluſionem,non autem poſt ſententiam. c.cum Ioannes.vbi gl.ver.poſtquam & Abb.n.8. defide inſtr.gl.ver.ſtatuimus.in c.1.de cõfeſſ.lib.6. Paul.de Caſtr.in Rubr. c.deprobat.

46 10. Quia compenſatio non fit niſi de liquido ad liquidum,l.fin.vbi Bar.& omnes. C.de cõp.& c.bona fides.de depoſit.& dixi ſupra.ver.compenſatio.§.3.quando tamen liquidum fit per confeſſionem partis, bene admittitur compenſatio de nõ liquido ad liquidum. l.fin. vbi glo.ver.conuiſta.C. de comp.Abb.in c.bona. n.10.de depoſit. & in c.cum Ioannes.nu.2.defid. inſtr,cæp. caut.83. & dixi.ſupra.ver.cõpenſatio.§.3.

47 Confeſſio aut fit ore. c.nullus. vbi gl.de præſumpt.& c.1.15.q.6. aut rei euidentia. c.priusquàm.28.diſt.& gl.fin.in d.c.nullus. aut contumacia.d.c.nullus.& d.gl.fin.& c. ſi clerici de iud.& c.decreuimus.3.q 9.

Verbo Confirmatio.

1 Confirmatio eſt iuris prius quiſiti corroboratio,& perfectio,vt tenet Bart.in l.more maiorum.n.5. ff.de iuriſd. omnium iud.& Iaſ.n.26.ibidem. & Abb.in c.1.n.6. de confirmat.vtil.vel inutil. Hoſt.in ſumma.in tit.de confirmat.in prin.Dec.& Ber. in Rubric.huius tit.de confirmat. vtil. vel inutil. Sebaſt Medic. de diffinitionib. 2.p. diffinit.93.Marſcard.deprobat.vol.1.concluſ.404. Abb. Imol.& alij in c.inter dilectos. defid.inſtr.

2 Confirmatio fieri non poteſt à pari,vel minori, ſed à ſuperiore,vt tenet Dec.Ber. & omnes in Rubr.de confirmat. vel inutil. Imol.conſi.27.quemadmodum appellatio non interponitur,niſi ad maiorem. & ſuperiorem l.1. §. ſi quis in appellatione. ff. de appellat.& c.3.vbi gl.ver.ad ſe ipſos.de appellat.lib.6.ita confirmatio.

3 Confirmatio eſt duplex, alia namq; eſt confirmatio informa communi.c.quia diuerſitatẽ. de conceſſ.præb.& c.illa.ne ſed. vacant.& gl.ver.non obſtante.in c.examinata,vbi Abb.num.4.de confirmat.vtil.vel inutil.Abb.in c.1.n.6.eodem. tit.& alia ex certa ſcientia.clem.vnica vbi Doct.de iur. iurando.& gl. fin. in c.quoniam Abbas. de offi.deleg.& gl.1.in d.c.illa ne ſed vacant. Abb.in c.quia diuerſitatem.n.8.de cõceſſ. præb.

4 Confirmatio in forma communi dicitur illa,quæ fit ſub cõditione expreſſa,aut virtuali,abſq; cauſæ cognitione,relata tamen ad iuſtum titulum, ſeu poſſeſsionem. d.c. quia diuerſitatem,de conceſſ. præb.& glo. fin.in d.c.quoniam Abbas. de offic.deleg. & glo.ver.ſicut prouide.in d. c.examinata, & glo.ver.ſicut ſine prauitate. in c.venerabilis, de confirmat. vtil.vel inutil.Abb.in c.1.eodem.tit.& confirmatio in forma cõmuni, nihil de nouo tribuit confirmato, ſed facit rem confirmatam maioris corroborationis,& authoritatis, c. quia diuerſitatem,vbi gl.ver.forma communi, & Abb. n 9.de conceſſ.præb.& l.& quia.vbi gloſſ. ver.nec ipſa lex.ff.de iuriſd. omnium. iud. Abb. in c.1. nu. 6. de confirmat. vtil. vel. inutil.Bart.in l.more.nu.5.Iaſ.26.& alij.ff. de iuriſd.omnium iud.

5 Confirmatio autem ex certa ſcientia eſt illa, quæ fit pura abſq; conditione, & cum cauſa cognitione,vel cum clauſula ex certa ſcientia.c.quoniam Abbas.vbi gl.fin. de offic.deleg.& c.veniens. vbi gl.ver.confirmatam de tranſact.& gl.ver.tenor in c.venerabiles de cõfirmat.vtii.vel inutil.Abb. in c.1.n.6.eodem.tit.

6 Confirmatio tamẽ ex certa ſcientia multum noui iuris præſtat, & confirmat actũ, quod ſine confirmatione erit nullum,& cũ illa validatur. ita vt dicatur noua donatio, & conceſsio.c.1.& c.veniens.§. mãdamus. vbi gl.ver.confirmatam de tranſact.gl.ver. conceſsionem. in c.dudum. de decim. vbi Abb.n.11.& l.ob venire.ff.de verb.ſign. & l.adoptio.38. & l.nam ita. ff.de adopt.Bar. Bald.Ang Iaſ.& alij in l.more.ff.de iuriſd. omnium iud.non facit tamen valere actũ, ſeù donationem, quæ natura ſua nõ valet, & eſt nulla, c.dudum. de decim.vbi Abb. n.13.& c.cum ſuper,vbi gl.1. & Abb.n.5. de cauſ.poſſ.& prop.

7 Confirmatio lite pendente tacente impetrante,quòd lis pendeat,non valet,tanquam

quàm ſubreptia,& ſupreſſa veritate obtẽta.c.1. & c.bonæ.vbi Abb.n.1.& c.ad noſtram.& c.porrecta. de confirmat. vtil.vel inutil.facit text.in c.ſuper litteris.de reſcript.

8 Confirmatio electionis,celebratæ in diſcordia, nullum ius confert confirmato, ſi confirmatio facta fuit in forma communi, ſi autem fuit facta ex certa ſcientia à Papa, vel ab illo,qui illam validare poteſt, bene validatur, reſpectu iuris,in quo confirmãs validare poteſt. c.cum ſuper, vbi Doct.de cauſ.poſſ.& prop.& c.fin.vbi Domin.Ioan. And.& alij.de elect.lib.6.

9 Confirmatio tamen caſſata, ſeù irrita, propter defectum iuriſdictionis confirmãtis, aut propter ſolemnitatem requiſitam omiſſum,non infirmat electionem,ſi canonicè fuit celebrata, ſed iterum petitur cõfirmatio illius, coram iudice competente. c.ſi confirmationem. vbi gloſ.1.Dominic. Monach.Ioan.And.& oẽs de elect.lib.6.

10 Confirmatio à Papa ex certa ſcientia facta,facit vt iudex ille inferior de re illa cognoſcere non poſsit,niſi per falſam ſuggeſtionem ſit impetrata,vel de ſpeciali nouo mandato Apoſtolico.c.1.vbi Ant.de Butr. Innocent.Hoſt.Abb.& omnes.& c.2.de cõfirmat.vtil.vel inutil.

11 Confirmatio de electione alicuius expectans ad Summum Pontificem, debet peti à tempore notitiæ illius electionis, quam citius potuerit ipſe electus,conſiderata locorum diſtantia, & qualitate temporis, & conditione perſonæ,ita vt infrà menſem, iter ad illam petendam arripiat.c.cupientes. vbi Doct.& gl. in ſumma de elect.lib. 6.& gloſ.fin.in fin.in c.indultum.de regul. iur.eodem.lib.nec aliud poteſt cõſuetudo operari.c.cum venerabilis. vbi Abb.nu.6. de conſuetud.

12 Confirmatoris officium eſt examinare electum ſibi præſentatum de ætate,moribus,& ſcientia nemine opponente,ſed ipſemet electus tenetur ſe aptum oſtendere, aliter namq; pro indigno habetur. c. cum nobis.& c.nihil.& c.venerabilẽ. vbi Doct. de elect.

Verbo Confraternitas.

1 CONfraternitas, quæ fit per aliquã Bullam Summi Pontificis, ſiuè per aliam congregationem approbatam in honorem Dei,aut alicuius ſancti,eſt bona, & licita, & eſt iuſtum & honeſtum,quod ibi irrogatur in elemoſinis,miſſas,& diuinis officijs. c.ſi quis deſpicit.42. diſt.& gl.1.in c.ſi qui clericorũ.11.q.1.Nau.in Manu.c.24.à n.2.

2 Confratres tamen,qui expẽdunt in põpis,vel in picturis, aut innobilibus ædificijs, non obligant Eccleſiam,ſeù confraternitatem, ſed potius ſunt expenſæ volũtariæ,quæ non repetuntur,l.ex duobus.vbi Bart. & l. in voluntarijs. ff.de imp. in reb. dat.fact.nec obligatur cõfraternitas ex debito cõtracto ab illius adminiſtratoribus, niſi debitum ſit verſum inutilitatem illius confraternitatis, ſicut vnusquisq; de ſuo proprio faceret. l.ciuitas. vbi Iaſ.nu.13.ff. de reb.cred.& c.quod quibuſdã. vbi Abb. n.9.de fid.inſtr.ſi tamen confratres habent peculium,ex eadem confraternitate,licitũ eſt expendere in picturis,& alijs,quæ nobilitant.vt tenet Abb.d.c.quod quibuſdã. d.num.9.

3 Cõfraternitas,quæ authoritate Epiſcopi erecta fuit, aut de bonis Eccleſiaſticis, eſt gubernanda, & viſitanda per Epiſcopum, Diœceſanum; ſiuè per viſitatorem illius, quamuis ſit laicorum, vt habetur in Trid. ſeſſ.22.c.8. de reformat.& facit text.in c. ad hæc.de relig.domib.& in authẽt.de Eccleſ.titul.§. ſi quis ædificationem.coll.9.& clem.quia contingit.de relig.domib.Bald. conſil.167.in fin.lib.4.Cald.conſil.3.titul. de relig.domib. Valaſ.conſult.105.nu.28. ſi autem confraternitas fuit erecta,& inſtituta à laicis,nulla interueniẽte prælati authoritate,nec cõſueuit à prælato gubernari,non poteſt tunc prælatus, nec eius officialis internenire,in electionibus officialium laicorum, illius confraternitatis, nec ab illis rationem ſumptuum,& expenſarũ, ſeù aliarum rerum adminiſtrationum exigere,quia hæc omnia tunc pertinẽt ad iudicem laicum, nec etiam parrochus ſe poteſt tunc intromittere in miſſas, & alias, quæ laici illi in ſua cõfraternitate præſtare vellint.per d.Trid.vbi ſupra.& per d.clement.quia contingit. §. vt autem.& tenet Ant.de Butr. in c.inter dilectos. de donat. Meneſ. in l.2. C. de ſeruit. & aqua.Valaſc. conſult.105.nu.28.

Verbo Conſecratio.

4 CONſecratio Epiſcoporum, ſeù Archiepiſcoporum, eſt facienda intra tres menſes, poſt confirmationem electionis ipſo-

Digitized by Google

ipſorum, aliter enim non faciunt fructus ſuos,& ipſo iure priuabuntur Eccleſijs, ſi intra roti diem mēſes poſtea id facere neglexerint, niſi neceſsitas in excuſabilis illas excuſet c.quoniam quidam. 75. diſt. & Trid.ſeſſ.23 c.2.de reformat.

2 Archiepiſcopus eſt cōſecrandus ab omnibus ſuis ſufraganeis, quamuis de forma, & ſubſtantia conſecrationis ſufficiant tres Epiſcopi, omnes tamen ſuffraganei ſunt vocandi. c ſi Archiepiſcopus. vbi Abb.n. 1.& c.nec Epiſcopi. de temp. ord.& c.Archiepiſcopus. 66.diſt. & c. placet. 65.diſt. ſumma Ang verbo conſecratio.1. §.1. debet tamen conſecrari, cum conſenſu primatis. d c placet & Innocent.in d.c.ne Epiſcopi,& ſi conſecratio fiat, ſine vocatione,alicuius Epiſcopi ſuffraganei,non valet conſecratio, imo eſt nulla, & irrita ſufficit tamen quò ſint vocati,quamuis omnes nō inter ſint. c. quia per ambationes. 64.diſt. & c. Archiepiſcopus. 65.diſt. Abb. in c. ſi Archiepiſcopus.n 3 de temp.ord.

3 Conſecratio Epiſcopi exempti debet fieri à Papa, aut de eius mandato, ſi vero non eſt exemptus, eſt facienda ab Archiepiſcopo cum duobus Prouincialibus Epiſcopis,aut à tribus Prouincialibus de commiſsione Archiepiſcopi,debent tamē omnes comprouinciales Epiſcopi per Epiſtolam ad moneri,vt conſentiant,ita vt ſi aliquis eorum contemnatur in cōſecratione Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, poteſt agere, vt conſecratus priuetur executione officij, c.ne Epiſcopi,vbi Abb. n. 2. de temp.ord. & c.Archiepiſcopus 66.diſt. ſum.Ang.ver. conſecratio.1.§.2. poteſt tamē Archiepiſcopus aliqua iuſta de cauſa impeditus cōmittere vices ſuas alicui Catholico Epiſcopo, cui impedimentum ex ſubtractione gratiæ Sedis Apoſtolicæ non obſiſtat. c. quod Sedem.vbi Abb.n.1.& omnes de offic. iud.ord.

4 Conſecratio Eccleſiæ debet fieri à proprio Epiſcopo,aut ab altero de eius licentia,quoniam ſi Epiſcopus cōſecret Eccleſiam extrà ſuam Diœceſim punietur,quiuis conſecratio tentat,& poteſt hæc conſecratio fieri quocumq; die, tàm feſtiuo, quàm feriato,& ita de reconſiliatione Eccleſiæ conſecratæ, quæ debet reconſiliari ab Epiſcopo cum aqua ab ipſo Epiſcopo benedicta c.tua fraternitas, vbi Abb.n.1. de conſecrat.Ecclef. vel alt.& c aqua. vbi glo.fin.& Doct.eodem tit. Nau.in Manu.c. 27. n.236 ſumma Ang.ver. conſecratio.2. Eccleſia tamen nō conſecrata bene poteſt reconſiliari per quemcumq; ſimplicem Sacerdotem, aqua exorcizata per eundem c. fin.vbi gl.fin.& omnes de cōſecrat.Eccleſ. vel alt.Nau.& Ang vbi ſupra.

5 Conſecratio altaris tam ſtabilis, quàm portabilis,nō poteſt fieri ni ab Epiſcopo, & presbyter, qui altare conſecrare tentauerit, eſt deponendus,& degradandus, laicus autem excommunicandus. c.quamuis. 68.diſt.& c.nullus.25. de conſecrat.diſt. 1. & c.quod in dubijs.de cōſecrat. Eccleſ.vel alt.ſumma Ang ver.altare.§.1.ſumma cōfeſſ.lib 3. tit.24.q.148. Syluest.ver.altare. §.2. tab.§.5. Armil.§ 5. Bart ab Ang.Dialog.5.§.371.

6 Altare, ſi fuerit enormiter fractum, aut tabula, cui conſecrationis, benedictio adhibetur,fuerit mota,ſeù enormiter facta, ſiue lapis,qui ſigillum continet,debet iterum conſecrari. c 1.& c.quod in dubijs de conſecrat. Eccleſ. vel alt. ſecùs tamen, ſi fractura non fuerit enormis, ita vt forma conſecrationis non perdatur.c.ligneis.vbi Abb n.2.de conſecrat.Eccl.ſ.vel alt.ſanct. Ant.3.p.tit.12 c.6. §.9 Guill. ſb.1.c.6. & Syluest.verb.ver.altare & Armil. §.6 Bart. ab Ang Dialog.5.§.384.Innocent.& Hoſt. in d.c.ligneis.

7 Altare,vbi celebrauit ſchiſmaticus,ſiuè presbyter degradatus,non eſt iterum conſecrandum. c.à nobis.vbi gl.fin.& Doct.de Sacrament nō iterand.& c Eccleſijs,ſemel de conſecrat.diſt. 1.& Syluest.ve. b.altare. §.8. tab.§.11.p'ſan.ver.conſecratio.3.Bar. ab Ang Dialog,5.§.397.

8 Conſecratio virginum non poteſt fieri, niſi ab Epiſcopo,aut illo abſente, ſiuè impedito ab illius Vicario generali,aut foraneo, qui habet vices Epiſcopi. c. deuotis deo.20.q 1. Trid.ſeſſ.25.cap.17. de regul. Abb.in c.1.n.1. de temp.ord.

9 Conſecrari non poteſt, niſi illa, quæ eſt virgo, & non vidua, nec corrupta, licet violenter corrumperetur, & licet illi duplicetur corona, quòad meritum,non poteſt tamen conſecrari, quia non conſtat, ſi aliquo momento conſentiret, nec etiam ſi ſecrete ſit corrupta.c.deuotis deo. 20.q.1. & c.ita ne.32 q.5. g'o.ver. nec transfertur in c mutationis.7,quæſt. 1. Abb.in c.1 n.1. de temp.ord.ſumma Ang.verbo conſecratio vlt.§.2 Syluest.verbo conſecratio virg. q.1.poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare. vt tenet

Digitized by Google

tenet Syluest.vbi ſupra.Nau.in Manu.c.16.n.3.verſ.interrogatus autem an ſancti moniales. poſſunt tamen viduæ, & corruptæ ingredi Monaſteriam, & ſummere habitũ monialem, & facere profeſsionem. c.vidua,quæ.20. quæſt.1. & Trid.ſeſſ.25.c.18. de regul.

10 Conſecratio virginis poteſt fieri in die Epiphaniæ,& in feſtis Apoſtolorum,& per totam hedomadã reſurrectionis, & diebus Dominicis.c.deuotis.20.quæſ.1.& c.1. vbi glo.fin.& Doct.de temp. ord.ſumma Ang. verb.conſecratio. vlt. §.1. & illæ virgines. ſunt conſecrandæ,quas Epiſcopus explorauerit, vtrum coactæ, aut ſeductæ, profiteantur,& ſciant,quid agant. Trid. ſeſſ.25. c.17.de regul.

11 In caſu tamen neceſsitatis poteſt virginis cõſecratio fieri quocumq; die priuato. d c.deuotis.20.quæſt.1. gl.1.in c.2.de cõſecrat.Eccleſ.vel alt.Abb. in c.1. nu.1. de temp.ord.

Verbo Conſeruator.

1 Conſeruator datus à Papa, non poteſt eſſe, niſi Epiſcopus,aut eius ſuperior, vel Abbas,ſeù habens perſonatum,vel dignitatem in Eccleſia Cathedrali, vel colligiata,& quod non ſit de iuriſdictione, vel dominio,ſeù diſtrictu Eccleſiaſtico,aut tẽporali illius,cui datur conſeruator.exceptis tamen illis, qui regibus,ſeù reginis datur,propter illornm eminentem altitudinem, habent hanc prorogatiuam, & quod non ſit conſeruator ſui conſeruatoris.c.fin. vbi gl.verb.edict. & Doctor.de offic.deleg. lib.6.ſumma Ang.ver.conſeruator.in prin. & in hoc differat conſeruator à iudice delegato,nam iudex delegatus poteſt eſſe canonicus cuiuscumq;Eccleſiæ Cathedralis, ſeù officialis Epiſcopi,& non conſeruator. d.c.fin.vbi glo.verb.obtinentes.& glo.ver. delegatus.& Doct.in clemẽt.2.de reſcript. gl.ver.edicta.in d.c.fin.de offic.iud.deleg. lib.6.& glo.verb.canonicis.in c.ſtatutum. de reſcrip.d.lib.6.vnde errant multi Vicarij generales Epiſcoporum,putantes poſſe eſſe conſeruatores.

2 Conſeruator non poteſt procede cõtrà aliquas extrà ciuitatem ſiuè diœceſim, in qua deputatus fuerit,nec poteſt aliquẽ trahere vltrà vnã dietam,à fine diœceſis ſuæ, etiam de conſenſu partium, vt eſt text. in d.c.fin.vbi gl.ver.non præſumant.& Doct. de offic.deleg.lib.6.& etiam in hoc differt cõſeruator à iudice delegato,nam ꝑ iudex delegatus poteſt de conſenſu partium trahere vltrà dietam. c.ſtatutum. §.in nullo. vbi Dominic.Ioan.And.& alij de reſcript. lib 6.conſeruator vero nõ poteſt.vt ſupra diximus.

3 Conſeruator non poteſt cognoſcere,niſi de ſpolijs,violentijs,& de manifeſtis iniuris,& ſi de alijs rebus ſcienter ſe intromittat, aut cognoſcat de cauſa,quæ exigit iudicialem, & ordinariam cognitionem, eò ipſo per annum ſit ſuſpenſus, ab officio,& beneficio,& ſi illo medio tẽpore celebret ſit irrigularis,& pars,quæ hoc fieri procurauerit incurrit ipſo iure ſententiam excõmunicationis, aqua non poterit abſolui, niſi prius ſatisfaciat integraliter de expẽſis parti fatigatæ. c.1.& c.fin. vbi Doct.de offic.delegat. lib.6. & c.quoniam. §.fin.de immunit.Eccleſ.d.lib.6.Trid. ſeſſ.14. c.5. de reformat.ſumma Ang. d.ver. conſeruator.§.1. Ioan.And.in add.ſpecul. in tit. de iud.deleg.§.excipitur. n.14. Butr.tract. de notario art.4.n.4. vol.12.diuerſ.tract.poſt quàm tamen ſatisfecerit integraliter expẽſas parti fatigatæ.& offenſæ,poterit abſolui ab ordinario, cum conditor canonis illam excõmunicationem ſibi non reſeruauit. c.nuper.de ſent.excõmunicat.& Doct. in d.c.fin.de offic.iud.deleg. lib.6.ſi tamen litteræ conſeruatoriæ aliam poteſtatẽ cõtinerent,& Bulla non eſſet reſtricta ad certas violentias, & manifeſtas iniurias, ſed præſtaret iuriſdictionem ordinariam, in omnibus cauſis, nõ haberent locum ſupra dicta, vt eſt in aliquibus conſeruatorijs, quæ præſtant iuriſdictionem ordinariam, in omnibus cauſis,vt tenet ſumm.Ang.vbi ſupra.§.6.Valaſ.conſult.152.n.4.

4 Conſeruatoris officiũ expirat ipſo iure per obitũ concedentis,quòad negocia non dum cæpta, quoquomodo conſeruator ſit datus, niſi litteræ conſeruatoriæ ſint conſirmatæ à Summo Põtifice nouiter creato. d.c.fin.vbi glo.ver.expirare.& Doct.de offic.deleg.lib.6.ſumma Ang. vbi ſupra.§.4. Valaſc.d. conſult.152.n.5. Girip.conſi.16. n.26. & conſil.14. n.24.

5 Circa munera tamen,& expenſas, notarias.aſſeſſores,& perſonas cauſa teſtimonij vocandas,obſeruatur,quod in alijs iudicibus delegatis conſtitutum.eſt d.c.fin.verſ. circa.vbi notant oẽs.de offi. delegat.lib.6. Valaſc.d.conſult.152.n.6.

Quid

Digitized by Google

6 Quidquid contra præmiſſa, aut contra aliquid eorum fuerit attentatum erit ipſo iure irritum,& inanne.c.1.& c.fin.§.fin.vbi Dominic Ioan.And.Anch.& omnes de offic.iud. deleg.lib.6.& c.ſtatuimus.§. fin. de reſcript. eodem lib.6.ſumma Ang.vbi ſupra.§.5.Valaſc. d. conſult.152.nu.2.

7 Conſeruator cum habeat iuriſdictionem limitatem,nõ poteſt alteri vices ſuas cõmittere exceptis citationibus,ex ſentẽtiarum denunciationibus, niſi in litterijs aliter ſpecialiter cõtineatur,quia tunc obſeruabitur illud, quod in illis declaratum fuerit.d.c.fin. vbi Doctor. de offic. deleg. lib.6.& l.1.ff.quod quiſq; iur.& c.is,cui de offic.deleg.lib.6.& l.2.§.fin.ff. de pœn. & l.ſolemus.§. latrunculator.ff.de iud.Iaſ. in l.ſi per errorem,n.5.ff.de iuriſd.omni. iud. & hippol.in l.fin.nu.197.ff.de iuriſd.Bald. in l.fin.n.3.C.de except.Marant. 4.p. diſt. 12.nu.18.Valaſc.conſult.152.nu. 4.

Verbo Conſilio.

1 Conſilium eſt voluntatis intentio propoſitum,ſeù deliberatio,in actum reductum,glo.verb.ſupponit,in.§.interdum inſt.de obligat. quæ ex quaſi dilect.naſc. & glo.verb.apud conſilium,in.§.eadem lege inſt.quib.ex cauſ.manumitt.non liceat. & multoties ab homine docto.& iuris perito exigitur. Qui debet reſpondere data ſibi relatione cauſæ.

2 Conſilium neceſſariũ, non poteſt quis mutare in detrimentum ſeù præiudicium alterius.c.mutare, vbi notant omnes de regul.iur.lib.6.& c.cauſam. 8. de elect. & l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſt.præd.& l.nemo.põteſt mutare.vbiDec.n.1.ff. de regul. iur.Din.in regul.quod ſemèl, de regul.iur. lib.6.ſecùs tamen in conſilio volũtatio,vt tenet Bal.in l.de tutela. C.de in integ.reſt. & in l.fin.§.cũ in ſecũda in fin.C. de furt. & in c.ne inuitaris in fin. de conſt.Ang. in l.labeo.in fin.ff.de ſeruit.ruſt.præd.Dec.in d.l.nemo poteſt mutare,num.1.ff.de regul. iur.

3 Qui dedit conſilium,non tenetur ex illo,niſi conſilium ſit fraudulentum. c.nullus ex conſilio,vbi Doct.de regul.iur.lib 6. & l.cõſilij.47.vbi.Dec.n.1.ff.de regul. iur. & l.2.§.fin.ff.mãd.& l.& eleganter.§.fin.ff. de dol.mal. quia nullus tenetur ſequi cõſilium alterius, ſed potius debet apud ſe ipſum deliberare, & cogitare,vtrũ ſibi expedia: ſequi illud conſilium,aut non.c.quis quis præceptis.14. quæſt.1. & gloſ.in d.c. null⁹.de regul.iur.lib.6.& l.2.in fin.ff.mãd. ſi autem conſilium ſit fraudulentum, datum circa contractum, vel quaſi contractum, tunc dans tenetur actione de dolo illi,cui conſilium dedit. l.quòd ſi cum ſcires.ff.de dolo.& l.2.ff.de proxin.& l.ſi quis vxori. §.cum titio.ff.de furt.gl.in d.c.nullus ex conſilio: ſi verò conſilium fraudulentum fuerit circa maleficium,non tantũ tenetur qui dedit illi,qui cõſilium fuit ſecutus, ſi aliàs non erat facturus, ſed etiam illi contra quem datum fuit, ſi maleficiũ fuit ſecutum,nam qui dedit conſilium alicui,vt hominem occideret, cum aliàs non erat occiſurus,tenetur ac ſi illum occidiſſet.c.ſicut.§. qui vero. de homicid. & c.ſi quis viduam. vbi glo.ver.aut conſilio. 50. diſt.& l.non ſolum.ff.de in iur.glo.fin.in l. 2. ff. mand. ſi autem ille nihilominus erat facturus tunc mitiori pœna punitur ille qui dedit conſilium. vt tenet Boer. deciſs. 262. n.2 plac.lib.1.c.17. n.1.& 2.& Doct. in c.1.de offi.iud.deleg & dico infra §.6.

4 Qui dedit conſilium ſeruo, vt fugeret, & furtum faceret, tenetur de furto, & de ſeruo corrupto.l.1.§.perſuadere.vbi Doct. ff.de ſeruo corrupt.& l.non ſolum.ff.de iniur.& gl.ver.nullus in d.c nullus.de regul. iur. lib 6. & ita in quocumq; delicto, qui conſilium dedit tenetur, ac ſi delictum feciſſet ſi delictum fuit ſecutum.d. l.non ſolum.& l.ſemper. §.1.ff. quod vi, aut clam. & l.qui ſeruo.ff.de furt.& l. ſæpe.ff.de ver. ſign.& gl.fin.in l.2.ff.mand.Bart.in d.l.nõ ſolum.n.1.ff.de iniur.

5 Doctor,aut aduocatus,aſſeſſor,ſeù medicus, ſiue ille,qui tenetur ex officio,tenẽtur ex.malo conſilio,quia debent eſſe peritiria arte ſua,& alij eiuſmodi, nam ſi ille, qui ex officio tenetur dedit conſilium per errorem, tenetur,reſarcire damnum,quod ex illo malo conſilio fuit ſub ſecutum.l.2. vbi Bart.ff.quod quis iuris.& l. illicitas.§. ſicuti ff.de offic.præſid.& l.idem iuris.§.1. vbi Bald. ff.ad leg. Aquil.& c. non eſt ſine culpa de regul.iur.lib.6. Abb.in c.tua,n.3. de homicid. Dec.in l.conſilij. n.2.ff.de regul.iur.

6 Et etiam tenetur ex conſilio ille,qui dedit conſilium illi,qui aliàs non erat facturus.l. ſi remunerandi. §.plane. ff.mand. & glo.ver.conſilium in c. nuper.de ſent.excõmunicat. vbi Abb. num.7.& l.qui ſeruo perſua-

Digitized by Google

perſuaſit. ff.de furt.ſumma Ang.verb.conſilium. §.1. ſi tamen dedit conſilium illi, qui alias erat facturus non punitur.eadem pœna,qua faciens punitur, quamuis delictum ſubſequatur niſi ſimul cum conſilio operetur,ſed alia arbitraria.l.ſi quis vxor. & l.qui ſeruo.ff.de furt.& §.interdum.verſ. at vbi ope.vbi ope. vbi Doct.inſt.de obligat.quæ ex delict. naſc.glo.ver. non tenetur in d.§.interdum,& notant Doct.in clement. ſi furioſus.de homicid.& c.ſicut dignum.§.qui vero, & c.de cætero de homicid. Fel.in d.§.qui vero.nu.7.Doen.regula 149.Iul.Clar.§.fin.q.88.

7 Conſilium alterius,quando quis tenetur petere ad aliquid faciendum ſufficit illud petere,quamuis illud non ſequatur. c.cum olim.de arb.& c.cum in veteri de elect. & l.ita autem aliàs.Iulianus.§.Papinianus.ff. de adminiſt.tut. Abb.in c.cum olim.num. 4.de arb.Bart.in l.1.§. ſi plures. nu.2.ff.de exercit.act. erit tamen conſilium ſequendum, quando ſecundum materiam ſubiectam,contrarium requiritur,& ſuadetur,& ſumitur conſiliũ,pro conſenſu,tunc enim non ſufficit illud petere,ſed etiam illud ſequi tenetur.l.fin.vbi Doct.C.de iure emph. & c.2.de offic.de leg.& c.1.de foro comp. Bart.in d.§.ſi plures.à n.3.Abb.in d.c.cum olim.n.5.d arb.

8 Iure conſultus poteſt vendere ſuũ conſilium.c.non licet.11.quæſt.3.& c.nã ſanc. 14.quæſt.5.& l.ſumptus.vbi gl.ver. litigiter.& Doct.ff.de pact.ſpecul.in titul.de ſalar.aduocat.§.ſequitur.n.1.& dicam.infra. verb.procurator: §.99.

Verbo Conſuetudo.

1 CONſuetudo eſt quoddam ius moribus populi inſtitutum,quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex.c.dilecti.de arb.& c.conſuetudo.vbi glo.verb.cum deficit.1. diſt. l.diuturna. vbi Doct.& l.de quibus.ff. deleg.& §.ex non ſcripto.vbi gl.ver.imitantur. inſt.de iur.natural.& ciuil. & l.fin. C.quæ ſit long.conſuet.Abb.in Rubric.de conſuet.n.1.& in c.clerici n.4.de iud.Bar. in d.l.de quibus.n.6. & Iaſ.n.3. ff.delegib. & dicitur lex municipalis. l.1.& fin. C.de emancip.liber.Marant.de ord.iud.3.parte num.111.

2 Conſuetudo,vt habeat vim legis,requiritur,quod ſit iuſta,rationabilis,& præſcripta,ratione enim carens , nunquam habet vim legis.c.erit autem lex.4.diſt & l.quod vero,& l.in his quæ.ff.deleg.& l.quod non ratione. ff.eodem.& C.fin.vbi Doct.de cõſuet.& quòd mores, per quos intro ducitur, ſint tales, quòd probabiliter oſtendat conſenſum populi,qui conſuetudinem facere poſsit. l. de quibus. vbi communiter. Doct.& l. ſed & ea. ff. deleg. & C.mos eſt. diſt.1. & c. lex eſt diſt.2.& quòd ſit introducta ex certa ſcientia,non autem per errorem,quia quod per errorem fit,caret cõſenſu populi,& non obtinet inſimilibus.d. l.de quibus,& l.quod non ratione.ff.deleg. & l.1.vbi glo.1.C.quæ ſit long. conſuet. & c.conſuetudo.vbi glo.ver.conſuetudinem. ad fin.& c.fruſtra.8.diſt. & quòd communi præcepto,& vtilitate, ſit introducta,& recepta.l.1.& l.legis virt⁹.& l.de quibus.ff.de leg.& d.c.erit autem lex. diſt.4. & c.conſuetudo.diſt.1.&quod ſit legitimè præſcripta.c.fin.de conſuet. & l.2. C.quæ ſit lõg. conſuet.& d.c.mos.vbi gl.1.diſt.1.

3 Cõſuetudo eſt optima legum interpres, ſi tamen fuerit contrà ius naturale,& contra legẽ,clarum patet, quòd ſit irrationabilis. c.cum dilectus,vbi gloſſ.ver.iuri cõmuni,& Doct. de conſuet. & l.ſi de interpretatione.ff.deleg.indubio tamen recurritur ad cõſuetudinem loci,rationabilem, & præſcriptam.c.cum ſit de decim.vbi gl. ver.ad conſuetudinem , & Abb. in c.cum dilectus,n.7.de conſuet.

4 Conſuetudo, cuius non extat memoria in cõtrarium inducit ius, ſiuè priuilegiũ, ita vt non ſit neceſſe allegare titulum.c.ſuper quibusdam.vbi glo.verb.non extat. & Doct.de ver.b.ſign.& l.hoc iure.§. ductus aquæ. ff.de aqua quot. & æſt. & l.1. C.quæ ſit long. conſuet. Bart. in 1.conſt.ff.§.hæc autem tria.nu.3. Doct.in l.quisquis.1.per text.ibi C.de Epiſc.& cler.Iaſ.in l.de quibus.n.43.ff.deleg.

5 Conſuetudo inducitur tacito cõſenſu, lex autem expreſſo.l.de quibus.vbi notãt. Doct.ff.deleg.& §.ſed naturalia.inſt.de iur. natural.gent.& ciuil.Abb.in c.clerici.n.4. de iud.& poteſt induci conſuetudo.& valet etiam ſi non inducatur ſciente principe,aut illo,qui ius condere poteſt,vt tenet Abb.in c.fin.n.13.& Barb.nu.71.& alij.de conſuet.Alex. conſil.6.n.4.lib.1.Corn.cõſil.155.n.7.lib.4.præpoſit.in c.fruſtra, n.9. diſt.8.Doen.regul.141.

6 Conſuetudo dat iuriſdictionem , & derogat

Digitized by Google

rogat aliquando iuri ſcripto,& poteſt dare alicui ius Tabellionatus.c.dilecti,vbi glo. verb.conſuetudinem.de arb.& c. cum dilectus,vbi gl.pen.& Abb.nu.2.de ſid. inſtr. & c ſuper quibuſdã,vbi Abb.nu.2. de ver. ſign.& idem Abb.in c.cum contingat. nu. 9.de foro comp.non poteſt tamen vincere legem,aut rationem.c.cõſuetudinis 4.diſt. 11.& c.fin.de conſuet.l.2.cum ibi notatis. C. quæ ſit long. conſuet. & gloſ.verb immitantur in .§.ex non ſcripto.inſt.de iur. nat.gent.& ciuil & ſemper conſuetudo cedit veritati,non autem veritas conſuetudini,quia Dominus dixit ego ſum veritas, & non dixit ego ſum conſuetudo.c. veritate & c.ſi conſuetudinem diſt.8.

7 Conſuetudo in criminalibus inducitur ex duobus,vel tribus vicibus, vt homo dicatur conſuetus delinquere c. ita nas. 25. quæſt.2.& l.nemo.de inceps.vbi glo.verb. conſuetudini,& Doctor.C.de Epiſc.aud.& gloſ.verb.Tertio,& Abb.nu.41. in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſ. & prop.Iaſ. in l.act prætor.1.§.iurari.nu. 14.ff. de iure iur.Bart.in l.de quibus,nu.12.lect.2.ff. de leg.

8 Conſuetudo autem in ciuilibus,non inducitur per duas,vel tres actus ſed requiritur,quòd ſint actus,vt faciant legitimam præſcriptionem nam duę vices,vel tres nõ faciunt conſuetudinem, ſed requiritur, vt tanto tempore exerceantur, quòd ſit legitimè præſcripta c. cũ Eccleſia Sutrina,vbi gloſ.verb.Tertio de cauſ.poſſ.& propr. & glo.verb. vſum in c.ita nas.25. quæſt.2. & gloſ.verb. conſuetudini in l.nemo de inceps.C.de Epiſcop.aud.ſumma Ang. verb. conſuetudo.§.21.& de iure ciuili inducitur ſpacio decem annorum, vt tenet Bart. in l.de quibus.nu.14.lect.2.ff.deleg.& Iaſ. nu.41.ibidem Abb.in c.fin.nu.11. de conſuet. Aldobrad.in.§.ex non ſcripto.nu.19. inſt.de iur.nat gent.& ciuil.Aim.de antiquitate temp.4.p.in prin.nu. 19. & etiã de iure canonico inducitur ſpatio decẽ annorum ſi ſit rationabilis,& non contra iuſ. vt notat gloſ.verb.conſuetudo,in c.fin. de conſuet.libr.6.Innocent.Hoſt. Ioan. And. Abb.& omnes in c.fin.eodem tit. Abb. & Fel.in c.fin.de maior.& obed. Old. conſil. 285.nu.3.& Aret.cõſil.23.nu.11.Doen.regul.139.ſi tamen conſuetudo ſit inducenda contra canones requirit ſpacium quadraginta annorum,vt tenet Bart.in d.l.de quibus,nu.14.lect.2,ff.deleg.& ibi Iaſ. nu. 48.Ant.de But.Innocent.Hoſt.Ioan.And. Abb. & omnes in c.fin. de conſuet. Alex. conſil.68.nu.6.lib.2.& etiam,quando conſuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius Eccleſiæ,requirit tempus quadraginta annorum, vt tenet Abb. in c.de quarta, nu.5.de præſcript.Innocent.in c. dilectus de conſuet.Fel.in c.ſtatuimus.nu.2.de maior.& obed.Bald.in auth.quas actiões.Cal. pen.C.de SacroSanct.Eccleſ.Lud.Rom.in ſingu.103.Doctor.in clem.fin.de conſuet. & in c.mas.diſt. 1.

9 Conſuetudo tamen,quæ tendit ad illa, quæ ſunt reſeruata principi requirit tẽpus cuius memoria non extet in contrariũ. c. ſuper quibuſdam.§.præterea.deverb.ſign. Doctor.in d.c.fin.de cõſuet.Iaſ.in l.de quibus.n.45.ff.deleg.Alex.conſil.6. lib.1. Iacob.in d.l.dequibus.n.31.Doen.regul.141. nu.4.

10 Conſuetudo pro vt eſt ius priuatum,nõ inducitur in his,quæ ſunt merè facultatis in præiudicium facientis,nec ex annua donatione gratis facta inducitur cõſuetudo, ſeù obligatio, facit tex. & ibi Doctor.in l. 1.C.deſeruit.& aqua, & Innocent.in c.bonæ.2.de poſtuland.Ioan.And. in c. Ioannes de cler.coniug. Doctor. in l.1. & 2.C. quæ ſit long conſuet.Abb.in c.ſuam nobis nu.5.de Simon ſumma Ang.verb. conſuetudo.§.20.ſi tamen ille, qui recipit fundauerit ſuam intentionem ex ſolo curſu tẽporis,cuius contrarij memoria non exiſtit bene inducitur,obligatio.l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua quot.&æſt.& l.1.in fin. ff.de aqua pluri.arcend.Bart.in l. cum de in rem verſo.nu.2.ff.de vſur.

11 Conſuetudo alia eſt generalis alia ſpecialis.c.Catholica.diſt. 11. & c.illa autem diſt.12.generalis namq; eſt illa,quæ vniuerſaliter omnium conſenſu, eſt approbata,& hæc eſt omnibus tanquam lex obſeruanda,quia omnes adſtringit.c.Eccleſiarum diſt.11.& c. quis neſciat eadem diſt. & gloſ.ver.quod vero in.§,quod vero diſt. 11. de ſpecialis vero , ſeù particularis eſt illa,quæ conſenſu hominum vnius loci eſt approbata,& homines illius loci aſtringit, & in eodem loco habet vim legis.d.c. Catholica,& gloſ.verb.quod vero in.§. quod vero diſt.11. & c. omnia diſt.12.& c.cum devxore.§.vtrum,& c.certificari de ſepult. & c ſuper eo. de cog.ſpiritual.

12 Cõſuetudo vicinarum ciuitatum eſt obſeruanda in officijs nouiter creatis, & cõ-

ceſsis

Digitized by Google

ceſsis in illo, quod ius nihil diſponit. c.cũ olim vbi Abb.n.7.de cõſuet.& c.Eccleſijs, & c.ſopitæ, & c.ſuper eo.de cenſ.vbi gl.fin. & c.cum Eccleſia vlterana.de elect.& c.ſuper eo.de cogn.ſpiritual.

13 Conſuetudo laudabilis, non eſt mutanda, ſed potius obſeruanda.c.ad Apoſtolicam vbi Abb.nũ.3. deſim.& c.cum in tua. vbi Doct.de cõſuet.lib.6.conſuetudo tamẽ praua, & quæ inducit ad peccandũ, nõ eſt obſeruanda, nec poteſt dici.cõſuetudo, ſed corruptela.c.ex parte.& c.fin.de cõſuet.& c.Iacobus.deſim.& c.mala, & c.qui contẽptu, & c.conſuetudo.8.diſt.& c.1.vbi Doct. de conſuet.lib.6.

14 Conſuetudo, quæ lædit Eccleſiam, & illi infert grauamen, non poteſt perſiſtere, ſed radicitus eſt extirpanda.c.1.de conſuet.& c.mala.8.diſt.& c.omnia.12.diſt.Abb.in c.1.n.1.& c.cum venerabilis. de conſuetud. nec conſuetudo laicorum poteſt clericas conſtringere.vt tenet Bart.in l.de quibus. n.30.Iaſ.n.11.ff.deleg. Cin.in l.2.ad fin.C. quæ ſit longa conſuet.Abb. & omnes in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſt.Dominic. in c.1.de iur.iur.lib.6.Ant.de Butr.in Rubric.n.3.& n.12.de conſuet.

15 Conſuetudo non poteſt operarari, vt nõ obſeruentur interdicti ſentẽtiæ, & neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ corrumpatur, & illi non obediatur. c.cum inter vaſ.de cõſuet. & c.cum non liceat depræſcript.& c. cum Abbatibus.18.q.2.

16 Nec poteſt operari, vt dictum populi in cauſis Eccleſiaſticis habeatur pro ſententia, nec quod ſententia à nõ ſuo iudice lata valeat.c.ad noſtrã.vbi Abb.n.2.de conſuet. & c.in primis 2. q.1. nec poteſt operari, vt ſimplex ſacerdos exerceat illa, quæ ſunt anexa, & reſeruata ordini Epiſcopali. c. quanto.vbi Abb.nu.2.de conſuet.& c.quĩnis 68.diſt.& c.manus.de cõſecrat.diſt.5.

17 Conſuetudo poteſt facere, vt electio pertineat inſolidum ad capitulum, & è contrario poteſt etiam facere, vt inſolidũ pertineat ad Epiſcopum.c.cum Eccleſia vulterana.vbi Abb.n.2. de elect.& c.ea naſcitur. de his quæ fiunt à prælat.

18 Conſuetudo poteſt introducere, vt poſſeſsio transferatur ſine poſſeſsione corporali, ſed per aliquem actum artificioſum. c.ex litteris.vbi Abb num.3.de conſuet.& Leo.in tract.nou.oper.cap.1.n.26.

19 Conſuetudo non derogat iuri naturali, aut diuino, c.fin.vbi Abb.n.9.de conſuet. gloſſ.1.in c.mas. diſt.1.præcipuè, quando derogatio illa inducit peccatum mortale, quia tunc potius dicitur corruptela, quam conſuetudo, & dicitur tunc conſuetudo cõſuetudo contra ius diuinum, quæ non valet.d.c.fin. vbi Ant.de Butr. Ioan Andr.& omnes de conſuet.gl.1.in prin.inſt.de iure natural.c.1.diſt.1. Main.in l.quoties.n.86. ff.de regul.iur.Syluan.conſi.10.n.39.Brun. conſil.43.nu.20. Roch.de Curt.in tract.de conſuet.n.78. Paris.conſil.68.n.193.lib.4. Alex.conſil.196. nu.13. lib.2. Sigiſmund. conſil.50. nu.52. Doen.regula 137.Girip. conſ.26.n.14.

Verbo Contractus.

1 Contractus eſt verborum conceptio, vel conſenſus, vltrò, citròq; obligatio, ſurgens ex partium pacto, & voluntate.gl. fin. in §.fin. inſt.de obligat.& l.labeo.2.§. contractum.ff.de verb.ſign. Iaſ.in l.beneficium.n.18.ff.de conſt.prin.Bart.in d.§ cõtractum.ff.de verb.ſign.ſumma Ang. verb. contractus.§.1.& regulatur ex materia ſuper qua celebratur. l.in ſulam vbi Doct.ff. depræſcript.verb. Abb.in c.conſtitutus.n. 23.de relig.Dom.Alex.in l.1. §.ſi quis ita. col.pen.ff.de verb.oblig. & in l.licet.C.de pact.Cam.deciſs.166.n.1.

2 Contractus quatuor modis celebratur, videlicet re, verbo, litteris, & conſenſu.§. fin.vbi Doct. inſt.de obligat. ſumma Ang. verb.contractus. §.1.quamuis diuerſæ ſint ſpecies contractus.vt eſt text.in l.Titia.§. fin. vbi Doct.ff.de verb.obligat.& Bart. in l.2.à n.2.ff.de reb.cred.

3 Quaſi contractus eſt obligatio, quæ non pro venit ex contractu, vel maleficio, vel quaſi, ſed ex quodam medio, ſicut quando quis agit negocia alterius, ſine eius mandato, aut exercet tutelam, ſiue eſt curator alterius, & in ſimilibus.§.1.vbi Doct.& per totum. inſt.de obligat.quæ ex quaſi contr. naſc.ſumma Ang.ver.contractus.§.2.

4 Contractus quidam dicuntur nominati, & quidam innominati, l.iuris gentium.vbi Doct.ff.depact.nominati namq; aliqui denominantur ab actu paciſcendi, ſeù cõueniendi, quidam ab actu exequendi, & qui denominantur ab actu paciſcendi, ſtatim facto pacto habent nomen, & pro ducunt actionem, vt emptio, venditio, locatio, cõductio, ſocietas, mandatum, & ſimilia, illi, vero, qui denominãtur ab actu exequendi,

Digitized by Google

non habent nomen niſi facta executione, ſicut ſunt contractus, qui re contrahũtur, vt depoſitum, cõmodatum, mutuum, & ſimilia. l. 1. §. fin. vbi Doct. & l. iuris gentium. in prin. vbi Bart. n. 2. ff. de pact.

5 Contractus in nominati reducuntur in quatuor ſpecies. 1. do, vt des. 2. do, vt facias, 3. facio, vt facias, 4. facio, vt des. & dicuntur contractus in nominati, quia nõ habẽt nomen proprium, poſſunt tamen contractibus nominatis conuenire, & ſequuntur naturã illorũ, quibus ſimilantur. l. naturalis. §. ſed ſi facio, vbi Bar. n. 2. ff. de præſcrip. verb. Iaſ. in l. cum mota. n. 24 C. de trãſact. & in iſtis contractibus innominatis, poteſt ille, qui pro ſua parte adimpleuit, agere cõtra aduerſariũ, vt adimpleat, quod promiſit, aut repetere, quod dedit, vel ad intereſſe. l. iuris gentium, ff. de pact. & l. naturalis, per totam ff. de præſcript. verb. Abb. in c. cum inter R. n. 11. de elect.

6 Cõtractus nominati, eò ipſo, quòd ſunt in eſſe producti, ſtatim pariunt actionem, innominati vero non pariunt actionẽ, niſi cauſa ſubſecuta. l. iuris gentium. vbi Bart. n. 2. Iaſ. n. 1. & omnes. ff. de pact. nec eſt locus pœnitentiæ in contractibus nominatis, in nominatis autẽ ſic, re integra. l. labeo ſcribit. ff. de cõtrah. empt. & l. ſi pecuniam. vbi Doct. & gloſſ. ver. ſed cum licet. ff. de cond. cau. dat. & l. ſicut. vbi Bald. C. de act. & obligat. & gl. in l. qui ea mente. ff. de furt. Iaſ. in l. cum mota. n. 8. C. de tranſact.

7 Contractus alij ſunt bonæ fidei, vt emptio, venditio, locatio, cõductio, negociorum geſtatio, mandatũ depoſitum, ſocietas, tutela, cõmodatum pignus, familiæ erciſcũdæ, cõmuni diuidundo, præſcriptis verbis, & quæ de æſtimato proponitur permutatio, & petitio hæreditatis, alij autem ſunt ſtricti iuris, vt ſtipulatio, mutuum arbitriũ & ſimilia, §. actionum. vbi Doct. de act. gl. verb. bonæ fidei in c. cum venerabilis, de except. ſumma Ang. ver contractus. §. 5.

8 Contrahere poteſt vnusquiſq; à principio, aut non contrahere ſed tamẽ poſt quã contraxit, in aliquo contractu nominato, non poteſt ab illa re ſelire, altero inuito. l. ſicut. vbi gloſſ. fin. & Doct. C. de obligat. & act. & l. in cõmodato. § ſicut. vbi Bart. n. 1. ff. cõmodat. & l. ſi mandauero. 22 §. ſicut. ff. mandat. & l. 1. §. 1. ff. naut. caup. & l. interdũ. §. ſenator. ff. de iud. & l. de contractu. C. de reſcin. l. vend. & l. quamuis. C. de tranſact. & l. non id circo, C. de contrahend. empt. Bald. in d. l. ſicut. C. de act. & obligat. Iaſ. in l. nec emere. n. 2. C. de iure delib.

9 In contractibus tamen innominatis, bene poteſt quis re integra pœnitere l. ſi pecuniam. vbi Bart. n. 6. Iaſ. n. 12. ff. de cond. cauſ. dat. & l. cuius in bonis. ff. de curat. fur. & dixi ſupra. §. 6.

10 Contrahens in generali pacto, quod in contractu fecit, renuncians omnibus caſibus, nõ videtur renunciare caſibus fortuitis. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. vbi Bart. & omnes. ff. ſi quis. caut. gl. in c. vnico. de cõmodat. vbi Abb. n. 18. Valaſ. de iure emph. q. 27. n. 34. quamuis non nulli teneant, hoc nõ habere locum, niſi in iudicijs, vt inquit Iaſ. in d. § quæſitum. n. 14. Alex. n. 12. Rub. n. 44. Oraſ. n. 3. & Mench. 2. tom. cõtrouerſ. lib. 3. c. 54. n 7. Pinel. in l. 2. p. 1. c. 3. n. 26. C. de reſcind. vend. Salicet. in l. 1. n. 10. & nu. 11. C. cõmod. & alij. ego tamen veriorem puto in omnibus contractibus non valere renunciationem generalẽ caſuum fortuitorum, quia ratio nõ permittit, vt quis decipiatur ſub in volucro verborum. l. cum Aquilina. ff. de tranſact. & Abb. in d. c. vnic. n. 18. de cõmod. Fulg. in d. § quæſitum. n. 11. ff. ſi quis caut. Gramat. conſil. 94. nu. 42. lib. 2. Boſſ. in tit. de remiſſ. merced. n. 67. & n. 68. Rip. in d. § quæſitum. à n 97. Fel. cõſi. 43. n. 9. Gig. dep. nſ. quæſt. 66. n. 4. Riminal. conſil. 154 lib. 2.

11 Si tamen cõtrahens alicui caſui fortuito renunciet ſpecialiter, valet renunciatio, de quibus in ſpecie renunciauerit, & ſi vltra illas, quibus in ſpecie renunciauit, renunciet omnibus alijs, valet renũciatio in omnibus caſibus fortuitis æqualibus, & minoribus, illis, quibus renunciauit ſpecialiter. vt tenet Bart. in d. §. quæſitũ, & Paul. Fulg. Rip. & alij. & clem. nõ poteſt. de procurat. & c. ſedes. vbi Doct. de reſcript. Paris. cõſi. 110. n. 97. lib. 1. Valaſ. de iure emph. q. 27. n. 34. verſ. quod ſi expreſsis. gl. 2. ad fin. in d. c. vnico de commod.

12 Contractus, ex partium voluntate, legẽ accipiunt. c. contractus de regul. iuris. lib 6 & l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de pact. & l. contractus. vbi Doct. ff. de regul. iur. Paul. de Caſt. in d. §. ſi conuenerit, & Dec. in l. impoſsibiliũ n. 6. ff. de regul. iur. Afflict. deciſs. 293. n. 3. vnde cõtractus magis celebratur volũtate cõtrahentium, quàm verbis, & ideo magis inſpicitur volũtas, quàm cõceptio verbor. l. fin. vbi Bal. C. quæres pign. oblig. nõ poſſ. prin. inſt. de obligat. ex conſens. gl. 1. in c. quanto

Digitized by Google

quanto.de priuil.& l.in conditionib. ff. de cond.& demonſt.Abb.in cõſil.43.n.4.p.1. vnde dicitur pactũ rumpit leges.contract. autẽ dat leges.l.contract. ff.de regu.iur.& gl.ver.cõtract.in c.cõtrac.de regu.iu.lib.6

13 Contractus vltimus præualet,ſi vltimus contractus fuerit vtilis.l.pacta nouiſsima. vbi Bart.n.1.& omnes C.depact & c.1.vbi Doct.de tranſact.Iaſ.in l.clariori.n.1.C.de fid.cõmiſſ.niſi contractus primus ſit derogatorius vltimo, vbi contrahentes pœnitere non poſſunt, vt tenet Bart.& omnes. in d.l.pacta nouiſsima.C.depact.

14 Cõtractus vbi quis obligatur ad plus,vel minus,quàm illud,quod de iure obligatus erat,valet,quãuis hoc videatur contrà naturã contractus,qui ex cõuentione partiũ legẽ accipit.l. paciſci.& ibi Bart.ff.depact. & l.1.§.ſi cõuenerit,& §.ſæpè. vbi Doct.ff. depoſit.& l.contractus.vbi Dec.n.41.ff.de regul iur.& c.cõtractus. de regu.iur.lib.6. obligatio tamen,quæ re cõtrahitur,nõ poteſt in plus contrahi, quàm datum fuit, in minus verò ſic.l.tibi.vbi Doct ff.depact.& l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.& l.cum vltra.C.de non num.pec.

15 Contractus poteſt celebrari,vſq; ad extremũ vitæ ſpiritum ſi alicuius contrahentiũ mẽs,&memoria,nõ deficiat.l.ſeia.§.cũ pater. vbi Doct.ff.de donat.cau.mort.Bal. in c.quoniã frequenter.inprin.col.5.vt lit. non cõteſt.Iaſ.in l.quoniã.n.4.c.deteſtam. & contrahens nõ tantũ ſibi cenſetur prouidere in contractu,ſed etiã hæredi ſuo.l.ſi pactũ.vbi gl.fin.ff.deprobat.& l.2.vbi Bal. C.de contrahend. & cõmitt. ſtipul.& in l. 1.n.1.ff.depact.Curt.Iun.in auth.res.quæ. n.24.C.cõia.deleg.Pinel in l.2.n.11.& 12. C.debon.mater.Tiraq.2 retract.§.gl.6.n.1.

16 Contractus etiã in teſtamento fieri poteſt & irrito teſtamento, non irritatur cõtractus,ſi ponatur,quòd iure cõtractus valeat gl.fin.in l. hæredes palam.vbi ſequũt. Ang.& Paul.de Caſtr.ff deteſtam.& gl.ver. manu mittit.vbi Iaſ. in prin.inſt. quib.ex cauſ.manumitt.non licet Alb.in l.hac conſultiſsima. in fin prin. C.de teſtam.Anch. & Imol.in Rubr.ff.deteſt.Bald.Salic.Iaſ.& alij in l.cũ antiquitas.C.deteſtam.Rip.in l. nemo.à n.34.ff.deleg.1.& Bart.in l.cũ quis decedens.§.codicillis.n.3.ff.deleg.3.Marc. Ant.in prin.à n.56.inſt.deteſtam.Gam.deciſ.339.n.1.ſi tũ non apponatur illa clauſula,quod valeat iure contractus,& nõ iure teſtamenti, poteſt reuocari à teſtatore, & etiã irrito teſtamento,irritatur cõtractus, quia tunc ſequitur naturã teſtamenti,& nõ naturã cõtractus.l.1.§.ſi quis ſubcõditione vbi Doct.ff.vt legat,ſeù fid.cõmiſ.nom.cau. Bar.in d.l.cũ quis decedẽs.§.codicillis. ff. deleg.3.& Iaſ.in l.nemo poteſt.n.22.lect.1 ff.deleg.1.

17 Contractus eſt obſeruandus ſecundum formã,& ſubſtantiã ipſius contractus, nec poteſt aliquis eorũ contrahentiũ vltrà formã contractus aliquid agere. l.is,qui duo, vbi Doct.ff.de ſeruit.ruſt.præd.ſẽper enim ſubſtantialia contractus ſunt attendenda.l. non vnde.vbi Bald. C.ſi cert. pet. & c.illo vas. vbi gl.ver.ex forma.& Doct. de pign. illud tamen, quod venit ex natura contractus,habetur pro cauto in illo,licet nõ declaretur,& illud,quod non venit ex natura contractus, habetur pro omiſſo,ſi nõ expecificetur, niſi ex præcedentibus verbis contrahentiũ appareat,quòd vellint,vt veniat in contractũ,l.cũ quid.vbi gl.ver.pro cauto,& Doct.ff.de reb.cred.& l.triticum. vbi Bart.n.1.& Iaſ.nu.2. & l.ita ſtipulatus. verſ.quod ſi ab initio.& l.Titia §.idẽ reſpondit plerumq;.ff.de verb.obligat.&gl.in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regul.iur. quoniã in cõtractibus plenior fit interpretatio.c.cum dilecti.vbi Doct.de donat.

18 Contractus bonæ fidei initus per dolũ, non tenet ipſo iure, ſi dolus dedit cauſam contractus, puta.dolo me induxiſti ad tibi vendendã,vel locandã rem meã,quam ego non erã venditurus,vel locaturus,ſi tu me non deciperes,tunc enim contractus ipſo iure non tenet, ſi autẽ ego erã venditurus ſeruũ meum , ſeù locaturus, ſed dolo tuo pro minore emiſti , vel locaſti, tenet tunc contractus,quia tunc dolus non dedit cauſam contractus, agam tũ ad ſupplementũ, reſidui.c.dilecti.vbi gl. ver.deceptione.de empt.& vend.& l.& elegiter.vbi Bart.ff.de dol.& l.Iulian.§.ſi vẽditor.ff.de act.empt. & l.in contractib.C.quib.ex cau.maior.& l.qui non dũ.C.de hęred.vel act.vend.&l. ſi dolo.C.de reſcind.vẽd. & l.ſi mulier.§.ſi doſ.vbi Bart.ff.quod met.cauſ.& l.3.C.cõmunia.veriusq; iud.gloſ.ver.dolum in c.2. de arb.& Iaſ.in l.cum fund⁹.n.3.ff.de reb. cred. &ſi in pretio tantum interuenit dolus,& nõ in infirmitate vel vitio ſerui, ſeù alicuius rei, tunc non datur actio in foro iudiciali, niſi quando deceptio in pretio, fuerit vltra dimidium iuſti pretij.l.2.&ibi Bar.Bald.Paul.Salicet. Pinel. & omnes.C.

de reſcind. vend. c.cum cauſam.vbi Doct.
de empt.& vend.gl.ver.deceptione in c.cũ
dilecti eodem titulo, imò licitum eſt con-
trahentibus in foro indiciali ſe ad inuicem
decipere in valore rei,intrà dimidium iu-
ſti pretij licet in foro conſciẽtiæ nõ liceat
l. cum cauſæ.2. §. idem Pomponius.ff.de
minorib.& l.ſi hæres.1. ff. ad leg.falc. & l.
item in pretio. § fin.ff.locat.& l.ſi volun-
tatem C.de reſcind.vend.& c.cum dilecti
& c.ad noſtram de empt.& vend.gloſ.ver.
deceptionis.in c.cum cauſa.de teſtib.& gl.
verb.compareant. in c.in ciuitate.de vſur.
Iaſ.in §.ſed iſtæ quidem.n.104.inſt.de act.
& in l.ſi quis cum aliter.nu.17. ff.de verb.
obligat.Tiraq. in leg. cõnub.l.9.nu.8.Fel.
in d.C.cum cauſa. n.2.deteſt.ſi tamen ille,
qui paſſus eſt dolum voluerit ſtare contra-
ctus, cui dolus dedit cauſam, non poteſt
alius recedere.l.tranſactione finita.vbi Do
ctor.C.de tranſact.& glo.ver.dolo malo in
l. iuris gentium. §.ait prætor vbi Iaſ.n.25.
ff. depact.& gl.ver. nulla in l.& eleganter.
ff. de dolo.

19 Contractus tamen in ſpiritualibus te-
net,quamuis dolus dediſſet cauſam contra
ctus, quoniam non videtur deceptus, qui
meliorem partem elegit. c.conſtituiſti.20.
quæſt.3.& c.exparte 14. de conuerſ.con-
iugat.& gl.ver.ad fatuitatem in c.dilectus.
de his,quæ met ve cauſ.fiunt.&gl.ver.ſpes.
in c.dudum.de conuerſ coniug.

20 Contractus tamen valet, & tenet etiam
ſi dolus dediſſet cauſam contractus, ſi fuit
dolus tertij. gl.ver.æquum eſt.in l.bonam
fidem. C.de obligat.& act. & gl.ver.dece-
ptione in c.cum dilecti. de empt.& vend.
Bart.in l.& eleganter. nu.3. ff.de dolo,niſi
ille tertius reputetur idem, ſicut eſt tutor,
curator, geſtor negocεorum, & ſimilis. l.
ſed & ex dolo.ff.de dol.& l.ædiles.in prin.
ff.ædil.edict.& gl.verb. ſi in hoc ipſo.in l.
& eleganter. vbi Bart.n.3.ff.de dolo.datur
tamen actio doli contra tertium illum, qui
dedit dolum.l.& eleganter.§.1.vbi Doct.ff.
de dolo.gl.ver. deceptione.in d.c.cum di-
lecti,de empt.& vend.

21 Contractus vero ſtricti iuris celebratus
per dolum,ſeù metũ,qui dedit cauſam cõ-
tractus tenet ipſo iure,ſed reſcinditur ope
exceptionis.l.ſi aliquis cum aliter.vbi Bar.
n.3.Iaſ n.4 ff.de verb.obligat.& l.dolo.vbi
Bald.& Salicet C.de inutil.ſtipul.& l.metũ
autem præſentẽ.§.ſed quod prętor.ff.quod
met,cauſ.& l.& eleganter,in prin.ff.de do-
lo.gl.ver. deceptione in c.cum dilecti. vbi
Abb.nu.6.de empt.& vend. Bart.in d.l.&
eleganter.n.4.

22 Contractus ſi nõ valet,nec pœna in ipſo
appoſita valet,quando contractus eſt con-
tra ius. ſi enim cõtractus ſit præter ius,be-
ne tenet pœnæ appoſitio.c.2.vbi gloſ.2.&
Abb.n.4.depræcar.& c.dilecti filij,& c.per
tuas.de arb.& l.non dubium. C.deleg.& l.
1.C.de cond. obturpem.cauſ.& gl.ver.Fa-
uiana.in l.ſi patronus.§.1.ff.ſi quid infraud.
patron.& Bald.in l.ſi diuerſa.C.de trãſact.
& glo.fin.in c.ſignificantibus.vbi Doct.de
offi.iud.deleg.Card.in c.cũ olim. de præſ-
cript. Alex.conſil.22.incipit.viſo inſtru-
mento.vindicatus.col.1.libr.1.Iaſ.in l.ſub
prætextu.1.nu.13. C.de tranſact.Bald.in l.
ex teſtamento. C.defid.cõmiſſ.

23 Contractus celebratus cũ filio familias,
aut cum ſeruo tenet, & obligat patrem, &
dominum, ſi filius familias,aut ſeruus ha-
beat liberam peculij adminiſtrationẽ, aut
iuſſu patris,ſeù domini iniuit contractum.
l.ſi ex cõtractu,vbi Doct. & l.ſi liberam.C.
quod cum eo. & l.1. & l. dñm, & l.ſi iuſſu.
vbi notant omnes.ff.quod iuſſu.aliter vero
ſiue iuſſu patris,ſeù domini rẽ illius obli-
gare non poteſt.

24 Contractus initus, ab vxore,ſine licẽtia
viri,ſeù authoritate illius, regulatiter non
valet,vt tenet Palat.Rub.in Rubr.§.68.n.6.
de donat.inter.vir.& vx.Cou.r.in Epitom.
4 lib.p.2.c.7. §.1. n.1.Doen.regul.151.de
quo vide Soar.in l.13.tit. de las deudas.&
Tiraquel.in leg.Conub.gl.2.à n.2.

25 Contractus calore iracũdiæ celebratus,
non valet,niſi poſtea cõtrahens in illo per-
ſeueret,& ita in quocumq; facto calore ira
cundiæ inito l. quidquid calore, vbi Bart.
Dec.ff.de regul.iur.& c.ſi quis irat⁹.2.q.3.
& l.diuortium.ff.de diuort.& l.2.C.de reb.
cred.& l.ſi filiam.& Iaſ.ibi n.4.C.de in of-
fic.teſtam.& l.licitatio. vbi Doct. ff.de pu-
blic.& vect.& glo.ver. calore.in c.dudum.
vbi Abb.n.8.de conuerſ. coniugat,niſi fiat
ad pias cauſas,quia tunc valebit,etiam ca-
lore iracundiæ, ſit celebratus, attamen ſi
tantus ſit calor iracundiæ, vt ille contra-
hens penitus in mentis alienationem in-
currat, nec etiam ad pias cauſas valebit, ſi
poſtea illum non approbauerit.c.ſunt qui
opes. 17.quæſt.4.gl.ver.calore. in d.c.du-
dum. vbi Abb.n.8.de conuerſ.coniug.Iaſ.
in d.l.ſi filiam n.6.Dec.in d.l.quidquid ca-
lore.n.1.ff.de regul.iur.

Contra-

Digitized by Google

25 Contractus celebratus cum excõmunicato valet,cum contractus dependeat à ſolo conſenſu contrahentium,& fere omnes contractus ſint de iure gentium, & per ius poſitiuum,non ſit prohibitum contrarium imò eſt conceſſum , vt poſt abſolutionem poſsint ſuam, ſuorumq; iniuriã proſequi, & ita poſt abſolutionem poterunt excõmunicati obligari pro contractu. c Felicis.§. cum autem de pœn.lib.6.Abb.in c.veritatis.nu.35.de dol.& contum.& in c.ſi vere. n.8. de ſent.excõm.Cou.ru.in c.alma mater.1.p.§.1.n.10.& etiã valẽt act⁹ extraiudiciales.qui àpriuata perſona procedunt. & non prohibentur perſonæ excõmunic.

27 Contractus initus cum principe,ſeù rege , valet tanquam cum perſona priuata, inter quaſcumq; perſonas,nec ab illo reuocari poteſt.c.1.vbi Doct.de probat.& l. Cæſar.vbi Bart.ff.de publ.& vect.l.donationes.vbi Doct.C.de donat.inter.vir.& vxor. Bald.in titul.de pace conſt. §.ſi quis vero. Iaſ.in l.quotiens.nu.6.C.de rei.vind.Dec. conſil.1.86.Valaſ.conſult.132.n.6.

28 Contractus inter incarceratum,& eum, qui illum incarcerem detrudit , & detrudi fecit , non valet , tanquàm per metum , & violentiam factus, inter alias perſonas,tamen bene valet.l.qui incarcerem.vbi gloſ. verb.quidquid. & Doct. & l. metum. §.ſed licet.ff.quod met. cauſ.& dixi ſupra verb. carcer.§.13.

Verbo Creditor.

1 CReditor,non tenetur ante tempus cõditionis,recipere debitum, ſi tempus adijcitur gratia creditoris, aut creditores, & debitoris, aut quando curſu tẽporis res debita apud creditorẽ deteriorari poteſt, ſicut eſt vinum, aut frumentum,quod curſu temporis deteriorari poteſt. l. qui Romæ. vbi Doct.& gloſſ.verb.obtulerit. ff.de verb. obligat.& l.ſi ita relictum. §.Pagaſus.ff.deleg.2.& Bald. poſt alias. in l.plures apochis.C.defid.inſtr.& Dec.in l.cum tẽpus.n.5.ff.de regul.iur.

2 Creditor non poteſt obligare ſuum debitorem abſolutionem ante tempus adiectum, imò debet tota dies termini præterire, antequàm debitorem conueniat,quia tota dies includitur in termino. §. omnis ſtipulatio.inſt.de verb.obligat.& §.hoc anno. inſt. de in vtil.ſtipulat. imo creditor petens debitum, à ſuo debitore, ante tempus adiectum. incurrit in pœnam, vt tempus debitori dupliceтur. niſi ante litis cõteſtationẽ à petitione illa deſiſtat, c.vnico vbi gl.1.& Ant.de But.Innocẽ.Hoſt.Ioan. And.Abb.& omnes. de plus petitionib. & l.vnica. vbi Doct. C.eodem tit.ſi tamen ſit obligatus ad diem,dicam infrà verb. debitor. §.2.

3 Creditor tamẽ,qui pecuniam, mutuam dedit, ſeù aliud commodauit, non adiecto tempore ſolutionis,poteſt ſtatim illam pecuniam petere, ſeù rem, quæ conſiſtit , in pondere,& menſura gl. fin. in l.ſi pœnam, & Ang. ff. de verborum obligat. ſed contrarium eſt verius, imo,qui pecuniam dedit mutuam,ſine terminoſo ſutionis , non poteſt ſtatim repetere. ſed quando diu debitor non ſoluerit , quòd eſt relinquendũ in arbitrio iudicis,vt tenet Bart.Imol.Cuma. Alexã. Iaſ.& communis. in d.l.ſi pœnam.ff.de verb.obligat. Iaſ. in l.ſi fundum perfidei cõmiſſum.n.10.ff.deleg.1.Abb.in c.fin.n.11.depræcar.& dicam infra ver.debitor.§.9.

4 Creditor,qui comodauit pecuniam pluribus ſimul, vtroq; ſe inſolidum obliganti poteſt totam ſummam petere à quocumq; illorum , ſi aliquis fiat non ſoluendo,aut ſit abſens.aliter vero tenetur vnuſquiſq; pro parte ſua. l. eo quòd, & l. ſi in rem. C. ſi cert. pet. & authentica hoc ita.vbi Doctor.C.de duob.reis. & authent. de duob.reis promitt.coll.7.& quando aliquis ſit non ſoluendo,aut eſt abſens,poteſt pro parte debiti illius obligari vnus pro alio. quia in hoc vnus debitor ſit alterius fideiuſſor. l.reus promittendi , vbi gloſſ. verb. qui fideiuſſor. ff.de duob.reis conſt. ſi tamen debitores ſe obligauerint vnus pro altero inſolidum , & renunciauerint beneficio legis,authent. præſente, c.defid. iuſſor.aut in noſtra Luſitania conſtituant ſe fideiuſſores,& principales ſolutores ſeù principales tantum ſolutores, tunc vnuſquiſq; inſolidum tenetur , quamuis alius ſit ſoluendus,aut ſit præſens,& poteſt creditor cõuenire quemcumq; illorum. Abb. in c.2.nũm.6.defid.iuſſor. & Doctor.in d. authentic. præſente. ord. libr.4. titul. 59. §. 3.

5 Creditores plures,ſimùl mutuam pecuniam dantes, poſſunt omnes pecuniam illam petere à debitore,aut quicumq; eorũ, poteſt petere totum debitum, ſi ſe conſti-

tenerunt reos credendi inſolidum, aliter enim non poteſt quis eorũ petere, niſi partem ſuam, l.cum te in Gallia vbi Bart.Bal. Salicet.& omnes.C.ſi cert.pet.& l.reos.vbi Doct.ff.de duob. reis conſt.& tunc melior eſt conditio præoccupantis, & poſt vnus alteri nocere in deferendo debitori iuramentum deciſorium.l.in duobus reis. vbi Bart.& omnes.ff.de iure iur.& l.ſi duo.rei. vbi Doct.ff.ſi quis caut.

6 Credens pecuniam alienam, vinum, frumentum, vel oleum, tanquàm procurator, vel inſtitutor alicuius domini, poſt mortẽ illius non tranſit dominium incommodatarium accipientem quamuis ignoraret dominum eſſe mortuum, nec valet aliqua ſtipulatio facta ab ipſo procuratore, ſeu inſtitutore, nomine domini mortui. l. eius, qui §.quas verò, vbi Doct.ff.de reb.cred.

7 Creditor, qui propter ſtatutum non poteſt certam ſummam debiti probare per teſtes. ſicut eſt in noſtra Luſitania, per ord. lib.3.tit.59.in prin.nec etiam poteſt ſummam illam diuidere, vt petat dimidiũ.pro vna vice, & alteram dimidiam, pro altera, ſed totum debitum ſimul petere tenetur, facit text. in l.cum quædam puella.§. fin. vbi Doct.ff.de iuriſd.omnium iud.& tenet Bart.in l.incommodato.§.duabus.ff.commod.& in l. non eſt nouum.nu.3. ff.de act. empt.& Bald.in l.1.ff.de acquir.hæred.Iaſ. l.quidã æſtimauerũt.n.7. ff.de reb.cred. & hoc fit ne lex fraudetur, quia nec directè, nec indirectè lex fraudari debet.c.conſtit. de conceſſ.præb.& l.ſi quis patrẽ familias, §.is autem.ff.ad ſenat.conſult Maced.ord. d.tit.59. §.24. hoc tamen eſt intelligendũ, quando ſumma maior debetur ex vna cauſa, & vna ſimùl obligatione, licet cõtineat ſub ſe plures ſpecies. l.ſi quis ſeparatim.ff. de appellat.& l.ſi plures. §.pen. & vlt.ff.de pact.aliter ſi ex diuerſis actionibus, & obligationibus maior ſumma petatur, licet in eodem libello, commulentur contra vnũ plures ſummæ, ex diuerſis actionibus. l. ſi idem. vbi Doct. ff. de iuriſd.omnium iud. poteſt tamen minor ſumma peti. l.pen. §. fin.vbi Doct.ff eodem.

8 Creditor non poteſt delegare debitum in vito debitore, licet conſentiente poſsit, quamuis poſsit in vito debitore debitum vendere, aut donare. l.1.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C.de nouat.& delegat.& l. 2.vbi Doct.C de donat.

9 Creditor non agit contra legatarios in actione perſonali, quãuis bene poſsit agere in hypothecaria, & reali actione. l. pro hæreditarijs.1.vbi Doct.& l.creditores.vbi etiam notant ſcribentes.C.de hæred.act.

10 Creditor qui exigit rem ſemel ex actam non dicitur bonam fidem habere c. bonã fidem.vbi Doct. de regl.iur. lib.6.& l.bona fides.57. vbi Dec. n.3.ff.de regl.iur.Alexã. conſil.113.col.2. lib.5.& per noſtram.ord. reg. libr.3.titul.36. qui petit à ſuo debitore, illud debitum. quod iam ſibi fuit ſolutum, aut partem debiti iam ſolutam, & ante litis conteſtationem non diſiſtat à petitione debet condemnari, vt ſoluat in duplum debitori, illud, quod ſolutum fuerat, cum expenſis etiam in duplum, quas ſemper in duplum ſoluet, quamuis ante litis conteſtationem diſiſtat.quæ ord.vtroq; foro approbari debet. quia iuuatur per text.in c.vnico de plus.pet.

12 Creditor poſt ſolutionem ſibi factam tenetur reddere inſtrumentum debiti ſuo debitori, & debitor liberatus illud cõdicere poteſt conditione ex lege, ſi inſtrumentum erat debitoris.l.fin.vbi Doct.C.ad exhibend.& l.diſſolutæ.vbi Bart. Bald.Salic. & omnes.C.de cõd.ex leg.ſi autem inſtrumentum erat creditoris, poteſt debitor liberatus illud petere conditione ſine cauſa. l.fin.C.de ſolut.& l.plures. vbi Doct. C.de fid.inſtr. & l.qui tutelas. ff.de furt. Bart.in d.l.diſſolutatæ.

13 Creditor non cogitur in vitus recipere aliud pro alio, niſi aliqua iuſta cauſa interueniat.l.2.§. 1.vbi Doct.ff.de reb.cred.& l.ſi ſe non obtulit, §. ait prætor. ff.de reiud. & l.cum à quo.C.de ſolut.& l.manifeſti.eodem, tit.& l.fidei commiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de leg.3.& l.promiſſor.§.fin.ff.de cõſi.pecun. & l.item liberator. §.qui paratus. ff. quib. mod. pign.vel hypot.ſoluit. Ruin.conſil. 65.n.10.lib.2. Tiraquel.in tract. de vtroq; retract. in titul. de retract. Genagier. §.1. glo.20.n.13.Mantua.lib.6.obſeruat.obſeruat.59. Socin. Iun.conſil.85. n.7.& conſil. 147.n.8. lib.1. plat. in §.1.n.3. inſt.quib. mod.toll.obligat. Doen. regla. 159. & hæc regula procedit tam in debito generis, quã in debito quantitatis, vt tenet.Bart. Bald. Alb.Salic.Iaſ.& omnes.in d.l.2.d.§.1.ff.de reb.cred.fallit tamẽ regula hæc multis caſibus.primo.ex cauſa neceſsitatis, vt tenet. Bar.Iaſ.& alij in d.l.2.d.§.1.ff.de reb.cred. 2.in legatario, vel fidei commiſſario, cui eſt relicta certa quota hæreditatis abſolutè

& eſt

Digitized by Google

& eſt ibi incommoda diuiſio, tũc propter incommodam illam diuiſionem permittitur ſoluere æſtimationem. l.non amplius. §.fin. vbi Doct.ff.deleg.1.& gl.ver.cõpenſatione.in l.1.ff.ſi pars hæred.pet.3.quando eſt dura ſeparatio propter rationem ſanguinis.l.ſi do mas.§.qui cõfitetur. ff.deleg.1.facit tex.in l.poſſeſſionum.C.communia vtriuſq; iud.4.quando quis eſt debitor nõ ſimpliciter reſpectu qualitatis,ſed reſpectu certæ ſpeciei,quia tunc poteſt in vito creditore ſoluere illam ſpeciem.l.ſi vero.§. fin.vbi Bart.ff.ſolut.matr.& l.ſi fundum.per fidei cõmiſſum. in prin. ff.deleg.1.Lud. Rom. in l.rogaſti ad fin. ff. de reb. cred.5.fallit in contractu innominato quãuis enim regula ſit, quod non poſsit ſolui aliud pro alio in vito creditore, intelligitur in contractibus nominatis,quoniam in cõtractibus innominatis,ſemper liberatur debitor ſoluendo intereſſe,& ſic poteſt ſoluere aliud pro alio in vito creditore.l.naturalis.§.1.ff.depræſcript. verb.& l.1.ff.de rerum permut.Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur.à nu.12. ff.de verb. obligat.6.fallit in his, qui ſunt obligati ſoluere tributum fiſco,vel alijs,quoniam ſi ſunt obligati ad rem, poſſunt ſoluere æſtimationẽ, l.1.C.de argen. precio.libr.10.vbi notant Doct.& Alb.in d.l.2.d.§.1.ff. de reb.cred. Lud.Rom.in l.cum quid. ff.eodem.& in l. diuortio.§. ob donationes.ff.ſolut.matr.7.fallit in cauſis. legis.in l.fundi æbutiani,ff. de vſu fruct.leg.vbi notat. Bart.& Bald.in l.1. §.excepto. C.de cad.toll.Alb.& Iaſ. in d.l.2.d.§.1.ff.de reb. cred.8.fallit in illo, qui conſtituit ſeruitutem in aliquo loco fundi, quia poteſt illam variare, & in alio loco fundi conſtituere in vito creditore, ſine eius tamen incommodo, l. 2. §. ſed ſi non minus.ff.de relig.& ſumpt.funer.gloſ. ver.non liceret. in l.ſi cui ſimpliciter.ff.de ſeruit. fulg. in l.inter ſeruitutes.ff.de ſeruit.vrb.præd.Rom.& Iaſ.in l.1.§.fin.nu.8. ff.de noui op.cæp.de ſeruit.vrb.præd.c.23. n.3. in fin.& de ſeruit.ruſt. præd.c.7.nu.7. & Leo.de noui op.nunciat.c.3.n.3.9.fallit in liberis tempore diuiſionis bonorũ paternorum,ſi tunc aliqui frater ſcholaris habeat libros, quas tenetur afferre in collationem,ſufficit dare æſtimationem,in vitis alijs fratibus, & ita in alia quacumq; re. glo.in l.nepos proculo.ff.de verb.ſign.Bal. in l.& quia.ff.ad ſenat.conſ.Maced.Salice. in l.filiæ cuius. C.famil.erc.& l.1.§.iubet. verſ. ſed ſi tantum forte. ff.de collat. bon. Lud.Rom.& Iaſ.in d.l.2.§.1.ff.de reb.cred. 10. fallit in pignoribus, quoniã ſi debitor promiſit dare vnum pignus,ſatisfacit dando aliud æquiuallens,in vito creditore. gl. in l.ſi Titio.ff.de pign.Ang.& Iaſ.in d. l.2. d.§. 1.ff. de reb.cred. attamen Lud. Rom. ibi tenet contrarium ego exiſtimo, quòd benedicat Lud. 11.fallit in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij,quia tunc poteſt hæres ſoluere legarijs, rem pro pecunia, etiam non ſubſiſtẽte neceſsitate.l.fin.§.&ſi præfecta verſ.ſed ſi legatarij, vbi Bart.& Paul.de Caſt. C.de iure delib.12. fallit in caſibus, in quibus, debitor nõ tenetur præciſe ad dandam rẽ, ſed pro ea dabit intereſſe,vt notat Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur,à n.12.ff.de verb. obligat.& in l.1. C.de ſent. quæ pro eo, quod intere.13. fallit quando creditor ex repignerata fruct⁹ percepiſſet,& eos cõſeruaſſet,& vellet reſtituere debitori,& habere pecuniam ſuam,non auditur imo fructus computat in ſortem, & ſic aliud pro alio cogitur habere,vt tenet Ang.in §.hoc etiam col.2.in auth.de alien.& emph.coll. 9.verius tamen eſt,vt ſi fructus expignore exiſtant, illas reſtituat, ſi vero conſumpti fuerint,reſtituatur æſtimatio,vt tenet Bar. in l.diuortio.§.ob donationes.à n.3.& alij, ff ſolut.matr.Bald.in c.cum ſuper.de ſent. & reiud.14.fallit, quando mandaui alicui, vt mihi emeret fundum,& ille emit nomine meo,& de pecunia ſuà ſoluit pretium, & ſtetit longo tẽpore,& nihil dixit,& præcepit fructus illius fundi,debet tunc fructus computare in ſortem, & ſic recipit aliud pro alio,vt tenet Bald.in Rubr. C.de contrah. empt. Iaſ. in d.l.2. §.1. ff.de reb. cred.15.fallit.quando teſtator reliquit fratribus.10. cadas vini quolibet anno,& hæres velit ex bonis teſtatoris dare vnam vineam dictis fratribus,ex qua percipiant dictum vinum,& eis relinquere curam dictæ vineæ,poteſt hoc facere in vitis dictis fratribus, fauore exercentis munificentiam, vt tenet Bald.in l.ſi quis argentum. in fin. prin.C.de donat.& 16.fallit in hærede grauato per fidei commiſſum. de reſtituendo hæreditatem,quoniam ſi aliquas res hæreditarias alienauit,eas ſibi in vito cõputant in quartam.vt tenet Ang.& Imol.in l.Marcellus, §.res quæ.ff.ad treb.17.fallit.ſi domus locata ſi euicta,ſine dolo,& culpa locatoris, & locator velit dare aliam æque

Digitized by Google

Idoneum habitationem,cogitur enim tũc conductor illam accipere, l. ſi quis domũ. in prin.vbi gl.& Doct.ff.locat.& has fallẽtias omnes ponit Iaſ.in d.l.2. d.§.1. nu.8. ff. de reb.cred.

15 Creditor,qui tempore debito,noluit recipere debitum. puta vinum,frumentum, aut oleum , tenetur diminuere æſtimationem,& illud,quod minoris valebat tẽpore illo,quo debitum accepit,ſicut enim debitor moroſus tenetur.ita creditor.l.vinum. vbi Iaſ.nu.8. ff. de reb. cred. & l. datio.§.ſi per venditorum. ff.de act. empt.Bald.in l. acceptam.C.de vſur.Alex.in l.ſemel mora. ff.ſolut.matr.pet.debella pert.& Cin.in l. in minorum.c.in quib.cau.in integ.reſt.

16 Creditor tenetur recipere partem debiti confeſſatam,à debitore,& pro alia negata litigare, vſq; ad veritatem perveniatur, & cauſa illuminetur. l.quidam.21.vbi gloſſ.ver.ad accipiendum.ff.de reb.cred.& l.fin.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſol.& l. cum hæres.§.item ſi decem. ff. de ſtat.lib. & Iaſ.in d.l. quidam.nu 5.ff.de reb.cred. ſi tamen creditor haberet probationem per inſtrumentum in promptu paratam , non cogeretur recipere partem debiti confeſſatam,ſine alia ſumma,ſed in breui ad omne debitum admitteretur.vt tenet Iaſ.poſt Bald.& alias.in d.l. quidam.nu.5.ff.de reb. creb. quia particularis ſolutio nõ minima incommoda afferre ſolet.l.cum hi.§.cauſæ. ff.de tranſact. & l. plane.ff. familiercíſc. & l. poteſt.ff.deleg.1.& l. tutor.§. Lucius.ff. de vſur.vnde creditor partem debiti regulariter accipere non cogitur.d.l.quidã.vbi Doctor.ff.de reb.cred. & l.acceptam. C.de vſur.& gl.ver.obtulerit in l. qui Romæ.ff. de verb.obligat. Doen.regula.158.Bellon. conſil.44.n.2.

17 Creditor confitens , quòd ſibi debeatur minor ſumma, quàm illa , quà in veritate ſibi debetur,facit ſibi præiudicium, quãdo ponit taxatiuam dictionem.vt tenet Bart. Bald. Iaſ.& alij in l.ſi quidem ex cauſa. C. de tranſact. ſi tamen confeſsio illa fiat per errorem,non præiudicat illi creditori,ſed illam reuocare poteſt. l. ſi inter patrem. vbi Doctor.C.de ſolut.nec verba apochæ, quantumcumq; generalia ſint,reſtringuntur niſi ad rationẽ calculationis illius negocij.de quo agitur.l.emptor.§.1.vbi Doctor.ff.depact.

18 Creditor, qui dedit conſilium alicui, vt cõmodaret ſuo debitori pauperi , dicens, quòd erat diues , ſi poſtea debitor ille ſit factus nõ ſoluendus,tenetur ex doloſo cõſilio. c.nullus ex doloſo conſilio.de regul. iuris.lib.6.& l.quod ſi cum ſcires.vbi Doctor.& l.ſeruus tuus ff.de dolo. & l. falſus. §.ſi quis nihil.ff.de furt.& ſi pecuniam diuidat cũ debitore tenetur defurto.l.ſi quis vxori.§. cum titio.ff.defurt. & gl.ver.non tenetur in d.l.falſus.d.§.ſi quis nihil.ff.eodem.

19 Creditor , qui prior. fuit tempore , ſiuè habeat hypothecam generalem, ſiuè ſpecialem præfertur ſecundo creditori , & ex illa hypotheca poteſt agere, vt ſibi pecunia credita ſoluatur. l. qui generaliter.vbi Bart.& l.potior.vbi Doct.ff.qui potiores in pign.hab.& l.idem.ff.eodem.& l.ſi fundus. §.ſi res. vbi etiam notant Bart. ff.de pign. gl.ver.ad hæredem.in l.vnica.C.de priuil. fiſc.& etiam in fiſco habet locum in bonis acquiſitis ante generalem hypothecam, non autem in acquiſitis poſtea. l.ſi is qui. vbi Doct.ff.de iure fiſc.

20 Creditor tamen poſterior,retinebit ſuũ debitum, quãuis debitor non habeat vnde ſoluat priori creditori, ſi præſente,& conſentiente priore creditore, aut cum ſit abſens, ſi illum faciat citare per publicũ edictum. vt veniat ad venditionem rei hypothecatæ,& ille non veniat, ſeù non cõtradicat, ſi eſt præſens, quia tunc videtur renunciare hypothecæ. illi, & ſe cure faciet vendi rem debitoris priori creditori hypothecatam. l.cum te,& l. ſi eo tempore. vbi gl. ver.præſentes.& Bald.C.de remiſſ. pign.& l.ſi hypothecas. vbi Doct.C.eodẽ hoc tamen habet locum in illo præſente, & non contradicente , quando fiſcus erat venditor, vt eſt text.in d. l.ſi hypothecas. vbi Doct.C.de remiſſ.pign.aut illa alienatio fiebat in manu mittendo,vt eſt.text.in l.1. C.eodem.quoniam, ſi priuatus pignus vendiderit. ſciente,& præſente creditore, non ſibi præiudicat,niſi ſe in inſtrumento venditionis ſubſcribat. quia tunc videtur conſenſiſſe.l.ſicut re.§.nõ videtur.vbi Bar. n.2. ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſol.& l. Gaius. ff.de pign.act.niſi animo decipiẽdi tacuerit. l.ſi ſine. C.ad ſenat. conſult.vell. & l.mulier.c.de diſtract.pign.de quo. vide Bart.in d.§. non videtur. ſi tamen priores creditores fuerint præſentes in ciuitate, omnes ſunt citandi, vt veniant,& conſentiant in venditione rei ſibi hypothecatæ, ſi autem ſint abſentes debet iudex mittere

pro

Digitized by Google

pro clama,& effixare edicta in foro,vt qbicumq; vellet contradicere comparcat,& ſi tunc nullus comparcat, poterit res ſecure vendi.d.l. ſi eo tempore.vbi Doct.C.de remiſſ.pign.Abb. in d.l.ſicut re.d.§.non videtur. n.2.ff.quib.mod. pign. vel hypoth. ſoluit.

19 Si tamen ſimpliciter ſint plures creditores vni⁹ debitoris,ille eſt potior,cui primo debitor ſoluit,nec negligentia aliorum illi nocere debet,niſi omnes creditores inſtarent,vel ille creditor vi extorqueret debitum,tunc enim non erit potior. l.ſi non expedierit.§.ſi pupillus.vbi Bart.ff.de bon. aut.iud.poſſ.& l.pupillus. vbi etiam Bart. ff.quæ infraud. cred.facit text. in l.in nauem.vbi Paul.de Caſtr.ff.locat.Bald.conſi. 432.lib.1. Afflict. deciſs.190. n.1.& Rom. conſil.111. Bart.in l.1. ff.de diſtract.pign. Cæſar.vrs.deciſs.190. à nu.1.ord.lib.3.tit. 91.in prin.

20 Creditores poſſunt reuocare omnia vēdita infraudem illorū,& alienata, tàm per titulum lucratiuum,quàm per titulū onerosum,licet tamen ſic diſtinguendum,nam vt reuocari poſsint alienata per titulum oneroſum, r[?]quiritur, quod interueniat fraus, tàm exparte alienatis, quàm exparte illius, in quem fit alienatio, in alienatis autem,per titulum lucratiuum ſufficit interuenire fraus exparte tantum alienatis, l.1.vbi Doct.& per totum. ff.quæ infraud. cred.& §.ſi quis infraudem, vbi glo.ver.in fraudem.inſt.de oblig.Ant.Gom.in l.29. Tauri.n.34.ad fin.niſi is.in quem facta fuit alienatio participet defraude. § itē ſi quis infraudem.vbi Doct.inſt.de act.Valaſ. conſult.188.n.12.

21 Creditores primo recipientes debitum ab illo,qui adiuit hæreditatem per beneficium inuentarij,nō ſunt ab alijs etiam anterioribus moleſtandi, quamuis hæres non habeat vnde illis per ſoluat, nec etia hæres eſt moleſtandus, ſi primo venienti ſoluat, & poſtea bona hæreditaria non ſufficiant, ad alijs per ſoluendum l. fin. §.etſi præfectam,vbi Doct C.de iure deliber. Valaſc.conſult.52.n.40.

22 Creditor tradens inſtrumentum debiti, debitori, videtur debitum remiſiſſe, quia traditione litterarum,videtur quis renunciare iuri,in illis quiſito, c.cum pridem.de pact.& l.credit[?]icem. C de remiſſ.pign.& l.labeo ait. ff.de pact.glo.ver. reddens.in c. ſane.vbi Abb.nu.4.de renunciat.licet tradens pignus non videatur renunciare debito,ſed etiam illud petere poteſt,poſt traditionem pignoris, cum ſolutum nō ſit, & cū præcario videatur illud tradidiſſe,quia pignoris traditio affert. particulare commodum debitori,quòd non eſt in traditione inſtrumenti, l.poſtquam. vbi gloſſ.ff.de pact.& l.certe. ff.depræcar.Abb.in c.ſanc. n.4. de reuunciat.ſi tamen debitor habeat in ſua poteſtate inſtrumentum debiti,ſine voluntate creditoris,non liberatur à debito,nec præiudicat creditori quòminus debitum ſuum petere poſsit,ſed potius tunc inſtrumentum probabit contra debitorem proferentē,& illi incumbit probatio,quòd ſibi traditum ſit inſtrumentum debiti voluntate creditoris.l.quod debitori.vbi glo. ver. voluntatem.C.de ſolut.& l.1.C.de fid. inſtr. & Bart.in l.labeo. §.ſed etiam. nu.4. ff. depact.

23 Creditor,qui recipit pignus minus idononeum, non videtur renunciare quantitati, in qua pignus non ſufficit. l.creditor. 28. vbi Bart.ff.de reb.cred.& l.ſi pro mutua. vbi Doct.C.ſi cert.pet.& l.aduerſus.C. de act.& obligat.& l.1.C.de pign.& hypoth.hoc tamen habet locum in pignore cōuentionali , in iudiciali vero , quod datur creditori in ſolitum,præſumitur datū pro toto debito, niſi pro parte limitata creditor illud accipiat.l.adiuopio.§.ſi pignora. vbi gl.ver.amplius.& ibi Bart.& Iaſ.nu.2. ff. de reiud.

24 Creditor, qui vendit pignis minus iuſto pretio,tenetur debitori pro reſiduo,& aut illud reſiduum reddat debitori,aut cōpenſet in debito, l.ſi vt proponis. vbi gloſſ. & Bald.C.de fid.iuſſ.& mand.

25 Creditor non tenetur de pignore conuentionali perdito, ſine eius culpa,& poteſt,non obſtante perditione pignoris.petere debitum à debitore,debet tamē probare,quòd caſu fortuito, aut vitio rei,ſine eius culpa, perditum fuiſſet. l. ſi creditor. vbi Doct.& l.quæ fortuitis. C.de pign.act. & l.ſicut.C de pign.& hypoth.

26 Creditor non tenetur de damno facto in re pignerata , ſi ſine eius culpa ſaltim leui damnum accidit, quia ſi culpa creditoris, etiam leui,ſiue dolo,res pignerata perdita,ſeu deteriorata fuit, ſeu damnū aliquod fuit datum,tenetur. non prohibetur tamē exigere ſumpt⁹ vtiles & neceſſarias. quas in re pignerata fecit.l.creditor.6.vbi Bald. & l.ſi creditor. vbi Bart.Bald.& Salicet.C. de pign.

Digitized by Google

de pign. act. & l. prætor ait. §. præterea ff. de bon. aut. iud. poſſ. & l. neceſſarios, vbi Doct. & eleganter. §. fin. ff. de pign. act. & l. ſicut. vbi Bald. C. de pign. & hypoth. & §. creditor. inſt. quib. mod. re contrah. obligat.

27 Creditor poteſt inire pactum cum debitore, vt ſi vſque ad tale tempus non ſoluat debitum, pignus vendat, & tunc creditor tranſacto tempore poteſt illud vendere, & valebit venditio, & ita ſi de venditione pignoris nihil actum fuit, ſi tamen inter creditorem, & debitorē actū fuit, quòd pignus non venderetur, tunc non poteſt pignus illud vendi a creditore niſi prius debitor ter ad moneatur, vt debitum ſoluat. l. ſi conuenit, & ibi Doctor. ff. de pign. act. & Doc. in l. fructus, n. 3. ff. de regul. iur. Card. in clem. 1. §. nas itaq; queſt. 7. & Barb. col. 9. verſ. quæric Cardinalis, de iure iur. & ſi creditor aliquo pacto vendat pignus minori pretio, quàm ſibi debitū eſt, poteſt poſtea conuenire debitorem, ſeu fideiuſſorem, ſi ſibi datum fuit pro reſiduo, l. pignoribus, vbi Doct. C. de fid. iuſſ.

28 Creditor non poteſt cogi, vt conueniat debitorem, & illi reddat pignus ſed debitor tenetur offerre debitum, & illud conſignare, vt pignus conſequatur. l. creditor, vbi Doctor. C. de pign. & hypoth.

29 Creditor ſecundus, cui pignus ſecundo fuit obligatus, poteſt confirmare ſuum debitum, & ius illius in illo pignore, ſi debitum ſoluat primo creditori, aut illud illi obtulerit, ſi poſtea tamen pecuniam oblatam in ſuas vſus non conuertat. l. 1. & l. diuerſis C. qui potiores, in pign. hab. & l. potior, vbi Bart. ff. eodem tit. & vtroq; retract. tit. de retract. linagier. §. 8. gloſ. 7. nu. 11. & Neguſan. de pign. 3. memb. 5. partis princip. nu. 1. Doen. regul. 160. & etiam confirmatur illius ius, in illo pignore, ſi pignus ſolutione, aut compenſatione, ſiue alio modo liberetur. l. ſi debitor, vbi Doctor. C. qui potiores, in pign. habet.

Verbo Curator.

1 CVratoris appellatione, lato modo, venit tutor. §. hæc omnia, vbi gloſ. verb. ad curationē in auth. vt hi, qui obliga. coll. 6. Iaſ. in l. ſi quis in fundi, nu. 46. ff. de leg. 1. & in l. qui quartam. nu. 9. ff. eodem, & quæ ſit differentia inter curatorem, & tutorem inquit glo. in l. ventri. ff. de tutorib. & curat. dat. & din. & Doctor. in l. de creationibus. C. de Epiſcop. aud.

2 Curator datur rebus principaliter, non autem perſonæ. l. in copulandis, vbi Doct. C. de nupt. Iaſ. in l. ſi quis in fundi, nu. 46. ff. de leg. 1. ſecundario tamen datur perſonæ gloſ. verb. perſonæ. in. §. certè autem. inſt. qui teſt. tut. dare poſſ. & gloſ. fin. in d. l. in copulandis. C. de nupt.

3 Curator datur pupillo ad litem, quando pupillus habet litem cum tutore. l. 1. vbi gloſ. fin. & Doctor. C. qui pet. tut. & tunc debet daria iudice illum curatorem, quē pupillus petierit, & ſi nullum petiuerit, dabit iudex ex officio, aliter enim omnia acta cū alio prolata, & agitata, ſine curatore ſunt nulla. l. qui habent. §. ſi pupillus, vbi Doct. ff. de tutel. Bald. in l. ait prætor. §. permittatur not. 1. ff. de minorib. Marāt. de ord. iud. 4. p. diſt. 16. nu. 56. Afflict. deciſſ. 256. nu. 2. & Ioan. Faber. in. §. item in vlti. inſt. de curat. Cæſar. vrſ. in deciſſ. 256. a nu. 1.

4 Curator etiam datur ad litem pupillo, quando habet litem cum quocumq; extraneo ad inſtantiam partis aduerſæ, & cū autoritate pupilli, ſi pupillus eſt maior. infante, puta fœmina maior duodicim annis, & maſculus quatuordicim, & ad hoc per mādatum iudicis eſt citandus, etſi comparuerit, eſt illi dandus curator, quem ipſe pupillus petierit, ſi autem non comparuerit, tunc iudex ex officio illi dabit curatorem idoneum, quem iudex voluerit, mos eſt tamen præcipuè in noſtra Luſitania, vt illi detur vnus ex aduocatis, qui coram iudice illo frequenter officium aduocationis exercet. ſi autem pupillus. ſit infans, datur illi tutor, & tunc cum tutore agitatur negociū l. 1. & l. ſi filijs, vbi Doct. C. qui pet. tut. Marant. Afflict. Cæſar. vrſ. vbi ſupra, & c. fin. de iud. lib. 6.

5 Curator ad litem ſemper datur minori, ſeu alij, cuicumq; eſt dandus, per iudicem illum, coram quo lis agitatur facit tex. in c. fin. de iud. lib. 6. & tenet Bald. in l. fin. C. de adminiſtr. tut. Old. conſil. 59. Gem. in c. ſi annum de iud. lib. 6. Marant. de ord. iud. 4. p. diſt. 11. nu. 64. Bart. in l. Sancimus, nu. 3. C. de adminiſtr. tut.

6 Curator datur etiam a iudice Eccleſiaſtico minori, coram ipſo litiganti, & clerico coram iudice laico litiganti, datur ab ipſo, iudice laico, itaq; ſemper curator datur a iudice Eccleſiaſtico, vel laico, coram quo litigatur, c. fin. vbi Doctor. de iud. lib. 6. Bald.

Digitized by Google

6.Bald.in l.fin. C. de adminiſtr. tut. & ibi Salicet.in.§.ſed ſi.deciſio rotæ. 207. in antiquis.Marant.de ord.iud.diſt.11.n.13. in ſupra dicta.4.p.

7 Curator datur ad litem,& ad omnia, de menti,prodigo,ſeù furioſo,tàm ante litem conteſtatam,quàm poſt,vt defenſionem litis ſubeat,& cætera neceſſaria ad illã impleat.l. 1. vbi Bart.ff.de curat. furioſ. & l. fin. §. ſed ſi. vbi Doctor. C. de adminiſtr. tut.

8 Curator enim datur diſsipantibus bona,quia ſatis prodigalitas eſt,bona diſsipare,vnde deſsipatur bonorum eſt remouẽdus ab adminiſtratione illorum,& dandus curator.l.1.vbi Bart.ff.de curat.fur.& l.cuius bonis.ff. eodem.& l.conſilio.§,cum de mentis eodem tit.c.grandi,vbi Doctor.de ſupplend.negl.præl.lib.6.& probato,quòd male adminiſtrat bona illa,quorum adminiſtrator eſt,& quod ſit ſuſpectus de dilapidatione ſtatim eſt remouẽdus ab adminiſtratione.l.tutor.§.quæri poteſt.vbi Doctor.ff.de ſuſpect. tut.& l.ſi aliquid.C.ſuſcept.lib.10.& l.hæc enim.§.qui nihil.ff.de ſuſpect.tut.& C.fin.de accuſat.& glo.verb. ſuſpectus in c.venerabili.de officio.& poteſt iud.deleg.& glo.verb.donec cauſa. in c.fin. 3.quæſt. 2. Abb. in d. c. venerabili. num.8.

9 Curator eſt dandus Eccleſiæ vacanti, vt illam defendat,aliter enim omnia contra illam attentata, & in illius præiudiciũ agitata ſunt nulla & nullius momenti,tanquàm ſine debita ſolemnitate pertractata, quia Eccleſia fungitur iure minoris.c.1. vbi Ioan.Monach.& Ioan.And. Innocent. Arch.& omnes. de reb.Eccleſ. non alien. lib.6.&.c.cum voſ.de offic.iud.ord.& c.1. de.in integ.reſt. & c.quoniam quidam.75. diſt.& l.omnes.§.hoc nihilominus,vbi Doctor.C.de Epiſc. & cler,

10 Curator non poteſt vendere, nec alienare bona pupillorum, niſi quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& quando aliqua bona pupillorum cauſa neceſsitatis venduntur,aut alienantur debet iudex prius interponere ſuam authoritatem,præcedẽte cauſæ cognitione,&cum hac ſolemnitate poſſunt alienari,& aliter non,nec tenebit alienatio,alio modo facta.c.vnico,vbi gloſ. fin.& Doctor.de cler.ægrot.lib.6.& l. lex, quæ tutores,vbi Doctor.C.de adminiſt.tut. &l.1.ff.de curat.bon.dand.& l.ſi prædia.ff. de reb.eorum,qui ſub tutel. illa namq; eſt differentia inter bona pupilli,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, prima enim venduntur, ſeù alienantur per tutorem,ſine iudicis decreto,ſecunda vero non, vt eſt tex.in d. l. lex quæ tutores,vbi Bart.& omnes.C.de adminiſtr.tut.

11 Animalia tamen ſuper vacua, quamuis ſeruẽdo,ſeruari poſsint,a tutore vẽdi poſſunt,ſine decreto iudicis.l.fin.vbi Salicet. C.quand.decret.opus non eſt & l. lex quæ tutores.§.fin.C.de adminiſtr.tut. debet tamen fieri licitatio,ſeù ſubhaſtatio,quando res minoris venditur l.etſi ſine dolo. alias, l.ait prætor.§.hodie, vbi Bart.nu. 1. ff.de minor.

12 Poſſunt tamen tutores, ſiuè curatores vendere fructus rerum minorum ſine decreto iudicis,pro illo pretio,quod communiter currit per loca vbi res illæ venduntur,& tenentur adminiſtrare pecuniam illam, quam ex vẽditione fructuum illorum receperunt.l. Sancimus.§. fin. vbi Doctor. C de adminiſtr.tut.& l.fin.C.quand.decreto opus non eſt imò ad illos fructus vendendas tenentur,ita vt ſi illas ſeruauerint, & caſu fortuito perierint, illas reſtituere pupillo tenebuntur, tanquàm ſine culpa non eſſent.l.ſi res,vbi Doctor. C. de pericul.tut.& curat.& glo.ver.licere in d.l. fin. §.fin.C.de adminiſtr.tut.Bart.in l.ſi res.ff. de adminiſtr.& pericul.tut.nec in illis fructibus venditis reſcinditur venditio, ſi iniuſto pretio à tutore vendãtur, niſi ſordes aut gratia interuenerit.l.etſi ſine dolo. alias.l.ait prætor.§.hodie.ff.de minor. & gl. fin.in l.fin.C.de adminiſtr. tut. licet poſſint minores reſtitui,vt in venditione horum fructuum,ſiuè rerum,iterum admittatur licitatio,ſiue ſubhaſtatio d. l.etſi ſine dolo,alias.l.ait prætor.§.hodie verſ.cotidie.ff.de minorib.& dicam infra ver.minor.§.51.

13 Curator etiam poteſt obligare bona pupilli,ſine decreto iudicis,pro lite, quã ſecundum legum ordinationem ſubiuit, aut pro defenſione rerum pupilli,l. Sancimus §.defenſionem, vbi Bart, Bald. Salicet. & communis.C.de adminiſtr.tut.

14 Plures curatores vnius pupilli tenentur vnus pro altero in ſolidum, & vnuſquiſq; in ſolidum poteſt conueniri, & cõuenire, niſi ſint per regiones conſtituti,aut niſi ille,qui non geſsit ſit paratus,vt gerẽs prius conueniatur ſuo periculo.l.de curatore.§.

ſi tres,

Digitized by Google

ſi tres, vbi Bart.nu.3.& l.ſi plures, vbi Doctor.ff. de curat.bon. dand.& dicam infra verb.tutela.§. 12.& 14.

15 Curator debet colligere, & conſeruare, & gubernare res illius, cuius eſt curator, quoniam ad eius officium pertinet executere,& denunciare iudici,quare fiat alienatio rerum illius, & ſi propter ſolutionem æris,alieni fiat,debet illi denunciare,ſi poteſt habere pecuniam defructibus,aut ſi alium ſe ſoluere poſsit,quod minus noceat, aut quæ res mobiles vendi poſsint,& verũ ſit melius obligare locare, quam vendere, & ſi debeant vendi,quæ res ſint minus vtiles poſſeſsioni,& priuſquàm diſtrahatur aliqua res ad æs alienum perſoluẽdum,hęc omnia ſunt conſideranda,& tunc poteſt iudex ſuam interponere authoritatem.l.1.§ quod ſi forte,& l.magis puto.§. fundum autem,vbi Doctor. ff. de reb.eorum, qui ſub tutel.& l.lex quæ tutores.§.præcipimus.C. de adminiſtr.tut.gloſ.verb.defenſore, vbi Ioan And.in c.1.de reb.Eccleſ. non alienan.lib.6.

16 Curator ſi ſimpliciter promittat dotem pupillo,cuius eſt curator,intelligitur,quòd illam nomine curatorio promiſiſſet de bonis pupilli,& non nomine proprio de bonis ſuis,l.cum poſt mortem,§.1. ff.de adminiſtr.tut.& Iaſ.in l.pœnæ.§. quamuis.n. 1.ff.de cond.ind.ſi tamen bona pupilli nõ ſufficiant ad perſoluendam dotem illam, quam curator promiſerat,tunc tenetur ſatisfacere de ſuis bonis,d.l.poſt mortem .§. tutor,vbi Bart.nu. 1. ff. de act.tut.

Verbo Cuſtos.

1 CVſtos tenetur ad damnum, & emendam,ſi res,quæ illi ad cuſtodiam tradita fuit recuperari non poteſt,quãdo cuſtas in cuſtodia fuit negligens.c.ea,quæ vbi gloſ.verb.negligentia,& Doctor. de offic. arch.& glo.in c. quamuis de regul. iur. & Abb.in c.fin.nu.7.de furt.qui enim promiſit cuſtodiam tenetur ad artiſsimam diligentiam,non tamen de caſu fortuito,l.qui mercedem,vbi glo.& Bart.nu.1.ff. locat.

2 Cuſtodia vaſorum, & aliorum ornamentorum Eccleſiæ expectat ad Archidiaconũ, vbi non eſt Theſaurarius,quia in Eccleſia, vbi eſt Theſaurarius,ad illum expectat cuſtodia omnium earum rerum,niſi de conſuetudine aliud obſeruetur , & tenetur de dolo, & de culpa etiam leuiſsima, quoniã pro cuſtodia recipit dignitatem.c.ea,quę, vbi gloſ.verb.ciuilia,& Abb.nu.2.de offic. Archidiacon.& c.1.&.2.de offic.cuſt.Abb. in c.quamuis.nu.2.de regul.iur.ſi tamẽ caſu,ruina,aut.naufragio, ſine eius dolo, ſeù culpa,res amittatur,excuſatur,ſed illi incumbit probatio, quod ſine eius dolo, aut culpa,fiat amiſsio, vt notat gloſ. vnica, & Doctor.in d.c.quamuis de regul. iur.

3 Cuſtos non excuſatur,ſi deficit in probatione,quòd dimitteret equum, aut bouem in Paſcuis, vbi Dominus conſueuerat aut quòd caſu fortuito,ſine eius culpa periſſet, gloſ. verb.ſit ſolitus, in l.ſi negocia abſentis.ff.de neg.geſt.& glo.in d.c.quamuis de regul.iur.Iaſ.in l.3.§. ſerua filius.n. 9.ff.de acquirend.poſſ. & in l. ſi paſcenda, nu.4.C.de pact.quoniam cuſtos, qui mercedem accepit, tenetur de leui culpa .l. quĩ mercedem,vbi gloſ.& Bart.ff.locat.nec excuſatur ſi res pereat, aut perdatur, & ille neſciat.d.c.quamuis,vbi Abb.n. 2.de regul. iur.nec ſufficit oſtendere pellem animalis, licet per hoc conſtet de interitu, vt tenet Iaſ.in l.quod te nu.11.ff.ſi cert.pet. & in l. non hoc nu. 12.c.vnde leg.

4 Cuſtos enim,qui pecunia, aut ratione publici,vel priuati officij, tenetur ad cuſtodiam rei,non ſufficit probare interitum, ſed eſt neceſſarium probare caſum fortuitum.d.l.qui mercedem,vbi Bart.ff.locat. & Iaſ.in l.domus.nu.7.ff.deleg.1. & in l.paſcenda.nu.4.C.de pact.

5 Cuſtodia murorum,& ciuitatis oẽs tangit,& nullus ab ea excuſatur tempore neceſsitatis , quia tunc expedit reipublicæ plures habere defenſores.c. peruenit, vbi gloſ.ver.vigilantibus,& Doctor.de immunit.Eccleſ.& l.non reipublicæ. ff. de noui op. nunciat.

6 Cuſtodiã domus,& omnium,quæ in illa ſunt pertinet ad patrem familias, & ipſe tenetur de mala cuſtodia rerum illarum l. ſi ſeruus ſeruum.§.ſi furnum,verſ.proculus ff.ad leg.Aquil.& Iaſ.in l.domus.nu. 11.ff. deleg.1. & æqui paratur cuſtos carcerum, ſeù arcis,vt tenet Bald.in l.ex diui.C. locat.Boer.deciſs.216.Marant.de ord.iud.4. p.diſt.1.nu.81.

7 Cuſtos carceris punitur ſecundum qualitatem delicti, ſi negligentia , aut deſidia ſua incarceratus effugiat,aliter tamẽ ſi caſu fortuito,aut ſine eius culpa,l. milites, & Bart. ibi & l.non eſt facile. ff. de cuſt. rer. Bald.conſil.32.lib.3.& Ioan.de amic.cõſil.

Digitized by Google

28.& Boer.dec.216.Iul.Clar.lib.5.§.fin.q. 68.n.8.& dixi ſupra ver.carcer.§.15.custodi tamen incũbit probatio,quòd caſu fortuito,& ſine eius culpa incarceratus fugiſſet,c.quãuis.vbi gl.& Doct.de regul.iur.

8 Cuſtos carcerũ,ſi alium cuſtodẽ nomine ſuo ſubſtituat,& per illius negligentiam incarceratus effugiat, tenetur illa pœna, qua incarcerat⁹ tenebatur,licet carcer ſit fractus, & etiam tenetur ille ad illam pœnã, cui cuſtodia tradita fuit,niſi ille cuſtos propter aliquàm neceſsitatem de licẽtia iudicis ab fuiſſet. l. ad commentarienſem. vbi Doct.C.de cuſt.rerum.& l.fin.ff.eodẽ.& ita tenentur cuſtodes, qui cõmittunt cuſtodiã alicui,de fraude,& de offenſa,illius,cui cõmiſſa fuit cuſtodia, c.ea,quæ.vbi Abb.n.3. de offic.Arch & d.l.fin.ff.de cuſt.reorũ.

9 Cuſtodes carcerum hæreticorum debẽt eſſe diſcreti,induſtrioſi,& fideles,qui tactis à ſe corporaliter euangelijs promittent,vt omni diligentia,& ſolicitudine,qua poterint,cuſtodient pro crimine hæreſis in ſua cuſtodia poſitos;& ponẽdas.& quòd nullã fraudem cõmittent in ſeruando ſecretum, nec in adminiſtrãdo omnia,quæ cõueniũt clem.1.§.ſane,& §.porr.vbi Doct.de hæret.

10 Cuſtodes carcerũ debent cõpelli per iudices ne male,& in humaniter tractent incarceratos,ſed illis victualẽ ſubſtantiam,& õne neceſſariũ ſubminiſtrẽt.l.iudices, vbi DD.C.de Epiſcopal.aud.Valaſ.cõſul.1.n.8

11 Cuſtos non repitit ſumptus,quas expẽdit in cuſtodia rei,quã cuſtudire tenebatur,quia dicũtur neceſſarij,propter diligẽtiã,ad quã cuſtos tenetur.l.ſũpt⁹,vbi Ang. Imol.Pau.de.Caſt.& Iaſ.ff.deleg 1. Bart.in l.quod dicitur.n.1.ff.de impenſ. hoc tamẽ intelligitur in cuſtodia tẽporali, quoniã ſi ſumptus fierent in cuſtodia perpetua.bene repeterẽtur, l.pen.§.extra tutelã neceſſariã.vbiDoct.ff.de imp.& l.ſi ita,§.pen.ff.de fund.inſtr.Iaſ.in d.l.ſumpt⁹.n.7.ff deleg.1.

12 Cuſtos debet monere iudicem,ſi aliquis ex carceratis infirmat,& deinde ſi moriat, debet etiã iudicẽ certiorẽ facere,qui mittet notariũ proceſſus,vt viſitet cadauer,& illud redigat in actis corã teſtibus,nec aliter debet admitti probatio mortis,incarceratorũ, ne detur via, & aſtutia aliquibus fraudibus,quãuis etiam per teſtes probari poſsit. l.fin.vbi Ang.nu.6. ff.de cuſt.reor. hæc tamen praxis eſt bona, & ſecurior. vt refert Iul.Clar.lib.5.§.fin.q.46.n.5.

LITTERA D.

Verbo Damnum.

1 DAMNVM, ſiuè damnatio dicit à dẽptio ſeù diminutio patrimon. l.dãn. 2. vbi gl.2.&Bar.n.1.ff.de dãn.infect.& l.qui autẽ.vbiDoct. ff.quæ infraud.cred. Iaſ.in l.cũ quis.n.2.C.de iuris.& fact.ignorãt.dãnũ tamen pati,& lucrum amittere differt, quoniam aliud eſt damnũ pati,& aliud eſt lucrum amittere,attamẽ ſi lucrum iã erat radicatum,bene dicitur,qui lucrũ perdit, damnũ pati,ſi vero lucrum non erat radicatum,ſed erat quærendũ non dicitur,tũc damnũ pati,dũ non eſt quiſitũ, gl.ver per in integrũ,in l.1.§.ſi quis propter.ff.de itiner actuq; priuat.Iaſ.in l. reprehendenda. n.10.C.de inſt.& ſubſt.& Doct.in l.nõ amplius. §.fin.ff.deleg.1.vnde quã ſæpiſsimè alia ratio datur in damno, & alia in lucro. l.proculus.ff.de dam.infect.& l.ſi is cui,§. eius rei. ff.de furt.& l.qui autem. ff.quæ infraud.cred.& l.fin.§.ſi quis vero.C.de codicill.& l.fin.§.licentia.C.de iure delib.Dec. in l.in eo.quod.n.1.ff.de regul.iur.

2 Damnum tamẽ paritur ille,cui aufertur cõmodum qualecumq; ſit,quod ex publico conſequebatur, ſecùs vero,ſi ex priuata.l.2.§.merito ait prætor. vbi Bart.n.2.ff. ne quid in loco publi.& facit text.in l.proculus.ff.de damno.infect.

3 Damnum non tantum dicitur datum,ab illo,qui damnum intulit,ſed etiam ab illo, qui cauſam damni dedit , ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit, aut dabat operam rei illicitæ, c.ſi quis,& c.culpa.de iniur.&dãn.dat.& l.infurti actione,infin.vbi Doct.ff.de furt.gloſſ.ver.dederunt. in c.ſicut nobis , deteſtib. aut ſi reſpereat culpa poſſeſſoris.l.qui petitorio.§.qui in rem.vbi Bart.ff.de rei vind.

4 Damnum tenetur ſatisfacere ille, cuius culpa,imperitia, aut ope,datum eſt damnum,pro illo,quod fecit,aut ex illo fuit ſecutum. c.fin.de iniur.& damn. dat.& c.2.

Digitized by Google

vbi Doct.de offic.ord.lib.6.& l.fin.in prin. ff.de eo.per quem fact.eſt. & §.illud nõ eſt verbis.inſt.de leg Aquil.

5 Damnum tamen quod quiſq; ſua culpa patitur,non debet illud alijs imputare,ſed ſibi ipſi eſt imputandum. c.damnum vbi Doct.de regul.iur. libr.6. & l.quod quiſq; ex ſua culpa.vbi Dec.n.1.ff.de regul.iur.in dubio tamen nemo præſumitur iacta re ſua. l.cum de indebito. ff.de probat.& gl. verb.melioris,in c.fin.de conſuet. lib 6. & glo.ver.vocem. in c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ.& prop. & Iaſ.in l.ſi cui. §. ſi titio n.2. ff.de leg.1.

6 Damnum tenetur ſatis facere ille, qui ſeruum, ſeù animal alterius, domeſticum, aut færi,quæ habet conſuetudinẽ redeundi,vulnerauit,ſiue occidit,ſeù in aliquibus rebus,quæ animo carẽt.per iniuriã damnũ dedit. ſeù eius cauſa aliquid vſtum,ruptũ, aut fractũ fuit, videlicet, ſi vino,aut oleo alieno aliquid miſcuit,propter quod corruptum,ſiue deterioratũ fuit.§ capite tertio.& §.ſeq vbi Doct.inſt.de leg.Aquil.

7 Damnũ probatur per iuramentũ illius, qui paſſus eſt damnum, poſtquàm probata fuerit violentia.l.ſi quãdo. vbi Iaſ.n.16 C. vnde vi.& c.fin.vbi gl.1.&Doct.de his quę vi met gl.fin.in c.dilecti.de foro cõp.Abb. in c.1.n.2.de in integ reſt. & facit text.in l.vbi ex igitur.vbi Doct.ff.de edend.&Bal. & Alex.in l.qui accuſare. C.eodem.

8 Damnum dare non videtur ille, qui facit quod lex permittit,quoniam qui vtitur iure publico,nulli facit damnum,nec iniuriam, l.iniuriam. §.is qui iure.vbi Doct.ff. de iniur.& l.nemo dãnum.ff.de regl. regl. & l.quemadmodum. §.ſi quis tamen. ff ad leg. Aquil.& l. Grachus. vbi Bald. Salicet. Dec & alij C.de adult.

9 Operarius,qui mãdato dñi intrauit fundum alienũ,& ibi dedit aliquod damnũ,nõ tenetur reſarcire damnũ illud,ſed dominus, qui miſit,cum vtaretur iuſſu domini,& ignoranter feciſſet, quæ ignorantia ſemper præſumitur, vbi ſcientia non probatur, c. præſumitur.de regul.iur.lib.6. & gloſ.ver. ab ijs.in c ſi beneficia deprab.d.lib 6.ſi tamẽ operario illi fuit dictum,ſiue denũciatum priusquàm damnũ dediſſet,quòd fundus ille non erat domini,qui illũ iuſſerat, tunc non excuſatur à ſolutione dãni propter.iuſſum domini.gl fin.in l.in rem §.ſignum.vbi Bart.n.2.ff de rei vind.Alex.cõſi. 36.incipit. viſis his,quæ per dominos,aduocatos,lib.1.Bart.in l.non ſolum.§.ſi mãdato meo.n.5.ff.de iniur.& Alb in l.ſi quis id quod col.pen.verſ.itẽ facit.ff.de iuriſd. omnium.iud.& in l.1. in prin.verſ.& bene facit iſta littera. ff.de eo.per quẽ factũ eſt. Bald.in l.nõ ideo.col.1.verſ.& notat quod lex noſtra C.de accuſat. vbi etiam Salicet. in 1.q.& idem Bald.in auth. ingreſsi.col. 2 verſ. quod dico de medico. C: de Sacr. Sanct.Eccleſ.& in cõſi.463.lib.3.& in l.nõ ſolũ.§.ſi mandato.ff.de iniur.Socin.in l.rẽ, quæ nobis,col.fin.ff.de acquirẽd.poſſ.Dec. in l.velle non creditur.n.8.ff.de regul.iur. purpur.in l.quod te.n 86.ff.ſi cert.pet.Rip. in c.2.nu.61 de iud. Iaſ.in l.de pupillo.§. nuuciationem.n.7.ff.de noui op.nunciat.

10 Cõmodum non debet quis reportare ex illo, quod impugnare,niſus eſt. l.Papinianus.§.meminiſſe.vbi Doct.ff.de in offi.teſt. & l.alia cauſa.C.de his quib.vt indign.& c. quo iure 8.diſt.& c.ſi Roman.19. diſt.& c. cum olim de cenſ & c.præſentiũ.de teſt.& c.quam præpoſterum.13. q. 2. & c. ex eo. vbi Ioan.Andr.de regul.iur.lib.6.

11 Diſpendiũ non debet venire,vnde præmium meretur. c.per venit, vbi gloſſ.2.& Doct. defid.iuſſ. & è contrario, non debet præmium conſequi, vnde pœna meretur. l.ſiue hæreditaria vbi Doct ff.de negocijs, geſt.&c.legi.16.q.1.gl ver diſpendium.in d c.per venit.de fid.iuſſ.

12 Locupletari nemo debet cum iactura aliena.l.cũ hi.§.ſi eidẽ.in fin.ff.de tranſact. & l. nam hoc natura. vbi Doct.ff.de cond. ind.& l.planè ff.de pet.hæred.& l.iure natura vbi Dec.n.1.ff.de regul.iur.& c.locupletari. vbi Doct.de regl.iur.libr.6.& l.ſi quis mancipijs §.fin ff de inſt.gl ver.cũ.in auth.qui res.vbi Bart.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.& Bal in l.iubemus.§.ſane.in prin.C. eodẽ.& in l.ſi prædium.C.de præd.minor. Abb.in c.ſi quis præsbyter n.13.de reb.Eccleſ.nõ alien.Alex.cõſi.4.col.1.in fin.lib.3

Verbo Debitor.

1 DEbitor ſtricto modo loquendo dicitur ille,à quo pecunia in vito, exigi poteſt.l.debitor.ff.de verb.ſign.& l.fidei cõmiſſ.§.ſi rẽ,ſuã.ff.de leg.3.Dec.in l.Marcell. n.1 ff.de regul.iur.lato tamẽ modo debitor dicitur ille,qui in diẽ debet,ita quòd ante diem ſolutũ repetere non poſsit,quamuis cõmodum medij temporis petere poſsit. l.in diem.vbi Bald.Angel.& Salicet.& Iaſ. & alij,

Digitized by Google

& alij.ff.de cond.in deb.& l.nam.etſi cum moriar.ff.codẽ.Bart.in l.1.n.16.ff.de cond. in deb.& in l.cum quis.n.29.C.de iuris,& fact.ign.& latiſsimo modo debitor dicitur ille,qui naturali debito tenetur. l.fide iuſſor.§.fide iuſſor. vbi Paul.de Caſtr.ff.de fid. iuſſ.& qui obligatione condicionali aſtringitur, l. is cui ſub conditione. ff. de act. & obligat. & l.creditor. ff.de verb. ſign. & l. fundus dotalis. ff.de fund.dotal.& glo.in l. debitor.ff.de verb.ſign.

2 Debitor in diem,poſt diem fit moroſus, quia ſemper dies interpellat,debet tamen tota dies contineri in termino,& tunc die ipſo, in quem promiſsio facta fuit debitũ peti non poteſt,quim ope exceptionis creditor non repellatur,ſed die elapſo.l.certi cõditio. in prin.vbi Doct.ff.de reb.credit. & l.magnam.vbi Bald.C.de contrah.& cõmitt.ſtipul.& l.nihil peti.ff.de regul.iur.& l.1. C.de cond.ex leg.& l.cedere diem, ff. de verb.ſign.& §. omnis ſtipulatio.inſt.de ver.obligat.& Iaſ.in l.3.n.2.ff.de reb.cred. & dixi ſupra verbo. creditor. §.2.ſi tamen ad diem obligatus ſit,bene continetur dies obligationis intermino,puta promiſit debitor ſoluere die paſchæ, tũc ipſo proprio die ante diei præteritionem tenetur.l.obligationum fere.ff.de obligat.& act. vbi Doctor.& gl.ver.in diem.in §.omnis ſtipulatio.inſt.de verb. obligat.& d.l.cedere diẽ. ff.de verb.ſign.

3 Debitor etiam ſubconditione non poteſt cogi ad ſoluendum,ante cõditionis aduentum,l.non omnis.& l.certi cõditio.vbi Bart.n.37.& Iaſ.n.1.ff.de reb.cred.& l.Sancimus vbi Doct. C.defid.iuſſor.& l.cedere diem.ff.de verb.ſign.

4 Debitor tamen in diẽ,vel ſubconditione, ex contractu bonæ fidei, poteſt ante diei,vel conditionis aduẽtum, obligari ad præſtandum cautionem pro debito ſoluẽdo ad veniente die, vel conditione, ſi iuſta cauſa ſuſpicionis ſubſiſtat, niſi ſit debitum ex vltima voluntate,quia tunc tenetur debitor cauere quamuis alia cauſa non ſubſiſtat. vt optime probat text.in l.in omnibus.vbi Bart.ff.de iud.& l.inter omnes.vbi Doct. ff. qui ſatisd.cog.& l.quod ſi in diẽ. ff.de pet.hæred.& l.pro ſocio. ff.pro ſocio. & Bart.in l.2.ff.de euict.gl.1.in d.l.in omnibus.ff.de iud.& ita regulariter in debitore,ex contractu ſtricti iuris. l.ſi pecuniam. §.ſi ſeruum.vbi Doct.ff.de cond.cau.dat. & d.gl.1.in d.l.in omnibus.

5 Debitor vero,qui poſt debitũ contractũ incipit dilapi dare bona, poteſt obligari ante diei,vel conditionis euentum.l.ſi pro ea.vbi Doct.C.mãd.& l.plane.ff.vt in poſſ. leg.& Iaſ.in §.ſuper eſt. n.87.inſt.de act. & in l.ſi ab arbitro.n.5.ff.qui ſatisd.cogant.& hoc non tantum habet locum in debitore principali,ſed etiam in eius hærede,aut tenet Bart.in l.poſtulante.in prin.ff.ad treb. & Iaſ.in l.diuortio.§.interdũ.n.6. ff.ſolut. matr.Rebuff.1.p. glo. ad conſt.reg.Galliæ. glo.2.art.3. in tract. delitteris obligat.pag. 105.n.10.& art.6.gl.3.n.74.Crot.in rep.l. nemo. col.4.ff.deleg.1.& Ioan.de Imol.in l. 2. in fin. prin. ff.ſolut.matr. aliter enim non poteſt creditor ante diẽ obligare debitorem, nec etiam, vt det. fidei iuſſorem eo ipſo,quòd perſonam illius approbauit. l. ſi creditores.vbi Doct. ff.de priuil.cred. Bart.in l.fideiuſſ.§.fin. ff.qui ſatisd.cog.

Debitor fiſci,ſiue debitor debitoris fiſci poteſt ante tẽpus obligari,ſi vergat ad inopiam. l.1.vbi Doct.C.de cond.ex leg.omnis enim debitor, qui mutat ſuam conditionem in deterius,&vergit ad inopiam,tenetur ſatis dare de ſoluendo, ad veniente die. l. in omnibus. vbi Doct. ff. de iud. & Alex.in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damno. infect.

6 Debitor etiam ſuſpectus de fuga poteſt capi proprijs manibus creditoris,quamuis ſit clericus, cum tamen ſpacio 20. horarũ ſuo iudici tradatur, & etiam ante aduentum diei, ſeù conditionis adiectionem, & etiam quocumq; tempore, quãuis ſit dies feriata, facit text.in l.ait prætor.§.ſi debitorem, vbi Bart. num.3.ff. quæ in fraud. cred.& in l.generali. C.de decurionib.lib. 10.& gloſ.verb.ſine vllo iudice,in l.extat. ff. quod metus cauſ. & gloſſ.verb. quia intereſt, in l.quæſitum. ff.de pign.& glo.ver. iudicio. in prin.inſt. de act. & gloſſ.verb. detinere. in authent. vt iudices ſine quoquo ſufragio. §.neceſsitatem.coll.2.& glo. poteſtatẽ, in c.1.de pace iurament.firmãd. in vſib.feud.Iaſ.in l.vinum.nu.3.ff.de reb. cred.& in l.cum te proponas.num. 3.C.de tranſact.& in l.1.n.71.ff.de offic.eius.& in l.pecuniam. n.9. ff.de reb.cred. & in prin. n.72.inſt.de act.Abb.in C.cum non ab homine.n.17.de iud.hyppol.ſingul.43.& ſingul.243.& in l.ſi vt allegas. n.9. C.de ſicar. Mantua. conſil.41. nu.9. Segur. in l.ab exhæredato. ſubſtituto. n.5. ff.deleg.1.Paris. conſil.99.n.3.& conſil.107.n.52.lib.3.

8 Debet tamen creditor adire iudicem, coram quo aliquomodo iudiciali conſtabit de debito, & tūc iurabit creditor, quod debitor ſit ſuſpectus de fuga, & nunc iudex permittet capturā, & poſtquàm facta fuerit captura debet creditor oſtendere iudici per ſummariam cognitionem manifeſtam fuiſſe coniecturam, & ſuſpicionem, vt notat Iaſ. poſt alias in l. apertiſsimi. nu. 22. C. de iud. & in l. ſoluto matrimonio. num. 29. ff. ſolut. matrimon. & hæc eſt, praxis in debitore fugiente, aut ſuſpectos de fuga, ſi enim eſt in via fugiens cum debito poteſt capi à creditore proprijs manibus, ſuſpectus vero de fuga per mandatum iudicis, attamen ſi conditio debitoris erat notat creditori, tempore contractus, non poteſt illum facere capi, ſi quidem in illa forma approbauit perſonam illius, vt tenet Abb. in c. propter. num. 9, de locat. & conduct. & eſt text. in l. ſi creditores, vbi Bart. num. 1. ff. de priuil. cred. & facit text. in l. qui bona. §. de illo. vbi Doctor. ff. de damno. infect. Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. nu. 3. ff. de his, quæ infraud. cred. nec etiam poteſt capi debitor, qui pignus idoneum, ſeù idoneum fideiuſſorem dederit. l. minime. vbi Doctor. C. de appellat. gl. ver. redigere in l. 2. C. de pign. Bart. in l. fin. nu. 1. C. deferijs. Abb. in c. 2. nu. 4. de pign. Bald. & Alex. in l. creditor. ff. de reb. cred. Ioan. Baptiſt. in tract. de debitore ſuſpect. & fugitiu. quæſt. 4. n. 17. Barb. in Rubric. de pign. Iaſ. in §. ſuper eſt. n. 94. inſt. de act.

9 Debitor videtur teneri præſente die, quando in obligatione debiti dies nō apponitur. vt eſt tex. in l. eum, qui Kalendis. § quotiens. vbi Bart. ff. de verb. obligat. & l. in omnibus 14. ff. de regul. iur. Ang. in l. ſi pœnam. ff. de verb. obligat. vbi etiam Bald. in addit. ibi. licet tamen in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur præſente die fiat debitor ille, qui ſoluere promiſit, nō tamen ſtatim poteſt obligari ad ſoluendū, quia tunc ex tali mutuo nullam haberet vtilitatē, vt tenet Bart. Imol. Alex. Raph. Iaſ. & cōmunis. in l. ſi pœnam. ff. de verb. obligat. Abb. in c. fin. nu. 11. de præcar. Iaſ. in l. ſi fundum. per fidei commiſſum, n. 10. ff. de leg. 1. Dec. in d. l. in omnibus. n. 3. ff. de regul. iur. & imò debet creditor diu expectare, & quando debitor nō ſoluerit, tunc poterit creditor illum conuenire, quod eſt relinquendum in arbitrio iudicis, vt dixi ſupra verb. creditor. §. 3. & in hoc eſt conſideranda ratio loci, rei, & qualitate actus. ſiuè contractus, & vero ſimiliter voluntate diſponentis. puta ſi quis promittat dotem puellæ, quamuis præſente die ſiat debitor, obligabitur tamen cum puella fuerat ætatis nubilis, aut ſi quis promittat mercedem magiſtro, ſiue ſalarium operario, ſemper intelligitur. in die. quo ſolutio fieri conſueuit. d. l. cum, qui Kalendis. §. quotiens. & l. interdum pura, vbi Bart. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat. & l. 2. §. qui ita ſtipulatur. vbi Bart. ff. de eo quod cert. loc. & gloſſ. 1, in §. omnis. inſt. de verbor. obligat. & Dec. in d. l. in omnibus. num. 1. ff. de regul. iur. aut quando dedi tibi pecuniam mutuam ſimpliciter, ſiue adiectione diei ſolutionis, intelligitur, vt habeas aliquam vtilitatem, ex illo mutuo, cum aliquo temperamento, & diſtantia temporis, non decet enim dare tibi pecuniam mutuam, frumentum, vinum, ſeù oleum, & ſtatim venire cum ſacco parato. l. quod dicimus. vbi Doct. ff. de ſolut. & Bart. in d. l. ſi pœnam. ff. de verb. obligat. Iaſ. in l. vinum. n. 19. ff. de reb. cred. Dec. in d. l. in omnibus. n. 3. ff. de regul. iur. & l. promiſſor. §. ſi ſine. vbi gl. verb. modi cum. ff. de conſt. pecun. & §. fin. inſt. de in vtil. ſtipul.

10 Debitor moroſus, dicitur poſtquam fuit interpellatus ab homine, vel a die. & poſtea tenetur de interitu rei, & de fructibus præceptis, & præcepiendis, & de fœtibus animaliū, & de pœna adiecta in contractu, l. ſi longiſ. vbi Doct. C. de execut. rei iud. & l. cum res, § fin. ff. de leg. 1. & l. Iulian⁹, aliàs. l. cum ſeruus. §. fructus. ff. eodē. tit. & l. magnam. C. de contrah. & cōmitt. ſtipul. & c. mora. vbi gl. & Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. mora. ff. de vſur. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbor. obligat. & l. quod te mihi. ff. de reb. cred. & l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. & Alex. in l. ſi inſulam col. fin. ff. de verb. obligat. & Bart. in l. non ſolum. §. morte. n. 53. & Ant. Rub. n. 781. ff. de noui op. nunciat. & Iaſ. in l. nam. & poſtea. §. ſi is, qui tēporali. n. 10. ff. de iure iur. & in l. ſi mora. nu. 20. ff. ſolut. matr. & l. quod te mihi. num. 22. ff. de reb. cred. & Alex. & Ant. Rub. in l. vinum. num. 103. ff. eodem. Lud. Rom. ſing. 424. Corn. conſil. 101. n. 15. lib. 1. Ioan. Bernard. in regula 355. Marc. Ant. in tract. de mora. 1. p. à num. 1. & 2. part. à num. 1. Afflict. deciſ. 150. n. 4.

Debitor

Digitized by Google

11 Debitor enim moroſus ſemper eſt in culpa, & tenetur de omnibus caſibus etiā fortuitis, c.mora.vbi gl.& Doct. de regul. iur. lib.6. & l.ſi homines.C.de vſu & fructu.leg.& l.quod te mihi. vbi Bart. à n.10. ff.de reb.cred. & l.ſi deceſſerit. ff.quis ſatis d. cog. & l. ſi ex legati, & l.nemo. §. ſi poſt. ff. de verbor. obligat. & l.mora. ff.de vſur. Afflict.deciſs.150. nu.5. Alb.de Roſol. in l.quæ fortuitis. C.de pign. act. Aimon.conſil.95.& Alex. reprobata opinione Ang.in l.nemo. §. ſi poſt moram. ff.de verbor. obligat. Cæſar.vrſ.deciſs.150. nu. 23. hoc tamen non habet locum, quando creditor haberet vtilitatem de pecunia mutua,vt tenet Paul.de Caſt. in l.Titius.§. ſed nec ipſius. ff.de præſcript. verb.& Iaſ. in l.ſi paſcenda n.3.C.depact. Alex.conſil. 158. lib.2.Caſſan.in cōſuet.Burg. fol.196. Cæſar.vrſ.d.deciſs.150.n.24.

12 Debitor vini,frumenti,& olei,aut ſimilium, tenetur quanti fuiſſet die ſolutionis in loco, vbi ſoluere tenebatur, & ſi fuit in mora acreſcit æſtimatio à die moræ, vſq; abſolutionem. l.vinum,vbi Doct.communiter. ff.de reb. cred.& l.in hac. vbi Bart. ff.de cond.tritic. & l.quotiens in diem.vbi etiam Bart.& l.idē erit.ff.de verb. obligat. & l.datio.§. ſi per venditorem. & l.ſi ſterilis. §. cum per venditorem.vbi Doct.ff.de act.empt.per noſtram ord.tamen lib.4.tit. 20.non tenetur ſoluere frumentum cōmodatum.niſi ſicut voluerit vſq; in diem Aſſumptionis Beatæ Mariæ,quæ ord. eſt obſeruanda in foro ſeculari tantum, & in debitore frumenti, & non in debitore vini ſeù olei.

13 Debitor tamen nō dicitur moroſus,quādo aliqua exceptione ſe tueri poteſt quoniam non dicitur in mora ille,aquo propter exceptionē debitum exigi non poteſt, nec tunc debitor tenetur de acreſcionis æſtimatione,tempore,quo debitum ſolutum non fuit, nec de aliquo interitu, ſeù caſu rei,quia tunc culpa illius fieri nō dicitur,ſed tenetur quanti fuiſſet æſtimatio, die illa, qua ceſſauit exceptio.c.non eſt in mora. de regul.iur.lib.6.& l.lecta eſt.§.ſed cum ſortis petitio,vbi Doct.ff.de reb.cred. & l.ſi pupillus.ff.de verb.obligat.& l.nulla. vbi Dec.nu.2. ff.de regul.iur. & Bart.in l.ſi pactus.ff.depact. Bald.in l.ſi conſtat.col. 2. C.de compenſ.Doct.in l. Mæuia.§.fundus, ff.ſolut.matr.

14 Nec etiam dicitur debitor moroſus ille, qui iuſtam cauſam habet litigandi.l.vtiq;, vbi Doct.ff.de rei vind.& gl.ver. detrimentum. vbi etiam notant Doct. in l. quod te. ff.de reb.cred.purpurat.in l.vinum.à n.13. vſq;,ad n.31.ff.eodem,& Ioan.Bernard. in regul.355. Marc. Ant. in tract.de mora.1. p.à n.1.& 2.p.etiam.à n.1. Leo.in tract.noui oper. c.4.n.6. Girip. conſil.23.num.12. Merg.conſil.8.n.6.

15 Debitor tripliciter conſideratur, alius nāq; eſt debitor quantitatis,alius generis, alius ſpeciei,vt eſt gl.ver.factum,in l.quod te.vbi Bart.à n.3.Paul.de Caſt.Imol.Alex. & Iaſ.ff.de reb.cred.Gerip.conſi.19.à n.8. Leo.in tract.noui op.c.6.n.3.

16 Debitor ſpeciei liberatur re per empta, ſine eius culpa,ſi non fuit in mora,aut altera res ſit ſubrogata loco illius rei emptæ. l.ſi ex legati, & l.ſi homo mortuus,&c. l. ſi impoſsibilis. ff. de verbor.obligat.& l. ſi ipſa. ff. quod metus cauſ. & l. non vtiq;. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. & gloſſ.verb. ſtatim, in §. cum autem inſt. de empt. Dec.in l.contractus. num.46. ff.de regul.iur.& gloſſ.fin. in l.incendium. C.ſi cert. pet. Ruin. conſil.218. num.7. lib.1.& conſil.167. num.6.& 7.lib. 4.Bellon.libr.3. ſupuc. c.12. Doen.regula 179. nec etiam liberatur ſi pretium habeat pro re mortua,quia iam illam vendiderat, quando peremit. tunc enim non liberatur, ſed tenetur reſtituere pretium, pro quo rem per emptam vendiderat, ſi illam habuit titulo Lucratiuo.l.ſi eum ſeruum, vbi Bart. ff.de reb.cred.ſi tamen ille, qui rem debebat à principio, illam per titulum oneroſum habuit, cum bona fide, & poſtea illam vendidit ad nihilum tenetur. l. Iulianus, 37. vbi Bart. ff. de rei vind. & gloſſa, fin. in d. l. ſi eum ſeruum, vbi Doctores, ff. de reb.cred.& etiam tenetur quando debitor ſe obligauit pro caſu fortuito, aut ſuſcepit in ſe caſus fortuitas, l. prim. C. depoſit. & l. quæ fortuitis, C. de pign.& cap.vnico, vbi gloſſ.verbo, de leuiſsima. de commod. Doctores, in l. negocium. C.de neg. geſt. & in l. ſed etſi quis, §. quæſitum. ff. ſi quis caut. Dec. in l. contractus, numer. 48. ff. de regul. iur.

17 Debitor quantitatis non liberatur per empta quantitate, etiam, caſu fortuito, quia ſemper quantitas eſt in periculo debitoris. l. incendium. vbi Doct. C. ſi cert. pet. & §. item is, cui res.inſt.quibus mod.

re contrah.obligat. & glo.ver.factum.in l. quod te vbi Iaſ.nu.14.ff.de reb.cred.Idem Iaſ.in l.ſi à furioſo.nu.4.ff. eodem.& in l.ſi procuratori.n.10.ff.de cond.cauſ.dat.Abb. in c.ſignificante.n.8.de pign.& Ruin.cõſil. 218.n.10.lib.1.& conſil.171.nu.10.libr.4. Doen.regul.176.quia ſemper quãtitas datur,vt fiat debitoris, & indebitorem tranſijt dominium quãtitatis datæ. d.§.item is cui rei, vbi Doctor. inſt.quib.mod.re contrah, obligat.

18 Idem eſt in debitore generis,quia gen' perire non poteſt, niſi ſub alternũ.l.in ratiõe.§.rurſ'.verſ.in certæ.vbi Bar.ff.ad leg. falc.& l.incẽdium.vbi Doct. C.ſi cert.pet. gloſſ.1.in d.l.quod te.vbi etiam Doct.ff.de reb.cred.& etiam tenetur debitor de periculo in mutuo,vt tenet Iaſ.in l.ſi quis.4.n, 25.ff.de reb.cred.& Abb. in c.vnico.nu.8. de cõmod. Doct.in d.l.incẽdium.c.ſi cert. pet.& de iure regeo. eſt ord.libr.4.tit.50. in prin.

19 1.Debitum alienum reſpicit totum patrimonium debitoris,niſi alicui rei ſpecialiter ſic impoſitum. l.ſi fidei commiſſum.§. tractatum vbi Bart.ff.de iud.& l.1.§.ſi hæres.vbi Doct.ff.ad treb.& l. vſu fructu.& l. quantitas. ff.ad leg. falc.& l.2.& ibi Alex. C.de hæred. act. & l.ex facto. ff. de hæred. inſt.& l.1.C.de annon trib.lib.10.

20 Debitum defuncti eſt ab hærede ſoluendum,non habito reſpectu ad legata,nec ad rem donatam. l.pacto,vbi Doct. C.de pact. & l.1. vbi Bart.Bal.& Salicet C.ſi cert.pet. & l.ea quæ.& l.licet. C.familiercij.& l.pro hæreditarijs, & l. creditoris. C.de hæred. act.& l.1.C.de except.& l.æris alieni.C.de donat.quoniam hæreditas intelligitur deductò æreallieno.l.1.§.deniq;. ff.ad treb.& l.ex facto.§.vnde.ff.de hæred.inſt.

21 Debitum vnius fratris non onerat alterum, niſi iuſſu patris,contrahatur,aut verſum ſit in rem patris.l.ſi filia nupta.§.ſi filius, vbi Bald.& §. idem ſcribit. vbi bona doctrina Bart.ff familierij.& l.certum eſt: vbi Bart.& Bald.C.eodem.tit.& l.quæſitũ, §,1.& l.ſi quis ſeruum.ff.de pecul. & l.frater à fratre.vbi Doct.ff.de cond.ind.

22 Debitor liberatur à debito,quãdo illud creditori,ſiuè alteri,de eius,mãdato ſoluit per ſe,aut per alium, l.ſoluendo,vbi Doct. ff.de neg geſt.& l.inuito,& l.nihil intereſt. C.de ſolut.& l.ſolutum.§.ſolutũ.ff.de pign. act.& l.quod iuſſu.ff.de regul.iur.& l.ſolutam pecuniam.& l.cũ iuſſu. & l.ſolutionẽ, ff.de ſolut.& l.ſi opera.ff.de dol.mal.excep.& prin.inſt.quib.mod.toll.obligat.poteſt tamen creditor reuocare mandatum antequã eius creditor illud acceptet, poſtea vero non.l.ſi cum fundum.vbi Doct.ff. de pact.& Ioan.And.in addit ſpecul.in tit. de depoſit.ſuper Rubric.ſi autem creditor paciſcatur cum debitore, vt ſoluat alicui, cui ſe debere putabat,attamen per errorẽ, quia illi non tenebat , tunc non liberatur debitor licet ille acceparet , & debitor ei ſolueret , ſed redditur ad priſtinam obligationem.l.ſi cum te.vbi gl.ver.exceptione.& Doct.ff.de pact.

23 Debitor dupliciter liberatur à debito, videlicet naturaliter,aut ciuiliter naturaliter enim liberatur ſoluẽdo creditori,aut alteri de ipſius mandato, vt dixi ſuprà.§. proximo , aut per defectum rei ſpecialis debitæ,in rebus humanis,ſine culpa illius debitoris,ciuiliter autem liberatur ſi ius,& hæreditas vniuerſalis debitoris veniat ad creditorem, aut creditor debitũ demittat. l.verborum obligatio. ff.de ſolut.& l.creditori,& l.debitori.vbi Doct.C.de pact.

24 Debitor etiam liberatur ſoluens poſſeſſori,tam bonæ fidei,quàm mala fidei,ſi tẽpore ſolutionis ignorabat,quòd eſſet poſſeſſor malæ fidei, l. ſi quid poſſeſſor. §.fin. vbi Doct.ff.de hæred.pet.& l.ſi Vrbana.vbi gl.ver.ſoluend.& Bart.Paul.de Caſtr.Bald. Fulg.Iaſ.& omnes.ff.de cond.ind.& l.filiæ. & l.ſi cum ſeruus. ff. de ſolut.& l. eius qui. vbi Doct. ff.de reb. cred.& §. recte quoq;. Inſt.mand.ſecùs tamen ſi ſcienter ſolueret poſſeſſori malæ fidei,aut ex contractu alieno.dico infra verb.ſolutio.§.5.& 6.

25 Debitor liberatur, ſoluens creditori ſui creditoris,aut legitimo adminiſtratori illius, ſiuè ſpeciali procuratori , ſucceſſori, vel curatori. l. liber homo. vbi Bart. ff.de neg.geſt.& l.ſolutã.vbi Doct.ff de ſolut.& l. ſolutã.ff.de pign.act.nõ poteſt tñ creditor obligare debitorem ſui debitoris,ſi ille ſe illi non conſtituiſſet debitorem,aut debitum fuiſſet à debitore delegatum creditori,l.ſoluere.vbi Doct.C.de nouat. & obligat.& l.ſi in ſolutum.C.de obligat.& act.

26 Debitor liberatur ſoluẽs famulo ſui creditoris propoſito ad pecuniam recipiendam, aut in aliqua apotheca cõſtituto,vel habenti ſpeciale mandatum.l.ſi actore,vbi Doct.C.de ſolut.& l.eius qui,in prouinciæ vbi Bart.ff.de reb.cred.& l.vero. §.ſed etſi quis.& l.ſi quis ſeruo.& l.qui hominem.§. ſi titium.

Digitized by Google

ſi titium.ff.de ſolut.& Iaſ.in l.ſi procuratori,n.10.ff.de cond.cauſ.dat.ſecùs tamen in commodato.vbi ſemper dominium remanet apud dominum commodantem, quia tunc mittens liberatur cum famulus reputetur fidelis. l.argentũ,vbi Doct.& l.ſi mei cauſa,& l.vnde quæritur. ff.commod.& c. ſignificante,vbi Abb.n.8.de pign.Iaſ.in d. l.ſi procuratori, n.10. ff.de cond.cauſ.dat. & dixi ſupra ver.commodatum.§.17.

27 Debitor neceſſarius,ſi dedit tacitè creditori,intelligitur dediſſe,animo cõpenſandi,& tàm inter viuos,quàm in teſtamẽto,niſi coniunctione ſanguinis,aut ex mẽte diſponentis aliud colligatur. authent. præterea.vbi Iaſ.n.20.C.vnde vir.& vxor. idem Iaſ.in l.filia.n.1.C.delegat.Abb.in c. officij.n.4. poſt Hoſt.Ant.de Butr.& alios. de teſtam.ord.lib.4.tit.31.§.11.

28 Debitor non liberatur ſoluens alteri,& non creditori,nec de eius mandato,quamuis,filio creditoris ſoluiſſet,ſi ad recipiendam pecuniam non erat deputatus,nec habebat ſpeciale mandatũ, c.ex te credimus. de iure iur.& l.filius paciſcendo, vbi Bart. Paul.de Caſt.Iaſ.& alij.C.depact.& l.ſi ego ff.de neg.geſt.& l.qui hominem.§.ſi gener. & l.vero,vbi gl.ver.adminiſtratio.& Doct. ff.de ſolut.& l.in vito.C.eodem.

29 Debitor non liberatur ſoluens procuratori,qui non habet ſpeciale mandatum, aut ſi mandatum eſt reuocatum,& debitor ſciebat, quoniam ſi ignorabat mandatum eſſe reuocatum,valet ſolutio,& debitor remanet liberatus. l. qui hominem. §.nullo, vbi Doct. & l.hoc iure, & l.vero procuratori.§. ſed etſi.ff.de ſolut.& l.ſi procuratori,vbi Bart.n.4.& Iaſ.n.4. ff.de cond.cauſ. dat.& l.dominos, vbi Doct.C.quod cũ eo. falſus tamen procurator. ſeù falſus creditor,qui ſcienter recipit pecuniam à debitore,& illam ſibi retinet,committit furtũ, & tenetur furti,& conditione furtiua,& cõditione ob cauſam,& cõditione in debiti, l.falſus.§.falſus, vbi Doct.ff.de furt.& l.fin. ff. de vſu fruct. & quemadmod. caueat. & Bart.in l.ſi procuratori.nu.5.ff.de cond.in deb.

30 Debitor quantitatis nõ liberatur traděs pecuniam ad creditori reſtituendam,ſi antequam illi tradatur per datur, aut pereat, quia ſemper res domino perijt. l.argentũ. vbi Doct.ff.commod.& c. ſignificante,vbi Abb.n.8.de pign.& idem Abb. in c.vnico, n.8.de cõmod.& Iaſ.in l.qudd te.n.13.ff.de reb.cred.& in l.ſi procuratori, nu.10. ff.de cond.cauſ.dat.Carol.Ruin.conſi.218.n.10. lib.1.& conſil.171.n.10.lib.4.Vaſcolet.in tract.de indiuid.7.Cerul.n.80.Decn.regula 176.

31 Debitor non liberatur à debito tradẽdo rem alienã,quoniam,nec dare,nec ſoluere dicitur, quando datur res, quæ nõ fit accipientis.l.vbi autem.§. fin. vbi Doct. ff. de verb.obligat.& l.non videtur, vbi Dec. n.4.ff.de regul.iur.& §.ſic itaq;.inſt.de act. imo tenetur de furto,ſi ſcienter rem alienam in ſolutum dederit, & etiam ſi dicat fundum, nemini obligatum eſſe, & poſtea appareat contrarium, tenetur de crimine falſi,l.ſi à debitore,vbi Bart.ff.ad leg.Corn. de falſ.

32 Debitor nõ liberatur à debito,ſi pignus dedit,& illud perijt apud. creditorem,ſine culpa illius, ſed potius remanet integra petitio,quia dominium pignus ſemper remanet apud debitorẽ pignus illud tradentem. l.ſeruo,vbi Bald.&Salicet.C.de pign. & hypoth.& l.pignus,vbi Doct.C.de pign. act.& l.ſi inter.§.quidquid.ff.de pign.& hypoth.& §. fin. inſt.quib. mod. re contrah. obligat.nec etiam liberatur per ſoli pignoris,ceſsionem, l.1.vbi Bart.Bald.& Salicet. C.de pign. & hypoth. vnde ſi pignus miuus valeret, quàm eſſet pecunia debita, non præiudicaret creditori,quo minus totum debitum petere poſsit. l.ſi creditor, vbi Doct.ff.de reb.cred.Bart.in d.l.1.C.de pign.& hypoth.

33 Debitor etiã non liberatur à debito habens inſtrumẽtum debiti in ſua poteſtate contra volnutatem creditoris, ſed potius inſtrumentum illud probat contra ipſum debitorem. l.1.vbi Doct.C.defid.inſtr.& l. quod debitori. C.de ſolut.& l.ſi chirographum. ff. de probat. aliter tamen quando creditor illi tradidit inſtrumẽtum debiti, quia tunc intelligitur: quòd illi debitum remiſiſſet,aut feciſſet pactum de non petẽdo. l.labeo ait, vbi Bart.& alij. ff.depact.& l.1. C.de donat.& l.creditricem. C.de remiſſ.pign.& c cum pridem.depact.& dixi ſupra verbo creditor.§.22.

34 Debitor eſt condemnandus in quãtitate pecuniæ,quam ipſe confeſſus eſt in inſtrumento debiti, ſi cauſa,aut contractus, pro quo debitum contraxit, exprimitteur in inſtrumento,ſi tamen cauſa nõ ſit expreſſa in inſtrumento, tenetur creditor probare debitum,quod in inſtrumento continetur.

c.ſi cau-

Digitized by Google

c.ſi cautio, vbi gloſ.verb.ſi cauſa, & Doct.
deſid.inſtr.& l.cum de in debito.§.fin.ff.de
probat.& l.generaliter. vbi etiam Doct.C.
de non numerat.pecun.& tunc non habet
locum ord.noſtra lib.3.tit.25.§.9.

35 Debitor, nõ poteſt probare ſolutionem
per teſtes, in ſumma, quam creditor non
poteſt probare, niſi per publicum inſtru-
mentum, vbi enim teſtes nõ admittuntur
ad probandum debitum, nec etiam admit-
tuntur ad probandam ſolutionem, ſicut eſt
per ord.reg.lib.3. tit.59. vbi creditor non
poteſt probare per teſtes vltrà ſummam
centum, & quinquaginta ſolidorum, in bo-
nis mobilibus. & ita debitor non poteſt
probare ſolutionem per teſtes vltrà illam
ſummam. arg.tex.in l nihil.tam naturale,
vbi Dec.n.3.ff.de regul.iur.

36 Debitore ſoluente partem debiti credi-
tori, & creditore faciente illi, generaliter
pactũ de non petendo. intelligitur de par-
te ſoluta tantum, & non obſtante pacto, po
teſt aliam partem debiti, non ſolutam pe-
tere, niſi ex inſtrumento pacti colligatur,
quod totum debitum remiſiſſet.l.ſi ex ma-
iore. vbi Doct.C.de except. ſeù præſcript.
& Iaſ.in l.ſi de certa.num.6.C.de tranſact.
quia tunc præſumitur confeſsio illa, totius
debiti, & pactum de nõ petendo facta per
errorem, & tunc nõ debet præiudicare ipſi
creditori.l.ſi inter partem.C.de ſolut.

37 Debitores plures condemnati ſimplici-
ter in vna ſententia, ſine alia expreſsione
quantitatis debiti intelliguntur condẽnati
vnuſquiſq; pro ſua parte, etſi quicumq; il-
lorum ſoluerit ſuam partẽ, non poteſt pro
alia obligari, quamuis alij collegæ non ha-
beant vnde ſoluant creditori, l.1.vbi Bart.
Bald.Salicet.Paul.de Caſtr. & omnes. C. ſi
plures. vna ſent.& l.ſi mandatu titij,§, Pau
lus reſpondit vnum.ff.mand.& l.ſi quis ſe-
paratim.§.quotiens.ff.de appellat.& l.Pau
lus reſpondit 43.ff.de reiud.

38 Debitores tamẽ duo, ſeù plures poſſunt
ſe obligare in ſolidum, & tunc vnùſquiſq;
illorum tenetur pro parte ſua, vt debitor
principalis, & pro parte aliorũ, tanquàm
fide iuſſor.l.reos promittendi. vbi Bart.ff.
de duob.reis conſt.& authẽt. de duob.reis
promitt.coll.9. & l.vir.vxori,§.mulier. ff.
ad vell.& gl.in §.fin.inſt.de duob.reis ſti-
pul. dixi ſupra ver.creditor.§.4.

Debitores plures hæreditarij, ſiuè alij,
quicumq; interſe paciſcentes, vt vnus eo-
rum totum debitum per ſoluat creditori,
non ideo excuſantur, ſi creditor ab vno-
quoq; ſuam partem debiti petere vellit,
poterunt tamen poſt ſolutionem obligare
illum, qui ſoluere tenebatur, vt ſatisfaciat
vnicuiq; quod per pactionem promiſerat,
l.pacto ſucceſſorum, vbi Doct.& l.debito-
rum.vbi Bald.Pau.de Caſt.Alex.Iaſ.& alij,
C.de pact.& l.1.§.qui nimo. ff.ſi pars.hæ-
red.pet.& l.licet. C. familierc. & authent.
de duob. reis promitt. coll. 7. attamen ſi
vnus illorum debitorum totum debitum
per ſoluat, liberat alias condebitores, ſi ta-
men ſoluat partem ſuam tantũ, poteſt tũc
creditor obligare, vnumquemquam illorũ
pro ſua parte. l.ſi ex toto. §. ſi ita ſcriptu.
vbi Doct.ff.deleg.1.

39 Debitor ſemper tenetur liberare fide
iuſſorem in demnẽ ab obligatione debiti,
pro quo fide iuſsit, & ſi aliqua damna re-
ceperit, pro fide iuſsione tenetur illa re-
ſarcire. c.per venit, vbi Doct.& c.cõſtitu-
tus, deſid.iuſſ.& l.ſi mandatu.§.ſi fide iuſſ.
ff.mand.& l.2. §.fin.ff.de adminiſtr.rer.ad
ciuit.pert.

Debitum eſt ſoluendum ſine vlla dimi-
40 nutione, c.peruenit.vbi Doct. deſid.iuſſo.
nec in illo debitor poteſt facere conditio-
nem creditoris deteriorem, quamuis me-
liorem facere poſsit, nec ratio naturalis
aliud permittit. l.ſoluendo, vbi notãt om-
nes.ff.de neg.geſt.& l.debitorem.C.depig.
& hypoth.& l.in vito.C.de ſolut. & l. iurè
naturæ.206.ff.de regul.iur.

Debitor itaq;, ſi debeat vinum vetus,
41 aut alia ſimilia, non poteſt dare nouũ pro
vetere, nec deteriorem rem dare poteſt,
ſed ęque bonam reddere tenetur.l.cũ quid
mutuum.vbi Bart.Alb.Fulg.& Lud.Rom.
Alex.de Imol.Paul.de Caſtr. Iaſ.& alij.ff.
de reb.cred.& l.fin.ff.de vſu. & hab.& l.1.
§. 1. ff. de act.& obligat.& l.res in dotem.
ff. de iure dot. & §. præterea. inſt. de act.
& prin. inſt.quib. mod. re contrah. obli-
gat.

Debitor nõ poteſt ſoluere aliud pro alio
42 in vito creditore, quãuis illo valente, bene
poſsit. l.2. §.mutui datio. vbi Doct. ff. de
reb.cred.& l.cum quid.ff.eodem, & l.item
liberatur,§.qui paratus.ff.quib.mod.pign.
vel hypoth.ſol.& l.Paulus 1.vbi Bart.ff.de
ſolut.& l.eum aquo, & l.manifeſti.C.eodẽ,
prin.inſt.quibus.mod.re contrah.obligat.
& dixi. ſupra verb.creditor.§.12. vbi vide
17.fallentias.

43 Debitor non poteſt ſeruos ſuos manu
mittere

Digitized by Google

mittere in fraudem creditorum, nec talis manumiſſio valet, l.ſi mortis tempore. vbi Doct.ff.qui.& aquib. manumitt. & prin. & §.præualuiſſe. inſt.quib.ex cau.manumitt. non licet.& §.hæc conſtitutio. inſt.de eo, cui lib.cauſ.bon.& l.1.& per totum.ff.quæ in fraud.cred.

45 Debitor fiſci.& alicuius debitoris poſterioris,ſi forte ſoluat illi debitori, & poſtea fiat non ſoluendo ſiſco, poteſt tunc fiſcus reuocare ſolutum creditori,& ab illo petere pecuniam, quam à debitore recepit, quoniã ſemper fiſcus habet ex priuilegio ius pignoris, in rebus ſui debitoris.l.pecunia. vbi Bart. Paul.de Caſtr. Salicet.& alij. C.de priuil.fiſc.& l. auferetur. vbi Doct. ff. de iure fiſc. non extenditur tamen priuilegium fiſci ad bona debitoris ante debitũ contractum. vendita.l.ſi debitor. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.& omnes.C.de priuil. fiſc.& Ita eſt intelligenda ord.libr. 2.tit.52. §.5.

46 Debitor illius, qui lapſus fuit in hæreſim, remanet liberatus ab omni obligatione, quoniam eo ipſo, quod quis incidit in hæreſim, perdit omnia bona,& non poteſt debitores ſuos obligare.c.fin.vbi Abb.n.2 de hæret.gl.verb commodo. in c.exparte. de reſt.ſpol.in fiſcum tamen tranſeunt omnes obligationes, ſecuta confiſcatione, & non tantum obligationes ciuiles, ſed etiã naturales. vt tenet Imol.in l.ſi debitori. in fin.prin.ff.defideiuſſ.Calcan. conſil.66.nu. 4.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.78.n.23. iura tamen conditionalia, non tranſeunt.in fiſcum. gl.verb.præſens.in l.non ad ea. ff.de cond.& demonſt. Iaſ.in l.ſi quis arbitratu. à nu.29.ff.de verb.obligat. boſſ.in titul.de bon.publicat.n.14.& n.24.

47 Debitor, qui promiſit ſoluere debitum certo loco, poteſt conueniri loco illo, vbi ſoluere promiſit, aut vbi habet domiciliũ, c.dilecti filij. vbi Doct. de foro comp. & l. is, qui certo loco.ff.de eo, quod cert. loco. & l.qui Romæ.vbi Doct.ff.de verb.obligat. & l.ſi fide iuſſor. 16. §. qui certo. ff. de fide iuſſ. & l.vſuras. C.de ſolut. nec debitor inuitus poteſt cogi alibi ſoluere, quàm in loco diſtinato ſolutioni, aut vbi habet domicilium. vt tenet Bart.Ang.Imol.Alexand. Aret. Iaſ.& alij in d.l qui Romæ.intelligitur tamen illa die, qua debitor in locum illum ire poteſt, quia dum in illum ire non poteſt, non fit moroſus. l. continuus. §. cum ita, vbi Bart. ff. de verborum obligat.& §.loca: vbi Doctores.inſt.de verb. obligat.

48 Debitor liberatur à debito, ſi tempore, & loco, vbi ſolutio fieri debet, offerat debitum creditori,& ille noluerit recipere,& poſtea res pereat, aut ſi pecuniam debitam ſolemniter obſignet, l. obſignatione. vbi Bald. C.de ſolut.& l.ſi opera. ff.de dol.except. & l.qui decem.& l.ſi debitor, vbi Doctor.ff.de ſolut.& gl.verb.minimè, in l.fin. C.de cond.inſert. & vt debitor purget moram, debet ad ire domũ creditoris, ſi vterq; eſt eiuſdem fori, quoniã ſi debitor,& creditor ſunt diuerſi fori,& ſolutio eſt facienda reſpectu alicuius rei, non tenetur ad ire domum creditoris, ſed ſufficit eſſe paratũ, ad ſoluendum creditori, quocumq; tẽpore veniat, aut mittat ad domum debitoris, ad debitum recipiendum. l. item verba: vbi glo.ver.non venit,& Bart.n.9.ff.de conſt. pecun.Abb.in c.ſignificante. n.9.de pign. ſumma Ang.verb.obligatio.§.8. Iaſ.in l.2. nu.92. C.de iure emph. ſi tamen debitum non ſit ſoluendum reſpectu alicuius rei, & pro aliqua re, ſed tantum ad commodum ſoluentis, vt aliquid conſequatur, puta. vt conſequatur legatum, ſiue libertatem, aut aliquid ſimile, tunc tenetur debitor ad ire domum creditoris, quamuis ſint diuerſi fori, l.quod niſi.vbi Doct.ff.de oper.libert. & l.cum quidã. C.de cond.in ſert.& l.pen. in fin.ff.de cond. & demonſtr. Abb.in d.c. ſignificante.n.10.de pign.Bart.in d.l.item verba.d.n 9.ff.de conſt.pecun.niſi debitor ſe obligaret ſoluere certo loco, & tẽpore, quia tunc, illic ſoluere tenetur, licet creditor ſit diuerſi fori, l. is qui.vbi Bart.ff.de eo, quod certo loco. & l. vſuras. vbi Bald. C.de ſolut.

49 Si tamen creditor mutauit domicilium, & debitor tenebatur ad ire domum creditoris, propter conuentionem, non tenetur tunc debitor ad ire, niſi ad locum obligationis, benè tamen teneretur, ſi eundo non expẽderet plus ſumptuum, quàm ad locũ diſtinatum expẽderet, aut parum plus, vel minus. vt tenet. Bald. in l.acceptam. C.de vſur.& in l.Mæuia.§.fin. ff.de ann.legat. & Iaſ.in l.2.n.94.C.de iure emph.

50 Debitor alicuius qñtitatis, qui ſub certa pœna promiſit illam ſoluere certa die, non tenetur ad totam pœnam, de æquitate iuris canonici, ſi partem ſoluat. c.ſuam ad nas.vbi Abb.nu.1.de pœn. ſi tmen obligatio ſit in dando ſub certa pœna, tota illa commit-

Digitized by Google

committitur de rigore iuris ciuilis, quamuis in parte ſit ſatisfactum. cum non ſit in totum. l.ſtipulationum. 5.§.ſi ſortem & l. in executione. §.item ſi ita. vbi Bart. Paul. de Caſtr. Alex.& Iaſ.ff.de verb. obligat. & l. hæredes § an. ea verſ.idem iuris. ff.familiercisc.& Bald.in l.tum ſit.C.de ſepulch. viol.ſi autem obligatio conſiſtat in faciendo, & illud, quod ſub pœna fuit promiſſũ, eſt indiuiduum, ſeù res, quæ ad vſum, ſeruire non poteſt ſi non fuerit completa, tũc enim tota pœna cõmittitur, licet pro parte ſit ſatisfactum.l.eadem.§.cato.vbi Doct. & l.in executione.ff de verb.ſign.ſi tamen factum ſit diuiſum, & pro parte ſit ſatisfactum, non committitur pœna, niſi pro parte, pro qua non eſt ſatisfactum. l. ſi procurator, vbi Doct.ff.rem rat.hab.& d. l. eadẽ. d.§. cato. vbi Doctor.ff.de verb.obligat.& Abb.in c.ſuam ad naſ.n.5.de pœn.

51 Ita debitor, qui pignus pro debito obligauit, ſi partem debiti ſoluat, non liberat pignus, nec partem illius, niſi aliter ſit cautum in contractu, l.in executione. §.item ſi ita, vbi Doct.ff.de verb.obligat.& l.hæredes.§. an ea. verſ.idem obſeruatur. ff familiercisc.& l.1. vbi Bald.C.de luit. pign. & l.quandiu. C.de diſtract.pign.

52 Debitor non tenetur ſoluere, quando creditor illo tempore ex actum reddere tenetur, melius enim eſt nõ ſoluere, quàm ſolutum repetere, & qui petit, quod ſoluturus eſt, non caret dolo. l. incondemnatione. §.dolo. ff.de regul.iuris.& l.nupta. §.quoties.ff.ſolut.matr.& l.dolo.vbi Doctor. ff.de except.dol.& l. exceptione.vbi Bald.& Salicet. C.de euict.& l. nemo. vbi Dec. n.1.ff.de regul.iuris.& c.dolo.vbi notant omnes de regul.iuris.lib.6.

53 Debitor hæreditatis, nõ tenetur ſoluere debitum hæreditarium, dum dubitatur, vtrum ad illum pertineat hæreditas, aut non, niſi ſe hæredem contendat, aut ex delicto ſit debitor. l.ſi debitor.vbi gl.ver.nõ tenetur Bart.ff.de pet. hæred.ſi tamen hæres ſoluat legata, aut debita hæreditaria, antequàm ſibi controuerſia ſit mota, & poſtea hæreditas ab illo ſit euicta, habet retentionem, dum ſibi omnia ſint ſoluta, & poſtea cedet actiones. l. quod ſi poſſeſſor. vbi Doct.ff. de pet.hæred.

54 Debitor non tenetur ſoluere ſuo creditori excõmunicato, nec ille poteſt debitũ petere, dum eſt excõmunicatus, quamuis dies ſolutiones ad veniat, quod non eſt à contrario, quoniam ſi debitor eſt excommunicatus tenetur ſoluere debitum, & poteſt pro illo, conueniri. c. ſi verè & infrà, vbi Abb. n.2. de ſent. excõmunicat.idem Abb. in c inter alia, n.6. de ſent.excõmunicat. & notant Doct.cõmuniter in c.pia. de except.lib.6.& c.Intelleximus.de iud.

55 Debitor præſcribit ſpacio triginta annorum, vbi nullum peccatum, nec mala fides in venitur, quoniam ſpacio triginta annorum omnes actiones tolluntur.l.ſicut vbi Doct. & l. omnes, C. de præſcript.30. vel. 40. annorum Abb.in c.ſiu.num.21.de præſcript.vbi tamen in veniuntur peccatum, & culpa præſcribẽtis, quia fuit in mala fide, nunquam poteſt præſcribere. c.fin. vbi Abb.n.21.de præſcript.& c.poſſeſſor. vbi Doct.de regul.iuris. lib.6.curſus enim temporis nunquam tollit obligationem vt refert gl. 1.in c.vigilanti.de præſcript.

56 Debitor confitens debitum, ſi non habet pecuniam paratam, & petat dilationẽ, debet audiri, & eſt illi dãda aliqua modica dilatio. l.ſi debitori, vbi Doct. ff.de iud. & l.debitoribus. ff.de re iud.& l.ſi domus.§.in pecunia.ff.de leg.1.& l.certum, §.dabitur. ff.de confeſſ.hoc tamen non obſeruatur in tota noſtra Hiſpania, imo, vbi primum debitor confitetur debitum in iudicio, ſtatim iudex profert ſententiam, vt fiat executio in bonis illius debitoris obſeruatur tamẽ in confeſsione debitoris facta in inſtrumẽto publico, ſi cauſa, pro qua debitum fuit contractum exprimitur in illo, vt infra decem dies ſoluat totum debitum, aut in illis oſtendat ſolutionem, ſiue aliquem rationem, non ſoluendi, & illam probet intra illos decem dies, & ſi confeſsio illa facta fuerit in priuata ſcriptura, habeat illam dilationem decem dierum ad re cognoſcendam priuatam ſcripturã, & ad probandam ſolutionẽ, ſeù rationem non ſoluẽdi, per ord.reg. noſtræ Luſitaniæ.lib.3.tit.25. in prin.& §.fin.& habetur.ex doctrina Bar. in l.ſi debitori. ff. de iud.

57 Debitor poſtquàm debitum agnouit, aut illud eſt confeſſus in iure, poteſt cedere bonis, quoniam antequam debitum confiteatur, aut ſit iudicatum, non admittitur ceſsio, & cedens bonis debet indicare omnia bona, ita vt ne vnum tantum de nariũ remaneat, quod nõ ſit indicatum.l.qui cedit. vbi gl.ver.non debet, & Bart.n.1.ff.de ceſſ. bon.& gl.ver.ex integro.in §.fin.inſt. de act. & ſi debitor poſtquàm bonis cedit

aliqua

Digitized by Google

aliqua bona acquiſierit, poteſt conueniri in id, quod facere poteſt, ne alimẽtis fraudetur. l.is, qui bonis.4. & l. qui bonis ſuis. vbi Doct.ff.de ceſſ.bon. & §.fin.cum gl.ibi ver.ex integro. inſt.de act. clericus tamen in ſacris, aut beneficiatus. non tenetur cedere bonis. dixi ſupra ver.carcer § 7.

59 Debitor ex cauſa donationis, nõ poteſt conueniri, niſi in id, quod facere poteſt, deducto ære alieno, & vt ne egeat. l.inter eas, & l.ſed hoc.ff.de reiud.& l.2.vbi glo.ver.ſi paterna.vbi Doct.C.quod cum eo, hoc tamen non habet locum in illo, qui dolo deſinit poſsidere, is enim tenetur in ſolidũ, nullo habito reſpectu ad illud, in quantum facere poteſt. l.ſi quis dolo.ff.de reiud.

60 Debitor in decem, ſi in viginti cõueniatur, non poteſt negare totum ſed tenetur confiteri partem debiti, in qua tenetur, & pro alia litigare, quoniam, qui totũ petit, in effectu petit quamlibet. eius partẽ, quia pars in toto continetur. l.ſi quis cum totũ, vbi Doct.ff.de except.rei iud. & l.in toto. ff.de regl.iur.& l quidam exiſtimaverunt. vbi Iaſ.n.1.& alij ff.de reb.cred. & tenent. Doct. in l.1.§. ſi ſtipulanti.ff.de verb.obligat. Dec.in l.non poteſt videri 99.nu.2.ff. de regul.iuris.& in l.in eo.n.2.ff.eod.tit.

61 Summa maior namq́ꝫ continetur in minori.c.1.vbi Doct de arbit.lib 6.& c.plus. de regul.iur.eodem, lib.6.& l.in eo, quod plus. vbi Dec. n.4.ff de regul.iur.& l.diẽ. §. ſed plures. ff de arb. & l. interpares. §. fin.ff.de reiud.& l.1.§.ſi ſtipulãti.vbi Bart. ff.de verb.obligat ſi tamen vnus teſtis dicit, quòd res valet centum. & non plus, & duo dicunt, quod valet ducenta, aut ſi vnus dicit, quòd videret aliquem poſsidere per decem aunos, duo autem dicunt, quòd vidiſſent illũ poſsidere per triginta annos, tunc ſtatur dicto illorum duorum, cum ſit maior numerus teſtium, dicentium de affirmatiua, nec enim teſtis, qui dicit de maiori ſumma videtur intelligere de minori. gl.ver.conſenſerunt.in l.diem.§.ſi plures. ff.de arb.Doct.per tex.ibi in c.1.de arb.lib. 6.Dec.in d.l.in eo, quod plus.nu.16. ff.de regul.iuris. ita in iudicibus proferentibus diuerſas ſententias in ſumma maiore, & minori, quoniam nõ eſt par credere, quòd ille, qui teſtificatur, aut iudicat in quindecim cõſentiat in quinq́ꝫ, qua propter ſemper teſtificata, aut iudicata tenent. vbi maior numerus teſtium, ſeù iudicum videtur conſentire, quando enim vnus iudicat in decem, & duo in quindecim, illi duo faciũt maiorem numerum, & dicto illorum eſt ſtandum.c.1. vbi glo.1.& Ioann. Monach. Dominic.Ioan.And. & omnes. de arb.lib. 6.& Iaſ. in l.interpares. nu.7.ff.de reiud.reprobata gl.ver.conſenſerunt.in l.diem proferre. §. ſi plures. ff.de arb.ſi autem inveniantur ſingulares in vna ſumma, quoniã vnus dixit in quinq́ꝫ. alius vero in decem, & alius in quindecim tunc tenet dictum, ſeù iudicatum in quinq́ꝫ, quia in illa ſumma omnes concordant, niſi expreſſe vnusquiſq́ꝫ dicat, quòd nõ cõſentit in alia ſumma minori.d.c.1.vbi Doct.de arb.libr.6.& Iaſ.d.l.interpares.d.n.7.ff.de reiud.

62 Debitor in alternatiuis, tàm temporis, quàm rerum, habet electionem ſoluendi, quod voluerit, & ſufficit vnum adimplere. c.in alternatiuis.cum ibi notatis. de regu. iur.lib 6.& l.ſi ita ſtipulatus.fuero.vbi Bar. ff.de verb.obligat. & l.cum pupillus.§.diſiunctiuo.ff.de cond.& demonſtr. & l.plerumq́ꝫ.ff.de iure dot.& l. in eo, quod plus. ff.de regul.iur. & c.inter cætera.vbi gloſ. ver.iſtorum.vbi Abb.n.1.de reſcript.

In alternatiuis tamen aliquando ſeruatur ordo. l.cum pater.§ ate peto.vbi Bart. ff.de leg.2 glo.ver.in alternatiuis in d. c.in alternatiuis.de regul.iur.

63 In duobus datis per errorem, cum debitor tenebatur dare ſeruum, aut pecuniam, & per errorem dedit vtrumq́ꝫ, poteſt repetere, quod dedit per errorem, & eſt in electione illius, cui fuit ſolutum, vt reddat ſeruum, aut pecuniam, quoniam iam tunc fit debitor vnius rei, ex illis duabus, quæ illi ſolutæ fuerunt, & tunc eſt in illius electione reddere vnã ex illis duabus rebus, quã voluerit.l.ſi quis ſeruum.vbi Bart.Bald.& Salicet.C.de cond.ind.b.

65 In alternatiuis venditionis, quando venditor illam, aut illã rem vendit. eſt in electione venditoris tradere rem illarum, quàm voluerit.l.ſi ita diſtrahatur.vbi Bart. & l.ſi in electione.§.ſi emptio.vbi Doct.ff. de contrah.empt.

66 In alternatiuis legatorum, in rebus animatis electio eſt legatarij, debet tamẽ eligere mediocrem, in rebus tamẽ inanimatis, electio eſt hæredis, niſi aliud colligatur ex mẽte teſtatoris, l. qui duas, & l.legato. generaliter.vbi glo.ver. peſsimus, & Iaſ.n. 12. vbi dicit communem. ff. de leg.1. & l. mancipiorum. vbi Doct.ff de optione.legat. ſi tamen res illæ animatæ non ſunt in

patri-

Digitized by Google

patrimonio teſtatoris, tunc erit electio hæredis, ſicut in rebus inanimatis. vt eſt tex. in l. 3. in prin. & l. 4. ff. de tritic. vino. oleoq; legat. & Bart. in d. l. legato generaliter. n. 4. ff. de leg. 1.

66 Debitor alicuius menſuræ frumēti vini, ſeù olei tenetur ſoluere per menſurā conſuetam in illa regione, qua ſaluere tenebatur, ſi conſtat de qua menſura erat obligatus, quoniā ſi non conſtat, non poteſt cogi, niſi ad minorem. c. ex parte. vbi Anton. de But. Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. de cenſib.

67 Debitum vendi poteſt, & cadit in illū, contractus emptionis, & vēditionis, vt tenet Abb. in c. in ciuitate n. 7. de vſur. ſicut cadit in ſpem alicuius ſucceſsionis, iactum retis, ſiuè venationis. l. ſpem. vbi Doct. C. de donat. & l. emptorem alias. l. ex empto. §. fin. ff. de act. empt. & l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & l. ſtipulatio iſta. §. ſequitur. ff. de verb. obligat.

68 Debitor, poſtquam ſoluit debitum, poteſt cōuenire creditorem, vt illi reddat inſtrumentum debiti, c. accedens. 2. ad fin. vbi Abb. n. 11. vt lit. non conteſt. & c. Eccleſia Sancta Mariæ, vbi Doct. vt lite pendent. & l. diſſolutæ. C. de cond. ex leg & l. fin. C. ad exhi. & l. fin. vbi Salic. C. de ſolut.

Verbo Decima.

1 DEcimę aliæ ſunt prædiales, aliæ perſonales, aliæ mixtæ, prædiales dicuntur illæ, quæ ex prædijs præueniunt, c. cōmiſſum. vbi Doct. de decim. & c. fin. vbi Ant. de Butr. Innocent. Abb. & oēs de parroch. perſonales dicuntur illæ, quæ præueniunt ex negociatione, artificio, ſcientia, militia, venatione, & huiuſmodi induſtris perſonarum. c. ad Apoſtolicæ, & c. paſtoralis, & c. nō eſt de decim. & d. c. fin. de parroch decimæ vero mixtæ dicūtur illæ, quæ præueniūt, de animalibus, & eorum fætibus, quæ partim ſunt prædiales, reſpectu prædiorū, vbi paſcuntur, & partim perſonales reſpectu cuſtodiæ, & induſtriæ, quæ de illis habetur. c. nō eſt. vbi Doct. de decim ſumma Ang. verb. decima. in prin. & ibi alij Summiſtæ.

2 Decimæ prædiales debentur iure diuino, ex præcepto vtriuſq; teſtamēti, & perſoluuntur ſecundum conſuetudinē vniuſcuiuſq; loci, c. in aliquibus. vbi Abb. n. 5. & c. tuæ nobis, & c. ad Apoſtolicæ, & c. parrochianaa. vbi Doct. & §. illæ quippe. in d. c in aliquibus de decim. & c. 1. vbi Ioann. Andr. de decim. libr. 6. & c. decimæ. 16. quæſt. 1. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 86. n. 1. & Paralypomenon 2. c 31. & de vero nomi. c. 12. & c. 26. & quod etiam decimæ perſonales ſint de iure diuino, tenet Innocent. in c. fin. de parroch. & in Rubr. de decim. & Abb. in c. in aliquibus. n. 9 de decim. attamen D. Thom. 22. q. 87. art. 2. in reſponſione. ad 1. & Adrian. quolibet. 5. fol. 88. tenent, quòd decimæ perſonales, nō ſint de iure dinino, ſed de iure poſitiuo, quæ opinio verior mihi videtur quouiam non inuenitur cautum in ſacra pagina de decimis perſonalibus, licet de mixtis inueniatur Gen. c. 4. & ita tenet Fel. in c. cauſam. n. 2. de præſcript.

3 Decimæ prædiales ſunt ſoluendæ ſtatim fructibus collectis, perſonales verò in fine anni, niſi aliud ſit de conſuetudine, quoniā in hoc multū valet cōſuetudo, & ſi poſt moram pereant, non excuſatur ille, qui ſoluere tenebatur, ante vero ſic. c. cum homines, vbi Abb. nu. 5. de decim. & c. decimæ. 16. quæſt. 1. & facit text in c. vnico de cōmod. & in l. cum res. §. fiu. ff. de leg. 1. ſumma Ang ver. decima. §. 4.

4 Decimarū cauſa eſt ſummaria, & poteſt tempore feriarum, cauſa meſsium, ſeù vindemiarum, agitari, clem. diſpendioſam, vbi Card. quæſt. 12. cum ſequentibus. de iud. Marant. de ord. iud. 4. p. diſt. 9. n. 144. Merg. conſil. 4. n. 12. & Girip. conſil. 16. n. 8. reprobata opinione ſpecul. in tit. de ferrijs. §. ſequitur. n. 11.

5 Decimæ debētur de omnibus fructibus prædij, qui colligūtur à terra, & arboribus, animalibus, piſcatione, venatione, hortis, negociatione, melitia, balneis, lapidicinis, methalis, artificijs, apibus, & de cæteris bonis. c. non eſt in poteſtate, vbi Doct. & c. nuncias. & c. ex parte. 21. & c. per venit, & c. paſtoralis. de decim. & c. reuertimini, & c. decimæ tributa. 16. quæſt. 1. & etiam debentur decimæ, de lana, & de molendinis, tàm de aqua, quàm de vētu, & de omnibus molēdinis, ſiuè tractis, ex quibus domini illorum, aliquod lucrum ſuſcipiūt, & c. per venit. vbi gl. 1. Goffred. Card. Hoſt. Abb. & omnes, & c. ex tranſmiſſa, vbi Ioan. Andr. & Abb. & c. paſtoralis, vbi gl. 1. & Doct. de decim. & etiam de late, quoniam lana, lac. & fætus, in fructu pecudum habetur, l. in pecudum.

Digitized by Google

pecudum. ff.de vſur. & §.in pecudum. vbi Doct.inſt.de rerum diuiſ.& gl.ver. lana.in d.c.peruenit.de decim.

6 Decimæ ſunt inte graliter ſoluendæ, & qui varijs artibus decimas, Eccleſijs ob venientes ſub trahere moliuntur, aut qui ad illas ſoluendas temerè occupant, ſeù impediunt, excommunicentur. c.per venit.vbi Goffred.Card.Hoſt.& Abb.& c.núcios.vbi Doct.& c.parrochianos, & c. tua nobis.de decim.& cōſil.Trid.ſſ.25.c.12.de reform, quoniā decimarū ſolutio debita eſt Deo,& qui decimas dare noluerint, aut dātes impediūt, res alienas inuadūt. Trid.vbi ſup.

7 Decimas tenentur ſoluere omnes laici, tàm diuites, quàm pauperes, & etiā Iudæi tenētur ſoluere decimas prædiales,& mixtas, aut demittere prædia. c.de.terris, vbi Abb. n.1. & c.cū ſint homines.de decim. & c.decimas.19.q.1.Imol.in c.ſtatuimꝰ.de trāſact.& idē Imol.& Ab.in Rub.de decim. Ant.de But.in c.parochianos. eod.tit.Arc. in c.maiores.16.q.7.Fel.in c.cauſā de præſcript.Hoſt.in ſúma.In tit.de decim.§.verū. verſ.7.& poſſunt ab illis peti conditione ex canone, vt tenet ſpecu.in Rub.de decim. n.4.Abb.in c.tua nobis.n.11.de decim.

8 Clerici etiam debēt ſoluere decimas de bonis ſuis patrimonialibus,& clerici à clericis exigunt ſuas decimas, quāuis non legamus, quòd leuitæ à liuitis decimas exigiſſent, c.2.vbi gl.1.& Abb.n.4.de decim. & c.ſi quis laicus,& c.quæſti.16.q.1.D Th. & Caic.22.q.87.ar.4.de dote tamē Eccleſiæ nō tenēt clerici ſoluere decimas. d.c.2.vbi gl.1.& Abb.n.4.de deci.& d.c.quęſti.16.q.1.

9 Decimæ prædiales ſunt ſoluendæ illi Eccleſiæ, in cuius parrochia, prædia ſunt ſita, niſi aliud ſit de conſuetudine. c. fin. vbi Doct.de parroch.& c.quoniā.vbi Abb. n.3.& c.de terris. de decim. idē Abb. in c. 2.n.6.eodem tit.& tenet Dominic. Ioann. And.& Anch.in c.ſtatuo.de decim.lib.6.

10 Decimæ vero perſonales debent dari Eccleſiæ parrochiali, in qua, ille, qui ſoluere tenetur, audit diuina officia, & recipit, Eccleſiaſtica Sacramēta. c. Apoſtolicæ.vbi gloſſ.1.& Abb.nu.2.de decim. & c.fin.vbi Abb.n.5.& omnes. de parroch,& c.quæſti. 16.quæſt.1.ſi tamen aliqui iacerent in vna parrochia,& haberent larem in alia,& pariter in vtraq; audiunt diuina. debent tūc diuidere decimas perſonales, inter illas Eccleſias, in quibus pariter audiūt diuina, ſi autem in vna tantum audiunt diuina, & recipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta, ſiuè ratione domicilij, ſiuè ratione reſidentiæ, quæ fortior eſt, ſicut eſt parochus, alicuiꝰ Eccleſiæ, qui ratione reſidentiæ nō poteſt eximi a celebratione rei diuinæ, ſeù ab auditione illius in ſua parrochia, quāuis habeat domicilium in alia parochia, à cuius parocho non poteſt cogi, vt audiat diuinā, aut recipiat Sacramenta in eius Eccleſia, hic enim non tenetur ſoluere dicimas perſonales, niſi in ſua Eccleſia, vbi celebrat, & audit diuina officia,& recipit Eccleſiaſtica Sacramenta, aut quæ, ſicut perſonales ſoluuntur, ſicut eſt vinum,& oleū in oppido Santeranenſi, cuius decimæ, licet ſint prædiales, ſoluuntur tamen in oppido illo, per antiquiſsimam conſuetudinem, tanquàm perſonales, ad hoc eſt text. celebris. in c.ad Apoſtolicæ vbi gloſ.1. & Abb.n.4.de decim. & colligitur.ex c.2. de ſepult.lib.6. & dixi ſupra verb.clericus.§. 50.aliter tamē in ſimplici beneficiato, qui, habet domicilium, in vna parochia, & in ſeruit ſuo beneficio in alia, quia in illo nō datur eadē ratio. quæ datur in parocho. cura animarum quoad recipiendum ſacrā Euchariſtiam in Paſcha,& ad perſoluendas decimas perſonales.

11 Dicimæ tamen mixtæ debent ſolui, vbi eſt conſuetudo,& ſi nulla appareat cōſuetudo, vbi ſint ſoluendæ, debent ſolui, vbi animalia paſcuntur, ſi autē medio tēpore anni paſcātur in vna parochia, & alio medio in alia, diuiduntur inter ambas illas, parochias, vbi paſcuntur, aut ſi toto tempore anni iaceant in vna parochia, & paſcantur in alia, ita diuiduntur, ſi vero nullo tempore certo iaceant, aut paſcantur in vno territorio, tunc debentur Eccleſiæ, vbi dominus illorū eſt parochianus, tanquàm decimæ perſonales, c. ad Apoſtolicæ. vbi gl.1.& Doct. de decim. ſumma Ang.verb. decima.§.1. decimæ tamen mixtæ.vt ſoluantur ſic, aut ſic. attenditur conſuetudo, diu obſeruata, ſed tamen non valet cōſuetudo, vt illæ non ſoluātur cum de iure diuino ſolui debeantur. imo non poteſt talis dici conſuetudo, cū ſine peccato obſeruari nō poſsit, quāuis ſit lōgiſsima,& etiā immemorialis.c.ad Apoſtolicæ.vbi Abb.n.3.& c. in aliquibꝰ vbi gl.fin.& Abb.n.7.de decim. & c.cauſam, quæ, de præſcript. & c.fin.vbi DD.de cōſuet.ſūm.Ang.ver.decim.§.11.

12 Decimæ ſunt ſoluendæ ſine vlla deductione ſeminis, aut ſumptuum expenſarū,

quæ in agricultura illarum fiant, quia Deo eſt debita ſolutio decimarum, & cum domini temporales, quibus inſignum recognocionis temporalis dominij datur tributum recipiant quartum, ſeù quintum, aut aliam quotam, ſine vlla deductione expenſarum, niſi cōtrarium pactum interveniat, ita Eccleſia, Deus enim cuius eſt terra, & vniuerſa, quæ in orbe ſunt terrarū non debet eſſe deterioris conditionis, ſed melioris, quia plus punire, & plus bene facere poteſt. c.cum hominēs, & c. cum non eſt, & c.tua nobis, vbi Abb. nu.3.de decim.& Trid.ſeſſ.25.c.12.de reformat.

13 Decimæ tamen perſonales, quæ ſoluuntur de negociatione debentur deductis expenſis, quas negociator fecit de pecunia iam decimata, quia negociator nō ſoluit decimas, niſi de lucro, quod tamen nō eſt de fructibus molendinorum tàm de aqua, quàm de vētu, ſeù de aliјs, aut de trepetis, vel depiſcatione, aut de omnibus fructibus, ſeù fœtibus animaliū, quoniā de illis omnibus non deducuntur expenſæ, quæ fiunt pro fructibus ſuſcipiendis, etiam ſi fuerint decimatæ, quoniā ſalua decima, fiūt fructus illorum, qui faciunt expenſas.c.nō eſt.vbi Doct.& c.paſtoralis, vbi gl.ver.deducendas, & Abb.n.1 & 2.de decim.

14 Decimæ ſunt ſoluendæ à conductore, ſiue colono, & à domino, vnusquisq; pro parte ſua, quando dominus iniuit ſocietatem cum colono, vt quilibet eorū haberet medietatem fructuum, aut aliquam quotā partem illorum, ſi dominus ſuam partem fructuum recepit, ante ſolutionem decimarum. c.tua nobis. vbi Doct.& c.à nobis de decim. Abb.in c.cum non ſit.n.5.eodē.tit. & gl.ver.ſic & Dominus. in d.c.tua nobis Socin.conſil.93. n.3. lib.3. Valaſc.conſult. 131. n.18. poteſt tamen rector Eccleſiæ, ſiue ille ad quē decimæ expectant, petere, vt inter dicatur colono, ne fructus colligat, aut partem domino det, ſiue defundo extrahat, niſi prius decimis ſolutis, & illo, vel eius nuncio præſente. vt tenet Abb.in c.ex parte 2.n.6.de decim. Card.cōſil.146. col.1. Guid. deciſs.283. Rebuff.in tract.de decim.quæſt 9. n.23. Tiraq.in 1. retract.§. 1.gl.7.n.39. Valaſc.de iure emph.quæſt.30. nu.17. ſi tamen dominus promiſit colono certam pecuniam, aut certas menſuras frumenti, vini, ſeù olei, aut aliorum fructuū, tunc dominus tenetur ſoluere integram decimam Eccleſiæ, ſine deductione quotæ illius, c.non eſt, & c.cum non ſit.vbi Doct. de decim. Abb.in c.tua nobis. n.14. eodē tit. ſi vero dominus locauit prædium, ſeù arborē, colono, pro certa pecuniæ quantitate, ſiuè pro certis menſuris. ita vt omnes fructus expectent ad colonum, tūc ille colonus tenetur integrā decimā per ſoluere, vt tenet Abb.in d.c.tua nobis.n.14.& facit tex.& ibi Doct.in c.cū nō ſit de decim.

15 Decima eſt ſoluenda à poſſeſſore agri, quia ager eſt obligatus pro ſolutione decimarum, & ſi ager vendatur, ex quo multis retro annis decimæ nō fuerunt ſolutæ, aut in alium transferatur, poterit rector Eccleſiæ obligare nouum, ſeù veterē poſſeſſorem pro ſolutione decimarum annorū, præteritorum. l. Imperatores. vbi Bart.ff. de public.& vectigal.& Ioan Andr.in c.cū ſint homines, de decim.& idem Ioan. And. Hoſt.& Abb.in c.paſtoralis. eod.tit. Arch. in c.ſi quis laicus.16.q.1.& dicit communem. Abb. vbi ſupra.

16 Decimæ aliquando de cōſuetudine ſoluūtur à colono diuiſim inter Eccleſiam, vbi colonus eſt parrochianus, & inter Eccleſiā, vbi prædia ſunt ſita, quæ cōſuetudo eſt obſeruanda.c.ad Apoſtolicæ.vbi Doct.de decim.ceſſante tamen illa cōſuetudine, ſemper decimæ prædiales debēt ſolui illi porrochiæ, vbi prædia ſunt ſita.c.cum ſint homines. vbi notant Doct & glo.1.in c.cum homines.de decim. c.fin.vbi Doct.de parroch. Abb. in c.nouū gen⁹.n.6.de decim.

17 Decimæ, & primitiæ debent Deo exhiberi inſignum vniuerſalis dominij, & ipſe mandauit illas clericis ſolui pro culto, & diuino officio, quod ipſi Deo præſtant.c. tua nobis.vbi Abb. n.4.de decim.attamen primitiæ offeruntur pro arbitrio offerentium, quia non eſt diffinitum in qua quantitate dari debeantur, ſed in hoc obſeruabitur conſuetudo loci, c.1.vbi Abb.n.8.de decim debentur tamen de præcepto, quia ſemper Eccleſia clamat, vt ſoluantur decimæ, & primitiæ, & ſunt in quinto præcepto Eccleſiæ, & ius diuinum inquit decimas, & primitias non tardabis offerre.de vtero nomi. c.12. & c.26. & refert Abb. in c.in aliquibus.n 9. de decim.nec valet conſuetudo in contrarium.

18 Decimæ ſunt ſoluendæ ex omni aceruo, priusquàm ab illo extrahatur cenſus, ſeù aliud tributum, & ſi dominus prius ſuſcipiat cenſum, ſiuè tributum. debet poſtea ſoluere decimas illorū, quoniam decimæ

non

Digitized by Google

non ſunt in aliquo defraudandæ.c.cum nõ ſit, & gl.1.ibi,& Innocent.de decim. & c. tua nobis. vbi Abb.n.14.eodem.tit.

19 Decimæ omnium fructuum terræ debẽtur Eccleſiæ illi, quæ ibi præſcribit, & ab antiquo illi fuerunt ſolutæ, ſi tamen illic prædia noualiter inſurgunt, nõ ſunt decimæ illorum ſoluẽdæ,niſi Eccleſiæ,in cuius territorio inſurgunt, licet alia Eccleſia in alijs prædijs præſcripſiſſet,quia non extẽditur præſcriptio in territorio alieno, ad nouiter inſurgentia. c. cum contingat. vbi Doct. & c.cum in tua,& c.quoniam.de decim.ſi autẽ noualia non ſunt in certa parrochia debẽtur decimæ illorum Epiſcopo Diœceſano, quia tota diœceſis eſt parrochia Epiſcopi. c.quoniam.vbi Abb.n.2. de decim.

20 Decimæ noualium,ita de iure communi pertinent ad parrochiam,in cuius territorio inſurgunt,vt ſi laicus haberet decimas infeudum, non poſſet ſuſcipere decimas nonalium inſurgentium,in territorio illo, vbi habet decimas infeudum. c.quoniam, & c.tua,& infrà.§.nec occaſione.vbi notãt Doct.& c. cũ contingat.de decim.& c.ſtatuo.§.fin.& gl.fin.Dominic.Ioann.Andr.& Anch.de decim.lib.6.

21 Decimas præſcribens in parrochia aliena debet habere iuſtum titulum, aut adiuuari præſcriptione cuius hominum memoria non extet in contrarium.c.1.vbi Doct. de præſcript. lib.6.& Ant.de Butr.Innocent.Hoſt.Ioann.Andr.Abb.& Fel.in c.de quarta.de præſcript.Card.conſil.89.Girip. conſil.27.n.12.

22 Decimæ autẽ non poſſunt cõcedi laico, qui laicaliter viuit, nec etiam infeudum, ſine authoritate Summi Pontificis.c.quáuis ſit, & c.prohibemus. vbi gl.ver. laicos. & Doct.& gl.ver.conceſſerit,in d.c.quamvis ſit de decim. & c.cum Apoſtolica, vbi Abb.n.1.de his,quæ fiunt à prælat.& c.ſtatuo. §.ſane.de decim.lib.6.Menoch.de præſumpt.præſumpt.86. n.2.Iul.Clar.lib.4.§. feudum.quæſt.32.n,3.bene poſſunt tamen concedi laico conuerſo, & religioſo, ſicut ſunt hodie milites profeſſi,& religioſi,qui multas decimas poſsidẽt quamuis laici videantur in modo viuendi, & ſint vxorati, tàm cum virginibus,quàm cum corruptis, & pluries. contrahaunt, quoties illis vna vxor moritur aliam ducunt; & ita illis cõceduntur Eccleſiæ,& decimæ,attamen hoc eſt per indultum Summi Pontificis,vt defendant noſtram Sanctam Eccleſiã Catholicam,& terram,vbi fides noſtra Catholica viget,in partibus Africæ,& circunuicium Turcis,& Mauris,ne Turcæ ipſi, & Sarraceni illam aggrediantur. gl.ver.conceſſerit.vbi Doct.in c.quamuis.de decim. ſumma Ang.verb.decima. §.14. & aliter illis concedi non debent.

23 Religioſi tamen nõ poſſunt recipere decimas de manu alicuius,laici,quoniam ſicut decimæ non poſſunt concedi laico, vt ſupra diximus,nec ab illo in aliquẽ transferri. c.cum,& plantare, vbi gl.ver. Eccleſias.& Doct.de priuile.& c.quod autem.de iure patr.& c.decimas.16.quæſt.7.

24 Decimæ ſunt ſoluendæ à religioſis de poſſeſsionibus tàm acquiſitis,quàm acquirendis,& cõpelluntur à diæceſanis ad illas ſoluendas, niſi ſint priuiligati. c.ſtatuo. §. diæceſani: vbi Domin.Ioan And.& Arch. & §.cæterum de decim.lib.6.& clem.1.vbi gl.ver.ex colendas, & Ioann.Andr. Anch. Imol.& omnes eodem tit.

25 Decimæ etiam à priuilegiatis ſuper decimis non ſoluendis debentur de prædijs ab alijs cõductis,aut emptis,& in emphyteuſim ſuceeptis,quia priuilegiũ cõceſſum alicui de decimis non ſoluendis,nõ intelligitur niſi de proprijs prædijs,non autem de conductis, nec nouiter emptis,ſeù acquiſitis. c.dilecti, vbi Abb.n.1.& c.nuper. vbi Doct.de decim.& c.ſtatuo,eodẽ.tit.lib. 6.& clem.1.vbi gl.ver.ex colendas.& Arch.Ioan.And.Anch.Imol.&oẽs de decim. & dicam infra ver.priuileg.§ 29.

26 Decimæ etiam debẽtur à priuiligatis, ſi poſt factũ priuilegiũ.incepit eſſe enotmiter nociuũ,quia nunquàm eſt intẽtio principis aliquem beneficiare cum præiudicio tertij. c.ſuggeſtum.vbi Abb.n.3.& gloſ.ibi ver.priuileg.ad fin.de decim.& c.quid per nouale.de verb.ſign.& l.2.§.ſi quis à principe.vbi Bart.n.1.& alij.ff.ne quid in loco public.& dicam verb.priuilegium.§.31.

27 Decimæ non exiguntur à leproſis, qui viuunt in communi, de hortis,qui ad illorũ vſum ſunt diſtinati, nec de animalibus, quæ ipſi nutriunt, ſi tamen illa exponerẽt ad vendendum, tenerentur tunc ſoluere decimas,c.cum dicat.vbi Abb.n.5.de Eccleſ.ædificand.& clem.1.de verb.ſign.glo. ver.animalibus.in clemẽt.1.de decim.vbi Ioã.And.& Petrus de Anch.Imol.& alij.

28 Decimæ etiam non exiguntur à religioſis de fructibus hortorũ,nec de habitatio-

Digitized by Google

nibus eorum.c.nimis.17.vbi gl.ver.de hortorum.& Doct.de exceſſ.prælat.nec de animalibus, quæ nutriunt nec de noualibus, quæ proprijs manibus excolunt ſi tamen religioſi exponunt olera hortorum ſuorũ, qui ad ſuum vſum habent, ad vendendum tunc tenẽtur ſoluere decimas,quia videntur facere fraudem Eccleſiæ parrochiali. c.ex parte 10.vbi Abb.n.3.de decim.clem. 1.vbi gl.ver.Gregibus.& Doct,de decim.

29 Religioſi autem Cyterſienſes,templarij, & hoſpitalarij, non tenentur ſoluere decimas deprædijs,quæ proprijs manibus, ſiue proprijs ſumptibus colunt. c. ex parte 1. vbi Ant.de But.Innocent.Hoſt.Ioan.And. Abb.& omnes.& c.nuper de decim.& clement-vnica.eodem.tit. intercommunes,& dicuntur religioſi priuilegiati de decimis non ſoluendis,colere prædia proprijs manibus,quãdo ipſi colunt,& proprijs ſumptibus,quando ſoluunt colono certum pretium,ſiue certũ quid,& illi religioſi præcipiunt fructus prædiorum, ita quod in hoc non detur aliqua fraus,aut dolus,quoniã ſi præſumpſerint appropriare ſibi decimas Eccleſijs debitas, & ſibi non expectantes de colonis parciarijs, ſiuè de animalibus ſuorum familiariũ, ſeù paſtorum,aut aliorum,vel in alijs locis illa emunt,& tradũt venditoribus in fraudem Eccleſiæ, cui debentur,& ſi moniti non diſiſtunt infrà mẽſem,aut infrà duos menſes Eccleſia dãnificatæ emendam non fecerint,manent ſuſpenſi ab officio,& beneficio,& ab adminiſtratione,donec ſatisfecerint, & ſi ſunt religioſi, qui nõ habent beneficia,ſiuè adminiſtratione incurrunt ſententiam excõmunicationis,à qua non poſſunt abſolui,ante quàm ſatisfecerint c.licet.vbi Doct.de decim.& clem.1.vbi gloſſ.ver.religioſi.Ioan. And.Anch.& Imol.de decim.& Abb.in c. ex parte.1.nu.2.de decim.Trid.ſeſſ.25.c. 12.de reformat.

30 Decimæ detentæ à laicis, non poſſunt dari,nec obligari alicui inpignus cum ſint ſpirituales,ſed illi ad quẽ de iure pertinẽt ſunt dandæ. c prohibemus. vbi Doct.& c. fin.vbi gloſ.1.& Goffred.& Ant.de Butr.& Hoſt.Ioan.And.& Abb.de decim.& Doct. in c.nimis. 1.de exceſſ. prælat. ſpecul. in tit.de decim.nu.29. ſi tamen laicus decimas teneret in feudum, bene eas poterit clerico pignerari de licentia Epiſcopi, vt tenet Hoſt.& Abb. in d.c.fin.de decim reprobata opinione Ioan.And.ibidem.

31 Decimæ prædiales,quia iure diuino debentur. ſemper ſunt ſoluendæ,& nõ valet conſuetudo in cõtrarium, etiam per mille annos. c.parrochianos, vbi Doct. & c. de terris,& c.in aliquibus.de decim.& c.1.vbi gl.ver.decimarum, vbi etiam notant omnes.eod.tit.lib.6.decimæ tamẽ perſonales non debentur, vbi eſt conſuetudo, quòd non exigantur, & valet talis conſuetudo, cum ſit immemorialis. d. c.in aliquibus.§. illæ quippe.vbi gl.fin.& Doct.de decim.& gl.ver.decimarum. vbi Ioan.And. Immol. & Arch.in c,1.de decim.lib.6.

32 Decimæ non de negantur Eccleſiæ,quæ eſt in poſſeſsione illas recipiẽdi, prætextu priuilegij,ab aliquo impetrati ſuper decimis non ſoluendis, ſi impetrans non fecerit expreſſam mentionem illarum, aut ſi Eccleſia parrochialis graue detrimentum patiatur. c.quid per nouale. vbi gloſ.fin.& Doct.de verb.ſignifi. & c. fin. de priuileg. & c.ſtatuo.de decim. libr.6.& dicam infra verb. priuilegium.§.30.

Verbo Defenſio.

1 DEfenſio eſt de iure naturali, & à Papa, ſeù principe tolli non poteſt. c. cum inter. de except. & clement. paſtoralis. §. cæterum, vbi Doct.de ſent.& reiud.& l.vt vim ff de iuſt.& iur.& l.1 §.cum aries. ff.ſi quandrup.paup. feciſſ.& §. fin.inſt.de iur. natural.& Afflict.deciſs.391. n.2. Paris.in tract.Sind. Cæſar. Vrſ.deciſs.391. num.1. hoc tamen intellige in defenſione iuſta, & neceſſaria,quæ omnibus eſt permiſſa,& ita intelliguntur iura ſupra relata,& clement. vnica. vbi Doct.communiter.de homicid. hyppolit. ſingul.100.& in l.is,qui aggreſſorem.c.deſicar. Abb.in c.olim.1.n.15. de reſt. ſpol.gloſſ.ver.percuſſerit. in c.fin.vbi Doct.de pœn.lib.6.Ang & Iaſ.n.1.& Dec. n.7. in d. l.vt vim. ff.de iuſt.& iur. Mathe. de Afflict.in conſt.neapol.lib 1. Rubr.8.n. 72.Curt.ſen.conſil.20. nu.39.Cotta.in memorialib.iuris.verb.defenſio.

2 Defenſio ad tuitionem perſonæ eſt licita,etiam clericis, ita vt quis poſsit proximum ſuum impune interficere ad ſuã iuſtam,& neceſſariam defenſionem.cum moderamine tamen, & in culpata, tutela, vt vim,& iniuriam repellat,l.vt vim,vbi Doctores. ff.de iuſt. & iure. & l. ſcientiam.§. qui cũ aliter.vbi Bald.& l.itaq; ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil.& l.ſi vt allegas. C.ad leg.

Corn.

Digitized by Google

Corn.de ſicar. & l.ſi quis percuſſorem. C. eodem. & §. iniuria. inſt. ad leg. Aquil. & c.inter feciſti. vbi Abb. nu.3. de homicid. & c.ſignificaſti. vbi gloſſ.verb.moderamine eodem tit.& d.clement. vnica.de homicid.& gloſſ.in ſumma 23.quæſt.1. hyppolit.conſil.4. n.5. & dicitur moderamen inculpatæ tutelæ, quando quis id facit, ſine quo, ſe defendere non poteſt, ſine periculo ſuæ perſonæ, ſiue rerum ſuarum irreparabiliter,& irrecuperabiliter. l.furem. vbi gloſſ.& Bart.ff.ad leg.Corn.de ſicar.& gloſ. ver.moderamine.in d.c.ſignificaſti.18. vbi Abb.n.5.de homicid. Bart.in l.1. nu.7.C. vnde vi.

3 Vnde inquit Ioan.delign.in tract.de iuſto bello, quòd ſi clericus ad altaré celebrans, invaditur ab aliquo, licite poteſt dimittere celebrationem, & ſe defendere, & ſi in illa rixa, ſe defendẽdo, occidat, aggreſſorem, poteſt incontinenti redire ad altare, & miſſam perficere, ſine metu irregularitatis quem ſequitur Abb.in c.clericis 1. nu.2. de vita.& honeſt.cler. Mar.Socin.in rep.c.ad audientiam.num.40.de homicid. Dec.in d.l.vt vim.n.6 ff.de iuſt.& iur.hyppol.in l.is, qui aggreſſorem. n.2. C.ad leg. Corn. deſicar.Doen.regula 192.n.2.

4 Defenſio etiam licet pro rebus, ne auferantur, aut Ablatæ recuperentur in continenti, & ſicut quis poteſt alium percutere, ſiue interficere, defendendo ſe, quandocumq; imminet periculum mortis, ſeù iniuriæ perſonalis. ita defendendo res ſuas, quoad pœnam, ſiue iniuriam. d.l.ſcientiam. §. qui cum aliter. ff.ad leg. Aquil. Bart. in l.1.num.2. C.vnde vi. & Ant.de Butr.in c. olim.1.de reſt.ſpol. Ang.in l.is, qui aggreſſorem.num.2. C ad leg.Corn.de ſicar. Iaſ. in l.vt vim. num.10.& 36. ff. de iuſti.& de iure.& Paul.Paris.in c.dilecti fili.num.36. de except. & Alexand. conſili.109.col.5. libr.1. fiet tamen irrigularis ille, qui tamen pro rebus ſuis defendendis, alium interficiat ſeù mutilet, nec etiam euadet à pœna, ſeù iniuria. ille, qui poſt inter vallum, alium percuſſerit. aut ad auferendas res ſuas aggrediatur. vel poſtquam fuerit vulneratus percutiat ſuum percuſſorem, quia iam tunc non dicitur defenſio, ſed vindicta. c. ſignificaſti 18. vbi gloſſ.verb. moderamine. & Abb.num.5. de homicid. & l. ſi explagis. §. tabernarius.vbi Bart. & Bald. ff.ad leg.Aquil. & l. idem eſt.§. cum igitur. vbi etiam Bart.ff.de vi,& vi armat, & gloſſ. fin. vbi Doctor.in l.1. C.vnde vi. & gloſſ.verb. nam iure. in d.l.vt vim.ff.de iuſt. & iur. non debet tamen tunc puniri pœna ordinaria ille qui eſt percuſſus ab aliquo, & inſequitur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit, ſeù vulnerauit, ſed alia pœna miriori, vt tenet Anton.de Bur. in c.olim.1.num.37 & Abb. numer.15.de reſt.ſpoſt. Iacob.de Aren.in l.1.num.8.C. vnde vi hyppo lt.in l.is qui aggreſſorem. num.18. C. ad leg. Corn. deſicar.& in ſingul. 100. & Franc. Aret. conſil.80. num.91 Angel. in tractat.maleficio.verbo.& titius ſe defendendo.num.36.Cour.ru.in 4.parte 2. c.7. §.7.num.11. Doenn. regula 192. num.5.& nu.6. & infra verb. homicidium a. §. 4.

5 Et etiam aliquis de populo poteſt quemlibet defendere impune præcipuè ſi aliqua affectio ſanguinis interueniat, vt tenet gloſſ.verb. nam iure. vbi Bart.nu.7.qui tenet, quod etiam in extraneis ſit licita defenſio in l.vt vim. ff.de iuſt.& iur.& gloſ.in ſumma ad fin.vbi Bart. nu.3.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.

6 Defenſio, quæ datur reo petenti, & illa, quæ eſt de iure gentium, vel ciuili, puta quod cauſa committitur appellatione remota, & quid ſimile bene poteſt tolli per principem, ſeù per ſtatutum, vel aliquod ius quamuis illa, quæ competit de iure naturali tolli non poſsit.c.paſtoralis. vbi Doctores.de appellat.Abb.in c.dilecti filij.num.13.de except. ſumma Angel.ver. defenſio. §.3. & clementin. paſtoralis.vbi Doctor.de reiud.& Ioann.de Imol. in l.a §.fin. ff.a quib. appellat.non licet, & Fel.in c.1.de reſcript.& Rubr.col.3.in fin.de appellat. Marant. de ord.iud.6.part.§.de appellat.n.340, Bart.in l.quotiens.nu.3.C.de precib. imp.offend.

7 Defenſio nunquam negatur etiã in cauſis ſummarijs, c.ex part.13.de offic.delegat. & clement.ſæpe. vbi Doct.de verb.ſign.& l.quotiens. C.de præcib.imp.offerend. Afflict. deciſs.391.n.4. Doct.in c.1.de cauſa. poſſ.& prop.

8 Defenſionibus pluribus poteſt quis vti, niſi ius hoc impediat. c.nullus.20.vbi Doctor.de regul.iuris lib.6.l.nemo ex his.vbi Dec.in prin.ff.de regul. iur.& l.nemo prohibetur.vbi Doct.ff.de except.& gl.in l.ſi quidem. vbi Bald.Ang.& Salicet.C.de except.Bald.in l.1.col.5. verſ.circa ſecundũ. C.de furt.

Digitized by Google

Verbo Delictum ſeu crimen.

1 DElictum aliud eſt publicum, & aliud priuatum publicum namq; eſt cuius accuſatio, & perſecutio, permiſſa eſt cuilibet de populo, priuatũ vero. eſt illud, cuius accuſatio, ſeù perſecutio regulariter pertinet parti læſæ. & hoc de iure ciuili. vt tenet Iul. Clar. lib. 5. §. 1. nu. 6. Ant. Gom. libr. 1. delictor. à n. 1. de iure tamen canonico omnia delicta, & crimina ſunt publica. vt refert gl. verb. fures, in c. infames. 6. quæſt 1. Anan. in c. ſtatuimus. à n. 19. de maled. poſt Hoſt. quem ipſe refert Bald. in Rubr. n. 10. c. qui accuſar. non poſſ. & aliud delictũ eſt notorium, & aliud occultum, & differt vnũ ab alio, notorium enim fit per ſententiam, aut per confeſsionem in iure factam, aut per euidentiam rei, quæ tergi verſatione aliqua celari non poteſt, & non indiget, niſi ſententia, occultum autem delictũ eſt illud, quod tolleratur. c. veſtra. vbi Doct. & c. tua, & c. fin. de cohab. cler. & mul. & c. cũ dilectus. de purgat. can. & glo. ver. non differtur. in d. c. veſtra.

2 Delictum tribus modis committitur, videlicet, aut propoſito, aut impetu, aut caſu. l. reſpiciendum. §. delinquunt. vbi Bart. à n. 1. ff. de pœn. & ille dicitur delinquere ex propoſito, qui animo deliberato aliquod delictum cõmiſit, & illud duobus modis cõmittitur, vno modo inſultando, & alio proditorie. inſultando dicitur, quando erã tuus inimicus, & contra te habebam rancorem, & ex propoſito te percuſsi, ad hoc facit text. in l. is, qui aggreſſorem. C. ad legem Corn. deſicar. Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. n. 1. ff. de pœn. proditorie autem dicitur, quando vnum in actibus oſtẽdebas, & aliud in mente gerebas, cũ enim te fingebas amicum, aut de ambulabas, cũ aliquo, tanquam amicus, & domi eius eras, & illum de retro percuſsiſti, ſiuè ſub colore animicitiæ aliquod delictum contra illũ cõmiſiſti, facit text. in l. fin. C. de dilat. lib. 10. & tenet Bart. in d. l. reſpeciẽdum. §. delinquunt. n. 1. ff. de pœn. impetu vero dicit delinquere, quando per iracundiam, ſiuè ebrietatem ad manus, aut ad ferrum. venitur: caſu autem quando aliquis venando telum in feram emiſit, & hominem interfecit, aut quid ſimile. d. l. reſpiciendum. d. §. delinquunt, vbi Bart. à n. 1. & omnes. ff. de pœn. & l. ſi putator. ff ad leg. Aquil.

3 Delinquens caſu dãdo operã rei licitæ, nulla pœna punitur. ſi adhibuit deligentiam neceſſariam. c. dilectus filius. vbi Abb. nu. 1. de homicid. l. ſi putator. vbi Bald. & omnes. ff. ad leg. Aquil. & l. ſi quis id quod. ff. de iurisd. omnium iud. ſi tamen dabat operam rei illicitæ, aut non adhibuit deligẽtiam neceſſariam, imputatur illi delictũ. c. præsbyterum. & c. continebatur. & cap. ſuſcepimus, & c. ad audientiam de homicid. & d. l. ſi putator. & l. qui foueas. ff. ad leg. Aquil. aut ſi dabat operam rei ad ſe nõ pertinenti, quia non eſt ſine culpa, qui ſe immiſcet rei ad ſe non pertinenti, c. clerico. 50. diſt. & c. nec is. §. cum itaq; 15. quæſt. 1. & c. non eſt ſine culpa. vbi notant Doctor. cõmuniter. de regul. iuris. lib. 6. non debet tamẽ puniri pœna ordinaria, ſed metiori, conſiderata qualitate delicti, & modo, & culpa delinquẽtis. facit tex. in l. in agipro. ff. de extra ord. criminib.

4 Delicta mala ex natura ſua, vt ſtuprum, furtum, blaſphemia, & ſimile, præſumitur, quod malo animo fuiſſent perpetrata, niſi probetur contrarium. c. 1. vbi Abb. n. 3. de præſumpt. & c. ſtote. de regul. iuris, & l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. omnium iud. & l. ſi non conuicij. C. de iniur. Abb. in c. ad hæc. n. 3. de appellat. Dec. in l. in totum. n. 3. ff. de regul. iur.

5 Natura hominum pronior eſt ad malũ, quam ad bonum, c. prodiuis, 20. q. 3. & c. 1. 12. q. 1. & vnico in proœmio clem. & gl. ver. ad peccandũ. vbi notãt Doct. in c. alma matre. de ſent. excommunicat. libr. 6. & homo malus ſemper præſumitur eſſe malus præcipuè ſi notoriè delinquerat. & nõ erubeſcebat incommittendis delictis, c. ſemper. vbi Doct. de regul. iur. lib. 6.

6 Delicta tamen non præſumuntur in homine conſtituto indignitate, litterato, & ſene, qui in iuuentute, ſe maturum, honeſtum, & prouidum exhibuit c. cum in iuuẽtute. vbi gloſ. 1. & Abb. in prin. & c. miramur. 61. diſt. nec dilictum præſumitur, dũ non oſtenditur cõtrarium, l. merito. ff. pro ſocio. Iaſ. in l. qui iuraſſe. §. 1. n. 8. ff. de iure iur, & in l. ex hoc iure. n. 11 ff de iuſt. & iure. & Paul. Paris. in c. in præſentia. n. 33. de probat. Alciat. in regula 3. de præſumpt. præſumpt. 1. à nu. 1. Bart. in d. l. merito. ff. pro ſocio. Bald. in l. præcibus. n. 21. verſ. excuſat ergo. C. de impub. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. n. 1. & Docn. regula 194.

Delin-

Digitized by Google

6 Delinquens tamen in maleficijs cõprehenſus, erit puniendus, quamuis dicat ſe iocoſe feciſſe, aut per ſtultitiam, quia ius nõ ſuccurrit ſtultis, ſed errãtibus, c. 1. vbi Doct. de præſumpt. & l. regula. §. ſi quis ius. fin. ff. de iur. & fact. ign. nec eſt via aperiẽda illi, qui ſatagit palliare ſuã prauitatem. c. vnico, vbi notant ſcribentes, vt Eccleſ. benef. ſine diminut. imò qui eſt ſtultus in culpa, erit ſapiens in pœna, quoniã punitio pœnæ, facit ſtultos ſapientes. c. niſi de offic. leg. & c. qui ea, quæ Dei 38. diſt. & c. ſi homo. 27. quæſt. 1. nec debet ſtultus eſſe melioris coditionis, quàm ſapiẽs c. eũ qui de præb. lib. 6. & l. ſerui 9. ff. quod vi, aut clam.

7 Malicijs hominum non eſt indulgendũ, ſed potius obuiandum. c. ſedes de reſcript. & c. ſignificante. qui matr. accuſ poſſ. & c. ex parte 27. de priuileg. & c. auaritiæ. §. cũ itaq; de elect. lib. & clem. vnica de ſequeſt. & extrauag. de vſu pall. inter. cõ(s). & l. ita demũ. ff. de arb. & l. in fundo. ff. de rei vind.

8 Delicta puniuntur, vt delinquẽtes metu pœnæ arceantur. & emendentur à ſuis criminibus, & alij metu aliorum pertimeſcãt cõmittere alia facinora. c. cum dilectus. de calumniatorib. & c. irrefragabili. § cæterũ. de offic. ord. & clem. 1. eodem tit. & l. Capitulum §. famoſas & l. ſi pœna. ff. de pœn. & l. ſi operis. vbi Doct. C. de pœn. boni homines virtutis amore non delinquunt. extrauag. Ioã. 22. de pœn. mali autem, ſi a noxis, & a criminibus retrahuntur, eſt formidine pœnæ. c. 1. vbi Doct. de homicid. libr. 6. & c. vt clericorum. de vit. & honeſt. cler. & c. ſi à Papa de priuileg. lib. 6. & extrauag Ioã. 22. de pœn. & l. 1. ff. de iuſt. & iur. & l. 1. C. de emendat. propinc aliquãdo enim timor pœnæ reuocat à criminibus illas, quas timor Dei non reuocat, glo. ver. pro maritis in c. fin. de accuſat. & eſt tex. in d. extrauag. Ioan. 22. ad fin. de pœn. & d. c. vt clericorũ de vit. & honeſt. cler.

9 Delicta ſunt punienda propter vtilitatẽ cõmunem, & bonum Reipublicæ l. ita vulneratus, verſ. cum nec impunita, ff ad leg. Aquil. & l. locatio. §. quod illicite. ff. de public. & vect. & l. ſtichum. §. tamen. ſi ff. de ſolut & l. ſi a reo. §. illud. quod. ff. de ſid. iuſſ. & l. ſi operis. C. de pœn. & c. vt famæ, & gl. ibi ver. impunita, & Doct. de ſent. excõm. Iaſ. in l. ſeruus. 67. n. 2. ff. de leg. 1. & Dec. in l. nec præcario. n. 2. ff. de reg. iur. vnde per partium conuentionem non poteſt tolli punitio delictorum, quòd partium conuentio iuri publico derogari non poteſt. l. iuris gentium. §. paciſcar. & l. ius publicũ. ff. de pact. & l. 2. §. ius Reipublicæ. ff. de adminiſtr. rerum. ad ciuit. pert. & l. 1. & 2. C. ſine cenſ. vel. rel. & l. nec ex præcario, vbi Doct. ff. de reg. iur. C. ſi deligẽti. de for. cõp.

10 Delicta nõ debent remanere impunita, nec prætextu priuilegiorum. c. vt famæ. de ſent. excõmunicat. & c. quoniam de priuileg. & clem. 1. vbi Doct. de offic. iud. ord. & extrauag. Ioan. 22. de priuil. & l. ita vulneratus. §. æſtimatio. ff. ad leg. Aquil. & l. ſi lõgius. §. 1. vbi Bart. n. 1. ff. de iud. magis tamẽ puniuntur delicta in vna perſona, quam in alia, quoniam debet attendi ſexus, & conditio delinquentis, & tempus, & locus delicti, c. ſicut. de homic. & l. aut facta puniũt ff. de pœn. Abb. in c. inquiſit. n. 4. de accuſ.

11 Delicta cõmiſſa in Eccleſia, quando ſacrum celebratur, aut vbi eſt ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, debent grauiſſime puniri, aut cõmiſſa in clericos ſacra celebrantes, vel cultum diuinum exercẽtes, antea, vel poſt intra Eccleſiam exiſtentes. debent enim talia cõmittentes capite puniri, & ſi tantum euaginet quis gladiũ, ad delinquẽdum in Eccleſia, aut in proceſſione. ſiuè, vt in aliquem delinquat. in Eccleſia, dum ſacrum non celebratur. nec coram Sacro Sanctæ Euchariſtiæ Sacramẽto. aut in litanijs. debet verberari, & mitti in exilium. l. ſi quis in hoc vbi Bald. & Salic. & auth. ſed nouo iure. C. de Epiſc. & cler. in noſtra Luſitania tamen, non imponitur illa pœna verberationis, ſed illa exilij [illegible] ord. lib. 5. titu. 40.

12 Delicta toties puniuntur, quoties iterãtur. c. 1. vbi Abb. n. 1. & omnes. de pœn. & auth. vt nulli iud. §. ſi quis vero coll. 9. vbi Doct. & Abb. in c. ſicut nobis. n. 3. de teſtib. & l. nunquã. ff. de priuat. delict. Beer. deciſ. 82. n. 10. & Socin conſil. 63. n. 9. libr. 1. poſt din & Bart. in d. l. nunquam. ff. de priuat. delict. Flor. in l. 4 ff. ad leg Aquil. Iacob. de Aren. in l. item apud Labeonem. §. conuicium. ff. de iniur. & plac. lib. 1. de delict. c. 1. n. 18 Cour. lib. 2. reſolut. c. 10. n 8. Iul. Cla. lib. 5. §. fi. q. 84. n. 2. Fel. in c. ſicut. n. 3. de teſt.

13 Et in hoc admoneo iudices, vt vigilẽt, & attendant, quòd cauſa, propter quam, nõ eſt pax in Republica, eſt, quia delicta non puniuntur, nec proceditur cum celeritate contra male factores, & ideo abſq; vllo timore perpetrantur delicta, & boni inter malos quiete viuere non poſſunt. imò præ

verſi ſiunt melioris conditionis, quàm boni, & non remouentur ſcādala, nec res publica requieſcit in pace. c.1. de offic. legat. libr. 6. & c. Dominus. 23. quæſtion. 2. gloſſ. verbo. pacem. in cap. 2. de ſent. & reiud. lib. 6. qui enim malas coercet, & occidit, in eo, quod mali ſunt, miniſter Dei eſt. c. qui malos, 23. q. 5. & gl. ver. coercere. in c. 2. de priuileg. ſed pro dolor, quia quam plurimi iudices de hoc non curant, niſi pro forma eò quòd ſunt eiuſdem mentis, & conditionis, delinquentium, & ideo illas non abhorrent, ſed veroſiq; abhorrebit Deus videat eñ iudex ne aliquem puniat ſine iuſta cauſa, & cum ſufficiente probatione.

14 Delinquens poſtquam accuſatus fuit, & abſolutus ab vno delicto, non poteſt iterū ex illo accuſari, quia diuina clementia nō patitur, crimina ſemèl dimiſſa, iterum in vltionem venire. c. de his. vbi gl. de accuſat. & c. diuina clementia de pœnit. diſt. 4. & c. ſi illic. 23. q. 4. Abb. in c. 2. n. 2. de empt. & vend. & Dec. in l. bona fides. n. 4. ff. de regul. iur. de delicto enim vnius ſæpius quæri non debet. l. licet. §. fin. ff. naut. cap. ſtab. & gloſ. in d. c. de his. de accuſat. bene poteſt tamen delictum bis puniri, & abſolutus iterum accuſari, ſi ſecūdus accuſator oſtenderit, quòd primus accuſator præuaricatus fuiſſet, & delinquēs abſolutus fuiſſet per colluſionem. c. 1. & c. fin. vbi Abb. n. 4. de colluſ. deteg. & l. præuaricationis. ff. de præuaricat. & l. ſi quis homicidijs. vbi Bald. C. de accuſat. aut quando accuſator ſuam proſequatur iniuriam, & ignorauit accuſationem ab alio fuiſſe inſtitutam. l. ſi cui. §. hisdem. vbi Bart. ff. de accuſat. gl. in d. c. de his, de accuſat. Abb. in c. ex tuarum. n. 5. de purgat. can. aut ſi delinquens procurauit, vt ab officiali minoris curiæ conuinceretur, vt ab illo minor pœna ſibi imponatur, tunc enim iſta præuentio nō prodeſt ſibi, quo minus à maiori iudice iterū accuſetur, quando proceſſus factus contra eum poſtea coram maiori iudice valeat, & teneat. vt tenet Iaſ. poſt alias in l. ſi vero n. 8 ff. qui ſatisd. cogant. & in l. ſi ſeruus pluriū. §. ſi quis, nu. 5. ff. de leg. 1. Ant. à Gam. deciſſ. 53. n. 2.

15 Delinquens punitus à iudice Eccleſiaſtico, poteſt iterū pro eodem delicto puniri à iudice ſeculari, ſi de eius foro fiat, & ita punitus à iudice ſeculari poteſt iterū puniri à iudice Eccleſiaſtico, quoniam licet iudex Eccleſiaſticus debeat ſtare ſentētiæ iudicis ſecularis, & è contra iudex ſecularis debeat ſtare ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici, & exceptio rei iudicatæ in vno foro debeat in alio admitti. c. fin. vbi gloſſ. ver. iudicata. & Dominic. Ioan. And. Franc. n. 2. & alij. de except. lib. 6. Dec. in c. atſi clerici. n. 14 de iud. hoc tamen habet locū in cauſis ciuilibus, & non in criminalibus. gloſſ. ante pen. in extrauag. Ioā. 22. de pœn. Bar. in l. magiſtratibus. nu. 3. ff. de iuriſd. omniū iud. Anan. & Marian. in c. qualiter 2. §. ad corrigendas de accuſat. Fel. in d. c. atſi clerici. nu. 4. de iud. Imol. in c. 1. de offic. ord. Ant. Gom. tom. 3. var. c. 1. nu. 40. hoc tamen limita, in hæretico condemnato per iudicem Eccleſiaſticum per text. in c. inquiſitionis. §. prohibemus. vbi notant Doct. cōmuniter de hæret. lib. 6. reprobata opinione Bart. in d. l. magiſtratibus. nu. 4. ff. de iuriſd. omnium iud.

16 Delictum tamen pro quo fuit abſolutio facta, coram iudice competenti, cū aliqua pœna in vindictam delicti, aggrauat aliud delictum, poſtea commiſſum, quia ex perſeuerantia punitur delinquēs maiori pœna. l. vnica, vbi Bart. n. 2. C. de ſuper ex act. lib. 10. & l. nemo. de inceps. vbi Bald. C de Epiſcop. aud. Gramat. conſil. 17. nu. 16. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 84. nu. 9. vnde infertur, quòd iuſtiſsima ſint ſtatuta diſponentia, quòd ſi quis cōmiſerit duo furta, quamuis leuia furca ſuſpendatur, & ſic ſi aliquis cōmiſit duo furta, aut ſimilia delicta, ſtante ſtatuto, quòd ſi quis cōmiſerit duo delicta eiuſmodi, furca ſuſpendatur, ſi pro vno iā aliquam pœnam pateretur, & illam iā ſoluiſſet, ſiuè adimpleuiſſet, pro alio tamen debet furca ſuſpendi, quia illud primum delictum, etiam de illo iam ſatisfeciſſet, cōputatur, vt dicantur duo furta, ſiuè duo delicta, nec valet venia à principe imperata à ſecundo delicto, ſi non fiat mentio, quod iam fuerat comprehēſus in alio eiuſmodi delicto, licet iam pro primo pœnā ſoluiſſet. facit text. in d. l. nemo de inceps. vbi Doct. C. de Epiſcop. aud. Bart. in l. ſi cui. §. cum ſacrilegium. nu. 6. ff. de accuſat. Anch. in c. 1. verſ. firmat. alibi idem. Bald. de cōſt. lib. 6. Dec. in l. bona fides, nu. 8. ff. de regul. iur. Fel. in c. ſicut. nu. 4. de teſtib. hoc tamen habet locum, quando in vtroq; crimine interuenit ſufficiēs probatio, quoniam ſi aliquis ſimpliciter fuiſſet abſolutus à crimine, quia ſufficienter ſe in purgatione oſtēdit innocentem, non ſequeretur condem-

natio,

Digitized by Google

natio, vt puniretur. ſicut ille qui duo furta, ſeu duo delicta commiſit. l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis in eum, qui in ius vocat. & l. matrem. C. de probat. & l. non hoc. C. vnde. leg. in noſtrà Luſitania ſi quis tria furta fecerit per diuerſa tempora, ex quibus vnum quodq́; , aureum vnum valeat, vltimo ſupplicio eſt puniendus, ord. lib. 5. tit. 60. §. 3.

17 Delictum etiam in alio regno commiſſum, & iam punitum. poteſt in hoc regno puniri ratione domicilij, ſeù originis. tàm per viam inquiſitionis, quàm accuſationis, ſi delinquens in abſentia partis fuit condẽnatus, gl. vnica. in c. de his. de accuſat, Bart. in l. cunctos populos. nu. 47. C. de ſumma Trin. & in l. ſe pulchri. à n. 1. ff. de ſepulch. violat. & in l. 1. vbi de crim. agi. oport. & in l. præſes. n. 4. ff. de offic. præſid. & Cou. r. in pract. quæſtionib. quæſt. 11. Gam. deciſs. 53. nu. 2. nec eſt facienda differentia inter accuſationem per inquiſitionem, ſeù accuſationem. vt facit Abb. poſt Ioan. Andr. in c. cum contingat. n. 7, de foro comp. & hæc obſeruatur in praxi. in noſtra Luſitania, & etiam quòd delinquens in vno territorio, poſsit accuſari ratione domicilij in alio, tenent ſuprà relati, quamuis contrarium. tenet Bal. in l. excuſatorem. n. 32. C. de execut. rei iud. & Old. in d. l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. Iacob. de Bel. in l fin ff. de iuriſd. omniũ iud. Bald. in l. 1. C. de ædil. act. Socin. in l. adiuopio. §. ſententiã. n. 16. ff. de reiud. Gramat. deciſs. 26. n. 9. Iul. Cla. lib. 5. §. fin. quæſt. 38. nu. 10. & Merg. conſil. 38. n. 14. & n. 26. ſed prima eſt verior. per text. in c. fin. de for. comp. vbi Abb. n. 38.

18 Delinquens exiſtens in vno territorio, & percutiens exiſtentem in alio, puta mittens ſagitam, ſiue lapidem, quo alterũ percutiat, poteſt in vtroq; foro cõueniri, quia in vtroq; foro deliquit, & tunc habet locũ præuentio iuriſdictionis, vbi primo fit accuſatio. c. fin. vbi Doct. de for. comp. Abb. in c. 1. n. 1. de præſumpt. poſt. Ioan. Andr. in Mercurial. in regula. in obſcuris. de regul. iur. libr. 6. quòd tamen non eſt in illo, qui exiſtens in vno territorio mandauit alium percutere in alio territorio, quia ite nihil operauit, niſi mandando, & mandatum rei turpis non dicitur mandatum, & ideo nõ poteſt conueniri in loco, vbi mãdauit, ſed in loco, vbi commiſſum fuit delictum. vt tenet Bart. in l. ſi vt propinitur. num. 2. ff. de fide. iuſſor. & in l. non ſolum. §. mandatu. ff. de iniur. Abb. in c. 1. num. 2. de præſumpt.

19 Delicta, quamuis ſint parua, & leuia ſunt punienda, debet tamen iudex eſſe pronior ad lenitatẽ in leuioribus cauſis, in grauioribus autem debet ſequi ſeueritatem legũ cum aliquo temperamento begnititatis. l. reſpiciendũ. vbi Doct. ff. de pœn. & c. ecce autem. 24. quæſt. 3. Abb. in c. quamuis. n. 6. de ſent. excõmunicat. & gl. ver. religionem in c. per venit. vbi Abb. n. 14. de fid. iuſſ. & in c. cum I. & A. n. 7. de ſent. & reiud.

20 Delicta, quædam dicuntur leuia, quædã grauia, quædam grauiſsima ſeù atrocia, & quamuis in hoc ſit ſtandum arbitrio iudis. vt inquit Alciat. in c. cum non ab homine. à n. 28. de iud. Villalob. in collecta cõmunium opinionum. Littera D. n. 56. Iul. Cla. lib. 5. §. 1. n. 9. bene tamen cognoſcuntur. namq́; delicta leuia dicuntur illa, quæ ſine dolo perpetrantur, aut in re modica, & in his proceditur ſimpliciter, & de plano, & cum lenitate, l. leuia, vbi Doct. ff. de accuſat. & l. reſpiciendum. ff. de pœn. & c. cum dilectus. de accuſat. Abb. in c. tuæ diſcritionis. nu. 3. de pœn. grauia autem dicũtur illa, quæ tẽdunt ad graue præiudicium alterius, aut Reipublicæ, & quæ dolo committuntur, & in iſtis magna pœna imponitur, & maiore ſeueritate puniuntur. c. cum nõ ab homine de iud. & d. c. tuæ diſcritionis. de pœn & l. reſpiciendum. ff. eodẽ tit. grauiſsima vero delicta, ſeù atrocia dicũtur ex grauitate, & qualitate, vel quantitate delicti, & vbi imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis. c. cum offeramus. 24. q. 1. & Abb. in d. c. tuæ diſcritionis. n. 3. de pœn. Socin. conſil. 157. n. 5. libr. 2. Barb. conſil. 28. lib. 2. & Dec. conſil. 65.

21 Puniri enim debet vnusquiſq; prout magis, ſeù minus deliquit. c. vt clericorum de vita, & honeſt. cler. & c. Felicis. §. illud, vbi Doct. de pœn. lib. 6. & c. quiſiuit. de his, quæ fiunt. à maior part. & c. niſi de offi. leg. quamuis quo ad carentiam. viſione Dei. delinquẽs in vno factus eſt omnium reus, c. deficat. de regu. iur. & vnusquiſq; eſt puniẽdus in quo delinquit. c. prouida. ad fin. de elect. libr. 6. & c. litteras. de temp. ord. & c. an ſit. de appellãt.

22 Innocens nunquam eſt puniendus, quãuis delinquens aliter puniri, non poſsit. c. quam magnum. 23. quæſ. 4. Abb. in c. ſacris. n. 4. de ſepult. nec ſi forte innocens puniatur. liberatur delinquens. l. qui ſeruum. vbi Bald.

Digitized by Google

Bald. ff. de interrog. act. & in l. res inter alias. in fin.C. quib.res iud.non nocent.& in c.1.§. iniuria.col.fin.de pace.iurament. firmand.& Abb.in c.quamuis. n.6.de ſent. & reiud.Ang in l.quoties.§.fin.ff.ſolut.ma trim Dec.in l.& ſi nihil.n.6.ff.de regu.iur.

23 Puniendus eſt in corpore ille,qui in publico , ſeù priuato delicto , vbi imponitur pœna pecuniaria,non habet vnde ſoluat.l. ſi quis id.ff.de iuriſd.omnium iud.& l.1.§. generaliter.ff.de pœn.& l.fin.ff.de iniur. & l.fin.ff.de in ius vocand.& l.quod ſi minor. §.ſi ſeruus ff.vbi Doct ff.de minor.& l.quicumq;.§.quod ſi.1.C.de ſeru.fug.

24 Puniendus tamen non eſt vnus propter confeſsionem illius,qui confitetur propriũ crimen , quia de ſe confeſſus ſuper aliorũ conſcientijs interrogari non debet, excepto crimine læſæ maieſtatis diuinæ,& humanæ. c.1.vbi Doct.de confeſſ.& c.veniẽs 10.deteſt.& c.neganda.3.quæſt.11.& c.nemini.15.quæſ.3.& l.fin.§.nemo.vbi Doct. C.de accuſat.& inſcript. & dixi ſupra ver. confeſsio.§.33.& in ver.teſtis.§.28.

25 Crimina debent probari apertiſsimè,& probatione luce merediana clariore , vt quis de crimine puniatur, pœna ordinaria. c.atli clerici, vbi notãt omnes de iud. & c.ſciant cuncti.2.quæſt.vlt.& c.Epiphanium.5.quæſt.6.& l.ſciant cuncti,vbi Bar. Bald. Salicet. & omnes. C. deprobat.& l. qui ſententiam. C.de pœn. nec debet quis puniri pro delicto.de quo non conſtat,niſi per famam, & teſtium credulitatem.c.inquiſitionis.§ quiſiuiſti. vbi Abb.n.1.de accuſat.& quando vrgentia indicia ſufficiãt dicam intra in verb.probatio.in dubio tamen ſantius eſt nocentem impunitum relinquere,quàm innocentem condemnare. l.abſentem.vbi Doct.ff.de pœn. & gl.verb. legibus.in c.vnico de iure iurand.lib.6. & gloſſ.1.in c.cum ſunt.de regul.iur.d.lib.6. Alex.in l.ſemper in obſcuris.n.5.ff.de regul.iur.& conſil.15.lib.1. Dec.in l.fauorabiliores.n.6.ff.de regul.iur.

26 Crimen poteſt tribus modis proponi, videlicet per accuſationem,aut denunciationem,vel exceptionem. c.ſuper his, vbi Doct. & c.qualiter.2. § ad corrigiendas de accuſat.quartus tamẽ modus adijcitur per gloſ.verb. tribus in d.c.ſuper his.puta per inquiſitionem,quæ gloſſa probatur per c. qualiter.1.& c.inquiſitionis,ab ipſa gloſſa relatas,& alias modos refert Boſſ.inpract. criminal.c.9.Iul.Clar.lib.5.§.fin.q.3.nu.1. & proceditur in cauſis criminalibus duobus modis videlicet per officium iudicis, aut ad inſtantiam partis.vt refert.Iul.Clar. lib.5.§.fin.q.3.nu.1.Bald.in l.ea quidem, à n.44.C.de accuſat.Card.in c.de accuſat.2. q.8.& Ioã.Faber.prin.inſt.de public.iud.

27 Crimen tamen probatum per viam inquiſitionis, mitius punitur,quàm per viam accuſationis. c.inquiſitionis.vbi Abb.n.1. de accuſat. ſed praxis eſt , quando iudex procedit à ſe ipſo,& ex officio ſuo,aſſumẽdo in formationes contra delinquentem, ſuper aliquo delicto, vt illum delinquentẽ faciat incarcerari, ſi contra illum ſit probatum per illam inquiſitionem,vt incarcerari debeat vti dixi ſupra verbo carcer. §. 3. & dem de ſeries facti ſic formata, & in ſcriptis redacta,citatur reus,& contra illũ formatur libellus,ſuper inquiſitione illius delicti,nec requiritur, quòd in ipſa citatione ſit inſertus tenor inquiſitionis, ſed tantum delictum in ſumma, vt tenet Marian.in rep.c qualiter,& quando.nu.12.de accuſat.Ang.de malefic.verbo iudex commiſit.n.3.d.Inde tempore dilationis.datur illa ſeries facti,formata per inquiſitionem in probationem contrà reum,& ille poteſt facere teſtes per inquiſitionem interrogatos,iudiciales,ſi voluerit,aliter namq; iterum citato reo examinabuntur,&tunc delicto probato. datur reo pœna ordinaria, ſeù extràordinaria pro menſura delicti.cũ quo eſt menſuranda.dico ver.pœna.§.43.

28 Denunciatio criminis eſt via ad iudicẽ inquirendum de crimine ex officio,& poteſt fieri ab illo,qui poteſt accuſare,quoniã qui prohibetur accuſare, cenſetur prohibitus deuũciare: vt tenet Bart. in l.diuus. n.7.ff.de cuſt.reorum niſi ſint officiales,aut perſonæ, quæ teneantur ex officio:vt tenet Ang.de malefic.in gl.nec non,& ad denunciandum.n.4 & Marian.in rep.c.qualiter, & quando. n.81. de accuſat.Alex.in c.de accuſatione col.65.in fin.verſ.2.quæro.2.q.8. ſi tamen denunciator deficiat in probatione criminis , & appareat de vera calumnia ſuſpenditur ab officio,& beneficio.c.cum dilectus. vbi Doct.de calumn.& condemnabitur in expenſis, vt tenet Cin. in l.ſerueriter. in fin. C. de excuſat. tut. & Alb.in l.ſancimus.n.6.C.deiud.Crot.conſil.92. n.2. lib.1.Guid.Pap.deciſs.269.à n. 1.Iul.Clar.lib.5. §.fin.q.6.n.12.

29 Delicta in foro Eccleſiaſtico,ſi culpa incipit ab ipſo crimine , puniuntur per de

poſitio-

Digitized by Google

poſitionem ab officio, & beneficio, aut per aliam pœnam afflictiuam ſi vero incipit à cõtumacia proceditur per excõmunicationẽ c.cũ nõ ab homine deiud.& c.2.vbi gl. ver.ab officio.& Doct.de teſtib.cog.

30 Delicta clericorum ſunt punienda pœna ſpirituali, aut corporali, ſicut ius ſuper illo crimine pœnam ſpiritualem, aut corporalem ſtatuit, & non poteſt iudex aliam pœnam pecuniariam pro ſpirituali imponere. c.licet. vbi gloſ.ver. pœnam.& Abb. n.4.de pœn.ſi tamen ius pœnam pecuniariam pro aliquo delicto infligendã ſtatuit, illa eſt imponenda. l.2.§. fin.ff.de iud.& d. glo.verb.pœnam.& c.in Archiepiſcopatu. de raptorib.& c.cum deuotiſsimam.12.q. 2.& c.de cauſis. §. illis etiam: de offic.iud. deleg.ſi vero de pœna delicti nihil in iure cautum eſt, committitur tunc arbitrio iudicis, & poteſt iudex iudicialiter cognoſcendo imponere pœnam pecuniariã, ſiue corporalem, prout ſibi videbitur, quod magis criminoſus pertimeſcat. d.c.de cauſis. §.illis etiam, vbi Doct. de offic.iud.deleg. & d.gl.ver.pœnam in d. c. licet, vbi Abb. n.5. de pœn.

31 Delicta criminalia grauiora Epiſcoporũ, & etiã hæreſis, nõ ſunt excutienda, niſi à Summo Pontifice, aut ſi neceſſe fuerit, quòd extrà CuriamRomanam cauſæ Epiſcoporum ſint examinandæ, nemini ſunt cõmittendæ, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Summo Pontifice electis, c.inquiſitores. vbi Doct.de hæret. lib.6.Trid.ſeſſ. 24.c.5.de reformat. crimina tamẽ minora Epiſcoporum poſſunt excuti à cõſilio prouinciali, aut ab illis, quos conciliũ prouinciale ad id deputaverit, vt diffinitum eſt in d.Trid.ſeſſ.24. c.5.de reformat.

32 Delicta ſolius prælati nõ nocent Eccleſiæ, nec delicta tutoris nocent pupillo, ſed potius de ſuo patrimonio debet puniri, quamuis occaſione, ſeù cõtemplatione illius delinquat, delictum enim vnius perſonæ non debet in Eccleſiæ detrimentũ, ſeù alterius perſonæ redundare, c.cum venerabilis. de except. & c.quia ingredientibus. de teſtib.& c.delictum. vbi Doct. de regul. iur.& c.ſi Epiſcopum.16.quæſt.6. & l.non eſt ignotum. vbi notant ſcribentes. C de adminiſtr.tut.& l.meminerint. §. fin autẽ. C.vnde vi, & gl.ver.ipſius dolum.in c.2.de ord.cogn. cum Capitulo tamẽ bene poteſt prælatus præiudicare Eccleſiæ, aut per negligentiã aliquod omittendo, c.1.de præſcript.vbi Doct.& c.placuit. 16.quæſt.3. & gl.1.in d.c.delictum de regul.iur.libr.6. & Abb.in c.1.n.12.de dol.& contumac.& in c.cum venerabilis.n.29.de exceptionib.

33 Delicta patris non onerant filiũ, vt pro delictis patris puniatur, regulariter, vnusquiſq; enim ſubijcitur pęnæ debitæ ex ſuo crimine admiſſo.c.non debet. vbi Doct.de regul.iur lib.6.& l.2.§.nullum.ff.de decurionib. & l. crimen. ff.de pœn. & l.ſi quis ſuo.§.fin.vbi Bart. Bald.& Salicet.C.de in offic.teſtam.fallit tamen. vt in caſibus.c.2. §.hæretici, & glo.ibi ver.filij.de hæret.lib. 6.& in gl.d.l.crimen. ff.de pœn.

34 Delicta morte perſonæ delinquentis extinguntur, & non tranſeunt in hæredem. l. pen.ff.de noui oper.nũciat. & l.ſi pœna.ff. de pœn & l.1.ff.de priuat.delict.& l.ex iudiciorum.ff.de accuſat.& l. ſicuti.& l.pupillum.ff.de regul.iur. & l.furti. C.de furt. & ſeru.corrupt.& l.1.& l.2.& l.fin.C.ſi reus vel accuſ.mort.fuer.& l.vnica.C.ne ex delict.defunct.& c.quorundam. 23.diſt.& gl. verb in congruum.in c.cauſam. quæ.7.qui fil.ſint leg. Abb.in c.fin. de ſepult.& Iaſ.in l.ſi duo.§.idem Iulianus.n.4.ff.de iure iur. Ang in §.publica autem.n.3. inſt.de publ. iud.idem Ang.in tract.malefic.ver.qui dominus iudex.n.41.Roman.ſingul.431.Hyppol.in l.fin.n.28. ff.de quæſt.& conſil.1.nu. 36 lib.1.Doen.regula 173.fallit tamen de iure canonico in tribus caſibus ſcilicet in crimine hæreſis, c.ſane profertur. 24.q.2. & c.fin.de præſcript.lib.6.& ita ſi quis hæreticum ſcienter hæredẽ inſtituat.c.ſi quis Epiſcopus. vbi Doct.de hæret.aut in crimine læſæ maieſtatis, propter confiſcationem bonorum, facit text.in c.quæro.§.hæc licet.6.quæſt.1.glo.ver.in congruum.in d. c.cauſam, quæ.7. qui fil.ſint.legit. & l.pen. & vlt.C.ad leg.Iul.maieſt.aut ſi quis in notorio crimine deceſſerit, vt pro illo non fiat oblatio, ſeù deprecatio.c.neq;.88.diſt. de iure tamen ciuili fallit, vt in glo.ver.ſit extinctum.in d. l.1. C.ſi reus vel accuſat. mort.fuer. & gl.ver.poſt mortem.in §.interdum. inſt.de hæred.quæ ab inteſt. & in gl.ver. maieſtatis.in l.ex iudiciorum. ff.de accuſat.& licet accuſatio poſt mortem nõ ducer, niſi quinquennio, l.2. vbi Doct. C.de apoſtat.& gl.ver.ſubire in l.Manichæos.C. de hæret. Rom.ſingul.431. tamen ad hoc, vt bona ipſorum poſt condemnationẽ cõfiſcentur, & fiſco applicentur, vſq; ad quadraginta annos poſſunt declarari.c.fin.vbi

Doct.

Digitized by Google

Doct. depræſcript.lib.6.& gl.ver.poſt mortem in c.accuſatus.§.in eo.de hæret.lib.6. Aug.Ariminens. in additionib. ad Ang.in tract. maleficiorũ.ver.& hæ traditio.n.17.

35 Delicta regulariter de iure ciuili præſcribuntur ſpacio viginti annorum. l.quærelam.vbi gl.fin.& Doct.C.ad leg.Corn.de falſ.& gl.verb. teſtes.in c. ex parte.de teſt. Abb.in c.illud.autem, nu.23.depræſcript. de iure autem canonico non datur præſcriptio in criminibus, ſed quandocumq; crimina apparuerint,ſunt punienda,c.ecce autem.24.quæſt.3.& gl.ver. pœnitentia.in c.admonere.33.quæſt.2.& gl.ver.religionem.in c.2.defid.iuſſ. Abb.in c.licet.n.29. deprobat.& in c.illud.autem.n.23.depræſcript.& in c.quamuis.n.6.de ſent.& reiud. vnde ſi cauſa agitatur corã iudice ſeculari, & inter vinginti annos non fuit aliquid actum, ſeù locutũ in cauſa. procedit præſcriptio. nec amplius eſt reus moleſtãdus. ſi vero agitetur corã iudice Eccleſiaſtico, qui ſecundum regulas iuris canonici iudicare debet,nõ eſt curandum de illa,præſcriptione iuris ciuilis: datur tamen interruptio præſcriptionis in criminibus per ſolam libelli oblationem factam coram iudice competente quãuis pars non citetur, & non currit tempus, niſi à die,à quo poſtulatus eſt criminoſus.quoniã ſi antequàm præſcriptio adimpleretur oblatus fuit libellus, licet non perficeretur,perpetuatur tũc actio vſq; ad triginta annos. l.mariti. §. hoc quinquenium. vbi gl.ver.& non ad cum.ff.de adult.& l.2.ff.de colluſ.deteg.& l.moræ.vbi Doct.C.de rei vind.& glo.1.in d.l.quærelã.C.ad leg.Corn.de falſ.& Bart. in l.naturaliter. n.31. ff.de vſu cap. Abb.in c. illud.autem.n. 23.de præſcript.

36 Delictum aliquando propter ſcandalũ remanet impunitum,ita tamen, vt veritas non offendatur,& quãdo ſine peccato mortali perpetratur.c.2.de noui oper.nunciat. & c.fine. vbi gl.verb. multitudo de temp. ord.& c.qui ſcandalizauerit.de regul.iur.

37 Delictum,pœna,& dolus cum alio compenſatur,quando agitur ciuiliter,non autẽ quãdo agitur criminaliter.c.intelleximus, & c.fin.de adult.& l.ex hoc.§.ſi & ſtipulator.vbi glo.verb.dolo.& Doct.ff.de eo per quem erit. & l. ſiduo. ff.de dolo. & l. viro atq; vxore.ff.ſolut.matr. Abb.in c.cum te. n.25.de ſent.& reiud.& in c.1.nu.1. de in iur .fallit tamen in iniuria:quoniam ſi quis conuitium dixerit alicui,& alter etiam illi dicat aliud conuitium,quod nõ tendat a l innocentiã ſuam defendendã,ſed ad aliud factum, quilibet eorum poteſt agere pro ſua iniuria,& nõ compenſatur vna pro altera. c.veniens.de iniurijs,& gl.ver.ſuas,in c.neganda 2.in 3.quæſt.11.& Abb.in c.cũ te. n.25.de ſent.& re iud.

38 Delinquens iuſſu illius, qui habet ius imperandi, excuſatur in eo, quod iure fit, & in leuibus delictis,quoniam in grauibus non excuſatur, imò vterq; tenetur,quia in grauibus delictis, nullus tenetur obedire illi, qui habet ius imperandi. l. velle non creditur,vbi glo.& Dec.n.7.& l.ad ea.ff.de regul.iur.& l.liberorum. §.excuſatur.ff.de his,qui notãt.infam.& l.liber homo.2.vbi Bald. ff.ad leg.Aquil.& l.ſeruus.20.vbi gl. fin.ff.de act. & obligat. & l.is damnum. §. eius.ff.de regul.iur. & l.nõ ideo,vbi gl.fin. C.de accuſat. & l.2.C.de ſepulch.violat.& gl.ver.deſcendit. in l.in rem.§.Tignum.ff. de rei vind.

39 Delinquens excuſatur habens titulum coloratum, cum non detur dolus, & ſtetur infinibus verborum.l.ſi adulterum.cum in cæſtu. §.ſtuprum.vbi Doct.ff.ad leg.Iul.de adult.Bald.& Iaſ.n.1.in l.fin. ff.de cõd.ſine cauſ. non debet enim aliquis puniri, ſine culpa,aut ſi non ſubſit cauſa.c.ſane.23.vbi DD.de regu.iur.lib.6.quia cauſa ſubſiſtẽte poterit quis ſine culpa puniri,ſicut qui habet domum ſuperiorem, quãdo domus inferior venit diſtruenda. vt tenet Ioann. And & Abb.in c.ſuper.n.2.de priuileg.

40 Delinquens eſt puniẽdus in minori pœna,quando lex duplicem pœnam pro delicto imponit,& quòd vna earum ſit imponenda. l.ſi præſes. & l. interpretatione. ff. de.pœn & l.ſemper in dubijs,& l.ſi in duabus. vbi Doct. ff.de regul.iur. & l ſi ita ſtipulatus fuero.ff.de verb.obligat.& l.2.§. ſi nauis. ff. ad leg. Rhod. de iact. & l. idem Iulianus. alias. l.cum ſeruus.§.ſcio.vbi Doctor.ff.deleg.1.& tenet Ioan.de Anan.in c. qualiter. & quando.§ ad corrigendos.col.

41 3. verſ.caſus fuit talis. de accuſat.

Delinquens in vno territorio debet puniri in eodem territorio. l.ſicui.§.idẽ Imperator.& l.fin. ff.de accuſat. & l. capitalium, §.famoſos.ff.de pœn.& c.fin.vbi Doctor.de foro comp.& vtrum etiam ratione domicilij poſſit puniri.vbi habet domicilium. dixi ſupra.hoc verbo.§.17.

42 Delinquens fugiens ad aliam prouiciã, ſi à familia poteſtatis inſequatur. ex ſuo

territorio

Digitized by Google

territorio in aliud,& ibi eum comprehendat debet, relaxari,quia familia poteſtatis vnius iuriſdictionis, nõ poteſt extrà ſuum terminum inſequi delinquentem. vt tenet Bald. in l. ſicut. §. Ariſto.ff. ſi ſeruit.vind. & in c.cum olim in fin.de dolo.& cont. & Barbat. conſil.26. in fin. libr.1. Angel in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. libr.10. Iaſ.in l.plerique.nu.13.ff. de in ius vocand. Boſſ in tit. de captura.n.34 & in tit.de fauorib.defenſ.n.7. Ant.Gom.c.9.delict.n.5. Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.29.nu.10.quamuis aliter obſeruetur in noſtra Luſitania,ſi enim familia poteſtatis in hoc regno Luſitaniæ inſequatur delinquentem,vſque ad alienum territoriũ. & alterius iuriſdictionem,& ibi eum capiat,valet talis captura, & non erit relaxandus. per ord. lib.1.tit. 73.§. 7.& ita etiam in facti contingentia deciſum. fuiſſe peruſij. refert Paris. put. de Sind.fol.190. c.4.n.2.

43 Si tamen delinquens fugiat in aliũ territorium, & ibi commoretur, debet tunc iudex territorij, & iuriſdictionis,vbi deliquit mittere præcatoriũ ad iudicem illius prouinciæ,vt illum ſibi remittat. l.ſolent. vbi Doct.ff.de cuſt.reorum.& auth.vt nulli iudicum.§.ſi vero.vbi Bart.coll.9.

44 Delinquentium receptatores perinde puniuntur, ac delinquentes. l. quo naufragium. §. non tantum. ff. de incend. ruin. & l.1.ff. de recept. & l.1.& 2. vbi Doctor. C.de his,qui latr.occult.& l.caſtitati, C.de adult.& l.crimen.C ad leg.Iul. de vi.ſi tamen receptator fuerit conſanguineus, aut affinis illius, delinquentis mitius erit puniendus. l.2.vbi Doct. ff.de recept.& l.qui cum vno.§.fin. ff.de re milit.

45 Delinquens calore iracundiæ, non excuſatur à pœna, niſi talis ſit iracundia, quæ delinquentem à mente alienet, quia tunc mitius punitur. l. ſi non conuitij. C. de iniur. & l.1.vbi Doct.C. ſi quis imp.maledix. & l. famoſi. ff.ad leg. Iul.maieſt.& l. quidquid.vbi Dec.n.6.ff.de regul.iur.Abb. in c.1. n,2.de iniur.

46 Delinquens tamen in furore, aut cum ſit infans nullam pœnam incurrit.cum nõ habeat intellectum. clem. vnica de homicid. vbi notant ſcribentes & c. illud.15.q. 1. & l. diuus. ff. de offic. præſid. & l. quod infans. ff.de rei vind. & l.infans. ff. ad leg. Corn.deſicar. & l.1.vbi gl. ver.impuberes. C.de falſ.monet.Abb in c.1.n.4.de delict. puer.& dicam late verb.furioſus,à,§.2.

47 Delinquens vero in ebrietate punitur, quamuis talis ſit ebrietas, vt eum à mente alienet, minuitur tamen pœna, ita vt ſi pro delicto mereatur pœna mortis, puniatur alia mitiori.l.omne delictum,§.qui ſe vulnerauit.ff.de re milit. & l. reſpiciendum. §. delinquitur. vbi Doct. ff.de pœn. Abb. in c.ſicut nobis,nu.5. de teſtib.placa. de delict. lib.1.c.30.n.1.ſi tamen ſine culpa ebrius fuiſſet nulla pœna puniretur.Iul. Clar.§.fin.q.50.n.12.

48 Venefici puniuntur pœna capitis,ſi aliquis ſuis in cantationibus moriatur,ſi tamen ad malum finem illis vtantur, & non moriatur quis ex poculo amatorio, relegantur propter malum exemplum. l.eiuſdem legis.ff.ad leg.Corn.deſicar.& l.ſi quis aliquis. §.qui abortionis. ff.de pœn.& l.forum.vbi Doct.C.ad leg.Corn.deſicar. Bertach. verb.venenatio. n.6. Gram.deciſs.2. aliquando condemnantur ad triremes. ex Iul.Clar.§.homicidium,n.14.

49 Relegatus, qui non obtemperat,aut citius reuertitur, mittitur in locum deteriorem, aut tempus duplicatur,ſi erat iuſſus exulare minus decennio, ſi autem in perpetuò, exulare miſſus erat, capite punitur. l. relegati. vbi Doctor.& l.aut damnum. §. quisquis autem. vbi Bart. num.1. & l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœn. & Ant.Comez, c.8.delict.num.1.Iul.Clar. lib.5.§.fin.quæſt.71. n.13.& ord.lib.5.tit. 144.in prin.

50 Criminoſus eſt vocandus legitimis citationibus, ſeù edictis, ſi latitauerit, aut in aliam prouinciam ſe contulerit, & ſi tunc non veniat iudex procedet contra illum, ſicut iuris regulis eſt diffinitum, authent. vt nulli iud.§.ſi vero. vbi Bart.coll. 9. ſemper enim delinquens debet vocari ad inquiſitionem ſpecialem, quæ fit de illius delicto, & capitula, nomina dictaque teſtium ſunt illi exponenda, niſi per contumaciam ſe abſentauerit,& aliter erit inquiſitio nulla,quamuis aliter ſit in inquiſitione generali, quando iudex generaliter inquirit de delictis. c.qualiter, & quando. 2.vbi Abb. n.11.& omnes,de accuſat.dixi ſupra.§.27.

51 Nemo debet puniri ſine accuſatore. c. vnico. vbi Doctor. vt Eccleſ. bnia.& c.de manifeſta. 2.quæſt. 1. & c. 1. de accuſat. & l. reſcripto. vbi ſcribentes. in §. ſi quis accuſatorem.ff.de muner.& honorib. fallit tamen, vt in gloſſ.ſecund. d. c. vnico,

Digitized by Google

vt Eccleſ. bnia. & in gloſſ. 2. d. c.de manifeſta.

52 Nominis, ſeù cognominis mutatio in fraudem alicuius, aut cum ſit ſeruus, ille, qui nomen, ſeù cognomen mutat, punitur de falſo. licet homo liber bene poſsit nomen, ſeù cognomen mutare ſine fraude alicuuis. l. falſi nominis. ff. ad leg Corn de falſ. & l. vnica, vbi Doct. cõmuniter. C. de mut. nomin.

53 Delinquens in rebus Eccleſiæ, ſicut ſunt raptores, inuaſores, & ſimiles. tanquàm ſacrilegi ſunt puniendi in vtroq; foro, & tunc eſt locus præuentionis. c. cum ſit generale. vbi gl. ver. malefactores, de for. cõp. & c. cõnquæſtus. eodem. tit. & c. prædia. & c. nulli, & c. de rebus. 12. q. 2.

Delicta occulta puniũtur tantùm apud.
54 Deum, quia ſolus Deus eſt iudex occulti delicti, & non homo. c. tuæ. de ſimon. & c. cogitationis, de pœn. diſt. 1. attamẽ delicta ex voluntate diſtinguntur, c. cũ voluntate. de ſent. excommunicat. & c. dilectus filius. de homicid. & l. verum, eſt. 40. & l. qui iniuriæ. 30. ff. de furt. & l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar. ſi tamen delicta occulta probari poſſunt, bene puniuntur, leuius tamen quàm ea, quæ palem cõmittuntur. tenet Comez. in §. ex maleficijs. n. 21. inſt. de act.

55 Affectus tamen in delictis punitur, quãuis non ſequatur effectus. c. 1. de homicid. libr. 6. & c. 1. vbi gloſſ. verb. in mortem, de præſumpt. & c. ſi quis non dicam & c. quis quis. & c. ſi forte. & c. quis tam. & c. ſolicitatores. de pœnit. diſt. 1. & l. 1. ad finem. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & l. eiuſdem. legis. & l. diuus. ff ad leg. Corn. de ſicar. & l. 1. ff. de extraord. crim. & l. is. qui cum telo. C ad leg. Corn. de ſicar. eſt tamen diſtinguendum, vtrum voluntas ſit deducta ad actum exteriorem, aut non. quoniam ſi voluntas non ſit deducta in actum exteriorem, non eſt puniendus delinquens in foro exteriori, quia affectus in actu interiori non punitur, niſi apud Deum. c. cogitationis. de pœnit. diſt. 1. & l. 1. §. hæc autem, ff. quod quiſq; iuris. & l. cogitationis. ff. de pœn. gl. 1. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. & dixi ſupra. ſi autem affectus, & conatus in delictis ſit deductus in actum exteriorem eſt punibilis. quamuis delictum non ſit conſumatum. quando per eum non ſtetit, quòminus cõſumaretur. ſecùs tamen ſi delinquens ſua ſponte antequam conſumaret delictũ ab opere deſiſteret, & illum pœniteret: licet tamẽ affectus deductus in actum exteriorem ſine effectu ſit punibilis, non punitur tamen pœna ordinaria, ſed extrà ordinaria. l. 1. vbi Doctor. ff. de extraord. crim. & l. qui falſam. ff ad leg. Corn. de falſ. & gloſ. verb. in mortem. in c. 1. de præſumpt. & glo. 1. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. & Dec. in l. non vult hæres eſſe. num. 4. ff. de regul. iur. in atrocioribus. tamen criminibus punitur conatus deductus in actum exteriorem proximũ, & immediatum, pœna ordinaria, quando conatus continet in ſe delitum ſpecialiter certa pœna à lege punibile. d. c. ſi quis nõ dicam. & c. quisquis, & c. ſi quis necandi, & c. ſi forte. de pœn. diſt. 1. & c. 1. de homicid. lib. 6. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. vbi gloſ. 1. & Doct. & l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maieſt. ſi tamen conatus non continet in ſe delictum, certa pœna à lege ſpecialiter punibile. ſufficit tunc infligere pœnam extrà ordinariam. d. l. 1. ff. de extra ord. criminib. & d. c. ſolicitatores. de pœn. diſt. 1.

56 Tortura aliquando datur in atrocioribus criminibus, ſi prius præcedant indicia vrgentia, aut teſtimonium vnius integri teſtis. & aliter veritas ſciri non poteſt. c. cum in contemplatione. vbi Doct. de regul. iuris. & per totum. ff. de quæſt. ego tamen in hoc genere torturæ ſum in magna admiratione ſecundum ius, quod hoc concedit, ſi præcedant aliqua indicia, aut præſumptiones vrgẽtes, vel ſemiplenæ probationes. l. 1. & per totum. ff. de quæſt. hoc enim genus tormentorũ in noſtra Luſitania, & alibi, eſt crudele, & terribile, ita vt non ſit malus ſupliciũ, præter mortem, & non nulli moriũtur in torturis qua propter etiam de iure ſit expoſitum, quòd ſit ad eruendam veritatem, eſt grauis pœna, quæ dari debebat pro graui delicto. ſi clariſsimè. fuiſſet probatum, vt habetur in l. ſciãt. cuncti. vbi Doctor. C. de probat. & in l. qui ſententiam. C. de pœn. & ſi non probatur delictum clariſsimè, non videbatur mihi eſſe ratio, quòd talis pœna infligeretur, ſed alia extrà ordinaria in dubio enim, ſanctius eſt. nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. l. abſentem. ff. de pœn. & dixi. §. 25. & pauci ſunt, qui in tortura confiteantur, cum ſciant. ſe eſſe ſuſpendendos, ſi fuerint confeſsi.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Depoſitum.

1 DEpoſitum eſt illud,quod cuſtodiendũ alicui datur, vt ſuſcipiens,reſtituat illammet rem,quam ſuſcepit. l.1.in prin.ff. de depoſit.& Menoch.lib.3, præſump.34. n.2. ſumma Ang.verb.depoſitum in prin. & dicitur depoſitum quando res ſimpliciter apud cuſtodẽ deponitur,ſine v'la mercede, quoniam ſi merces interueniat iam tranſit in alium contractum. l.1. §. ſi veſtimẽta.vbi Doct ff.depoſit.nec poteſt fieri de re propria, cum apud ſe ipſum quis retineat dominium,& proprietatem rei ſuæ, non fit depoſitum, in illa. l. qui rem. & l. bona fides. §.ſi tamen. ff.depoſit.& l. neq; pignus.ff.de regul.iur.& l.qui rem.vbi Doctor.C locat. l.ei aquo.ff.de vſu cap.

2 Dominium, & proprietas, & poſſeſsio rei depoſitæ, remanet apud deponentem, & non apud cuſtodem.l.licet. ff.depoſit.& gl.ver. detinemus. in l.rei commodatæ. ff. commod. & gl.ver. de culpa. vbi Doct. in c.2. de depoſit.

3 Depoſitum non conſiſtit, niſi in rebus mobilibus, & ſe mouẽtibus,aut vbi à pluribus res, quæ eſt in contrauerſia pro ſequeſtro deponitur.l.licet. vbi Doct.& l.apud.§.1.ff. depoſit. & glo.ver.de culpa. in c.bona.de depoſit.& gl.1.in c.examinata. de iud. & tunc ſi depoſitum fiat ex voluntate, & conſenſu vtriuſq; partis. perditur poſſeſsio, ſecùs tamen ſi fiat autoritate iudicis, contra voluntatem poſsidentis, vt tenet Bart.in d.l.licet.ff.depoſit.& in l.intereſſe puto.ff de acquir.poſſ.& Doct.in l. 1.C.de prohib.ſequeſtr.

4 Depoſitum aut fit gratia deponẽtis, aut gratia illi9,qui ſuſcipit,aut gratia vtriuſq;. communiter tamen fit gratia deponentis. l.ſi quis nec cauſam. cum ibi notatis. ff.de reb.cred.& l.ſi vt certo.§.2.vbi Doct.ff.cõmodat.vnde depoſitarius tenetur tantum, de dolo, & lata culpa, quæ pro dolo accipitur.c.bona.vbi gl.2.& Doct. de depoſit. & l.1. §.fin. vbi Bart. & l.quod nerua.vbi DD.ff.depoſit.& l.ſi vt certo.§.2.ff.cõmod. & l.contractus.vbi Dec.n.1.ff.de regu.iur. & §.præterea,vbi gloſ.ver.dolo.inſt.quib. mod.recõtrah.obligat.Bal.cõſi.218.lib.5.

5 Depoſitarius,ſeù cõmodatarius allegãtes ſe rẽ perdediſſe,debent probare,& nõ probantes. debent condemnari, quoniam allegãtibus incumbit probatio. c.1.vbi gl. & Abb. n.4.de cland.deſponſat. & l.2.vbi Doct ff.de probat.& l.nõ ignorat.C.de his qui accuſar.nõ poſſ.& §.fin.vbi gl.fin.inſt. quib.mod.recõtrah.obligat.& gl.in c.pen. de regul.iur.& Abb.in c.bona.n.8.de depoſit.& in cauſis manifeſtis,erit neceſſaria apertiſsima probatio,in occultis vero ſufficit probatio per bonas coniecturas,conſiderata qualitate cauſæ,tẽporis,& perſonæ, l.non omnes. §.à Barbaris. vbi Doct. ff de re milit. Abb.in d.c.bona. d.nu.8.ſi tamen depoſitarius probat,quòd rem perdediſſet, & deponens dicat, quod culpa, ſiue dolo. depoſitarij ipſius perdita fuiſſet,depoſitario tunc incumbit probatio caſus fortuiti, præcipuè in caſibus,qui de facili nõ accidũt ſine culpa,in illis vero, qui cõiter ſine culpa,& dolo accidũt incũbit probatio deponẽti,ſiue cõmodãti,vt tenet Abb.in d.c. bon.n.9.de depoſi.poſt Bar.quẽ ipſe refer.

6 Depoſitarius etiam tenetur de leuiſsima culpa,ſi ſe obtulit depoſito,aut ſi mercedẽ pro cuſtodia accepit, quãuis tunc proprie non dicatur depoſitum.c.bona.de depoſit. & l.ſi vt certo.§.2. ff.de cõmod.& l.1. ff. ſi quis ſeruum.& §.ſæpe. vbi Bart. ff depoſit. & Dec.in l.contractus.n.2.ff.de regul.iur.

7 Depoſitarius tenetur quoq; de caſu fortuito,ſi pacto ſe obligauit aut poſt morã.d. c.bona. de depoſit. & l.ſi vt certo. §.2.vbi Doct.ff.cõmod.& l.1. §.ſi cõuenit.vbi Pau. de Caſt.& l.ſi in Aſia.§.quemadmodũ,vbi Bart. ff.depoſit.& l.cõtractus. vbi Doct.ff. de regul.iur.& l.qui autem. §.quid ſi ante. ff.de conſt.pecun.ſi tamẽ res depoſita periret eo modo,quo apud deponẽtem eſſet peritura,liberat depoſitari9,vt tenet Bart. in l.ſi plures.§.ſiuè autem.ff.depoſit.

8 Depoſitum tamẽ ſi fiat gratia ſuſcipiẽtis tantũ ad illũ expectat periculũ rei depoſitæ.l.ſi quis nec cauſam.vbi Bar.n.1.& Iaſ. n.2.ff.de reb.cred.ſi vero fiat gratia vtri9q; tenetur depoſitarius, de lata.& leui culpa. d.l.ſi vt certo.§.2.vbi Bart.n.1.ff.cõmod.

9 Depoſitum factum perſonæ non onerat Eccleſiã,niſi in vtilitatẽ illius ſit verſũ c.1. vbi gl.ver.perſonæ.&Doct.de depoſit.& c. ſi Epiſcopũ.16.q.6.ſi tñ fuiſſet factũ.Eccleſiæ cũ ſolẽnitatibus requiſitis,tunc teneret Eccleſia ex depoſito illo gl.ver.perſonę.in fin.in d.c.1.vbi Abb.n,3. de depoſit. ſũm. Ang. ver.depoſitũ.§.4.Merg.cõſi.24.n.16.

10 Depoſitarius alicuius frumenti,vini,aut olei,ſeù alicuius rei,quæ corrumpi poteſt, ſiue animalium, de quorũ morte timetur,

debet ad ire iudicem, quãdo timet de corruptione rei, aut de morte animalium, & tunc iudex cauſa cognita iubebit, vt res vẽdatur, ne corrumpatur, & depoſitarius tenebitur, tunc ad preciũ rei, quod vere pro illa accepit, aliter autem erit in culpa. & tenetur ad totum pretium. quanti illo anno frumentum, ſeù vinum, vel oleum, vẽditum fuit, licet minoris vendidiſſet. l. diuus pius. vbi Bart n. 1. ff. de pet. hæred. & l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vind.

11 Depoſitarius alicuius pecuniæ, in ſaculo ſignato, vel argenti, ſiuè alterius rei, & illa vtens contra voluntatem deponentis, tenetur de furto, & depoſito, ſi tamen præmiſſu deponentis vtatur, ad nihilum tenetur. l. ſi ſaculum. vbi Doct. ff. depoſit. & l. ſi depoſiti. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. eodem. tit. & l. qui furtum. ff. de cond. furt. & l. qui re ſibi. ff. de furt. & tenetur de caſu. quoniam iam fuit in culpa, ſi poſt moram res depoſita perijt. l. cum res, §. fin. vbi ſcribentes. ff. de leg. 1. & l. ſi in Aſia. §. fin. ff. depoſit. & l. qui autem §. quod ſi ante. ff. de cõſt. pecun. Bart. in d. l. qui autem. §. hæc autem verba.

12 Depoſitarius alicuius pecuniæ numeratæ, tenetur ſemper ad tantundem, & tenetur de caſu, quia iam perdit naturam depoſiti, & ſequitur naturã mutui. l. die ſponſaliorum. §. qui pecuniam. vbi Doctor. ff. depoſit. & l. incendium. vbi Bald. & Salic. C. ſi cert. pet. & l. ſi depoſita. C. depoſit. & Dec. in l. cõtractus. n. 8. ff. de regu. iur. Bald. conſil, 315. & conſi. 362. lib. 4.

13 Depoſitarius tenetur reddere rem depoſitam, quando à domino fuerit petita, & antequam illam reddat nullã cauſam allegare poteſt. nec alius tertius admitti poteſt ad reſtitutionẽ domino impediendã. eò quòd poſſeſsio apud dominum remanſit. l. ſi quis. vbi Bald. & auth. ibi C. depoſit. & l. bona fides. ff. depoſit. & l. 1. §. ſi prædo. ff. eodem. & c. bona. vbi Doct. de depoſit. Bart. in l. pen. n. 4. C. depoſit. ita vt nec cõpenſatio poſsit fieri de depoſito, cum depoſito. ſed qui primo depoſuit, prius recipiat ſuam rem depoſitam. c. bona fides. vbi gl. ver. contra quod. & Doct. de depoſit. & l. ſi quis pecunias. vbi Bald. C. de depoſit. & l. fin. C. de compenſat.

Verbo Deſiſtere à lite.

Deſiſtere à lite, eſt à negocio totaliter abſtineri, & liti renunciare. l. deſtetiſſe. vbi Bart. ff. de iud. & l. deſtetiſſe. ff. de minorib. & l. Papinianus. §. ſi quis poſt ff. de in offi. teſt. & l. deſtitiſſe. ff. ad ſenat. cõſ. turp. quamuis deſiſtere non videtur, qui fraude hæredis ſcripti deſiſtit. l. cum, qui. vbi Bart. ff. de in offic. teſt.

2 Deſiſtere poteſt quis à lite motu proprio, aut per gratiam, aut per abulitionẽ, ſeù permiſſu imperatoris. l. ſi interueniente, & l. deſtitiſſe. vbi Doct. ff. ad turpil. & c. 1. vbi gl. verb. gratiam. de colluſ. detegend. & l. ab accuſatione. ff. ad turpil. aut per tranſactionem. aliquo dato. vel. retento, aut per deſertionem temporis à præſide perfiniti, l. ab accuſatione. ff. ad turpil. & c. ſupereo. de tranſact. & gl. ver. gratiam. in c. 1. de colluſ. detegend. vbi Abb. n. 5.

3 Deſiſtere, à lite poteſt quis in cauſa ciuili, aut criminali ciuiliter intentata, quãdocumq; voluerit, tam motu proprio, quã per gratiam, ſeù per tranſactionem. ſine aliqua pœna, niſi in actione famoſa, vt eſt text. in l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. & l. furti. §. pactus. ff. de his qui notãt. infam. ſoluet tamen deſiſtens expenſas. l. eum, quem ff. de iud. & gl. 1. in l. deſtitiſſe. ff. de iud. Abb. in c. 1. n. 6. de colluſ. deteg. in criminali vero cauſa, & criminaliter mota. poteſt quis per gratiam, ſiuè motu proprio deſiſtere ante inſcriptionem, ſeù litem inchoactam, l. mulier. & l. quæſitum. vbi Bart. ff ad ſenat. conſult. turp. & c. licet. vbi Abb. n. 1. de accuſat. poſt inſcriptionem tamen, & litis conteſtationem, non poteſt quis deſiſtere. niſi principis permiſſu, aut autoritate iudicis, & conſenſu rei infamati, l. deſtitiſſe. ff. ad turp. & c. 1. vbi glo. ver gratiam. & Abb. nu. 6. de colluſ. detegend.

4 Deſiſtere in cauſa ſpirituali bene poteſt quis motu proprio, aut per gratiam, non tamen per tranſactionem. c. ſupereo. vbi DD de trãſact. in cauſa vero matrimoniali, nec per gratiã, nec per tranſactionẽ, licet deſiſtere. c. fin. de tranſact. & gl. ver. gratiã. & Doct. in c. 1. de colluſ. detegend.

5 Deſiſtens à lite non poteſt iterum ad illam redire, niſi ſit minor. viginti quinq; annis, cui reſtitutio in integrum cõcedatur. l. Papinianus. §. ſi quis. vbi Bart. ff. de minorib. & l. ſi maritus. 15. §. ſi negauerit. ff. de adult. & l. qui deſtiterit. ff. ad turp. & l. poſtquam. vbi Bald. C. de pact. & l. accuſationẽ. vbi Doct. C. de his qui accuſare non poſſ. & l. abolitionem. C. de adult.

Digitized by Google

Deſiſtens ſemel ab accuſatione in offi-cioſi teſtamenti, poſtea non audietur, ſi ad illā redire voluerit. l. Papinianus, §. ſi quis poſt. vbi Bart. ff. de in. offi. teſtam. nec trāmittet querelam: in officioſi teſtamenti, ad hæredem poſtquam deſtitit, nō enim ſufficit inſtituere litem, ſine perſeuerantia. l. nam etſi. §. hæredi, vbi Bart. ff. eodem. tit. & Gerip. conſil. 24. n. 6.

7 Deſiſtere videtur, in cauſa criminali, ille, qui die à iudice præfinita reum non accuſauit. nec egit in cauſa. l. ab accuſatione. ff. ad. turp. & l. ſi ea. vbi gl. 1. & Doct. & l. qui crimen. C. de his, qui accuſar. non. poſſ. & gl. ver. de reliquerit, in l. Papinianus. vbi Bart. n. 2. ff. de iu offic. teſtament. & l. Titia. ff. de accuſationib.

8 Deſiſtente accuſatore à lite. iudex ex officio proſequitur in crimine, quando crimina erant probata, & deducta in iudiciū, & in illis criminibus. vbi iuſtitia habet locum, quoniam crimina ſemel audita, non debent præteriri indiſcuſſa. c. 1. & c. 2. vbi Doct. de collus. detegend.

Verbo Deus.

1 DEVS, eſt æternus, vnus ſolus, & verus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres in perſonis, & vnus in eſſentia, in ſubſtitia, & in natura, pater à nullo eſt factus nec creatus, nec genitus, filius à patre nō factus, nec creatus, ſed genitus, Spiritus Sanctus, non factus, nec creatus, nec genitus, à patre & filio, ſed procedens æternaliter, tanquàm ab vno principio, & vnica inſpiratione, in hac tamen Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & quo equales, c. 1. vbi notant Doctor. de ſumma Trin. & c. vnico, eodem tit. lib. 6. & habetur in Symbulo. D. Athanaſ.

2 Deus omnia fecit, & plaſmauit, & ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt, & cuncta ſuo ordine gubernanda præcepit, & creauit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vt dominaret piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis, animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Geneſ. c. 1. & D. Paul. 1. ad Corinth. c. 14. ad fin. & Pſalm. 148.

3 Deus remunerat merita hominum, & in retributione meritorum magis, amplificat illos, qui magis meruerūt, c. vnico. vbi Doct. de reliq. & venerationib. ſanct. & ita in damnatione, in pœna ſenſus, quam dānati in inferno patiuntur, quamuis in pœna damni, quæ eſt maior omnium pœnarum, equaliter puniantur. c. deſicat. vbi Doct. de regul. iur. Merg. conſil. 68. n. 32.

4 Dominus noſter IESVS CHRISTVS venit ob viam Petro fugienti Romam, volens illum reuocare ad locum, quem elegerat, & interrogatus ab eo, quò vadis, reſpondit venio Romam iterum Crucifigi, & Petrus intelligens, quòd pro ſe dictum eſſet, ad locum protinus reuerſus eſt, & ibi poſtea martyrium ſuſtinuit. c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint leg. & fuit equalis. in paſſione cum Paulo. & equales fuerunt meritis, & equales eminent in retributione meritorū. c. beati Petri, & Paulus. 2. quæſt. 7.

Verbo Dies.

1 DIes dicitur à luce, & nox à tenebris, & per lucem, & tenebras diuiditur dies à nocte, quia Deus appellauit diē lucem, & nocte, tenebras, Geneſ. c. 1. & Gem. in c. fin. §. in feſtiuitatibus. col. pen. de ſent. excōm. lib. 6. Ioan. And. in dat. lib. 6. Iaſ. in l. more Romano. num. 8. ff. de ferijs. licet. tamen attendatur vſus loquendi. vt tenet Iaſ. vbi ſupra.

2 Dies tamen, quòad officia diuina, incipit à veſpera in veſperam, quòad ieiunium tamen, & adeſum carnium incipit à media nocte, in mediam noctem, & quòad ceſſaſsionem ab operibus, obſeruatur cōſuetudo regionis. c. quoniam. vbi gloſſ. verb. prius. & Doct. de fer. & c. quod dic. 75. diſt. l. more. vbi Bart. nu. 1. Iaſ. 2. ff. de ferijs. & gloſ. ver. Aſſumptionis. in c. alma mater. vbi Doct. de ſent. excōt. lib. 6. Hoſt. in ſumma. §. qualiter. verſ. eſt. tamen notādum. in tit. de fer. Arch. in c. 1. diſt. 3. & in c. quod à patribus. 75. diſt.

3 Dies alius eſt naturalis, & alius artificialis, quamuis quintu plex dicat Iaſ. in d. l. more. n. 1. ff. de fer. dies namq; naturalis. eſt ille, qui habet 24. horas, & incipit à media nocte, & finitur alia media nocte, dies autē artificialis eſt ille, qui non habet præciſas horas, ſed iuris artificio diſtinguitur à nocte, & dicitur à mane iam orte ſole in horizonte, vſq; ad veſperam, iam in occaſu,

Digitized by Google

occaſu, ita vt nihil de tenebris comprehē-
dat. c. ſi per fodiēs. de homic. & l. ideoq́; ff.
de vſu cap. & l. capite quinto. ff. ad leg. Iul.
de adult. & l. more. & ibi. Doct. ff. de fer. & l.
furem. ff. de ſicar. & l. 1. vbi Ang. C. de cuſt.
reorum. c. conſuluit. de offic. deleg.
4 Dies intelligitur, orto iā ſole in noſtro
hemiſphærio. vſq; ab illo effugiat. & poſt-
quam ab illo effugit, dicitur nox, vſq; ite-
rum in hemiſphærio oriatur, quādo ſtatu-
tum punit delinquētem maiori pœna, ſeù
aliquod maleficium de nocte perpetratū,
c. ſi per fodiens. vbi Doct. de homicid. & c.
1. de treg. & l. 1. vbi etiam notant ſcriben-
tes. C. de cuſt. reorum. & Bar. in l. aut facta,
§. tempus. n. 2. ff. de pœn. Abb. in c. quoniā.
n. 3. de fer. & Iaſ. in l. Titius. §. Lucius. n. 16. ff.
de lib. & poſthu. in iudicialibus tamē actis,
incipit dies mane, vbi primū dies eluceſ-
cit. & à tenebris terminatur. c. conſuluit. de
offic. deleg. auth. de iud. §. ſedebunt. coll. 6.
gl. verb. prius, in c. quoniam de fer. & Abb.
5 in d. c. ſi per fodiens. n. 2. de homic.
Dies termini aſsignati, computatur in
termino, quando iudex aſsignat terminū
decem dierum. & dicit, à preſente die, vel
ab hinc in decem dies, aut ſimilia, tunc pri
mus dies termini computatur in termino
ſi autem ſimpliciter terminum aſsignat, nō
computatur primus dies in termino. l. eū
qui Kalendis, & l. eum qui certarum. ff. de
verb. obligat. & glo. ver. menſem. in c. quā
ſit. vbi Doct. de elect. libr. 6. & gl. ver. quin
decim. in c. 1. de reſt. ſpol. eodē. lib. 6. Bart.
Ang. & Paul. de Caſtr. & Iaſ. n. 2. in l. 1. ff. ſi
quis caut. Dec. in l. vbi lex. n. 2. ff. de regul.
iur. ſi tamen terminū menſis, ſiuè anni fue-
rit aſsignatum debet intelligi, vt finiatur à
die ſequenti illius menſis, ſeù anni, in quo
aſsignatur vſq; ad tot dies alterius menſis,
ſeù anni. c. licet. de ſupl. negl. prælat. & gl.
ver. menſem. in c. quam ſit. de elect. lib. 6. &
l. 2. §. illud. C. de tēp. appelland. & l. deniq;.
6 §. minorem. vbi Doct. ff. de minor.
Dies vltima termini computatur in ter
mino, niſi dies illa ſit feriata, in quo actus
ille exerceri non poteſt, quia tunc prima
dies ſequens cōputatur in vltimo termino
mandati, l. 1. §. quod dicimus. ff. de ſucceſſ.
edict. l. pater. §. ſexaginta. ff. de adult. & l. vbi
lex. & ibi. Doct. ff. de regul. iur. & l. eum qui
certarū. ff. de ver. obligat. Guill. ad ſpecul.
in tit. de dilat. §. 1. verſ. exceptoriæ. & verſ.
ſeq. Abb. in c. paſtoralis, n. 3. de except.
7 Dies etiam impedimenti nō imputatur
in termino, & ſi propter in vndationē, ſeù
vim tempeſtatis, aut aliquod impedimen-
tum iter arripere nō poſsit. ille, qui ad diē
termini venire tenebatur. eſt tunc reſtituē
dus. l. 1. §. ſi quis propter. vbi Doctor. ff. de
itiner. actuq́; priuat. & l. quibus diebus. vbi
gl. ver. conditioni. ff. de cond. & demōſtr.
8 Diebus Dominicis, & diebus feſtiuis in
honorem Dei, & quorumcumq; Sanctorū,
quos Summus Pontifex, ſiuè prælatus fe-
riari iubet, eſt ceſſandum ab operibus ſer-
uilibus, niſi propter neceſsitatem, quoniā
illa vrgente, omne opus fieri poteſt. c. 1. &
c. licet tā veteris, & c. fin. vbi Doct. de fer.
& l. omnes. ff. de fer.

Verbo Dicta.

1 Dicta multis modis dicitur, vt colligi-
tur ex mente gloſſæ, in verb. cōmode
c. cupientes. de elect. libr. 6. Doct. in c. non
nulli de reſcript. & in l. 3. ff. de verb. ſign.
Veroc. & Briſon. ver. dicta. Cota. in memo-
rialibus. d. verbo dicta, Cælopinus. verbo
dicta. Boer. deciſ. 230. n. 3. dicta namq; alia
vulgaris, & alia legalis, & alia ſingularis,
vulgaris dicitur, quæ vulgò, & ſecundum
vulgarem conſuetudinem cuiuscumq; re-
gionis eſt diffinita, & recepta, legalis vero
eſt, quæ à lege præſcribitur. c. præſenti. §.
loca vero. de prab. libr. 6. & l. 1. ff. ſi quis
caut. & l. itinere. ff. de verb. ſign. ſingularis
vero appellatur illa, quæ pro loco, tēpore,
ætate, & alijs. circunſtantijs iudicis arbi-
trio adſcribitur, l. continuus. §. cum ita. ff.
de verb. obligat. & gl. ver. cōmode in c. cu-
pientes. de elect. lib. 6. in noſtro iure tamē
dicta ſummitur pro itinere vnius diei. vt
colligitur ex d. c. nō nulli. cum ſeq. de reſ-
cript. & d. glo. ver. commode. & Dec. in c.
olim. n. 3. de except. & apud nos ſummitur
pro itinere ſex leucadarum.
2 Dicta intelligitur à fine diœceſis, vſq;
ad principium alterius diœceſis, & nullus
per reſcriptum aliquod, ſeù diploma re-
gis, poteſt trahi vltra vnam dictam, à fine
ſuæ diœceſis. c. ſtatutum. §. cum vero. vbi
Doct. de reſcript. libr. 6. & clem. vnica. vbi
Ioan. And. & alij de foro. comp. Abb. in c.
non nulli, nu. 3. de reſcript. hoc tamen non
intelligitur in cauſa appellationis, quando
reus originarius ſuccubuit, & appellauit,
quia tunc non habetur reſpectus ad diœ-
ceſim actoris, ſed poteſt trahere appellans
ſuum aduerſarium vltra vnum, aut plures
dictas,

Digitized by Google

dietas, cum tunc non compellatur ſequi diœceſim autoris, originarij, facit doctrina. Abb. in d. c non nulli. n. 12. de reſcript. & ibi addictio Littera C.

Verbo Dignitas.

1 Dignitas eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum, cum iuriſdictione, & quamuis in ſubſtantia non differat à perſonatu, differunt tamen in prærogatiua, nã dignitas, habet aliqaam adminiſtrationẽ cum iuriſdictione, perſonatus vero habet præeminentiam cum honore, item dicitur dignitas, vbi aliquo nomine reputatur pro dignitate, ex illis, quæ aliquo iure ſunt expreſſæ. l. 1. vbi Doct. & per totum. ff. de ſenat. Abb. in c. de multa. n. 21. de præb. ſumma Ang. ver. dignitas. in prin.

2 Dignitas non poteſt dimitti ſine licẽtia ſuperioris, nec valet conſuetudo in cõtrarium. c. cum venerabilis. vbi Abb. nu. 6. de conſuet. dignitas ſublata de Eccleſia per ſtatutum capituli confirmatum per Papã, non cenſetur vlterius vacare, niſi per contrarium ſtatutum fuerit reuocatum. c. cum acceſsiſſent. vbi Abb n. 1. de conſt.

Succeſſor dignitatis tenetur ex cõtractu inito cum prædeceſſore ſubnomine dignitatis, licet cum ſubdito ſuo ſit factus, aliter tamẽ ſi nomine proprio ſit celebratus. Abb. in c. 1. n. 1. de probat. Doct. in l. digna voz. C. de leg. ſũma Ang. ver. dignitas. §. 1.

3 Dignitas, conſulatus, & patritiatus, cum adminiſtratione ſuſcepta. liberat à patrea poteſtate. §. propterea. vbi Doct. & Bart. in prin. authent. de conſt. quæ dign. collat. 6. & authent. vt ord. præfect. & ibi Bart. coll. 5. nec remotus à ſenatu, & dignitate ſimpliciter perdit dignitatẽ ſenatoris. l. ſenatorem. vbi Bart. ff. de ſenat. & gl. ver. præſtat. in d. §. propterea. in authent. de conſt. dign. coll. 6. ſi tamen propter aliquod delictum, quis remoueatur à ſenatu tunc perdit dignitatem, & priuilegium. ſenatoris. l. caſſeus, vbi Bart. ff. de ſenatorib.

4 Vxores ſenatorum, & aliorum conſtitutorum indignitate gaudent dignatate, ſiue priuilegijs maritorum, etiam poſt mortẽ illorum, dum cũ alijs inferioribus non nubant. l. fœminæ. vbi Bart. ff. de ſenat. & l. fin. ff. eodem. tit. & auth. de conſul. §. hæc itaq; coll. 4.

5 Dignitas ſenatorea, deſcendit de patre ad filium, & de filio ad patrẽ. l. ſenatoris, & l. emancipatum. §. ſiquis conceptus. vbi Bart. ff. de ſenat. & l. moris eſt. §. ſed enim. verſ. parentes, ff. de pœn. & authent. conſt. quæ dignit. §. propterea. verſ. generaliter. coll. 6. Lucas de pœna. in l. in ſacris. 3. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 11.

6 Doctoratus eſt dignitas. c. quãto de magiſtr. & Bart. in l. fin. C. de iudæ. & celicol. & l. omnes. C. de decurionib. lib. 6. Abb in c. propoſuiſti. n. 15. de probat. & Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. n. 4. C. de pact. & ita vxor militis, ſeù doctoris poteſt vocari domina, quamuis ab ipſo marito, ſic vocari non debeat. vt tenet Bart. in l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de contra tab. & in l. amiciſsimus. §. fin. ff. de execut. tut. Dec. in l. fœminæ. n. 7. ff. de regul. iur. Abb. in c. ex parte. n. 15. de for. cõp. & ita in vxore ſenatoris per antiquiſsimam conſuetudinem.

7 Doctor poteſt creari à Papa, ſiuè ab imperatore, ſeù à rege ſine aliqna ſolemnitate, ſed verbo tantum, ita tamen, vt intẽſio illius ſit ad illũ creandum, & non quãdo ad alium finem, illum doctorem vocat. ut colligitur ex clemẽt. vnica de probat. & ex clem. fin. de ſent. excõt. & tenet Iaſ. in l. ſiui in aliena. §. interdum. n. 21. ff. de acquirend. hæred. & Merg. conſil. 24. n. 14.

8 Prius ordinatus in aliqua dignitate, cæteris paribus maior habetur in ceſsionibus, & proceſsionibus, & in alijs honorib9 qui enim prior eſt tempore potior eſt cõditione. c. 1. vbi Doct. de maioritat. & obed. & c. monachus. 75. diſt. & l. 1. ff. de albo ſcribend. & c. qui prior. de regul. iur. lib 6.

10 Nemo poteſt in eadẽ Eccleſia duas dignitates habere, aut duos perſonatus, vel adminiſtrationes, ſeù officia, aut beneficia incõpatibilia, & qui præſumpſerit illa ſimùl tàm in titulo, quam incommenda habere, vel alio quocumq; modo, ſeù nomine, ipſo iure illius priuatus exiſtat. c. 1. de cõſuet. lib. 6. vbi notant Doct. Trid. ſeſſ. 7. c. 2. & 4. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 17. de reformat. & remanet in eligibilis poſtea ille, qui duas dignitates, ſiue Eccleſias habuit ſine diſpẽſatione. c. dudum. 2. vbi Doct. de elect.

11 Duas electiones ex vna dignitate nemo proſequi poteſt, ſed potius debet vnã eligere, & vbi primo vnam elegerit, videtur alteri renunciare nec ad illã redire poteſt. c. vt quis duas, vbi gl. fin. & Ioã. And. Anch. & alij. de elect. lib 6. ſi tñ dubitat de validitate primæ collationis, bene poterit impetrare ſecũdã, vt tenet Abb in cõſi. 3. n. 1. p. 2

Q 4 IIII

9 Illigitimus non poteſt admitti ad Eccleſiaſiicas dignitates, quamuis ad ſeculares poterit admitti. c.1. & c. fin. vbi Doct. de filijs præsbyt.& l.2.§ nullum.& l. generaliter.§ ſpurius. & l.ſpurius. ff.de decurionib. Abb.in d.c.1.n.3.de fil,præsb.

10 Homo non dicitur nobilis,ſeù vilis propter diuitias,ſeù,propter paupertatem,ſed pro dignitate, aut pro nobilitate ſua, ſiue ſuorum, vel propter malos mores. quibus homines vileſcunt. l.humilem.vbi Bald. & Salicet.C.de inceſt. nupt.

Verbo Dilatio.

1 Dilatio eſt facultas cuiuſcumq; agendi infrà moderatum tempus data à lege, vel à iudice, aut à partium conuentione. vt colligit ex.l.1. vbi Cin.C.dedilat.Abb. in c.1.nu.15.dedilat.& alia eſt legalis,alia iudicialis. alia conuentionalis, quæ enim datur à lege dicitur legalis,& quæ datur à iudice, ſiuè ab arbitro dicitur iudicialis, quæ vero datur ex partium conuentione, dicitur conuentionalis. c.1. & c.2. & per totum.3.q.3.Abb.in d.c.1.n.15.dedilat.

2 Dilationes, ſiuè termini ad probandũ, dãtur gratia teſtiũ,aut inſtrumentorũ. l.1. vbi Doct.C dedilat.& §.ſpatiũ.3.q.3.& gl. verb.plane.in c.præterea, vbi notant ſeribentes.dedilat. & Leo.in tract.de noui oper.nunciat c.6. n.4.

3 Dilatione pendente conquieſcit iudicis officium,ita vt interim nihil facere poſsit, præter illud, quod attinet ad dilationem, niſi de partium conſenſu.c.ſignificante.de appellat.& l.ſiue pars. vbi Bart.Bald. Salicet.& omnes.C.dedilat. gl.ver.plene.in c. præterea dedilat.& gl.ver.diem.in l.dicere, alias. l.qualem.§.dicere.ff.de arb.Abb. in d.c.ſignificante. nu.9. cauſa tamen non ceſſat in his, quæ dilationi præiudicialia non ſunt, in his vero, quæ dilationi ſunt præiudicialia, agi non poteſt, dum pendet dilatio,ita vt attentata ſint ipſo iure nulla, c.præterea.dedilat.& l.ſiuè.pars. vbi Bart. n.1.C.dedilat.idem Bart.in l.filia.§.alũno. ff.ad treb.Iaſ.in l.qui pro tribuali. n.37. ff. de reiud.Bart.in l.quandiu.69.ff.de acquirend.hæred.gl.ver.diem. in d. §.dicere.ff. de arb.& gl.ver. nullius.in l.1.ff.de ferijs. & gl.ver.pro venire. in d.c.ſignificante, & ibi Doct.de appellat. Bald.in l.cum antea. col.3.verſ.& conſidera hic. C. de arb.& in l.appellatione.col.3.verſ.eſt,& tertia dilatio.C de appell.lap.allegat.2.verſ.ad hoe.

4 Omnis dilatio probatoria eſt per emptoria,ſecundum ius commune,& ſemèl eſt danda,ſecundum diſtantiã locorum, & ita debet eſſe interuallum dierum.l.1.vbi Bar. Bald.& omnes. C.dedilat.& l.in pecuniarijs. vbi communis. ff.de ferijs. Bart. in l. mãcipiorum. ff.de opt.leg.& in l.ceſſante. C.quomod.& quando. iud.Abb.in c.licet. n.4.deprobat.Alex.in l.fin. not.1.ff.de feriijs. Fel. in cap. paſtoralis. de except. limitatur tamen hæc regula, vt non procedat,niſi in cauſa ciuili,& etiã in ea, quãdo in prima dilatione extat iuſtum impedimentum,poteſt dari ſecunda.l.oratione. ff.de ferijs.Bart.in l.fin.n.5.ff.eodem.Bald. In conſil.33.lib.6. aut ſi elapſa prima dilatione, ſuper veniant nouæ probationes, quia tunc poteſt dari noua dilatio,vt tenet Bald. in l.ad monendi.col.2.ff.de iure iur. Salicet.in l.1.C.dedilat.& Iaſ.in l.fin.n.47. ff.de ferijs, aut quando ſecunda dilatio dat partib⁹ præſentib⁹,& nõ cõtra dicẽtibus, aut quando expreſſe conſentiunt. vt tenet Ang Fulg.Iaſ.& oẽs.in d.l. fin.ff.de ferijs.

5 In cauſa tamen capitali dantur reo tres dilationes,autori vero duæ.l.fin.vbi glo.& Doctor. ff.de ferijs. quod de conſuetudine extenditur ad omnes cauſas criminales,vt notant.Doctor.communiter,in d.l.fin.ff.de ferijs. attamen in noſtra Luſitania non fit differentia inter actorem, & reum, imò in criminalibus obſeruatur illud,quod in ciuilibus.ord.lib.5.tit.124.§.2.

6 Dilatio tertia datur in cauſa Eccleſiaſtica,ſiuè profana,cauſa cognita. quarta vero non datur ſine ſolemnitate,&ſi defacto detur,ſine ſolemnitate eſt nulla.c.In cauſis.& c.ſignificauerunt.& c.vltra tertiam. de teſtib.& authent.de teſtib.§.quia vero mult. coll.7.& Iaſ.in l.Gallus.num.17.ff.delib.& poſth.

7 Dilatio in cauſis ſumarijs debet a briuiari, prout fuerit poſsibile conſiderata qualitate temporis, perſonæ.& loci.clem. ſæpe.vbi Doct.de verb.ſign.Marãt.de ord. iud.6.p.§.dedilat.n.16.Iaſ.in l. fin.nu.3.ff. de ferijs, attamen in illis requiritur plena probatio,niſi quãdo tractatur de leui præiudicio,vt tenet Bart.in l.3. §.cauſæ. ff ad carbon.& in l.ſi quis à liberis. §.ſi quis ex his.ff.de liber.agn.& in extrauag.ad reprimend.col.3.& 4.verſ.ſumarie.Bald.in l.1. C.vt in poſſ.leg.Iaſ.in l.fin.n.3.ff.defer.

8 Dilatio probatoria ſemper eſt cõmunis

vtriq;

vtriq; parti.l.petendæ.vbi Doct.C.de tẽp.
In integr.reſt.Fel.in c.prudentiam. col.1.
de mut. pet.& Geripard.conſil.42.n.28.
8 Dilatio eſt continua, & in illa regulari-
ter concurrunt dies feriati, niſi feriæ ab-
ſorberent totam dilationem, aut maiorẽ
partem illius, quia tunc feriæ non compu-
tantur in dilatione, ſed dilatio incipiet pri
ma die poſt ferias, reſpectu illorum, qui nõ
ſunt conſumpti, vt tenet Bald.in l. ſi quã-
do, quæſt.4. C.deteſt.Hoſt.in c.licet cau-
ſam.deprobat. Lanfrac.in c.quoniam con-
tra.col.2.verſ.dilactione deprobat.Marãt.
de ord.iud.6.p.§.dilat.n.18.
9 Induciæ deliberatoriæ denegãtur reo,
ſi ille poteſt inſtrui per verba, quæ in litte-
ris, ſiue in libello continentur. & tãquàm
friuolæ debent reijci. c.præterea.& c.lit-
teræ. vbi Doct.dedilat.

Verbo Diſpenſatio.

1 DIſpenſatio eſt relaxatio legis, ſeù iuris
alicuius facta ab eo, qui habet ius diſ-
penſandi, per quã diſpenſatus in illo caſu
ſoluitur, & eximitur ab illius vinculo. §.
niſi rigor. 1.quæſt.7.Trid.ſeſſ.14.cap.7.de
reformat.Nau.in c.quem pœnitet.de pœn,
diſt.1.& in manu.prælud. 9.n.15.& Cou.r.
deſponſalib.2.p.c.6.§.9. n.1.Reb.in praxi.
tit.de diſpẽſat. in prin.Mench.illuſtr.c.27.
nu.3.& quamuis Trid. ſeſſ.25.c.18.de re-
format.& glo.ver.vt pleriſq;.in c.requiri-
tis. 1.quæſt.7. Abb.in c.de multa. nu 8. de
præb.& alij dicant, quòd diſpẽſatio ſit iu-
ris communis relaxatio, cum cauſæ cogni-
tione.hæc diffinitio non videtur compre-
hendere diſpenſationes, per quas non ius
commune, ſed particulare relaxatur, quod
iuris communis appellatione minime cõ-
tinetur.c.1.vbi gl.ver. facti, & Ioan.Andr,
de conſt. libr.6. & c.paſtoralis.defid.inſtr.
nec etiam comprehendit diſpenſationem,
per quam edictum aliquod regis, vel alte-
rius ſuperioris in aliquo, caſu, & quoad ali-
quam perſonam relaxatur. nec etiam in-
cludit diſpenſationes, quæ à Romano Põ-
tifice, ſiuè ab aliquo ſupremo principe cõ-
ceduntur, in quibus non requiritur cauſæ
cognitio, qua propter prima diffinitio eſt
2 bona.
Diſpenſatio dicitur gratia, & gratis præ
ſtanda à quibuſcumq;, ad quos diſpenſare
pertinet, eſt tamen multum, & arduum ne-
gocium. c.didici.in fin.1. quæſt.7.& Trid.
ſeſſ.25. c.18.de reformat. ita vt ſi inferio-
res à Papa aliquid tẽporale recipiant pro
diſpenſatione, quam gratis præſtare tene-
tur. committunt ſimoniam, d.Trid. in.d,
ſeſſ.25. c.18.de reformat.& fuit declaratũ
in congregatione Cardinalium,
3 Diſpenſare non poteſt Sũmus Pontifex
contra legem diuinam Euangelicam, ſiue
Apoſtolicam, quamuis illam poſsit decla-
rare, interpratare, limitare ac diſtinguere,
provt tempus, ſiue neceſsitas, aut vtilitas,
vel ratio poſtulauerit.c.litteras. vbi Doct.
de reſt, ſpol. & c. ſunt quidam. & c. cõtra,
25.quæſt.1.Abb.& Fel.in c, quæ in Eccle-
ſiarum de conſt. Abb.in c.fin.n.3.de cõſue,
Marant, de ord.iud.3.p.§.Iudicium.n.72.&
dicam infrà.§.21.
4 Diſpẽſare tamẽ poteſt Papa in omnib⁹,
quæ ſunt iuris poſitiui, quia Papa eſt ſuper
ius poſitiuum, & in omnibus, quæ ſunt iu-
ris poſitiui habet plenam poteſtatem.c.no
uit, de iud.& c.per venerabilem.§.rationi-
bus. qui fil.ſint legit.& c.cuncta per mũ-
dum.9.quæſt.3.
5 Diſpenſare nõ poteſt Papa in gradibus
à iure, lege diuina prohibitis, ſicut eſt in-
ter patrem.& filiam, & inter matrem. & fi-
lium, & inter aſcendentes, & deſcendẽtes,
& inter fratrem, & ſororem. c. litteras.§.
opinioni. vbi glo.ver.diuina lege.& Abb.
n.16.& oẽs. de reſt. ſpol. & liuit.c.18.po-
teſt tñ diſpenſare, vt quis poſsit cõtrahere
cum illa, quæ fuit vxor fratris illius, licet
enim nõ poſsit diſpenſare, vt frater cõtra
hat cum ſorore, poteſt tamẽ diſpenſare in
eodẽ gradu in linea tranſuerſali, c. fin. vbi
Abb.nu.3.de diuort.attamen propter ſcã-
dalum, in hoc gradu diſpenſare nõ debet,
quamuis de iure poſsit.
6 Diſpenſare etiam poteſt Summus Pon-
tifex in ſecundo gradu conſanguinitatis in
ter collaterales, puta, vt filij duorum fratrũ
contrahant, c.quædã lex.35.quæſt.3.Abb.
in c.litteras. nu.17. de reſt. ſpol.non ſolet
tamen diſpẽſare in ſecundo gradu, niſi in-
ter magnos principes, & ob publicam cau-
ſam.Trid.ſeſſ.24. c.6. de reform. matrim.
in omnibus alijs gradibus inferioribus be-
ne poteſt diſpenſare. c. quo dilecto. & c,
quia circa, & c.fin. & c.non debet.de con-
ſang.& affin.& Trid.ſeſſ.24. c,4.de refor-
mat.matr.
7 Diſpenſatio debet conſequi vera cauſa,
propoſita, quoniã ſi falſa cauſa in ſupplica
fuerit

Digitized by Google

fuerit expreſſa nõ valet diſpenſatio,puta. ſi imperrantes dicebãt in ſupplica ſe filios habere, cum illos non haberent, vel iam à luce eſſent ſublati, talis ſupplica non eſt vera, & tunc nõ valet diſpenſatio eo modo obtenta, & eſt neceſſe, vt iterum Papa veritate expreſſa illam confirmet. c. quia circa. vbi Doct.de conſang.& affin.

8 Diſpenſatio,per quam quis poſsit contrahere in gradu prohibito,requirit,quod vterq; contrahentium diſtet toto gradu ab ſtipite.c.quod dilectio.vbi Abb.num.1.de conſang.& affin.ſi tamen vnus contrahentium diſtet ab ſtirpite extrà quartum gradum,& alius in ſecundo, aut in tertio, tũc bene poſſunt contrahere,nec tenẽtur impetrare aliquam diſpenſationem. c.fin.vbi Abb. n.1.de conſang.& affin.& Geripard. conſil.32.n.14.

9 Diſpenſatio eſt odioſa reſpectu diſpenſati,& non intelligitur niſi probetur. licet enim quis ordinetur,aut inſtituatur ab illo qui diſpenſare poterat,non intelligitur diſpenſatus,niſi expreſſe conſtet. c. fin. de Schiſmat.& c.1. §.ille.de fil.presb.lib.6.& c.is.cui.depræb.lib.6.& glo.ver.diſpenſationes.in c.ordinarij. de offic.ord.eodem, lib.6.& gl.ver. item poteſt.1.in c.pluralis. de regul iur. libr.6.Iaſ.in l.1.num.12. ff.de tranſact.in actu tamen, vbi nõ requiritur, niſi approbatio,intelligitur diſpẽſatus per actum factum ſciẽter ab illo,qui diſpẽſare poteſt, & quando ſuper cauſa diſpenſandi præceſsit aliqua cauſæ cognitio, quamuis ſit ſumaria. c.veniens, vbi Abb.nu.6.de fil. presb.

10 Diſpenſat Papa cũ illo,qui patitur defectũ ætatis, aut ordinis, vt ſit Epiſcopus, clem. nuper.8. vbi Doctor. depræb. inter communes.

11 Et diſpenſat ſolus Papa cum ordinato in apoſtaſia,vt in ſucceptis ordinibus adminiſtret.c.fin.vbi Abb.n.1.de apoſtat.

12 Et cum filio ſacerdotis,vt poſsit habere Eccleſiam,aut beneficium paternum.c.dilectus filius.vbi gl.ver.non obſtante.defil. præsbit.& c.ad abolendam.eodem.tit.

13 Et cũ illigitimo,vt poſsit habere aliquã dignitatem,perſonatum,vel beneficiũ curatũ, aut ad ordines ſacros promoueatur, c.1.& c.fin.vbi Doct.defil.præsb.

14 Et cum iterante baptiſmum,aut cũ illo, qui bis baptizatus fuit. c. qui.bis. & c.cos quos.de conſecrat.diſt.4.

Et cum illo,qui ab hæretico fuit ordinatus,aut ad ſubverſionem fidei.c.conuenientibus. §.Conſtantinus.1.quæſt.7.& gl. ver.diſpenſatione.& cum illo,qui ſcienter fuit ordinatus ab Epiſcopo excommunicato,vel ſuſpenſo.c.2.vbi gl.fin.& Doct.de ord. ab Epiſc. qui renunc. Epiſc. Abb. in c.fin.nu.3.de apoſtat.& cum ſimoniacè ordinato. c.de ſimoniacè.vbi Ant.Hoſt. Innocent.Abb.& oẽs.de ſim.& cum homicida voluntario.c.continebatur.vbi Doct.de homicid.Trid.ſeſſ.14.c.7.de reformat.

15 Diſpenſare poteſt Papa cum clerico latino, vt contrahat matrimonium, vt tenet Abb.cõmnniter approbatus,in c.cũ olim. n.5.de cler.coniug.& tenent Doct.in c.cũ ad monaſterium.de ſtat.monach.

16 Papa non poteſt diſpenſare in his, quæ ex ſui natura ſunt ſimoniaca,ſicut eſt vendere Sacramenta,& his ſimilia in illis verò, quæ per conſtitutionem Eccleſiæ inducũt ſimoniam, bene poteſt diſpenſare.gl.verb. illicita. vbi Doct.in c.cum pridem.depact. Abb.in c.1.n.6. deſim.

17 Diſpenſare non ſolet Papa, aut difficile contra concilium, licet diſpenſare poſsit, c.poſt tranſlationem.vbi Abb.n.7.de renũciat.& in c.ſupereo. n.4. de bigam.& in c. ex paterna.n.3.de capell.monach.

18 Diſpenſare non poteſt Papa in vſuris exercendis, quia vtroq; teſtamento ſunt prohibitæ, vt dicam infra verb. vſura, & nullum bonum datur in vſuris exercẽdis, vnde diſpenſare non poteſt.c.ſupereo.vbi Ant.Hoſt.Innocẽt.Ioan.And.Abb. & alij, de vſur.

19 Diſpenſatus à Papa, vt poſsit habere quodcumq; beneficium curatum,ſi virtute illius diſpẽſationis vnum fuerit aſſecutus, non poteſt illo renunciato virtute illius diſpenſationis alterum aſſequi, cum enim diſpenſatio ſit odioſa reſpectu diſpenſati, non ex tenditur,niſi ad vnum tantum beneficium,quia illo aſſecuto habet diſpẽſatio ſuum effectum, c.1. §. ille vero. de fil. præsbiter.lib.6.vbi notant omnes,& c nõ poteſt.depræb.lib.6.clemẽt.gratiæ.de reſcript.gl.ver.item poteſt poni exemplum. in regula.odia.de regul.iur.lib.6.niſi diceretur in diſpenſatione quòd vno dimiſſo aliud obtinere poſsit. facit text.in c.fin.de fil.præsb.vbi Doct.& d.gl.ver.itẽ poteſt.

20 Diſpenſatus à Papa ſine iuſta cauſa cõtrà ius diuinum non eſt tutus,cũ Papa poſſit diſpenſare in iure diuino,quod dependet ab actibus noſtris, & per ſe non eſt

ſufficiens

ſufficiens ad nos obligandum ſine noſtra obligatione, vt eſt votum, iuramentum,& ſimilia, in illis enim ſine iuſta cauſa nõ debet Papa diſpenſare, nec diſpenſatus eſt tutus. glo. verb. autoritate. in c. non eſt, vbi Abb. n. 7. de voto. in his tamẽ, quæ ſunt iuris poſitiui bene poteſt Papa diſpenſare ſine iuſta cauſa,& diſpenſatus eſt tutus, quoniam princeps pro arbitrio ſuo tantũ poteſt auferre legem, quam ipſe tullit, & illã mutare, ſeù interpretare, c. tranſlato. de conſt.& c. ſunt quidam. 29 quæſt. 1.& l. omni. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & l. digna vox. vbi Doct.& l. leges. C. de leg. Abb. in c. non eſt. n. 8. de vot.& ſumma Ang. ver. diſpenſatio. §. 3.

12 Diſpenſatus tamen ab inferiore à Papa ſine iuſta cauſa non eſt tutus, quoniam, cuicumq; à Papa conceditur poteſtas diſpenſandi, intelligitur quod hoc faciat cũ cauſa legitima,& cognita, vt tenet Innocent. in c. cum ad monaſteriũ. de ſtatu. monach. ſumma Ang. verb diſpenſatio. §. 3.

13 Diſpenſatio adita diſpenſationi nõ valet, niſi in ſecunda diſpenſatione fiat mẽtio de prima. c. fin. vbi Doct. de fil. prebit.

14 Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus caſibus, in quibus ius ſpecialiter illi concedit facultatem diſpendi,& nõ poteſt diſpenſare in illis in quibus ſpecialiter ius illi denegat facultatem diſpenſandi,& hoc eſt planum,& ſine vlla difficultate, vt tenet Abb. in c. atſi clerici, §. de adulterijs nu. 5. & omnes de iud. in caſibus autem. vbi ius nec expreſſe illi concedit facultatem diſpenſandi, nec expreſſe illi denegat. eſt magna controuerſia, alij namq; cõcedunt regulam negatiuam, alij autem affirmatiuã, ego vero exiſtimo diſtinguendũ, aut enim diſpenſatio conſiſtit in faciendo contra canones, vel concilium,& in hoc nõ poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi in caſibus, vbi illi ius expreſſe concedit facultatẽ diſpẽſandi. c. dilectus, vbi glo. verb. permiſſa,& Doct. de temp. ord.& c. pen.& vult. de fil. presb.& c. Romana. de ſupl. negl. prælat. lib. 6. ſumma Ang. ver. diſpenſatio. §. 5. aut diſpenſatio conſtit in eo quòd iam eſt factum,& vrget aliqua neceſſitas, ſiue vtilitas, vt tolleretur, illud factum, tunc enim bene poteſt Epiſcopus diſpenſare in caſibus, vbi illi non prohibetur facultas diſpenſandi. c. nuper. de ſent. excõt. & l. nec non. ff. ex quib. cauſ. maior.& Doct. in d. §. de adulterijs. ſumma Ang. vbi ſupra.

15 Diſpenſandi etiam poteſtas aliquando cõceditur Epiſcopo in ſua diœceſi tacite, & virtualiter. cum ius dicit diſpenſandum fore, vel diſpenſetur cum eo, & non dicit à quo ſit diſpenſandum, quoniam tunc intelligitur, quod ab Epiſcopo ſit diſpenſandum. c. in quibuſdam. in fin. vbi gl. ver. diſpenſatum,& Doct. de pœn.& c. poſtulaſtis, vbi glo. ver. diſpenſatum. de cleric. excõt. Abb. in c. atſi clerici. §. de adulterijs. nu. 6. de iud.

16 Diſpenſat quoq; Epiſcopus in caſibus, in quibus eſt conſuetudo rationabilis, & præſcripta, vt diſpenſet,& etiam cenſetur illi de negata, vbi eſt conſuetudo longeua, vt non diſpenſet, quamuis canon, aut lex illi concedat facultatem diſpẽſandi. c. fin. de conſuet.& c. duo ſimul, vbi glo. ver. cõſuetudo. de offi. ord.& c. conquæſtus. 9. q. 3. & §. ex nõ ſcripto. inſt. de iure natur.& gẽt.

17 Diſpenſat etiam Epiſcopus contra canonẽ ratione magnæ neceſſitatis, vel vtilitatis. de nouo emergentis, & incogitatæ, tempore conſtitutionis,& ſi vrget ſcandalum, & pericum animarum, ſi à Papa petatur, vel ſi eſt magna difficultas eundi Romanum Põtificem, puta mulier, antequam nupſiſſet, habuit copulam cum conſanguineo illius viri; cum quo poſtea contraxit, aut poſtquam contraxit iniuit affinitatem cum viro ſuo, in his, & ſimilibus caſibus poteſt Epiſcopus diſpenſare cõtra canonũ prohibitionem. facit doctrina Bart. in l. ſi hominem. ff. mand.& Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſt.& iur.& Nau. in c. atſi clerici, §. de adulterijs. poſt alios. de iud.& in manu. c. 22. n. 85. verſ. dubium autem. ſumma Ang. ver. diſpenſat. §. 5. verſ. ſecundo, ratione magnæ neceſſitatis.

28 Et diſpenſat Epiſcopus in omnibus irrigularitatibus,& ſuſpenſionibus ex occultis delictis prouenientibus, excepto homicidio voluntario,& in quibuscumq; caſibus occultis, quãuis Sede Apoſtolicæ ſint reſeruati, per ſe. aut per ſuum Vicariũ generalem, quamuis maiores ſint adulterio, & hoc in foro interiore tantum, quoniam in exteriore non diſpenſat, nec prodeſt diſpenſatio Epiſcopi in caſibus adulterio maioribus, vt diffinitũ eſt in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat. matr. Nau. in manu. c. 27. n. 174.

17 Diſpenſat etiam Epiſcopus cũ illo, qui falſo titulo, vel pacto occulto de non recipiẽdo fructus patrimonij fuit ordinatus. ex Trid.

Digitized by Google

ex Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat. matr. Cou.r in clem.vnica.de homicid.2.p.§.3.

20 Et ita in crimine hæreſis occultæ diſpẽſat Epiſcopus, per ſe ipſum, nam Vicario ſuo generali iam diſpenſationem hæreſis occultæ cõmittere non poteſt.ex d Cõcil: Trid ſeſſ.24.c 6.de reformat.matrim.

21 Diſpenſat Epiſcopus cum ordinato in ſacris ordinibus extra quatuor tempora, vel illa tempora, quibus ordinari poteſt impoſita competenti pœnitentia, ſi nõ eſt ille,qui ordinauit,quoniã tunc diſpenſare non poteſt.c.conſultationi. vbi gl.ver.poterit& Doct.de temp.ord.& cum ordinato ignoranter ab Epiſcopo excõmunicato, vel ab illo, qui renunciauit Epiſc.& c. ab excõmunicatis.9.quæſt.1. & cum illo, qui patitur defectum in ordinibus, vt ad regimen Eccleſiæ aſſumatur, & ad omnes dignitates,præter ad Epiſcopalem dignitatẽ. c.præterea,& c.à multis.de ætat.& qualit. & extrauag nuper.8.depræb. intercões. & in ſacrilegio. c.ſi quis presbiter.50.diſt.

22 Diſpenſat Epiſcopus cũ clerico habẽti plures concubinas, vt remaneat in ſuo officio,cum ex hoc non incurrat irrigularitatem,c.quia circa.vbi Doct.de bigam.nec fit bigamus, quia bigamia non incurritur ex fornicatione. d.c.quia circa.& gl.verb. cognitam.in c.debitum.eodem,tit.

23 Et cum clericis peregrinis, & remotis, vt facta inquiſitione de moribus,& vita,& de ordinibus, poſsit celebrare. c.1. in fin. & c.fin.vbi Doct.de cler.peregrinant.

4 Diſpenſat Epiſcopus cum illo,qui ignoranter ſimoniace fuit ordinatus, ſi tamen ad beneficium ſimoniace fuit promotus tenetur illi renunciare,quamuis ignorãter promoueretur.c.ſi ſimoniace. vbi Doctor. de ſim.& c.1.& c.fin.1.quæſt.5.cum tamẽ non ſit ille Epiſcopus,qui ordinauit,gl.fin. in c fin. de ſchiſmat.ſi tamen ſcienter ordinetur ſimoniacè non poteſt diſpenſari, niſi à Romano Pontifice c.nobis,& c.ſi ordinauerit.de ſim.& dixi ſupra.§.15.

25 Diſpenſat Epiſcopus cum ſchiſmatico reuerſo,ut permaneat inclericatu, ne deſperet. dũ agit pœnitentia de criminibus, beatus enim Petrus amare lacrimas fudit, & poſtea remanſit probatus. c. vt conſtitueretur. 50.

26 Et cum clerico, qui matrimonium defacto contraxit,vt pœnitentia per acta reſtituatur ad ſuum efficium.dum tamẽ illa, cum qua contraxit ſit virgo, & illam abiuret. c.ſanc.4.de cler.coniug.& c.1.& 2.qui cler.vel vouent.

27 Et cum presbitero,qui ad priuatum acceſsit,non ea intentione,vt dæmones euocaret,ſed vt inſpectione aſtrolabij furtum quoddam inueniret. c.ex tuarũ.vbi gl.fin. & Abb.de ſortileg.dicam.verb.ſortilegiu. §. 6.

28 Et cũ illo, qui furtiuè ordines ſuſcepit, ſi non erat excõmunicatio poſita,vt nullus furtiuè ſe ingereret.c.1.& fin.vbi Doct.de eo,qui furt.ord.ſuſcep.& dicam. infra ver. ordo.§.29.

29 Et cum clerico,qui credens ſe obſequiũ Deo præſtare fecit ſibi virilia amputari.c. ſignificauit. vbi Abb.de corp.viciat.

30 Et cũ clerico non ordinato miniſtrãte, vt permaneat in ordine ſuſcepto,& in beneficio,non tamẽ vt poſsit ad altiores ordines recipi. c.2. de cler.non ord.miniſtr. & ibi Doct.licet gl.fin.ibidem,contrarium teneat.

31 Et cum clerico,vt habeat plura beneficia in diuerſis Eccleſijs. aut vnum curatũ, & alterum ſimplex.glo.ver.vacare.in c.litteras.vbi Abb.n.6.de conceſſ.præb.

32 Et cum illo,qui fuit ordinatus ſine licẽtia, ſui Epiſcopi. c.ſignificaſti, vbi gloſ.1. de offi.arch.& c.Lugdunenſis.9.quæſt.2.

33 Et cum illo,qui ignoranter fuit promotus ad vnum ordinẽ per ſaltum altero pertermiſſo.c.vnico.vbi Doct.de cler.per ſalt.

34 Et cum clerico, qui ſpõte duello,ſe obtulit,aut oblatum ſuſcepit.c.1.de corp.viciat. & c.1.vbi Abb.& omnes.de cler.pugn. in duel.

35 Et in omni voto, præter illa quinq;,videlicet, in voto perpetuæ continentiæ, & religionis,& perigrinationis in Hieruſalẽ, & in Romam ad D.Petrum, & Paulum, & ad D.Iacobum in cõpoſtellam, c.1. vbi gl. ver.recompenſatio,& c.ex multa.de voto. & Nau.in manu. c.12 nu.75. & c.veniens. vbi Doct.qui cler. vel vouent.

36 Diſpenſat quoq; Epiſcopus cum hæredibus illorum,qui occiderunt,vel mutilauerunt clericos illarum Eccleſiarũ,in quibus habebant ius patronatus,feudum,ſiue dominatũ,prohibentur enim vſq; ad quartam generationem promoueri ad collegiũ clericorum,aut ingredi domum regulariũ, niſi cum illis fuerit diſpenſatum. c.in quibuſdam. vbi gl.fin. de pœn.& cum eo,qui effectus eſt inelegibilis, eò quòd conſenſit in electione de ſe facta per abuſum poteſtatis,

tatis,vel potentiæ,ſecularis,c.quiſquis,vbi gl.ver.fiat de elect.vbi notant ſcribentes.

37 Et cum illo, qui habet vnam Eccleſiam in titulum, & aliam incommendam, ſiuè annexã dignitati, aut beneficium curatum in vna Eccleſia,& ſimplex in alia,vt ſeruiat vtriq;.gl.ver.pēdeant in c.eam te de ætat. & qualit.& notatur in c.extirpandæ.§.qui vero de præbend. & cum illo,qui ſimoniã mentalem commiſit.c.fin.deſim.& gl.ver. pure conſentiant in c.tua eodem tit.

38 Diſpenſat etiam Epiſcopus cum illigitimo ad minores ordines, & ad ſimplex beneficiũ. etiam ſi ſit canonia. c.1. vbi gl. verb.beneficium,& Ioann.And.Dominic. Philip.& omnes deſil.præsb libr.6.& cum clerico, qui dedit pugionem ad alium occidendum. ad obtinendum beneficium. c. Henricus de cler.pugn.in duell.

39 Diſpenſat Epiſcopus, aut Abbas, cum monacho, qui per ſimoniam locum obtinuit in monaſterio. cum tamen ille Epiſcopus, ſeù Abbas, non fuiſſet participans in ſimonia, c.mandato.deſimon.

40 Diſpenſationes,quæ ſunt committendæ extrà Romanam Curiam debent cõmitti ordinarijs eorum,quibus conceduntur,qui ſummariè, & extrà iudicialiter debent inquirere, tanquàm Legati Apoſtolici,ſi interuenit aliquod vitium ſubreptionis, vel obreptionis. vt habetur in Trid.ſeſſ.22. c. 5.de reformat.

Verbo Diſtributiones.

1 Diſtributiones quotidianæ dicũtur manualia, ſeù victualia,& conſiſtunt aliquando in potu. & pane, & aliquando in alijs rebus. c.vnico. vbi Doct. de cler.non reſid.lib.6.& extrauag.cum non nullæ.11. §.præterea de præb.inter cões.

2 Diſtributiones quotidianæ non dantur niſi præſentibus,& inter eſſentib⁹,& ita de vniuerſarijs. c.fin.de reſcript.lib.6.& c.cũ non deceat.de elect.libr.6.& c.licet nobis de præb.& c.vnico.§.fin. vbi Domin. Ioã. And.& omnes de cler.nõ reſid.lib.6.dãtur tamen infirmis, & illis, qui ſunt abſentes propter iuſtam cauſam,& neceſsitatem Eccleſiæ, cũ tamen tempore, quo in infirmitatem inciderunt, reſiderent. c.vnico, vbi Doct.de cler.non reſid.lib.6.& c.ex parte cler. non reſid. Abb.in c.1. nu.1. & 6. de cler. ægrot.

3 Diſtributiones quotidianæ non dantur ſtudentibus, nec illis, qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi, nec præſentibus, qui non inter ſunt diuinis officijs,quoniam hæ diſtributiones quotidianæ ſunt inductæ obcultum diuinum,& ideo,qui illi non inter ſunt,habere illas non poſſunt,c.vnico de cler.non reſident.lib.6. Trid.ſeſſ.21.c.3.de reform. & gl.ver.exceptis in c.fin de reſcript.Abb. in c.de cætero.n.3.verſ.2.de cler.nõ reſid. nec dantur illis,qui ſunt in ſeruitio Papæ, aut legati, nec familiaribus Cardinalium, quamuis, illi,qui vere ſunt familiares pro præſentibus habeantur,nõ habentur tamẽ pro inter eſſentibus. c.cum dilectus, & c. ſeq.de cler.non reſid.vbi Abb.n.5.& alij.

4 Diſtributiones quotidianæ ſunt aſsignandæ ab Epiſcopis in Eccleſijs Cathedralibus, aut collegiatis, in quibus nullæ, aut ita tenuæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vt negligantur,& debet eſſe tertia pars fructuum,prouentuum,& obuentionum, tàm dignitatum,quàm canonicatuum,portionum,& officiorum.& arbitrio ſuo illas ſingulis diebus diuident ita, vt qui non impleuerit officium die ſtatuta,amittat diſtributiones,vt eſt diffinitum,in Trid.ſeſſ.21. c.3.de reformat.& ſeſſ.22.c.3. de reform.

Verbo Diuiſio.

1 Diuiſio in proprio ſignificato,eſt illud, quod ca ſit circa ea,quæ ſe contingũt aliqua de tribus rationibus ſcilicet,aut ratione ſubiecti iudicij,quod cõpetit diuerſis vijs ad eadem rem,aut ratione generalis actionis,comprehendentis diuerſas res, vel cauſas,ſub vna generali actione,aut ratione pluralitatis perſonarum,habentium res communes, & in diuiſas. l.1. & 2. vbi Doct.ff.de quib.reb.edeund.iud.& Iaſ.in l. nulli,n.3.poſt alias.C.de iud.

7 Diuiſio iudicij non debet fieri quando aliquis intulit plura vulnera, tã vni, quàm multis,aut quando plures occiderunt, ſeu vulnerauerunt hominem vnum, cum hæc ſe contingant,aut ratione cauſæ,aut ratione perſonarum debent agitari ſub eodem iudice,& in vna generali actione.l.1. vbi Bart.& l.2.ff.de qbib.reb.ad eund.iud. & l. nulli. vbi Doctor. C. de iud. Bald. in l. non ideo minus ad fin. C. de accuſat. & l.2. vbi notant omnes. C.de conſort.eiuſdem litis. Abb. in c. cum M. numer.9. de conſt. ſi tamen, in actis ſeparatis,& ſubdi-

uerſis iudicibus habentibus iuriſdictionẽ agat vnusquiſq; , aut agitetur vnusquiſq; caſus eiuſdem perſonæ, valebit proceſſus. d.l.1. C.de conſort. eiuſdem lit. Abb.in d. c.cum M.n.34. de conſt. Iaſ.in d.l.nulli.n. 5. C. de iud.

Diuiſio prouinciarũ poteſt fieri ab imperatore, ſiuè à rege, aut principe non recognoſcente ſuperiorem. l. ſi eadem. vbi Doct.ff.de offic.ad ſeſſ.cum gl.ibi ver.ad ſi debet,& gl.ver.ereximus.in extraua.vnic. de offic.deleg.intercões,& c.lege,vbi glo. verb. diuiſis.diſt.10. & l.1. vbi Bart. C.de Metrop.Ber.lib.12.

4 Diuiſio Epiſcopatuum, & vnio illorum pertinet ad Summum Pontificem, c.ſicut, vbi ſcribentes de exceſſ.prælat.& c.præcepimus.16.q.1.& extrauag. Ioann.22. de conceſſ.præb.& hodiè etiã diuiſio,& vnio cuiuscnmq; Eccleſiæ pertinet ad Summũ Pontificem per regulam cancelariæ.Greg. 13.regula 11.

5 Diuiſio Epiſcopatuum, & Eccleſiarum, eorũq; fructuũ, & bonorũ,& obventionũ, & oblationũ facta fuit poſtquam aliquo tẽpore iã Apoſtolis vita functis,miniſtri Eccleſiarũ vixerunt in cõmuni,quoniam cõmunitas magnas haber difficultates,& plerumq; diſcordias pariebat. l.in re cõi, ff. de ſeruit.vrb. præd. & l qui neq;. §.fin. de reb.eor.qui ſubtutel.& l cum pater.§.dulciſsimus.ff.deleg.2.& in primis diuiſa fuit media pars Epiſcopis,& alia dimidia erat diſpenſanda ſecundum gradus clericorũ. c.antiquas canones.10.quaſ.1.poſtea vero creſcente multitudine miniſtrorum,tertia pars fuit Epiſcopis aſsignata de his, quæ altari accedebant. c. de his, & c.decernimus.10.q.1.poteſt ea autẽ fuit facta diuiſio quatri partita,& prima pars fuit. conceſſa Epiſcopis, ſecunda clericis, tertia fabricæ Eccleſiæ, quarta pauperibus.c.nobis.23.& c.vulteranæ,& c. conceſſo. §.reditus. & c. quatuor,& c.de reditibus.& c.coghouimus & c. mos eſt. 12. q.2. poſtea vero fuerunt Eccleſiæ diuiſæ,ſingulæ ſingulis præsbiretis, vt vnusquiſq; ius proprium haberet, & ſuis terminis eſſet contentus, & ab illo ſolo parochi ſuſciperent ſacramẽta,& ſuarum ouium vnusquiſq; curam haberet. c. Eccleſias.& §.in diœceſi.ibi.13.q.1.& hæc diuiſio durat hodie per Trid. ſeſſ.14. c.9. de reformat.& ſeſſ.24.c.23.de reform.

6 Diuiſio Eccleſiarum non poteſt hodie fieri in præiudiciũ illorũ, qui ſuo iure fun gũt. extraua.2. vbi Doct.de præb.Ioã.22.

7 Diuiſio prædiorum quando ſit facienda agri menſoribus debent partes citari, vt tali die ſeù hora ſint præſentes tempore menſurationis. l.3.vbi Bald.C.finium reg. Bart.in l.qui bona fide.§.huic ſtipulationi. nu.2.ff.de damno.infect. Abb. in c.quia in dicante.n.6.de præſcript.nec diuiſio facta inter præſentes præiudicat abſentibus nõ citatis. l.cohæredes, vbi Bald. & Paul. de Caſt.C.famil.erciſc.& l.in hoc.ff.eodem.

8 Agri menſores,viſu proprio ſunt facturi diuiſionem,& terminos, & limites conſtituere debẽt,ne quis poſtea vſurpet loca vbi ius non habet,& hoc pertinet ad principẽ,vt ſit quies in ſua Republica, & ideo mandato eius, ſeù iudice illius ſunt diuiſiones faciendæ,vt quis abſtineatr.ab alieno,& ſuo ſit contentus. l.ſi irruptione.vbi Bart.Bald.& omnes. ff.finium reg.& Doct. in d.c.quia in dicante de præſcript.

9 Diuiſio non requirit ſcripturã ad ſui validitatẽ,ſed interſe poſſunt hæredes facere ſuam diuiſionem.l.nõ ideo.vbi Bart.Bald. & Salicet.C.famil.erciſc.& l.inſtrumentis. vbi Doct. C.de fid. inſtr. attamen in noſtra Luſitania requiritur ſcriptura adprobationẽ diuiſionis. per ord.lib 3.tit.59.in prin. niſi fiat inter patrem, & filium naturalem, aut matrem,& filium, aut inter ſocrum, & nurum,durante matrimonio inter præſentes celebrato, ſiuè inter fratres, aut inter conſanguineos in ſecundo gradu,vel inter patruum,ſeù à vunculum,& nepotem.quoniã inter illos recipitur probatio diuiſionis per teſtes. ord.lib.3.tit.59.§.11.

10 Diuiſio tñ debet fieri mandato iudicis, l.poſſeſsionem. vbi Doct. C. cõia vtriusq; iud.& §.fin. vbi notant ſcribentes. inſt. de offic.iud.& poteſt fieri per ſortes mandato iudicis. vt tenet Bart.in l.1. & Ang. C.de his,qui ſe deffer. lib.10.Bal.in l.2 C.quãd. & quib.quart. pars deb.lib.10. Iaſ.in l.1.n. 39.ff.de reb.cred.& in noſtra Luſitania obſeruatur.vt cum diuiſio fuerit ex toto facta inter fratres,aut alios hæredes, & in illorũ præſentia,& cũ expreſſo conſenſu,mandatoq; iudicis, & per agrimenſores,& per iudicem,& agrimenſores ſubſcripta,aut ſi inter ſe fratres,ſiuè hæredes fecerint diuiſionẽ,& actũ,quod ſuper diuiſione illa fuit factum. ab ipſis fratribus, ſeù hæredibus fuerit ſubſcriptũ nõ poterit tunc amplius reuocari, licet aliqui cohæredũ contrà dicãt,& proponãt læſionẽ vltra dimidiũ iuſti

pretij

Digitized by Google

pretij,& valoris,ſuæ partis hæreditatis,ſed diuiſione iam facta perſiſtente, alteri cohæredes illi component ſuam iuſtam partem in qua fuit læſus, ſi in ſexta parte,inter annum ſe læſum fuiſſe oſtenderit, aut vltra dimidium iuſti pretij poſt annum. ord.lib.4. tit.96. §.18 & 19. niſi ille læſus fuerit minor.25.annis,quia tunc per beneficium reſtitutionis admittetur ad anullandam diuiſionem iam factam,& fiet alia, ord.lib.4. tit.96.a.§.21. ſed hoc in noſtra Luſitania tantũ obſeruabitur. alibi namq; diuiſio facta per errorẽ non nocet.l.ſi poſt diuiſionẽ.vbi Doct.C.de iuris,& fact ign.

11 Diuiſio eſt facienda in omnibus rebus, quæ diuiſionem pati poſſunt,quoniam nullus cogitur eſſe in communi, quamuis per mille annos antea voluntariè in cõmuni ſtetiſſet. l.in re communi.ff.de ſeruit.vrb. præd.& l.qui neq; §.fin. ff.de reb. eorum. qui ſub tutel.& l cum pater.§.dulciſsimis. ff.deleg.2. & l.fin. C. commu. diuid. & l ſi non ſortem §.ſi centum.vbi Iaſ.n.3.& Bar. n.1.ff.de cond.indeb.idem Bart.in l.1 n.4 C de annal.except.reprobata. glo.in l.fin. C.commu.diuid.& in l.ſi non ſortem. §.ſi centum. ff.de cond.indeb.& in d.l.1. §.ad hoc. C.de annal. except.nec valet pactum initũ inter alias perſonas,habente res cõmunes,ne in perpetuum diuidantur,tanquam initum contra bonum cõmune.licet ad certum tẽpus valeat. l.in hoc iudiciũ. §.ſi conueniat.vbi Bart.ff communi diuid. Rom.conſil.225. Alex.conſil.18.lib.3.& ita dico ſi teſtator mandaret in ſuo teſtamento,quòd hæredes non diuiderẽt bona hæreditaria,in perpetuum,quia licet ad tempus valeat prohibitio illa, in perpetuum tamen non valet,vt tenet Paul.de Caſtr.& Iaſ.nu.5.in d.l. ſi non ſortem.§.ſi centum. ff.de cõd.indeb.Crot.in rep.l nemo poteſt. n.88.ff.deleg.1. & Curt.Iun.conſil.112.n. 1.& Grat.conſil.66.nu.24. libr.2.Iul.Clar. lib.3.§.teſtamentum.q.67.n.1.

12 Diuiſio tamen aliquando non fit ratione impoſsibilitatis, vbi res natura ſua nõ patitur cõmodam diuiſionem, ſicut eſt molendinũ torcular, trapetum, ſeruus,equus, & ſimilia, l.Marcellus. §.Pomponius, & l. quo quidem.ff.de rei vind.& l.ſi ſeruus cõmunis. ff.de noxal. & l.hæredes. §.ſi vnus. vbi Bart. ff.familiarc. & gl.verb. ad cõmunem. in l.ſi non ſortem. ff.de cond.indeb. & glo.1.in l.fin C.communi.diuid.& tunc iudex iudicabit illam rem vni hæredũ,qui alteris pecuniam ſoluat, ſi illos, cum alijs rebus hæreditarijs non concordauerit.l.ea quæ in partes. ff.de regul.iur.& § quædam actiones. vbi Doct. inſt.de act & l ad officium C.communi diuid.& §.fin.inſt.de offic. iud.in iudicijs diuiſorijs multum valet officium iudicis, & arbitrium illius d.l.ad officium. C communi diuid.& d.§.fin.inſt. de offic. iud.

13 Diuiſione facta inter fratres,& hæredes, ſi res ab aliquo euincatur, tenetur vnuſquiſq; pro parte ſua de euictione,niſi vnuſquiſq; in ſe ſuſciperet rei euentum l.ſi familiæ. vbi gl.ver.pro parte,& Doct.C familierciſ.& l.cum pater.§ euictis,vbi Bar. n.4. ff deleg.2.licet tamen aliter ſit,quando diuiſio fuit facta à teſtatore, quia tunc vnus ex hæredibus non tenetur alteri de euictione iure actionis, ſed ope exceptionis.vt tenet Bart.in d.l.cum pater.d.§.euictis,nu.2. ff.deleg.2. Imol.in l.ſi domus.ff. deleg.1.

14 Diuiſio præſumitur præceſsiſſe inter fratres,ſiuè cohæredes,ſi per decem annos poſsiderent res hæreditarias diuiſim inter præſentes,& viginti inter abſentes, vt notat gl.1 cõiter approbata.in l.pen.C.commu.diuid.& Abb.in c.fin.n.9.de cau poſſ. & prop.& in c.peruenit,n.4.de cenſ.Iaſ.in l.ſciendum n.18.ff.de verb obligat.& in §. quædã.n 30.inſt.de act.Balb.depræſcript. 3 p.prin.q.10.n.41.Boer.dec.58.n.3. Rip. in c.ſæpe. col.2.verſ.12.de reſt.ſpol.Bald. in l 1.n.18. C.de fid.cõmiſſ.Alex cõſi.126. lib.6 Dec.in Rubr.n.13. deprobat.Alciat. depræſumpt.3.p. n 4. Tiraquel.in l.ſi vnquam.verb.donationem.n.133. Gam.dec. 320.nu.5.ſi tamen aliquis ex cohæredibus nihil habeat exhæreditate,aut conſtet,quod non præceſsiſſet aliqua diuiſio non habet locum ſuprà citata, quia non faciunt, niſi ad præſumptionẽ, vt diuiſio præceſsiſſet præſumatur,vt tenet Padilla in l.2.nu 34. ff.de ſeruit.Leo.in tract.noui oper. c.6.nu. 24.Gerip.conſil.12.n.16.

15 Diuiſio non poteſt ſieri, nec facta tenet inter minores,ſine decreto iudicis. l.inter omnes. C.de præd.minor.gl.1.in l fin. vbi Bald C.communi diuid. & in l.1. C ſi aduerſ. tranſact.Bart.in l.inter pupillos.ff.de autorit.tut.& in l.ſi conuenerit.ff.pro Soc. Marant.de ord.iud.4.p 17.diſt.n 9.

16 Diuiſio non fit in rebus publicis, quia Respublicæ ſunt communes, ratione vſus illarum,ſed à nullo poſſunt occupari,& in

nos, differt publicum à communi, cõmunia namq; , quæ ſunt in vſu animantium, ſiunt occupantium, vt ſunt lapilli, gẽmæ, beſtiæ feræ, volucres cœli, & piſces maris, & ſimilia. l. item lapilli. ff. de rerum diuiſ. & §. riparum. & § feræ igitur. & §. apium. Inſt. de rerũ. diuiſ. publica vero nec poſſunt ab aliquo occupari nec conceduntur occupantibus, quamuis ſint in vſu cõmuni. l. 1. & per totũ. ff. ne quid in loco publ. & l. vnic. vbi Doct. ff. ne quid in flum. publ. & l. vnica. ff. vt in flum. publ. gl. in d. l. item lapilli. ff. de rerum diuiſ. & gl. ver. publicis. in §. riparum. Inſt. de rerum diuiſ.

17 Diuiſio eſt contractus innominatus, & ſolo conſenſu non producit actionem. l. diuiſionis. vbi Bart. & Iaſ. nu. 1. ff. de pact. Bald. in Rubr. C. de rerum permut. & equiparatur tranſactioni. l. tres fratres. vbi Iaſ. n. 21. ff de pact. & l. qui Romæ. §. duo fratres n. 57. ff. de verb. obligat.

Verbo Dolus, & Fraus.

1 Dolus, malus eſt omnis calliditas, fallacia, & machinatio adhibita ad alterum circumueniendũ, fallendum, & decipiendum, cum aliud ſimulatur. & aliud agitur. l. 1. § dolum vbi Doct. ff. de doli mal. & gl. verb ſcienti, in c ſcienti. de regul. iur. lib. 6. nec in pœnis criminalibus regulariter debet quis puniri corporaliter, niſi dolus interueniat. vt tenet Bart. in l. 1. §. 1. n. 1. ff. ſi quis teſt. libert. cæp conſil. 33. col. 2.

2 Dolo deceptus, non dicitur conſentire, & nullum eſſe contractum certum eſt, ſi dolo quis fuit conſcriptus, vt contraheret, l. & eleganter. vbi Bart & omnes. ff. de dolo. Iaſ. in authentic ſacramenta puberum. nu. 39. C. ſi aduerſ. vend. eſt tamen diſtinguẽdũ: aliquando enim dolus dat cauſam cõtractus bonæ fidei, & impedit quòminus contractus valeat, ſed potius ipſo iure illũ annullat, d. l. & eleganter. vbi gl. verb ſi in hoc ipſo, & Doct. ff. de dolo. & l. Iulianus. § ſi venditor. ff. de act. empt. & l. in contractibus. C. quib. ex cauſ. maior. & l. qui non dum: C. de hæred. vel act. vend. & l. ſi dolo. C. de reſcind. vend. & gl. 2. in c. 2. de arb. & Bart. in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cauſ. & Iaſ. in l. cum fundus. n. 3. ff. de reb. cred. ſi tamen ille, qui paſſus eſt dolũ voluerit valebit contractus, vt tenet gl. ver. dolo malo. in l. iuris gentium. §. ait prætor. ff. de pact. vbi Iaſ. num. 25. & l. tranſactione finita, vbi Doct. C. de tranſact. & gl. verb. nullam. in d. l. & eleganter. ff. de dolo. aliquando dolus non dedit cauſam contractus, & tunc contractus valet mero iure, ſed agitur ad ſupplementum reſidui. c. dilecti. vbi gl. verb. deceptione. de empt. & vẽdit. & l. & eleganter. vbi Bart. & omnes. ff. de dolo. & dixi ſupra verb. contractus. §. 18.

3 Dolus, & fraus nulli debet patrocinari, nec conuenit, vt quis ex malicia ſua commodum reportet. c. contingat. de dolo. & contum. & c. ex inſinuatione, & c. ſuggeſtũ. de appellat. & c. officij de teſtam. & c. fin. de immunit. Eccleſ. & c. ſicut tuis litteris. de ſim. & c. tuas de vſur. & c. ſtatuimus de offic. deleg lib. 6. & c. Sedes, de reſcript. & l. 1. ff. de dolo. & l. 1. ff. de dol. mal. except.

4 Dolus tamen tertij non impedit quò minus valeat contractus, quamuis dolus det cauſam contractus. l. & eleganter, vbi Doct. ff. de dolo. & glo. verb. deceptione in c. cum dilecti. de empt. & vend. & glo. ver. æquum eſt in l. bonam fidem. C. de obligat. & act. & dixi ſupra ver. contractus. §. 20.

5 Dolus dans cauſam contractus ſtricti iuris non anullat contractum ipſo iure, ſed ope exceptionis eſt veniẽdus annullandus, l. ſi quis cum alter. vbi Doctor. ff. de verb. obligat. & l. dolo. vbi Bald. C. de inutil. ſtipulat. & gl. ver. deceptione. in c. cum dilectus. de empt. & vendit.

6 Dolum ſuum quis allegare non poteſt, ad aliquod factum reſcindendum. l. ſi creditoribus. vbi gl. fin. & Doctor. C. de ſeru. pign. dat. & manumiſſ. & glo. ver. nec inter maiores. in l. in cauſæ cognitione. ff. de minorib. nec illius, cuius eſt hæres. l. filios. vbi Doctor. C. de de reuocand. his, quæ in fraud. cred. cũ aliter ſit in facto lege prohibito. vt dicam infrà verb. factum. §. 3.

7 Tranſactio eſt ipſo iure nulla, ſi inita ſit per dolum actoris, & ſi exparte rei dolus interueniat, valet mero iure, ſed ope exceptionis venit anullanda, vt tenet gloſſ. fin. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. vbi Bart. n 4. & Iaſ. n. 8. & glo. ver. calumnia. in l. in ſumma, vbi Bald. & Paul. de Caſtr. ff. de cõd. indeb. licet Petrus de Bella. pert. & Cin. teneant in d. l. ſub prætextu, quòd dolus nunquam vitiat tranſactionem ipſo iure tam ex parte actoris, quã exparte rei, quoniam tranſactio eſt contractus ſtricti iuris, vbi dolus nõ vitiat contractum ipſo iure, ſed ope exceptionis, & hæc opinio mihi verior videtur.

Dolo

8 Dolo facit ille, qui petit illud, quod reſtituere tenetur. l. dolo facit. ff. de dolo mal. except. & l. ſi ſtipulatus. §. fin. ff. de fi. l. iuſſ. & l. in condemnatione. §. dolo. ff. de regu. iur. & c. dolo. de regul. iur. lib. 6. & gl. verb. prædo, in c. in litteris de reſt ſpol. ſi tamen ſtatim non ſit reſtituendus, ſed poſtea bene poteſt petere, quamuis poſtea teneatur reſtituere. l. nupta. §. quoties. ff. ſolut. matr. & glo. in ſumma in l. ſi quis conditionis. C. de locat. Iaſ. in l. ſi donaturus. §. ſi quis. n. 8. ff. de cond. cauſ. dat.

9 Dolo deſinens poſsidere non debet alteri nocere, ſed potius tenetur, ac ſi poſſediſſet, & contra illum poteſt agi ad vtilem actionem. l. ſin autem. §. ſed & is, vbi Bart. ff. de rei vind. & l. ſed etſi. §. perinde. vbi Doct. ff. de pet. hæred. & l. ſi bona fide, & l. electio. ff. de noxal. & l. 2. §. hoc interdictũ locum habet. ff. nequid in loco. publ. & l. qui dolo. & l. parẽ. ff. de regu. iur. & c. ꝓpoſſeſſore. de regul. iur. libr. 6. Dec. in d. l. qui dolo. n. 1. ff. de regul. iur. & quamuis agatur contra illũ, qui dolo deſinit poſsidere, nec propterea liberatur ille, qui poſsidet, imo, poſsidens poteſt in ſe ſuſcipere iudiciũ, & ex onerare illũ, qui dolo deſijt poſsidere, vt tenet gl. in d. l. qui dolo. & Dec n. 1. ff. de regul. iur. Bart. in l. quamquam. §. Iulianus. nu. 4. ff. de aqua pluu. arcend. poteſt tamen actor eligere, quẽ cõuenire vellit. l. electio. vbi DD. & l. de ilio. vbi Bar. ff. de noxal. act.

10 Dolus præſumitur in omni delicto, dum nõ probatur contrariũ. c. 1. de præſumpt. vbi notant ſcribentes, & l. 1. vbi gl. ver. non occidendi. vbi Bart. Bald. & omnes. C. ad legem Corn. deſicar. & l. non conuicij. & Salicet. ibi. C. de iniur. Abb. in c. inter alia. n. 20. de immunit. Ecclef.

11 Dolus, & fraus non fit, quando aduerſarius non decipitur calliditate alterius, & certior factus eſt quoniã ſcienti, & cõſentiẽti, non fit dolus, nec fraus. c. ſcienti. de regul. iur. lib. 6. & l. nemo videtur, 187. ff. de regul. iur. & l. 1. §. fin. vbi Bart. n. 3. ff. de act. empt.

12 Dolus, & fraus probatur per vrgentes coniecturas, quæ ex qualitate facti, tẽporis, & loci ſuſcipiuntur, & colliguntur. c. ſi te de renunciat. libr. 6. & l. 1. ff. de dal. mal. except. & l. dolus. vbi Doct. C. de reſcind. vend. gl. ver. affectata. in c. eos qui. de tẽp. ord. lib. 6. Afflict. deciſs. 64. nu. 8. & ex facto intelligitur qualitas, qua dolꝰ. ſit cõmiſſus. l. 1. vbi gl. ver. ex facto. ff. de dol. mal. except.

13 Dolus fit tàm in contractibus, quàm in teſtamentis, aut in legibus, puta in contractibus, quãdo machinatione, ſiue calliditate quis alium decipit, cũ aliud ſimulat, & aliud agit, & quando teſtamentum per fallaciam ſupprimit, vel edidit, l. 1. vbi gloſ. ver. in contractibus. & ver. in teſtamentis, ff. de dol. mal. except. & l. 1. vbi Doct. ff. de dolo. legi autem fit dolus in illa cõdendo, interpretando, & nõ cancellando. l. ab executore. ff. de appellat. & gl. ver. in legibus. in d. l. 1. ff. de dol. mal. except.

16 Fraus quatuor modis fit legi, aut canoni,
videlicet, de perſona ad perſonam, ſuppo-
nendo vnam pro alia, & de re ad rem, & de
contractu ad contractum vno modo, ſcili-
cet, qui non poteſt donare facit contractũ
venditionis, & alio modo, qui non poteſt
fideiubere facit ſe debetricem, & quoties-
1 cumq; hæc manifeſtari potuerint, nõ vale-
bit quodcumq; factum fuerit in fraudem
legis. l. cõtra legẽ. vbi Doct. & l. fraus enim.
ff. de legib. gl. fin. in c. quanto de priuil.

Verbo Domicilium.

1 Domicilium poteſt duobus modis accipi, vno modo pro habitatione, & alio, pro quodã iure cõueniendi, vt tenet Bart. in l. eius qui. §. celſus, n. 1. ff. ad municip. & poteſt quis in diuerſis locis plura habere domicilia, ſed vnum principalius altero. l. aſſumptio. §. filius. ff. ad municip. & l. ſenatores. ff. de ſenat. glo. 2. in c. dilectus. 29. de reſcript. Bart. in d. l. aſſumptio. §. fin. n. 1. ff. ad municipal. Abb. in c. ex part. 6. n. 8. de foro. comp. & in c. fin. n. 7. de paroch.

2 Domicilium non dicitur quis habere, vbi habet maiorem partem bonorum, aut domum ſeu familiam. l. libertus. §. ſola domus. ff. ad municipal. & l. eius, qui. ff. eodẽ, tit. Abb. in d. ex part. n. 8. de for. comp. ſed vbi inhabitat, quia frequentatio in diœceſi aliena, cauſa collendi agros, non facit domicilium, ſed animus habitandi. d. l. eius qui. §. ſi quis negocia. ff. ad municipal. & vbi habet ſedes, & omnia mobilia, ibi dicitur habere domicilium. l. in lege. §. ſed de ea re. ff. de verb. ſign.

3 Domicilium ſemper quis retinet in loco, vbi ortus fuit, & ibi ordinari poteſt, quã uis pater alibi domicilium haberet, vel perigrinaret. c. cũ nullus. vbi gl. ver. oriũdus. & Doct. de tẽporib. ord. lib. 6. & l. ſenatores.

 ff. de

ff.de ſenat.& l.ad ſumptio.ff.admunicipal.
& l.ordine. §.ius originis. ff.eodē.& l.ori-
gine.C.de municip. & originar. lib.10. &
tenet. Abb. in c.accedens.2.n.6.vt lit.non
conteſt.& domicilium originis eſt præſtā-
tius domicilio habitationis. l. libertus. §.
præſcriptio. ff.ad municip.& l.& qui ori-
ginem. ff.de munerib. & honorib.& Iaſ.in
l.1.n.25, C.de ſumma Trinit. vnde infans
ſtatim dicitur habere domicilium,vbi naſ-
citur,quamuis mater ex induſtria cohabi-
tans in vna parochia in aliam iuiſſet,ad fi-
lium pariendum,quia tunc ratione origi-
nis infans ibi ſortitur domicilium. d.l. ad
ſumptio. §.fin.vbi Bart.ff.ad municipal.&
gl.ver.domicilio, in l.eius qui. §.celſus. ff.
eodem.

4 Domicilium dicitur quis habere,vbi ha
bet larem,& vbi dormit,& res ſuas habet.
l.ciues. C.de incoll. libr.10. & gl.2.in c.ad
Apoſtolicæ de decim.& Bertran.cōſi.103.
n.23.lib.2.part.2.Iul.Clar.libr.5. §. fin. q.
38.nu.6.

5 Dicitur etiam oriundus à ciuitate, qui
naſcitur in territorio,illius ciuitatis. gl.2.
vbi Doct.in l.filios.C.ad municipal.lib.10.
Valaſ.conſult.60.n.2. & l.uxorem. §.lega-
uerat.ubi Bart.n.1.& l.qui habebat.vbi Do
ctor.ff.delegat.3.

6 Domicilium clerici eſt,vbi habet bene-
ficium requirens reſidentiam.c.cū nullus.
vbi Doct.de temp. ord.lib.6. ſumma Ang.
verb.domicilium.Fel.in c.dilectus.col.1.
de reſcript.Arch.in c.ſi clericus.11.quæſt.
1.ſpeculat. in tit.de accuſat.§.1. verſ. ſed
nunc.Abb.& Marian.in c.poſtulaſti de for.
comp.ſecus in bñio ſimplici.

7 Domicilium etiam ſortitur curſu tem-
poris decem annorū,& ſcholares,qui mi-
nore tempore decem annorum,ſunt in ali
qua vniuerſitate, at mercatores, ſemper
dicuntur eſſe in via. l.2. vbi Bart. C.de in
col.lib.10.& gl.ver.de bebit,in l.hæres ab-
ſens. §. nam, vbi ſic..ff. de iud. Abb. in c.
quod clericis. nu.4.de foro comp.ſi tamen
quis conferatur in alium locum animo ibi
habitandi ſtatim ſortitur domicilium.l.nō
vtiq;.& l.domicilium. & l.nihil.ff.ad mu-
nicipal.Abb.in c.fin. n.8.de paroch.& di-
cam ver.parochia. §.3.& ver. Sacramentū
ordinis. §.25.

8 Domicilium habens in vna parochia,&
portam illius domicilij in alia dicitur pa-
rochianus illius parochiæ, vbi habet do-
micilium,& non vbi habet portā, arg.tex.
in c.vnico, de conſecrat. Eccleſ. vel altar,
in 6.vbi gl.in ſumma.

9 Domiciliū tamen quoad confeſsionē,&
Sacramenta ſuſcipienda ſortitur quis, vbi
in habitat tempore quo confiteri tenetur,
& Sacramenta ſuſcipere, cum intentione
habitandi, quia vbi primum quis hoſpiciū
conſtituit in aliqua parochia, cum animo
ibi habitandi,ſtatim fit parochianus illius,
quod non erit, ſi cauſa aliqua inhabitet in
aliqua parochia animo reuertendi ad ſuā
parochiam,licet maiorem partem anni ibi
commoretur. c.ad Apoſtolicæ. de decim.
& Abb.in c.fin. n.8. de paroch.Doct.in c.
omnes vtriusq; ſexus.de pœn.& remiſſ.

Verbo Dominium.

1 DOminium eſt ius perfectum habendi,
poſsidendi, fruendi, vtendi ac diſpo-
nendi de aliqua re, pro volūtatis arbitrio,
aut ſecundum aliquem modum determi-
natum, & diffinitum aliqua ſuperioritate,
vel autoritate,vt notant Summiſtæ.verbo.
dominium.& dominium eſt de iure gen-
tium, quamuis modus acquirendi domi-
nium ſit de iure ciuili, vt tenet Bart. in l.
1 1.n.1.ff.de acquirend. rerum domin.& in
l. ſi quis vi. §.differentia.n.4.ff.de acqui-
rend.poſſ.

2 Dominium eſt duplex aliud directum,
& aliud vtile, vt tenet Bart.in l.ſi quis vi.
§.differentia. n.5. ff.de acquirend. poſſ. &
Bald.Imol. Paul.de Caſtr. Iaſ.& alij in l. ſi
tibi homo. §.valet. ff.deleg.1.differt tamē
directum, ab vtili,nam dominium directū
animo retinetur, vtile vero non. l. ſi quis
vi.§.differentia. vbi Bart.n.1. ff. de acqui-
rend.poſſ.& l.poſsideri.§.nerua.vbi Iaſ.n.
5.ff.eodem.

3 Dominium rerū acquiritur multis mo-
dis.primo per autoritatem iuris cōmunis,
in illis rebus,quæ in nullius poteſtate, ſeu
bonis ſunt,& fiunt occupantium.l.item la-
pilli ff.de rerum diuiſ.& §. ſingulorum, &
§.feræ.inſt. de.rer. diuiſ.& l.1.vbi Doct.ff.
de acquir.rer.dom.& l.quod enim.ff.eodē
tit.ſecūdo,autoritate principis, qui poteſt
ex iuſta cauſa auferre vni,& dare alteri, vt
eſt gl.ver. alienandi.vbi Doct. in c.quæ in
4 Eccleſiarum.de conſt.& glo.fin.in l.fin.vbi
Doct.C.ſi contra ius,vel vtilit.publ. tertio
per autoritatem iuris ciuilis,quod ſtatuit,
vt vſu capione, adoptione ,deportatione,
ceſsione,additione bonorum, poſſeſsione,
& ſimi-

Digitized by Google

& ſimilibus acquiratur dominium rerum. l.1.vbi Bald. & Salicet. C.de vſu cap. pro donat.& l.Ariſto.§.idem.ff.de donat.& l.1 & per totum,vbi gl.ver.Romanæ.ff.de acquirend.rer.domin.& §. ſingulorum. inſt. de rer. diuiſ. vel quando acreſcit agro per alluuionem,quia alluuio eſt incrementum latens. §. præterea, quod per alluuionem, inſt.de rerum diuiſ.& l.inſula.ff.de acquirend. rer.dom.& l.1.& 2.& 3.C.de alluuionib. quarto modo per traditionem rei, & conſenſum illius,cuius res eſt,vt fit per donationem, permutationem, venditionem, mutui dationem,& huiuſmodi, l. traditionibus, C.depact. & l.ſi ager. ff.de rei vind. & l.traditio, ff.de acquirend.rer.domin. & l.qui tibi. C.de his,quæ à non dom.& glo. ver.vti in l.ſi quis hac.ff.de rei vind.

4 Dominium nō acquiritur iſtis rebus ſuprà relatis, ſine traditione, nec ſufficit ſolus titulus. d.l.qui tibi.vbi Doct. C.de his, quæ à non domin. & l.nunquam.ff.de acquirend.rer.dom.

5 Tradens rem alicui, non poteſt *illi plus* transferre dominij,quam illud,quod habebat in re, quam tradidit. l.traditio.vbi notant Doct.ff.de acquirēd.rer.dom. & l.via. §.fin.ff.de ſeruit.prædiorum.ruſt. & l.alienatio.ff.de cōtrah.empt.& l.ſi debitor.vbi Bald.C.de diſtrac. pign.& l.& in prouinciali. C. de ſeruit. & aqua. & l. nemo plus iuris.ff.de regul.iur.

6 Dominium tamen acquiritur ante traditionem in pacto legis commiſſoriæ. l.ſi quis hac. vbi glo.verb.vti. & Doct.ff.de rei vind.& l.commiſſoriæ. vbi gl.ver.nō vindicationem.C.depact.inter empt.& vend. & in quibus caſibus dominium transeat ante traditiouem.vide gl.verb.recte.in l.ſi ager.ff.de rei vind.& §.interdum.cum ſeq. inſt.de rer.diuiſ.cum gl.ibi verb.transfertur.& Dec.in l.nemo plus.à n,3.ff.de regul. iur.

Verbo Dominus.

1 DOminus alicuius regni,ducatus,marchionatus, comitatus, aut alicuius ciuitatis,vel terræ,vt vere ſit dominus dicitur ille,qui dominium iuſte,& legitimè acquiſiuit in iuſto bello , aut per legitimam ſucceſsionem,ſiuè per conſenſum,ſeù electionem populi, habentis poteſtatem eligendi dominū, aut per inſtitutionem principis, vel alicuius ſuperioris habentis iuriſdictionem, & poteſtatem eligendi dominum in tali ciuitate, vel territorio , vel aliquo iuſto titulo dominium acquiſiuit. l. ex hoc.vbi Doct.ff.de iuſt.& iur.

2 Dominus temporalis, poteſt,& debet ſe opponere pro conſeruando iure ſubditorum ſuorum.extrauag. Ioan.22. vbi Doct. de maiorit.& obed.& Dec. conſil.469.n.4. Ioan.Iacob.de Leon. in tract.noui op.c.3. n.6. Brun.conſil.117.n.152.Iul.Clar.lib.4. §.feudum.quæſt.27. n.1.& gl.ver.fratrem. in c.1.vbi Leo.& Aluarat. nu.5.de feud.& idem Leo.de feud. in verb.& promiſerūt. nu.15.

3 Domini terrarum, qui cogunt clericos celebrare in loco interdicto , vel ad id inuocant populū, aut prohibent ne excōmunicati,vel interdicti exeant ab Eccleſia,incurrunt excōmunicationem, à qua nō poſſunt abſolui , niſi à Sūmo Pontifice. clem. 2.vbi gl.1.Ioan.And.& oēs de ſent.excōt.

4 Domini prædiorū poſſunt cogi, vt dent prædia collenda illis agricolis,qui decimas ſoluant Eccleſiæ, ſine vlla controuerſia. c. in aliquibus, vbi Ant.de Butr.Hoſt. Innocent.Ioan.And.Abb. & omnes. de decim. Guid.Pap.deciſs.284.

5 Dominus tenetur corrigere quemcūq; de familia ſua, leuiter tamen, & nō incautè,& indiſcretè, c.ad audientiam, vbi glo. 1.& Doct.de homicid.& gl.verb. de familia. in c.cum voluntate.§.fin.de ſent.excōmunicat.vbi notant ſcribentes.

6 Dominus poteſt ſeruum ſuum caſtigare ad emendationem, & illū in vincula coijcere,attamen non poteſt illum occidere.l. vnica.vbi Bart.Bald.& alij.C.de emendat. ſeruor.& §.ſed hoc tempore.vbi Doct.inſt. de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.nec etiam tenetur cum illum percutiat,ſi nō moriatur. vt tenet Bart.in d.l.vnica.C.de emēd. ſeruor.

7 Dominus non poteſt agere contra ſeruū ſibi furtum facientem , niſi ſi manumiſſus illud contrectauit, quia tunc furtum facit, & dominus contrà illum agere poterit. l. ſerui, & filij, vbi Bart.& omnes.ff.de furt. hoc tamen in furtis modici valoris.l.reſpiciendum.§.furta. vbi Doct.ff.de pœn.nam in furtis magni valoris , de conſuetudine puniūtur ſerui,& domeſtici.vt tenet Imol. in l.ſi tibi dederim. ff.de donat. & igneus. in l.1.in prin.nu.91.ff.ad ſilen.Iul.Clar.§. furtum.n.22.

8 Dominus poteſt retinere operas ſpirituales,

tuales,in ſeruo manumiſſo.c.cũ nullus.vbi Doct.cõiter.de ſeruo non ord.

9 Dominus tenetur ſoluere dãnum à ſeruo datum,aut dare ſeruum pronoxa,ſi domino neſciente, ſeruus deliquit, quoniam ſi domino ſciente deliquit,& potuit illum prohibere,& nõ prohibuit tenetur dominus,ac ſi ipſe feciſſet.l.1.& l.2.ff.de noxal. & l.in omnibus. vbi Doct. ff. eodem. tit & prin.inſt.de noxal.& §.ideoq;.vbi ſcribentes.inſt.de offic.iud.

10 Et ita in animalibus manſuetis,aut quãdo dominus fuit in culpa. c.bos, & c.ſi læſerit,& c.fin.de iniur.& damn.illat.& prin. inſt.ſi quadrup.paup.& l.1.§. cum arietes. vbi Doct.ff.ſi quadr.paup.ſi tamen animal alicuius aliud ſit aggreſſum, & ab illo fuerit occiſſum , non tenetur tunc dominus illius, quod alterum occidit, cum alterum non commiſiſſet ,ſed ſe defenderet, & ita quando fuerit dubium, quod animal primum aggreſſum fuiſſet, tunc enim dominus ad nihilum tenetur.l.1.§.& ſi alia.& §. cum arietes.ff.ſi quadr.paup. & l.ſciẽtiam. §.cum ſtramenta. ff.ad leg.Aquil.& gl.ver. redder.in c.ſi bos.de iniur.& damn.illat.

11 Dominus tenetur de damno dato ab animalibus,nõ manſuetis, ſi illa habeat in loco, vbi damnum facere poſsint , ſi tamen fugiant à domino, & tunc nocuerint, non tenetur dominus de damno,quia iam tunc non ſunt in dominio illius. §.deniq;.inſt.ſi quadr.paup.& §.cæterum.vbi Ang.inſt.eodem tit.& §.feræ.inſt.de rerũ. diuiſ. & l.1. § in beſtijs.ff.ſi quadr paup.

12 Dominus non tenetur ex delicto à familia ſua facto,niſi,ſi familia delinquat in officio,vel miniſterio,in quo dominus eſt propoſitus , & ipſe vtitur opere talis familiæ, quia ſibi imputatur , ſi non elegit,vel non propoſuit bonam , & honeſtam familiam, tenebitur tamen tunc ciuiliter,& non criminaliter. l.1.§. familiæ.vbi Bart n.1.ff.de publi.vectig & l.vnica.ff furt.aduerſ.naut. caup.& § ſerui.inſt.de obligat.quæ ex quaſi delict.Bar.in l.neq;.n.1.ff.de incend.ruin. & Abb.in c.1.n.7. de reſt.ſpol.Iaſ.in l.frater.n.39.ff.de cond.in deb. ſumma Angel. verb. dominus.§.4.

13 Dominus tenetur de negocijs à ſeruo male geſtis,quatènus habet in peculio, aut de in rem verſo.l.ſi filius familius.vbi Bar. & omnes. ff.de neg. geſt. & l. etiam ſi. vbi Bald & Salicet. C.quod cum eo.& l.1.§.ſi cum,& l.ſi quis ſeruum.ff.de pecul.

14 Dominus etiam tenetur, ſi mãdato eius ſeruus contraxit,l.1.& l.dominum,& l.fin. ff.quod iuſſu. & §. ſi igitur. inſt. quod cum eo,& §.eadem. & §. præterea inſt. eodem. & l.etiam ſi vbi Doct. C,quod cum eo.& l. cum fundus. §.ſeruum. vbi Bart. ff.de reb. cred. aut quando illum habet inſtitutorem alicuius tabernæ,vel mercimoniæ,tenetur tunc dominus de illo, quòd ſeruus in rem illius tabernæ,ſeù mercimoniæ accepit.l.ſi Inſtitutorem, vbi Bart. ff.de reb. cred.& l. hæres. § apud labeonem.ff.de iud.& l.cuicumq;,& l.in eum.§. ſi dominus.ff.de inſt. act. & l.1 . & 2. C. de inſt. act.& §. fin.inſt. quod cum eo.& l.fin. ff.pro ſocio.& Iaſ.in l.cum fundus.§.ſeruum.n.1.ff.de reb.cred. ſi tamen dominus prohibeat alicui, ne cũ ſeruo ſuo conueniat , tunc nec de peculio ſerui tenebitur. l. quoties. vbi Doct. ff. de pecul.

15 Dominus bene poteſt cõueniri pro hæreditate ſerui,ſi facultatẽ rerum reſtituendarum habet. l.filius familias.§.ſi ſeruus,& l,idem Iulianus,vbi Doct.ff.de hæred.pet. & Bart.in d.§.ſi ſeruus.

Verbo Donatio.

1 DOnatio eſt doni datio mera liberalitate facta nullo iure cogente. l.ſenatus. §.donatio, vbi Doct. ff. de donat.cauſ. mort.& gl.ver.venditionis. in §.aliæ autẽ. inſt.de donat.& l.1.donari.ff.de donat.Abb. in Rubr.n.1.de donat.Iul.Clar.lib.4.§.donatio,quæſt.1.n.1.

2 Donatio eſt contractus nominatus,quãuis olim inter contractus innominatos numeraretur, quia nomen proprium habet. l.1.§.fin.& l.iuris gẽtium,vbi gl.ver.facias, & Bart.n.2. Alex.n.6.Iaſ. n.8.ff.depact.idẽ Iaſ.in l.fin.n.13.ff.de cond.cauſ.data.Gom. in §.in perſonam.à n.40.inſt.de act.Rip.in l.fin.n.121.C.de reuocand.donat.Corn.cõſil.101.à prin. lib.1.Iul.Clar. §.donatio.q. 1.n.2,ſumma Ang.ver.donatio.1.in prin.

3 Donatio alia dicitur ſimplex,& alia cauſa martis,& alia inter virum,& vxorem,& alia propter nuptias, & hæ omnes interſe differunt, l.1.vbi glo.ver.donationes. ff.de donat.quamuis gl.fin. in l.res vxoris, C.de donat.inter vir.& vx. triplicem tãtum dicant eſſe docationem.

4 Donatio ſimplex,& abſoluta eſt illa,quæ fit ea mente à donatore,vt ſtatim fiat accipientis, & nulla cauſa interueniente niſi

liberali

Digitized by Google

liberalitate, & munificentia ipſius donatoris. l. 1. vbi gl. ver. liberalitatem, & l. donari. ff. de donat. & l. mun⁹. ff. de verb. ſign. & l. ſi filia. §. ſi pater. vbi Bald. ff. famil. erciſc. & l. ſenatus. §. donatio. ff. de donat. cauſ. mort.

Donatio etiam dicitur remuneratoria
5 ſed lato modo, quia donatio remuneratoria non dicitur propriè donatio, cũ enim ſit recompenſatio, & remuneratio mercedis, ſeu ſeruitij accepti, non eſt propriè donatio. l. Attili⁹. aliàs. l. Aquili⁹. ff. de donat. Bar. in proœm. digeſtorũ. Ab. in Rub. n. 3. de donat. Dec. in l. donari. nu. 2 ff. de regul. iur. Cou. r. in c. cum in officijs, à nu. 10. de teſtam. Socin. Iun. conſi. 94 n. 13. lib. 2. Iul. Clar. lib. 4. §. donatio. q. 3. n. 1.

6 Donatio propter benemerita valet, quãuis donatarius non probat benemerita, dũ tamen non ſit facta inter perſonas prohibitas, vt tenet Abb. in c. ex parte. nu. 7. de alien. mut. iud. cauſ. Bart. & Iaſ. in l. 1. nu. 8. ff. de cond. cauſ. dat. & in l. ſi donatione. nu. 4. C. de collat. & idem Iaſ. in authent. vnde. n. 14. C. de in offic. reſt. Bertran. in conſil. 118. à n. 1. lib. 2. Curt. Iun. conſil. 142. n. 3. Bellon. conſil. 74. à n. 17. Iul. Clar. libr. 4. §. donatio. q. 3. n. 2. Bart. in l. ſi forte. nu. 5. ff. de Caſtr. pecul. Alex. conſi. 110. lib. 3. Dec. conſil. 20. col. 1. Gam. deciſ. 255. n. 2. exiſtimo tamen, quòd ſi donatarius nulla bene merita præſtaret donanti, nec illi ſeruitia feciſſet, tunc donatio non valeret, quatenus fuiſſet in præiudicium legitimæ filiorum, aut aſcendentium, vel deſcendentiũ, quia ſi in præiudicium illorum valeret, vbi benemerita nõ probantur, facile erat fraudare filios, ſeù alios aſcendentes, vel deſcendentes in ſua legitima, à iure naturæ debita. c. Raimuncius, & c. Rainaldus. de teſtam. & l. ſi qua mulier. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & l. 1. vbi Doct. de in offic. donat.

7 Donatio tamen propter benemerita inter perſonas prohibitas, requirit probationem benemeritorum, & non ſtatur confeſsioni donantis, & debẽt benemerita eſſe æquiualentia rei donatæ. vt tenet gloſ. fin. in l. ſi donatione, vbi Bart. Bald. Salicet. Alexãd. Iaſ. & omnes. C. de collat. Paul. de Caſtr. conſil. 345. à nu. 4. libr. 1. & Bellon. conſi. 78. n. 5. Corn. conſi. 144. in littera. H, lib. 2. & Bertran. conſil. 138. n. 22. lib. 2. Iul. Clar. lib. 4. §. donatio. quæſt. 3. n. 2. Dec. in l. petens. n. 17. C. de pact.

8 Donatio propter benemerita nõ requirit inſinuationem, ſi benemerita appareãt & donatio eis benemeritis coaptetur tunc benevalet, etiã inter perſonas prohibitas, in alijs vero perſonis, vbi donatio non eſt prohibita ſufficit quòd donator dicat in inſtrumento donationis, ſe donationem facere donatori propter bene merita ab illo ſuſcepta, licet donatarius bene merita illa non probet. l. Aquilius. ff. de donat. & §. aliæ autem. vbi glo. verb. inuenit. inſt. de donat. Bart. in l. Aquilius. n. 3. ff. de donat. Thom. Ferrat. caut. 33. col. 2.

9 Donatio ſimplex non valet ſine inſinuatione, ſi excedat quin gentos aureos, aut ſit imperialis, vel ad pias cauſas, ſiuè Eccleſiæ facta. l. ſancimus. §. fin. vbi Doct. & l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. Thom. ferret. cautel. 33. in noſtra Luſitania tamen per ord. reg. lib. 4. tit. 62. eſt reſtricta ſumma iſta in viris vſque ad trecentos aureos, & in fœminis vſque ad centum, & quinquaginta, & ita ſi quis vltrà ſummam illam donauerit, non valebit donatio in illo, quod excederit ſummam trecentorũ aureorum in maribus, & centum, & quinquaginta in fœminis, quãuis fiat inter perſonas coniunctas. d. l. ſancimus, & authẽt. ſeq. & l. ſi quis pro redemptione. §. cæteris. C. de donat. thom. ferrat. d. cautel. 33. Iul. Clar. lib. 4. §. donatio. q. 17. n. 2.

10 Donationes etiam plures, factæ ab vna perſona, ex quarum vna quæq; non indiget inſinuatione, ſed tamen omnes copulatæ ſic, non valent in exceſſu ſummæ, quæ requirit inſinuationem, quãuis tot videantur eſſe donationes, quot ſummæ, quia hoc eſſet infraudem legis, & licet ſimùl diuerſis perſonis ab vna ſint factæ, etiam non tenent, tanquàm ſint factæ contra ius, c. quæ contra. de regul. iuris. lib. 6. & c. 2. de teſtib. & l. non dubium. vbi Doct. C. de legib. & l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. thom. ferrat. d. cautel. 33. & tunc valebit prima, vſq; ad ſummam, quæ ſine inſinuatione valet, ſi tamen nõ poteſt colligi, quæ ſit prima donatio, detrahetur ex qualibet ſua pars, vſq; ad illam ſummã, quæ requirit. inſinuationem. auth. item, & in priuatis. §. ne autem. C. de donat. Abb. in c. Apoſtolicæ. nu. 10. de donat. ſi tamen diuerſis temporibus factæ ſint, licet ſint eidẽ perſonæ factæ, ita quod non videantur factæ in fraudem legis, bene valebunt, quamuis excedant illam ſummam, quia tunc dicũtur plures donationes, & non vna donatio. d. auth.

Digitized by Google

d.auth. item,& à priuatis. §.ſi quis autem per diuerſa. vbi Bald. C.de donat. ſumma Ang.verb. donatio.1.§.23. & facit doctrina Iaſ.in l.ſcire debemus. nu.7. ff.de verb. obligat.& Gam.deciſ.381.n.5.

Donatio cauſa mortis non requirit inſinuationem,cuiuscunq; ſummæ ſit requirit tamē quinq; teſtes. niſi ſit facta inter filios, quia tunc ſufficiunt duo teſtes , quoniam donatio cauſa mortis accedit vltimæ voluntati. l.fin.vbi Bart. Bald.& Salicet.C.de donat. cauſa mort. Gam.deciſs.166. nu.4. Alex. in l.ſtipulatio hoc modo. ff.de verb. obligat.

11 Donatio cauſa dotis,de iure codicis,requirebat inſinuationē,l.fin.§.ſimili modo. vbi Doct. C. de iure dot.cum alijs , hodie vero,iure authenticorum,non requirit inſinuationem. auth. vt ſponſ. larg. in prin. vbi Bart.coll.9.Dec.in l.1.n.9.ff.de regul. iur.& conſil.414.n.15.Aret.conſil.17.n.9. Gam.deciſ.213.n.1.& deciſ.348.n.5.

12 Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorū, non valet, niſi ſit facta Eccleſiæ , quoniam quando quis aufert libertatem diſponendi pro anima,donando omnia ſua bona, non habet locum quando illa donat Eccleſiæ, vt tenet Bart.& Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obligat. & idem Bart.& Bal. & Alex.in l.fin. C. depact. Abb. in c. nulla Eccleſiaſtica. n 11. de conceſſ.præb. & in conſil.102. lib.2. Bald.in c.in præſentia.n. 36.deprobat Imol.in Rubr.n.15.deteſtam. Cou.r.in d.Rubr.2.p.n.5.in fin.Doen.regula.219.limit.1. Iul.Clar. libr.4. §.donatio. quæſt.20.n.3 Gam.deciſs.206.n.4.& deciſ. 185. n.2. Dec.conſil.488. n.3.purpurat.in l.fin.n.242.C depact.Ant.Gom.in l.Tauri. n.7. poteſt enim quis donare omnia bona ſua Eccleſiæ, ſeù monaſterio etiam ea cōditione,vt ab eo alatur toto tempore vitæ ſuæ. ex Bald.in l.ſi pater. C.de in offi.teſt. idem Bald.Ang.& Salicet.in l.ſi ea pactione. C.de vſur.Iaſ.in l.1.n.63. C.de ſumma Trin.

13 Donatio tamen omnium bonorum,cum reſeruatione vſu fructuum valet, nec tunc requiritur. inſinuatio,vt tenet Alex. cōſil. 12.col.2.lib.1. Gam.diciſ.166. n.3. aut cū donator non dicit omnium bonorum mobilium,& immobilium,præſentium, & futurorum, aut quando in ipſo inſtrumento donationis diſponit etiam de miſsis , ſiuè de alijs diuinis officijs , vel de rebus pijs pro anima ſua , valebit tunc donatio, & ſi eſt inter viuos requirit inſinuationem. l. ſi quis argentum.§.ſed & ſi quis. vbi Bald.C. de donat.Bart.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.n.6.ff.de verb.obligat.Abb.in c.quia circa. n.5.de priuileg & in c.nulla Eccleſiaſtica.nu.11.de conceſſ.præb.Socin.Iun. conſi.142.n.39.lib.1.Cou.ru.lib.3.reſolut. c.12.n.1.verſ.è contrario.Iul.Clar.lib.4.§. donatio.q.19.n.8.Gam.deciſ.339.n.2.

14 Donatio omnium bonorum præſentiū, & futurorum , cum clauſula quòd valeat omni meliori modo,quo valere poſsit,ſuſtinetur in bonis præſentibus,& aliter omnis donatio corruit, vt tenet Dec. in l.fin. C.depact.vbi Bald.n.19.Curt.Iun. à n.61. purpurat.n.247. Hippol. ſingul.517.Grat. conſil.70.lib.1. Guid.Papa conſil.214.à n. 5.Doen.regul.219. ampl.5.Cæſar.Vrſ.dec. 107. n.4. Iul.Clar.libr.4.§.donatio.quæſt. 20. num.2.

15 Donatio facta à clerico concubinæ poteſt repeti à fiſco,nō tamen ab hæredibus, quia quòd aufertur ab indigno applicatur fiſco.l Papinianus. §.meminiſſe. vbi Bart. ff.de in offic.teſt.idem Bart.in l. mulierem. ff. de his quib. vt indign. & l. 2. vbi etiam Bart.C.de donat.inter vir.& vxor.Iaſ.in l. hæreditas, nu.1.C.de his quib. vt indign. Valaſ.conſult.15, Gam.deciſs.58. licet illi donare poſsit pro ſeruitijs,vel bene meritis, ſi bene merita probentur,& donationi coaptentur. gl.ſin.in l.2.C.de donat. inter vir.& vxor.Abb.in c.1.n.4. de cler.ægrot. Petr.de Anch. conſil.247. incipit.quæſtio talis eſt,quidam præsbyter. Dec.conſi.132 incipit in caſu propoſito. Tiraquel. in l. ſi vnquam.verſ.donatione largitus. nu.23.c. de reuocand.donat.Afflict. deciſ.102.n.1. capic.deciſ.102. nu.102. Cæſar.vrſ.deciſs. 102.num.1.

16 Donatio facta cōcubinæ,ab homine ſoluto valet.l.donationes in cōcubinam. vbi Doct.ff.de donat.Palat.Rub.in Rubric. de donat.inter vir.& vxor.§.37.Gam.dec.226 n.3. ſi tamen homo vxoratus faciat donationem ſuæ concubinæ , non valet talis donatio, vt tenet Palat.in d.Rubr. d.§.37. & Gam.d.deciſ.226.n.4.& in noſtra Luſitania vxor poteſt reuocare donationem factam à marito concubinæ.ord.lib.4.titul. 66.& tenet Gam.d.dec.226.n.4.

17 Donare non poteſt furioſus,amens,mēte captus,& cæteri homines huiuſmodi,l. modeſtinus,vbi Doct.ff.de donat.& l.is cui

ff. de

Digitized by Google

ff.de verb. obligat. & l.1. & l.Iulianus. §. curator.ff.de cur.furioſ.nec minor viginti quinq; annis, ſine autoritate tutoris, licet poſt viginti quinq; annos ratum habere poſsit. l.pupillus. ff.de acquirēd.rer.dom. & l.fin.vbi Doctor.C.ſi maior.rat.hab.nec filius familias, ſi nō habet liberam peculij adminiſtrationem,cum facultate donandi, vel eſt poſitꝰ in aliqua dignitate, aut habet bona caſtrenſia, ſeù quaſi caſtrenſia, quoniam tunc bene poterit donare. l.filius familias, vbi Bart. ff. de donat. nec religioſus,aut monachus, niſi de licentia ſui ſuperioris,quia tunc poterit donare de aliquibus bonis mobilibus.c.non dicatis.12. quæſt.1.

19 Prælatus, vel quicūq; Rector Eccleſiæ, non poteſt donare de bonis Eccleſiæ in damnum ipſius Eccleſiæ,ſine ſolēnitatibus requiſitis,& ſi donationem fecerit,poterit ſucceſſor reuocare illam donationē.c.fraternitatem,& c.paſtoralis,& c.Apoſtolicæ. de donat.ſi tamen fuerit conſuetudo loci, vt prælatus donet, valebit donatio,attenta tamen quantitate rei donatæ, & perſona donantis,& accipientis,& qualitate rei,tēpore,& loci conſuetudine. c.cæterum,vbi Doct.de donat. & c.requiſiſti.de teſtam. & c.etſi de ſimon.

20 Donare quoq; non poteſt ille,cuius bona ſunt confiſcata , & qui amiſit ipſo iure dominium bonorum ſuorum. c. cū ſecundum leges de hæret.lib.6. & l.commiſſa ff. de public.vectig. & l.fin. C.ad leg Iul.Maieſt.& auth.in cæſtas nuptias C de incæſt. nupt.& illud quod de iure donari,vel dari non poteſt, pro non dato habetur. c.quod autē, vbi gl.fin.de iure patronat.qui enim dominium non habet, donare non poteſt, quoniā in dubio quis videtur donare ius. quod habet in re donata. c. paſtoralis de donat. & l.nemo plus iuris, vbi Dec.nu.1. ff.de regul.iur & l.traditio. ff.de acquirēd. rer.dom.& c.nuper. de donat.inter vir. & vxo & c.daibertum.1.quæſt.7.

21 Donare non poteſt miles ſuæ concubinæ, vel meretrici , cum quarem habuit. l. miles.ita hæredem. §.mulier,vbi Bart.à n. 1.ff. deteſtam.milit.& l.2.vbi Bart.Bald.& Salicet. C.de donat.inter vir. & vxor. & l. mulier.ff.de his,quib. vt ind. Gam.deciſs. 226. num.4.

22 Donare non poteſt aliquis rem alienā, ſine conſenſu domini rei. l. traditio. ff.de acquirēd.rerum dom.& l.nemo plus iuris. ff.de regul.iur.& l.ſi filius tuus,vbi Bald.& Salicet.C.de donat.& l.ſpem futuræ.C.eodem. & l.2. C.de vſu cap. pro donat. quia datum ab illo, qui donare non poteſt, pro non dato habetur. c. quod autem de iur. patr.

23 Donare non poteſt vſu fructuarius, ſine conſenſu domini , rem illam , cuius vſum fructum habet, niſi dum vixerit. c.nuper, vbi gl.verb.quoad vixerit.& Abb. nu.1.de donat.inter vir.& vxor.

24 Creditor tamen bene poterit debitum donare, ſine conſenſu debitoris, quia rem ſuam donat. l.2.vbi cōmuniter Doct C.de donat.& dixi ſupra ver.creditor. §.8.

25 Donatio generalis non continet illud, quod quis in ſpecie, non eſſet cōceſſurus, quoniam in generali conceſsione, non veniunt illa,quæ quis ſpecialiter non concederet. c.fin.de offic.Vicar.lib 6.& c.in generali. de regul.iuris, lib.6.& c.frater.16. quæſt.1 & c.2.de pœn.& remiſſ.d.lib.6. & l.obligationi generali,& l.deniq;. ff.de pign.& l.qui peculi.ff.de pecul.& l.1. C quæ res pign.oblig. & gl.verb.facturus. in c.cū iuramento de homicid.& glo.fin.in c.cum Bertaldus de ſent.& reiud.

26 Donatio ſi non valet , nec confirmatio ſuperea facta, illam reconualidabit.c.dudum. §.nos igitur,vbi gl. fin. & Doctor.de decim.quoniam confirmatio in forma cōmuni, non conualidat illud,quod aliàs eſt nullum,nec aliquid de nouo tribuit quāuis faciat rem confirmatam maioris corroborationis,& autoritatis.c.quia diuerſitatem, vbi gl.verb. forma,& Abb.nu 9 de conceſſ.præb.& l.quia, vbi gl.ver nec ipſa lex.& Doct. ff.de iuriſd.omnium iud.& dixi ſupra verb.confirmatio.§.4.

27 Donatio, quam facit laicus Eccleſiæ de decimis, quas ab alia Eccleſia tenet in feudum, valet. de ſolius diæceſani conſenſu. c. cum Apoſtolica, vbi gl.ver.perpetua,& Abb. num.7. poſt alias de his, quæ fiunt à prælat.

28 Donare poteſt laicus ius patronatus loco Eccleſiaſtico ſine conſenſu diæceſani,& valebit talis donatio, quāuis iuri Epiſcopi non præiudicet.c.vnico.vbi Dominic.Ioā. And.Arch.& omnes de iur.patr.lib.6.

29 Donator, poſt traditionem rei donatæ, deſinit eſſe dominus, l.ſi tradita,vbi Bald. & Salicet. C.de his,quæ à non domin. & l. pen.& vltim. ff.pro donat.& non poteſt in perfecta donatione, ponere aliquam con-

ditionem

Digitized by Google

ditionem ſine conſenſu donatarij.l.perfecta. vbi Doct. C.de donat. quæ ſub mod & l.ſi apud.C.de reuocand.donat.& l.cũ daſ. ff.de pact.dotal.& l.1.ff.de ſolut.& dicam. §. 88.

30 Donator in traditione rei, poteſt ponere quodcumq; pactũ, ſeù conditionem, dum tamen ſit cõditio, quæ rei donatæ imponi poſsit, & legem non offendat. c. verum de cõd. appoſit & l.cum doſ.ff.de pact.dotal. & l.1.ff.de ſolut.& l.legem quam,& l.cum res.& l.donatio. C.de donat.& l.ſi verum. & l.quoties. C.de donat.quæ ſub mod.& l. in traditionibus, vbi gl.verb. in traditionibus,& Doct.ff.de pact.

31 Donator reſeruans ſibi vſum fructũ rei donatæ, videtur illam tradere per fictionẽ & transfert dominium in donatarium. l. quisquis rem.& l.ſi quis argentum.vbi Doctor. C.de donat.

32 Donator, ſi fecit donationẽ prædij, ſeù villæ, ea cõditione, vt donatarius ſibi præſtaret alimenta, poteſt illam reuocare, ſi ſibi donatarius illa non præſtaret, & aget contra illum donatarium actionẽ rei vindicationis. Et actionẽ ob cauſam,& actionem præſcriptis verbis l.1 vbi Bart.Bald. & Salicet. C.de donationib.quæ ſub mod. Curt.Iun.conſil.126. n.14 Iul.Clar.§.donatio. quæſt.23.n.1.

33 Donatio, vel legatum alicui facta, ea cõditione, vt donatarius, ſiuè, legatarius non alienaret rem donatam, vel legatam, aut illã non venderet, niſi certæ perſonæ operatur. vt ſi aliter fiat non valeat alienatio. l.ea lege. vbi Doct.C de cond.cauſa.dat.& l.fin.vbi Bart.Bald.& Salic.C.de reb alien. non alienand. nec etiam permittitur permutatio in rebus, illa conditione donatis, vt tenet Iaſ.in l.fin.n 5.ff.de cond.cauſ.da. imo prohibentur omnes actus, per quos dominium transfertur. vt, inquit, Bart. in d.l. fin.C.de reb.alien. non alienand. ord. lib.4.tit.1.§.1.& 2.

34 Donatio de prima vacatura alicui facta, eſt adimplenda in prima vacante, etſi donatarius non petierit, aut noluerit acceptare primam vacaturam illius officij, ſeù rei donatæ, non poteſt alteram petere, virtute ſuæ donationis. c. ex ore, vbi notant Doct.de his, quæ fiunt à maiore part.& c.ſi clericus depræb.

35 Donator non poteſt conueniri ad ſoluẽdum illud, quod promiſsit niſi in id, quod facere poteſt, deducto ne egeat,& deducto ære alieno. l.cum ex cauſa,& l.inter eos, & l.ne ſemnius. §. fin ff.de reiud. & l. diuus Pius, vbi Dec.nu.1.ff.de regul.iur.& §. ſed etſi quis inſt.de act.& gl. pen.& vlt. in d l. cum ex cauſa ff.de reiud.non tranſit tamẽ hæc exceptio ad hæredem, nec ad fideiuſſorem, quia ſolùm ius concedit perſonæ donanti ex ſua liberalitate. l. ne ſemnius, vbi Iaſ nu.3. & l.ſciendum eſt. ff.de reiud. Dec.in l diuus Pius.n.7.ff.de regul.iur.

36 Donationis ſcriptura debet continere nomẽ donatoris,& donatarij,& rem donatam diſtinctè,& palam.l.donatio. vbi gloſ. verb oportet,& Doct. C.de donat.quamuis ad ſubſtantiã illius, non requiratur ſcriptura. l.in extraneos.& l.in donationibus. C.de donat. ſi tamen fiat in ſcriptis, eſt facienda cum ſolemnitatibus requiſitis, etiã ſi fiat in coniunctã perſonam, & palam, & non occultè quoniam donatio occulta nõ caret ſuſpicione, c.vnico, vt Eccleſiaſt.benef.& l.data, vbi Bart.Bald.& omnes.C.de donat. Bart. in l.poſt contractum. nu.7. ff. de donat.

37 Donatio infraudem creditorum nõ valet. l.1.vbi Doct. & l. ait prætor. §. ſi cum mulier.& l.omnes.§.Lucius, & per totum. ff.quæ in fraud.cred.& §.itẽ ſi quis in fraudem. vbi Doct.inſt.de act.omnis enim donatio per fraudem facta eſt reuocanda. vt tenet Picus.in l.poſt contractum, n.11.per tex.ibi.ff.de donat.vbi Bart.n.4.Boſ.in tit. de bon.publicat.à n.43. Iul.Clar. lib.5. §. fin quæ.78.n.16.

38 Donationes, ſiuè priuilegia à rege conceſſa in noſtra Luſitania ſunt confirmanda à regibus poſtea aduenientibus, & aliter non valent. quia non excedunt vitam cõcedentis, quoniam bona regni non ſunt propria ipſius regis, ſed regalis dignitatis, c.intellecto. vbi Abb.n.4. de iure iurand. & l.fin.§.ſed quia. C.communia.de leg & l. peto.§ prædium.ff de leg.2. Fel.in c.ad audientiam.n.4.de præſcript. Valaſc.conſult. 167.n.2.non prohibentur tamẽ donatarij vti illis donationibus, dum non fuerint reuocatæ, l.ſancimus.C.de donat.Gam.deciſ. 282.n.2.ſi autem donatio, vel priuilegium, regis fuerit conceſſum per aliquem contractum, non indiget confirmatione, vt tenet Bald.in l qui ſe patris col.11. C.vnde liber. & Iaſ.in l.non amplius, ff.ſi certum, n.14.ff.de leg 1.Grip.conſil.23 n.12.

39 Donatio perfecta non reuocatur, niſi ſit erronea, l.1.vbi Doct.& l.fin,C.de vſu cap.

pro

Digitized by Google

pro donat. §. aliæ autem.inſt.de act.ord. lib. quart.titulo. 63. in princ.quamuis propter cauſas in gratitudinis poſsit reuocari à donatore, non tamen ab hærede illius, quæ cauſæ in gratitudinis continentur in cap. fin. de donat. & §. ſciendum. vbi gloſſ. verb.ex cauſis inſt. de donat. & in l.fin. C.de reuocand.donat, cauſæ vero in matre continentur in l. his ſolis. C. de reuocand. donat. & in authentic. ſeq. ibi. & ord. lib. 4. titulo 63.

40 Donator naturaliter obligat donatarium. l. ſed &ſi lege. §. conſuluit. vbi gloſſ. verb. obligauerunt. ff. de pet. hæred. & gloſſ. verb. non petenti, in cap. &ſi quæſtiones. de ſim. vnde optima ratione, donatio poterit ab illo reuocari per donatorem. ſi fuerit in gratus, & durat quinquenium quærela in gratitudinis. l. fin. vbi Doctores. C. de in offic. teſtam.

41 Donatio facta à perſona extranea reuocatur in totum natiuitate filiorum, & nihil intereſt vtrum ſit ſimplex, vel cauſa dotis, à parentibus tamen facta, vel alijs perſonis habentibus obligationem dotandi, non reuocatur, quia affectio filiorum eſt ante ponenda alijs extraneis. leg. ſi vnquàm. vbi Doctores. C. de reuocand. donat. & l. ſi totas. C. de in officio. donat. & cap.quicumque, 17. quæſtion. quart. Bart. in leg.Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. & Abb.in cap.fin. numer. quint. de donat. Iaſ. in Rubric. numer. quart. de lib. & poſthu. & in leg. accutiſsimi.numer.ſecund. C. de fidei commiſſ. & Va'aſc. conſult. 31. à numer.prim. quamuis reuocari quoad legitimam filiorum tantum, & non in totum teneat gloſſ. verb. non reddere, in d.cap. quicumq; 17.quæſtion. quart. & Gam. deciſsion. 140. numer.3. & alij freti in d. l. ſi totas. C.de in officio, donat. ſed prima opinio eſt verior. vt expreſſè declarat. d. leg.ſi vnquam. ibi in totum, quia lex ſi totas. C. de in officio. donat. loquitur quando quis facit immenſas donationes inter liberos, & illæ tantum reuocantur, quoad legitimam filiorum, non verò quas perſonæ extraneæ faciunt. quia in illis ſemper ſub intelligitur. ſi filij non naſcantur, vt communiter tenent Doctor.in d. l.ſi ſi vnquam. non reuocatur tamen per illegitimationem filij ſpurij, vt notat Iaſ.in l. ſi is qui pro emptore. num. 264. ff. de vſu cap.

42 Donatio tamen remuneratoria, cum non ſit ſimplex donatio, non reuocatur natiuitate filiorum, nec propter in gratitudinem, ſi bene meritis adæquatur. l. ſi pater. §. ſi quis aliquem de donat. gloſſ. in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. Abb.in c.fin. n.11.de donat. Lud.Rom. conſil.298.& Alexand.conſil.216.col.1. libr.1.

43 Donator tenetur de euictione, ſi res fuerit euicta à donatario, quando de euictione fuit promiſſum. leg. ſecund. vbi gloſſ. fin. & Bald. C.de euict.& gloſſ. fin. in leg. Ariſto. ff. de donat. Abb. in cap. fin. numero. decimo. de empt. & vend. ſi tamen non fuerit promiſſum de euictione, in donatione, & cæpit donatio a datione, vel à traditione, tunc non tenetur donator de euictione, ſed tenetur de dolo, ſi dolus, illo ſciente interuenit, ſi autem donatio incœpit à promiſsione, ſiuè pactione, poterit tunc donatarius agere contra donatorem, quoniam, qui dare promiſit, præciſè compellitur. l. vbi autem. §. fin. vbi Bart. Imol. Alexandr. & Iaſ. ff. de verbor. obligat. & l. Ariſto. §. fin. vbi gloſſ. fin. & Doctores. ff. de donat. & leg. ad res donatas. ff.de ædilit. edict. & leg. prim. vbi Bald. & omnes. C. de iure dot. & leg.ſecund. C.de euict. Abb. in cap. fin. numer. decim. de empt. & vend.

44 Donatio poteſt fieri abſenti, ſi ſit qui nomine donatarij accipiat, aut tabellio tanquàm perſona publica illi ſtipuletur. aliter vero non valet donatio facta abſenti. l. abſenti. vbi Bart. & omnes. ff. de donat. idem Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verbor. obligat. & leg.nec ambigi. C. de donat. Dec. in l.quo tutela. §. nec paciſcendo. numer. ſecund. ff. de regul. iuris. ſumma Angel. verb. donatio. prim. §. 36. Corn. conſil. 43. in Litera C. libr.tertij. Card. conſilio. 254. Paris. conſilio. 88.

Digitized by Google

petitur, ſi ex vtraque parte extat turpis cauſa, in pari enim cauſa turpitudinis, melior eſt conditio poſsidentis, l. cum te. vbi Doctores, & l. mercalem. C. de cond. ob turp. cauſ. ſi tamen ſit turpitudo ex parte. accipientis tantum repetitur, quod fuit datum, ab illo, qui dedit. non tamen ſi turpitudo ſit à parte dantis, vel ab vtraque parte. leg. prim. vbi Bart. & omnes. ff. de cond. ob turpem cauſ. & per totum. & leg. & generaliter. §. illud. ff. de calumn. & leg. ob reſtituenda, & l. fin. vbi Doct. C. de cond. ob turp. cauſ. nec etiam petitur promiſſum ob turpem cauſam, quamuis cauſa ſit ſecuta. leg. prim. vbi Doctores, & leg. mercalem. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de cond. ob turp. cauſ.

52 Datum officiali alicuius meliciæ, vel alterius muneris, pro excuſatione militiæ, ſiuè alterius officij, repetitur, & ſuſcipiens punitur criminaliter, pro arbitrio iudicantis, ſi ille, qui dedit, erat inhabilis ad illud munus, à quo ſe excuſare vult. ſi autem erat habilis, & dedit pecuniam illi, qui poteſtatem habebat vocandi homines ad illud munus, non poteſt repetere, quia commiſſa fuit turpitudo ex vtraque parte, punitur tamen accipiens ſeuerius, quàm cum accepit ab illo, qui erat inhabilis. leg. quod euitandi, vbi gloſſ. verbo. recipies. & Bart. Bald. & Salicet. C. de cond. ob turp. cauſ. & l. qui cum vno. §. grauius autem. ff. de re milit.

53 Datum iudici, notario, teſti, quæſitori, circuitori, lectori, & alijs, qui tenentur ratione officij, pro illo, quod tenentur facere repetitur ab illo, qui dedit, pro iuſta ſententia, ſiuè iuſta fabricatione, ſi autem detur pro iniqua ſententia, vel iniqua fabricatione, aut pro facto aliquo contra iuſtitiam, non repetitur ab illo, qui dedit, quia ex vtraque parte commiſſa fuit turpitudo. leg. prim. vbi Bart. numer. prim. ff. ob turp. cauſ. & leg. & generaliter. §. illud. ff. de calumniat. & leg. quod euitandi. vbi Doctores C. de cond. ob turp. cauſ. & cap. non ſane. 14. quæſtion. quint. Nauarr. in Manu. cap. decim. ſeptim. numer. 33. ſemper tamen dans pecuniam pro iuſta, ſiuè in iuſta ſententia perdet cauſam in foro exteriore. vt tenet Bart. in d. leg. prim. d. numer. prim. ff. de cond. ob turp. cauſ. & quamuis non repetatur datum ob iniquam ſententiam, aut iniquum teſtimonium, & ſimilia tenetur tamen pars dans, iudex. ſeù teſtis ad maiora, & grauiora, quia non ſolum tenentur reſtituere illud principale, in quo pars fuit damnificata, ſed impenſas, & intereſſe, quod ex eo ſecutum fuit. cap. prim. & ſecund. & fin. de iniur. & damn. illat. nec peccatum illorum dimittetur ſine illa reſtitutione. cap. peccatum. vbi notant omnes. de regul. iuris. libr. ſext. & etiam tenentur reſtituere, aliquid pro mœrore, quo afficitur, & conſummitur ille, qui contra ſe reportauit iniquam ſententiam, & iniquè vincitur ab audace aduerſario, qui ab hoc non excuſatur, nec iudex, nec teſtis iniquus, & auarus excuſatur, licet appelletur ab iniqua ſententia, aut non appelletur. gloſſ. verb. & ſi ſciat, communiter approbata, in cap. paſtoralis, §. quia vero. de officio. delegat. Nauarr. in Manual. cap. 25. numer. duodecim. dans tamen aliquid iudici pro differenda, ſeù auferenda iuſtitia Apoſtolica, non incurrit excommunicationem. clementin. prim. de ſentent. excommunicat. intercommunes. incurrit tamen in alias pœnas ſupra relatas.

54 Datum ob aliquam cauſam de futuro implendam, & ſi ſtet pro dante quòminus ad impleatur, poteſt ab illo, met dante repiti, quando ille, qui dedit non erat obligatus dare naturaliter, aut ciuiliter, ſed antequàm donatarius inciperet ad implere noluit donator, vt ad impleretur. puta do tibi decem, vt eas Romam, ſi antequàm iter arriperes dico, quòd non vadas, poſſum repetere illa decem, quæ tibi dederam, leg. prim. vbi Iaſ. numer.

Digitized by Google

numer. quart. & leg. ſi pecuniam. ff. de cond. cauſ. dat. & gloſſ. fin. in l. pecuniam. vbi Doctor. C. de cond. ob cauſam. dat.

55 Datum ob aliquam cauſam honeſtam, poteſt repiti cauſa non ſecuta, aut ſi in alia forma cauſa impleatur. leg. prim. vbi Bart. & leg. dedi. §. idem. vbi Doctores. ff. de cond. cauſ. dat. & leg. prim. ff. de cond. ſine cauſ. & leg. prim. ff. de cond. ob turp. cauſ. & leg. ſi militem. vbi Doctores. C. de cond. ob cauſam datam eſt tamen locus pœnitentiæ quando ob aliquam cauſam fuit datum, antequàm cauſa ſequatur, dum tamen ille, cui datum fuit, non amittat expenſas, vel alia præparatoria, & certioretur, vt remaneat in demnis. leg. ſi pecuniam. vbi Doctores. ff. de cond. cauſa dat. & leg. dedi tibi. §. idem erit. vbi Iaſ. numer. prim. ff. eodem, titulo idem Iaſ. in d. leg. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. num. 1.

56 Datum ob cauſam impoſſibilem de iure, vel defacto, ſciente dante, non repetitur, quia tunc dans videtur donare illud, quod dedit, quod tamen non præſummitur, quando impoſſibilitatem rei neſciebat. gloſſa. ſecund. in leg. dictam. C. de cond. ob cauſam dat. & leg. ſi militem. vbi Bald. & Salicet. C. eodem titulo Iaſ. in l. ſi pecuniam, numer. 20. ff. de cond. cauſ. dat.

57 Datum ex cauſa tranſactionis repetitur. ſi tranſactio ſecuta non fuerit, aut ſi fuerit in valida, quoniam idem eſt tanquàm datum ob cauſam, & cauſa non ſecuta. l. & eleganter. vbi Bart. & omnes. ff. de cond. indeb. & l. 1. & per totum. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.

58 Data aliquare ad vendendum, vel pignorandum, ſi antequam vendatur, vel pignoretur, per datur ſine culpa recipientis perijt periculo dantis, ſi illam ad vendendum dominus habebat, ſi autem illam venalem, non habebat, pertinet periculum ad recipientem. leg. rogaſti, vbi Bart. & alij. ff. de reb. cred.

59 Datum per errorem repetitur, ſi ille, qui dedit non tenebatur accipienti iure naturali, aut ciuili, leg. prim. vbi Bart. numer. decim. ſeptim. ff. de cond. in debit. & leg. cuius per errorem. vbi gloſſ. ff. de regul. iuris, & leg. ſi per ignorantiam. vbi Bald. & Salicet. C. de conditio. indeb. quod aliter erit ſi ſcienter, quis ſoluat indebitum. leg. in debitum. vbi Doctores. C. de conditionib. indebit. & recipiens ſcienter etiam recipit indebitum quia tunc concurrit conſenſus vtriusque, & eſt donatio, ſecus ſi recipiens ignoraret. facit text. in leg. abſenti. ff. de donat. & Bart. in leg. prim. ff. de conditione. indebit. & Dec. in d. leg. cuius per errorem. numer. 1. ff. de regul. iur.

60 Donatio cauſa mortis eſt cum quis habere ſe magis vult, quam eum, cui donat. & magis eum, cui donat, quam hæredem ſuum. leg. prim. & leg. ſenatus. §. donatio. ff. de donat. cauſ. mort. & prin. vbi Doctor. inſt. de donat. Iul. Clar. libr. 4. §. donatio. quæſtion. 4. numer. 1.

61 Donatio cauſa mortis aſsimilatur legatis, & quidquid iuris eſt in legatis. id erit in donatione cauſa mortis, poſt quam eſt in eſſe deducta, quoad ſuum effectum. & efficatiam. l. illud generaliter. & Bart. ibi. ff. de donat. cauſ. mort. & Socin. conſilio. 130. numero nono. libr. prim. Iaſ. in leg. cum antiquitas. numer. ſecund. C. de teſtament. & in leg. ſecund. numero. prim. ff. delegat. prim. & in leg. ſenium. numero. octa. C. qui teſtament. facer. poſſ. Alciat. in leg. ſecund. in princip. numer. decim. ff. de verborum obligation. & Rip. in leg. ſecund. numer. decimo quint. ff. delegat. prim. Iul. Clar. libr. quart. §. donatio. quæſtion. quint. numero. prim. Valaſc. conſultatio. 61. numer. ſeptim. quoadmodum tamen, & ordinationem, dum in eſſe de ducitur aſsimilatur contractus, vt tenet Iaſ. in d. leg cum antiquitas. numero. ſecund. C. de teſtament. Rip. in d. leg. 2. numer. 18. ff. delegat. 1. Dec. conſil. 196. num. 3. Iul. Clar. vbi ſupra.

Donare

Digitized by Google

62 Donare poteſt cauſa mortis quicumq́ poteſt facere teſtamentum, & donare non poteſt cauſa mortis, quicumq́ de iure non poteſt facere teſtamentum. leg. mortis cauſa. & l. tam is. vbi gloſ. & Doctores. & l. ſenatus. vbi Bart. ff. de donat. cauſ. mort.

63 Filius familias tamen poteſt donare cauſa mortis volente patre, quamuis de voluntate eius teſtamentum facere non poſsit. leg. tam is. §. filius familias. vbi Bart. & omnes. ff. de donat. cauſ. mort. & l. filius familias. §. pari autem. ff. de donat. Iaſ. in l. ſenium. numero. octau. C. qui teſt. facer. poſſ. Crot. in rep. leg. frater à fratre. numer. 74. ff. de cond. indeb. qui conſenſus patris debet eſſe expreſſus. vt tenet gloſſ. verb. nihilo magis. in l. qui in poteſtate in princip. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Socin. conſilio. 112. numer. ſeptima. libr. prim. Tiraq. de leg. connub. gloſſ. octau. numer. nono. Iul. Clar. libr. quart. §. donatio. quæſtion. 6. num. 6. de bonis tamen caſtrenſibus, aut aduentitijs, quorum patri non quæritur vſusfructus, poterit filius inter viuos donare, ſicut poteſt teſtari, ex Bart. in leg. prim. numer. 23. C. de Sacro Sanct. Eccleſi.

64 Donare non poteſt cauſa mortis, quicumq́ non poteſt inter viuos donare, quoniam donationis verbum, ſimpliciter loquendo, comprehendit omnem donationem, tam mortis cauſa factam, quàm inter viuos. leg. filius familias. §. pari autem. ff. de donat. & l. alienatum, §. donationis. ff. de verbor. ſignifi. hoc tamen procedit regulariter, vt ſuis locis dicemus.

65 Donatio cauſa mortis non valet facta ab illo, qui propter aliquod crimen bona amiſit, ſiue ſit facta ante crimen commiſſum, ſiuè poſt, ſicut rumpitur teſtamentum ab eo, qui perdit ciuitatem, vel libertatem, vel vitam. leg. ſi quis. §. irritum. vbi Doctores. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. & leg. ſi aliquis, ff. de donat. cauſa mort. & l. cum hic. §. ſi maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & gloſſ. verbo. diſſoluitur. in leg. res vxoris. vbi Doctores C. de donat. inter vir. & vxor. ſi tamen miles donauerit vxori de bonis caſtrenſibus, & fuerit damnatus, & impetrauit, vt poſsit teſtari, valebit donatio, quoniam cui permittitur teſtari, poteſt mortis cauſa donare. d. l. cum hic. § ſimiles. vbi Doctor. ff. de donat. inter vir. & vxor.

66 Donatio cauſa mortis requirit quinq́ teſtes, ad ſuam validitatem, niſi inter liberos, quoniam inter illos ſufficiunt duo teſtes, ſicut in teſtamento. l. fin. vbi Bald. C. de donat. cauſ. mort. & l. fin. in fin. C. de codicill. & gloſſ. verb. pluralis. in cap. pluralis de regul. iuris. libr. 6. Alexandr. in l. ſtipulatio iſto modo. ff. de verbor. obligat. Iaſ. in l. quæ dotis. numer. 46. ff. ſolut. matr. Gam. deciſsion. 166. numero quart. 4.

67 Donatio cauſa mortis tribus modis reuocatur. Primò, ſi donatorem pœniteat. Secundò, ſi donatarius præmoriatur. Tertio, ceſſante cauſa, vel conditione, ſub qua donatio facta fuit. l. non omnis. vbi gloſſ. verbo. deceſſiſſet. ff. de reb. cred. & prin. inſt. de donat. & leg. mortis cauſa. & l. ſenatus, ſed mortis cauſa, & l. ſeia. vbi Bart. ff. de donat. cauſa mort. & etiam cenſetur reuocata, ſi donator poſtea voluntarie alienauit rem donatam, vel conualuit. l. non omnis. vbi Doctor. ff. de reb. cred. & leg. illud. ff. de donat. cauſ. mort. Din. & Iaſ. numer. 28. & 31. in leg. ſtichum, qui meus. ff. de leg. 1. Couarruu. in Rubrica. de teſtam. tertia parte, à numero. decimo octau. Iuli. Clar. libr. quart. §. donatio. quæſtione. 25. numer. 2.

68 Donatio cauſa mortis non poteſt reuocari à donatore, ſi cum pacto de non reuocando facta fuit, quia tunc aſſumit naturam donationis inter viuos, & aſſimilatur contractui in illo modo, & ordinatione, dum in eſſe de ducitur. vnde pactum illud de non reuocando, eſt obſeruandum, & reddit donationem illam irreuocabilem. l. vbi ita donatur. vbi Doctor. ff. de donat. cauſa. mort. Riminol. in princip. numero. 395. inſt. de donat. thom. ferrat. cautel. 30. Molin. de prim. gen. libr. quart. cap. ſecund. à numer. 40. Couarruu. de teſtam. 2. parte, numer. 11. Valaſc. conſult. 102. numero. octau. contrariam tamen opinionem tenet Iaſ. in l. quæ dotis. numer. 33. ff. ſolut. matrim. & claud. ibi. numer. 10. & Gam. deciſs. 258. numero primo. ſed prima opinio mihi verior videtur. ex mente legiſlatoris. in d. l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort.

Digitized by Google

69 Donatio inter virum,& vxorem conſtāte matrimonio, non valet. niſi mortis donatoris cōfirmetur, vel donator nō fiat pauperior,licet donatarius. ditior fiat,aut donatarius non fiat locupleƈtior, licet donator fiat pauperior. c.fin. vbi Ant.Innocēt. Abb.& omnes. de donat.inter vir.& vxor. & l.1. & l.cum hic. vbi Bart. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. donatio. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de donat. inter. vir. & vxor.ſumma Ang.verb.donatio.3.in prin. Nau.in manu.c.17.n.149.

Donatio tamen inter virum, & vxorem
70 conſtāte matrimonio valet, ſi fiat de operis ſeruorum, aut de veſtimentis,& de habitationem ædium, ſeù earum inſtitutione. l. ſi vir. vxoris, vbi Doctores. & l.ſi id quod. §. ſi quas. ff. de donat. inter vir. & vxor.

71 Et facta à viro vxori, ſiuè ab vxore viro ob aliquam piam cauſam,ſeù ad elemoſinā faciendam ſumma Angel. verb. donatio. 3.§. 2.

72 Aut quando fit ad aliquem honorē adipiſcendum , in eo , quod ad illum fuerit impenſum, l.quod adipiſcenda & ibi glo. fin.& Doct. ff.de donat. inter.vir. & vxor. Merg.conſil. 26.n.38.

73 Et quādo maritus remittit omnem dotem promiſſam , vel aliquam eius partem. gl.fin. vbi Cin.& Bald. in l.ſi conſtante. C. de donat. ant. nupt.Angel. ver.donatio.3. §.2. Nau.in manu. c 17. nu.149. quamuis remiſsio alterius debiti nō valeat,nec aſſignatio alterius debitoris. l. ſi ſponſus.§. ſi debitor.ff.de donat.inter vir.& vxor.Angel.& Nau.vbi ſupra.

74 Donatio, quam facit imperator,ſeù rex. vel alius dominus ſupremus vxori conſtāte matrimonio, valet, & ita dē donatione facta illi ab vxore quoniam cōtractus initus inter perſonas,quæ legem cōdere poſſunt. habetur pro lege. l.pen.vbi. Doct.C. de donat.inter. vir.& vxor. & l.cum multa C.de bon. quælib. & l.fin. C.de quadr. præſcript.

75 Donatio alia dicitur propter nuptias, quæ fieri poteſt ante nuptias , vel poſt. l. fin. vbi Doct.& auth.dos data. vbi Albert. C.de donat. ante nupt. Afflict.deciſs.242. n.1. & Gramat.deciſs.97.nu.4. Cæſar.Vrſ. deciſ.242. n.1.& Iul.Clar.lib.1.§.donatio. quæſt.11.n.2.

76 Dos eſt quædam donatio facta à patre mulieri,ſeù ab extraneo,aut facta à muliere viro pro oneribus matrimonij ſuſtinēdis, c.per veſtras,vbi Doct.de donat.inter vir. & vxor.& c. ſalubriter.de vſur.& l.ſi is,qui ſtichum. §.ibi doſ. ff.de iure dot.& doſ data meretur donationem propter nuptias. & tunc maritus cogitur tantū dare vxori, ex cauſa donationis propter nuptias, quātum ipſe ex cauſa dotis recepit.auth. dos data.vbi gl.ver.meretur.& Doct.C.de donat. ante nupt.

77 Donatio propter nuptias ſemper ſub intelligitur,ſi matrimonium ſubſequatur, quoniam nulla eſt dos ſine matrimonio. c. & ſi neceſſe.de donat.inter vir.& vxor.vbi Abb.n.4. & l.cum multæ. C.de donat.ante nupt.& l.item quia. §. huius rei.ff.de pact. & l.fin.vbi Doct.ff.de cond.ſine cauſa, nec valet liberatio debiti. ſi nuptiæ non ſequātur , tanquàm ob cauſam facta cauſa non ſecuta. l. ſi mulier. & ibi Bart. ff.de cond. cauſa dat. attamen ſi extraneus donauit ob cauſam matrimonij,volens ſimpliciter donare, valet tunc donatio, licet matrimonium nō ſequatur,& tunc poterit ille,cui donare volebat,petere donationem,quòd tamen non erit , ſi donator ea mente donauit , vt matrimonium ſequeretur , tunc enim ille, qui donauit repetere poteſt.l. ſi donaturus in prin.& Bart.ibi.§.ſi quis indebitam.n.3. ff.de cond.cauſa dat.nec valet donatio propter nuptias , ſi matrimonium fuit nullum. c.& ſi neceſſe.vbi Abb. n.4. de donat.inter vir.& vxor. vnde datū pro dote , vbi matrimonium fuit nullum, poteſt repeti,per conditionem,ſine cauſa. l.Auunculo, vbi Bart.à n.1.ff.de cond.ſine cauſa, Abb.in d.c.ſi neceſſe. d.n.4. de donat.inter vir.& vxor.

78 Donatio propter nuptias ſimpliciter facta, ſemper intelligitur ſecundum legitimas ſanciones. l.1.& l.fin.§. ſancimus.vbi ſcribentes. C. de donat. ante nupt.& c.nuper.§.fin.de donat.inter vir.& vxor.

79 Dos à patre,vel ab auo,aut ab aliqua perſona eiuſmodi,data,de bonis ſuis, tam per ſe, quàm per inter poſitam perſonam. dicitur profectitia , illa vero , quàm perſona extranea dat,aut ipſa mulier.dicitur aduētitia. l.profectitia. vbi Doct.ff.de iure dot. ſi tamen auus donauit nomine ipſius neptis, & non nomine filiæ,nec eius contemplatione , non diceretur tunc profectitia, ſed aduētitia,l.Auus.ff.de iure dot.& Gam. deciſs.34. nu.1.& Doct.in l.in quartam.ff. ad leg.Falc.Alex.conſil.31,lib.4.

Dotis

Digitized by Google

80 Dotis periculum, aut incrementum illius, pertinet ad virum quando res dotales æſtimatas accepit, quoniam ſi illas inæſtimatas accepit, ad vxorem pertinet periculum, & incrementum illius. l. plerumq; ff. de iure dot. & facit text. in l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dotal. & in l. etiam ſi non, vbi Bart. nu. 2. C. de iure dot. fœtus tamen ancillarum, non pertinet ad incrementum viri, d. l. plerumq; § ſi ſerui. ff. de iure dot. & gl. 2. in c. ſalubriter. de vſur.

81 Donatio facta à patre filiæ vxoratæ, cui dotem debebat, intelligitur, quòd in ſolutionem dotis illam donationem feciſſet. l. cum pater. vbi Doct. ff. de iure dotium, & & ita ſi dedit in dotem, quod iam legauerat in teſtamento, ſi animo duplicandi non feciſſet. l. filia. vbi gl. & Doct. C. de legat. ſi tamẽ pater habuerit bona aduentitia filiæ aut filij, & faciat donationem ſimpliciter filiæ, aut filio ad nubendum intelligitur de ſuo facere, cum ſit eius officium dotare filias ad nuptias contrahendas, non vero de rebus filiorum, ſi eas in poteſtate habebat nec etiam ſi curator eorum ſit. l. profectitia. §. Papinianus, ff. de iure dot. & l. ſi pater. vbi glo. verb. paternum. & Doct. C. de dot. promiſſ. & Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. ſolut. matr. aliud enim eſt donare poſt debitum dotis, & aliud donare pro dote ad matrimonium contrahendum, aliter tamen eſt in matre, quæ non tenetur dotare filiam. l. neq; mater. vbi Bald. Salicet. & alij. C de iure dot. & ſi mater ſimpliciter promittat dotẽ pro filia, cuius bona in poteſtate habet, intelligitur do bonis filiæ, quaſi eius negocia geret. l. ne ſemnius, vbi Doct. ff. de negoc. geſt. & gl. ver. paternum. in l. ſi paternum. in l. ſi pater. C. de dot. promiſſ.

82 Maritus tamẽ ſi ſimpliciter donauit vxori non intelligitur de bonis vxoris, ſed de bonis ipſius viri. l. 1. §. primum. itaq; vbi Doct. C. de rei vxor. act.

83 Donatio immenſa, facta à patre vni ex filijs, reuocatur ab alijs. vſq; ad legitimã vniuſcuiuſq;. l. Titia. §. Imperator. vbi Doctores. ff. de leg. 2. & authentic. vnde. C. de in offic. teſtam. & l. 1. & 2. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de in offic. donat. Abb. in c. Raynuntius. n. 22. de teſtam. & in c. de his. n. 7. de ſepult & ord. lib. 4. tit. 97. §. 3.

84 Donatio facta à patre vnico filio, de tota hæreditate, & bonis, reuocatur, ſi poſtea nubat, & filios ſuſcipiat, quoad legimam aliorum filiorum. l. ſi totas. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de inoffic. donat. & l. ſi vnquã. vbi Doct. C. de reuocand. donat.

85 Donatio enim à patre facta cuicumq; filio, in præiudicium creditorum non valet, cum æs alienum totum patrimonium reſpiciat. l. ſi fidei commiſſum. §. tractatum. vbi Bart. ff. de iud. & l. ſi ſucceſsione. vbi Doct. C. de reuocãd. his quæ in fraud. cred. Abb. in conſil. 89. nu. 1. & conſil. 102. verſ. hoc ergo caſu.

86 Donare non poteſt pater filio, quem habet in poteſtate, vel filiæ, quia pro vna eadem perſona reputãtur. l. fin. C. de impub. & l. cum de bonis. vbi Bald. C. de donat. & l. 2. C. de inoffic. donat. & l. donationes vbi Doct. C. de donat. inter vir. & vxorem cõfirmatur tamen, ſi pater antequam filius nubat, vel emancipetur, illam non reuocauit. l. ſiue emancipatis. vbi Bald. & l. cum res, vbi Doct. C. de donat. & l. donationes. 25. C de donat. inter vir. & vxor. ſi tamen pater fecerit donationem filio in poteſtate conſtituto, ex cauſa dotis, bene valebit. l. Pomponius Philadelphus. vbi Bart. ff familierciſc. & gl. 1. in l. 2. C. de in offic. donat. Bart. & Iaſ. n. 52. in l. 1. ff. ſolut. matrim. aut cauſa ſtudij poteſt pater donare filio in poteſtate, dummodo in vita patris tradita ſit filio res donata. vt tenet Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe, n. 3. ff de collat. bonor. Iaſ. in l. 1 n. 52. ff. ſolut. matrim. & Rip. ibidem. n. 153. Alex. de Imol. in l. in quartam. n. 22. ff. ad leg. Falc. Bart. in tract. de duob. fratrib. n. 16. Nau. in manu. c. 17. n. 259. aut quãdo pater donat res mobiles. filio eunti ad caſtra. l. ſi filius familias, vbi Bald. C. familierc. & gl. 1. in l. 2. C. de in offic. donat. & ita ſi donat filio vſum fructum, quem in rebus aduentitijs filij habebat, vel aliquid diurnum pro alimentis. l. cum oportet. §. ſin autem res. & l. fin. §. ſin autem patre. C. de bon. quæ liber. & gl. 1. in l. 2 C. de in offic. donat. aut ſi donat pro meritis, & ſeruitijs, in quantum pater alij extraneo pro illis ſeruitijs dare tenetur. Bart. in l. ſi donatione. nu. 4. C. de collat. Nau. in manu. c. 17. num. 145.

87 Donatio, ſiuè dos à patre, ſeù matre filio, vel filiæ facta imputatur in legitimam ipſius filij, ſi excedat quantitatem de qua ipſi parentes, iuxta legem regni, diſponere poſſunt, cum in legitimam filiorum præiudicare non poſsint. l. 1. §. quæ à nobis. C. de rei vx. act. & l. 1. vbi Doctor. C. de in offic. donat. aliter tamẽ in illo quod pater

Digitized by Google

viuens dat filio, niſi ſit donatio, quæ morte confirmatur. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de in offic. teſtam.

88 Donatio, ſiue dos poteſt ſuſtinere aliquam conditionem poſitam in ipſa donatione, à perſona donante, dum tamen cõtra legem non ſit, & apponatur in ipſa donatione, & non poſtea, quia licet in donatione poſsit apponi aliqua conditio, poſtea vero non poteſt, niſi conſentiente donatario, c. quamuis pactum. vbi Doct. de pact. lib. 6. & l. quoties. ff. ſolut. matr. & l. pactum. C. de collat. & gl. 1. in l. intraditionibus. ff. de pact.

89 Donatio, ſeù dos vniuerſalis tranſit cum ſuo onere, & ſi euicta ſit quædam res particularis illius vniuerſalis donationis, non datur actio de euictione, contra donatorē, niſi ſpecialiter pro illa re euicta ſe obligaret. l. ſerui venditor. vbi Doct. ff. de euict. & l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. eodem. tit. Iaſ. in l. prædia. n. 3. C. de fidei commiſſ.

90 Donare poteſt pater filiæ nubenti emphyteuſim, ſine conſenſu domini, & etiam alij extraneæ perſonæ, inæſtimatè tamē, ſed non transfert plus iuris, quàm ipſe habet. authent. de non alienand. §. emphyteuſim. coll. 2. Bart. in l. & ideo. nu. 4. ff. de cond. furt. Iaſ. in l. fin. num. 49. C. de iure emph. Ang. verb. dos. n. 72. Imol. in l. ſi domus. fin. verſ. extra gloſſ. ff. de leg. 1. & ibi Bald. n. 1. Florean. in c. potuit. n. 11. de locat. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi domus. §. fin. n. 4. Aret. conſil. 41. n. 1. & Grat. conſil. 86. n. 7. lib. 1. Ruyn. conſil. 42. nu. 1. & conſil. 160. n. 22. lib. 4. Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteuſis. quæſt. 15. n. 1. & eſt communis.

91 Dos integra eſt per ſoluenda, quamuis pignus detur à ſocero, ſeù ab alio extraneo, & gener, dũ ſuſtinet onus matrimonij, ſuſcipiat fructus pignoris non cõputatos in ſortem principalem cum maritus illos, pro dote promiſſa recipere poſsit. vt eſt text. in c. ſalubriter. vbi gl. ver. onera, & Ioan. And. Hoſt. Card. Ant. de Butr. Abb. & omnes de vſur. & Nau. in c. ſi fæneraueris. n. 62. in 14. quæſt. 3. & in manu. c. 17. n. 283. & apud nos eſt ord. lib. 4. tit. 67. §. 1. & de hoc non eſt dubitandum, neq; eſt differentia in dote non ſoluta promiſſa à patre filiæ, ſeù nepti, ſeù ab alio quocumq; extraneo, ſemper enim hoc obſeruatur in omnibus fructiferis pignoribus, pro ſoluēda dote acceptis, vt tenet Nau. d. c. ſi fæneraueris. nu. 63. & Valaſc. conſult. 8. nu. 2. & ord. vbi ſupra. nec eſt verum illud, quòd dicit fortun. de vlt. fin. Iur. illat. 6. aſſerens patrem teneri ad alendam, & ſuſtinendam filiã ſuã, & ita eum vliſum fuiſſe fructus pignoris donare pro alimētis filiæ, donec dotem ſoluat. & text. in d. c. ſalubriter. intelligi in dote à ſocero data genero, & nõ ab alio extraneo, cum d. text. loquatur in genero, & ſocero, & non in alio, quod tamen nõ obſtat quia text. loquitur gratia frequētioris vſus dotandi filias, vt inquit Nauar. & Valaſc. vbi ſupra magnum tamen dubiũ eſt, verum ſi gener pacificatur cum ſocero, quòd ſibi detur decem pro centenario, ſingulis annis, dũ dos ſibi ſoluta non fuerit, an talis pactio valeat, & quòd valeret facit text. in l. pater pro filia. ff. de dol. mal. except. & in l. in inſulam. §. vſuras. vbi idē tenet Bart. Imol. Alex. & alij. ff. ſolut. matr. & Iacob. Butric. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. & Anchar. Paul. de Leazar. Calder. & Ioan. de Anan. col. 5. verſ. conſidera tamen in d. c. ſalubriter. & Bald. nouell. de dote. 7. part. priuil. 3. Roger. in tract. de dote. quæſt. 16. n. 70. Cou. ru lib. 3. reſolut. c. 1. n. 3. verſ. 4. hanc poterit Gaſpar. Bae. Hiſp. de dotis melioratione. c. 25. n. 8. & alij nõnulli: contrariam tamen opinionē tenent quam plurimi Doctores non paruæ authoritatis, affirmantes non eſſe licitam huiuſmodi pactionem, quando ſocer promiſit certam pecuniæ quantitatem in dotem, & adiecit huiuſmodi pactum. vt inquit Ioan. And. Hoſt. Card. & Ant. de Butr. in d. c. ſalubriter. Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 6. §. 8. verſ. 8. infertur. n. 6. de donat. inter vir. & vxor. Rodulph. in tract. de vſur. 2. p. quæſt. 53. & Paul. de Caſtr. in d. l. in inſulã. §. vſuras. ff. ſolut. matr. Dec. conſil. 116. n. 3. & conſil. 119. col. antep. & pen. & conſil. 183. & conſil. 322. col. fin. Ant. Gom. in l. 50 Tauri. n. 30. Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des dro; 43. §. 23. n. 6. Ant. à Cam. deciſ. 272 & dicit communem. Socin. conſil. 88. n. 18. & conſil. 130. n. 10. lib. 4. & Campeſius. in tract. de dote. niſi gener fuiſſet mercator, & onus familiæ ex mercatura ſuſtineret, quia tunc accipere poteſt, vt intereſſe. ex doctrina Abb. in d. c. ſalubriter. n. 3. & Bal. vbi ſupra. & hæc opinio eſt obſeruanda, vt notat Valaſc. d. cõſult. 8. n. 5. verſ. verũ ego eò quòd non computatio fructuum perceptorum ex repignerata pro dote, eſt exceptio à regula generali, qua cauetur, fructꝰ, & cõmoda rei pigneratæ ſortem extinuare

ipſo

Digitized by Google

Ipſo iure creditore præcipiente.c.cũ contra.depign.& c.1.& c.conquæſtus.de vſur. & l.1.C.de pign.act. & Bald.in l.2.C.pact. pign. Iaſ.in §.in bonæ fidei. nn.65.inſt.de act. Negu. de pign.5. memb.part.5. nu.5. Boer. deciſs.44. nu.34. & cum in dote ſit caſus exceptus in fructibus rei pigneratæ, pro dote ſoluenda, & in hoc tãtum loquatur text.in d. c.ſalubriter.non debet extẽdi ad alium caſum in quo non loquitur. ex regula. ea quæ. de regul.iur.lib 6. & quod eſt tutiùs animæ in dubio debemus ſequi. c.iuuenis.de ſponſal.cum alijs.

92 Dotis priuilegia ſunt quàm plurima,primũ eſt,vt omnia bona mariti ſint pro dote mulieris tacitè hypothecata, & ita pro bonis paraphernalibus, quorum maritus adminiſtrationem habet. c.ex litteris.vbi Abb. n.10.de pign.& l.fin.vbi Bart. Bald. & Salicet. C.de pact.conuent. ſuper.dot.2. vt mulier catholica non perdat ſuam dotem propter hæreſim, viri, ſi quando cum illo contraxit neſciebat maritum commiſiſſe crimen hæreſis. c. decreuit. vbi Doct. de hæret. libr. 6. nec propter aliquod viri delictum. d. c. ex litteris.vbi glo.verb.maleficium, & Abb.num.2.de pign.& l.2.vbi Bart.Bald.& Salicet.C.ne vxor.pro mar.& & l.res vxoris. vbi Doct.C.de donat.inter. vir.& vxor. & l. quis quis. §.vxores. C. ad leg.Iul.Maieſt. nec etiam pro delicto patris mulier perdit ſuam dotem. l.ſecundũ. vbi Doct.C.ſolut.matr. & glo.verb maleficium. in d. c.ex litteris. de pign. fallit tamen indebito primi pili, vbi etiam bona dotalia mulieris ſunt obligata, deuinitur tamen ad ea, in vltimum ſubſidium. l.ſatis notum. vbi Doct.C.in quib. cauſ.pign. vel hypoth. tacit.conrrah.& l.vtilitas. C. de prim. pilar. lib.12.gl.& Doct.in d.c.ex litteris de pign.3. vt præponatur dos mulieris, omnibus creditoribus, etiam anterioribus habentibus tacitas hypothecas, non tamen expreſſas. l. aſsiduis, vbi gloſſ. verb. hypothecam, & Doct. C. qui pot.in pign.hab.& l.1. ff.eodem.& gl.1. in d.c.ex litteris. & Abb.n.8.de pign. in donatione tamen propter nuptias non dantur hæc priuilegia, quando mulier agit ad illã lucrãdam, quia tunc in illis obſeruatur ordo ſui temporis. l.fin. §. hæc autem. C. qui pot. in pign. hab.& gl.1. in d.c.ex litteris. de pign. ſi tamen mulier agit ad donationem propter nuptias tanquàm ſpecialiter ſibi pro dote obligatam, tunc habet idem priuilegium,quia tunc agit potius pro dote,quàm pro donatione propter nuptias, vt tenet Abb.in d.c.ex litteris.n.9.de pign. Angel.verb.dos.§.12.4. vt ſi vir vergat ad inopiam poſsit dos mandato iudicis dari vni mercatori, cum pacto, vt ſaluo capitali de lucro percipiat vir. & vxor partem honeſtam ad onera matrimonij ſuſtinẽda. c.per veſtras. vbi Doct.cõmuniter de donat. inter vir. & vxor. 5. vt fundus dotalis vendi, ſeù alienari non poſsit,etiã de conſenſu mulieris. l.ſi prædium. vbi Doct. C. de iure dot.& auth. ſiuè à me. C. ad vellelan. & l. & cum lex Iulian. C. de rei vxor. act. & l.fundus. ff.de fund.dot. Angel.ver. dos. §.11. verſ.6.

93 Dos eſt reſtituenda à viro, quando matrimonium licitè fuerit ſeparatum, & bona acquiſita communiter inter coniuges ſunt diuidenda. c.1.& c.2.vbi Doct.de donat. inter vir. & vxor. & dixi ſupra verb. bona. §. 23. & §.24.

Verbo Duellum.

1 DVellum eſt pugna duorũ in ſingulare certamen. c. monochiam, 2.quæſt.5. & licet Dauid in ſingulare certamen cum Golia exiuiſſet,nihilominus eſt prohibitũ, tàm clericis, quàm laicis, & nuſquam legibus approbatum inuenitur. imo potius fabricante diabolo fuit inductum hoc genus duellorum, & ideo à Chriſtiano orbe penitus exterminatur. c. 1. de cler. pugn. in duell. & l.vnica. vbi Doct.C.de gladiat. lib.11.Trid.ſeſſ.25. c.19. de reformat.

2 Duellum offerens,aut acceptans,& pugnam committens, & qui eorum vocantur patrini incurrunt excõmunicationem, & in perpetuam infamiam. boniſq; priuantur, & reputantur homicidæ, & morientes in ipſo cõflicto priuantur eccleſiaſtica ſepultura, & qui conſilium aliquomodo in cauſa duelli dederint, ſeù ad id inuitauerint, aut illud expectauerint, incurrunt excõmunicationem, vt habetur in Tridẽt. vbi ſupra Nau.in Manu.c.11.n.39.

3 Imperator, rex, aut aliqui domini temporales, qui in ſuis terris præſtant locum ad duellum,aut illud cõcedunt,eo ipſo incurrunt excõmunicationem,& priuantur iuriſdictione, & dominio territorij,in quo illud permiſerint, ſi illud ab Eccleſia obtinent,& etiam priuãtur directo dominio.

ſi eſt feudum, & ſtatim acquiritur directo domino, Trid.d ſeſſ.25. d.c. 19 de reformat.Nau.in Manu.c.11.n.39.

4 Clericus offerens, aut ſuſcipiens duellũ eſt deponendus, diſpenſat tamen cum illo ſuus Epiſcopus.c.1. vbi Abb n.1.de cler. pugn. in duell. Ang.verb.duellum. §.1. & dixi ſupra verb.diſpenſatio.§.34.

L I T T E R A. E.

Verbo Eccleſia,

1 ECCLESIA dicitur multis modis, aliquãdo enim Eccleſiæ nomẽ ſumitur pro Epiſcopo.c.ſcire debes. 7 quæſt.1.aliquando pro clericis, & viris eccleſiaſticis, aliquãdo pro ipſa prælatura Eccleſiæ. c quoniã. ne prælat. vic.ſuas, & alias varias ſignificationes ponit gl.fin. in c.vlt. ne prælat vic ſuas.& gl.verb Eccleſiæ,in c cum clerici,de verb, ſign. turre cremat. in ſumma de Eccleſia, lib.1. n.2. propriè tamen Eccleſia dicitur congregatio fideliũ,cuius caput eſt Chriſtus. c.Eccleſia,de conſecrat.diſt.1 & c Engeltrudam. 3.quæſt.4. & gl.verb. ipſarum, in c.2. de reb.Eccleſiæ non alienand.libr. 6. vnde qui eſt extrà Eccleſiam, eſt extrà congregationem fidelium, & non poteſt ſaluari, clem. vnica. §.verum. vbi Doct.de exceſſ. prælat.& gl.verb.propter primum in clem.1.de maiorit.& obed.intercões.

2 Eccleſia Romana eſt mater nutrix,& curatrix omnium aliarum Eccleſiarum. c.1. de immunit.Eccleſiar. lib.6. & c.fin. §.per hoc. de pœn. lib 6. & clem.vnica de iure iurand. & clem. Sancta Romana. de elect. intercões. & dicitur magiſtra omnium fidelium. c.vnico. de ſumma Trinit. libr.6. Trid.ſeſſ.7. can.3. vberibus enim ſuis nos nutrit,& releuat, & defendit ab oppreſsionibus. c ad Romanam,2.quæſt 6.& dicitur mater, quia parit in regeneratione,quæ fit per baptiſmum, & per alia Sacramenta. c. qui abſtulerit. 12.quæſt.2. & c.cum diuerſis, cum ibi notatis de priuileg. lib.6.cum enim Romana Eccleſia ſit mater vniuerſorum Chriſti fidelium, obtinet principatũ ordinariæ poteſtatis,ſuper omnes alias Eccleſias c.antiqua. de priuileg.

3 Eccleſia etiam dicitur militans,& triũphans,& militans eſt diuinitus exemplata à triumphante,vt probatur ex diuo Ioanne, in Apocalypſ. c. 21. ibi. ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem, nouã deſcendentem de Cœlo. vna tamen eſt Sãcta Eccleſia Catholica,& in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremum, cui omnes obedire tenentur,cum enim in Eccleſia triumphante, eſt vnus Princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota Eccleſia perfectiſsimè eſt ſubiecta ita, neceſſe eſt in Eccleſia militante vnum ſupremum principem præſidere, cuius præceptis omnes obedire tenentur, clem.1. vbi notant omnes. de maior.& obed. interecões,& gloſſ. verb.Eccleſiæ. in clem.ad noſtram.de hæret.& c clericos.21.diſt.

4 Eccleſia vniuerſalis non poteſt errare in diffinitionibus fidei, vel eius articulis, nec in his, quæ pertinent ad mores neceſſarios ad ſalutem, propter Spiritus Sancti aſsiſtentiam. c maiores de Bapt. & c. Sancta Romana 15.diſt. & c hæc eſt fides.24. quæſt. 1. Luca c 22 in his tamẽ, quæ ſunt facti, & pendent à facto, & a probationibus, & conſiſtunt in iudicijs, & cauſis decidendis poteſt decipi, & errare, c. à nobis. 28. de ſent. excõt.& c.lator.de ſent.& reiud. & c.fraternitatis,defrigid.& malef. quoniam ſæpe ſequens hominum opinionem poteſt falli,quamuis iudiciũ Dei nunquam falli poſsit. d.c. à nobis. 28.de ſent. excõt.

5 Eccleſia non iudicat de occultis actis, & interioribus. c. vnico, vt Eccleſiaſt. beneſ. & c.tua nos, & c. ſicut. litteris.de ſim. D. Thom.12.quæſt.91. art. 4. & dicam infra verb.de Sacramento Pœnitentiæ.§.8.

6 Eccleſia eſt domus orationis, & non poſſunt excitari in illa,negocia ſecularia, nec iudicia, vel conſilia laicorum, nec ſeditiones, nec clamores, nec nundinæ, vel aliæ negociationes. c. decet. vbi Doct. de immunit. lib.6 & l. denunciamus,vbi etiã notant ſcribentes. c.de his, qui ad Eccleſ. cõfug.nec choreæ, aut cantilenæ prophanæ. clem.1.§. non nulli,de celeb.miſſ.nec ſupe-

Digitized by Google

ſupelectilla. in Eccleſia obſeruanda; c.relinqui. de cuſt. Euch.

7 Eccleſia non poteſt regi per laicum, nec illi poteſt regimen illius commendari. ſed eſt regenda, & gubernanda, per clericum rite ordinatum, & in ætate conſtitutum. c. ex tenore. vbi Doct. de ætat. & qualitat. & c. nemo. vbi Ioan. And. de elect. lib. 6. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de reformat.

8 Eccleſia parochialis non eſt conferenda niſi illi, qui fuerit dignus ſcientia, moribus, & ætate, & qui per ſe ipſum illam regat, & qui reſidere valeat. d. cap. ex tenore de ætat. & qualitat. & c quia nõ nulli. de cler. non reſid. & c. licet. §. is etiam. & c. ſtatutũ de elect. libr. 6. & vt ordinetur præsbyter inter annum, & aliter eſt à mouendus ab officio, regiminis Eccleſiæ, & eſt aliter cõferendum, d. c. licet. vbi Doct. de elect. lib. 6. cauſa tamen ſtudij poteſt pro motus ad Eccleſiam parochiale, non ordinari præſbyter, numerando, vſq; ad ſeptimum annum, à die promotionis numerando per diſpentationem tamẽ Epiſcopi diœceſani, c. cum ex eo. vbi Doct. de elect. lib. 6. nec poteſt ſub annuo cenſu regimen illius cõmitti. c. quoniam, ne prælat. vic. ſuas.

9 Eccleſiæ enim nõ poteſt imponi nouus cenſus, nec vetus augeri. c. ſcientes. & c. prohibemus. de cenſ. & paſtoralis, de his, quæ fiunt à prælat. & c. quoniam ne prælat. vic. ſuas. & dixi ſupra verb. cenſus. §. 27.

10 Eccleſiæ regulares debent ordinari per regulares, niſi in defectu illorum, quia tunc poſſunt ordinari per clericos ſeculares. c. inter quatuor. vbi Doctor. de relig. donib. Trid. ſeſſ. 14. c. 10. de reformat.

11 Eccleſiæ tamen ſeculares curatæ, monaſterio ſubiectæ, non ſunt gubernandæ per monachos, ſed per clericos ſeculares, & in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent ſub ſunt iuriſdictioni, viſi tationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſitæ ſunt, & ita ſi per regulares cura illa exerceatur, quatenus ad Sacramentorum adminiſtrationẽ & quatènus ad curam parochianorum, ſiuè eorum exceſſus, vel delicta, c. 1. vbi Abb. n. 6. & omnes de capell. monach. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de regul. Gerip. conſil. 24. n. 16. & dico. verb. regularis. §. 48.

12 Capellæ, xenodochia, hoſpitalia, leproſinaria, ſunt reformanda, & conſeruanda ſecundum ius, & ſtatuta, ſeù priuilegia cõceſſa in ſua fundatione, aut ſecundũ præſcriptam conſuetudinem, clem. 2. vbi Imol. Ioan. And. & alij de religioſ. domib. & Cõcil. Trid. ſeſſ. 7. c. 15. de reformat. & ſeſſ. 25. c. 8. de reformat.

13 Leproſi debent habere Eccleſiam propriam, & non debent aggregari, cum alijs in Miſsis audiendis, vel Sacramentis recipiendis, ſed ſuum habere præsbyterum in ſua Eccleſia, ſine præiudicio tamen antiquarum Eccleſiarum, & non ſoluent decimas. dehortis, & animalibus, quæ ipſimet leproſi nutriunt ad ſuum vſum neceſſaria. c. cum dicat. vbi Abb. n. 5. de Eccleſ. ædificand.

14 Eccleſia matrix aliquando dicitur Cathedralis. c. venerabili, & Abb. ibi. n. 1. de verb. ſign. aliquando Eccleſia Romana, aliquando Eccleſia parochialis, ſiuè baptiſmalis, d. c. venerabili vbi Doct. de verb. ſignifi. & c. extrans miſſ. vbi Abb. n. 2. de præſcript. & c. ad audientiam. 3. de Eccleſ. ædificand.

15 Eccleſia parochialis ſemper debet habere ſuam canonicam portionem de illis, qui in monaſterijs ſepeliuntur, aut qui in ægritudine, de qua deceſſerunt in monaſteria ingreſsi fuerunt. c. 2. vbi gl. verb. in vita, & Abb. n. 6. & c. de his. vbi Doct. de ſepult. quia portio illa datur Eccleſiæ parochiali propter labores, quas rector Eccleſiæ, & alij clerici illius ſuſtinent in Sacramentis miniſtrandis, & diuinis celebrãdis, quæ omnia rector, & alij Eccleſiæ Sacerdotes defuncto, dum vixit, miniſtrauerunt, & onus illorum ſuſtinuerunt; & qui ſentit onus, ſentire debet, & commodum. c. qui ſentit. de regul. iuris, lib. 6.

16 Eccleſia Cathedralis debet habere magiſtrum in Theologia, vel Doctorem, aut licenciatũ in iure canonico, qui gratis doceat clericos, eiuſdem Eccleſiæ, cui præbenda eſt aſsignanda. c. 1. & c. quia nõ nullis. de magiſtr. & Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. de reformat.

17 Eccleſiæ Cathedrali vacanti, ſolus Papa deputat viſitatorem, niſi Archiepiſcopus propter negligentiam, vel doloſam adminiſtrationem Capituli illum cũ cauſæ cognitione deputaret. c. Eccleſiæ. vbi gl. ver. non poteſt. & Dominic. Ioan. And. & omnes. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Innocent. & Hoſt. in c. vnico, vt Eccleſiaſt. benef.

18 Eccleſiæ vacanti eſt dandus æconimus, ſiuè tutor, vel defenſor, qui illã, regat, & defendat, & cũ eo agitabitur cauſa Eccleſiæ,

c. 1.

Digitized by Google

c.1. vbi Doct.de reb.Eccleſ.non alien.lib. & c.cum vos. de offic.ord. lib.6. & c.quoniam quidam. 75. diſt. & charitatem. 12. quæſt.2. Innocent. in c.1. ne ſedeuacant. Gig.depenſionib.quæſt.65. n.4. & ſi aliqua fuerint facta,vel iudicata in illius detrimẽtum, non dato illi curatore, ſunt nulla, & nullius momenti. d.c.1. vbi glo.verb.defenſore, & Dominic.Ioan.Andr.& omnes de reb.Eccleſ. non elienand.lib.6 & l.omnes qui,§. hoc nihilominus, vbi Salicet.C. de Epiſc.& Cler.

19 Eccleſiæ vacãti poteſt Epiſcop⁹ aliquod onus imponere,cũ Summi Pontificis confirmatione,& ille Clericus,in quem Eccleſia fuerit pro viſa, tenetur adimplere onus illud poſtea impoſitum.c.ſignificatum,vbi Abb. n.2.depræb.& c.paſtoralis.vbi Doct. de his,quæ fiunt à prælat.non poteſt tamẽ Epiſcopus ita grauare Eccleſiam, vt in illa prouiſos nimia paupertate de ſeruire non poſsit, nec hoſpitalitatem ſeruare, & vitã honeſtè ſecũdum illius, qualitatem agere. c. ſicut nobis, de ſuppl.negl.prælat.& c.1. depræb. lib.6. & gl.communiter approbata in c.1.verb. abſq; penuria de ſtatu monach. lib.6. & poteſt etiam Eccleſia vacãs concedi ab Epiſcopo pio loco, reſeruata aliqua penſione, vel pio loco aliquam pẽſionem, ex illa concedi,cum Summi Pontificis confirmatione. c. conſtitutus.§.cum autem,de relig. domib. & c. olim. 12. vbi gl.verb. conditione.de reſt. ſpol. & etiam quando cumq; poteſt Eccleſia cõcedi per Epiſcopum loco religioſo non præiudicãdo poſsidenti illius.c.conſultationibus,vbi Ant.de Butr. Innocent.Hoſt.Ioann.Andr. Abb. & omnes. de donat.

20 Capellæ poſſunt annectari Eccleſiæ Cathedrali, propter paupertatem præbendarum illius, reſeruata tamen congrua portione præsbyteris prouiſis in Capellis illis c.expoſuiſti. vbi Doct.depræb.hodie tamẽ per regulam.11. Cancellariæ,non poſſunt annectari, ſiuè annexari, vel in corporari, extingui,aut diſmẽbrari,Eccleſiæ,dignitates,perſonatus,ſeù officia,vel beneficia eccleſiaſtica,nec corũ domus. loca,ſeù prædia, & quamuis Eccleſiæ propter paupertatem, poterant vniri de conſenſu Epiſcopi,& Rectorum illarum Eccleſiarum, quæ vniebantur, & etiam ſine conſenſu Rectoris,cum illi nõ fieret præiudicium,c.ſicut. de exceſſ.prælat.& clem.ſi vna de reb.Eccleſ.non alien.& c.tua nuper. vbi Abb.nu.4.de his, quæ fiunt à prælat.& gl.verb.vnde in c.antiqua. de priuileg. Trid. ſeſſ.21. c.5. de reformat. hodie tamen hæc omnia ſunt reuocata per d.regulam.11.Cancellariæ.

21 Si tamen hodie Eccleſia vniatur per Sũmum Pontificem, aut per eius legatum,cũ Papæ confirmatione, debet tunc interuenire conſenſus Rectoris vtriuſq; Eccleſiæ vnitæ, & vnientis, cum conſenſu vtriuſq; Eccleſiæ parochianorum,& non debet illa vnio præiudicare iuri diœceſani. c.fin. de confirmat. vtil. vel inutil.& regul. 20.Cancellariæ.

22 Eccleſiam, aut Capellam, ſeù oratoriũ, non poteſt quis de nouò ædificare,vel inſtruere, aut altare in illa erigere,ſine licẽtia Epiſcopi diœceſani. c. cum olim.2. de priuileg.& c.nemo ædificet. de conſecrat. diſt.1.& c.autoritate.vbi Doct.de priuileg. lib.6. & auth.de Eccleſiaſt.titulis. §. ſi quis autem voluerit. coll.9. & auth.vt null.fabric.orat.coll.5.

23 Campanæ non poſſunt, etiam publicè pulſari in priuatis oratorijs. c.parentibus, vbi Abb. n.1. de priuileg priuatam tamen campanam bene poteſt quis habere in priuato oratorio, vt tenet Abb.in d.c.parentibus. n.2. nec in conuentibus mendicantium poſſunt eſſe plures campanæ, ſine licentia Summi Pontificis. extrauag. vnica. de offic.cuſt. intercões.

24 Eccleſia poteſt nouiter ædificari, intrà antiquam parochiam,quando antiqua parochia eſt ampla,& aliqui parochiani ſunt multo diſtantes ab Eccleſia parochiali, ita vt tempore hiemali, cum pluuiæ inundãt, non poſsint aliquos torrentes euadere,ſine difficultate, nec ſenes, & in firmi poſſunt, ſine difficultate venire ad audienda diuina,tunc enim fit Capella annexa Eccleſiæ illi parochiali,in qua erit Sacerdos,qui adminiſtret Sacramenta, & alia diuina officia illis parochianis,qui in illa Capella fuerint deputati, qui Sacerdos habebit congruam portionem, ab Eccleſia parochiali, ſi abundauerit, & aliter à parochianis. c. ad audientiam.3. vbi Abb. n.1. & omnes. & c.fin.de Eccleſ. ædificand. & debet hæc Eccleſia nouiter ædificata in omnibus ſubiacere Eccleſiæ antiquæ parochiali,c.2.vbi Doct. de Capell. Monach.& c.conſtitutus. de religioſ. domib. & c. omnes Baſilicæ, 16.quæſtion.7. & c.monaſteria. 18. quæſtion.2.

Digitized by Google

25 Eccleſia de nouo erecta, ſeù conuerſa debet obſeruare in omnibus conſuetudinem aliarum vicinarum. c. Eccleſijs. & c. ſuper eo. ubi Abb. n.1.de cenſ.& c.Eccleſia.de elect.& c.cum olim.de conſuet.& d. c 2. de capell. monach. & c. de Xenodochijs.& c.conſtitutus. de religioſ.domib.

29 Eccleſia non debet fundari, ſine dote, qua ſuſtentari poſsit miniſter illius. cap.1. vbi Doct.de cenſ.& c.nemo Eccleſiam. de conſecrat. diſt.1.& gl.verb.manſo.in c.ſecundum Canonicam.23.quæſt.8.& gl.2. in c.vt quiſq;. vbi Abb.n.2. devit.& honeſt. Cler.& gl.ver.conſecranda in c.cum ſicut. de conſecrat. Eccleſ.vel alt.attamē Eccleſiæ mendicantium,ſine dote ædificabũtur, quia mēdicantes arctiſsima paupertate viuere debent,& nullam proprietatē habere poſſunt.c.nimis parua,vbi Abb.n.2.de exceſſ. prælat.& c.1.8. confirmatas. de relig. domib.lib.6.Ang verb.Eccleſia §.6.

27 Eccleſia eſt reparanda,& reædificanda à Rectore illius,& à beneficiatis,omnes enim pro rata tenentur contribuere ad fabricā Eccleſiæ. ſi aliqui redditus ad id non ſint deputati,deducto tamē ne egeant. c.1.vbi Abb. n.2. & c.de his,de Eccleſ.ædificand. & gl.in c.1.& c.vnio noſtra.10.q.3 aliquā do tamen conſuetudo tranſtulit hanc obligationē Eccleſiæ reparandæ in parochianos, nam aliquibus partibus noſtræ Luſitaniæ parochiani reparant,& fabricant totam Eccleſiam, & in alijs reparant totam Eccleſiam, excepta maiori Capella, quam Rector Eccleſiæ,& beneficiati reparant, & hoc in Eccleſijs, vbi Rectores illarũ abundant multis redditibus,alijs autem partibus,& etiam,vbi Eccleſiæ tenuæ ſunt, illas reparant in totum Rectores,& Beneficiati. & in hoc eſt obſeruanda conſuetudo vnius cuiuſq; Eccleſiæ, cum bona, & laudabilis ſit. c.ad Apoſtolicam vbi Abb.nu.4. deſimon. & Angel.verb.Eccleſia.§.7.

28 Eccleſia collegiata eſt illa,vbi in inſtitutione illius fuerunt plures collegiati, vbi autem in inſtitutione non fuit,niſi Rector, & vnus Clericus, aut ſolus Rector non dicitur Eccleſia collegiata. l. neratius. ff. de verb.ſign.& gl.verb.duo. in c.1.de elect. & gl.verb..n conuentuali. vbi Abb.n.8. in c. nobis de iure patr. vnde Eccleſia Cathedralis. ſemper dicitur collegata, ſi tamen non conſtat de inſtitutione verum Eccleſia ſit collegiata, vel non conſeruatur in ſua poſſeſsione, vt tenet Abb.in d.c. nobis.d. n.8. de iure patr. & debet Eccleſia Collegiata habere ſacerdotes, qui poſsint ſingulis diebus duas Miſſas celebrare,vnam pro defunctis,& aliam pro feſto diei,ſeù de feria.c.cum creatura,vbi Abb.nu.1. de celebrat. Miſſ.

29 Eccleſia colligata poteſt habere præſentationem alicuius beneficij,& tunc nõ præſentat ſolus prælatus,ſed de conſenſu capituli, vel maioris partis illius præſentabit, niſi de cõſuetudine, vel priuilegio illi ſoli competat ius præſentandi. c.ea noſcitur. vbi Ant. Abb. & omnes, de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſens. cap.

30 Eccleſia Conſtantinopolitana,& Alexādrina,& Anteochena,& Hieroſolymitana vacantes, non poſſunt prouideri, niſi per Romanum Pontificem, qui ſuper illas, & omnes alias habet ordinariam poteſtatem, & aliter factum eſt nullum,& irritum,extrauag.3.vbi ſcribentes,de maior.& obed. intercões,& vſurpãtes illud ius prouidēdi ſeù aliud quodcumq; in Eccleſijs pluſquā iura permittunt,cõpeſci debent per Eccleſiaſticā cenſurā.c.in quibuſdam.de pœn.

31 Conſpirantes,& coniurantas contrà libertatē Eccleſiæ Romanæ,ſunt grauiſsime puniendi,& coniurationes,vel cõſpirationes huiuſmodi nõ valent, nec ſunt obſeruandæ.c.2. §.cæterum.de verb.ſign.lib.6.

32 Eccleſia vacans non patitur præiudiciũ in præſcriptione,nec tenet iudiciũ contra illam habitum,quia dum Eccleſia caret legitimo paſtore,& defenſore non poteſt cõueniri,nec valent tunc agitata in illius detrimentũ,c.conſtitutus. vbi gl.ver.vacãte. ne ſede vacant.nec dum eſt in ſchiſma,ſed potius Epiſcopus nouiter ad ipſam aſſumptus,vel ad fidē reuerſus poteſt intra trieniũ,reuocare loca ad ipſam Eccleſiā pertinentia.c.1.vbi Doct.cõiter.depræſcript.

33 Eccleſia reſtituitur vbicumq; fuerit læſa in his,quæ expectant ad ſtatum iudiciorũ, vt, ſi omiſsit probationem, (ſicut dicam verb. minor. §.43.) aut ſi non appellauit, aut ſi fuit contumax, aut dum agit,vel cõuenitur, fuit aliquo remiſſa,tunc enim reſtituitur toties, quoties fuerit læſa, etiam contra ſententiam Romani Pontificis.c.ex litteris. vbi gloſſ.ver. ad plenum,de in integr.reſt.& gl.ver.reſtituimus.in c.auditis, vbi Abb.n.14.eodem.tit.& clem.vnic. vbi Doct.cõmuniter.de in integr.reſt.l.minor etiā.ff.de minorib. Abb.in c.cũ veniſſent, n.8. de reſt.in integ. debet tamen petere

Digitized by Google

reſtitutionem intra quadrienium, à die læſionis, & poſtea nõ auditur, niſi ſub ſit aliqua rationabilis cauſa. d. clem. vnica. vbi notant omnes de in integr. reſt. & c. 1. eod. tit. lib. 6. & l. fin. C. de temp. in integ. reſt. & gl. ver. iure minoris, in c. 1. de in integr. reſt. Abb. in c. 1. n. 9. de præſcript. ſi tamen læſio fuit enormiſsima etiã vltrà quadrienium eſt Eccleſia reſtituenda, quia in læſione enormiſsima datur dolus, & fraus, quæ Eccleſiæ nocere non debet. c. 1. vbi gl. fin. & Doct. de in integ. reſt. lib. 6. Cou. ru. variar. reſolut. lib. 1. c. 3. nu. 10. Socin. conſil. 266. n. 24. lib. 2. & Ant. à Go. dec. 232. n. 2.

34 Eccleſia etiam contra confeſsionem reſtituitur, ſi per confeſsionem fuit læſa. c. 2. vbi gl. ver. confeſsionem, & Dominic. Ioan. And. & Philiph. Anch. & oẽs. de reſt. in integ. lib. 6. & Doct. in clem. vnica. eod. tit.

35 Eccleſia fungitur iure minoris. c. 1. vbi gl. verb. iure minoris, & Abb. n. 1. de in integ. reſt. & etiam fungitur iure Reipublicæ. ſicut enim ſubveniendum eſt Reipublicæ, ita Eccleſiæ. gl. verb. iure minoris, & Abb. n. 10. in d. c. 1. de in integ. reſt. & non ſolum reſtituitur cõtra priuatum, ſed etiam contra Eccleſiã. c. auditis. vbi Abb. n. 8. de reſt. in integr. Marant. de ord. iud. 6. part. §. de appellatione. num. 88 Doct. in clem. vnica, de in integ. reſt. & etiam de lucro. captan. lo, vt tenet Abb. in c. conſtitutus. n. 3. de reſt. in integ.

36 Eccleſia læſa per negligentiam procuratoris etiam eſt reſtituenda, & habet tunc electionem an velit agere contra procuratorem, vt ſatisfaciat illud, in quo contrahendo, ſeù litigando damnificauit Eccleſim. aut petere reſtitutionem contra tertium c. cum veniſſent. vbi gl. ver. reſtituimus. & Abb. nu. 19. & c. auditis. vbi Doct. de in integr. reſt. & quamuis Eccleſia non audiatur de iure communi, poſt terminũ peremptorium elapſum, per beneficium tamen reſtitutionis, bene auditur ſi fuerit læſa. c. coram. vbi Doct. de in integr. reſt.

37 Eccleſia non debet pati detrimentum in ſeruitio ad eius cultum pertinente, nec etiam prætextu priuilegij, ſed potius miniſtri illius ſunt compellendi, per ſubtractionem fructuum, vt veniant ad Eccleſiã ſeruiendam, ſi ſunt abſentes, & Eccleſia patitur detrimentum in ſeruitio, nec etiam beneficiati, in ſimplicibus beneficijs conſtituti. tunc excuſantur, ſi ad ſeruitium Eccleſiæ fuerint neceſſarij, & interim poterunt fructus omnes, ſiuè pars illorum pro arbitrio iudicantis aſsignari illis, qui Eccleſiæ ſeruierunt, cap. cum ad hoc. vbi Abb. num. 1. de Clericis non reſid. & c. 1. 21. quæſt. 1. & c. placuit. 21. quæſt. 2. quoniã de iure communi omnia beneficia, quamuis ſimplicia, & exigua requirunt reſidentiam. c. conquerente. & ibi Doct. de Cler. non reſid. Nau. in Manu. c. 25. n. 121. & dixi ſupra verb. beneficium. §. 63. & 64.

38 Duas Eccleſias nemo poteſt habere, niſi vna alteri ſit annexa. c. eam te. de ætat. & qualit. & c. de multa. de præb. & ibi Doctor. & c. 1. de exceſſ. prælat. & dixi ſupra verbo beneficium. §. 18.

39 Eccleſia patronata, non poteſt obtineri ſine conſenſu patroni, nec etiam inſtitutio ab Epiſcopo facta, ſine patroni præſentatione valet, & illam obtinens, ſine patroni conſenſu dicitur occupator, & detentor illius. cap. ex inſinuatione. vbi Abb. num. 3. de iure patronat. & ſi propter diſcordias patronorum adminiſtratore careat, ceſſatur in illa, a diuinis, & tolluntur reliquiæ, & oſtia clauduntur ſi alio modo Eccleſiæ ipſi prouideri non poteſt. cap. 1. vbi Abb. num. 1. & cap. 2. de iure patr. ſed iam hodie, hoc nõ obſeruatur in praxi, imo ſemper prouidetur Eccleſia de æconimo, qui parochianis adminiſtret Sacramenta, & alia diuina officia exerceat, dum diſcordias patronorum iudex componat.

40 Eccleſia poteſt, à patrono laico cõcedi Religioſo cum autoritate Epiſcopi diæceſani, aliter enim Religioſi de manu laicorum Eccleſias retinere non poſſunt, niſi legitima præſcriptione, fuerint moniti c. Cura paſtoralis. vbi gloſſ. verb. legitima, & Abb. in prin. de iure patr.

41 Eccleſia vindicans ſibi ius in aliqua parochia obtinebit, quod probauerit ſibi cõpetere per legitimam præſcriptionem, aut ſpeciale priuilegium, c. dilectus. vbi Doct. de capell. monach. quoniã præſcribere poteſt vna Eccleſia contra aliam per ſpaciũ quadraginta annorum. c. Sanctorum. & c. de quarta, vbi Doctor. & cap. ad aures. & c. quia indicante. de præſcript & cap. quia olim. decens. & authentic. quas actiones. vbi gloſſ. 2. C. de Sacro Sanct. Eccleſi. & authent. de Eccleſ. titul. §. pro temporalibus. coll. 9. & dicam infra verb. præſcriptio. §. 28.

42 Eccleſia præſumitur ibera ab omni ſub

ictione,

lectione,& ideo talis habenda eſt,niſi probetur contrarium per legitima documenta,vt tenet Abb. in c.2.de Capell.Monach. omniſq; res præſumitur libera, ex ſui natura. facit text. in l.altius,& in l.ſi in ædibus. C.de ſeruit. & aqua.Ioan.And. Hoſt. & al.j. in c.nimus de iure iurand. Bald. in c.cæterum. de iud. Alex.conſil.129. lib.1. Afflict.deciſs.277. n.6. Dec.cõſil.85.Barb. conſil.50. in 2.dub.lib.1.Cæſar. Vrſ.deciſ. 277. n.4.

43 Eccleſia ſita in diæceſi Epiſcopi alicuius, tenetur illi reſpondere in Epiſcopalibus, niſi Epiſcopus ipſi Eccleſiæ remiſiſſet iura Epiſcopalia, quæ remittere poteſt, & cenſum retinere. c.conſtitutus.vbi Abb.n. 1. & c.cum venerabili, de relig. domib. & c.cũ olim. de cenſ. aut præſcripſiſſet, quia Eccleſia inferior poteſt præſcribere in rebus,& iuribus Epiſcopalibus.contra Epiſcopum. c. auditis. vbi Ant.de Butr. Innocent. Hoſt. Ioann.And. Abb. & omnes.de præſcript.Merg.conſil.27.n.12.

44 Eccleſia ſita in aliquo Archidiaconatu, ſi in Cathedrali erigatur eximitur à iuriſdictione Archidiaconatus, quia illo fit ſuperior,& ſuperior non poteſt ligari ab inferiore. c.cum inferior. de maior.& obed. & c.inferior ſedes.& c.deniq;. 21.diſt.niſi illi ſe ſubijciat, quia tunc inferior poterit ligare.& fit ſuperior. c.nos ſic incompetẽter.2.quæſt,8.& l.eſt receptum.vbi Bart.ff. de iuriſd. omnium iud. & gl.verb. ligare. in d.c.cum inferior.de maior.& obed.

45 Eccleſia priuilegiata, vt ſit exẽpta à iuriſdictione Epiſcopi, non intelliguntur tunc parochiani exempti, ſed tantum miniſtri Eccleſiæ. cap.per exemptionem.vbi Doctor. & c.cum perſonæ. de priuil.lib.6. quoniam priuilegium conceſſum vni perſonæ, non eſt ad alias extendendum propter identitatem rationis, quod enim vni conceditur, de iure ſpeciali,non intelligitur alijs conceſſum, qui in conceſſione nõ ſunt expreſſi. c. ſane & infrà. vbi glo.1.& Abb. n.1.de priuileg Bald.in l.non tantũ. §.non omnia. ff. de execut. tutur. & Gem. in c.ne aliqui.de priuileg. lib.6.Anch.cõſil.109. Angel.conſil.272. Card.conſil.12. Dec.conſil.49. in prin.

46 Eccleſia vtens duplici priuilegio exẽptionis, ſi ex vno ſuccumbat poteſt alio iuuari. c.cum olim.14. vbi Abb.n.1.de priuileg. quia nullus prohibetur vti pluribus defenſionibus. regula nullus, vbi Doct.de regul.iur.lib.6.& l.nemo ex his,qui negãt. vbi Bart. remiſsiuè. & Dec.n.1. ff. de regul. iur. idem Bart.in auth.cõtra qui propriam.nu.6. C.de non numerat. pecun. & in l. cum de indebito in prin. nu. 2. ff. de probat.Abb. in c.is qui, n.3. de ſolut. Iaſ. in l.ſi ex pecunia.n.22. C.de furt.

47 Eccleſia exempta aliqua libertate, vel priuilegio, non poteſt compromittere in præiudicium ſuæ libertatis,aut ſui priuilegij, nec illis renunciare poteſt, ſine licentia Summi Pontificis. c.cum tempore.vbi Doct. de arb. non dicitur tamen Eccleſia exempta à iuriſdictione Epiſcopi,eò quòd ſoluat cenſum Eccleſiæ Romanæ.c.recepimus. vbi notant omnes.de priuileg.

48 Eccleſia non poteſt obligari à prælato pro debitis alieni, ſed potius ſi prælatus obligauerit Eccleſiam, pro alienis debitis, fit ſuſpenſus ab adminiſtratione temporali & ſpirituali ipſius Eccleſiæ,ſi illa in aliquo fuerit grauata.c.ſi quis præsbyterorum.de reb. Eccleſ. non alien. & c. ſi quorundam. vbi gl.ver.ipſo iure.& Abb.n.1.de ſolut.

49 Eccleſia,& perſonæ Eccleſiaſticæ nõ tenentur ſoluere pedagia, aut guidagia, vel exactiones decimam, vel centeſimam, vel aliquam quotam pro ſuis rebus,quas cauſa negociationis non deferunt,& qui illas,ab eis exigunt,& fauentes,ſcienter auxiliãtes, aut conſiliantes ſunt ipſo iure excõmunicati,& non poſſunt abſolui,niſi à Romano Põtifice,& ſi fuerit vniverſitas ſupponitur interdicto. c quàmquàm de cenſib.lib.6.& c.1.& c.Clericis.in prin.& §.nos igitur.de immun.Eccleſ.lib.6.& l.placet.vbi Doct. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.& l.non ſolent.C. vectig.nou.inſt.nõ poſſ.& c ſuper quibuſdam.de verb.ſign.& c.non minus. & c.aduerſus.vbi Abb.& oẽs.de imm.Eccleſ. tenetur tamen Eccleſia,& perſonæ, Eccleſiaſticæ contribuere ad refectionẽ pontium, fontium, & viarum, & ad alia onera, quæ rebus inhærent,l.an inſtructiones.vbi Doctor C.de Sacro Sanct.Eccleſ.& dixi ſupra verb.Clericus.§.75.& verb.collecta §.6.

60 Eccleſia non dicitur velle ſibi arrogare iuriſdictionem laicorũ,nec illam turbare, quando laicos malefactores, & violentos ratione peccati coercet, aut ſi aliquid de iure Eccleſiæ vſurpare voluerint. c.nouit. vbi notant omnes de iud.& c. cum ſit generale. de foro comp. & c.cauſam, quæ.7. qui filij ſint legat. & c.ſane in iudicijs. vbi gl.1.& 2.de priuileg.

Digitized by Google

51 Eccleſia poteſt locare fructus ſuos, ſeu redditus ad certum tempus, ſed modicū. c. veſtra. vbi Abb. n.4. de locat.& c.querelam.ne prælat.vic.ſuas.& clem.1.§.verū de reb.Eccleſ.non alien.vbi gl.fin.& Doct. Rectores enim Eccleſiæ non ſunt Domini, ſed miniſtri, & diſpenſatores, illius,& cōparantur vſus fructuario, qui morte finitur. gloſſ. verb. reſeruari, in c.fin de offic. ord.lib.6. & §.fin.inſt.de vſu fruct. nec poteſt Eccleſia rem ſuam locando,aut infeudando, ſeu Emphiteuticando alteri præiudicare. c. plerięq; vbi Doct. de pact.& l. inter debitorem. ff.de pact.

52 Eccleſia non poteſt teneri iure hæreditario, nec aliquis illo iure hæreditario in illam ſuccedere poteſt. c.conſuluit. de iure patron. & c.tranſmiſſa, & c.ad ſtirpandas. de fil.præsbyt.& c.Epiſcopo,& c.plerięq;, & c. Moyſes. & c.Apoſtolica.8. q. 1. & c. ex frequentibus. de inſt.& c. cum in cunctis. §.inferiora. de elect. Concl.Trid. ſeſſ.25. c.7. de reformat.& in eadem. ſeſſ. 25. c.1. vnde filij Clericorum,nec immediate, nec mediate poſſunt ſuccedere in beneficium paternum. vt determinatū fuit anno. 1530. in quadam.extrauag.quæ incipit ad canonum conditorem quam refert Nau.in c.ſi quādo de reſcript.Mandoſ. de ſignat gratiæ.§.diſpenſationes ad beneficia. ex quo manent correcta omnia iura antiqua,quibus permittebatur filiū Clerici poſſe mediate obtinere beneficiū patris.

53 Eccleſia non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione.c.ex frequētibus.de inſt. & c.1.vbi Doctor.de regul.iur.lib.6.& c.ſi quis de inceps.16.q.7.vnde nunquā fruct⁹ reſtituuntur intruſo, ex c. dilecto filio.25. depræbend. & c.cum dilectus. 28. de iure patr. vbi cōmunis. Gig.de intruſo.n.95.& qui aliquem in Eccleſia rite inſtitutum, & collatum pro pecunia, aut aliquo modo eiecerit,& illam ſibi vindicet,eſt deponēdus.c.qui alium.vbi Abb.n.1.deſimon.

54 Qui bona, ſeù cuſtodiā Eccleſiæ vacantis de nouo ſibi vſurpat,punitur pœna excōmunicationis ipſo facto. c.generali.vbi Doct.de elect. lib.6.& gloſ.ver.cuſtodiam. ibidē. hodie quicumq; occupauerit iuriſdictionem,bona, cenſus,iura etiam feudalia,& emphyteutica, fructus,emolumenta, ſeù quaſcumq; obuentiones,quæ in Eccleſiaſticorum miniſtrorum,& pauperum neceſſitates conuenire debent, per ſe,vel per alios, vi,vel timore incuſſo, & illa in propriās vſus conuerterit, incurrit ſententiā excōmunicationis ipſo facto,a qua nō poterit abſolui,niſi à Romano Pontifice,reſtitutis rebus, ſeù iuribus vſurpatis Tridēt. ſeſſ.22.c.11. de reformat.

Eccleſia viuentis, non poteſt dari, nec promitti alteri,& datio ſiuè promiſſio Eccleſiæ alicuius viuentis eſt nulla,& prohibita,quoniam datur occaſio captandi mortem alienam. c.nulla.& c.fin.vbi Abb.n.6. de conceſſ.præb. & c.conſultationibus.de donat.Concil.Trid.ſeſſ.24.c.19.de reformat.& dixi ſupra ver.beneficium. §.22.

56 Eccleſia ſubeſt illi parocho,ſiuè Epiſcopo, per quem probatur Sacramenta fuiſſe adminiſtrata incolis,& non attenditur ad terminos, per ciues diſtinatos, & ad illum Epiſcopum tunc pertinet,viſitatio,& cōſecratio illius.c.1.vbi gl.2.de relig.domib.& c.licet in regulis.in fin.16.quæſ.3.& c.poſſeſsio.16. quæſt.5.

57 Eccleſia poteſt cōſecrari à proprio Epiſcopo,aut ab alio Epiſcopo. de licētia proprij Epiſcopi, in quocūq; die, tàm feſtiuo, quàm feriali,& non feſtiuo, ſi tamen cōſecretur à nō proprio Epiſcopo,ſine licētia proprij valet cōſecratio,ſed ille Epiſcopus erit puniēdus.c.tua fraternitas.vbi Abb.n. 2.de cōſecrat.Eccleſ.vel alt.& c.Epiſcop⁹. 7.q.1.Ang.ver.conſecratio.in prin.

58 Eccleſia recōſecratur,ſi tota corruit,aut ſi maior pars illius enormiter lædatur, vel quādo dubitatur,& nulla ſcriptura,vel ſignum conſecrationis,puta cruces,aut aliud ſignū, eſt in illa, quo deſignetur remanere cōſecratio,quia in dubio nō dicitur iteratū illud,quod neſcitur factū,aut ſi parietes comburantur,& decruſtentur,aut reficiātur,licet paulatim.ita tamen quòd nō dicātur eidem. c.ligneis.& gl.ver.recōſiliari in c.propoſuiſti. vbi Abb. n.6. de conſecrat. Eccleſ.vel alt.& c.Eccleſiæ,& c.ſi motum, & c.Eccleſijs ſemèl.de conſecrat.diſt.1. & gl.ver.innouata. in c.de fabrica de conſecrat.diſt.1.& ſūm.Ang.ver.cōſecratio.§.3. & eſt cōis.non reconſecratur tamē etiam ſi totū tectū corruat,aut ligna cōſummentur ſi parietes remaneāt illæſi, quia cōſecratio nō fit in tecto Eccleſiæ,nec in ligneis illi⁹ tecti,ſed in parietibus,& ideo quāuis totū tectū corruat nō præiudicat cōſecrationi, quòd non eſt in parietibus.vbi fit cōſecratio,ſi cōburantur,aut corruant,d.c.ligneis vbi Abb.n.1.& oēs de cōſecrat.Eccleſ.vel alt.& d.c.de fabrica.de conſecrat.diſt.1.

Eccleſia

Digitized by Google

59 Eccleſia cõſecrata debet dotari ab illo, qui illã fecit cõſecrari, ſi in ſua fundatione, non habuit dotem congruentem ad illius miniſtros ſuſtentandos. c. cum ſicut. vbi gl. verb. conſecranda. & Abb.n.5.de conſecrat. Eccleſ. vel alt. & c.placuit. 1. q. 2. & c.piamentis. 16.quæſ.7.& Eccleſia Græcorum debet obſeruare in ordinationibus & conſecrationibus, vnctiones Romanæ Eccleſiæ.c.1.vbi Doct.de Sacr.Vnct.

60 Eccleſia conſecrata, aut eius cæmiterium contiguum eſt reconſilianda ab Epiſcopo, ſi fuerit polluta, aqua ab ipſo Epiſcopo, vel ab alio Epiſcopo benedicta, à ſimplice Sacerdote non poteſt Eccleſia conſecrata reconſiliari, niſi ex commiſsione Sũmi Põtificis. c.aquæ. vbi Ant.Innoc.Hoſt. Abb.& oẽs. de conſecrat. Eccleſ.vel alt.

61 Eccleſia vero non conſecrata poteſt reconſiliari ſine illa ſolemnitate, quæ requiritur in conſecrata, & per ſimplicem Sacerdotem, aqua ab ipſo benedicta. c. fin. vbi Abb.n.6. & omnes de cõſecrat.Eccleſ. vel alt.Nau. in Manu.c.27.n.236.& ſufficit teſtimonium vnius, vt Eccleſia habeatur pro polluta, & reconcilietur c.ſignificaſti, de adulterijs, quoniam quando agitur de re, quæ non tangit præiudicium alterius ſufficit, teſtimonium vnius. c. placuit. de conſecrat. diſt.4. & gl.in c.pluralis. de regul.iur. lib.6.

62 Eccleſia polluta ſit pollutum cæmiterium, ſi eſt contiguum, quoniam ſi fuerit ſeparatum, non ſit pollutum, quando Eccleſia polluitur, nec ſi cæmiterium polluatur ſit Eccleſia polluta, quamuis ſit contiguum, nec etiam ſi ſint duo cæmiteria cõtigua, ſi vnum polluatur ſit alterum pollutum. c. vnico. vbi Dominic.Ioan.Andr. Philiph. Arch. Anch.& omnes. de conſecrat. Eccleſ. vel alt. lib.6. Turrecremat. & alij.in c.Eccleſijs.de conſecrat.diſt.1.Nau. in Manu.c.27. n.237. verſ.6.

63 Eccleſia polluta dicitur quando in ea effunditur ſanguis humanus iniurioſè, aut ſi intrà eam quis aliũ percutiat, licet percuſſus extrà illam moriatur ex percutione, aut ſanguinem effundat. c.propoſuiſti, & c.fin. vbi Abb.n.1.de conſecrat. Eccleſ. vel alt. & c. vnico.vbi gloſ.verb.ſanguinis. eodem.titul.lib.6.& c.is qui.vbi gloſſ.ver. ſanguinis. de ſent. excommunicat.lib.6. & Eccleſijs. 68.diſt. & c. Eccleſijs. de conſecrat.diſt.1. ſumma Angel. verb. conſecratio. §.4. Nau. in Manu.c.27. nu.236.& ita per effuſsionem ſeminis humani, voluntariè, licet ſit à viro cum propria vxore.d.c. fin. vbi Abb. n.4. de conſecrat. Eccleſ.vel alt.& d.c.vnico, eod.tit.lib.6. & d.c.is qui. de ſent.excõt.lib.6. & c. Eccleſis. de conſecrat.diſt.1.& gl.ver.ſeminis.in d.c.vnic. de conſecrat. Eccleſ. vel altar Nau.in Manu.c.27. n.237. ſi tamen non ſit effuſio, ſed tantum ſint gutulæ ſanguinis, non ſiet Eccleſia polluta, nec ſi quis aliquem percutiat in Eccleſia cum poſtea non moriatur, nec ſanguis effundatur. effuſio enim largitatem oſtendit. c.reuertimini. 16.quæſt.1. & c.ſæpe.41.diſt.& gloſ. verb. effuſionem. in c.cum illorum de ſent.excommunicat. & tenet Nau.in Manu. c.27. nu.236.ſumma Ang. verb. conſecratio. §.4. nec etiam polluitur. ſi aliquod ſemen, aut aliquis ſanguis animalium, vel caſu, ſeù ioco ſanguis in Eccleſia effundatur, vel quis extrà Eccleſiam ſit percuſſus, & effugiat ad Eccleſiam, & ibi abundantiam ſanguinis effundat. vt notat gloſſ. verb. ſanguinis.in d.c. vnico. de conſecrat. Eccleſ. vel alt. lib.6. communiter approbata, nec polluitur, ſi quis exiſtens in Eccleſia emittat telum, aut aliquod tormentum. vel inſtrumentum, quo occidat, vel percutiat exiſtentẽ extrà Eccleſiam, quod tamen non erit, ſi exiſtens extrà Eccleſiam, occidat, vel percutiat exiſtentem in Eccleſia.d.gl.verb.ſanguinis.in d.c.vnic. de conſecrat.Eccleſ.vel alt.lib.6. Nau. in Manu.c.27. n.236.nec polluitur. ſi aliquis in ſua iuſta, & neceſſaria defenſione aliquem occidat in Eccleſia, aut ſi effundatur in illa ſanguis alicuius hominis martyris, cum ſanguis martyris Eccleſiam honorificet, gloſ.ver.ſanguis, in d.c.vnico. de cõſecrat.Eccleſ.vel alt.lib.6.Abb.in c.propoſuiſti.n.2.eodem.tit.ſumma Angel. ver. conſecratio. §.4.

64 Eccleſia vel cæmiteriũ polluitur, ſi in illa ſepellitur aliquis excommunicatus, aut paganus, tunc enim eſt recõcilianda, & corpora excõmunicatorum, ſeù paganorum, ſunt proijcienda extrà Eccleſiam, ſi ab alijs fidelibus corporibus ſeparari poſſunt, & diſcerni, c.conſuluiſti, vbi Abb.n.4.& gl.1. in c.fin.de cõſecrat.Eccleſ.vel alt.& c.Eccleſiam.de conſecrat.diſt.1.Nau.in Manu. c.27.n.237.Ang.verb.conſecratio.§.6.& in excõmunicato ſufficit reconciliare Eccleſiæ. in pagano vero eſt etiam facienda abratio parietum, ſiuè tignorum illius. d. c. Eccleſiam. de conſecrat.diſt.1.

Digitized by Google

65 Eccleſia etiam remanet polluta, ſi per aliquem Epiſcopum notorium excommunicatum fuit conſecrata, cum enim ſepultura excommunicati corporis polluit Eccleſiam, à fortiore polluitur, quando conſecratur, ſeù benedicitur à notorio Epiſcopo excommunicato, vt tenet Abb. in c. conſuluiſti. nu. 5. de conſecrat. Eccleſ. vel. alt. Nau. in Manu. c. 27. n. 238.

66 Eccleſia etiã polluitur ſi quis ſanæ mẽtis, rato animo ſe ipſum in Eccleſia occidat, aut vulneret, vſq; ad effuſionem ſanguinis. arg. tex. in c. contingit. 36. de ſent. excõt. & gl. ver. ſanguinis. in fin. in d. c. vnico. de conſecrat. Eccleſ. vel alt. lib. 6. ſumma Angel. verb. conſecratio. 2. §. 6. ſi tamẽ non fuiſſet ſanæ mentis, ſed demens, vel furioſus non pollueretur. clem. ſi furioſus. vbi Doct. de homicid. Ang. vbi ſupra.

67 Celebrans in Eccleſia polluta, licet peccet mortaliter, non fit tamen irrigularis. c. is qui. vbi Dominic. Ioan. And. & omnes de ſent. excommunicat. libr. 6. Abb. in c. tuarum. n. 5. de priuileg. & Doct. communiter. in d. c. vnico de conſecrat. Eccleſ. vel alt. lib. 6.

68 Eccleſia tamen occultè polluta nõ eſt reconcilianda, quæ enim ſunt ſancta coinquinari non poſſunt, vt impediatur celebratio in illa per occultam pollutionem, c. veſtra. de cohab. cler. & mul. & c. ſciſcitantibus. 15. quæſt. 8. & gl. verb. pollui. in d. c. vnico de conſecrat. Eccleſi, vel alt. lib. 6. Nau. in Manu. c. 27. n. 236.

69 Eccleſia tàm conſecrata, quàm benedicta, vbi diuina officia celebrantur, gaudet ſua immunitate, & licet diuina officia ibi non dum celebrentur, ſi iam ab Epiſcopo ſit benedicta, gaudet immunitate eccleſiaſtica c. Eccleſiæ. vbi Ant. de Butr. Innoc. Hoſt. Abb. & omnes de immunit. Eccleſ. Card. & Imol. in clem. 1. de pœn. & Cou. r. variar. 2. c. 20. n. 4. Nau. in Nanu. c. 25. n. 17. Remig. de immunitate Eccleſiarum. vt refert Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 4.

70 Immunitas eſt quaſi ſine muneribus, vnde dicitur quis immunis à peccato, id eſt, ſine peccato, & importat exemptionem à muneribus, ſeù oneribus, ita vt qui immunitatem habent, excuſantur ab illis, & dicuntur ex munia, id eſt, data libertas ab eo, quod eſt extra munera, c. fin. de purg. can. Abb. in Rubr. de immunit. Eccleſ. & Angel. verb. immunitas. in prin.

71 Eccleſia debet obſeruari in ſuo priuilegio immunitatis, vt ſi delinquens ad eam confugiat, ſit exemptus à poteſtate ſeculari, & non ſit ab ea extrahendus, c. inter alia de immunit. Eccleſ. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 1. nec eſt facienda aliqua violentia in Eccleſia, nec in cæmiterio illius, nec bona, quæ in ea ſunt poſita per violentiã ſunt auferenda, aliter enim violatores committunt ſacrilegium, & debẽt exommunicari, donec omnia reſtituant, & emendent, & ſunt condemnandi in aliqua pœna pecuniaria. c. ſicut antiquitus, & c. quisquis. 17. quæſt. 4. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de reformat. ſumma Angel. verb. immunitas. §. 21. & hæc pœna hodie obſeruatur in praxi, quidquid dicat Iul. Clar. libr. 5. §. fin. q. 30. n. 1. poſt gloſſ. verb. connubio. in c. cũ multæ. 15. quæſt. vlt. & poſt Ang. de Caſtr. inter conſilia Paul. de Caſtr. conſil. 458. circa. fin. lib. 2.

72 Eccleſia interdicta, aut polluta, & cæmiterium illius habet ſuam immunitatem cum non deſinit eſſe dedicata cultui diuino, & honos, qui Eccleſiæ debetur, nõ debet ceſſare propter culpam hominum, vt tenet Abb. & Hoſt. Ioan. And. & omnes in c. Eccleſiæ. de immunit. Eccleſ. ſumma Angel. verb. immunitas. §. 27. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 5.

73 Eccleſia tamen diſtructa omnino, ita vt ſola area remaneat nõ gaudet immunitate eccleſiaſtica, quoniam Eccleſia omnino diſtructa, & extincta iam non dicitur Eccleſia, ſi tamen non ſit omnino diſtructa, & extincta, ſed ſuam formam retineat, tunc gaudebit ſua immunitate, cum enim retineat ſuam formam dicitur eadem res. l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhibend. Abb. in c. 1. nu. 17. de reſt. in integ. & gl. verb. non teneat. in c. 2. de noui oper. nunciat. & gl. ver. donec. ibid. in c. Abbate. de verb. ſign.

74 Palatium Epiſcopi etiam gaudet immunitate eccleſiaſtica, iuxta conſtitutionem Eccleſiæ, c. id conſtituimus. 17. quæſtio. 4. Abb. in c. Eccleſiæ. n. 9. de immun. Eccleſ. Barbat. conſil. 33. n. 7. lib. 4. Nau. in Manu. c. 23. n. 18. Doen. regula. 228. & quamuis palatium Epiſcopi ſit conſtitutum extra cæmiterium Eccleſiæ, vltra quadraginta paſſus, gaudet hac immunitate. tenet gl. 1. in d. c. id conſtituimus. 17. quæſt. 4. Abb. in d. c. Eccleſiæ. d. n. 9. D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 3. §. 1. Guid. Pap. deciſs. 121. Barbat. vbi ſupra. & dicit cõmunem Cou. ru. reſol. c. 20. n. 6. attamen praxis cõtrarium obſeruat,

vt pala-

Digitized by Google

vt palatium Epiſcopi nõ gaudeat immunitate eccleſiaſtica, ſi non fuerit conſtitutum intra quadraginta paſſus ab Eccleſia, vt tenet Cou.ru. d. c.20. d.nu.5.Iul.Clar. lib.5.§. fin.quæſt.30. n.3.

75 Hoſpitalia, & oratoria priuata etiã gaudent immunitate eccleſiaſtica, ſi autoritate Epiſcopi ſunt fundata, & inſtituta, aliter vero nõ gaudent illa immunitate, nec priuilegia ad Eccleſiam conceſſa extendũtur, ad illa oratoria priuata, vel Hoſpitalia, vt tenet Abb.in c.Eccleſiæ.n.7.de immunit. Eccleſ. & in c.fin. n.4. de cenſ.Bald.in l. ſi quis ad declinandum.§.1.n.21.c.de Epiſc. & Cler.& Alex. conſil.9. n.2. lib.2. Fel.in c. de quarta. nu. 6. de præſcript. oratoria publica ſemper gaudent immunitate, quia autoritate Epiſcopi ædificata ſunt.ex text. in c.autoritate. de priuileg.libr.6. & c.nemo. de conſecrat. diſt.1. auth. de Eccleſ. titul.§. ſi quis autem. coll.9.

76 Monaſterium, & eius circuitus, qui vno oſtio clauditur gaudet immunitate Eccleſiaſtica,& ianua,& fores,& particus Eccleſiæ contigua, ita vt ſi quis confugiat ad Eccleſiam,& inueniat fores clauſas, attamẽ illis adhæreat gaudebit immunitate Eccleſiarum,& nõ poterit inde violenter extrahi,c.ſi quis contumax.17.quæſt.4.& facit text.in l.quæ religioſis. ff. de rei vind. Abb. in c.Eccleſiæ. n.10. de immunit.Eccleſ.Nau. in Manu.c.25.n.17.

77 Proijciens ſe ex ianua, vbi eſt Eccleſia, aut cæmiterium, gaudet immunitate Eccleſiaſtica, quamuis pedibus terram non tangat, cum Eccleſia, vel cæmiterium, retineat ſuam immunitatem in aere, vſq; ad cœlum, eidem cæmiterio reſpondens.per text.in l. ſi opus. §.in opere nouo, & in l. fin. §. ſi quis proiectum. ff. quod vi, aut clam.& l.fin.ff.de ſeruit.

78 Confugiens ad Sacerdotem portantem Euchariſtiam gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ſi adhæreat Sacerdoti aliquantulũ, pro boni viri arbitrio, immunitas enim Eccleſiaſtica à iure conceditur Eccleſiæ, propter honorem,& reuerentiam, quæ locis ſacris debetur, vnde maiori ratione debetur ipſi corpori Chriſti, probatur exẽplo illius mulieris, quæ tetigit fimbriam veſtimenti eius,& recepit ſanitatẽ. Matth. c.1.& tenet Abb.in c.ſane.n.1u. de celebrat. miſſ. Arch. in c.quiſitum.13.quæſt.2. Ant.Gom.2. tom. c.1.n.1. Cagnol.in l.vlnum.n.54. ff.de reb.cred.Gom.in §.pœnales. n.50. inſt.de act. Cou.ru. lib 2.reſolut. c.20. n.6. placa. de delict. lib.1. c.34 nu. 16. Nau. in Manu. c.25. n.18. Mench.lib. 3.2e teſt. §.22. n.55. Iul.Clar. libr.5.§.fin. quæſt.30.n.24.ille tamen qui eſt incarcere poſitus non poteſt vti hac immunitate, ſi accedat ad Sacerdotem celebrãtem incarcere, aut portantem Sacramentum Euchariſtiæ alicui infirmo, quia non eſt poſitus in ſua libertate, vt enim aliquis dilinquẽs gaudeat hac immunitate, quæ eſt exemptio, & libertas, vt diximus. §.70.debet fugere à manibus poteſtatis, ſeù à vinculis, aut ab alio loco, vbi detinebatur. gl.fin.in c.quæſitum. 13.quæſt.2. Abb. in d. c.ſane. n.1. de celebrat.miſſ.

79 Delinquens comprehenſus à familia poteſtatis, tranſiens per Eccleſiam, non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. Cum ſic deprehenſus in ſua libertate non ſit, non cõſeruatur ab Eccleſia, ſed permanet in illa ſeruitute, in qua erat detentus, qui enim ſeruus eſt, nõ poteſt gaudere exemptione libertatis, ſi tamen à manibus illius poteſtatis effugiat, & ponatur in ſua libertate, gaudebit illa Eccleſiaſtica immunitate. vt notat Palat. Rub .in Rubr.§.38.n.4.Cou.r. variar. cap.20. n.23. & Arch. in c.ſicut.1. 17.quæſt.4. Gam.deciſ.141.n.1.reprobata opinione Boer. deciſ.100. col.2. & Nauar. in Manu. cap.25. num.19. verſ.3. quotidie enim delinquentes tranſeunt per Eccleſias, & per cæmiteria illarum comprehenſi à familia poteſtatis,& nullus eſt, qui tunc clamet ad libertatem Eccleſiæ, nec procuret gaudere immunitate Eccleſiaſtica.

80 Immunitate Eccleſiaſtica gaudet excõmunicatus,& percutiens vel occidens Clericum, & ſacrilegius, interdictus, ſuſpenſus, ſi in Eccleſia non deliquit, quia non excipiuntur à regula generali, & ideò debent gaudere immunitate Eccleſiaſtica. vt notant communiter Doctor. in clem.1.de pœn. & remiſſ. Boer. deciſ.110. num.7. Nau.in Manu.c.25. nu.19. verſ.3. Cou.ru. lib.2. reſolut. c.20. n.11.Remig.de immunitate. fallent.19. n.1.Iul.Clar. l.b.5.§.fin. quæſt.30.n.18.

81 Immunitate tamen hac Eccleſiaſtica nõ gaudent Iudæi, Sarracẽni, Pagani,& omnis quicumq; infidelis, ſi ad Eccleſiam cõfugiat, vt euadat à criminibus, vt tenet Remig. de immunit. fallent. 18. Iul. Clar. lib.5. §. fin.quæſt.30. n.17. l.1. vbi gl.ver. T 4 arcean-

arceantur,& Salicet. C. de his, qui ad Eccleſ.confug. gl. in auth.de mand. princip. §. publicorum. coll. 1. Old.conſil.51.Mantua. conſil.211. n.17.& Anan. in c.Iudæi. 1. de Iudæi. 1. de Iudæ. & Sarrac.ſi tamen confugiat ad Eccleſiam , vt baptizetur. & efficiatur fidelis, bene gaudebit immunitate Eccleſiaſtica,l.1.vbi Doctor.C.de his, qui ad Eccleſ. confug gl verb.extrahēdus. & Abb.n.6. in c.inter alia. de immunitat. Eccleſ. Boer. deciſs.100. Nau. in Manu.c. 25.n.20. Fel. in d.c.Iudæi.de Iudæ.& Sarrac. D.Ant. 3.p. tit.12. c.3. §.1. Tiraq.de primogen, quæſt.66.n.8. Cou.ru.variar.2. c.20.n.11.& eſt communis.

82 Et idem eſt in hæretico, qui hæreſi abiurare voluerit,tūc enim excepto crimine hæreſis gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, pro alijs criminibus. facit text. in d. l. C.de his qui ad Eccleſ. confug. & Nau. in Manu.c.25. n.20. qua tamen parte eſt hæreticus,& infidelis. non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

83 Seruus, qui ad Eccleſiam confugit propter aliquod delictum à ſe cōmiſſum gaudet immunitate Eccleſiaſtica , cum enim in alio caſu exceptuetur à regula in hoc illi intelligitur conceſſa. c.qualis. 25.diſt. & l.cum prætor. vbi Bart. ff. de iud. & l. ex co. ff. de teſt. & l.quæſitum. §.idem reſpōdit. ff. defund. inſtr.& eſt regula. generalis canoniſtarum, vt omnes ad Eccleſiam cōfugientes gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, exceptis illis, qui certis criminibus tenentur. c.inter alia.de immunit.Eccleſ. vbi Eccleſ.vbi Doct.vnde ſerui etiam gaudere debent ſi tamen ſeruus ad Eccleſiam confugiat, vt liberetur à ſeruitio Domini, & à ſeruitute , & illum Dominum fraudet in ſeruitio, quod illi præſtare tenetur, nō gaudebit immunitate Eccleſiaſtica,ſed potius ab Eccleſia erit extrahendus,quia calliditas, & fraus, ſerui non debet Domino præiudicare. c. de ſeruorum. 54.diſt.& l.ſi ſeruus. vbi Doct. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. ſi autem ad Eccleſiam confugiat propter ſæuitiam Domini, tunc eſt diſtinguendum,aut ſæuitia Domini eſt magna,& intolerabilis , & tunc non eſt auferendus ab Eccleſia,vt Domino tradatur.l.ſi Dominus. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. & §. ſed hoc tempore. inſt. eodem, aut ſæuitia eſt modica, & tunc tradendus eſt Domino præſtita cautione ſaltem iuratoria, de non ſæuiendo in illum. c.inter alia. vbi Doct.communiter. de immunit.Eccleſ. & c.metuentes. 17. quæſt.4.& Nau.in Manu. c.25.n.19.Guter.lib.1.pract.quæſ.c.1.n.3. Menoch. de arb.cau.134.n.8. Cou.ruu.2. p. c.7.§.5. n.2.

84 Clericus & Religioſus confugiens ad Eccleſiam debet gaudere immunitate Eccleſiaſtica, nec inuiti ab Eccleſia ſunt extrahendi,quoniam Leges,& Canones loquētes de immunitate Eccleſiaſtica, loquūtur generaliter, vt omnes, cuiuſcumque conditionis ſint debeant ab Eccleſia obſeruari, nec inde ſunt extrahendi. vt eſt text,in l. præſenti. vbi Doct.C.de his,qui ad Eccleſ. confug.cum multis alijs,& facit,quia Clerici non debent eſſe deterioris cōditionis, quàm laici. c. non minus. de immunitat. Eccleſ.& immunitas Eccleſiaſtica eſt conceſſa Eccleſiæ,& locis ad cultum diuinum dedicatis,& in quocumque tàm laico,quàm Clerico retineri debet , & hæc eſt verior opinio in puncto iuris,& hanc tenet Rom. conſil. 227. & conſil. 234. Rimig. fall. 21. Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt.30.n.16.Mech. de ſucceſſ.creat. §.22.n.54.Card.in c.inter alia. de immunit.Eccleſ.Salzed.c.123.n.1. & eſt communis , vt per Bernard. Dias. in prat. criminal. c.115. & hanc tenentur Iudices ſeculares obſeruare,ſi aliquis Clericus fuerit degra datus, & traditus Curiæ ſeculari, vt tenet Ignat.de Salzed.d.c.123.n. 1. Littera A. contraria tamen opinio obſeruatur in praxi,apud Iudicem Eccleſiaſticum,quod Clerici,vel Religioſi,non gaudeāt immunitate Eccleſiaſtica, tenet Abb. in c.inter alia. n.13.de immunit.Eccleſ.& Ioan. Faber. in l.1.C.de his,qui ad Eccleſ. confug. Syluest. verb. immunitas.3. nu.2. verſ.3. Boer.deciſs.109. n.3. Cou.ru.lib.2. var.c.20.n.16. Rimig.de immunit.fall.21. ſumma Angel.ver. immunitas. §.14.Nau. in Manu.c.25. n.22.& hanc obſeruat conſuetudo in iudice Eccleſiaſtico tam in Clerico,quàm in laico, vbi Iudex Eccleſiaſticus procedit contra laicum.

85 Immunitate Eccleſiaſtica non videntur gaudere condēnati ad triremes, vel ad aliquod opus publicum,aut ac vltimum ſupplicium, omnes iſti fiunt ſerui pœnæ,& nō dicuntur in ſua libertate,& iſta ſeruitus illos ſequitur lata ſententia,quæ fraudari nō debet, nec ab Eccleſia debent defendi , & ita iudicatum fuiſſe in ſupremo ſenatu noſtræ Luſitaniæ refert Gam.dec.362.contrariā tamen opinionem veriorem exiſtimo, nam

Digitized by Google

nam hodie nullus benenatus, id eſt, libernatus, fit ſeruus pœnæ, ex condemnatione. auth. ſed hodie. vbi gl. & Doct. C. de donat. inter vir. & vxor. & gl. ver. in opus metalli. in l. aut damna. ff. de pœn. Bart. in l. qui vltimo. n. 3. ff. eodem. idem Bart. in l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. rup. & cũ hi non excipiantur à regula debent gaudere Eccleſiaſtica immunitate, vt tenet Nauarr. in Manu. c. 25. n. 19. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 21. & etiam condemnatum ad mortem gaudere immunitate, ſi ad Eccleſiam confugiat, tenet Rimig. de immunit. fallent. 30. Boer. deciſs. 110. n. 8. Palat. Rub. in Rubr. §. 38. n. 4. Cou. ru. lib. 2. var. c. 20. num. 12. Ant. Gom. in 3. tom. c. 10. & Iul. Clar. vbi ſupra. ſed praxis obſeruat primam. apud nos.

86 Debitor æris alieni, qui fugit ad Eccleſiam, debet gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ſi debitum eſt priuatum, l. præſenti. vbi Doct. c. de his, qui ad Eccleſ. confug. Abb. in c. inter alia. n. 24. de immunit. Eccleſ. Iaſ. in l. vinum. n. 5. ff. de reb. Old. conſil. 54. Arch. in c. id conſtituimus, 17. q. 4. Rimig. fallent. 27. Guterr. in l. nemo poteſt. num. 183. ff. de leg. 1. & lib. 1. pract. quæſt. c. 1. n. 10, Doen. regula. 175. Cou. nar. 2. c. 20. n. 14. Nau. in Manu. c. 25. n. 19. ſi tamẽ debitum eſt de aliquo tributo principi debito, tunc extrahetur debitor ab Eccleſia. authẽt. de mand. princip. §. publicorum. coll. 3. attamen Abb. vbi ſupra. poſt. per. & cin. inquit, quòd etiam debitores principis tributorum non ſint inuiti extrahendi ab Eccleſia, & exiſtimo, quòd in puncto iuris verum ſit, attamen in noſtra Luſitania non obſeruat praxis, vt debitores æris alieni gaudeant immunitate Eccleſiaſtica. per ord. lib. 2. tit. 5. in prin.

87 Immunitate Eccleſiaſtica, non gaudent publici latrones, aut nocturni de populatores agrorum, & qui ſtratas, publicas, & itinera frequentata obſident, vt deprehẽdant tranſeuntes. c. inter alia. vbi Abb. nu. 20. & omnes de immunit. Eccleſ. & l. 1. & 2. C. quand. liceat vnicuiq;, & c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. Mantua. conſil. 91. nu. 16. Rimig. de immunit. fallent. 1. & 2. Syl-ueſt. verb. immunitas. 3. n. 2. Cou. ruu. 2. variar. c. 20. n. 13. verſ. 19. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 9.

88 Nec qui aliquem per inſidias occidit, animo occidendi percutit proditorie. c. 1. de homicid. Rimig. de immunit. fallent. 2. Nau. in Manu. c. 25. n. 21. Cou. ru. 2. variar. c. 20. n. 7. vbi cõmunem dicit Ant. Gom. de delict. c. 10. à nu. 2. verſ. 5. limita placa. lib. 1. de delict. c. 12. n. 6. Mench. lib. 3. de teſtam. §. 22. à n. 53. verſ. illud autem Anania, & Pel. in d. c. 1. de homicid. Alex. cõſil. 145. n. 5. lib. 7. Doen. regula. 228. limitat. 8. Boer. deciſ. 109. Alciãt. de præſumpt. regula. 3. præſumpt. 33. & libr. 7. Parerg. c. 6. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. nu. 11. licet contrarium teneat Abb. in d. c. 1. de homicid. & in d. c. inter alia. de immunit. Eccleſ. & Albert. in c. 1. quæſt. 11. de hæret. lib. 6.

90 Neq; qui deliquit in Eccleſia, aut cæmiterio illius ſpe immunitatis gaudet immunitate Eccleſiaſtica. c. fin. vbi Abb. n. 9. & omnes. de immunit. Eccleſ. c. frater. 17. q. 4. glo. fin. & Doct. in c. fin. de homicid. Rimig. de immunit. fallent. 3. à prin. Nau. in Manu. c. 25. n. 20. Cou. ru. 2. var. 20. nu. 15. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 15. ſi tamẽ caſu, & abſq; animo habendi immunitatẽ, quis delinquat in Eccleſia, gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, vt tenet Hoſt. Abb, & omnes. in d. c. fin. de immunit. Eccleſ. Rimig. de immunit. fallent. 3. nu. 3. ſed hoc non obſeruatur in praxi, imò quicumq; delinquit. in Eccleſia non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, nec attẽditur verum deliquiſſet animo habendi immunitatem, aut non, vt tenet Nau. in Manu. c. 25. n. 20. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. nu. 15 in noſtra Luſitania tamen ſi, caſu, & ſine deliberatione delinquat gaudebit immunitate. Exod. lib. 2. tit. 5. §. 2. a contrario ſenſu.

91 Neq; gaudet exiſtens in Eccleſia occidens, ſeù percutiens aliquem exiſtentem extrà Eccleſiam, aut exiſtens extrà Eccleſiam occidens, vel percutiens exiſtentem in Eccleſia, vel cæmiterio, quia tunc in Eccleſia dicitur delinquere, vt tenet Abb. & communis. in c. fin. n. 11. de immunit. Eccleſ. Nau. in Manu. c. 25. n. 21. ſi tamen quis occidat, aut percutiat aliquem in Eccleſia in ſua iuſta, & neceſſaria defenſione gaudebit immunitate Eccleſiarum. cum iuſtè facere poſsit clem. ſi furioſus. vbi Doct. de homicid. & facit. text. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. Doct. in c. 1. de homic.

92 Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet confugiens ad Eccleſiam cum furto retẽto in Eccleſia, quoniã ex illa retentione naſcitur crimen commiſſum. in Eccleſia. l. 1.

vbi

Digitized by Google

v'bi gl. fin & Bald. C.de noxal.& l.fur eſt. ff de furt. Bart. In l.ſi dominium.n.2.ff eod. & ita in ſpecie Cou.ruu. var.2. c.20.n.15. verſ.28. Rimig. fallent.3. nu.6.licet Gam. decíſ.171. dicat contrarium fuiſſe iudicatum, & male, quoniam quãdo quis retinet furtum in Eccleſia dicitur tunc furtum facere, & delinquit per illam retentionem in Eccleſia. l.ſerui, & filij. §.vnde eſt. ff de furt. ibi plane,ſi manu miſſus contrectauit dicendum erit teneri eum furti iudicio, quia hodie furtum fecit. vnde clarum patet hunc in Eccleſia deliquiſſe.

92 Confugiens ad Eccleſiam habens duo crimina,de quibus pro vno gaudet immunitate Eccleſiaſtica,& pro alio non,eſt abſtrahendus ab ea propter illud crimẽ,pro quo non gaudet immunitate, & poſtquam ab illo fuerit abſolutus, eſt ad illam reducẽdus propter illud,de quo gaudebat,quoniam reuocatio priuilegij, quoad vnum, non extẽditur ad aliud.c.nuper.de decim. vbi Abb.n.3.& c.conſtitutionem.vbi gloſ. verb.prorogamus. de regul.iur. lib.6.& c. quàmquam.8.de elect.d.lib.6. & Boer.diciſ.110 Capella. toloſa. deciſs.422. Gam. deciſs.52.

93 Neq; gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, qui ſponte ab Eccleſia egreditur, quãuis ſub dolo, & deceptus ab aliquo egrediatur, quòd tamen non erit ſi per vim a quocumq; extrahatur, quia tunc gaudebit cum ſponte non egrediatur. c. inter alia. de immunitat.Eccleſ.& c.ſi quis cõtumax. 17 q.4. Nau.in Manu.c.25.n.22.

94 Immunitas Eccleſiaſtica debet iudicari ſecundũ Canones,& in illa potius eſt ſtandum deciſionibus iuris Canonici, quàm ciuilis,cum hæc immunitas ſit conceſſa ad honorem,& reuerentiam exhibendã locis. ad cultum diuinum dedicatis. c.reum.17. quæſt.4. & l præſenti. C.de his, qui ad Eccleſ.confug Cou.ru.var.2.c.20.n.2.& dum ſumitur cognitio, vtrum delinquens gaudeat immunitate,aut non, poteſt mitti incarcerem in cuſtodia, vel poni cuſtodes, ad eum cuſtodiendum. ex Guid.Pap.diciſ. 121.ad fin.& Remig. de immunit.quæſt.6. ign.in l.1.in prin.num.9. ff. ad ſilan.& Iul. Clar.lib.5.§.fin.quæſt.30.n.21.

Verbo Electio.

1 ELectio eſt vocatio alicuius perſonæ ad prælationem,vel ad aliquod officium, aut ſocietatem, canonicè facta. c. litteras, 63. deciſ. Abb.in Rubr. n.2. de poſtuland. ſumma Angel.verb.electio.

2 Electio Summi Pontificis expectat ad Cardinales,& eſt facienda,vbi Summus Põtifex reſidebat, cum ſua Curia,quando deceſsit præſentib⁹ cardinalibus inter eſſentibus, abſentibus vero, decem diebus expectatis. c.licet de vitanda. de elect. & c. vbi periculum. § hoc ſacro.de elect.lib.6. & clem.2. §. ſane.eodem. tit.Aluar.Pelag. de planto.Eccleſ.lib.1.c.1.& ſeq.Iacob.de caſ. libr.3 art.1. Sot.libr.3.de iuſt.& iure. quæſt.6. art.2.

3 Electio Imperatoris expectat ad Principes germanos, videlicet ad Archiepiſcopum Maguntinum, & Archiepiſcopum Colonienſem,& Archiepicopũ Triuienſem, & ad comitem Palatinum, & ad ducem Saxoniæ, & ad Marchionem Brandeburgenſem, & ad Regem Bohemiæ. licet Rex Bohemiæ hoc ius non habeat ab antiqua conſtitutione,hodie tamen vocatur præcipuè, ſi alij inter ſe diſcordant, examinatio tamen electi, & approbatio, inunctio, & conſecratio, & coronatio expectat ad Summum Pontificem.c.venerabilem. vbi Abb. n.1. de elect. gl.verb. illi autem.in c.2.de reiud.lib 6.

4 Electio Epiſcoporum ab initio fiebat a Summo Pontifice, vt eſt text. in c.1.& 2. diſt.22. poſtea vero, creſcente Religione Chriſtiana per omnes mundi partes, fuerunt Summi Pontifices occupati in gubernatione rerum gerendarum, & commiſerunt hanc electionem Clericis, & populo. c.2.& c.plebs. & c.Epiſcopos. 63.diſt.poſtea vero Clericis Eccleſiarum Cathedralium. text. in c. ſ. & c.cum terra.& c.qualiter. & c.dudum. & per totum. de elect. & tũc ad Clericos Eccleſiarum Cathedralium pertinebat electio Epiſcoporum. c. cum.Eccleſia Sutrina. vbi Abb. num.5.de cauſa. poſſ.& prop. & Iaſ.in l.naturaliter. §.nihil commune. n. 125. ff. de aquirend. poſſ.& ita inconuentibus regularium,expectat electio prælati ad Clericos de Conuentu,& ad illos de Collegio. nam quælibet Congregatio debet ſibi de iure cõmuni eligere pralatum. d. c.cũ terra,de elect. & c.Congregatio.16. quæſt.7. & c.Abbatem.18. quæſt.2. & gl.fin.in c.quamquam. de elect.lib.6. ſumma Angel.verb.electio. 88
§.1. poſtea vero quoniam, Clerici Eccleſiarum Cathedraliũ ab vtebantur illo iure eligendi,

Digitized by Google

eligendi,& Eccleſia turbabatur magnis cõtentionibus,vt eſt text.in d.c.cum terra,& c.dudum,& c.cum victonenſis, & c.per inquiſitionem cum alijs. de elect. & c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ.& prop. reſeruauit Summus Pontifex ſibi ius eligẽdi Epiſcopos Eccleſiarum Cathedralium, & Archiepiſcopos, & Patriarchas, & etiam reſeruauit omnia monaſteria virorum, valorem annuũ ducentorum Florenorũ auri, communi æſtimatione excedentia, per regulam Cancellariæ. 2. quæ reſeruatio hodie durat.attamẽ Regi Franciæ fuit hęc electio conceſſa, & vt eligeret Summum Pontificem,nunquàm tamen vſus fuit hac conceſsione imo potius non acceptauit eligere Summum Pontificem, c. Adrianus. 22. diſt.63. & Regi Italiæ ita fuit conceſſum. c. inſynodo. 63. diſt. & ita non fuit vſus electione Summi Pontificis, Regibus autem Hiſpaniæ, & Galleciæ fuit conceſſa hæc poteſtas eligẽdi Epiſcopos, & Archiepiſcopos, c.cum longe.63.diſt.& ſemper vſi fuerunt illa poteſtate,& etiam hodie illam retinent, nam quãdo Clerici Eccleſiæ Cathedralis eligebant prælatum electio illa præſentabatur Regi, & poſtea mittebatur Romano Pontifici, & ille confirmabat, at poſtquàm Romanus Põtifex illam electionem abſtulit à Clericis,Eccleſiæ Cathedralis,elegerunt Reges ſupra relati per ſe,vſq; in hodiernum diem.

5 Electus ſufficit docere eligentes eſſe in quaſi poſſeſsione eligendi tẽpore electionis,ad validitatem ſuæ electionis,& cõfirmationis, c. querelam, & c. ingeneſi, vbi Doct. de elect. & c.cum olim. 7. vbi Abbas. num. 5. de cauſ. poſſ.& propriet. & c. conſultationibus.de iur. patron. & Innoc. in c.2. de in integ. reſt.Doct.in c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſ.& propriet.

6 Electus à maiori parte eligentium confirmatur, ſi eſt dignus moribus ætate, & ſcientia, quoniam ſi ille, qui eſt electus à maiori parte non fuerit dignus,confirmabitur ille, qui fuerit electus à minore, & ſaniore parte. c.dudum, & c.ad audientiã, & c. auditis,& c. venerabilem, & c.coram. & c.congregato.& c.Eccleſia de elect.& c. ſi quando. vbi Dominic. Ioan.And Arch. & omnes. eodẽ. tit. lib.6. quoniam maior pars regulariter præualet in vniuerſitatibus Eccleſiaſticis, niſi minor rationabiliter contradicat. c.cù incunctis.vbi Abb.n. 5.& oẽs.de his,quæ fiũt à maior.part.cap.

7 Electio eſt celebranda præſentibus omnibus, qui.debent,& volunt,& poſſunt intereſſe, & aliter electio non valet. c. quia propter. vbi communiter Doct. de elect. & abſentes,qui ſunt in prouincia,aut extra ſunt vocandi. ad electionem, ſi commodè vocari poſſunt, c.coram. vbi gloſſ.verb.in prouincia,& Abb.n.3.& c.bonæ memoriæ. 36. de elect. vocatis tamen non vocandis valet actus illis non expectatis. c.cum inter. vbi Abb. n.1.eodem tit.ſufficit tamẽ, poſtquàm omnes ſunt vocati, quod adſint duæ partes illorum, qui habent vocem,niſi aliud obſeruetur per ſtatutum,aut cõſuetudinem. l.nulli. vbi Bald. ff.quod cuiusq; vniuerſit. & l. nominationum. vbi gl.1.& fin.& Bart. C.de decurionib. lib.10. Abb. in c.bonæ memoriæ.n.25.de poſtul.

8 Vocandi ſunt omnes de capitulo Eccleſiarum Cathedralium, ad concilium, prouinciale, non vt iudicent, ſed vt aſsiſtant. c.fin.vbi Innocent.& Abb.de his quæ fiunt à prælat.& idem Innocent.& Abb.in c.graue. depræbend.

9 Electio non valet, ſi vota eligentiũ ſunt ſingularia, nam, ſicut ſingulares teſtes non probant, ita vota ſingularia eligentiũ, nec illa, quæ non fit à maiore parte eligentiũ, c. in geneſi,vbi gl.verb.ex ſingularibus.de electat. & l.per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præd.hoc tamen eſt intelligendum,quãdo agitur de re ſpectante ad plures,ſuper qua poſſunt ſinguli diſponere,vt tenet Abb.in d. c. ingeneſi. n.7. quoniam hodie ſi electio fiat ex cõpromiſſo,aut per viam ſcrutini, poteſt ab vno fieri, & per vota ſingularia. c.ſicut. vbi gl.verb. formam,& verb. per vnum,& Dominic. Arch.Ioan.And. & alij. de elect.libr.6.& c.cum ab vno de reiud.lib.6.Abb. in d. c. in geneſi.num.7.de elect.

10 Eligens poſtulando,vel poſtulans eligẽdo nihil facit,quoniam magna differentia eſt inter poſtulationem, & electionem, & ille qui poteſt eligi, non eſt poſtulandus, & eligentes vtrumq; facientes nihil faciũt c vnico. vbi communiter Doct. de poſtuland.lib.6. & Abb.in Rubr.n.3.de poſtul.

11 Electus non poteſt proſequi duas electiones petendo confirmationem illarum, quamuis proteſtetur ſe eſſe contentum altera per quam conſequatur effectum ſuæ intentionis, nec etiam diuiſim poteſt illis vti, imo eligens vnum ex contrarijs alteri videtur renunciare, qua propter neceſſe

eſt

Digitized by Google

eſt vnam tantum eligere,& illa electa non poteſt ad alteram redire. c. vt quis duas. vbi gl.ver.duas & verb.& ex vna.& Doct. de elect.lib.6. & l.commiſſoriæ.vbi Bald. & Salicet. C. de pact.inter. empt. & vẽd. & l. 1.vbi Salicet.C.de furt.& ſeru.corrupt. gl.ver.quod in regula,quod ob gratiam,de regul.iur. lib.6.poteſt tamen ſi dubitat.de validitate primæ collationis in petrare ſecundum,quia ex pluribus cauſis eãdem rẽ poſsidere poſſumus,l.3.§. ex pluribus,vbi Bart.n.2 ff.de acquirend.poſſ. Abb.in cõſil.3. n.1. part.2.

12 Electus debet conſentire electioni de ſe factæ infrà menſem poſtquam electio illi fuerit præſentata , aliàs remanet priuatus ipſo iure , ſi aliquod ex electione illi fuit acquiſitum , & poſtquàm conſenſit, debet petere cõfirmationem electionis infrà tres menſes,& aliter nõ valebit electio, ceſſante aliquo impedimento. c.quam ſit.vbi gl. verb.menſem,& verb.petere,& Ioan.And. de elect. lib.6. & tunc debet confirmari a ſuperiori,& ſi confirmationem. infrà illud tempus petat à ſuperiore,& illam non obtineat,non cadit à iure ſuo, cum per illum non ſtetit. c. cum ſicut. de eo, qui mitt. in poſſ.& c. commiſſa. de elect.lib.6.& c.imputari, & c.cum non ſtat. de regul.iur.lib. 6. & l.intra.ff.de minorib.& gl.verb.petere, in c.quàm ſit. de elect.lib.6.& ſi electio fuerit caſſata eò,quòd electus non cõſentit,aut renunciauit electioni, poſt conſenſum,aut mortuus fuit,ſiuè propter aliquod vitium occultum,remanet ex tunc integrũ tempus electoribus,niſi aliqua fraus interueniat. c.ſi electio ex tunc. vbi gl. verb. ſi electio,& Arch Ioan. Monach.Ioan Andr. & omnes. de elect. lib. 6. idem Monach. in c.1. vt lit.pend.eod.lib.6. quoniam electio,quæ non tenet,non aufert facultatem denuò eligendi,quia actus nullus non impedit repetitione eius actus, electio enim nulla ipſo iure non dicitur electio,nec impedit ſecundam. c.congregato. de elect. & c.2. eodem. tit.lib.6. Iaſ.in l.ſerui electione. n.3. ff. deleg.1. & ita quando non fuit acceptata,per electum, ſi mortuus fuit,vel renunciauit illi, ſi tamen electores ſciẽter elegerunt indignum , remanent illa vice priuati poteſtate eligendi. c.cum Vitoniẽſis Eccleſia, & c.nihil. & c.cum incunctis. §. Clerici,& c.per inquiſitionem,& c.ſcriptum.de elect.c.gratum.de poſtul.& c.quĩ quã.vbi Doct.& c.perpetuo.de elect.lib.6.

13 Et eligens imperitum,pro perito,tenetur pro damno ſubſecuto. l.vtiq;. § culpa. vbi gl. fin. ff.de rei vind. quoniam hic fuit in cauſa damni, eligendo imperitum , pro perito,& non tantum tenetur ad reſarciẽdum damnum ille, qui damnum dedit,ſed ille,qui cauſam damni dedit. c.ſi quis.& c. ſi culpa. de iniur.& damn.dat. & l.in furti actione. in fin.ff.de furt. & gl.ver.dederũt. in c.ſicut nobis.de teſtib.

24 Electio celebrata præter formam Concilii, vel compromiſsi,ſiuè ſtatuti,non valet,& eligentes ſcienter contra formã Cõcilij, compromiſsi, vel ſtatuti,debent priuari poteſtate eligẽdi,pro illa vice, c.quia propter.& c. ingeneſi. vbi Abb. & omnes. de elect.& c.ſicui eligendi, vbi Ioan.And. & c.ſicut cum per formam.de elect.libr.6. & dicam infra verb.forma. §.3.

15. Electio debet fieri libenter, & non coactè,nec contra libertatẽ Eccleſiæ,imo illè, qui conſentit in electionem de ſe factam, contra libertatem,Eccleſiaſticam,fit in eligibilis ad aliquam dignitatem , & nullum cõmodum habebit exprædicta electione, c.quisquis.vbi gl.ver. fiat de elect.c.dilectiſsimi,8.q.2.& c.cum terra.de elect.

16 Electio non eſt clandiſtinè facienda,nec occultè , aut per occultam conuenticulã, ſed vbi primum fuerit celebrata,ſtatim eſt publicanda, c.quia propter. §. electiones. vbi Abb.n.2. de elect.& c.ſi quis Papa.79. diſt. qui enim facit clam, fraude, aut mala fide facere videtur. l. clam poſsidere , in prin. ff.de acquirend. poſſ.& l.prohibere. §.clam. ff. quod vi, aut clam. & Bart. in l. Alio hærede.n.17.ff.de aliment.legat.

17 Electores nõ poſſunt variare publicato Scrutinio. c.publicato,& c.cum inter canonicos,& ibi Innocent.& Ioann. And. de elect.& c.ſicut cum formam.codẽ, tit.libr. 6. aut poſtquã præſentata fuerit ſuperiori ad confirmationem,c.bonæ.4.vbi Doct.de poſtul. quamuis in poſtulatione ſit aliter, quia in illa dat variatio, antequàm ſuperiori ſit præſentata. c. poſtulationem de poſtul. nec poſſunt electores compromittere in præiudicium electi,ſuper validitate electionis iam factæ. d. c. canonicos. 21. vbi Abb.n.3.& alij.de elect.

18 Electus contra quem proponitur defectus perſonæ,vel ſcientiæ, non eſt confirmandus,donec exceptio illa terminetur. c. ſi forte. vbi Ioan. And.de elect.lib.6.& c.2. de verb.ſign. eod. lib.6. imò electus debet

docere

docere ligitime, apud confirmatorem, de moribus,& ætate, aliter enim confirmandus non eſt, & habetur pro non benè electo. c.cum nobis.19.vbi Abb.Innocent.& omnes de elect. nec poteſt iterum eligi, ſi electio non fuit confirmata vitio perſonæ, ſi vero electio fuit alio modo caſſata,benè poterit iterum eligi, cum electio in forma peccaſſet,& non in vitio perſonæ. c.ſuper eo. vbi Abb.n.1. de elect.

19 Electus, debet amoueri, ſi non habuit ſufficientem ſcientiam, aut ſi adminiſtrauit,ante confirmationem ſuæ electionis, & electio illa eſt caſſanda. cap. qualiter. vbi Abb. n.4.de elect.& ſi eligentes admittant electum, ad adminiſtrationem,ante cõfirmationem ſuperioris,fiunt priuati poteſtate eligendi, & illa poteſtas deuoluitur ad alios, qui non deliquerunt, & ſi omnes deliquerunt, deuoluitur ad Papam. c. cũ bonæ. vbi Abb.nu.2. de elect.quia electus ante confirmationem,non poteſt adminiſtrare per ſe, nec per alium, nec beneficia conferre,c.noſti. vbi Doctor.de elect.& c. auaritiæ. vbi Monach.Ioan.And.& omnes de elect.lib.6.

20 Electus debet poſt electionẽ præſentari confirmatori, & confirmator debet illum examinare de ſcientia, vtrum habeat ſufficientem ſcientiam ad dignitatem,vel officium,ad quod fuit electus,& etiam debet inquirere de moribus, & vita electi, & de illius ætate,& his peractis,debet illum inſtituere, & collare indignitate, officio, vel beneficio,ſuæ electionis,c.cum à nobis.19 & c.venerabilem, & c.nihil. de elect.& gl. 1.in c.ſignificauerunt de except.

21 Electus, qui tenetur pro negocio ſuæ electionis ire ad Curiam Romanã Sede vacante non incidit in moram, nec illi tunc præiudicat,ſi moram faciat extrauag.1.vbi Doct.de elect.Ioan.22.

22 Electus ad ſecundam Eccleſiã debet dimittere primã, & ſi primã noluerit dimittere poſſunt electores reſilire ab illa electione,& confirmator non debet illũ acceptare,& poſſunt electores alterum idoneum eligere. c.cũ non ignores.vbi Abb. n.2.depræb.nec poſſunt duo eligi ad regimen vnius Eccleſiæ, & adminiſtrationem illius,nec valet talis electio tanquàm facta contrà formam concilij.c.tuæ fraternitatis. vbi Abb.n.1. depræb.

23 Eligi quicumq; debet ad aliquod officium, vel beneficiũ,ſeù dignitatẽ,vel perſonatum, pro muneris aptitudine, & non ſpe præmij,aut gratiæ,c.Oſyus.vbi gl.1.& Doct.communiter.de elect.& c. ſi ergo.8. quæſt.1. ſed pro dolor.quia hoc praxis nõ obſeruat.& inde naſcuntur tanta mala in Republica,eligens enim idoneum peccat, ſi alium magis idoneum eligere omittat. ex Gam.deciſ.267.n.2.

24 Eligi nõ poteſt ad regimen Eccleſiæ regularis,qui non eſt profeſſus.c.cũ cauſam, & c.cũ ad noſtram,& c.officij, & c.cum in magiſtrum,de elect.poterit tñ poſtulari. c. cũ monaſterium,& d.c.cum in magiſtrum, de elect.in defectu tamen regularium poteſt clericus ſecularis eligi ad regimen Eccleſiæ regularis. c. inter quatuor. de relig. domib.& Trid.ſeſſ.14.c.10.de reformat.

25 Eligere ſe ipſum nemo poteſt,quia incõueniens, & in honeſtũ,eſt,vt aliquis ſe eligat,& propter illam ambitionẽ videtur indignus illo munere,vel dignitate,c.cũ per noſtras. vbi gloſ.1. de iure patr.& c.fin. de inſt.& c.in ſcripturis, 8. q.1. gl.1.in c.fin. de ſort.leg.& gl.verb.ex ſe. in c.cũ in iure de elect.& l.ſi mandauero. § ſi tibi cẽtum. vbi Bart.ff.mand.gl.ver.nominationũ,in l. nominationẽ. C.de decurib.lib.10.& Iaſ. in l.cũ filius familias.n.19.ff deleg.1. vnde ſi aliquis fuerit executor alicuius mandati, ad aliquid dandũ.vel faciendũ,alicui perſonæ,quẽ voluerit,non poteſt ſe ipſum eligere,d.l.ſi mãdauero. d §.ſi tibi centũ.vbi Doct. ff.mãd.& Bald.in l.ordo.col.2. C.de execut.rei iud.& Iaſ.in l.cũ filius familias. n.2.ff.deleg.1.poſſunt tñ eligẽtes de ſe eligere,& ille elect⁹ poteſt cõſentire,& tũc ſic cõſentiẽs numeratur in maiori parte puta ſunt ſeptẽ electores,ex quib⁹ tres eligerũt alterũ extra numerũ illorũ, & ille quartus cõſentit in electione,quã tres de ſe fecerũt tũc electio illius,qui cõſenſit valebit,& numeratur in maiore parte eligentiũ.c.cũ in iure.vbi Abb.n.4.delect.gl.ver.poteſt in l. plane.ff.quod cuiuſq; vniuerſit.gl.1.in d.l. nominationũ. C.de decur.lib.10. & Iaſ.in d.l.cũ filius familias.n.20.ff.deleg.1. aliter tamen ſi dicat eligo me ipſum, qui nullus poteſt fungi vicibus duorum. l.ſi plures.ff. depact.& c.presbyter.16.quæſt.1.& verb. ius patronatus. §. 12. niſi vbi officia non ſunt repugnantia. l. ſi conſul. vbi Bart. & alij.ff.de adoptionib.

26 Electores prælati Eccleſiæ Cathedralis, vel regularis, tenentur illum eligere intra tres mẽſes,ne Eccleſia pro defectu paſtoris

Digitized by Google

patiatur aliquod detrimentum,aliter enim de voluitur electio ad proximiorem ſuperiorem. c. ne pro defectu. vbi Doctor. de elect.impeditis tamen electoribus,nõ cur-
34 rit tempus,niſi quando poſſunt impedimẽ tum tollere. c.his quibus.vbi Abb.nu.1.de elect.

27 Electio facta à ſuſpenſis ab officio non valet ipſo iure, c.cum inter R. vbi Abb.n. 6. de elect.& c.cum dilectus.de conſuet. & c.cum bonæ.de ætat.& qualit. & c.poſtulaſti. de clerico excommunicat. miniſtr.

Neq; facta poſt appellationem,& cõtrà
28 priuilegium Eccleſiæ, ſed potius electio poſt appellationem eſt caſſanda, & quãuis prima electio caſſetur,ſi ipſo iure fuit nulla ſecunda non debet caſſari,ſi vero eſt venienda anullanda, tunc caſſatur vtraq; , ſi tamen appellatio fuit inter poſita ab illo cuius non intereſt non impeditur electio. c.quod ſicut. vbi Doct.de elect.

Electio ſecunda caſſatur, ſi prima non
29 fuit nulla ipſo iure, ſed eſt venienda anullanda,ſi autem prima ſit nulla ipſo iure,nõ impedit ſecundam.c.conſiderauimus.& c. bonæ.1.de elect.& c.conſtitutus de appellat.& gl.ver.appellationem. in d. c.conſiderauimus.

Electio facta poſt collationẽ,non tenet,
30 tãquàm in ordinatè facta,& ideò ſi aliquis collatus fuerit in aliquo beneficio,vel dignitate,ſine electione, quãuis poſtea eligatᷣ nõ valet talis electio, eò quòd forma illius obſeruata non fuit.c.quia propter. vbi Doctor.& c. cũ poſt petitam.de elect.& Leo. in tract.noui.oper.c.2.n.38.

Electione caſſata propter ſimoniam,re-
31 manet electus inhabilis ad iterum eligendum, ad illud beneficium, vel dignitatẽ, ad quam per ſimoniam fuit electus,quãuis ſine culpa illius caſſetur. licet aliter ſit dicendum, ſi ſponte illi renunciauerit, quia tunc poteſt Epiſcopus diſpenſare,vt iterũ eligatur ad illud beneficium quod habuit: vbi illo ignorante interuenit ſimonia. c. ſi alicuius.vbi gl.2.Abb.n.3.& oẽs.de elect.

Eligens quod credo habere, non videor
32 amittere illud,quod ad me pertinet,ſi ductus errore non credo ad me pertinere. l. nihil inter eſt. & l. mater deſcendens. vbi gl.ver. competere.& Doct.& l.cum qui, ff. de inoffic.teſtam.

Electiones officialium Reipublicæ ali-
33 cuius ciuitatis, vel oppidi, faciendæ ſunt *cum ſcriba* cameræ ipſius ciuitatis,vel oppidi,quando fiunt à præſide prouinciæ,niſi ex antiquiſsima cõſuetudine aliud vtetur, vt tenet Ant.à Gam.deciſ.184.

Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum,
34 c.à multis,de ætat.&qualit.& c.litteras.vbi notãt oẽs.de tẽp.ord.& c.litteras.63.diſt.

Electio in alternatiuis vltimarum volũ-
35 tatum eſt creditoris, l. legato generaliter, vbi Doct.ff.deleg. & l.Lucio. vbi Bart.ff. deleg.2.Iaſ.in l.quę delegato.n.12.ff.deleg. 1.& in l.huiuſmodi. §.ſi titio.n.7.ff.deleg. non poteſt tamen eligere meliorẽ,ſed mediocrem rẽ,vt per iura ſupra relata,& dixi ſupra ver.debitum à.§. 64. in legato tamẽ generali,de certo genere eſt electio hæredis.d.l.legato generaliter.vbi gl.& Doct.ff. deleg.1.in cõtractibus,vero eſt electio debitoris. regula.in alternatiuis.vbi Doct.de regul.iur.libr.6.& in l.in eo,quod plus.ff. de regul.iur.& l.plerumq;. §.fin. ff.de iur. dot.Iaſ.in l.quæ legato.n.12.ff.de leg.1.aliquando tamẽ ſeruatur ordo appoſitus.l.cũ pater.§.atepeto. ff.deleg.2. in alternatiuis venditionis plurium rerum,eſt electio vẽditoris, & poteſt tradere quamcumq; rem voluerit, ſi autem duæ res ſint venditæ cũ alternatiua, & vna pereat, altera debetur. l.ſi ita,& l. ſi in emptione. §.ſi emptio.ff.de contrah. empt.

Ponens diſcordiam in electione monia-
56 lium,remanet ipſo facto excommunicatus ẽ.indemnitatibus. §. poſtremo.vbi gl.ver. ſubiacere, & Dominic. Monach. & Arch. Ioan.And.Philiph.& oẽs.de elect.lib.6.

Verbo Elemoſina.

1 ELleemoſina dicitur op⁹ pietatis,impẽſum proximo,ad releuandã indigentiã corporalẽ illius,vt notat ſumma Ang.ver. elemoſina in prin.& interdũ accipitur pro re ſpirituali,vel temporali,qua neceſsitati alicuius ſubuenitur.c.tria.& c.duę.45.diſt. & facit illud Matth.c.6.& Luc.c.11.& interdũ. accipitur pro actu virtutis, quo fit illa ſubuentio. D.Thom. 22.quæſt.32.art.& S. Bonauentur. in 4.lib. ſent.diſt.15. Nanar. in Manu.c.24.nu.3.

2 Eleemoſinam nõ poteſt quis petere,ſine licentia SũmiPontificis,vel diæceſani.c.cũ ex eo,vbi Ant.de But.Innoc.Ioã.And.Hoſ. Abb.& oẽs de pœn.& remiſſ.nec in noſtra Luſitania põt aliquis petere elemoſina ad inuocatiõẽ alicui⁹ ſancti ſine licẽtia Regis, & qui ſine illa petierit elemoſinã põt mitti incar-

Digitized by Google

incarcerem per iuſſum illius, qui recipit redditus captiuorum,& perdet omnia,quæ ex elemoſinis attulerit,quæ traduntur illi, recipit dictos redditus captiuorum,& non relaxabitur acarcere ſine regis mandato, niſi petierit in Eccleſia, aut cæmiterio illius cum licentia diæceſani. ord.libr.5.titul.103.neq; quæſtores elemoſinarum ſunt admittendi,ſine litteris Summi Pontificis, vel diæceſani, & in noſtra Luſitania, ſine licentia Regis, & quando cum illis elemoſinam petierint, non poſſunt gratias prædicare, nec indulgentias publicare, nec proponere aliquid vltrà id,quòd in litteris continetur. d.c.cum ex eo. vbi Doctor.de pœn. & remiſſ.& clement. 2. cum ſuis. §. §. eodem, titul. Trident. ſeſſ.5. c.2. in fin. de reformat.& ſeſſ.21. c.9. de reformat.& ord. vbi ſupra.

Verbo Emphyteuſis.

1 EMphyteuſis dicitur contractus melioralionis, ſeù datio,per quam vtile dominium rei immobilis transfertur in perpetuum, vel ad tempus, pro quo ſoluitur aliquid reale,per tēpora conſtituta, directo domino, in recognitione dominij, Bald.in l.liber. C.de oper.libert. & in Rubric. C de iure emphyt.ſumma Ang.verb. emphyteuſis.& Valaſ.de iure emph.quæſt. 1.n.2. licet quàm plurimis alijs diffinitionibus diffiniatur à plurimis doctoribus:vt inquit Valaſc. d. quæſt.1.nu.1.ſed de alijs non curo.

2 Emphyteuticùs cōtractus,eſt contractus nominatus,& de perſe,ſeparatus à contractu venditionis,& locationis,& habet nomen proprium,l. 1. vbi Angel.nu.1.Bald. & Iaſ.num.9. C. de iur. emph. & §. ad cō. vbi Doct. inſt.de locat. gloſſ.verb emphyteuta. in c.fin.de locat. Iaſ.in prælud.feud: num.24. ad fin. Iul.Clar. libr.4. §.emphyteuſis. quæſt.2. n.1. & eſt contractus ſtricti iuris, quoniam non reperitur poſitus inter contractus bonæ fidei, de quibus in §. actionum. & gloſ.ibi. ver.bonæ fidei.inſt. de act. & ita tenet ſpecul.in titul.de empt. & vend.§. nunc videndum.2.nu.14.Imol. in c.fin. num.7.& Berous. nu.83. de locat. Iaſ.in l.1. nu.75. C.de iure emph. Guid.in tract. iur.emph. n.3. Valaſc.de iur.emph. quæſt.5.n.7.

3 Contractus emphyteuticus differt à cōtractu cenſuali, nam per contractum emphyteuticum transfertur vtile dominium in emphyteutam, directum vero ſemper remanet apud dominum. l.1.§.qui in perpetuum.vbi Bart.ff.ſi ager vectig.& l.tutor. §.fin.ff.de pign. act. & l.poſſeſſores.vbi Doctor.C de fund.patrim.lib.11.& gl.ver.iuxtaratam in c.cóſtitutus.de religioſ.domib. Valaſc.de iur.emph.q.13.n.1.per contractum tamen cenſualem verumq; dominiū transfertur, tàm vtile, quàm directum. d. gl,verb.iuxta ratam.in d. c. conſtitutus. de religioſ domib.& Iul.Clar.libr.4. §.emph. quæſt.1.n.2.Abb.in d.c. conſtitutus.n.20. Imol.in c.ad audientiam.nu.4 de reb.Eccleſ.non alienand.Bart.in l.1. §.1.n.4.ff de public.Socin.conſil.208.n.5.lib.2. & cōſil. 167. n.6. idem.Alex.conſil.14.n.8. libr.2. Dec.conſil.164. col.3. Iaſ.in l.1.à n.28.C. de iur.emph.& in prælud. feud. nu.11. & conſil.63.nu.2. lib.1. nec pœna,quæ continetur in c.fin.delocat.& in l.2. C de iur. emph. habet locum in contractu cenſuali. d. c.conſtitutus,& gl.ver.iuxta.& Doct.de relig.domib. Abb.in c.fin.num.10.de cauſ. poſſ.& prop.& in c.1.n.7.de in integ reſt. & Aud.Barb. in addit. ad Bart.in d. l.1.§. 1. ff.de public.Iaſ. in l.1. n.49. & in l.2. n. 41. C.de iure emph.& in auth.qui rem.n. 10. vbi Dec. n.7. Iacobin. in euidentialibus.n 7. C.de Sacro Sanct.Eccleſ. Alexād. conſil.14. n.8. lib 3. Socin. in conſil.138. & conſil.167. lib.2. Ruin. conſil.42. nu.7. lib.1. Hyppolit.in ſingul 95.Caſſad.dec.2. n.2.Reb ad leg Gall.2 tom.Pag.mihi.420. n.7. & alij quam plurimi, quos refert Valaſc.de iur.emph.quæſt.32. n.30.quidquid dicat Bald.in conſil.177.lib.3.

4 Emphyteuta poteſt ſub emphyteuticare de conſenſu domini, directi,& aliter non, nec valebit ſub emphyteuticatio, niſi in contractu ſit expreſſum, vt emphyteuta ſub emphyteuticare poſsit, & ius illius, quod ſub emphyteuticans recipit ex illa emphyteuſi,remanet apud ipſum,non vero aliud vtile,nec aliud directum, vt contrà communem tenet Valaſ. de iur.emph. quæſt.13.n.11.

5 Emphyteuta ſecundus,ſi ius ſuū alienauit,nō tenetur requirere conſenſum primi emphyteutæ,ſed directi domini, & illi eſt laudeminū ſoluendum,quoniam nec dominium, nec poſſeſsio remanet apud primū ēphyteutā.gl.ver.alijs.vbi Bart.n:16.&Iaſ. n.88,in l.fin.C.de iur.emph.& DD.in c.fin delocat.ſpecul.iu tit.de ēph.vſ.105.n.126.

Digitized by Google

Petr.Iacob. in pract. in tit. de actione pro emph. fol.15. col.3. Valaſc. de iur. emph. quæſt.30.n.25.Cald.denominat. quæſt.13. n.14 & emphyteuta ſub emphyteuticans, ſine conſenſu domini poteſt ab emphyteuſi expelli, quoniam ſub emphyteuticatio eſt ſpecies alienationis. c.nulli.vbi cōmuniter Doct.de reb.Eccleſ.alien.vel non & l. fin. vbi etiam notāt ſcribentes. C. eodem. & §. nos igitur. verſ.alienationis, in auth de non alien.coll.2.Alex.conſil 113. lib.4. Paris. conſil.85. n°7. lib.3.Ioan.Fab. in §.ad eo. nu.2.inſt. locat.Valaſc. de iure emph.quæſt.13.n.11.Cald.de nouit.quæſt. 13.num.10. Riminal. conſil.124. num.22. libr.1.

6 Emphyteuta non poteſt vendere rem emphyteuticam,ſine conſenſu domini,cui prius debet denunciare certum pretium, quod ab alio ſit oblatum. poſtea vero expectare duos menſes,& tunc ſi dominus emphyteuſim ſibi noluerit, ſoluto dicto pretio emphyteutæ,poterit emphyteuta illam vendere ſoluto antea,vel poſt laudemium ipſi directo domino, aut ſi dominus infrà illos duos menſes, non declarauerit vtrū vellit, aut non etiam tunc illam vendere poteſt. c.fin.vbi Doct.de locat.& l.fin.vbi Bart.Bald.Iaſ.& omnes. C.de iur.emph. & idem Iaſ.in l.2.n.24. C. eodem. & Abb. in c. indicatum. n. 1. de immunit. Eccleſ. & in c.1.n.4. defeud. ſi tamen vendat,& non tradiderit, nō incurrit illam pœnam, quia ex ſola venditione non incurritur, ſed ſecuta traditione:vt tenet Abb.in c.fin.n.13 delocat, & l.fin.vbi Doct. C. de iur. emph. ſpecul.in tit.de emph. §.nunc aliqua.verſ. 95.Alex.in l.ſi à me, n.4.verſ.2.limitari,ff. ad leg.falcid.Curt.Sen.cōſil.8.n. 10.Tiraq. de retract.§.1.gl.2.à n.43. Iul.Clar.libr.4. §.emphyteuſis.quæſt.13.n.3. Valaſ.de iur. emph. q.38. n.10. nec excuſatur emphyteuta à caducitate, ſi vendat rem emphyteuticam, & illā tradat proteſtando ſe vēdere ſaluo iure domini,aut quòd ipſam alienationem facit reſeruato domini conſenſu,quoniam faciendo hanc proteſtationem,& tradendo rem emphyteuticam,remanet proteſtatio contraria facto, & non releuat proteſtantem. c. cum M. vbi Doctor. de conſt.& cap.olim. cauſam.decenſ. & c. ſolicitudinem, ad fin. & c. vt quis de elect.lib.6 Abb.in c.1.n.17.de lit. conteſt. Imol. & Iaſ.in l. non ſolum. §.morte. ff. de noui op.nunciat.idem Iaſ.in 2.lect.n.25.in Rubr.ff.ſolut.matr.& in l.fin.nu.142. C.de iur.emph.Dec. conſil.160.à n.4. verſ.præterea dato.Iul.Clar.lib.4.§.emphyteuſis.q. 13.n.5.ſi tū dicat ſe vendere,ſaluo, & reſeruato. conſenſu dñi, & non aliter, nec alio modo, valet proteſtatio, quāuis rē tradat, & nō poterit tunc expelli ab emphyteuſi, eò quòd nō interuenit conſenſus domini, quia clauſula illa non aliter, nec alio modo,operatur,vt aliter non valeat alienatio arg.text.in l.ſi quidem. C.de except. & in l. item labeo. §.1. ff familiercisc.Rip.in d. c.cum. M. n.8. verſ.ſecundo. intellige. de conſt. Iaſ.in l.fin. n.142. C.de iur. emph. Iul.Clar.lib.4. §. emphyteuſis.quæſt.13.n. 5. & eſt communis,& dixi ſupra verb.clauſula. §.15.& hæc omnia ita obſeruantur in feudo: vt per Bald.in c.1.§.fin.n.5. quæ ſit prima cauſ.benef amitt.& in c.1.§.Callidis, de prohib.feud.alienat. Valaſc. de iur. emph quæſt.38. n.10.Iul.Clar.vbi ſupra,& tunc quando emphyteuta, pro caſibus ſupra relatis perdit ius ſuum, debet directùs dominus intrà quinquenium declarare ſe velle emphyteutam incurriſſe incommiſſum. l.2.vbi Doctor. C.de vectig. & commiſſ. & Balb. depræſcript. 2.part. quintæ partis. in prin.numer.4.nec liberatur emphyteuta, à caducitate, ſi rem alienatam recuperet. vt per Bart. & Imol. & Paul.de Caſtr. in l. ſequitur. §. Item labeo. ff. de vſu cap. Alb. Salicet. in leg. fin. C. de iur. emph. Rip. in l. cum bona. num.20. ff. de priuileg.cred.Alexand.in l.ſi à me.num.3. ff. ad leg. falc. & in l. ſi inſulam. num.40. ff. de verbor.obligat. Imol. in c.fin. num. 48. delocat. Iul.Clar.vbi ſupra, n.6. Valaſ. de iur.emph.quæſt.38. n.11. aliter tamen ſi emphyteutæ inter ſe permutarent. dicam verb. permutatio.§. 3.

7 Emphyteuta Eccleſiæ ceſſans à ſolutione penſionis per bienium poteſt expelli, niſi celeriter moram purgauerit. c.fin.vbi gloſſ.celeriter. & Abb. num.12. & omnes. delocat. & authentic. qui rem. vbi etiam notant ſcribentes. C. de Sacro. Sanct. Eccleſi. & authent. de alienat. emph.§.ſi vero. quis. vbi Bart. coll.9. & authentic. de non alienand. §. ſcire autem, coll. 2. emphyteuta tamen ſecularis ſi per trienium ceſſauerit à ſolutione poteſt expelli, & non poteſt purgare moram. l.2. vbi gloſſ. verb. Apochaſ. Bald. & Iaſ. numer.79. C. de iur. emph. authent. de non alien.§.ſcire. coll. 2. & poſtquam domiuus directus declarauit

Digitized by Google

declarauit ſe velle emphyteutam non ſoluentem cadere in commiſſum. ſtatim cadit ipſo iure, nec eſt neceſſaria alia ſententia: vt tenet Ant. de Butr. in c. fin. de locat Iaſ.in l.2. num.12. C.de iure emph. Alex. conſil.6. à nu.22. lib.3. Ruin.conſil. 153. num.6. lib.1. & conſil.57. nu.2. lib. 4 Capol. conſil.25.n.3.& 6. Corn. conſil. 165. Littera X lib.2. Dec. conſil.146.nu. 7 ad fin antea vero quàm præcedat illa declaratio directi domini,non cadit emphyteuta ipſo iure: vt tenet Bart. in l.2. nu.2. C. de iur. emph. Paris. conſil.108.nu.33. lib.1. Iul.Clar.lib.4.§.emphyteuſis.quæſt. 9.n.1.& ita eſt dicendum in colono ad lõgum tempus, vt eſt gl 1. in c.præterea.dedilat. Iaſ.in l.2.n.39.C.de iur.emph.

8 Emphyteuta etiam cadit in commiſſum ſi aliquam partem penſionis ſoluit, & in aliqua ceſſauit, quoniam cum integrum canonem non ſoluat,cadit in commiſſum, niſi per errorem partem canonis non ſoluiſſet, vt tenet Bald in Rubric. C de contrah empt. Iaſ.in d. l.2. num.54 C. de iur. & in auth. qui rem.n.16. C.de Sacr.Sanct. Eccl. Paul.de Caſtr.in l.in executione.§. ſi ita. ff.de verb.obligat. reprobata opinione Bald. in d. l. in executione. aliter tamen in emphyteuta, qui tenetur ſoluere quotam partem fructuum, quos terra producat, & ſi nihil producat nihil ſoluet, hic enim nõ cadet in commiſſum etiã ſi nihil ſoluat. vt deciſum fuiſſe refert Gam. dec. 119.nu.1. ita etiam ſi plures ſint hæredes vnius emphyteuſis indiuiduæ, & corũ alij ſoluant penſiodem,alij vero non,ita vt tota penſio non ſit ſoluta per bienium in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & per trienum in emphyteuſi,ſeculari,quia tunc tota res incidit in commiſſum, licet enim hæc obligatio ſoluendi penſionem diuidatur inter hæredes, nihil prodeſt ad pœnam caducitatis euitandam,poteſt tamen ille,qui ſoluit agere contra cohæredes non ſoluentes ad intereſſe. l. his conſequenter. §. cum vnus. & l. hæredes. §. idem iuris eſt. ff.familierciſc.& gloſſ.verb.confundetur. in l. communi diuidundo. ff. commun. diuid. & Iaſ. in l.2.nu.57. C.de iur.emph. minori tamen non infertur damnum, ſi penſio nõ ſoluatur in eius fundo emphyteutico, agitur tamen contra illius tutorem, vel curatorem ſi penſionem non ſoluat. l. 2. vbi Bart. C. de fund.patrim.emph.lib.11.

9 Emphyteuta poteſt expelli propter deteriorationem rei, nam cum emphyteuſis detur emphyteutæ, vt rem meliorem faciat,ſi tamen contrarium fiat poteſt expelli, authent. de alien.emph. §.ſi vero quis. vbi Bart. coll.9. & gloſſ.1. in c. præterea. dedilat. & auth. qui rem. vbi Doctor. C.de Sacr Sanct.Eccle.Bald.& Iaſ.in l.diuortio. §. ſi fundum. ff.ſolut. matr. idem Iaſ.conſil.17. lib.1. & Berous,in c.fin.n.86.de locat. Paul. Pic. in l. Titia. §.Titia cum nuberet. n.120. ff.de leg.2. Pinel.in l.1. C de bon. mater. 2.p. nu.60. verſ. idem in emphyteuta. Valaſc. de iur. emph. quæſt. 4. n.4. verſ.duodecimum, & hæc omnia ſunt intelligenda ſi dominus voluerit expellere emphyteutam, aliter vero poteſt illũ obligare ad damnum, & penſionem ſoluendã, l.2. vbi Bart.Bald.Iaſ. & omnes. C.de iur. emph. & auth. de alien. emph. §.ſi vero quis. vbi etiam notat Bart.coll.9.

10 Ceſſatio in ſolutione canonis,& caducitas in commiſſum ab vno præiudicat filijs, vel alijs, qui ſucceſſuri erant in emphyteuſim, ſi directè non fiat in fraudem illorum,& res emphyteuſis,propter caducitatem, applicata eſt directo domino: vt tenet ſpecul.in tit.de empt.§.nunc aliqua. quæſt 78. Iaſ.in l.2. n.58. C de iur. emph. Ruin.conſil.168. n.6. lib.1. Iul.Clar.lib.4. §. emphyteuſis. quæſt.8. n.14. aliter tamẽ ſi antequam res emphyteutica applicata fuiſſet directo domino veniret ad alium ſucceſſorẽ, quia tunc nõ poteſt illi obijci caducitas ſeù ceſſatio in ſolutione canonis ſui anteceſſoris.

11 Emphyteuſis ex natura ſua, non conſiſtit, niſi in bonis immobilibus, & ſolo cohærentibus.gl.1.& Doct.in c.fin. de locat. Angel. in §.1.in auth.de alien. emph.coll, 9.Iaſ.in l.1.n. 101. C. de iur. emph. & §. adeo. Inſt. locat. & auth. de non alien. §. alienationes.coll.2 auth.de alien.&emph. per totum:coll.9. Hoſt. in ſumma. de locat.n.9. Valaſc. de iur.emph.quæſt.1.n.4. & quæſt.4. n.4. verſ.decimum.

12 Emphyteutica conceſsio ab Eccleſia, debet fieri ex cauſa neceſsitatis,aut ex cauſa vtilitatis ipſius Eccleſiæ, ſcilicet,ſi terra eſt in culta,& non fertilis,poteſt ab Eccleſia dari in emphyteuſim illi,cuius cuſtodia reducatur ad culturam,& fiat fertilis. c.ad aures,& c.vt ſuper.de reb.Eccleſ.nõ alien. Abb.nu.1. in d.c.ad aures, aut ſi res fuerit ruinoſa, vt reficiatur. auth. ſi quas ruinas, vbi Doct.C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.ſi tamen

Digitized by Google

fiat de fundis iam cultis, aut defertilibus poſſeſsionibus bene tenebit ſi concurrãt ſolemnitates requiſitæ, aliter vero nõ valebit talis Emphyteuticatio. d. c.vt ſuper de reb.Eccleſ.non alien.& c.præcariæ.10. quæſt.2.& authentic.perpetua. C.de Sacr. Sanct.Eccl.& auth.de non alien.§.quia vero Leonis. vbi Doct.coll.2. hoc tamen nõ habet locũ in rebus, quæ conſueſcunt dari in Emphyteuſim,ex Bart.in auth.quirem. n.4 C.de Sacr.Sanct.

13 Emphyteuſis, aut conceditur in perpetuum, aut ad tempus, & communiter cõceditur ad tempus in tres vitas ſimpliciter. quamuis aliquando concedatur cũ pacto de renouando finitis illis tribus vitis, auth. de non alien. §. Emphyteuſim. cum alijs. vbi Bart. coll.2. & gl.ver.dentur.vbi Bald. col. 2. in auth. ſi quas ruinas. C. de Sacr.Sanct.Eccleſ.Iaſ.n l.1.nu.6. C de iur. emph. Valaſ.de iur.emph.q.4 n.8.

14 Et pacta, vel quæcumq; conuentiones initæ inter directum dominum,& emphyteutam valent, & tenent, & ad vnguem ſunt obſeruandæ. l.2. vbi Bald. Salicet. & Iaſ.n.1.C.de iur.emph.gl.verb. per bieniũ in c.fin.vbi Abb.n.11. de locato. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb.libertis.n.8. C.de reuocand. donat. Valaſc.de iur.emph.quæſt.39. n.4. & etiam pactum ſit contra accidentalia, ſeù naturalia contractus, valet. l.paciſci. ff.depact.& l.pacta conuenta. ff. de contrah.emph.Bart.in d.l.2. nu. 6. C. de iur. emph. ſi tamen pactum ſit contra naturam contractus emphyteutici, non valebit, quia tunc remanet contractus ipſo iure nullus. l. cum precario. 12. vbi Bart. ff.de precar. & glo.verb.officiali. in c.non putamus, de conſuet.lib.6.

15 Vnde pactum initum in inueſtitura emphyteuſis, vt finitis tribus perſonis res emphyteutica reuertatur ad directum dominum, cum omnibus meliorationibus, ſine vlla exceptione, nec iudicij controuerſia, eſt obſeruandum in illa forma, qua conuẽtum fuit, quia pactum illud nihil continet contra naturam contractus, imo per illud eſt renunciatum ius petendi renouationẽ, & ius retinendi rem emphyteuticam pro ſumptibus meliorationis, & etiã ipſis meliorationibus fuit renunciatum, quia vnus quiſq; poteſt renunciare iuri ſuo. c.fin. de crim.falſ.& c.dilecti, & c.ſi diligenti.de foro comp. & l. ſi quis in conſcribendo. vbi Doct. C.de Epiſc.& Cler.& l.ſi iudex.ff.de minor.& poſtquàm quis renunciauit iuri, & actionibus ſuis, non habet ad eas recurſum.gl.fin.in c.cum veniſſet.de teſt.& dixi ſupra verb.clauſa. §.26. pacta enim partiũ faciunt legem, inter ipſas partes in quocumq; cõtractu. l.legem, quam dixiſti.vbi Doct. C.de pact.& l.contractus.ff.de regul. iur. & ita quàm ſæpiſsimè, iudicatum fuit in ſupremo ſenatu noſtræ Lnſitaniæ, quãuis contrarium teneat Valaſc.conſult.123 nu.13.& alij noſtri Luſitani, audaciter tamen,& ſine vllo iuris fundamento.

16 Emphyteuſis continetur in appellatione bonorum. l.bonorum. appellatione. ff. de verb.ſign. & Iaſ.in auth.vnde.n.8. C.de in offic.teſt. & venit in iudicium familiæ erciſc. facit, text.in l.item prædia.vbi Bald. per alt. in l.3.§.qui fidei commiſſum.n.78. ff. de hæred.inſt.Afflict. dec.191.nu.3.Valaſ.de iur.emph.quæſt.1.n.22.& quæſt.44. n.8.& venit in generali obligatione, vt tenet Alex. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr. Afflict.deciſs.191.nu.3.Neguſ.in tractatu. de pign. fal. mihi.10. n.28. Rip. in l.1.n. 10. de pign.Alex. conſil.91. col.1. libr.1. Cæſar.Vrſ. deciſs.191.n.5. attento tamen iure Regio noſtræ Luſitaniæ eſt indiuidua. ex ord.lib.4. tit.36. §.1.

17 Emphyteuſis conceſſa tribus perſonis nominatim, non expirat, ſi viuente ſecũda moriatur tertia, quando enim ſuſcepta eſt emphyteuſis, cum poteſtate nominandi alias duas perſonas, quia fuit conceſſa tribus perſonis, ſi primus emphyteuta nominauit cauſa dotis, ſiuè donationis, vel aliquo titulo, & tradidit poſſeſsionem, dum viuebat, ſemper intelligitur illa emphyteuſis tranſlata cum eodem iure, in quo reſidebat penes primum emphyteutam, & durat ius illud primæ perſonæ, quandiu vixerit ille emphyteuta, qui tradidit,& illo mortuo incipit ius ſecundæ perſonæ, in illo, qui tunc poſsidet, aut ſi ille, cui emphyteuſis fuit tradita, aut alius ad quẽ per mortem illius, cui tradita fuit peruenit, vel alio modo, ſemper enim ius ſecundæ perſonæ incipit poſt mortem primæ, arg. text.in c.nuper de donat.inter vir.& vxor. & Salicet.nu.10. Iaſ.nu.107. in l.fin. C de iur.emph.Gam.deciſs.235.nu.2.ſpecul. in titul.de emph. verſ.109. Imol.in c.potuit. n.17.de locat.vnde ſi primo loco nominatus, cui tradita fuit poſſeſsio, alienauerit in alium,& adhuc viuente primo, qui emphyteuſim accepit, cenſetur durare ius

primæ

Digitized by Google

primæ perſonæ, quod extinguitur,cũ eius vita, & illa perſona extincta, exorditur ſecunda in eo,qui repertus fuerit poſsidere, eo tempore,vt probatur per iura ſupra relata.

18 Emphyteuſis fuit conceſſa alicui, cum poteſtate nominandi in vita, aut in hora mortis, vel vſq; ad extremum vitæ,hic talis emphyteuta poteſt nominare toties vo luerit, vſq; ad horam mortis,& vltima nominatio præualebit,quia omnes actus, qui in tempus mortis ordinantur poſſunt variari, & reuocari, vſq; ad horam mortis. l. quod ſi iterum. ff.de adimend.leg.& l.cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir.& vxor.prin.inſt.de donat.vbi gl.verb. pœnituiſſet. & Doct. Valaſc.conſult.61.n. 13.& conſult.102.n.29.& Cald.de nominat.quæſt.10.n.83. ſi tamen poſt illam nominationem ſubſequatur traditio, illius emphyteuſis, aut emphyteuta nominans abdicauerit à ſe totum ius nominandi, & illud cedat, & transferat in nominatũ iam tunc amplius nominare non poterit, ſicut eſt quando emphyteuſis conceſſa fuit alicui,cum poteſtate nominandi ſimpliciter, quia tunc eo ipſo, quod ſemel nominauit, fit nominatio irreuocabilis,quamuis emphyteuſis non tradatur, imò ſtatim ius acquiritur nominato, quia nominatio emphyteuſis, nec eſt actus extremæ volũtatis, nec cõtractus,ſed actus de per ſe,& in illis actibus,quod ſemel placet amplius deſplicere nõ poteſt. c.quod ſemel.de regul.iur. lib.6. & tenet Valaſc. d. conſult. 61.d.nu. 13.& conſult.102.n.19. Cald.de nominat. quæſt.10. n.84. nec etiam poteſt reuocari nominatio facta cauſa dotis,quoniã ſuper dotis non eſt locus pœnitentiæ. l.ſi ego.§. ſi res alicui. ff.de iure dot.Iaſ.in l.eius,qui. §. placebat. n.1. ff. de reb.cred. Dec.cõſil. 35. n.16. Valaſc.conſult.102.n.11.ſi enim daretur reuocatio in cauſa dotis,eſſet dari magnum præiudicium in re graui, qualis eſt donatio ad ſuſtinenda onera matrimonij. c.per veſtras. vbi Doct. de donat. int. vir.& vxor. & reſoluunt cõmuniter Doct. in l.1. ff.ſolut.matr. Valaſ. d. conſult. 102. n. 37. licet aliter debeat iudicari in noſtra Luſitania per ord.Reg. lib.4. titul.37.§.1. quæ loquitur in dote, in illa diſtinctione, quam facit, ſi dictus emphyteuta,qui habebat poteſtatem nominandi,vſq; ad mortem,tranſtulerit in vita emphyteuſim, per viam dotis, ſeù per quamcumq; aliã,quòd non poſsit amplius ad illam nominare, ex quo colligitur, quòd ſi non tranſtulerit poſſeſsionem, dũ vixerit, poſsit reuocare illam nominationem, licet ſit facta cauſa dotis,quod enim de vno conceditur de altero negari videtur. c.qualis. 25.diſt. & l. cum lex.ff.de leg.& l.cum prætor.ff.de iud. & gl.ver. non inuenitur.in c.2.de tranſlat. Epiſc. in ſpecie tenet Ant. à Gam. deciſs. 116.Valaſc.conſult.102.n.36.

19 Emphyteuſis hæreditaria, ſeù perpetua imputatur in legitimam filiorum debitam iure naturæ,aut ſi empta fuit à patre,ſi tamen ſit emphyteuſis nominationis,& pa ter nominet ad illam filium poſt mortem, non tenetur illam imputare in ſuam legitimam,quia nihil ſuſcipit à patre,ſed à pri mo concedente, niſi pater aliquid in illa diſpenderet in meliorationibus, quia tunc imputabuntur illi ſumptus in legitimam filij,aut ſi pater viuens illam filio tradidit, quia tunc imputabitur filio in legitimam tota emphyteuſis, ſi pater erat prima, aut ſecunda perſona, ſi vero erat tertia imputabitur illud,quod in vita patris, emphyteuſis poterat valere, facit, illud. quod reſoluunt Doct.in l.omnimodo.§.amputari. C.de in offic.teſt.Riminald.conſil.146.nu. 15. lib.2. Valaſc. de iure emph. quæſt.46. & nunquam emphyteuſis continetur ſub tertia legata, niſi tradita ſit à patre viuente, quando fuiſſet prima, vel ſecunda, aut tertia perſona, in forma ſupradicta, aut in illa fecit ſumptus, in quibus tertia contineatur, vt reſoluit Cald.denominat.quæſt. 11.n.16.& quæſt.18. n.1.

20 Emphyteuſis quædam fuit data in dote ab vltimo poſſeſſore cuidam filiæ, & poſt mortem illius patris vltimi emphyteutæ, fuit à directo domino conceſſa alteri filio illius vltimi emphyteutæ, qui in ſupplica non fecit mentionem de donatione dotis, à patre facta, propter quod dicta cõceſsio fuit nulla iudicata,& habita pro ſubreptitia. in ſenatu ſupremo noſtræ Luſitaniæ: vt refert Gam.deci.289.ſed exiſtimo,quod male iudicatum fuiſſet, nam,quamuis teneatur quis in ſupplica facere mentionem de poſſeſsione colorata, quæ caſſari debet ante aliam impetrationem: vt eſt text. in c.cum in noſtris,& in c.litteras veſtras.de conceſſ. præb.vbi tamen clare cõſtat emphyteuſim vacare per mortem vltimi emphyteutæ, & illam donationem non poſſe fieri, niſi in vita illius emphyteutæ, qui donauit,

Digitized by Google

donauit; nec vllo iure poteſt magis valere, non eſt neceſſe facere mentionem illius donationis, quod enim euidenter, & ipſo iure eſt nullum, non præſtat aliquod impedimentum. c.non præſtat. de regul.iur. lib.6. & c. congregato. de elect. text. qui caſum noſtram ad litteram probat in c.dilectus filius.34. depræb.& dign.& facit tex. in c.bonæ. de confir.vtil.vel inutil. glo.in c. ex tenore.ver.negocio.ad fin.de reſcrip. & gl.verb. non valeret. vbi Abb. n. 16. in c.cum in noſtris de conceſſ.præbend.& c. quod ſicut. de elect.

21 Emphyteuticare non poteſt prælatus, nec Rector alicuius Eccleſiæ, rem Eccleſiæ ſuo conſanguineo, quoniam datur in eo ſuſpicio læſionis. auth. quibuſcumq; modis. vbi Doct. C.de Sacro Sanct.Eccleſ & c.huiuſmodi. §.quibuſcumq;. 10. quæſt.2. Abb. in c.vt ſuper. nu.18. de reb. Eccleſ. alienand. vel non ſi tamē ſit res, quæ ſolet concedi in Emphyteuſim, bene poterit prælatus, ſiuè Rector illam concedere cōſanguineo ad certas vitas, quoniam tunc ceſſat illa ſuſpicio læſionis: vt tenet Bart. Bald. & Salicet.& omnes. in auth. quibuſcumq;.C.de Sacr.Sanct.Eccle.& Abb.in c. vt ſuper.n.18.de reb.Eccleſ.alien.vel non.

22 Emphyteuſis Eccleſiaſtica non poteſt concedi vltra tertiam generationem, auth. de non alienād.§.emphyteuſim.vbi Bart. coll.2.& Ias.in l.2.n.169. C.de iur.Emph. & in l.ſed ſi. §.item ſi iura vero.n.2.& 3.ff. de iur. iur. Cald.denominat. quæſt.15.nu. 33. & quæſt.19. n. 81. ſi tamen in quartā, aut quintam perſonam concedatur nō valebit conceſsio, niſi in tertiam tantū, neq; etiam in perpetuum, niſi ſit terra inculta: vt eſt text. in cap.ad aures.de reb. Eccleſ. alien. vel non, quoniam vtile, per inutile non vitiatur. c. cum dilectus filius. 19. de præb.& l. qui teſtamento. ff. deleg.2. & c. vtile.de regul.iur.lib.6.

23 Commendatarij, ſiuè præceprores non poſſunt emphyteuticare res ſuarum commendarum, ſine licentia magni magiſtri, quoniam non habent liberam adminiſtrationem illarum rerum imo potius omnes res cōmendatorum ſunt applicatæ, & vnitæ ſupremo magiſtra tui, & ita vſus, & praxis obſeruat: vt notat Cald.de nouat.quæſtio:16.n.15.

24 Emphyteutica res, de iure communi eſt diuidua, ſi eſt in perpetuum conceſſa.l.itē prædia. vbi Bald.& alij. ff. familiercisc. & Bart. in l.item videndum. §. fin. ff. de pet. hæred. de iure tamen noſtro Regio eſt indiuidua, & in capitatur in vnum ex cohæredibus, & ille ſoluet æſtimationē alteris cohæredibus, quæ incapitatio fiet per vota hæredum, vt ille, qui plura vota habuerit, habeat emphyteuſim, & ſoluat alijs æſtimationem illius pro rata, & ſi intra ſex menſes non conueniant, tenentur vendere illam emphyteuſim, intrà illud tēpus ſex menſium, denunciato vero pretio directo domino, vt ſi vellit ſibi illā emphyteuſim, & tunc hæredes diuident pretium inter ſe, pro quo fuerit vendita, tranſacto tamen illo tempore ſemeſtri, ſiue incapitatione, aut venditione ſupradicta, deuoluetur emphyteuſis ad directum dominum ſi illam voluerit, & hoc fit ne confundatur præſtatio penſionis, & euitetur particularis ſolutio, quæ ſemper eſt dānoſa.l.cū hi.§.cauſæ fere. vbi gl.ver. & minpatim. ff.de trāſact. & l.planè. ff familiercis.& l.3.ff.de alimēt. & cibor. leg. Valaſc. conſult.§.3 à n.1.

25 Emphyteuta non poteſt inuito domino renunciare emphyteuſi perpetuæ, vel dū perſonæ, quibus conceſſa fuit remanent obligatæ, puta ſi in tres perſonas fuit cōceſſa, non poteſt ab aliquo illorum trium renunciari, ſi dominus directus renunciationi noluerit conſentire, auth. de alien. & emph. §. ſi vero quis. coll. 9. Abb.In c. indicante, n.1. de immunitat. Eccleſ.Alb. col.fin. Bald.col.2. Iaſ. nu.24. in l.2. C.de iur.emph. ſpecul.in titul. de emphyteuſi, verſ.10. Abb. in c.1. de feud. Imol. in c. fin.col.28. de locat.& in c.ad audientiam. col.fin. de reb.Eccleſ. Valaſ.de iure emph. quæſt.38. nu.24. verſ. in emphyteuſi.Leo. in tract.noui.op.c.3.n.6.

26 Emphyteuticari non poſſunt bona maioratus, quæ non ſunt conſueta in emphyteuſim concedi, quoniam bona prohibita alienari, emphyteuticari non poſſunt. vt eſt text.in c.nulli.de reb. Eccleſ.alien. vel non. & l.fin.vbi Doct.C.de reb.alien.& gl. verb. alienationis. & Abb.n.4. in d.c.nulli Dec.in l.cui ius eſt. n.2.ff.de regul.iur Palaem. in tract.de maiorat.4.part.quæſt.25. in prin.Molin.de prim gen.Hiſpan.libr.1. c.21.n.31. & lib.4. c.1. n.10.Cald.de nouat.quæſt.16.n.1.nec etiam ad tertiam generationem emphyteuticari poſſunt, nec permutari, vel hypothecari, ſeù ad longū tempus locari, & vltrà vitam poſſeſſoris, cum enim in maioratus inſtitutione contineatur

tincatur

Digitized by Google

tineatur clauſula prohibitionis de nō alienando rem maioratus, non poteſt poſſeſſor aliquid facere contradictam prohibitionē, nec præiudicare ſucceſſoribus, qui non capiunt à medijs, ſed à primo concedēte. l.cum qui.vbi Bart.& omnes. ff.de interd. & relig.& l.vnum ex familia. §.ſi falcidia. ff.de leg.2. & l.ſi ad rogator. ff.de adaptionib.& l.fin. C.de reb.alien. Ant.Gom.in l. 40. Tauri. n.84. Pinel.in l.1. p.3. num.65. C.de bon.mater. Gam.dec.222.n.3. Molin. vbi ſupra Valaſ. conſult.95. n.2. & cōſult. 132. n.37, licet contrarium iudicatū fuiſſe, & male referat Gam.dec.16.

27 Emphyteuſis, ſeù feudus conceſſus alicui, & illius ſucceſſoribus, continet legatarium, quoniam in appellatione ſucceſſorum venit legatarius: vt tenet Abb.conſil. 4. n.4. p.2.

28 Emphyteuſis eſt renouāda filio, vel hæredi vltimi poſſeſſoris emphyteuſis, nec refert vtrum filius vltimi emphyteutæ ſit maſculus, aut fœmina, quoniam clariſsimū eſt in iure, fœminas poſſe admitti ad emphyteuſim, etiam Eccleſiaſticam, nec in hoc diſtinguitur fœmina à maſculo: vt tenet Iaſ. in l.2. nu.168. C. de iure emph. & Guill.Benedict.in c.Rainuntius.verb.duas. n.125. & Boer.in c.in præſentia.nu.40. de probat. Alex.conſil.29.n.4. lib.1.& conſil. 128. ad fin.nu.16. d.lib.1. Anchar.conſil. 406.& Cotta.in memorialib verb.emphyteuſis.2 Doenn.regul.309. limit.7. Cou.ru. 2.variar.reſolut.c.8. n.1. Iul.Clar.lib.4.§. emphyteuſis. quæſt.32. nu.1. & ſi plurimi filij, & filiæ remaneant, ex vltimo poſſeſſore, & vita emphyteuſis, poterit dominus directus gratificare, cuicumq; voluerit, & illi renouare emphyteuſim, & eligere fœminam, & excludere maſculum, aut eligere iuniorem, excludens ſeniorem, & ita in deſcentibus exiſtentibus in eodem gradu, vel in pluribus hæredibus vltimæ vitæ emphyteuſis: vt tenet Paris.conſil.22.nu.36. libr.1. Palac.in l.45. Tauri, Valaſc.de iure emph.quæſt.38.n.16. Cald.de nouat.q.18. nu. 22. qui enim tenetur vnum de familia eligere. ex pluribus ſufficit vnum eligere. l.vnum ex familia.vbi Bart.& omnes.ff.de legat. 2. neq; illa vltima perſona emphyteuta legare, ſeù dotare poteſt illud ius petendi renouationem. imò nominatio, aut electio iuris renouationis relicta à patre in teſtamento alicui filio omnino inutilis, & in efficax eſt, nec aliquem iuris effectum pro ducere poteſt, quoniā vltimus poſſeſſor, ſeù vita emphyteuſis, nullū ius habet poſt mortem ſuam, eò quòd, finita emphyteuſi per generationē. Conſolidatur vtile dominium, cum directo, etiam ſi poſſeſsio naturalis non amittatur. vt cōmuniter notant ſcribentes, in l.naturaliter. ff. de acquir.poſſ.& Gozad.conſil.39. n.4. Cald.de nouat.quæſt.18.n.17.nam aliter eſſet dare quatuor vitas indirectè, vnde talis nominatio poſt mortem, nullum poteſt ſortiri effectum, quia eius diſpoſitio confertur in tempus inhabile qua propter prædictum legatū eſt omnino inutile, quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet. l.traditio. vbi Doctor.ff.de acq.rer. Domin.Cald. d. quæſt.18. nu.21.quidquid dicat Valaſc. conſul.157. nu.11. nam hæc renouatio competit ſimpliciter filijs, aut deſcendentibus, ſeù hæredibus vltimi emphyteutæ de æquitate iuris, & non de rigore. vt, inquit Gam.deciſ.326.n.5.nec tamē directus dominus alteri illā renouare poteſt, niſi filio, ſeu hæredi vltimi emphyteutæ, quia magna iniuria illi fieret, ſi alteri renouaretur. vt docet Bart.in l.1.§.præmititur. ff.de aqua.quot.& æſt. & in l.ſi mihi, Titio.col.fin.ff.de verb.oblig. Abb.in c.bonæ, 2. n.28. de poſtul. Barb.in c.1.col.6. de locat. Rip.in l.cum bona. n.6. ff.de priuil. cred. Dec.conſil.328.n.3. Alex.conſil.80.n. 11.lib.1.Iul.Clar.§.emphyt.quæſt.43.n.1. Cald.de nouat.quæſt.8.n.2. Valaſc.de iur. emph. quæſt.38. dicit communem. Rom. conſil.22.n.5.& hæres præfertur cuicumq; agnato defuncti in petenda renouatione, ſi emphyteuſis ſit illius naturæ, quòd poſsit venire ad perſonas extraneas: vt tenet Alex.in d. l. ſi mihi, & titio. n.19.& cōſil. 161.n.2.lib.7.Hypol.ſing.419. Gam.deciſ. 326.n.3. ſi autem emphyteuſis ſit eiuſdem naturæ, quòd nō poſsit venire ad perſonas extraneas, tunc eſt facienda renouatio deſcendenti, vel agnato defuncti, quāuis hæres illius non ſit: vt tenet Rip.in l.1.n.8.ff. de priuil.cred. Socin.Iun. conſil 9. nu.11. lib.3. Grat conſil.110.Anch.conſil.133.

29 Emphyteuſis ſub emphyteuticata finita poſt tertiam generationem eſt renouanda hæredi, vel filio, ſeù deſcendenti primæ emphyteutæ, & non hæredi, ſeù deſcendēti ſecundi emphyteutæ, quando enim quis habet emphyteuſim in tertiam generationem cum clauſula, quòd ipſam ſub emphyteuticare poſsit, & virtute illius, clauſulæ conſtituit

conſtituit alium emphyteutam, finita tūc generatione primi emphyteutæ erit renouanda filio, vel deſcendēti, ſeu hæredi primi emphyteutæ, & non ſecundi, vt poſt alios reſoluit Cald. de nouat. q. 13. n. 56.

30 Renouatio emphyteuſis fit quando emphyteuſis eſt extincta per generationem, aut commiſſum, vel aliud pactum, ſiue partium conuentionem ad dominum eſt reuerſa, finito tempore conceſsionis, & iterum ab ipſo domino directo conceditur emphyteutæ, vel hæredi, ſeu agnato illius, & tunc reducitur illa emphyteuſis ad priſtinum ſtatum. l. 1. vbi Bald. C. ſi aduerſ. tranſact. & l. 1. & 2. C ſent. poſſ. nam nihil aliud eſt renouatio, quam in priſtinum ſtatum reductio, ſeu inſtauratio. facit text. in l. dies cautioni. ff. de damn. infect. & l. 1 ff. de nouat. & in l. 1. C. de reſcind. vēd. Cald. de nouat. quæſt. 1. n. 1.

31 Renouatio emphyteuſis eſt petenda intra annum poſt mortem, & extinctionem vltimæ generationis, & ſi filius, vel hæres vltimi emphyteutæ intra illud tempus renouationem non petierit, excluditur omnino à iure petendi renouationem, & tunc elapſo anno poterit directus dominus cōcedere illam emphyteuſim cuicumq; voluerit, quia aliter remanerent directi domini deterioris conditionis, quàm emphyteutæ, cum debeant eſſe melioris, & cum ſit tanta malicia noſtris temporibus in emphyteutis, vt quaſi omnes non curent petere renouationem intra annum, nec poſt, vt contractus emphyteuci confundantur. vnde accipiunt hodie directi domini, Eccleſiæ, & Monaſteria magnum detrimentum, propter opinionem, quam non nulli noſtri Luſitani, ſine iuris fundamento amplectantur, aſſerentes dominum directum teneri renouare emphyteuſim, nō obſtāte, quòd renouatio non ſit petita intra annū poſt finitas generationes, & etiam non obſtante, quòd ſit cautum in contractu inueſtituræ, quòd finitis generationibus emphyteuſis reuertatur ad dominum liberè, & ſine vlla exceptione, nec controuerſia iudicij, quòd eſt contra totam machinam iuris, & quod peius eſt, non de erunt iudices, qui ita iudicent, ſed faxit Deus, vt animæ illorum nō ſint in inferno propter detrimentum, quòd hodie Eccleſiæ, & directi domini patiuntur, nec eſt congrua ratio cuiusdam noſtri Luſitani aſſerentis, quòd funditus periret Reſpublica ſi negaretur renouatio deſcendenti, aut hæredi vltimi emphyteutæ, quando intrà annum illam non peteret, aut propter illam clauſulam, quòd finitis generationibus emphyteuſis reuertatur ad dominū liberè, & ſine vlla exceptione. vt inquit Valaſc. conſult. 123. n. 13. ſed profecto magis periret Reſpublica ſi ius non obſeruaretur in ea quoniam Reſpublica gubernatur tàm armis, quàm legibus, vt habetur in proœm. prin. inſt. & ſi hoc deficiat in Republica vè illi: deniq; quicumq; iudex inferior à Summo Pontifice, aut principe eſt cuſtos legum, & non debet duci ſuo ſenſu. c. 1. vbi Doct. de conſt. l. leges. 1. C. de leg. cum alijs, nec ratio naturalis patitur, vt auferatur ius à directo domino, & det emphyteutis, imò, cum iuſtitia ſit conſtans voluntas vnicuiq; ius ſuum tribuere prin. inſt. de iuſt. & iur. non debet dimitti propter aliquod commodum particulare, vnde elapſo anno nō petita renouatione, poteſt directus dominus denegare renouationem, & ſibi retinere emphyteuſim, aut illā cuicumq; concedere. c. longinquitate. 12. quæſt. 2. & gl. fin. in c. 1. de præcar. Rom. conſil. 70. nu. 3. Gozad conſil. 71. à n. 1. Socin Iun. conſil. 9. n. 17. lib. 3. Alex. conſil. 10. n. 3. & cōſil. 83. n. 3. lib. 5. Dec. cōſil. 132. verſ. ſimiliter. Curſ. iun. 2. p. prin. quæſt. 15. Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteuſis. quæſt. 43. nu. 3. verſ. qui nimo, ſi tamen dominus intrà annum emphyteuſim conceſſerit alicui extraneo, aut poſtquàm filius, ſiuè hæres vltimi emphyteutæ intra annum petiuit renouationem, tūc remanet illi filio, ſeù hæredi actio vſq; ad triginta annos petendi renouationem, & agere contra dominum, ad renouationem ſibi faciendam. vt eſt gl. Iſern. Bald. & omnes, in c. Titius, ſi de feud. cont. ſit inter dom. & agn. defunct. idem Bald. in conſil. 16. col. 1. lib. 1. Alex. in l. ſi mihi. & Titio. n. 22. ff. de verb. oblig. & conſil. 15. col. pen. verſ. non obſtat. lib. 5. Tiraq. de retract. in 1. §. 1. gl. 10. n. 9. Gam. dec. 117. n. 2.

32 Ius petendi renouationem nō eſt reale, vt poſsit impedire effectum conceſsionis alteri factæ, per veram informationem, ſed eſt ius perſonale, & ille ſucceſſor vltimi emphyteutæ, qui pertendit renouationē eſt acturus contra directum dominum, nō autem contra illum, qui denuò eſt inueſtitus, vt tenet Iaſ. in l. manumiſsiones. n. 9. ff. de iuſt. & iur. Ruin. conſil. 168. n. 8. lib. 1. Cald. de nouat. quæſt. 7. nu. 26. renouatio

tamen

Digitized by Google

tamen non tribuit ius nouum, ſed vetus conſeruat. c.ex parte, & c.quia intẽtionis, de priuil.& ſic renuncians liti non tribuit ius aduerſario, l.ſi te. cap. de ingen.manu miſſ.& Iaſ.in l.naturaliter. §.nihil.n.58.ff. de acquirend. poſſ.& cum dominus promiſerit renouare tenetur ad implere promiſſum.dico.verb. promiſsio. §.19.

33 Emphyteuticus fundus non poteſt auferri ab illo, qui per quadraginta annos ſoluit vnicam penſionẽ, quia tunc præſumitur emphyteuſis perpetua ſi non appareat inſtrumentum.l.fin.vbi Bart.C.de fund.patrim.lib.11.& Iaſ.in l.2.nu.156. C.de iure emph.plat.in l.1.in fin. C.adminiſtr. Reipubl.lib.11. Abb.conſil.74. n.1. lib.1.Valaſc.de iur.emph.quæſt.8.n.12. imo poſsidens fundum emphyteuticum per decem annos,& ſoluens vnicam penſionem,& vniformem ſingulis annis per illud tempus. decem annorum præſumitur ſibi conceſſa emphyteuſis, licet inſtrumentum emphyteuticum non oſtendat. l.vnica. C.de adminiſtr.rer.publ.lib.11. & facit text.in l. cum de in rem verſo. ff.de vſur.Abb.in d. cõſi.74. Bald.in l.ſi certis annis.C.de pact. Valaſc.de iure emph.quæſt.7. n.33. & q.8. n.18. Cald.de nouat.quæſt.15.n.12.

34 Pẽſio emphyteuſis nõ diminuitur propter ſterelitatem, ſiue ſoluatur in pecunia, ſiue in fructibus. l.quicumq;.3.C.de fund. patrim. lib.11. Bald. in l.1.lect.2. n.11. & Iaſ.n.18.C.de iur.emph.gl.verb.expelli.& Abb.n.16. in c.fin.de locat.Grat.cõſi.128. n.9. lib.2.Natta. conſil.49.nu.12.& conſil. 194. n.5. Iul. Clar. libr.4. §. emphyteuſis. quæſt.8.n.7. Valaſc.de iur.emph.quæſt.27. n.8. Abb.in c.propter ſterilitatem. n.3.de locat. ſi tamen penſio emphyteutica eſſet correſpondens fructibus bene admitteretur diminutio, propter ſterilitatem Socin. in l.Gallus. §. etiam ſi parente.n.6. ff.deliber.& poſthu.Valaſc. d.quæſt.27.n.11.Iul. Clar.lib.4.§.emphyteuſis.q.8.n.8.

35 Neq; etiam diminuitur penſio emphyteuſis propter aliquod damnũ contingens, in re emphyteutica, niſi tota emphyteuſis pereat, quia tunc periet etiam penſio. l.1. vbi Bart. à nu.2. Iaſ.nu.13.& omnes.C.de iure emph.gl.fin.& Innocent.Abb.Imol.& communis in c. potuit de locat. Angel. in §.itaq;.in authent.de non alien.coll.2. Iul. Clar.lib.4 §.emphyteuſis.quæſt.8 n.8.Valaſ.de iure emph.quæſt.27. n.1.& Iacobin. in auth.qui rem. n.23. C.de Sacro Sanct. Eccleſ. ita vt ſi domus deſtruatur, & area remaneat, teneatur emphyteuta ad pẽſionem ſoluendam, quamuis ſine eius culpa domus corruiſſet: vt tenet Angel. in §.lex itaq;,in auth. de non alien. coll.2.cũ area ſit potiſsima pars domus. l.qui res. §.areã. ff.de ſolut.& non dicitur tota res emphyteutica perire cum area remaneat, vnde emphyteuta tenetur domũ reficere,& pro ſolo tantum totam penſionem ſoluere, ex mente Imol.in c.fin.col.37.de locat. Iaſ.in l.1. n.15. & nu.44. C.de iur.emph. & hæc eſt verior opinio, licet Bald. diſtingat. in d.l.1.lect.1.n.10.verſ.modo reuoco in dubium.& Valaſc.de iur.emph. q.27. n.2.

36 Aliter tamen eſt in recenſuaria, quia in illa, perempta parte rei, debet cenſus diminui pro rata. l.2. vbi Bald.& Salicet.& l.3. C.de alluuionib. & ſi ſtatutum diſponat, quòd ſi aliquis habuerit molendinum in aqua publica tantum ſoluat principi.illud tantum non intelligitur de molendino non reddenti fructum. Iaſ.in l.fin. nu.3.ff. cui mand. eſt.

37 Emphyteuta ſuſcipiens prædium in emphyteuſim, vt plãtet in illo vineam, & ſoluat quartam partem vini, ſi alias arbores plantet in dicto prædio, tenetur etiã de arboribus dictam quartam partẽ ſoluere cũ ita occupet prædium, ſicut vinea. vt tenet Iaſ.in l.1. n.105. C.de iur.emph.

38 Emphyteuſis conceſſa homini ſoluto,& filio poſt eum, quem nominauerit, non minus videtur conceſſa filio primi matrimonij, quam ſecundi, & quemcumq; illorum poteſt nominare, vt tenet Cald. de nominat.quæſt.15. n.32.& in legato.tenet Alex. conſil.171 lib.2. Cou.ruu. in c.requiſiſti. de teſtament.n.3. Tiraque.in l.ſi vnquam. in prin.à n.106.C.de reuocand.donat.

39 Emphyteuſis conceſſa marito, & vxori, & vni eorum filio, quem vltimus nominauerit, intelligitur conceſſa filio de ſecundo matrimonio, ſi de primo non extent,& nõ poteſt ille vltimus eorum emphyteuta nominare aliquam perſonam extraneam, vt tenet ſpecul.in titul.de locat.§.nũc aliqua. n.176.Socin.in l.cum vir.ff.de cond.& demonſtr.Aret.in l.cohæredi.§.qui diſcretas, circa.fin.ff.de vulg. & pupill. Gam. deciſs. 351. n.1.

40 Nepos, aut filius ſpurius non poteſt nominari ab auo ad emphyteuſim, quando filij ligitimi extant. vt tenet Cald.de nominat.quæſt.17. num.8. nec nepos ex filio in cæſtuoſo,

-ſtuoſo, vt reſoluit Cald. de nominat. q. 19. n.49. ſi tamen emphyteuſis ſit cōceſſa emphyteutæ, vt poſsit nominare quemcumq; voluerit poſt eius mortem, tūc poteſt nominare extraneum, ſiuè filium, ſeù nepotem ſpurium, quamuis habeat legitimum, l.cum quidam. vbi Bart. ff. de leg.2. Gam.deciſ.149. n.3.& deciſ.377.n.6 Cald. de nominat.quæſt.19. n.64. hoc limitatur in emphyteuſi Eccleſiaſtica. vt dicam ver. filius.§.62.

41 Nominari non poſſunt plures ad vnam emphyteuſim,& ſi emphyteuta, qui habet poteſtatem nominandi ſecundam,vel tertiam perſonā, plures nominauerit,non expreſſo nomine alicuius.de quo cognoſcatur emphyteutam ſenſiſſe,nullus tunc habebit emphyteuſim propter in certitudinem. l.qui ſoluendo. cum l.ſeq.& l.in tempus. §.quoties. vbi Bart. ff.de hæred. inſt. & l.idem eſt.& l.ſed & in illo,& l.ſi fuerit. ff.de reb duob.Cald.de nominat quæſt.10. n.31. ſi tamen emphyteuta plures nominatim ſcripſit, puta.titium,& ſemproniū, & mæuium.nomino ad ſecundā, vel tertiā perſonam emphyteuſis,tūc ille qui primo loco ſcriptus eſt, habebit emphyteuſim, tanquàm magis dilectus, quoniā ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis l quotiens duobus. vbi Bald. ff. de vſu fruct. & & quemadmod.quis vt. & l.generaliter. §. quis ergo ſtatuet. ff.de fidei commiſſ. ib & l. ſi quis habens. ff.qui,& aquib.& auth de hæred. & falc. §. ſi vero nullus. coll. 1.& Cald.vbi ſupra. n.38.ſi tamen domino placuerit, vt ſcindatur emphyteuſis valebit nominatio facta ab emphyteuta, in qua nominauit duos,vel tres,ſiuè plures.vt tenet Valaſc.conſolut.71.n.11.

42 Nominatio ad emphyteuſim de illo,qui tempore nominationis iam mortuus erat, aut præmoriatur, ſeù poſt emphyteutam pendente tamen cōditione legati. habetur pro non nominato, nec talis nominatio habetur pro facta,& reducitur ad caducitatem niſi ius iam eſſet tranſmiſſum in nominatum. l. vnica. §. & cum triplici. vbi Bald. C.de caduc. tollend. Cald.de nominat. quæſt.10. n. 8. nec nominatio illa cōſumit tertiam vitam, quia quod nullū eſt, nullum parit effectum, l. non dubium. C. de leg.& c.non præſtat de regul.iur.libr.6. & imaginaria, atque ſimulata reputantur quaſi non ſint. l.emptor. ff. de aqua plu. & l.qui ſub imagine.C.de diſtract.pign.Bart. in l. poſt contractū.n.4. ff.de donat.Bald. Salicet.Paul.& omnes in l.1.C.plus valere D c. in regula. imaginaria Gom. in l.45. Tauri. nu.27. Valaſc. conſult.71.n.5.& ita reducitur ad caducitatem, ſi nominatur in capax, ſeù frater ordinum minorum, ſiuè ante mortem nominantis fiat incapax, vt tenet Barb. in c nos quidem. n 44.de teſtam.poſt Anch.Ang Bald. & alias.& notat Cald.de nominat.quæſt.10 n.8.

43 Emphyteuta inſtituit quendam hæredē & nominauit ad emphyteuſim ſpurium, vel in capacem, qui in capax petebat emphyteuſim,cui hæres,obijciebat exceptionem de incapacitate, ſed non debebat audiri tanquàm carens actione hæc enim exceptio competet directo domino, & non hæredi,vt reſoluit Cald.de nominat.quæſt. 10. nu.6.ſi tamen nominatus incapax poſt mortem defuncti emphyteutæ, repudiaverit emphyteuſim tūc hæres illam habebit,quia pro non ſcripta habetur tunc nominatio facit text.in l.ſi tibi.88.§.cum ſeruus ff.de leg.1. per alt in l.vnum ex familia §. ſi vno.nu.2. ff. de leg.2. Mench.libr. quæſt. for.c.64.[illegible]6 & 10.

44 Nominatio facta in teſtamento nullo, vel rupto non valet, nec alicuius eſt vigoris: vt refert Gam deciſs.173. n.11. Valaſ. conſult. 61. n.4. & 6. & omnes noſtri Luſitani per ord. Reg.lib.4 tit.37.§.4.& etiā reuocatur per natiuitatem filiorum, ſicut cæteræ donationes per l.ſi vnquā.C.de reuocand.donat.Gam.vbi ſupra.n.1. Emphyteuſi legata ab emphyteuta,ſi poſtea teſtator acquirat directum dominium, non debetur legatario, niſi ius emphyteuticum, quod emphyteuta habebat tēpore teſtamenti,& non directum, poſtea acquiſitum, quia indubio ſemper videtur emphyteutam legaſſe illud ius,quod habet in re legata. l.ſi domus.§ fin. ff.de leg.1 Bald. & alij. in l.vxor patrui. C.de leg. & Iaſ.in l. ſeruum filij..n.16. de leg.1. licet Bart. in l.ſerui electione. §.fin.ff.de leg.1.aliter diſtinguat.

45 Deportatus poteſt nominare, & eligere. l.ex facto.§ ſi quis rogatus,vbi Bart.Alex. & omnes. ff ad treb. Gam.deciſ.173.nu.2. quamuis non poſsit facere teſtamentum.l. eius qui. vbi gl.1.& Bart.& l.lege Cornelia. ff.qui teſt. facer. poſſ. & §.fin.vbi Aret. inſt.quib.non eſt permiſſ. facer. teſt Bart. in l.qui vltimo ſupplicio.ff.de pœn.& in l. 1.in rep.num.26. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.

Abb.

Digitized by Google

Abb.in Rubr.n.11.de teſtam.Bald.in l.fin. n.15. C.ſi à non comp.iud.

47 Emphyteuta non poteſt in nominatione ponere aliquod grauamen nominato, quoniam nominans nihil de ſuo præſtat, nec nominatus capit ab illo, ſed à directo domino.l.vnum ex familia.§.ſi falcidia.vbi Bart. ff.deleg.2. & l.ab eo. C.de fidei commiſſ.Cald.de nominat. quæſt.2.nu.9.Aret. conſil.53.Dec. conſil.543.nu.7. Socin.Iun. conſil.68.lib.1. Grat. conſil.22.nu.8.lib.1. Loazes. in l.filius famil. nu.77. ff.deleg.1. Peralt. in d.l.vnum ex familia.§. ſed ſi fundum.num.9.ff.deleg.2. Valaſc.conſult.27. n.8. verſ. licet enim ſi tamen pater in vita nominauit, & tradidit emphyteuſim, quã retinere poterat, vſq; ad extremum vitæ, bene poterit tunc ponere nominato aliquod grauamen in nominatione, quia de ſuo præſtat illud, quod in vita ſua de emphyteuſi recipere poterat, aut quando tãtundem de alijs bonis allodialibus nominato relinquit. d. l.vnum ex familia.§.ſed & fundum. vbi Bart. ff. deleg. 2. Cald. de nominat.quæſt.18.n.2. Ant.à Gam.deciſs. 70.nu.2.

48 Emphyteuſim conceſſam patri, & matri, & vni eorum filio. poteſt filius acceptare, & repudiare hæreditatem paternam, vt tenet Bart.in l.vt ius iurandi.§.ſi liberi. num.4.ff.de oper.libert. Iaſ.in l.2. nu.188. C.de iur.emph.& in l.quod dicitur.nu.29. ff. de verb. obligat. Alex. conſil.8. num.1. lib.3.& conſil.119. nu.4. lib.5.Ruin.conſil.48. n 4.lib.1.& conſil.169. n.7.eodem. lib.Curt.Iun.conſil 78. nu.3. Cou.ruu.lib. 2. reſolut. c.18 à nu.2.verſ.quinta concluſio. Iul.Clar. lib.4. §. emphyteuſis. quæſt. 37.nu.1. Cald.de nominat.quæſt.7.nu.41. ſi tamen emphyteuſis.ſit hæreditaria, non poteſt tranſire ad filium,niſi ſit hæres,quoniam filio eſt tunc ius quæſitum tanquàm filio, & hæredi, vt tenet Bart.in d. §.ſi liberi. num.4. Alex.conſil.128 num.6.verſ. & illa verba. lib.1. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §.libertus.num.35. ff.de cond.ind.& conſil.57. col.1. lib.1. Cou.ruu. lib.2.reſolut. c. 18. num.3. Iul.Clar. d. §. emphyteuſis. quæſt.37. nu.3. Gald.de nominat. quæſt.7. num.42.

49 Nominatus pro parte habebit totam emphyteuſim ſi emphyteuta poſtea aliam perſonam non nominauit,aut ſi abdicauit à ſe omne ius amplius nominandi,aut ſtatim tranſtulit omne ius in nominatum, & directus dominus noluit cõſentire,vt emphyteuſis diuideretur, ſi autem emphyteuta dedit in dotem alicui filio dimidiam partem emphyteuſis, quam in tribus generationibus habebat,& illum nominauit, & poſtea in alia dote, ſiuè in teſtamento nominauit alium filium,ad quas nominationes directus dominus ſuam interpoſuit auctoritatem, tunc vnusquisq; eorũ, qui fuerunt nominati. habebit ſuam partem illius emphyteuſis, quia remanet in arbitrio directi domini velle, vt diuidatur emphyteuſis, aut non, vt reſoluit Cald.de nominat.quæſt.3. nu.2,& 5.& Valaſc.conſult.71. nu.11.

50 Nominatus,cum clauſula,vt poſt mortẽ parentum conſequatur totam emphyteuſim, non poteſt illã habere, niſi poſt mortem vtriuſq; parentis, cum ille ſuperſtes nihil recipiat à defuncto coniuge, ſed habebat ſuam vitam à directo domino, vnde ſi parentes in dote, vel alia quacumq; cõceſsione dederunt filio emphyteuſim, aut partem illius,& illum nominarunt reſeruata ſibi tota emphyteuſi, vel parte,vt nominatus poſt mortem eorum illam habuiſſet, eſt intelligenda illa conceſsio, poſt mortem vtriuſq;, quod aliter erit dicendũ,de bonis liberis, ſeù allodialibus, quoniam in illis poſt mortem vniuſcuiuſq; eorum habebit ſuam partem. vt eſt text.in l.Lucius.78. §. Caio. ff.ad treb.facit text. in l.pen.C.de impub.& doctrina Bart.in l. ſi mihi.& Titio.ff.de verb.oblig. & in ſpecie tenet Cald.de nominat.q.3.n.10.

51 Feudo dato alicui ſibi,& filio,nõ poteſt ſuſcipiens illud vxori relinquere, niſi de conſenſu domini. c.nuper.vbi Abb.n.1.de donat. inter. vir. & vxor. quia regulariter fœmina nõ ſuccedit in feudum.c.1. §.hoc autem de his, qui feud. dare poſſ. & tenet Dec.conſil.139. verſ. ſed tamen quia non poteſt dominum ad iuuare, nec pugnã facere, vt tenet gl.verb.à ſucceſsione feudi. in d.§.hoc autem Alex.conſi.98.n.9.lib.6. & conſil.10.n.6.libr.5. Ruin.conſil.18.nu. 13.lib.1. ſi tamen fœminæ ſint vocatæ ad feudum, & ita domino placuerit bene poterunt fœminæ ſuccedere in feudum, aut per ſe, aut ſimul cum maſculis, aut ordine ſucceſsiuo, vt inquit Bald.in l.quoties.nu. 5. C.de ſuis.& leg.Iaſ.in l.Gallus. §. quidã rectè. n.32.ff.de liber.& poſthu.Paris.conſil.12. à nu.17. lib.1. Iul.Clar. lib.4. §.de feud.quæſt.73. n.4.

Digitized by Google

Verbo Emptio & Venditio.

1 Emptio & venditio, eſt quædam alienatio, qua dominium, & poſſeſsio rei vẽditæ transfertur, per traditionẽ ipſius domini, vel ſi non eſt dominus vere, & realiter. vſu capiendi conditio transfertur in ementem ſoluto pretio, Abb. in Rubric. de empt. & vend. ſumma Ang. in ver. emptio. in prin & inter omnes contractus iuris gẽtium, frequentiſsimus, & vtiliſsimus eſt cõtractus emptionis, & venditionis, de cuius origine agit text. in l. 1. ff. de cõtrah. empt. Connan. lib. 7. cõment. c. 6 C, arond. lib. 1. vero ſimilium. c 1. Dueten. lib. 1. diſput. c. 6. Pinel. 1. p. Rubric. c. 1. & 3. c. de reſcind. vend. & ex hoc contractu duæ proficiſcũtur actiones, videlicet actio emptionis, & venditionis, § actionum autem. vbi communiter. Doct. inſt. de act.

2 Emptio, & vẽditio rectè conſiſtit in omnibus rebus, quas quis poſsidere, ſeù conſequi poteſt, cum ſint prophanæ, l. ſi in emptione, §. omnium. vbi Doct. ff. de cõtrah. empt. Leo. in tract. noui op. c. 6. nu. 8. nam in rebus ſacris, ſeù ſpiritualibus, aut in his, quæ in hominum comercio non ſunt, emptio, conſiſtere nõ poteſt, dico infra. §. 73.

3 Emptor, qui iuſſu iudicis emit, non dicitur poſſeſſor malæ fidei, & efficitur dominus rei emptæ, & iuſtè illam poſsidet, l. qui auctoritate. vbi Doct. ff. de regul. iur. & l. iuſtè. ff. de acquirend. poſſ. & l. & ſi quis. ff. de relig. domib. & ſumpt. funer. & l. 1. §. idẽ Pomponius. ff. quod falſ. tut.

4 Emens tamen poſtquã ſibi fuerit denũciatum à vero domino, ne emat à non domino, non dicitur habere bonam fidẽ, quia illa denunciatio conſtituit emptorem in mala fide. l. ſi fundũ, vbi Bart. Bald. & omnes. C. de rei vind. & l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ infraud. cred. & l. virilis. §. pen. ff. delegat. præſt. mercatur enim iſte poſt illam denunciationem, contra ius, & qui contra ius mercatur, non dicitur bonã fidem habere. c. qui contra. vbi cõmuniter Doct. de regu. iur. lib. 6. & c. nõ ſatis deſim. & c. ſi quis deinceps. 16. quæſt. 7.

5 Emens ſcienter ab illo, cui bonis interdictum eſt, vel ab illo, qui nihil de hæreditate poteſt diſponere, non fit dominus rei emptæ. l. ſi ſciens. ff. de contrah. empt. & l. qui fundum. §. qui ſciens. vbi Bart. ff. pro empt. ſi tamẽ emptor neſciebat, & fuit iuſto errore inductus, aut emit à procuratorẽ qui exceſsit fines mandati, decipiente emptorem, bene poteſt tunc emptor præſcribere contra verum dominum. d. l. qui fundum. §. procurator. vbi Bart. & reliqui ſcribentes. ff. pro empt.

6 Emens rem alienam ſcienter perdit rẽ, & pretium, l. ſi fundũ. vbi Doct. C. de euict. & l. 1. vbi Bald. C. de reb. alien. non alien. & ſi eſt furtiua, tenetur eam reſtituere, ſine precij ſolutione, neq́ꝫ poteſt aliquo momẽto illam pro pretio retinere, imò, qui ſolet emere à furibus eſt ſuſpectus de furti participatione. l. in ciuilem. vbi gl. verb. incidatis Bart. Bald. & Salicet. C. de furt. & ſeruis corrupt. & l. mancipium. vbi Doct. C. de rei vind. licet vẽditio rei alienæ valeat. vt eſt text. in l. rem alienam, & l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ff. de cõtrah. empt. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. §. fin. ff. de vſu cap. ſed tamen non nocet talis vẽditio vero domino. l. in alienum. vbi Bald. C. de furt. & in l. 1. C. de vſu cap. pro empt. Afflict. deciſs. 369. n. 2.

7 Emens tamen rẽ obligatam alicui, non perdit pretium, & poteſt illam vſu capere. l. ſi ſciens. ff. de contrahend. empt. & auth. res. §. emptor. vbi Bald. C. communia. de leg. emptor tamen ſciens rem eſſe reſtitutioni ſubiectam, non poteſt agere ad duplũ contrà venditorem, nec ad intereſſe facit text. in auth. res. §. fin. C. communia. deleg. Aret. in l. ſi aliquam rem nu. 5. ff. de acquirend. poſſ. Gou. ru. libr. 3. c. 17. nu. 1. Gam. deciſs. 20. n. 1.

8 Venditio facta in fraudem creditorum valet, ſed poteſt reuocari, l. ait prætor. 2. §. per hãc. vbi Doct. ff. quæ in fraud. cred. & l. 1. & l. ignoti iuris. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. & l. ſi ſciens. vbi gl. fin. ff. de contrah. empt. Bart. in l. filios. C. eod. & in l. poſt contractum. à nu. 2. ff. de donat. Dec. in l. imaginaria. nu. 4. ff. de regul. iur. per venitur tamen ad actiones reuocatorias bonis, principalis. excuſsis. d. l. 1. vbi Bart. Bald. Paul. & omnes. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred.

9 Emens tamen rem non dicitur prædo, quamuis venditor dominus non ſit. l. nec vllam. §. ſi quis ſciens. ff. de hæred. pet. & l. nemo prædo. vbi Doct. ff. de regul. iur. quoniã venditio conſiſtit etiam in re aliena, licet poſsit auferri ab emptore res alienam. ff. de contrah. empt. niſi ſit res furtiua, quia in illa non conſiſtit venditio. l. ſi in em-

Digitized by Google

in emptione.§ item ſi emptor.ff.de cōtra-
hend.empt.& §.furtiuè, vbi Doct. inſt. de
vſu cap.imò vendens rem furtiuam poteſt
cōueniri rei vindicatione,quia dolo deſi-
nit poſsidere,& accuſari criminaliter. l.1.
vbi gl.verb.inſtituta.& Bald.C.ad leg.fab.
de plag.

10 Emens itaq; rem alienā ſciens,vſu illam
non capit,ignoranter vero ſic.nullo modo
tamen præiudicat venditio illa vero dño,
niſi poſtquā ille ignoranter emens vſu ce-
pit. l.1.vbi Bald.& Salicet.& l.nemo. C.de
reb.alien.non alienand.& l.qui fundum.§.
procurator.vbi Bart.ff.de vſu cap. pro em-
pt. Leo.in tract.noui.op.c.8.n.13.Girip.cō
ſil.48.n.27.Merg.conſil.34.n 14.

11 Venditio per fraudem emptoris nō va-
let,nec ille emptor poteſt tunc iuuari lōgi
temporis præſcriptione. ſi fraus, & dolus
dedit cauſam cōtractus.l.ſi dolo.vbi Doct.
C.de reſcind.vēd.& l.ſi fraude.vbi Salicet.
C.depræſcript.long.tēp.&dixi ſupra verb.
contractus. §. 18. cum enim ille, qui per
fraudem, & dolum emptoris vendidit, cū
aliàs non eſſet venditurus,errauit,non de-
dit titulum præſcribendi, quoniam error
iuris, circa validitatem tituli in ducit ma-
lam fidem in præſcriptionibus longi tem-
poris. l.& eleganter. vbi Doct.ff.de dol. &
l.nunquam.ff.de vſu cap.ſi tamen dolus in-
cidat in contractum venditionis, tenet
venditio, & emptor vſu capit rem,emptā,
licet interim teneatur ad ſupplementum
pretij,ſeù diminutionem. d.l.& eleganter.
vbi notant omnes.ff.de dol. & l. Iulianus.
§.ſi venditor. ff.de act.empt.gl.in l.ſi frau-
de. C. depræſcript. longi temp.non datur
tamen in foro iudiciali actio,niſi interue-
niat læſio vltrà dimidium iuſti pretij. l.2.
vbi notant omnes. & l. ſi voluntate. C. de
reſcind.vend.& c.cum cauſa.42. vbi Abb.
n.3.de teſt.& c.per tuas.n.4.de donat.

12 Venditio non tenet quando contrahē-
tes errant in ſubſtantia,puta ego exiſtimo
emere fundum Cornelianum, & tu exiſti-
mas. mihi vendere ſemproneanum, nulla
tunc eſt vēditio,quia erramus in corpore,
ſi tamen in nomine erramus,cum de cor-
pore conſtat,tenet venditio. l.inuenditiō-
nibus.vbi Bald.ff.de cōtrah.empt.& l.alio
qui,& l.& ſi cōſenſu,& l.domū.ff.eod.tit.

13 Finis tamen prædij,bene poteſt mutari
à domino in venditione,& emptor nō po-
teſt agere vltrà fines in vēditione deſigna-
tos. l.eos terminos.vbi Doct.ff.finium.re-
gund.& l.Gaius.in fin.ff.deleg.2.& l.1.vbi
Bald.& Salicet.& l.2.vbi vbi Paul.de Caſt.
C. finium. regund. ſed quidquid remanet
intra fines deſignatos cenſetur eſſe emp-
toris. l.ſi fines. C.de euict.& l.æde ſacra.§.
intramaceriem. ff. de contrah.empt. Dec.
conſil.271. n.2.& conſil.109.& Paris. con-
ſil.4. lib.4. Gam.deciſs.230.n.1.

14 Venditio de tota re,ab illo,qui habet rē
cōmunem cum alio,non tenet,niſi in par-
te illius,qui vendit,nec illa venditio ſo-
cio præiudicat, niſi poſtquam emptor vſu
capiat, ſeù præſcribat. l.1. vbi Doct. & l.
falſo,& l.fin. C.cōmun.rer. alien.& l.qui-
dam.ff.de euict.& l.1. C.cōmuni.diuid. &
l.ſed ſi communis.ff.de contrah.empt.& l.
in familiæ. vbi gl.fin. C.familiercifc. & l.
vnica.vbi Doct.commu.res.pign.& l.2. C.
de in lit.tut.dand.& l.ſi ſocius, vbi Angel.
Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij.ff.de reb.cred. idē
Iaſ.in l.quamquam.nu.21.C.qui teſt.facer.
poſſ.cōmune enim meum,& tuum non di-
citur propriū meum, c.cum in illis. §.vlt.
vbi Dominic.Monach.Ioan.And.& Anch.
depræb.lib 6 hoc tamen limitatur in fiſco,
quoniam fiſcus poteſt vendere totam rem,
quam habet cōmunem cum ſocio, etiam
illo ſocio inuito, l.multum.vbi Bart.Bald.
Salicet.& omnes. C.commun.rer.alien. &
etiam limitatur in mercibus,& in alijs re-
bus venalibus,quia in illis vterq; ſocius vi-
detur expoſitus ad vendendum, l.ſi tamen.
ff.de exercit.act. & l. eius qui. ff.de rebus.
credit.Bart.in l.nemo ex ſocijs. ff.pro ſo-
cio.& Bald.in l.1.C.qui teſt.facer.poſſunt.
Iaſ. in l. ſi ſocius. n.3. ff.de reb.cred. Alex.
conſil.139.lib.5.& conſil.186.lib.2.Valaſ.
conſult 98. n.12.& eſt communis.

15 Venditor non poteſt plus iuris in alium
transferre,quam ipſe habet in re vendita,
l.nemo plus.ff.de regul.iur.& l.traditio.ff.
de acquirend.rerum,domin.& c.nemò po
teſt.de regu.iur.lib.6 & c.nuper.de donat.
inter vir.& vxor.& c.daibertum.1.quæſt.7
& l.exēpto.ff.de act.empt.fallit tamē,vt in
gl.in d.l.nemo plus iuris.ff.de regul.iur.

16 Venditio ſine traditione nō tranſit do-
minium in emptorē. l. traditionibus. vbi
Doct.C.depact.& l.nunquā.31.ff.de acqui-
rēd.rer. domin.& §.per traditionē.inſt.de
rerū.diuiſ.niſi vendens ſe cōſtituat in poſ-
ſeſsione rei venditæ nomine emptoris,vt
tenet Abb. in c.fin.n.8. de præcat.Iaſ.in l.
quoties.nu.14.C.de rei vind.& thom. fer-
rat. cautel. 48. nec competit emptori rei

vindicatio,niſi poſt rei emptæ traditionẽ, l.ſi patr.vbi Bald.& Salicet.& l.ſi ancillá. C.de act.empt.& l.ſeruum. C.de rei vind. & l.traditionibus. C.de pact. & §. venditæ. inſt.de rerum.diuiſ.

17 Venders, aut locans, rem vni, & poſtea alteri, facit dominum illũ, cui res tradita fuit, vnde ſi ille ſecundus emptor,ſiuè cõductor prius habuerit poſſeſsionem rei vẽditæ, & illi prius tradita fuerit, præfertur primo ratione traditionis, l. quoties. vbi Bart Bald Iaſ.& omnes. C.de rei vindicat. & l.qui tibi C de hæred.vel act.vend.& l. qui tibi. vbi Bald.& Salicet. C.de his, qui à non dom.in. & quòd d. l. quoties, & aliæ ſupra relatæ intelligantur in emphyteuſi, vt ſi dominus directus duobus.eandem rẽ emphyteuticа dederit,præferẽd⁹ ſit is, cui prius res tradita fuerit licet ſit in tit.poſterior,tenet Guili.in c.Rainuntius.verb.& vxorem,deciſs.4 n.7. de teſtam.Alciat.cõſil.589. in prin.Valaſc. de iur.emph.q.14. n.7.& quod etiam procedant in locatione tenet Rota antiq.879.& antiq.delocat.deciſs.1.Alex.conſil.122.col.2.lib.5. Socin. conſil.29.lib 2.Cou.ru. lib.2.reſolut.c.19. col fin.ſed in locatione contrarium tenet Iaſ.in d.l.quoties.n.32.cuius opinio verior eſt in puncto iuris,ſi illam intelligamus de locatione ad modicum tempus,in qua locator non transfert. dominium rei locatæ in conductorem, ſed remanet apud ipſum locatorem. l. non ſolet. vbi Bart. & Paul. ff.delocat.& l.qui rem.vbi Bald.& Salicet. C.eodem tit & quãuis contractus locationis ſimilis ſit contractui,emptionis,differt tñ in traditione,& tranſlatione dominij,l. 1. vbi Bart.& l 2. ff. delocat.& l.Sabinus.ff. de contrah.empt.prin.& §.item quæritur. inſt.delocat.& cõd.vnde cum in locatione ad modicum tempus ſemper dominiũ remanet apud locatorẽ,limitatur d.l.quoties cum alijs, & primus conductor præfertur ſecundo,quamuis locator ſecũdo traderet rem,quod tamen non eſt dicendũ in locatione ad longum tẽpus, quia in illa transfertur vtile dominiũ in conductorẽ.vt notatur.in clem.1.de reb.Eccleſ.Abb.in c.ad audientiam. n 3. eodem tit.Iaſ.& alij.in l. naturaliter.n.15.ff.de acquirend.poſſ.Bar. in l.1.§.interdictum.n.11.ff. vti poſſ.Tiraq.1.retract §.1.gl 14.n.79 Auguſt.Ber. q.47.n.1.Fulg conſil.2.Ruin.conſil.156.n. 6.lib.1 Valaſ.de iur.emph.q.18.n.2.

18 Si tamen vendẽs ſe conſtituat poſſeſſorẽ nomine ipſius emptoris,præfertur tũc primus emptor ſecundo,licet habeat poſſeſsionem rei defacto,quoniam illa conſtitutio habet hãc vim, vt tenet Bald.in Rubric.C de contrah.empt.thom.ferrat.cautel.48. & tenent Doct.cõiter.in d. l.quoties.C.de rei vind. quæ clauſula conſtituẽdi ſe in poſſeſsione emptoris operatur effectũ ſuum in locatione ad longum tẽpus, & in venditione emphyteuſis,cũ conſenſu domini directi,vt tenet Guill. in c.Rainũtius.ver.& vxorem.4. dec.à n.5.de teſtam. Dec.conſil.247. Tiraquel.in tract. de cõſt. 3.p. limit.3.nu.5. Gam.deciſs.116.nu.2.ſi tamen emphyteuta primo emptori vẽdat, cum clauſula, vt placeat domino,& aliter non, nec alio modo, & iterum vendat ſecundo emptori, qui prior habuit conſenſum domini, tunc ob id, erit præferendus ille ſecundus,non obſtante illa clauſula cõſtituti, quia habuit ius , & cauſam ab ipſo directo domino, vt probatur ex doctrina ſuprà relatorum.

19 Emptor tamen reuertitur ad actorem ſuum,quãdo datur reſtitutio, & res ab illo aufertur. l.ſed vbi.ff.de minor. tenetur tamen emptor denunciare litẽ venditori,antequam ſententia feratur,& teſtes aperiantur. l.emptor.vbi gl 1.Doct.C.de euict. & l.ſi rem,quàm.§.fin. ff.eodem.tit.& gl.4.in l.ſi eum. C.de euict. quoniam emptor poſt rem euictam,non habet regreſſum contra venditorem, ſi illi litem non denunciauit. l.ſi parentes.vbi Bald.C.de euict.quia euictionis actio non datur emptori,ſi non denunciauit venditori, vt cauſam defendat, aut ſi res euincatur per iniuriam iudicis, aut per culpam emptoris,quando non apparuit,nec ſecutus fuit cauſam,vſq; ad appellationem. l.actore,& l.emptor,& l.ſi parentes. C.de euict.l.1. C.vbi in rẽ act. l.1. C.de pericul.& commod.rei vend. & l.heremnius. ff. de euict. & l.à ſententia. ff. de appellat.& relat.& c.fin. de empt. & vend. ord.lib.3.tit.45. §.2.& 3.

20 Euictionis actio non datur emptori cõtra venditorem niſi poſt rem euictã. l.qui rem.vbi Doct.& l.ex his. vbi Bald.& l.ſiuè in libertatem. vbi Bart.Bald.& Salicet.C. de euict. & l.ſi rem. §.fin. ff.de euict.Bart. in l.ſi pro re. §.ſi pro euictione.n.1.ff.eodem.Imol.Aret.Alex.& Rip.in l. ſi aliquã rem. ff.de acquirend.poſſ. fallit in caſibus, in gl fin. in d. l. qui rem , vt per Bart.ibi. C.de euict.

Euictio-

Digitized by Google

Euictionis actio,& obligatio eſt de natura contractus emptionis,& venditionis, & ſemper videtur contineri,in vēditione. l.pacta conuenta, vbi gl.ver.noua emptio. & Doct. ff.de contrah.empt.& l. ſi fundus cum alijs. ff.de euict.Bald.in l.non dubiū. C.codē.tit.Nau.in c.ſi fæneraueris. n.130. 14.quæſt.3. Bart.in l.exempto.§.fin. n.1.ff. de actionib. empt.

22 Euictionis actio datur emptori contrà venditorem,quamuis dicat generaliter in cōtractu venditionis, ſe non obligare pro euictione,ſi tamen ſpecialiter dicat ſe non obligare, non tenetur in illa ſpecie, quam declarauit,licet poſtea res illa ſit euicta. l. non dubitatur. vbi Doct. C. de euict. & l. emptorem, alias,exempto. §.fin. ff. de act. empt.& l.qui libertatis. vbi gl.1.& Bart.ff. de euict.

23 Actio euictionis etiam venit in permutationis contractu, quia permutatio habetur loco emptionis, & venditionis. l.ſciēdum. 19. §. ſed ſi quis permutauerit. ff. de ædilict. & l. ſi permutationis, vbi Bald. C. de euict.& etiam datur in emphyteuſi,ſiue infeudo,ſi emptor. qui bona fide emit ignorabat emphyteuſim , aut feudum eſſe quoniam ſi ſciat aliter erit, quāuis de euictione ſtipuletur. vt tenet Guile.de feud. lib.3. c.9.in prin.& gl.verb.pretia.vbi Doctor.in c.1. de prohib.feud.alien. & Curt. Iun.defend.4.p.quæſt.27.& 28.& 29.Paris. tit.1. §.22.à n.62. Rip. in l.ſi aliquam rem. nu.46. ff.de acquirend.poſſ.Valaſc. de iur. emph.quæſt.38. n.32.

24 Euictionis actio datur pro prædio dato in ſolutum euicto , propter hypothecam, nam datio in ſolutum obtinet vicem venditionis,l.ſi prædiū,vbi Bald.& l.& elegāter.vbiBart.n.2.ff.depign.act.Leo.in tract. noui.op.c.6.n.24.Giripard.cōſi.27.n.13.

25 Venditor,quādo eſt executor, tutor,aut curator , vel procurator , & ratione officij vendit, non tenetur de euictione, ſed dominus rei venditæ,niſi nominatim,& ſpecialiter ſe obligauerit. l. ſi ob cauſam , vbi Doct.C.de euict.& l.1. vbi Bart.& Salicet. C.credit.euict.pign.non deb.Iaſ. in l.a diuopio.§.ſi poſt aditum. n.4. ff.de reiud. & ita quando res vendita fuerit iuſſu iudicis, quia tunc datur euictio contra debitorem. d. l.ſi ob cauſam.vbi Bart.Bald.Salicet. C. de euict. quando tamen quicumq́; eorum mala fide contraxit , ſciens rem venditam non eſſe debitoris, tūc tenetur de euictionis actione. l.2. vbi Doctor. C cred.euict. pign.non deb.aut quando non erat officialis, & ratione officij, quod reuera non gerebat,vendidit, tunc enim tenetur de euictione propter dolum: vt tenet Bart.in d. l.1. C credit. euict.pign.& Iaſ.in l.ciuitas. n.16. ff.de reb.cred.

26 Euicto fundo ab emptore ſine eius culpa, poſt denunciationem venditori factā, & poſtquàm ſecutus eſt cauſam vſq; ad appellationem,agit contra venditorem ad pretium,& pro ſumptibus meliorationis, aget contra vindicantem,habita tamen ratione ad fructus ſuſceptos. l. ſuper empti. vbi Bald.C.de euict.& l.ſi per imprudentiam. vbi Bart.ff.de euict.

27 Euictionis actio non datur emptori,quādo ſe tueri poteſt exceptione præſcriptionis,ſiuè illam oppoſuerit,ſiuè non.l.ſi obligata.vbi Doct.& gl.verb. non poteſt.C.de euict. & l.ſi rem, quam. §. ſi duplæ, & l. ſi prudentiam. ff. de euict. ſi tamen ſe tueri non poteſt datur euictio, licet res poſt lōgum tempus ſit euicta. l. empti actio. vbi Bald.& Salicet. C.de euict.

28 Euictionis actio datur emptori,ſi agēdo poſt denunciationē,venditori factam,ſuccubauit,& debet conſequi à venditore,aut ab eius hærede. quāti ſua intereſt,& ſi obtinuerit habebit rem emptam. l.ſi controuerſia,& l.cum ſucceſſores. & l.cum quæſtio,& l.ſi ſtatus.C.de euict.

29 Venditor etiam ad duplum tenetur, ſi ad duplum ſe obligauit, l.2. vbi Bart.& l. ſciendum, & l.ſi rem, quam. §. ſi duplæ.ff. de euict.& l.ſi tibi.vbi Bald.C.de euict. & ita ord.noſtra.lib.3.tit.43. §.3.quæ in hoc iuri communi conſonans eſt.

30 Euictionis actio non datur emptori,qui ſciens emit rem alienam,aut alicui obligatam,niſi expreſſè vēditor ſit obligatus,aut interueniat pactum inter emptorē,& venditorē,quod venditor teneatur de euictione, l. ſi fundum. vbi Bart.Bald. & omnes. C.de euict. & l.1. C. de præſcript.30. ann. & gl.verb.non dubitatur. c.de euict.& ita ord.lib.3.tit.45. §.5.& hoc idē cenſetur.in relitigioſa. l. cenſemus. vbi Bart. Bald. & Salicet.C.de litig.fallit tamen: vt in auth. res,quæ.§.emptor.C.commun.delegat.

31 Venditor vniuerſalis,nō tenetur de euictione rei ſingularis, niſi ſpecialiter ſe obligauerit ad illius vniuerſitatis rem euictam, quoniam in illa venditione vniuerſali, nō intelligitur vendita illa ſingularis

Digitized by Google

res, quæ non erat vniuerſæ hæreditatis. l. 1. vbi gl. verb in ſingulis, & Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de euict. & l. ſerui venditor. & l. naue. ff. eodem. & l. 2. ff. de hæred. vel act. vend. ſi tamē tota hæreditas euicta ſit, tenetur venditor. de euictione. l. cum hæreditate, & l. quod ſi nulla. ff. de hæred. vel act. vend. & gl. ver. in ſingulis. in d. l. 1. C. de euict. aliter tamen in fundo, ſi pars illius euincatur, nam quando fundus vendicatur cū ſuis limitibus deſignatis, ſi pars illius euincatur, tenetur venditor de euictione l. 1. vbi Doct. & l. ſi fūdo. ff. de euict. & l. ſi fines. vbi Bart. & Bald. C. eodem. tit. ſi autem venditor ſciebat, quod res vēdita, non erat de hæreditate, tenetur de dolo. l. hoc autem, & l. niſi de ſubſtantia. ff. de hæred. vel act. vend. & gloſſ. fin. in d. l. 1. C. de euict.

32 Euictionis actio impedit filiū, ſeù hæredē, agere cōtra emptorē de fundo filij, aut hæredis à defuncto vēdito, quoniā, quē de euictione tenet actio, eundē agentē repellit exceptio, l. exceptione. vbi Bald. & Salicet. & l. ſiuè poſſeſsio. vbi Bart. Bald. Salicet. C. de euict. & l. ſi ſeruum emero. ff. de euict. & hoc tamen pro illa parte pro qua hæres eſt. vt tenet Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. in l. quoniam in prioribus. C. de in offic. teſt. Areaia. in l. generaliter. n. 128. C. de ſecund. nupt. Salon. conſil. 34. n. 37. & 39. Couaru. c. 1. nu. 113. in fin. de teſtam. Molin. de prim. gen. Hiſpan. lib. 4. c. 1. n. 26. Valaſc. conſult. 69. n. 7. & gloſſ. fin. in d. l. ſiuè poſſeſsio. C. de euict. hæres tamen fideiuſſoris non repellitur agens. ex perſona ſua, & eſt fallentia ad regulam, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. l. fin. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de euict. idem Bart. & Salicet. in d. l. ſiuè poſſeſsio. C. eodem. tit.

33 Euinci non poteſt homo mortuus, ante litis conteſtationem, quia tradi nō poteſt, poſt euictionem. l. ſi quis tibi. vbi Bart. & Bald. & Salicet. C. de euict. & l. ſi ſeruum emero, vbi Doct. ff. eodem tit. ſi tamen poſt litem conteſtatam, homo, ſiuè animal pereat, eſt neceſſaria ſententia propter fructus, & part⁹ debitos vero domino rei vindicanti, & propter pretiū, in quo venditor tenetur emptori. l. vtiq;. vbi gl. 1. ad medium Bart. & omnes. ff. de rei vind. & l. ſi ſeru⁹. ff. iud. ſolut. & l. fin. §. fin. C. de adſer. toll.

34 Venditor tenetur defendere emptorem in foro ipſius emptoris, quādo de euictione tenetur, nec poteſt allegare priuilegiū fori poſtquam lis fuit conteſtata, & cæpta cum emptore. l. vēditor. vbi Bart. ff. de iud. & l. 1. vbi Bald. C. vbi in rem act. Couru. in pract. quæſt. c. 6. n. 3. Gam. deciſs. 332. n. 1. cum aliter ſit. vbi conuenitur ille, qui poſsidet nomine alterius. l. 2. vbi gloſſ. 1. Bart. Bald. Salicet. & oēs. C. vbi in rem act.

35 Emptor alicuius hæreditatis, ſeù cuiuscumq; rei, debet vti illo iure quo venditor vtebatur, quoniam omnes actiones cēſentur tranſlatæ in ipſum emptorem. l. emptor. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de hæred. vel act. vend. & l. emptori. vbi Doct. C. de euict.

36 Emptio ab aliquo facta ſibi, cū pecunia aliena, tenet, & emptor tenetur ad pecuniam ſoluendam. l. 1. & l. multum. & l. qui aliena. vbi Doct. C. de act. empt. & l. ſi ex pecunia. C. de rei vind. & l. ad probationē. 21. C. de probat. & l. qui aliena. C. ſi quis alter. vel ſibi. & l. & ſi de tua. C. de donat. inter. vir. & vxor. gl. verb. conſtitutam. in d. l. 1. C. de act. vēd. fallit tamen in re empta cum pecunia Eccleſiæ. c. 1. vbi gl. verb. debent de pecul. cler. & c. 1. vbi gl. ver. compenſatione. 12. quæſt. 4. Abb. in c. paſtoralis. n. 6. de decim. & ita in re empta cū pecunia militis, ſeù minoris, l. ſi vt proponis. vbi Bart. & Bald. C. de rei vind. & l. ſi curator. vbi Salicet. C. de arb. tut. gl. ver. computauit in c. inquirendum. de pecul. Cler. Abb. in c. paſtoralis. n. 6. de decim. diſtinguit tamē Bart. in d. l. ſi vt proponis, in re empta cum pecunia minoris, ſi res empta fuerit à tutore, vel curatore poterit minor rem vindicare, tanquam illos habuiſſet rerum ſuarum geſtores. aliter tamen ſi fuiſſet empta ab extraneo.

37 Emptio, & venditio ſolo partium conſenſu perficitur, vbi primum de pretio cōueniunt, nec requiritur inſtrumentum de ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis, ſi tamen inter partes conueniatur. vt emptio fiat in ſcriptis, nō valebit tunc, niſi poſtquam inſtrumentum completum fuerit prin. vbi Doct. inſt. de empt. & vend. & l. contractus. vbi Paul. n. 6. C. de fid. inſtr. Gam. deciſs. 207. nu. 7. quamuis requiratur de ſubſtantia probationis in venditione bonorum immobilium, cuius pretium excedat ſummam decem ſolidorum, & in bonis mobilibus excedat ſummam centum,

& vi-

Digitized by Google

& viginti ſolidorum, per ord. lib.3.tit.59. in prin. quæ ordinatio obſeruanda eſt in foro, ſeculari tantum, & non in foro Eccleſiaſtico, nec alijs regnis.

38 Venditio non diſſoluitur poſt traditionem habita fide de pretio, pro pretio non ſoluto, ſed venditor agit ad ſolutionẽ pretij.l.quod vendendi, vbi Doct.ff.de cõtrah. empt.& l.in ciuile. vbi Bart.Bald.& Salicet. C. de rei vind.& l. ſi non donationis. C.de contrah.empt.& l.1. vbi Bald. & Salicet.C.de act.empt.& quando venditio eſt celebrata ſine ſcriptura, ſed tantum partiũ conſenſu habita fide de pretio, ſtatim periculum, & cõmodum rei venditæ pertinet ad emptorem, tanquàm dominus illius rei, §. cũ autem.vbi Doct.inſt.de empt.& vẽd. emptor. tamẽ dum pretium non ſoluit, tenetur ad intereſſe. l. procuratoris. §.planè. verſ. enim vero. ff.de trib.act.& l.curabit, & l. fructus. C.de act.empt.& §. vẽditæ.inſt.de rer.diuiſ.per ord.tamen.lib.4. tit.5. §.2. eſt in optione venditoris, vt petat pretium ab emptore, aut recuperet rẽ venditam quando fuit habita fides de pretio, & emptor non ſoluit poſt diem deliberatam.

39 Periculum ſemper expectat ad dominũ illius, ad quem dominium tranſit perfecto contractu, & aliter non. l. neceſſario. vbi Doct. ff.de pericul.& commod.rei vend. & l.pignus. C de pign.act.& l.1. vbi Bald.& Salicet. C. de pericul.& cõmod.rei vend. fallit tamen in minore vendenti equũ ſine auctoritate tutoris l.non omnis.§.ſi pupillus. vbi Bart.& Iaſ. nu.6. ff de reb cred. & idem Iaſ.in l.1 n.16.C.de iure emph.licet enim venditio fuiſſet nulla, non retorquetur periculum in damnum minoris.ex Iaſ. vbi ſupra.

40 Venditio rei minoris, ſine decreto iudicis, non valet. l.ſi ſine decreto.vbi Doct C. ſi maior fact.& l.ſi coram. C. ſi quis ignorem minor. & cum non valeat non tranſit dominium, in emptorem, niſi minor poſt legitimam ætatem ratum habuerit aut emptor legitima præſcriptione tutus fuerit d.l. ſi ſine decreto. vbi Salicet & ille iudex, qui præſtaturus eſt auctoritatẽ debet eſſe illius territorij, vbi ſita res eſt.vt tenet Abb.in c.paſtoralis.n.10.de priuileg. vnde datur fallentia illa ſupra. § 39 videlicet, vt periculum expectet ad emptorem quamuis venditio fuiſſet nulla.

Venditio rei minoris, etiam debet fieri in ſubhaſtatione, plus offerenti, & auctoritate iudicis, omnis enim venditio, quæ fit in ſubhaſtatione eſt faciẽda iudicis auctoritate, & aliter eſt nulla, & inualida, & etiã eſt facienda debitore prius citato, l.fin.vbi Bald.& Salicet. C. ſi propt. publ. penſ. & auth.hoc ius porrectum. C.de Sacro.Sãct. Eccle.& l.1.& 2.vbi Doct.C ſi in cauſ.iud. pign.& ſi poſt prȩconia inita non inueniatur emptor, qui iuſtum pretium pro re pignerata offerat, poteſt tunc creditor, de licentia iudicis, rem pigneratam emere.l.1. & 2.vbi Doct. C.ſi in cauſ.iud.pign. ſi tamen minor fuerit læſus poterit reſtitui, vt iterum admittatur licitatio. l. ait prætor. §. hodie.ff.de minor.

41 Venditio etiam fundi debitoris Reipublicæ, ab executore facta, debet eſſe in ſubhaſtatione, quoniam aliter non valet. l. ſi quos. vbi notant ſcribentes. C.de reſcind. vend.& l.fin vbi gl.verb.de curſis.C.de fid. & iure haſt.fiſc lib.10.

42 Venditio rei debitoris fiſci, debet fieri cum debita ſolemnitate & aliter nõ valet, imò eſt poſtea res cum fructibus reſtituẽda, tàm præceptis, quam præcipiendis, l. 1.& l.2. vbi Bart.C de fid. & iure haſt.fiſc. 10 facta tamen cũ debita ſolemnitate non retractatur prætextu minoris ætatis, aut reſcripti principis, ſi fiſcus rei minoris vẽdit vt ſibi obligatas pro tributo, & interueniente auctoritate tutoris, vel curatoris. l.quæcumq; vbi Bart.C.de fid.inſtr.& iure haſt.fiſc.lib.10 ſi tamen fiſcus vendat rem minoris vt ſuam bene iuuatur minor.l.fin. vbi Doctor.C. ſi aduerſus.fiſc. Bart.in d.l. quæcumq;.

43 Venditio in fraudem Reipublicæ facta non valet, & emptor ſciens perdit pretiũ. l.hi, qui impoſita, vbi Bald.& Salicet.C.de reſcin. vend. quoniam factum in fraudem alicuius, illi nocere non poteſt. c. fin. vbi Abb n.1.de teſtam.& l.1. vbi Doct. C.res inter ali act.& hæc fraus probatur per veriſimiles coniecturas: vt tenet Bart. in l. poſt contractum. a n.2. Picus.n.12. & alij. ff de donat.Boſſ.in tit.de bon.publ.à n.43 Sigiſmund conſil.21.n.1. Iul.Clar.libr.5. § fin.quæſt.78.n.17.

44 Homo vendens ſe, aut conſentiens in venditione de ſe facta ad participandum de pretio, remanet ſeruus. l.1. vbi Doct.C. quib. ad libert. proclam. & §. ſeruus autẽ Inſt.de iur.perſ.Dec.in l.libertas. n.4.ff.de regul. iur. ſi tamen quis ſurripiat hominẽ

 liberum,

Digitized by Google

liberum, & illum vendat, punitur pœna mortis. l.1.vbi Doct.ff.ad leg.flau.de plag. & c.1.vbi gl.1.de furt.

46 Venditio, quæ conſiſtit in pondere, & menſura, debet fieri ſine fraude illius mẽſuræ, ſeù ponderis. c.2. vbi Doct.de empt. & vendit.& c.non afferamus 24.quæſt.1.& c,1.ne cler. vel monach.& ille,qui menſuras, ſiuè pondera fraudauerit, debet puniri induplum,& relegari pro arbitrio iudicis. l.annorum. ff. de extraord. criminib. & l. pen. vbi. Doct. ff.ad leg.Corn. de falſ.& l. in lardanarias. ff.de pœn.& ita in illo, qui ſciens falſam menſuram commodauit. l.arbitrio. §. de eo. vbi Bart. & omnes. ff. de dol.& Abb. in d. c.2. n.3. de empt.& vẽd. & dicam infrà verb.falſarius.§.22.

47 Vendito vino ſimpliciter, non intelliguntur vaſa vendita, vbi eſt vinum, l.1.vbi. ſcribentes. ff. de pericul. & commod. rei vend. & gl. in l. in teſtamentis.ff.de regul. iur.quamuis aliter ſit in legato, quoniam quando teſtator legat vinũ,& vaſa, in quibus eſt vinum, legare videtur, niſi ex mẽte ipſius teſtatoris aliud colligatur. puta ſi vaſa ſunt magna, aut vineas cum cella vinaria alteri legat, tunc enim vinum tantũ videtur legatum. l. ſi cui. § ſi vinum vbi Bart.ff.de tritic. vinoq;. legat.& l.qui penum. §.fin.& l. namq; ff.de pen.legat.gl.& Doct in d.l.in teſtamentis.ff.de regu.iur.

48 Vendita domo,ſiue horreo intelligũtur vendita omnia ibi fixa,& quæ ſunt ad vſum perpetuum, l. dolia. vbi ſcribentes. ff. de contrah.empt. & l. granarea, & l. fundi. §. fundo, & §.labeo. vbi Doct. & l. Iulianus. §. fin. & l. ſi venditor.§.vlt.ff.de act.empt. Iaſ.in l.cætera.§.hoc ſenatus. nu.13.ff.de leg.1.

49 Vendito prædio accedunt omnia iura realia, & fructus extantes, ſeù pendentes, quamuis nihil ſit cautum in contractu emptionis, & venditionis, l.ſi aquæ ductus vbi Bald, ff.de contrah empt.& l.Iulianus.§. ſi fructibus.vbi Bart.ff de act.empt.& l.fundi. ff.eodem.& gloſ.fin in c.cum Bertoldus.de ſent.& reiud.& l.fructus. vbi gl.1. & Doct. ff.de rei vind.& veniunt etiam in vẽditione ſimpliciter facta ædificia,& arbores ſitæ infundo vendito, niſi ſpecialiter in venditione excipiantur: ligna tamen cæſa non veniunt, quia iam non ſunt pars fundi. l. fundi.§ fundo vendito.ff.de act empt.& l. cum fundus.ff communia præd.& l.ſi conuenerit.18.§.ſi quis.ff.de pign.act.

50 Venditio omnium bonorum, quæ vẽditor poſſidet, intelligitur tàm de mobilibus, quàm immobilibus, quæ tempore vẽditionis apud venditorem exiſtebant, quoniam hoc meum, tuum, ſuum tẽpus præſens ſignificat. l.ſi ita, vbi Bart. nu.1. ff.de aur. & argen.leg.Abb in c.quia circa.n.5. de priuileg.Iaſ.in l.1.n.41. ff.de acquirẽd. poſſ.oratio enim generalis in contractu venditionis reſtringuitur ad tempus præſens. l.ſi mandauero tibi. §.is cuius bona. ff.mand.& l.fin.§.1. ff.deleg.2. Bart. in l.ſi ita eſſet.n.4.ff.de aur.& arg.leg.

51 Venditio cum pacto, vt liceat emptori diſcedere à contractu,ſi res ſibi nõ placuerit, valet quoniam licet ſubſtantialia contractus non committantur in voluntatem contrahentis, cõmittitur tamen qualitas, & bonitas rei,& ſic placentia,vel diſplicẽtia illius,l.quod ſi nolit.§.pen.ff.de ædilit. edict & c.illo vos.de pign.& §.emptio.vbi gl.& Doct. inſt. de empt.& vend.& gl. vbi Bald.Salicet.& Paul.de Caſtr.in l.in vendentis C.de contrah.empt.& ſi apponatur tempus, quo emptor declaret, vtrum ſibi res placuerit, aut non, nõ poterit vẽditor intra illud pœnitere, ex notatis per Aret. in l.ſi ſtipuler.col.fin. ff. de verb oblig.imò elapſo tempore, ſi nihil declarauerit, venditio firma manet, facit tex.in l ſi fundus. §.fin. & in l.de lege. §.poſt diem. ff.deleg. commiſſ.ſi autem de tempore nihil apponatur. ſed ſimpliciter res vendatur. ſi emptori placuerit, intra ſexaginta dies vtiles poteſt emptor rem redhibere,& vltrà nõ. l.quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. ff.de ædilit.edict. Socin.in l.ſi quis arbitratu.n. 24.& Iaſ.nu.32.ff.de verb.obligat.& idem Iaſ in l.non erit.§.fin. nu.3. ff. de iure iur. Gomez. de contract.c.2.n.19. Valaſ.de iure emph.quæſt.11.n.16.verſ.porro.

52 Venditionis pacta debẽt integrè obſeruari inter emptorem, & venditorem, niſi alia nouiſſima pacta tollantur, quoniã per vltima pacta videtur à primo receſſum. l. tempore. C de pact.inter empt.& vend.& l.pacta conuenta. vbi Bart.Bald.& omnes. ff.de contrah. empt.& l. pacta nouiſſima. vbi Doctor.C.de pact.& c. Eleuherius 28. quæſt. 2. niſi pacta eſſent aduerſus legem, & contra ſubſtantialia contractus,quia tũc non valerent. facit text.in l. iuris gentiũ. §.act.prætor.vbi Doct.ff.de pact.& l.pacta. quæ. C.de pact. & l. alia. §. eleganter. vbi Alex.ff.de ſolut.

Vendi-

Digitized by Google

53 Venditio, eo pacto, vt quando venditor pretium reſtituerit, rẽ ipſam recipiat, valet, & emptor interim facit fructus ſuos. l. ſi fundũ. vbi Doct. C. de pact. inter. empt. & vend.& c. illo vos. vbi gl. verb. percæpti. de pign.& apud nos eſt ord. lib. 4. tit. 4. in prin. quæ ord. ibidẽ. §. 1. requirit, vt emptio cum pacto illo fiat iuſto pretio, quoniam ſi res vendita fuiſſet illo pacto, cum diminutionẽ quartę partis iuſti pretij remaneret contractus vſurarius, & non valeret, aut ſi emptor ſolitus fuiſſet fænerari, quia tunc etiam iuſto pretio interueniẽte emeret, eſſet tamen contractus vſurarius, quæ ord. tamen deuiat à iure communi, ſecundum quod tria requiruntur, vt contractus diceretur vſurarius. videlicet, quòd exiguitas pretij interueniat, & pactum de retrouendendo, & quòd emptor ſit ſolitus fænerari, vt communem inquit Alex. conſil. 109. n. 14. Tiraquel. de retract conuẽt. in præfacio. n. 5. & 20. Gam. deciſ. 138. nũ. 1. & Abb. conſil. 76. n. 3. lib. 1. Cagnol. in l. 2. n. 13. C. de reſcind. vend. Dec. in conſil. 267. & conſil 692. Afflict. deciſ. 40. nu. 18. Card. & Ioann. Andr. in c. illo vos. de pign. Cæſar. Vrſ. deciſ. 40. n. 13. Caſſan. deciſ. 1. de vſuris. Gramat. deciſs. 76. n. 26. Valaſc. conſult. 70. n. 3. vnde ord. d. lib. 4. tit. 4. §. 1. & 2. eſt obſeruanda in noſtra Luſitania tantum, & in foro ſeculari.

56 Venditio cum pacto de retro vendẽdo, præſumitur, cauſa pignoris. l. emptione. vbi Bart. poſt Cin. C. plus valere. & ita pactum illud, & paruitas pretij, per hominẽ ſolitum fœnerari emptorem, facit contractum vſurarium. c. ad noſtram. vbi Doct. de empt. & vend. & gl. in c. conquæſtus, de vſur. quamuis ſi venditio facta iuſto pretio, cum illo pacto de retrouendendo, non ſit vſuraria, imo emptor facit fructus ſuos dum illi pretium non fuerit ſolutum, & retrouendatur. l. 2. vbi Bald. Salicet. & omnes. C. de pact. inter empt. & vend. & gl. in c. conquæſtus de vſur. Abb. in c. ad noſtram n. 8. de empt. & vẽd. & tunc oblato pretio à venditore, poteſt rem vindicare à quocumq; poſſeſſore, & habebitur ratio de fructibus poſt oblationem pretij. l. ſi cum venderet. vbi Bart. & Paul. de Caſtr. ff. de pign. act. & l. 2. vbi Salicet. C de pact. inter. empt. & vend. & Iaſ. in l. ab emptione n. 8. ff. de pact. & ſi venditor non tradat pretiũ illa die, qua tenebatur ſed altera die, verũ ſatisfaciat obligationi. dicam. §. 69.

57 Vendens rem maiori pretio rigoroſo, quam valet, eò quòd differat ſolutionem incurrit crimen vſuræ, niſi dubitet, vtrũ rem plus, vel minus valituram, tempore ſolutionis, & tempore emptionis non erat venditurus. c. in ciuitate. vbi Abb. nu. 1. & c. fin. de vſur. & ita ſi minori pretio emit, ob antecipatam ſolutionem. c. nauiganti. vbi Abb. n. 6. de vſur. D. Ant. 2. p. c. 7. §. 13. Theolog. in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 11. art. 1. Nau. in manu. c. 17. à n. 225.

58 Venditio, vbi datur læſio vltrà dimidiũ iuſti pretij valet, & tenet, poteſt tamen vẽditor petere reſtitutionem, & tũc emptor tenetur ſuplere iuſtum pretiũ, aut reſcindere venditionem. l. 2. vbi Doct. C. de reſcind. vend. & c. cum dilecti. vbi Abb. nu. 2. & c. cauſam, vbi Doct. de empt. & vend. & ſi emptor eſt læſus vltra dimidium iuſti pretij, tunc eſt electio venditoris, vtrum velit retinere rem venditã, & reddere emptori totum pretium, aut reddere illud, in quo emptor fuit læſus. gl. fin. & Doct. in l. 2. C. de reſcind. vend. & diſpoſitio. d. l. 2. C de reſcind. vend. habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei. vt tenet Bart. in d. l. 2. à n. 4. Bald. Salicet. Angel. Imol. Roman. Claud. Pinel. 1. p. c. 4. à nu. 13. & omnes. C. de reſcind. vend. Abb. in c. cum cauſa. nu. 8. & etiam in contractibus ſtricti iuris habita ratione periculi, & euẽtus rei, vt tenet Ang. & Imol. in d. l. 2. n. 4. Roman. n. 24. & Claud. n. 7. Ant. Meneſ. n. 25. Pinel. 1. p. c. 4. n. 15. & alij.

59 Læſio alia dicitur modica, alia enormis, & alia enormiſsima, modica nãq; eſt illa, quæ non excedit deceptionem vltrà dimidium iuſti pretij, & in hoc licitum eſt cõtrahẽtibus ſe decipere in vicem, ſine dolo tamen & in foro iudiciali tantum. l. item ſi pretio. §. quemadmodum. vbi Bart. ff. de locat. & l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de minorib. læſio enormis eſt illa, vbi dat deceptio vltra dimidium iuſti pretij, non tamen in amplifſsima quantitate, & tunc valet contractus, ſed agitur ad ſuplementum, aut ad reſcindendum. vt in d. l. 2. & ibi notant ſcribentes. C. de reſcind. vend. læſio enormiſsima dicitur, quando datur deceptio vltra dimidiũ iuſti pretij, in ampliſsima quantitate, quod relinquitur in arbitrio iudicantis. vt per Cou. r. lib. 1. reſolut. c. 3. n. 11. Menoch. de arb. lib. 2. caſu. 74. n. 4. Paris conſil. 139. col. 2. lib. 4. Valaſ. conſult. 130. n. 26. Gam. deciſs. 198. nũ. 3. &

quand

Digitized by Google

quando interuenit enormiſsima læſio,auditur læſus,quãuis iuraret non venire cõtra venditionem, vt reſoluit Laurent.Syluan.conſil.13.n.8. Cou.ru. lib.2.c.4.nu.5. Dec.conſil.180.Gam.deciſs.198.n.2. Valaſc. conſult.130. n.27. & etiam ſi fuiſſent tranſacti quindecim anni, taxati in noſtra Luſitania,ad tollendum remedium. d.l.2. vt eſt ord.lib.4.tit.13. §.5.quia ordinario illa non habet locum in læſione enormiſſima, vt tenet Gam.vbi ſupra,nec emptor facit fructus ſuos medio tempore.vbi inuẽditione interuenit enormiſsima læſio,quia vbi datur læſio enormiſsima , cenſetur in eſſe dolus. l.qui ſuperſtites.vbi Doct.C.de dolo.in fin.Socin.Iun. conſil.39. n.47. lib. 1.Cephal.conſil.62.à n.21. lib.1.Ruin.cõſil.135. nu.13.& conſil.170. nu.19.lib.1. Crauet.conſil.19. n.5. Cou.ru. in c.quãuis pactum. §.fin. n.5.p.3. Valaſ.conſult.130. n.22. quoniam qui per dolum contrahit, nunquam videtur conſentire, nec dolo videtur renunciarum , per quæcunq; verba generalia, l. creditor. §. Lucius, ff. mand. Valaſc.d.conſult.130.n.24.

58 Venditio cum pacto , vt ſi emptor vſq; in certum diem pretiũ non ſoluerit res.ſit inempta, valet,ſecundum pactum illud, ſi tamen poſt diem illum venditor agat ad pretium, & non de inemptione, aut partẽ pretij recipiat, non poteſt tunc reuocare venditionem,quia vbi primũ egit de pretio petendo,videtur renunciare actioni.de inemptione. l. commiſſoriæ. vbi Doct. C. de pact.inter.empt.& vẽd. & l.ſi quis hac. vbi Bart.ff.de rei vind.& l.poſt diem ff.de leg.commiſſ.& L.æmilius.ff.de minorib.

59 Venditio rei cenſualis,eo pacto,ne emptor ſoluat cenſum, non valet ad illum nõ ſoluendum, ſed potius emptor,nõ obſtãte illo pacto,tenetur,non tantum ad futurum cenſum, ſed ad præteritum , quoniam res remanet ſemper obligata pro tributo.l.rei vbi Bald.& Salicet.& auth ſeq.ibi.vbi notant Doct.C.ſine cenſ.& l.minor.C.de act. empt. & Abb.in c. in quibuſdam. nu.6. de decim.& ſi venditor dixit prædiũ non eſſe tributarium,aut quòd ſit minùs tributariũ tenetur ad intereſſe,quamuis ignoraſſet, ſi emptor etiã ignorabat. l.ſi minor. vbi Salicet.C.de act.empt.& gl ver.non tenetur. in l.ſi ſterilis, ff. eodem ſi tamen vendatur res cenſualis ſimpliciter,nulla facta mentione de tributo, & emptor ſciebat , quòd res tributaria, vel cenſuaria eſſet, venditor vero ignorabat,non tenetur tunc venditor emptori ad pretij diminutionem,ſi autem venditor ſciebat,& emptor ignorabat, tũc tenetur ad intereſſe. l.ſi ſterilis.§.ſi prædij. vbi Paul.de Caſtr.ff.de act.empt.& gloſ.in ſumma.in c.ſcienti.de regul.iur.

60 Venditor tamen tenetur declarare obligationem rei venditæ,niſi quando emptor ſcit.l.1.in fin.ff.de act.empt.& gl.1.in l.cũ tibi.C.de euict.& gl.in ſumma.vbi Doct.in c.ſcienti.de regu.iur.lib.6. & ſumma Ang. verb.emptio. §.8. ſi enim emptor ſciat rẽ venditam eſſe reſtitutioni fidei commiſsi, ſubiectam,nõ poteſt agere ad intereſſe aduerſus venditorem. l.fin. §. ſin autem. vbi C.cõmun.de leg.Cou.ru. lib.3. var.c.17.n. 1. dicit cõmunem Aret.in l. ſi aliquam rẽ. n.5. ff de acquir.poſſ. nec ad duplum aget contra venditorem, re euicta, ſi ſtipulatus fuiſſet, preciũ tamen recuperabit licet ſtipulatus non fuiſſet. d. l.fin. §. emptor.vbi Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij,C.communia de leg.

61 Vendens animal cum omnibus vitijs in genere tenetur. de quocunq; vitio , quod poſtea apparuerit, tanquàm nihil de vitijs dixiſſet, quoniam in ſpecie tenetur declarare vnum quodq; vitium, vt tenet Abb. in c.cum contingat. n.24.de iure iur.& in c.in iuſtum. n.3.de rerum permut. ſumma. Ang verb.emptio. §.8.nec ſufficit enumerare multa vitia , & in illis ponere verum vitium, quando alia enumerata non ſunt vera, ex gl.1.in l.paciſci.vbi Ang. Paul.de Caſt.Iaſ.& alij.ff.depact.is.& ſpecul.& Ioã. And.in tit.de empt.& vendit.§.quid ſi vẽditor.

62 Venditio infraudem legis, eſt ipſo iure nulla , in fraudem vero creditorum valet mero iure,ſed eſt reuocanda. l. ſi libertus. vbi Bart. ff.de iure patr.& l.1.& l.2. & per totum. ff. quæ infraud.cred.& Bald.in l.1. ff.de oper.libert & Dec.in l.imaginaria. n. 4. ff. de regul.iuris.

63 Venditio plurium rerum ſimùl,quarum aliquæ vendi non poſſunt,aliæ vero ſic.valet tunc,& tenet in illis, quæ vẽdi poſſunt, in illis vero,quæ vendi non poſſunt,nõ tenet,quoniam vtile per inutile nõ vitiatur, quando vtile ſeparabile eſt,ab inutili.c.cũ dilectus filius.19. depræb.& c.vtile.vbi Doctor.de regul.iur.lib.6.& l.qui teſtamento. ff.de leg.2. & §.quod ſi quis. inſt. de inutil. ſtipulat. Abb. in c. querelam. num. 7. de ſim.

Venditio

64 Venditio facta à marito, de re vxoris, immobili, non valet. l.diſtrahente. vbi Bart. Bald.& alij. C. de reb.alien.& mulier poteſt illam vindicare, pretio non ſoluto, ſi in eius vtilitatem verſum nō fuit. l.mater tua. vbi gl.verb. poteris.& Doct. C. de rei vind.nec in parte viri, valet talis venditio in rebus immobilibus, à viro, ſine vxore venditis, quoniam lex noſtra Regia. lib.4. tit.48. prohibet talem venditionem, confirmatur tamen per ſpatium tringinta annorum, vt tenet Palat.Rub.de donat.inter vir.& vxor.§.17.col.2.Dec.conſil.409.nu. 3.Gam.deciſs.168.n.1. venditionem tamē reprobare non poteſt ille, qui dedit conſenſum venditioni. l.venditioni, vbi Bald. C.de vſu cap.pro empt.ſi tamen mulier ſit ſeparata à viro iudicio Eccleſiæ nō requiritur cōſenſus illius, ex Gam.dec.357.n.2.

65 Venditio à patre facta, de rebus filij, nō valet,& filius poteſt reuocare illam venditionem. c.conſtitutus. vbi Doct.de in integr.reſt. & l.1. vbi etiam notant ſcribentes.& l.quidquid. C.de bon.mater.& l.mater tua.C.de rei vind & l.fundū. C.de reb. alien.non alienand. Abb.in c.Rainuntius. n.23. de teſtam. filius tamen hæres patris illius, qui res filij vendidit, nō poteſt illas res à patre vēditas vindicare, pro illa parte, pro qua hæres eſt. l.ſi patri tuo.vbi Bal. C.de donat.quoniam hæres nō poteſt venire contra factum defuncti, quatènus hæres eſt, quia ſi venit tenetur.de euictione.l. venditrici. C.de reb.alien.& l.ex qua perſona.vbi Dec.ff.de regul.iur.& l.exemptione.& l. ſiuè poſſeſsio.vbi gl.1. C de euict. gl. verb. patiaris. vbi Abb. nu 3 in c.1.de teſtam.& gl.2.in c.Epiſcopus.qui filios.12. quæſt.2.Iaſ.in l.ſi tibi.§.ſi fundus. nu.5. ff. deleg.1.

66 Vēditio facta à patre filio, prohibita iure regni.lib.4.tit.12.non intelligitur prohibita, niſi filio exiſtenti in poteſtate patris.text.in l.ſi quis poſt hac.§.1.vbi Doct. C. de bon præſcript. Bart. in l.frater à fratre. n.51.ff.de cond.ind.nec etiam intelligitur prohibita, in venditione neceſſaria, quando datur ſine vlla fraude, inſolutum alicuius debiti, quoniam datum inſolutum habet vim vēditionis. l.eleganter.in prin. ff.de pign.act.& l.ſi prædium. C. de euict. & Bart.in l.libera C.de ſent.& interlocut. omniū iud.& in l.ſi quis aliam.C.de ſolut. & l.litis.ff.pro empt.Tiraquei.de retract.§. 1.gl.14.n.1.& 3.& 4.Gam.dec.195.n.3.

67 Vendere poteſt quis rem ſibi in dotem aparentibus datam, quamuis poſt mortem dotantis afferat ſuam dotem in collationē cum fratribus, quia tunc cum iam res non extet, tenetur afferre æſtimationem illius. l.plerumq́; §. ſi res.vbi Doct.& l.ſeq.ff.de iure dot.

68 Venditor non poteſt petere pretiū rei venditæ, niſi ſatis det, ſi in principio contractus venditionis immineat euictio rei venditæ. l. ſi poſt perfectam. vbi Doct. C. de euict.& l.pater.§.ex quadrāte.vbi Bart. ff.de dol.mal.except.

69 Venditor tenetur tradere rem venditā, & aliter tenetur ad intereſſe.l.ſi ancillam. vbi Doct.& l.ſeq.C.de act.vend. & ſi pactū fuit inter emptorem,& venditorem, vt intra certum tempus, emptor traderet pretium, aut arras perderet, tenetur illud tradere, alias perdet arras. & reddet rem vēditori. l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. depact. inter empt.& vend.ſi tamen emptor teneretur vna die tradere pretiū, & illa die non traderet, ſed altera, bene ſatisfacit, quia vnus dies,& etiam paucis ſimi dies, pro nihilo reputantur, ſecundum tamen materiā ſubiectam,& quantitatē temporis.l.ſi fundum.vbi Doct.ff.defund.dotal.& l.ſi inſulam.ff.de verb.obligat.Gam.dec.211.n.2.

70 Venditio,& cæteri contractus, qui conſenſu perficiuntur, non requirunt præſentiam illius, cui fiunt, ſed potius venditio poteſt fieri abſenti, l.2.vbi Doct.ff.de obligat.& act.& l.fin. C.ſi quis alter.vel ſibi. & §.vnico.inſt.de obligat.ex conſens.gl.in L. fin.C.de inutil.ſtipulat.& ita cautum eſt in noſtra ord.lib.4.tit.1.in prin.

71 Venditio, vel donatio ſpei ſuccedendi in fidei cōmiſſum, aut ſpei actionis tenet. l.ſpem.vbi Doct.C.de donat.& l.ſtipulatio iſta.§.ſequitur. ff.de verb. obligat. & l.nec emptio. ff.de contrah. empt. Fulg. conſil. 101.n.2.Iaſ.in l.1.C.depact. Gam.dec.264. num.1.

72 Et etiam poteſt vēdi iactus retis, & venationis, quanuis nihil apprehendatur. cū tunc venditio conſiſtat in ſpe tantū. l.emptorem. alias.exēpto.§.fin. ff.de act.empt. & l.nec emptio. vbi Doctor.ff.de contrah. empt.& licet venditio non valeat niſi vbi res extat. l.nec emptio.vbi Bart.ff.de contrah.empt. ſi tamen extet ſpes rei, bene cōſiſtit venditio. vt per iura ſupra relata. & Doct.in d.§.fin.ff.de act.empt.

73 Venditio non conſiſtit in re ſacra, vel ſpirituali,

Digitized by Google

ſpirituali, aut in illa, quæ nō eſt in comercijs hominū facit text. in l. prætoria. C. de operib. publ. & §. fin. inſt. de empt. & vend. & §. idē iuris eſt. inſt. de inutil. ſtipul. & l. ſi monumēto. vbi Bald. & Salicet. C quæ res. pign. oblig. non poſſ.

74 Neque in re, quæ deputata eſt vſui Reipublicæ. l. ſed celſus. vbi Doct. & l. pacta. §. fin. ff. de contrah. empt. & d. § idem iuris. vbi notant ſcribentes. inſt. de inutil. ſtipul. & d. §. fin. inſt de empt. & vend.

75 Venditio, & incontinenti locatio, valet, quia pactum delocādo, ſuccedit loco pretij, niſi contractus venditionis, & locationis ſit fœneratitius, & ſimuletur venditio. l. fundi partē. vbi Doct. ff. de cōtrah. empt. Abb. in c. illo vos. n. 5. depign. & conſil. 5. p. 1. Nau. in Manu. c. 17. n. 248. Pau. de Caſt. in l. ſi tibi pecuniam. ad fin. ff. de reb. cred. Pinel. in l. 2. pag. 154 nu. 23. C. de reſcind. vend. Rom. conſil. 403. nu. 3. Valaſc. de iure emph. quæſt. 11. n. 18. Gam. dec. 39. n. 1. Cagnol. in d. l. 2. nu. 167. Tiraquel. in præfactione. retract. conuent. n. 20. Neuo. conſil. 95. nu. 11.

76 Venditio rei emphyteuſis, non excedit vitam vendentis. l. fin. §. ſin autem. vbi Salicet. C. cōmu. deleg. Cald. de nouat. quæſt. 16. n. 20. niſi filius ſit hæres patris vendētis, quoniam tunc contra ire non poteſt. l. cum à matre. vbi Doct. C. de rei vindicat. & l. ex qua perſona. ff. de regul. iur. Meneſ. in l. vnum ex familia. §. 1. à nu. 12. ff. de leg. 2. Pinel. in l. 1. p. 3. C. de bon. matern. à n. 79. Cald. d. quæſt. 16. n. 24. quoniam, quem de euictione tenet actio, eundem agētem expellit exceptio. l. exceptione. vbi Doct. & l. ſiue poſſeſſio. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de euict. & dixi ſupra. §. 32. attamen praxis obſeruat, vt venditio emphyteuſis cū conſenſu directi domini facta, firma maneat, vltrà vitam vendētis, nec filius admittitur ad illam vindicandam, poſt mortem patris vendentis, etiam hæres illius non ſit, quæ conſuetudo obſeruatur in communi vſu, per longiſſimum tēpus, & remanet in ſtilo curiæ, per quod eſt iudicandum. cū in hoc non obſeruetur aliqua lex incontrarium. c. conſuetudo. vbi gl. ver. cum deficit. diſt. 1. & dixi. ſupra. ver. cauſa. §. 16. & ſi emphyteuſis fuit conceſſa pro ſe, & vxori, & filio, cum clauſula, quòd non poſſit vendi ſine conſenſu domini, tunc videtur tacitè data poteſtas vendendi cum conſenſu domini, ex Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 143 ff. de verb. oblig. Valaſc. de iur. emph quæſ. 49 nu. 12. & in ſimili. Rui. conſil. 213. nu. 6. lib. 1. & conſil. 165. n. 11. lib. 1.

77 Vendita aqua intelligitur etiam via vēdita. l. qui fundum. 40. §. in lege. vbi Bald. ff. de contrah. empt. & l. 3. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. refectionis. vbi Doct. ff. communia prædior. & gl. ver. penitus, in c. cum ex officij. depræſcript. aliter tamen in fundo vendito, quia ibi non venit via, actus, ſiuè aquæ ductus, niſi in venditione exprimatur. l. in vendendo, vbi Bart. ff. de contrah. empt.

78 Vendere poteſt quis cogi neceſſaria, tēpore neceſſitatis puta quando Reſpublica patitur inopiam frumenti, & in ſimilibus, & tunc nullus eſt immunis. imo, qui horrea habent coguntur vendere iuſto pretio. vt tenet Abb. in c. 1. n. 6. de empt. & vend. & Bart. Bald. & omnes, in l. 1. C. de Epiſcopal. aud. & in l. anonnam. ff. de extraord. crim. Iaſ. in l. nec. nu. 3. C. de iure delib. & Iul. ſi ex toto. n. 9. ff. de leg. 1. Cou. ru. lib. 3. reſolut. c. 14. n. 3. & lib. 2. c. 3. n. 5. Valaſc. conſult. 22. n. 2.

79 Venditione perfecta, non eſt locus pœnitentiæ. l. non id circo. vbi Bald. & Salicet. C. de contrah. empt. quoniam, vbi de facto valido conſtat, non eſt quærendum de perſeuerantia. vt eſt gl. verb. ſtatim in c. ad noſtram, vbi Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes de regularib.

Verbo Epiſcopus.

1 EPiſcopi, dicuntur ſpirituales patres patrum, & legati Chriſti, c. cleros. 21. diſt. & c. qualis. 2. quæſt. 7. & clem. 1. §. neq; ſuper. vbi Doct. de pœn. & c. accuſatio. quoq; 2. quæſt. 7. & c. in nouo. d. 21. diſt. & eſt nomen Græcum, quod Latine ſpeculator interpretatur. d. c. clercſ. 21. diſt. & c. qui Epiſcopatum, 8. quæſt. 1. quaſi plebi. cui prçficitur, ſuper intēdat, & vigilet, eius curam agendo. c. legimus. 93. diſt. & d. c. qui Epiſcopatum. 8. quæſt. 1. Innocēt. 3. lib. 1. de Sacro Miniſterio Miſſæ. c. 7. Rational. diuinorum. lib. 2. c. 11. n. 15. Sot. libr. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 1. & hac ratione cōſtituitur Epiſcopus in Eccleſia altior, & ſublimior. tanquàm tronus, c. Epiſcopus. 10. diſt. 95. vt inde omnes ſuos ſubditos inſpiciat, & ab omnibus inſpiciatur, & hac ratione appellatur etiam antiſtes. vt in d. c. cleros. 21. diſt. vnde ſi bene attendat, antiſtes,

Digitized by Google

antiſtes.hoc nomen Epiſcopus, potius eſt
oneris,quã honoris.d.c.qui Epiſcopatũ.8.
q.1.quoniã poſit⁹ eſt vniuerſo gregi,in quo
Spiritus Sãctus poſuit eũ regere Eccleſiã
Dei,quàm acquiſiuit ſanguine ſuo,vt vigi-
let,& laboret, & impleat miniſteriũ ſuum
Trid.ſeſ.6.c.1.de reform.vnde clarũ patet
negligẽtiã Epiſcopi eſſe peccatũ mortale,
gl.ver.reatu.in c.ea quæ.de offi. Arch. Al-
ciat.de præſũpt.regul.3.præſumpt.19.n.5.

2 Epiſcopus non poteſt eligi, niſi habeat
ætatẽ triginta annorũ,& debet eſſe dignus
moribus,vita,& ſciẽtia,c.cũ in cunctis. vbi
Ant.de But.Hoſt.Innocẽt.Ioan.And.Abb.
& oẽs de elect.& c.ſi in eo.cũ gl.ibi in ſũm.
& Doct.de reſcript.lib.6 nec eſt eligendus
niſi in ciuitatibus,& locis inſignibus. c.1.
vbi Doct.de priuileg.& c.1.diſt.80.& c.au-
diuimus.3.quæſt.2.

3 Epiſcopus electus,& confirmatus poteſt
exercere illa,quæ ſunt iuriſdictionis,ea ve-
ro,quę ſunt ordinis,nõ poteſt exercere,niſi
poſt conſecrationẽ.c.tranſmiſſam,& c.quod
ſicut. §.præterea. & c.noſti.de elect.& c.is
cui.vbi Doct.eodẽ.tit.libr. 6.Abb.in c.cum
in cunctis.§.cum vero.n.2.& 6.de elect.Iaſ.
in l.quamuis.n.4. C.de in offic.teſtam.nec
etiam dum celebratur miſſa ſuæ conſecra-
tionis poteſt ordines conferre. d. c.quod
ſicut.§.ſuper eo.vbi Doct.de elect.

4 Epiſcop⁹ poteſt exercere omnia,quæ ad
eius officium expectant per ſe,aut per aliũ,
in quocumq; loco ſui Epiſcopatus, neq;
tenetur conſtituere Vicariũ generalem,ſi
noluerit,licet ad decentiã, ſui ſtatus,& di-
gnitatis illũ conſtituere debeat.c.cũ Epiſ-
copus. vbi Doct.de offic.ord.lib.6 gl.verb.
primas.in c.3.de for.cõp.Abb.in c.quoniã
n.3.de offic.ord.& poteſt inquirere de cri-
minibus in ſua diœceſi,& inuocare auxiliũ
brachij ſecularis,quandocumq; opus fue-
rit.c.1.vbi Abb.n.10.de offic.ord.

5 Epiſcopus poteſt committere Clericis
inferioribus illa,quæ ſunt iuriſdictionis,nõ
tamen illa, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis,
c.aqua de conſecrat. Eccleſ. vel alt. laicis
tamen illa committere non poteſt,vt te-
net Rip.in c.decernimus.n.34.de iud.Iul.
Clar.lib.5. §.fin. quæſt.41.n.5. nec etiam
poteſt Epiſcopus committere cauſas iuriſ-
dictionis Epiſcopalis laico,ſimul cũ Cleri-
co, quia laici Eccleſiaſtica negocia tracta-
re non poſſunt. c.decernimus.vbi Doct.de
iud Roland.conſil.4.n.4.lib.1.nec Clerico
coniugato.quia tanquam merus laicus re-
gulariter.reputatur. vt cõmunem. inquit.
Rip. in d.c.decernimus.n.64.de iud.quam
uis Papa poſsit committere cauſas Cleri-
corum perſonis mere laicis.gl.ver.præter.
in c.bene quidem.96.diſt. cõmuniter ap-
probata. vt inquit Berous.quæſt. 7.nu.1.
Iul.Clar.d.quæſt.41.n.8.licet iuriſdictionẽ
ordinariam laicis in Clericos conferre nõ
poſsit, vt excõmuni reſoluit Mench.lib.3.
de teſtam.§.21.n.60.& Iul.Clar. d. c.fin. d.
quæſt.41.n.8.

6 Epiſcopus eſt conſecrandus in tres mẽ-
ſes,poſt ſuam electionẽ, & confirmationẽ,
& ſi intra illud tempus trium menſium nõ
conſecratur,non facit frũctus ſuos, & re-
manet priuatus Eccleſia ipſo iure,niſi ali-
qua neceſsitas,aut iuſta cauſa eum excuſet.
c.quoniam quidem.75.diſt.Trid.ſeſſ.23. c.
2.de reform.& quando conſecratur, vngi-
gitur chriſmate in capite,& in manibus,&
à tribus Epiſcopis eſt cõſecrandus.c.ſi Ar-
chiepiſcopus.vbi Abb.n.1.& c.ne Epiſco-
pi.de temporib.ord.& c.1.vbi Doct.de ſa-
cra.vnct.& dixi.ſupra ver.cõſecratio.§.3.

7 Epiſcopus poteſt extrà ſuum territoriũ
exercere illa, quæ ſunt iuriſdictionis volũ
tariæ,in ſuos ſubditos non tamen illa,quæ
ſunt iuriſdictionis contentioſæ. l. 1. vbi
Bart.& alij, & l.2. ff. de offic.pro conſul.&
c.poſt electionem.de cõceſſ.præb.& c.no-
uit.vbi gl.1.de offi.legat.nec poteſt in alie
na diœceſi, vti inſignijs ſuæ dignitatis, de
notantibus ſuperioritatem, nec ordinare,
aut iudicare parochianos alterius diœce-
ſis, ſine licentia Epiſcopi illius territorij.
c.eos,qui de temp.ord.lib.6. Abb.in c.an-
tiqua. nu.9. de priuil. ſi tamen Epiſcopus
fuerit iniurioſè depulſus à ſuo Epiſcopa-
tu,bene poterit exercere ſuam iuriſdictio
nem in alterius Epiſcopatu, cum licentia
Epiſcopi illius loci. clem.vnica.vbi Doct.
de for.comp.

8 Epiſcopus bene poteſt cõferre beneficia
exiſtẽs extrà ſuũ Epiſcopatũ,cũ hoc nõ ſit
exercere iuriſdictioẽ cõtẽtioſã,ſed volũta
riã.c.poſt electioẽ.vbi DD.de cõceſſ.prę b.
& gl.1.per tx.ibi.in c.nouit.de offic.legat.

9 Epiſcopus poteſt vbicũq; celebrare ex-
trà Eccleſiã cũ altari viatico,& dare licen-
tiam,vt aliquis ſacerdos celebret extrà Ec
cleſiam cum altari viatico. c. in his, quæ.
vbi Abb.nu.3.de priuil.& c.fin. vbi Doct.
eod.tit.lib.6.& c.concedimus.de cõſecrat.
diſt.1.ſumma Ang.ver.miſſa. §.40.& ſum-
ma confeſſ.lib.3. tit.24.q.131. Syluest.ver.

Digitized by Google

miſſa.1.§.5. Bart.ab Ang. dialog.5. §.618. poſt T.i l. tamen. ſeſſ.22.decret.de obſernand.& euitand.in celebrat.miſſar.nõ poteſt Epiſcopus dare licentiam alicui ſacerdoti,vt extrà Eccleſiam ſeù oratorium celebret cum altari viatico.tenet Nau.in Manu.c.25.n.81.Bart.ab Angel.d.dialog.5.§.618.& dicam verb.miſſa.§.16.

10 Epiſcopus poteſt tanquã Sedis Apoſtolicæ delegatus,ex iuſta,& neceſſaria cauſa cõmutare diſpoſitionẽ vltimarum voluntatũ,cognoſcens tamen prius ſummariè,& extrà iudicialiter,vtrum adſit iuſta,& neceſſaria cauſa cõmutandi,aut non ex Trid. ſeſſ.22.c.6.de reform tollere eam vero,vel minuere perſe minimè poteſt nã ſi contingat in aliquibus Eccleſijs eſſe tam magnũ miſſarum celebrandarũ numerum ex diſpoſitione defunctorum impoſitũ,vt ſingulis diebus, illis ſatisfieri nõ poſsit,vel eleemoſynam pro illis celebrandis,adeo tenuẽ eſſe,vt non facile inueniatur,qui huic muneri ſatisfacere velit. tunc poterit Epiſcopus in Synodo diæceſana,& Abbates,& ordinum generales in ſuis capitulis generalibus, circa hæc ſtatuere quidquid magis ad Dei honorem, & Eccleſiarum vtilitatẽ viderint expedire, diminuendo illum numerum miſſarum, non autem tollendo,ex Trid.ſeſſ.25.c.4.de reformat.

11 Epiſcopus tenetur aſsignare Eccleſias ſui Epiſcopatus Clericis idoneis,moribus, vita,& ſcientia.c.nullus.16,q 7.& c.cũ veniſſet de inſt.& gl.1.in c.referẽte depræb. & ſi Eccleſia fuerit beneficiũ curatum,tenetur illud cõferre magis idoneo,& aliter poteſt ab illo appellari.c.vnico.vbi Doct. vt Eccleſiaſt.benef.& c.conſtitutus vbi gl. ver magis de appellat.lib 6 & Cõcil.Trid. ſeſſ.24.c.18.de reformat.& motum propr. Pij V.fol.mihi.41.incipit in conſeruandis beneficijs Eccleſiaſticis. & dixi.ſupra ver. beneficium.§.8.

12 Epiſcopus poteſt abſoluere excõmunicatum,pro leui manuum iniectione in Clericum.c.ſi vero.3.vbi Doct. & c.per venit. vbi Abb.n.2.de ſent.excõmunicat. & etiã ſi eſt mulier,illa,quæ Clericũ percuſsit,aut infirmus, vel talis, qui ſine periculo non poſsit adire Summũ Põtificem.d.c.ſi vero. & c.ea noſcitur.& c.ademinentiam.& c.de de cætero.vbi Abb.n.1.de ſent.excõmun.

13 Epiſcopus nõ poteſt condere ſtatutũ,vt tollat diſpoſitionẽ iuris cõis,cum ſit inferior Summo Pontifice conditore.vt tenet Abb.in c.cum in diæceſi. n.7.de vſur.neq; in Synodo ſua diæceſæna poteſt aliquid contra canones ſtatuere,imò debet in illa, ſe præbere cuſtodem canonum. c.quod ſuper.vbi Doct.de maiorit.& obed.

14 Epiſcopus,& Metropolitan⁹,vbi primũ fuerit cõfirmatus,tenetur per ſingulos annos facere Synodum Epiſcopalem,& Prouincialẽ.c.ſicut olim.vbi Doct.de accuſat.

15 Epiſcopus debet prouidere Eccleſiam, quæ patitur defectũ miniſtrorũ in ſua diæceſi,& conſtituere,& aſsignare congruam portionẽ ſeruienti,de fructibus ipſius Eccleſiæ.c.cum adhoc.vbi Ant.de Butr.Hoſt. Ioan.And.Abb. & oẽs de Cleric.nõ reſid. & etiam illi,qui eſt præſentatus in Eccleſia Religioſorum, ab ipſis Religioſis. vt viuat ſine penuria. c.de monachis. vbi Doct de præb.& aliter illum confirmare nõ debet. d. c.de monachis. & c.1. vbi notant ſcribentes eodem tit.lib.6.

16 Epiſcopus non debet ordinare aliquem Clericum in ſacris ordinibus,ſine titulo,& aliter tàm ipſe Epiſcopus, qui ordinauit, quã illius ſucceſſor tenetur illũ ordinatũ, de ſuo prouidere.c.Epiſcopus.& c.licet.& c.cũ ſecundũ Apoſtolũ.vbi Doct.depræb. & hoc quàuis ſit regularis,non tamen profeſſus,licet Concil.Trid.ſeſſ.21. c.2.de reform. nullam faciat mentionẽ de Clericis Religioſis ſeù canonicis, qui viuunt intrà clauſtra monaſteriorũ,ſiue domorũ, more regulariũ,nunquam tamen,ſeu non niſi ad certũ tẽpus profeſsionẽ emittunt,& liberè ad ſeculum exire poſſunt, quãdocumq; voluerint,quia tales non poſſunt ordinari ad ſacros ordines, ſine titulo patrimonij, aut beneficij,quo ſuſtẽtari poſsint,per motum propr.Pij V.fol. mihi. 104. in quo fit extenſio.Trid.vbi ſuprà.& ita ſi dedit ſpecialem licentiam alicui,vt ab alieno Epiſcopo ordinetur.quoniam in generali licẽtia tenetur ordinans,& non ille,qui dedit licentiã.ab alio ordinandi. c.ſi Epiſcopus. vbi Doct.depræb.lib 6.

17 Epiſcopi Italiæ non poſſunt ordinare vltra montanos,niſi de licentia Summi Põtificis,aut cum litteris dimiſſoris ſui Epiſcopi,continentibus illam clauſulam, quare illos noluit ordinare, & aliter ordinatus manebit ſuſpenſus, & ordinans punietur. c.1.vbi Doct.de temp.ord.lib.6.

18 Epiſcopus, qui renũciauit Epiſcopatui, retinet ea,quæ ſunt ordinis,& poteſt inuitatus ordines conferre, non tamen ſi renunciauit

nunciauit loco,& dignitati,quod in dubio non præſumitur, quando quis ſimpliciter renunciauit Epiſcopatui. c.1. vbi Doct.de ord.ab Epiſcop.qui renunciau Epiſcop.

19 Epiſcopo capto à Paganis,Turcis,Mauris,aut ſchiſmaticis,remanet tunc poteſtas iuriſdictionis,ad capitulum,& illud adminiſtrat ac ſi Epiſcopus mortuus fuiſſet, & non ad Metropolitanum. c.Epiſcopus.vbi Doct.de ſupp.negl. prælat lib.6. niſi Summus Pontifex illi Eccleſiæ alio modo prouideret. d. c. Epiſcopus.vbi gl.1.Dominic. Ioan.And.& alij.

20 Epiſcopus excommunicatus,non cognoſcit de cauſis ſuorum ſubditorum, nec eius officiales,ſed eſt tunc recurrẽdum ad Summum Pontificem. c.1. vbi Doctor. de ſuppl.negl.prælat.lib.6. & gl.verb. ipſius. in c.1 vbi Ioan.And.Philiph.& alij.de offic.vicar.lib 6.

21 Epiſcopus dat coadiutorem parocho ſeni, vel infirmo,& illiterato,ſiue imperito,aſsignans eidem coadiutori partem fructuum ad congruam ſubſtentationem.c.de rectoribus.vbi Doct.& c.ſeq.de cler.ægrotant. Trid. ſeſſ.21. c.6. de reformat. & ita ſi populus numeroſus ſit,vt vnus parochus ſufficere non valeat. c. ad audientiam, vbi Abb. num.1. de Eccleſ. ædific. Trid.end. ſeſſ.21.c.4.de reformat.& dixi ſupra verb. coadiutor. §.10.

22 Epiſcopus ex officio inſtituit, & diſtituit ſacerdotes, quando neceſsitas poſtulat,vt ſacerdotes tanquàm indigni,& inutiles remouantur à cura gregis. c. cum ex iniuncto.vbi Abb. n.2.de hæret. c.cum plantare. §. Eccleſijs.de priuileg. & c.1. & 2.de capell. monach. ſi tamen plus debito extorqueat à ſubditis aliquo prætextu,tenetur illud reſtituere,& tantundem de ſuo dare pauperibus. c.quia plerumq; de immunit.Eccleſ.

23 Epiſcopus non poteſt remittere iura Epiſcopalia ſub annua penſione,niſi accedat confirmatio Summi Pontificis.c.cõſtitutus. vbi notant ſcribentes, de relig domib.nec poteſt ſine cauſa vnam Eccleſiam liberare ab alterius ſubjectione,nec tollere, nec diminuere jura vnius,& alteri dare.c.ad hoc.de exceſſ.prælat.& gl.verb.diminuere.in c.2. eodem titul.Abb.in c.cõſtitutus.de religioſ domib.

24 Epiſcopus poteſt examinare iam ab altero confirmatum,& illũ reiicere,ſi neceſſitas poſtulauerit.c.nihil. vbi Ant.de Butr, Ioann. Andr.Innocent. Abb. & omnes. de elect. & c.fin. de ætate. & qualit.& c. cum ex iniuncto.de hæret.in fin.

25 Epiſcopus nõ poteſt inſtituere,aut diſtituere,vel tractare negocia Eccleſiæ,ſine cõſenſu capituli. c.nouit.vbi Abb. nu.4.& c. quando de his,quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu cap.valet tamen conſuetudo in contrarium, vt ſolus Epiſcopus exerceat iudicionalia, & ſimilia, ſine conſenſu capituli.c. non eſt. vbi Doctor de conſuet.lib.6. Abb.in d. c. nouit.nu.4.de his,quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. cap. quæ conſuetudo fere in tota noſtra Hiſpania obſeruatur,& ita in corrigendis,puniendis, & inquirendis exceſsibus ſubditoruum. d. c. non eſt. vbi Doct.de conſuet.lib.6.

26 Epiſcopus, ſeù quicumq; prælatus non poteſt Eccleſiam ſuã facere,aut conſtituere cenſuaria in.c.præterea. vbi Doct.de cenſ. nec ponere nouum cenſum Eccleſijs, quas de manibus laicorum eripit. c.Eccleſias.eodem tit.Grip.conſil.32 n.14.

27 Epiſcopus debet ordinare omnia loca pia.c.de his,vbi Doct de relig domib.Trid. ſeſſ.22.c 8. de reformat.& debet cõpellere rectores Xenodochiorum,ſiuè Hoſpitaliũ, adimplenda onera illorũ.clem 2.vbi Doct. de religioſ.domib.Trid.vbi ſupr.diſtingue tamen,vt dicã infra verb.Hoſpitale.§.3.

28 Epiſcopus poteſt vnire vnam Eccleſiã alteri,cum conſenſu rectoris vniuſcuiuſq; Eccleſiæ.c.ſicut.de exceſſ.prælat.& clem.2 de reb Eccleſ.alien.vel non Trid.ſeſſ.21.c. 5.de reform.hodie tamen per regul.11.cãcellariæ, nõ poteſt hæc vnio fieri ab Epiſcopo, ſed eſt facienda à Summo Põtifice, & petentes vnionem beneficiorũ, tenẽtur exprimere verum annuum valorem,ſecundum cõmunem æſtimationem, tam beneficij vniendi,quàm illius,cui vniri petitur, & debet interuenire conſenſus vtriuſq; rectoris,& parochianorum,quorum vnio,intereſt,regula cancellariæ,10.Greg.13.& dixi.ſupra verb.Eccleſia.§.20.& 21.

29 Epiſcopatus non poteſt diuidi niſi per auctoritatem Summi Pontificis. c.ſicut de exceſſ.prælat.& c.præcepimus.§.ſicut.16. q.1.Epiſcopatus toloſanus fuit diuiſus in quinq; diœceſes clem. nuper.vbi Doct. de præb.intercões. debet tamen diuidi Epiſcopatus inter Epiſcopum ſubſtitutũ Epiſcopo hæretico,& ipſum Epiſcopũ hæreticum,ſi ex diſpenſatione fuerit reuerſus, & receptus.c.1.vbi Abb.n.2.de paroch.

30 Epiſcopus, vt obtineat in tẽporalibus, in Eccleſijs ſuæ diæceſis, debet docere de iure ſuo. c.cum venerabilis. vbi Abb.n.1. de relig.domib.debet tamen eſſe contentus in Eccleſijs ſuæ diæceſis iuribus Epiſcopalibus, c. conquæſtus, vbi notant omnes.de offic.iud.ord.nec aliquid poteſt exigere, vt permittat Clericos inſtitui in Eccleſijs ſibi ſubditis, vel monachus profiteri, aut mortuos ſepeliri.c.audiuimꝰ.deſim.

31 Epiſcopus poteſt concedere indulgentias quadraginta diebus, & vltrà nõ poteſt. c.cum ex eo.vbi Doct.& c.noſtro. de pœn. & remiſſ.& c.1 & c.fin.eodẽm tit.lib.6.

32 Epiſcopus non poteſt fulminare cenſuras in ſuos ſubditos euntes in Romanam Curiam pro ſuis negocijs, extrauag.diuina. vbi notant communiter ſcribentes, de priuileg. intercões. nec poteſt prohibere ſuos ſubditos, ne reuelent ſuperioribus inquirentibus ſtatuta Eccleſiarum, & perſonarum, nec contra illos tunc poteſt ferre excommunicationem, & ſi illam ferat, non valet talis excommunicatio, c.quia pleriq;. vbi Dominic.Monach. Ioann.And.& omnes de offic.iud.ord.lib.6.

33 Epiſcopus non debet indebitè grauare ſubditos, in tollis, & ex actionibus, nec illos excõmunicare, ſine ordine iudiciario, nec ponere Eccleſias interdicto, ſine capitulo. c.1. vbi Abb. num.2. de exceſſ. prælat.& c.cum Apoſtolus. §.prohibemus.vbi Doct.de cenſ.ſed conſuetudo obſeruat, vt Epiſcopus ſolus hæc exerceat, ſine capitulo, quæ conſuetudo valet.c.non eſt.vbi Doctor.de conſuet.lib.6.

34 Epiſcopus, & Archiepiſcopus viſitantes, poſſunt ſecum ducere equitatum, puta, ſi eſt Archiepiſcopus poteſt ſecũ portare numerum quadraginta, vel quinquaginta euectionum, Epiſcopus vero viginti, vel triginta, Cardinalis viginti, & quinq; Archidiaconus quinq;, vel ſeptem, decanus duorum numerum afferre poteſt. & non debent ſecum portare canes venatores, nec aues, ſed debent procedere, vt non videantur, quærere, quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti, cap.cum Apoſtolus. vbi Doctor. de cenſ. nec poteſt Epiſcopus habere procurationes Eccleſiarum, reſpectu ſuæ perſonæ, niſi quando perſonaliter illas viſitat. cap. ſi Epiſcopus. vbi Ioann. Andr. & alij de offic. iud. ord.lib.6. & ita ſi viſitat per ſuum viſitatorem dico verbo procurator.§.111.

35 Epiſcopus viſitans monaſteria non poteſt ſecum ducere ſeculares, ſed aliquos religioſos, & canonicos ſuos. cap. vt iuſta, & Abb.ibi.num.1. de offic.iud. ord. quoniam non debet moleſtare monaſteria, neque eis oblata ſibi vindicare. cap.1.de ſtat monach. poteſt tamen Abbatem compellere, vt reddat monachos ex prioratibus ad clauſtrum, aut illis ſocios adiungat.cap. fin.vbi Doctor.de capell.monach. nec poteſt grauare religioſos in illis, quæ continentur. in cap.minus.1.& 2.de exceſ præ-lat.& clement. vnica, eodem titulo hodie tamen non viſitantur monaſteria ab Epiſcopis, niſi quando imminet cura, animarum perſonarum ſecularium, ex Trident. ſeſſ. 25. cap.11. de regular. poteſt tamen Epiſcopus ſupplere negligentiam prælati regularis. & conferre beneficia regularia, quando prælatus regularis eſt negligens. clement. vnica.vbi Ioan.And.Imol. Panor.Pet.de Anch.& omnes.de ſuppl.negl. prælat.

36 Epiſcopus, aut quicumq; prælatus exercens regimina monaſteriorum, non faciũt fructus ſuos, iuramento non præſtito. extrauagant.1. & fin. de elect. inter communes..

37 Epiſcopus non poteſt benedicere populum ſolemniter in diæceſi aliena, quãuis ſimplicem benedictionẽ præſtare poſſit in quacumq; diæceſi. clement. ſecund. vbi notant ſcribentes.de priuileg.& Marg. conſil.26. numer.32. & conſil. 82. numero. 6.

38 Epiſcopus electus, & confirmatus non poteſt transferri de vno Epiſcopatu ad alium, ſine licentia Summi Pontificis. cap. inter corporalia. vbi Doct. & c.quanto, & c.licet.de tranſlat. Epiſcop.& c.1. de cler. non reſid. & c.illud. de cler. excommunicat. nec poteſt, ſine licentia Papæ emittere votum vltrà marinum. cap. magnæ. de vot. & cap. inter corporalia. de tranſlat. Epiſcop.

39 Epiſcopus non eſt eligendus ad aliquã dignitatem, ſed poſtulandus.c.fin.vbi Abb. n.1.de poſtul.prælat.nec poteſt in Eccleſia Cathedrali prouideri, & conſtitui, ſine licẽtia, & auctoritate Summi Põtificis.clem.in pleriq;.vbi Doct.de elect.attamen poſtquã Epiſcopus fuerit conſtitutus in Eccleſia Cathedrali, remanet ſpiritualis coniũctio inter ipſum, & illam Eccleſiam Cathedralem. c.requiſiſti.de teſtam.

Epiſcopus

Digitized by Google

40 Epiſcopus poteſt eſſe in capitulo tanquàm Epiſcopus,& tanquàm canonicus,& quando eſt tanquàm Epiſcopus tenet primum locum, nõ autem quando eſt tanquã canonicus. c.à collatione.vbi Doct.de appellat.lib.6.& c.cum in Eccleſia.vbi Ioan. And.de præbend. eodem.libr.6. & quando collatio alicuius præbẽdæ expectat ad ipſum Epiſcopum,& ad Capitulũ,ipſe ſolus eam confert,ſi capitulum fuerit ſuſpẽſum. c.vnico.in p.in.ne Sede vacant.lib.6.

41 Epiſcopus,vel alius quicumq; prælatus habens iuriſdictionem in laicos.poteſt delegare cauſam ſanguinis,ſine metu irrigularitatis,quamuis delegatus exerceat pœnam ſanguinis, aut membri mutilationẽ. c.fin.vbi Doct.ne Cler.vel monach. nunquam Epiſcopus incurrit generalem ſententiam ſuſpenſionis, aut interdicti, niſi quando ſpecialiter inuenitur expreſſum.c. quia periculorum.vbi gl.verb. de Epiſcopis.& Doct.de ſent.excommunicat.lib.6.

42 Epiſcopus, qui crudeliter aliquem facit fuſtigari, ſuſpenditur per duos menſes. c. præterea.de Cler.percus. moderatè tamen bene poteſt delinquentes flagellis afficere. c. in Archiepiſcopatu. vbi notant omnes. de rapt. & c. fraternitas. 12. quæſt.2. & c. primo.14. quæſt.6. & c.illi.qui. 5. quæſt.5. dum tamen pœnam ſanguinis, aut membrorum.detruncationem, non exerceat.c. his à quibus. & c.ſi quis membrorum. 23. quæſt.8.

43 Epiſcopus debet ita corrigere exceſſus ſuorum Clericorum, vt metu pœnæ à criminibus arceantur.c.ad reprimendam.vbi Doct.de offic.iud. ord. & clem.1. vbi gloſ. 1.Ioann.And.Card.& omnes.eodem titul. quoniam per oppoſitionem pœnæ comprimitur quis à malicia ſua,& dirigitur ad virtutem. c. iam verò. §. ex his. 23.quæſt. 6.&l.1. ff. de iuſt. & iur. Abb.in d.cap.ad reprimendam. num.1.de offic. iud. ord. & ſi in hoc Epiſcopus ſit remiſſus requiritur ſanguis iuſti male vexati, de manibus illius. c.irrefragabili. vbi gloſſ.1.& Doct.de offic. iud. ord. nec admittitur illius excuſatio,ſi delicta committantur à ſuis ſubditis,& ille neſciat. c.quamuis de regul. iur. & d. gloſſ.1. in d. c.irrefragabili. de offic. ord.

44 Epiſcopus poteſt procedere per cenſuras, & punire laicos. in criminibus mixti fori,& ita obſeruat conſuetudo,vt reſoluit Aufrer.in tract.de poteſt.Eccleſ.ſuper laicis.n.1. Mench. lib.3. deteſt.§.22.à nu.12. Cou.ruu.pract.quæſt.10.n.2. & poteſt habere fiſcum, cui poſsit applicari pœna pecuniaria, qua delinquentes punire poteſt, vt tenet Abb. in c. vt Clericorum. num. 10.de vit. & honeſt.Cler.Fel. in c.irrefragabili. §. 1. num. 11. de offic. iud. ord. & Bald. in authent.bona damnatorum.num. 2. C.de bon. proſcript.Anan.in c.excommunicamus. n.9. de hæret. Bernard. Dias. in pract. can. cap.134. num.2. Barb.conſil.22. nu.12.lib.3. Cou.ruu. lib.2.reſolut. c.9. num.11. Iul.Clar. libr.5. §. fin. quæſt. 80.num.5.

45 Epiſcopo negligenti, & remiſſo datur curator.c.grandi.Doct.de ſuppl.negl.prælat.lib.6.ſi tamẽ fuerit ſenio confectus,aut aliquo morbo impeditus,ſiuè aliquo perpetuo impedimento.detentus ſibi coadiutorem aſſumit cum Summi Pontificis auctoritate, & capituli aſſenſu. c.pen.& vlt. vbi Doct.de Cler.ægrot.& c.vnico.vbi Dominic.Ioan.And.Philiph.Franc.& omnes eodem.tit.lib.6. Abb.in c.niſi.n.9.de renũciat.Trid.ſeſſ.25.c.7.de reformat.

46 Crimina Epiſcoporum Archiepiſcoporum,Patriarcharum non poſſunt hodie incuſari,niſi coram Sũmo Pontifice,aut in Prouinciali Concilio.c.inquiſitores.de hæret.lib.6.& c.fin.22.diſt.Trid.ſeſ.24.c.5.de reform.Anan.in c.excõmunicamus. §.volumus.n.5.de hæret.Iul.Clar.lib.5.§.fin.q. 35.n.13.attamen Epiſcopus Archiepiſcopus,& Patriarcha grauius punitur de periurio,ſiuè de alio quocumq; graui crimine quam alius quicumq; Clericus.c.cum quidam.vbi Doct.de iur.iurand.

47 Epiſcop⁹ debet miſſam celebrare in ſua diæceſi die Cœnæ Dñi,& Chriſma cõficere. c.te referente.vbi.Doct.de celebrat miſſ.

48 Epiſcopus tenetur adimplere mandatũ Summi Pontificis directum capitulo Sede vacante, nec poteſt excuſari eò quòd tempore mandati non eſſet inſtitutus,& confirmatus in Eccleſia. c.eam te.vbi gl.verb. deberes.& Doct.de reſcript.

49 Epiſcopus, ſi ſciat quòd delegatus, qui illum mittit in poſſeſsionem non ſit canonice inſtitutus à Papa,non reſiſtet, ſed inſtabit donec Papa conſuletur.c.ſi quando. vbi ſcribentes de reſcript.

50 Epiſcopi,& inquiſitores ſimùl,aut diuiſim puniũt hæreticos,& ſi ſunt negligẽtes remouẽtur à dignitate.c.excõmunicamus §.volumus. de hæret.& clem.1. §.propter

vbi Doct. eodem.tit.& puniuntur grauiſſimè ſi delinquũt in officio hæreticæ prauitatis. d.clement.1. §. verum. vbi Ioann. And.& alij.de hæret. & ſi diſcordant inter ſe,defertur ſententia ad Summum Pontificem. c.per hoc. vbi Dominic.Arch. Monach.Ioan.And. Anch.Franc.& omnes de hæret.lib.6.& extrauag.ex eo.de hæret.inter cões.

51 Epiſcopus poteſt cogere ſuum ſubditũ ad oſtendendum, quo iure teneat plura beneficia incompatibilia, c.ordinarij.vbi Doctor.de offic.ord.lib.6.

52 Epiſcopus condemnat ſuum Clericum delinquentem.vbi delictum cõmiſit,non tamen illum priuat beneficio exiſtente in alio Epiſcopatu. c.poſtulaſti. de foro cõp. niſi intendat Clericũ inhabilitare ad omnia beneficia dicam.verb.ſuſpenſio.§.6.

53 Epiſcopus recuſatus,vt ſuſpect⁹, poteſt dare partibus delegatum,& ſententia illius poterit mandari executioni. c. ſi quis.vbi Doct.de foro comp.Epiſcopo tamen ſuſpecto recuſato remanet etiam Vicarius eius generalis, ſuſpectus licet contra illũ nulla ſit cauſa ſuſpicionis. dicam verb.recuſatio. §.20.

54 Epiſcopus præſcribit per trieniũ cõtra Epiſcopum,locũ per ſe conuerſum,ad fidẽ Catholicam.c.1. vbi Doct.depræſcript.

55 Epiſcopus poteſt teſtari de rebus patrimonialibus,non autem de rebus acquiſitis intuitu Eccleſiæ. c.1.& c.quia nos.de teſtam.& c.quicumq;.12.qnæſt.3.& c.fixum. 12.quæſt.5. Abb.in d.c.1.num.1. de teſt.& omnia bona, quæ prælatus habet tempore mortis, præſumuntur acquiſita intuitu Eccleſiæ, vnde hæres Epiſcoporum tenentur probare bona ſibi relicta ex patrimonio, vel alio titulo perueniſſe. vt tenet Innocent. in c. 1. & in c. cum in officijs. col.1. verſ.item omnes vanas.de teſt. gl.verb.debent,in c.1. vbi Ioan.And.Hoſt.Innocent. Abb.& omnes de pecul.cler. Gam. deciſ. 313.num.1.

56 Epiſcopus, qui propter aliquod crimen renunciauit Epiſcopatui,non poteſt amplius ad illum reaſſumi,ſi tamen propter infirmitatem,aut propter alium caſum,qui delictum non ſit renunciauit, bene poterit. ceſſante cauſa,ad illũ reaſſumi. c.poſt tranſlationem. vbi Ant.de Butr. Hoſt.Innocent.Ioan.And.Abb & omnes.de renũciat,& c.cum ceſſante de appellat.

Verbo Archiepiſcopus.

1 Archiepiſcopus eſt conſecrandus à tribus ſicut Epiſcopus,ſed tamen antequam deueniat ad conſecrationẽ, ſunt omnes ſufraganei requirendi. c. ſi Archiepiſcopus. vbi Abb. n.1.& c.nec Epiſcopi,de temp.ord.ordinationem tamen ſui ſufraganei poteſt Archiepiſcopus committere alteri Epiſcopo. c. quod Sedem de offic. iud.ord.

2 Archiepiſcopus non poteſt vti pallio, niſi prius præſtet iuramentum fedilitatis. c.ſignificaſti. vbi Doct.de elect.poſtea tamen poteſt illo vti, in quacumq; Eccleſiæ ſuæ prouincia. c.1. & c.ex tuarum,& c.cũ ſis.de auctoritate,& vſu pall. & c.antiqua. de priuil. illud tamen alteri committere non poteſt. c.ad hoc.& ibi ſcribentes. de aut.& vſu pall.

3 Nomen Archiepiſcopale, & plenitudo Archiepiſcopi, & eius officium Põtificale, confertur per pallium. c.niſi ſpicialis. vbi Abb.nu.1. de aut.& vſu pall. quamuis ſine pallio,& ſandalis celebrare poſſit. c. quia nos.eodem, titul.nec traditio pallij debet retar dari propter criminis obiectionem, niſi objiciens iuret ſe propter fidẽ facere extrauag.de vſu pall.intercões.crucem tamen poteſt Archiepiſcopus portare per parochias ſibi ſubiectas: clem.fin. vbi Doctor.de priuileg. & c.antiqua. vbi Ant.de Butr.Hoſt.& Abb.de priuileg.

4 Archiepiſcopus de iure antiquo poterat viſitare Prouincias,& Eccleſias ſuorum ſufraganeorum, licet illi non fuiſſent negligentes. c.fin.de cenſ.lib.6. aliter tamẽ hodie per Trid.ſeſſ.24.c.3.§.Metropolitanus de reformat.

5 Archiepiſcopus poteſt excommunicare ſuum ſufraganeum in iudicio procedẽs ex ſuo officio,aut extra iudicium pro defenſione ſuorum iurium. c.venerabilibus.vbi Doct.de ſent.excommunicat.lib.6.

6 Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere de cauſis ſuorum ſufraganeorum, niſi per appellationem. c.1.vbi Doct.de foro cõp. & c.venerabilibus. in prin.& §.porro. vbi Doct.de ſent.excommunicat. lib 6. & c.1. de offic.leg.& c.ad reprimẽdam. & c.duo. de offic.ord.Trid. ſeſſ.24. c.20. de reform. nec de cauſis per appellationem deuolutis poteſt cognoſcere,niſi in ſua propria ciuitate,aut de cõſuetudine aliud ſibi cõpetat.

c.1. &

Digitized by Google

c.1.& c.vt litigantes de offic.ord.lib.6.nec debet citare partes in cauſa appellationis, niſi cauſa ſit expreſſa.c.Romana.§.cum autem.de appellat.lib.6. nec poteſt prohibere,ne procedatur in cauſa, ſi ante ſentẽtiam objiciatur. appellationem extetiſſe ex cauſa minus legitima, d. c. Romana. §. quod ſi.vbi Doct.de appellat.lib.6.& licet poſsit inhiberè ſufraganeis,ne procedant, aut aliquid,attẽtent in cauſis ad ipſum per appellationẽ deuolutis,poteſt tamen conſtituere officialem in diæceſi ſufraganeorum,ſi talis ſit conſuetudo, cui committat cauſam ad ſe per appellationem delatam. aliter enim non poteſt conſtituere officiales,in diæceſi ſuorum ſufraganeorum, etiã pro futuris cauſis , per appellationem ad ipſum deuoluendis.c.1.vbi Doct.& c.paſtoralis.de offic.iud.ord.nec poteſt cõpellere ſubditos ſuorum ſufraganeorũ, vt ſuſcipiãt cauſas ab illo delegatas, aut,vt ferãt teſtimoniũ,vel ſententias exequantur.c.1. §.neq;.vbi ſcribentes.de foro.cõp.lib.6.

Archiepiſcopus nõ poteſt mittere ſuos
7 Clericos. in diæceſim ſufraganeorum ſuorum, vt coram eis faciant contractus, nec poteſt excommunicare ſubditos ſuorum ſufraganeorum,ſi corã illo litigare noluerint. c.1. §.fin.de foro.comp.lib.6.quoniã non poteſt compellere contrahẽtes aliarũ diæceſum corã ſe inuitos reſpõdere.c.1.§. contrahentes.vbi Doct.de foro cõp.lib. 6.

Verbo Prælatus.

1 PRælatus lato modo dicitur omnis,qui habet Curam animarum, ſtricto tamen modo dicitur ſolus ille,qui habet iuriſdictionem. c.decernimus.vbi Abb. nu.2. de iud.Innocẽt.in c.firmiter.de ſumma Trin. & clem.dudum de ſepult.ſumma Ang.ver: prælatus. in prin.

2 Prælati inferiores Epiſcopo,& Religioſi non poſſunt concedere licentiam ſuis Clericis ordinandi,niſi illud habeant per priuilegium, aut conſuetudinem. cap.nullus. vbi Doct.de temp.ord.lib.6. & tunc prælatus alicuius monaſterij poteſt dare licẽtiam ſuo monacho, ſine alijs de conuentu. c.religioſus.§.quia vero de elect.lib.6.

3 Prælatus habens priuilegiũ vtendi mitra,non poteſt vti habente laminas,ſeu gemas. c. vt Apoſtolicæ. vbi notant omnes Doct.de priuileg.lib.6.Merg.conſil.24.nu. 31. & conſil.30. n.8.

4 Prælatus habet iuriſdictionem de iure cõmuni in ſuos ſubditos. c. cum perſonæ. §. quid ſit de priuileg. lib.6. & poteſt Clericum ſuum delinquentem punire, & incarcerare, ſine metu excommunicationis. c.vt famæ. vbi gl.verb.mancipari.& Doct. de ſent.excõmunicat.& debet facere iuſtitiam laicis de ſuis Clericis, ne videatur deficere iuſtitia in perſonis Eccleſiaſticis , ſi quidem laici nõ poſſunt trahere Clericos ad forum ſeculare.c.qualiter. vbi Abb.nu. 1.de iud. & c.ſignificaſti. & c. ſi deligenti. de foro comp.

5 Prælatus non excuſatur de dilictis ſuorum ſubditorum propter ignorantiã, quia inquirere,& corrigere debet, aliàs ſanguis eorum de manibus prælatorum requirit. c. irrefragabili. vbi gl.1. & Doct. de offic. ord.& c.cum ad monaſterium. §.Abbas de ſtat.monach. & c.qualiter. & quando.2.§. ad corrigendas.de accuſat.& c.quamuis de regul.iur.

6 Prælatus non debet grauare ſubditos talis , & ex actionibus. c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. de cenſ.nec facere conditionem Eccleſiæ deteriorem, nec renunciare poteſt ſtatutis, conſuetudinibus,ſiue iuribus Eccleſiæ. c.1. de in integ. reſt. & c.1. de his,quæ fiunt à maior.part.cap.Abb. in c.1.n.17.de dol.& contum.

7 Prælatus cum maiore parte capituli poteſt ſtatuere illud,quod eſt neceſſarium ad fabricam Eccleſiæ, licet minor pars capituli contradicat. c. ex parte. vbi Ant. de Butr.Innocẽt.Hoſt.Ioan.And.Abb.& omnes de his,quæ fiunt.à maior.part.cap.

Prælati taciturnitas nõ nocet Eccleſiæ, donec cõtra ipſam ſit legitime præſcriptũ c.nihil de præſcript.& Abb.in c.1.n.25.de dolo.& contum.abſoluens tamen ſubditos ab obedientia,nõ videtur renunciare prælaturæ.c.latæ.de renunciat.vbi Doct.

8 Prælatus poteſt de conſuetudine eligi de vna Eccleſia ad alteram , & valet talis conſuetudo. c.cum dilectus. vbi Abb.n.1. de conſuet. nõ debet tamen diſcurrere de vna ad aliam partem,neq; ſi ad Curiã Romanam venerit,debet diſcedere,ſine licẽtia Summi Pontificis.clem.2.&3.vbi Doct. de maior.& obed.intercões.

9 Prælatus non debet grauare religioſos. neq; aliquid contra eorum regulam, à Romano Pontificẽ approbatam præcipere,& ſi præcipiat, non tenentur illi obedire. c. nimis.vbi Abb.n.1.de exceſ.prælat.

Digitized by Google

Verbo Archidiaconus.

1 ARchidiaconatus eſt dignitas, clem.fin. vbi Doctor.depræb. & c.de multa.de præb.Trid.ſeſſ.24.c.12.de reformat.& habet Archidiaconus omnē Curam inclero, ſiuè in reſtauratione Eccleſiarum, ſiuè in doctrina Eccleſiaſticorum,& leget Euangelium,quando voluerit, aut præcipiet legenti,& quando Epiſcopus miſſam cantat ad iuſsionem illius induentur alij Clerici ſacris veſtibus,& prouidebit omne Eccleſiaſticum officium, tàm quando Epiſcopus miſſam canit,quàm quando ordines celebrat. c.1. & c.2.de offic.Archid.itaq; dicitur oculi Epiſcopi,vt habet Trid. ſeſſ. 24. c.12. de reformat.& eſt dignior omnibus, & primus poſt Epiſcopum. exiſtit. c.1.& c.ad hæc nos. de offic.Archid.hodie tamē iam nō repiriuntur tales Archidiaconi in noſtra Hiſpania, ſed primus poſt Epiſcopum,eſt decanus,& ita obſeruat conſuetudo.tenet Nau.in Manu.c.25.n.135.

2 Archidiaconus in Eccleſijs, vbi viſitare conſueuit. debet viſitare cū notario ab eo ſumptō. de Epiſcopi conſenſu, & in hoc multum valet conſuetudo. Trid. ſeſſ.24.c.3.de reformat & debet ſemèl in anno viſitare ſuas Eccleſias,niſi neceſsitas aliud expoſcat. c.mandamus.vbi Abb.n.1.de offic. Archid.

3 Archidiaconus non dat litteras commendatitias ad ordines ſuſcipiendos.c.ſignificaſti.vbi Abb.n.1.de offic.Archid.

4 Archidiaconus non habet iuriſdictionem in monaſterijs ſui Archidiaconatus. c.fin.vbi Doct.de offic.Archid.

Verbo Archipresbyter.

1 ARchipresbyter præeſt presbyteralibus officijs. c.1.& 2.vbi Doct.de offi. Archipresb. & inchoat. officium præſulis in abſentia illius.c.officium.vbi ſcribētes, de offic.Archipresb.& ſi eſt Archipresbyter ruralis gerit Curam presbyterorū ſuæ plebaniç.c.fin.vbi Ant.de But.Innoc.Hoſ. Ioan.And.Abb.& oēs de offi.Archipresb.

Verbo Epiſtola.

1 EPiſtola cōmuniter mittitur ad abſentes,& per illam poteſt aliquando inter abſentes contrahi. l.1.vbi Doct. ff.de procurat.& l.1. §.fin. ff.de contrah.empt.& l. ea, quæ. ff.de donat.inter vir.& vx.& l.cōſenſu. ff.de obligat. & act. Iaſ.in l.Titia.§. idem reſpondit cū ſeptitius.n.7.ff.de verb. oblig.Gam.dec.336.n.6.Capic.dec.180.n. 8.Iul.Clar.lib.4.§.donatio.quæſt.12.n.1.

2 Epiſtola principis, aut illius, qui habet poteſtatem legem condendi,habet vim legis.in illo,quod diſponit,vt obſeruetur,ſiuè generaliter, ſiuè inter certas perſonas, & redacta incorpore iuris. l.1. vbi Bart.n. 1.Paul.de Caſtr.& Iaſ.n.7.ff.de conſt.princip.Angel.in l.item veniunt. §. cæterum. ff.de pet.hæred.Iaſ. in l.ciuitas. nu.7. ff.de reb.cred.Bart.in l.quæ ex rationibus.nu.1. C.delegib.aliter tamen eſt de Epiſtola Papæ,quia illa facit ius generale. §.1. & c.1. diſt.20. & Bart.d. l.quæ ex rationibus.n.1. C.delegib.

3 Epiſtola probat actus in illa cōmemoratos,quoniam præſumitur, quòd ſolēniter ſint celebrati. l.1. vbi Doct.C.de contrahend.ſtipulat.Bart.in l.nuda. n.10.ff.de donat. Abb.in c.2. nu.8. defid.inſtrument. niſi verba illius ſint enunciatiua propter aliud emiſſa,quia tunc non probant.l.Epiſtola.vbi Doct. ff.depact.

4 Epiſtola miſſa ad abſentem probat cōtramittentem ſi ſigillo authentico eſt ſigillata,aut à parte confeſſata,aut per litterarum comparationem. l.publia.§.fin. ff.depoſit.& l. Lucius. ff. defid.iuſſ.& prin.inſt. de obligat. ex conſ. Bart. in l. nuda ratio. n.10. ff.de donat.& in l.admonendi. n.30. ff.de iure iurand.vbi Iaſ. nu.139. in 2.lect. Abb.in c.2. nu.8. defid.inſtr. quamuis per comparationem,litterarū non faciat Epiſtola,niſi ſemiplenam probationē, quia facile litteræ vniuscuiusq; adulterantur.vt contrà Bart.vbi ſuprà tenet Imol. & Abb. in d. c.2. n.8. defid.inſtr.Salicet. & Iaſ.nu. 83.in d.l. admonendi.ff.de iur.iurād.Bald. in l.fin.C.de edict.D.Adrian.Ang.in, l.cōparationes.C.defid.inſtr.& eſt communis. & dicam infra verbo inſtrumentum.§.6.

5 Epiſtolam ſecurationis negatiuam, aut confeſſoriam cum defenſa habens, non eſt de trudendus incarcerem quamuis delictū ſit per teſtes probatū, antequàm teſtes via ordinaria ſint producti,aut ab ipſo delinquente habeantur pro productis,& ſint facti iudiciales; tunc enim ſi eum crimen commiſiſſe conſtiterit,& ſi confitetur non oſtendat innocentiam,eſt capiendus.vt tenet Gam.dec.309. in prin.attamen quādo

aliquis.

Digitized by Google

aliquis habuerit Epiſtolam negatiuam, &
per inquiſitionem habitam à ſenatoribus,
ſiuè à quocumq; prætore, aut iudice litte-
rato, à rege conſtituto, fuerit delictũ pro-
batum, & pronunciatum, vt delinquens ca
piatur ſtatim eſt capiendus, & antequam
teſtes via ordinaria ſint producti, aut à par
te facti iudiciales. ex ord. lib. 5. tit. 130. §. 6.
quòd tamen nõ habet locum in alijs iudi-
cibus, ſecularibus quamuis ſint litterati, ſi
à Rege non fuerint conſtituti, nec in foro
Eccleſiaſtico, imò cõmuniter obſeruat pra
xis inter iudices ordinarios, tàm ſeculares,
quàm Eccleſiaſticos, vt, qui Epiſtolam ſe-
curatoriam habet negatiuam, ſeù cõfeſſo-
riam, cum deffenſa, incarcerem non detru-
datur, etiam ſi teſtes delictum probent, niſi
quando proceſſus iã concluditur ad finalẽ
ſententiam pronunciãdam. vt refert Aut.
à Gam. in d. deciſs. 309. & noſtra ord. vbi
ſupra continet magnum rigorem, & facit
delinquentem melioris conditionis, quàm
innocẽtem, qui fortè per falſos teſtes fuit
culpatus.

6 Epiſtola ſecurationis non extenditur ad
futurum delictum, ſed tantum ad præteri-
tum, vnde ſi aliquis antequàm de ſuo deli-
cto conſtet, aut antequam de illo ſit denũ-
ciatum impetrauerit Epiſtolam ſecuratio-
nis, non remanet ſecurus, quominus capi
poſsit, prætextu Epiſtolæ illius. vt refert
Gam. deciſs. 309. n. 2. niſi per ſpecialẽ gra-
tiam principis illi fuerit cõceſſa, Epiſtola
ſecurationis futuri delicti, quod fieri non
debet, ne detur occaſio delinquendi, imo
nunquã gratia principis intelligitur con-
ceſſa ad delicta futura, vt tenet Imol. in c.
fin. n. 11. de conſtitut. Iul. Clar. lib. 5. §. fin.
quæſt. 59. n. 11.

Epiſtola ſecurationis, quam quis impe-
trat, in qua, confitetur delictum cum de-
fenſione, ſufficit ad puniendum impetran-
tem, quamuis aliter delictũ non probetur,
ſi defenſionem non probat, non tamen ad
pœnam ordinariam, ſed extràordinariam
pro arbitrio iudicantis. vt tenet Abb. in c.
auditis. nu. 32. de præſcript. Alex. in l. non
ſolum. §. ſciendum. in lect. ff. de noui oper.
nũciat. Socin. in rep. l. 1. col. 11. ff. de vulg.
& pupill. Iaſ. in l. vt vim. n. 13. ff. de iuſt. &
iure. Maranr. de ord. iud. 6. part. §. de con-
feſsione. nu. 29. & etiam propter rigorem
noſtræ ordinationis. lib. 5. tit. 130. §. 6 fuit
iudicatum in Curiæ noſtræ Luſitaniæ, quòd
poterat quis impetrare Epiſtolam ſecura-
tionis, & in illa confiteri delictũ, & poſtea
excipere in contrarietate, ſe tale delictum
non commiſiſſe, vt refert Iorg. à Cabed. in
diciſ. arreſt. 59. ſed ego neſcio quo iure fre
ti, & exiſtimo, quòd nullo, nam confeſsio
illa facta in Epiſtola ſecurationis redacta
in actis remanet confeſsio iudicialis, quæ
quamuis in criminibus non habeat execu-
tionem paratam, ſicut in ciuilibus, ſed de-
beat ferri ſententia, per text. in l. ſi cõfeſ-
ſus. vbi Doctor. ff. de cuſt. reorum. Corn. in
conſil. 55. col. 2. lib 4. & conſil. 160. d. lib. 4.
punitur tamen confeſſus per illam confeſ-
ſionem, ſine alia probatione. c. 1. vbi Doct.
de confeſſ. lib 6. & c. ſi quis de purgat. can.
& cum illa confeſsio remaneat in actis, nõ
eſt neceſſaria alia acceptatio partis, ſi qui-
dem offertur in actis. vt detur parti, & ſcri-
ptura redacta in actis ſemper loquitur, &
eſt in viridi obſeruatione. l. cum præcum.
vbi gl. 1. & Doct. C. de liberal. cauſ. l. Aria-
ni. C. de hæret. & manich. & clem. 2. vt lit.
pend. & dixi ſupra verb. confeſsio. §. 18. &
confeſſus in iure per idẽ eſt, ac ſi cõuictus
fuiſſet. c. illud. de exceſſ. prælat. & d. cap. ſi
quis de purgat. can. & c. atſi Clerici. de iud.
& c. pen. de confeſſ. & l. 1. & l. certum. ff. de
confeſſ. & l. poſt rem. ff. de reiud. & l. vnica
C. de confeſſ. & dixi ſupra verb. confeſsio.
§. 28. vnde ſecũdum rigorem iuris, qui im-
petrauit Epiſtolam ſecurationis, confeſſo-
riam, nõ poteſt excuſari a pœna ordinaria,
licet delictum aliunde non probetur. ſi de-
fenſionem non probat, & hæc opinio eſt
verior in puncto iuris, quamuis prima, vt
detur pœna extraordinaria ſit æquior. & à
grauiſsimis actoribus approbata, & ſecun-
dum illã iudicandum exiſtimo, confeſſare
tamen in Epiſtola ſecurationis delictum,
& poſtea in contrarietate illud negare, ne
quaquam fieri poteſt, nec ad id erit reus
admittendus, quia cõfeſsio in iure, & à par
te acceptata, non poteſt reuocari, ſi quidẽ
per acceptationẽ illam, fuit parti ius quæ-
ſitum. l. fin. ff. de pact. & Bald. in l. Gallus. §.
quidem rectè. col. 2. ff. delib. & poſthu. &
Lud. Rom. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de
verb. obligat. Bart. in l. certum. §. ſi quis ab-
ſente. n. 4. ff. de confeſſ. quia nec confeſsio
errone à ſcienter facta in iure, in his, quæ
pendent ad litis deciſionẽ poteſt reuoca-
ri. l. quidam in iure. aliàs. l. donari. §. quidã.
ff. de donat. & l. qui ſtichum. vbi Bart. ff. de
confeſſ. idem Bart. in l. non fatetur. n. 9. ff.
codẽ. vnde non mihi videtur, bona praxis
admit-

Digitized by Google

admittere contrarietatem negatiuã illius, qui in Epiſtola ſecurationis confeſſus eſt delictum, cum defenſione quiuis lex Regia. d. lib. 5. titul. 130. § 6. rigorem contineat. ſi quidem ita placuit legiſlatori, vnde in fraudem illius aliquid fieri non debet. l. contra, & l. fraus enim. ff. de leg. & cap. ſunt non nulli. 1. quæſt. 1. & c pleriq;. 14. quæſt. 3. & glo. verb. in fraudem. in c. quanto. de priuileg. nec reus poteſt allegare ſe cõfeſſionem per errorem feciſſe, quia in facto proprio regulariter non datur ignorantia. c. ab excommunicato. de reſcript. & l. quãquam. ff. ad Velleian. & dico verb. ignorantia. §. 11. & verb. error. §. 2.

8 Epiſtolam poteſt laicus dicere ſine ſolemnitate, dum ſacerdos miſſam dicit, & ille ſacerdos illam non omittat. ex Sanct. Ant. 3. p. tit. 28. c. 1. §. 3. Nau. in Manu. c. 27. num. 222.

Verbo Error.

1 ERrare eſt aliud pro alio putare. cap in quibus. 22. quæſt. 2. & c quiuis. 38. diſt. Dec. in l. nihil conſenſui. § nihil videtur. n. 2. ff. de regul. iur. ſumma Angel. verb errare. in prin. vnde errans in illo, quod animi diſtinatione agi debet, non conſentit. l. in totum. ff. de regul. iur. vbi Dec. nu. 1. & l. nihil conſenſui §. non videtur. ff. eodem. quoniam errantis nullus eſt conſenſus, nec voluntas. l. ſed hoc ita. vbi Doct. ff. de aqua pluuia arcend. & l. non ideirco. vbi Bald. & Salicet. C. de iuris, & fact. ignorant. Bart. in l. cum teſtamentum. n. 1. C. eod. Dec. in d. l. nihil. §. nihil videtur. nu. 2. ff. de regul. iur.

2 Error regulariter non datur in facto proprio quoniam, de facto ſuo debet vnuſquiſq; eſſe certus. c. ab excommunicato. de reſcript. & gl. verb. perſe. in c. ſi à iudice. de appellat. lib. 6. & gl. ver. feciſſe in clem. vnica de probat. aliquando tamen etiam in facto proprio poteſt dari error. vt eſt in c. in lectum. 34. q. 1. & 2. & inſimilibus.

3 Error facti poteſt reuocari non dũ negocio finito. c. fin. & ibi. Doct. de confeſſ. & l. error. vbi Bart. nu. 12. & Iaſ. nu. 1. C. de iuris. & fact. ign. & l. vnica. C. de errore calcul. & l. 2. & 3. C. de errore aduocat. vnde ſi reus velit reuocare confeſſionẽ à ſe ſpõte factam per errorẽ admittitur, ſi voluerit probare ſe per errorem feciſſe illam confeſſionẽ, vt docet Aret. in c. cũ dilecti. in fin. de accuſat. Boſſ. in titul. de confeſſ. à n. 60. & in tit. de defenſ. reor. n. 4. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 55. n. 18. alia tamen ſpõte in iudicio facta non reuocatur ſi per partem fuit acceptata. vt ſupra dixi. verb. confeſſio. §. 21.

4 Error nominis non vitiat, ſi de corpore conſtat. l. inuenditionibus. vbi Doct. ff. de contrah. empt. & l. ſi quis infundi. vbi gloſ. verb. ſed ſi. ff. de leg. 1. & c. ſignificante. vbi Abb. n. 4. & 6. & ibi. a dict. verbo reſcripto. de reſcript. nam error non debet præiudicare veritati. facit text. in l. illicitas. §. veritas. ff de offic. præſid. Abb. in c. examinata. n. 20. de iud.

Verbò Exceptio.

1 EXceptio eſt pars defenſionis, & actionis excluſio, aut iudicis, vel actoris repulſio. l. 2. vbi Doct. ff. de except. & gl. ver. exceptionem. in l. ſi quis. C. de præſcript. 30. vel. 40 annorum. & gl. fin. in fin. in cap. c. ex parte. de ſoro comp. Abb. in c. 1 nu. 5. de ord. cogn. & in Rubric. n. 1. de except. & dicitur rei defenſio, per quam reus ſe defendit, & tuetur ab actore. clem. vnica. cũ ibi notatis de except. replicatio tamen dicitur exceptionis exceptio. d. l. 2. ff. de except. & l. non exceptionibus. C. de except. ſeù præſcript. & prin. inſt. de replicat. Abb. in c. 2. n. 14. de except. & ſicut actor tenetur probare ſuam intentionem, ita reus ſuã exceptionem. l. 1. vbi Doct. ff. de except. & Leo. in tract. noui op. nunciat. c. 4. n. 8.

2 Cui datur actio, multò magis datur exceptio. c. qui ad agendum. vbi Doct. de regul. iuris. lib. 6. & l. 1. §. quod aut. verſ. nam cui damus. vbi Bart. nu. 2. ff. de ſuperficieb. & l. creditori. vbi gl. ver. per ignorantiam. C. de pact. & l. Inuitus. §. cui damus actionẽ. ff. de regu. iur. ſi tamen daretur ratio diuerſitatis, bene daretur alicui actio, & denegaretur exceptio. vt eſt tex. in c. debitores. & ibi Ant. de Butr. Abb. & Alij. de iure iurand. Dec. in d. §. cui damus. n. 1. ff. de regu. iur. aut ſi exceptio, & actio tendunt ad diuerſa, quia tunc poteſt vno reſpectu cõcedi actio, & alio denegari exceptio: vt notat Innocent. Hoſt. Abb. & alij, in c. inter dilectos. de exceſſ. prælat. Anch. & Anan. in c. accedens. de accuſat. vnde quando actio, & exceptio non ſunt diuerſæ, & tendunt ad vnum finem, habet locũ regula, cui datur actio, multò magis exceptio; ſine vlla fallentia,

Digitized by Google

fallentia,quoniam tunc in exceptione agitur de retentione,quæ facilius conceditur. l.per retentionẽ.C.de vſur.& l.2.vbi Bald. In 3.not. C.defid.commiſſ. Dec.in d.l.inuitus.§.cui damus.n.2.ff.de regul.iur.

3 Exceptio alia eſt peremptoria , alia dilatoria,alia anormalis.l.2. §.ſane.vbi Paul. de Caſtr.& l.exceptiones ff.de except.& §. appellãtur,inſt.de except. Abb.in c.exceptionem. nu.9. de except.Girip.conſil.1. nu.6. & prædictæ exceptiones diuiduntur in emergentes , & incidentes, & dicuntur emergentes illæ,quæ in ipſa lite emergũt, & oriuntur ex circunſtãtijs iudicij,& proceſſus,ſicut exceptio nõ eſt recipiendus libellus,non eſt danda dilatio, non ſunt teſtes recipiendi , non habet procurator ſufficiens mandatum,& ſimiliter,vt eſt gl. 1.& Doct.in c.1.de ord.cogn. incidẽtes autem dicuntur illæ , quæ competunt ante litem motam , & opponuntur ex circunſtantijs negocij principalis, ſiue proceſſus. gl.ver. quæſtionum, & Doct.in l.1. C. de ord. iud. Abb.in c.1. n.12.de ord.cogn.

4 Exceptio peremptoria eſt illa,quæ excludit actionem cuiuſcumq; rei. l.2. ff. de except.& illa eſt proponenda ante ſentẽtiã,quia poſtea opponi non poteſt,niſi per in integrum reſtitutionem. l. 2. vb. Bart. Bald.Salicet.Pau.de Caſt.& omnes.C.ſent. reſcind.non poſſe.& l.præſcriptionem.C. de except.ſeu præſcript.& prius eſt terminanda, quàm de negocio principali cognoſcatur.c.exhibita de iud.& c.1.vbi Abb. n.1.de ord.cogn.

5 Exceptio peremptoria eſt probanda ab opponente,& ſi illam non probat,eſt condemnandus in expenſis,ante diffinitiuam. c.finem litibus,vbi Abb.n.1.de dolo.& cõtum.exceptio tamen ſuperueniens,poteſt opponi poſt ſententiam in executione illius,quoniã illud, quod de nouo emergit, nouo indiget auxilio. l.1. vbi Doct. C. de reſcind.& l.de ætate. §.ex cauſa. ff.de interrog act.& l.poſt litem.ff.de procurat. & C.fraternitatis tuæ deteſt.

6 Exceptio nullitatis poteſt opponi in executione ſententiæ.l.1. & Bart.n.2.Salicet.& Paul.de Caſtr.& l.2. vbi etiam Doct. C.de executione rei iud.& l. ſi cum nulla. ff.de reiud.melius tamen eſt occurrere tẽpore oportuno, quam poſt rem vulneratã remedium quærere. l. 1. C. quando liceat vnicuiq;. & l.fin. C.ex quib.cauſ.in integ. & ſiuè ſentẽtia ſit nulla ratione proceſſus, ſiue ratione ſui , poteſt exceptio opponi poſt ſententiam. l.fin.vbi Doct. C de ſent. quæ ſin.Bart.in l.1.nu.2.C.de iuris & fact. ign.

7 Exceptio falſi poteſt opponi ante ſententiam,& poſt ſententiam vſq; ad viginti annos,quia ſententia lata,per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta , vſq; ad viginti annos,nõ tranſit in rem iudicatam .c.licet. vbi gl.ver.opponi, & Doct.de probat.& c. cum venerabilis.vbi Abb.n.1.de except. l. ſi prætor. §.Marcellus. vbi Doct.ff.de iud. & l.querelam. C.de falſ.

8 Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi ante ſententiam,& poſt ſententiã, & exceptione probata redditur iudiciũ nullũ,& nullius momẽti. c.in noſtra.vbi Ant. de Butr.Hoſt.Innocent.Ioan.And. Abb. & omnes de procurat. & l.fin. C. de eo, qui pro tutel.& l.licet. vbi Bart. Salicet. Paul. de Caſt.Alex.& Aret. C.de procurat.quando tamen dominus poſsit geſta ab illo ratificare.dicam verb.procurator.§.11.ſi autem habeat mandatum in ſufficiens. dicò infra. §.10.

9 Exceptio incompetentiæ iudicis poteſt opponi in quacumq; parte iudicij, & etiã poſt ſentẽtiam, & ita in omni exceptione, quæ reddit iudicium retrò nullũ. l.fin. vbi Bart.Bald.& Salicet.C.ſi a non comp.iud. & c. ad probandum. de ſent. & reiud.& c. pen.11.quæſt.1. & gl.verb. momenti. in c. in noſtra. vbi Abb.nu.4. de procurat.& c. exceptionem de except. Gam. deciſs.340. n.3. Abb. in c.paſtoralis.nu.16.de except. vbi autem iudicis iuriſdictio poteſt prorogari. tunc ante litis conteſtationem eſt proponenda.l.ſed & ſi. vbi Doct. ff.de iud. & in §.15.

10 Exceptio tamen procuratoris habentis mandatum procuratorium in ſufficiẽs, per quod non poſsit eſſe procurator, eſt proponenda ante litis cõteſtationem,& aliter valet proceſſus cum illo habitus.l.filius familias. §.veterani,vbi Bart.ff.de procurat. & l.ita demum.vbi Doct.C.eodem titul.gl. verb. exceptio.in cap. in noſtra. vbi etiam notant ſcribentes de procurat.

11 Exceptio dilatoria eſt proponenda ante litem cõteſtatam,poſtea autem opponi nõ poteſt.c.cum cauſam de appellat.& c.inter monaſterium.de reiud.& l.qui procuratorem.ff.de procurat.& l.pen.& vlt.vbi notãt communiter Doct.C.de except.& l.exceptionem. C.de probat. & l.ita demum.C.de procurat.

Digitized by Google

criminalibus.vt tenet gl. ante pen. in extrauag.Ioann.22.de pœn.Bart.in l.magiſtratibus.n.3.ff de iuriſd.omnium iud.Doctor. in c. qualiter.2.§.ad corrigendos. de accuſat.& dixi.ſupra.ver.delictum.§.15.

19 Exceptio rei iudicatæ non cōpetit reo, quando fuit abſolutus,eò quòd non poſsidebat.c.aduerſario, vbi Abb.nu.1.de except.& l.ſi ate. §.ſi quis fundum.vbi Doct. ff.de except.rei iud.& l.ſi rem.ff.eodem.

20 Exceptio rei iudicatæ non nocet agēti ex alia cauſa.c.fin.vbi Doct.de cauſa poſſ. & prop.& l.legitimam.& l. Lucius,& l.hæreditas.ff.de pet.hæred.& l.neq;. C.ad exhib.& l.ſi quis cum totum. & l. ſi is qui,& l.fin.ff.de except.& c. aduerſario.de excep. quoniam,exceptio rei iudicatæ nō nocet, niſi illi, contra quem iudicatum eſt. l. proportione. vbi Bald. C.de except.& l. ſi mater.§.deniq;.vbi Bart.& l.cū quæritur. ff.de except. rei iud. fallit tamen,vt in gl. verb. pronunciatum, in d. l. proportione. C.de exceptionib.

21 Exceptionibus pluribus vti nemo prohibetur quāuis ſint contrariæ.l.nemo prohibetur,vbi Bart.n.2.Paul.de Caſtr.& alij. ff.de except.Abb.in c.imputari. n.5.de fid. iuſſ. licet actor non poſsit vti pluribus actionibus contrarijs ſimul,& vno libello. l.nunquam actiones, & l. nemo ex his. §. quoties. ff.de regul.iur. & l.1. vbi Doct C. de furt.& ſeru.corrupt. & l.quod in hæredem. §.eligere. ff.de tribut.act.Bart.in d.l. nemo prohibetur. n.1. ff.de except.& dixi.ſupra verb.actio. §.8.

22 Exceptio ſpoliationis,ab alio factæ, nō admittitur in ciuilibus, licet in criminalibus admittatur aliquando factæ ab alio, cum ille,qui reſpondere tenetur,ſit omnibus bonis ſpoliatus,aut maiore parte illorum, & tūc differtur proceſſus criminalis, vſq; ad reſtitutionem , & tenebitur intra quindecim diebus probare illam ſpoliationem , & eis elapſis procedit iudex in cauſa criminali, ſi reus non probauit ſpoliationem illam omnium bonorum , ſiue maioris partis illorum, ſi tamē illam probauit eſt in arbitrio iudicis conſtituere tempus, intra quod reus agat contra ſpoliatorem , attento ne inermis contendere teneatur, ne remaneat impunitus, & poſtea reſpondebit,crimini,de quo actor cum reo agere vult.c.1.vbi Dominic.Ioan.Monach. Arch.Ioann.And.Anch.& omnes de reſt.ſpol. lib.6.

23 Exceptio enim cōtra denunciationem, & querelam alicuius furti, puta res furata erat illius contra quem fuit denunciatum, & tunc ille excipit, erit prius terminanda illa exceptio, quàm de denunciatione cognoſcatur. l.præſes. vbi communiter Doctor. C.ad leg fab.de plag.

24 Exceptio admittitur contra teſtes ante receptionem illorum,vt non teſtificentur. c.teſtimonium.vbi Doct.de teſtib.& c.quicumq; 6. quæſt.1. & c. paruuli. & c.ſi quis conuictus.22.quæſt.5.& gl.verb. de periurio.in c.exparte vbi Abb.n.8.de teſt.exceptio enim,quæ fit contra teſtes eſt pars defenſionis , & aliquando reſpicit perſonam ipſorum teſtium, vt non ſint examinandi, & tunc non ſufficit opponere generaliter contra ipſos teſtes, ſed ſpecialiter tenetur opponēs ſpecificare cauſam ob quā teſtes non ſint admittendi,& ſi opponat crimen contra teſtes,propter quod admitti nō debeant, tenetur ſpecificare delictum,& tēpus, quo fuit commiſſum, vt excommuni reſoluit Boer.deciſ.321. n.2. Iul.Clar.lib. 5. §. fin.quæſt.53.n.2.Bart.in l.1.n.7. C.de teſtam.

25 Exceptio tamen contra teſtes reſpiciēs perſonam illorum , ad diminuendam fidem ſuorum teſtimoniorum,non eſt examinanda niſi poſt receptionem illorum, debet tamen opponens prius proteſtari, aut iurare ſe ex malicia non procedere, c. præſentium. vbi Doct.de teſt. Abb.in c.ex parte.nu.5. eodem tit.aliquando exceptio reſpicit dicta,ſeù depoſitiones ipſorū teſtiū;eò quòd ſint falſi,varij, & periurij, aut minus legitime recepti,& ſimiliter,& tunc admittitur exceptio etiam poſt ſententiā. vt dixi ſupra § 7.& dicam latè infrà verb. teſtis.

26 Excipiens non videtur fateri intentionem aduerſarij,nec illa,quæ in exceptione continentur.c.cum venerabilis de except. & c. illud de præſcript. & c. exceptionem de regul.iur.lib.6.& l.non vtiq;. vbi Doct. ff.de except.& glo.2. in c.cum dilectus de ord.cogn. Abb. in c.cum ſuper.n.8.de cōceſſ.præb.nec petens copiam libelli videtur conſentire iniudicem. l. non videtur. 33. vbi Bart. & omnes. ff. de iud. Leo. in tract.noui oper.c.6. n.16. nec renuncians liti videtur fateri, quòd aduerſarius haberet ius. l.ſi te. C.de ingen.& mann miſſ.& Iaſ.in l.naturaliter. §.nihil commune. nu. 58.ff.de acquir.poſſ.

Digitized by Google

27 Excipiens pro defenſione ſua, vel ſuæ Eccleſiæ, de excõmunicatione, periurio, vel de alia quacumq; exceptione non poteſt repelli. per replicationem excommunicationis, vel periurij, quoniam excommunicatus, vel periurus non repellitur à defenſione. c.cum inter. vbi Ant.de Butr. Hoſt. Inn. Ioann. Andr. Abb.& omnes,& c. dilecti. filij. vbi Abb.n.1.& c.Apoſtolicæ.de except.& c.intelleximus. vbi Doct. de iud.& gl.ver.agentes. in c.1.de except. lib.6.

28 Exceptio inopiæ de qua conſtat, impedit executionem ſententiæ in cauſis ciuilibus. c.olim.16 de reſt.ſpol.& c.Oduard⁹. vbi Doct.de ſolut.& l.nam is.ff.de dolo nõ tamen impedit proceſſum, quoniam etiã ſi conſtet de inopia eſt proceſſus agitandus in toto, vt ſi forte inops ille perueniat ad pinguiorem fortunam ſoluat omnia. d. c.Oduardus.de ſolutionib. Abb. in d.cap. olim. n.6. de reſt.ſpol. nec impedit pœnã delicti in corpore, quoniam qui non habet in bonis luat in corpore. c.fraternitas.vbi gl.prima.12.quæſt.2. & l.Palam. ff.de ritu nupt.

29 Exceptio friuola, & quæ probata non prodeſt, admittenda nõ eſt. l.ad probationem. 21. vbi Doct.C.de probat.& l.adulterij. vbi Bart. C.ad leg Iul.de adult. & c. inter monaſterium.vbi Abb.n.15.de ſent. & reiud.gl.verb.nihilominus.in c.cũ contingat de offic.& poteſt iud.delegat.

30 Exceptio non numeratæ pecuniæ competit debitori, quamuis renunciaret, aut faceret pactum de illa non opponenda, aut diceret in inſtrumento obligationis, ſe nõ poſſe audiri ſine depoſito illius pecuniæ, in manu creditoris facto. quoniam exceptio hæc renunciari non poteſt. l.qui pecuniam. vbi Iaſ.num.2.ff.de reb.cred.& l.in contractibus. vbi Doct. C.de non numerat.pecun. §. idem iuris. inſt.de except.& Bart. Bald. Salicet.& alij in l.ſi ex cautione.C.de nõ numerat.pecun.Ioan.de Imol. in c.ſi cautio. de fid. inſtr. ſpecul. in titulo de obligat.& ſolut.§.1.verſ ſequitur. Bald. in c.quæ in Eccleſiarum de conſt.hæc regula tamen fallit quando aliquis in teſtamento confitetur ſe pecuniam mutuo recepiſſe, quia tunc neq; ipſe, nec eius hæres conuentus poteſt opponore ſe pecuniam mutuò non recepiſſe. vt tenet gloſſ. fin.in l.1. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de falſ. cauſ. adiect. Alexand. in l.ſi diuortio. ff. de verbor.obligat. Bald. in c.1 ad fin.in vſib. feud. & in c.litteris. depræſumpt.Iaſ. in l.qui pecuniam. num.3. ff.ſi cert.pet. & quando confeſſio fuit geminata ex interuallo. vt tenet Ioan. And. in add.ſpecul.in titul.de donat.inter vir.& vxor.in Rubric. ad fin.Bald.& Angel.in l.incontractibus.§. ſed quoniam. C. de non numerat. pecun. Lud.Rom.in l.ſi vero. §.de viro.fallentia. 31.ff.ſolut.matrim.& quando debitor poſt confeſſionem inciperet ſoluere partem debiti, quia tunc agnouit debitum confeſſum,& non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. cum fidem. vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes. C.de non numerat. pecun. & quando in tranſactione quis confitetur, ſe pecuniam recepiſſe.tũc enim non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, contra tranſactionem.l.ſi tranſactionis.vbi Bald.Salicet.& omnes.C. de non numerat.pecun.& quando quis cõfitetur in iudicio ſe recepiſſe pecuniã mutuo, quia tunc propter illam confeſſionẽ iniudicio factam, non poteſt opponere exceptionem, non numeratæ pecuniæ, quia confeſſus iniudicio contentioſo pro iudicato habetur.gloſ.verb. ſoluere in l.1. vbi Salicet. C.de confeſſ. Iaſ.in l.qui pecuniã. num 7.ff.de reb.cred.inter mercatores bene habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, quoniam hæc exceptio fundatur ſuper ratione naturali, & ſuper æquitate, vt inquit gloſſ.in Rubric.C de non numerat.pecun.& tenet Strac. in tract. de mercat. vlt. p.nu 9. & Afflict. in conſt. cauſ.in 4.not.Marant.de ord.iud.6.p §.de except. memb 9.nu.35. quamuis alij teneant contrarium.& alij diſtinguant, vt per Bald. & Salic.in l.fruſtra. C.de nõ numerat.pecun. & Iaſ.in d.l.qui pecuniã.n.6.ff.de reb.cred.

31 Exceptio de non petẽdo, debet proponi ſubconditione, puta ſi mihi mutuò pecuniam dediſti, feciſti patum de non petẽdo. vt tenet Abb.in c.cũ venerabilis.n.26. de except. & in c.vnico. n.15.de plus pet. licet enim pactum de non petendo nõ tollat obligationem, repellitur tamẽ creditor per illam exceptionem.§.præterea.vbi Doctor.inſt.de except.

32 Exceptio, quæ probata releuat excipientem, debet legitima reputari,& eſt admittẽda,& ſi eã iudex admittere noluerit iniuſtè facit, & ab illo erit appellandum. vt tenet gl.1.communiter approba,& ibi Abb.n.2. & omnes.in c.ſuper eo 1.de appellat.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Excommunicatio.

1 EXcommunicatio dicitur cenſura Eccleſiaſtica, quæ priuat comunione Sacramentorum tantum, aut Sacramentorũ, & hominũ, & diuiditur in maiorem, & minorem, nam maior eſt cenſura priuãs participatione tàm hominum, tàm Sacramentorum, actiuè, & paſsiuè Matth. cap. 18. ibi ſit tibi tanquàm ethnus, & publicanus, & cap. à nobis de except. & cap. Engeltrudam. 3. quæſt. 4. gloſſ. fin. in cap. ſi quem de ſentent. excommunicat. & Abb. in Rubrica. num. 3. de ſentent. excommunicat. Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 1. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. minor excommunicatio eſt priuans participatione paſsiua omnium Sacramentorum. c. ſi celebrat. vbi Abb. num. 1. de Cleric. excommunicat. celebrant. & c. à nobis de except. Abb. in Rubric. num. 3. de ſentent. excommunicat. & Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 1. & poteſt excommunicatus minore excommunicatione eligere, ſed non poteſt eligi. c. illa quotidiana. vbi Doct. de elect. cenſura tamen Eccleſiaſtica, etiam continetur in interdicto, & ſuſpenſione, ſicut in excommunicatione. c. quærenti. vbi Doct. de verb ſigni.

2 Excommunicatio eſt ferenda cum ſumma maturitate, licet ſit medicinalis, & gladius, atq; neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & pro manifeſta contumacia. cap. 1. vbi Doct. de ſentent. excommunicat. libr 6. & c. 1. de offic. vicar. d. libr. 6. & c. ſacro approbante de ſentent. excomunicat. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. & quando iudex Eccleſiaſtic⁹ poteſt procedere per executionem in rebus, aut debitor oſtendit pignora, vt vendantur, & debitum reddatur creditori, aut aliquo iuris remedio vel poteſt, non debet procedere per excommunicationem, vel interdictum. Trid. d. c. 3. debet enim conſiderare, quòd per interdictum puniuntur multi ſine culpa, vnde iudex præoculis habere debet quãta mala contigerunt propter interdicta, excreſcit enim indeuotio populi, pullulant hæretici, & infinita pericula animarum inſurgunt, ac Eccleſijs ſubtrahuntur debita obſequia, ſine earum culpa, vt habetur in c. alma mater. de ſentent. excommunicat. libr. 6. ſed multi iudices Eccleſiaſtici, magis audaces, quam cauti non putant ſe eſſe iudices, ſi ad interdicta non procedant, nam ſi quis non obediat excommunicationi ſatis ſuo furore puniatur.

3 Excommunicare non debet iudex Eccleſiaſticus ſine trina admonitione, licet, ſi ſine illa admonitionem ferat, teneat excommunicatio. attamen iudex remanet ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi tunc celebrat ſit irregularis, & ita ſi excommunicationem ſine ſcriptis proferat, niſi iuſta de cauſa id omittat. c. ſacro approbante. vbi Doct. de ſentent. excommunicat. & c. 1. vbi etiam ſcribentes eodẽ titul. lib. 6. & c. reprehenſibilis. vbi Abb. n. 13. de appellat. & c. 1. de offic. vicar lib. 6. Nau. in Manu. cap. 27. n. 8. ſi tamen feratur excommunicatio in participantes cum excommunicato in locutione, aut in ſimilibus ſine trina admonitione, non valet, nec ſi ſpecialiter non fuerint nominati. c. ſtatuimus, & c. conſtitutionem. vbi Doct. de ſentent. excommunicat. libr. 6. excommunicatio tamen, quæ fertur à canone, vel ſtatuto, ita vt qui fecerit illud, vel illud, ipſo facto ſit excommunicatus, aut ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, non requirit canonicam admonitionem, quia canon, vel ſtatutum ſemper admonet. ex Innocent. in d. c. ſacro approbante. & Nau in Manu. cap. 27. n. 10.

4 Excommunicatio non debet ferri niſi in ſcriptis, & ſcripta cauſa propter quam fertur: cap. 1. vbi Doct. de ſentent. excommunicat. lib 6. & gloſſ. verb per menſem. in c. ſacro approbante. vbi Abb. n. 3. de ſentent. excommunic. & in illa ferenda debet obſeruari ordo iudiciarius. c. 1. vbi Doct. de exceſſ. prælat. & debet probari per literas ordinarij c. poſt ceſsionem. vbi Abb. n. 1. & alij de probat.

5 Excommunicatio finitur morte proferẽtis, aut per illius receſſum ab officio, reſpectu illorũ, qui in illam non incurrerunt, niſi ſucceſſor illã confirmet. l. fin. ff. d. pœn. & gl. 2. ad fin. in c. à nobis. 21. vbi Abb. nu. 12. de ſent. excommunicat. idem Abb. in c. ad hoc. n. 9. de Cler. non reſid. vnde excõmunicatio, ſeù quæcumq; cenſura lata in mandatis viſitationum non ligat. poſtquã viſitator receſsit ab officio, & tenet Nau. in Manu. c. 27. n. 2. licet aliter ſit dicendum in ſtatuto, quoniam ſtatuta perpetua ſunt. c. fin. vbi Doct. de offic. leg. & l. 1. §. fin. ff de offic. præfect. vrb. & l. 1. C. de poſtul. & gl. 2. ad fin. in d. c. à nobis.

Digitized by Google

Excommunicatio promulgata poſt ſententiam, quæ lata fuit ſub conditione, antequam conditio adimpleretur, non tenet, c. prætetea. 2. vbi Doct. de appellat quoniam effectus nunquam ligat, niſi in euentu conditionis. vt tenet Abb. in d. c. prætetea. n. 11. & ſi ante euentum conditionis appelletur ab illa excommunicatione, ſuſpenditur tunc excomunicatio per appellationem. d. c. præterea. vbi Abb. n. 3. & alij de appellat.

6 Excommunicatus ſemel poteſt iterum excommunicari. cap. Engelrudam. 3. quæſtion. 4. & cap. ita de Iudæ. & Sarracen. & gloſſ. fin. & Abb. num. 3. ibidem. & excommunicatus pluribus excommunicationibus, ſi ab vna abſoluatur, non habet illa abſolutio ſuum effectum, donec ab omnibus ſit abſolutus. cap. cum pro cauſa de ſentent. excommunicat. & cap. ex parte. vbi gloſſ. de offic. ord. neq; ſi excommunicatus obtineat abſolutionem ab vna, cenſetur abſolutus ab alijs. d. c. cum pro cauſa, & cap. officij, de ſentent. excommunicat.

7 Excõmunicationis relaxatio fit ad cautelam in duodecim caſibus, qui numerantur in gl. ver. ad cautelam. vbi notant ſcribentes in c. præſenti. de ſent. excommunicat. lib. 6.

8 Excommunicationis ſententia tribus modis dicitur iniuſta, videlicet, aut ex animo, aut ex cauſa, aut ex ordine. c. Epiſcopus. §. ſi ergo. & cap. non ſolum. §, cum ergo, 11. quæſtion. 3. & gloſſ. verb. iuſta fuerit. in cap. ſacro. de ſentent. excommunicat. & animo quando excommunicator nõ habet animum, & intentionem excommunicandi ex cauſa ſi aliquis iudex Eccleſiaſticus pro ferret ſententiam excommunicationis, ſine iuſta cauſa, puta contra aliquem, quia fecit eleemoſinam, aut aliquod bonum, aut ſimile, hæc excommunicatio non valet ex cauſa, quia continet intollerabilem errorem, c. venerabilibus. §. poſt ſententiam de ſentent. excommunicat. libr. 6. & gloſſ. verb. iniuſta. in d. cap. ſacro approbante. de ſentent. excommunicat. & ordine, ſi ordo iudiciarius obſeruatus non fuit. cap. 1. vbi Doctor. de exceſſ. prælat. & etiam excommunicatio eſt iniuſta quãdo excommunicator non eſt iudex excõmunicati. cap. nullus. vbi Doctor. de paroch. aut eſt excommunicatus publicus, ſuſpenſus, vel interdictus, & denunciatus, aut quando fertur contrà tenorem priuilegij, cap. quanto, de priuileg. & cap. prim. §. ex parte de conceſſ. præb. libr. 6. & quãdo fertur poſt legitimam appellationem. c. ad præſentiam de appellat. & c. per tuas de ſentent. excommunicat. omnibus enim caſibus ſupra relatis dicitur excommunicatio iniuſta, inualida, alia dicitur iniuſta valida, quando eſt iniuſta ob defectum rectitudinis, aut formæ, quæ non eſt ſubſtantialis, ſicut eſt quando fertur ſine trina admonitione, aut ſimiliter, & hæc excommunicatio tenet, licet pro ferens peccet mortaliter. gloſſ. verb. ſine ordine in cap. 1. de exceſſ. prælat. & gloſſ. verb. iniuſtas, in c. Romana, de ſentent. excommunicat. lib. 6. Abb. in c. ſacro approbante. n. 9. de ſentent. excommunicat.

9 Simplex ſacerdos non poteſt excommunicare, nec curatus, parochus, niſi ex priuilegio, aut conſuetudine illi competat. c. cum Eccleſiarum. vbi Abb. nu. 1. & idem Abb. in c. ſi ſacerdos. n. 8. de offic. iud. ord. idem Abb. in c. cum contingat. n. 30. de foro comp.

10 Excommunicatus antequàm declaretur, & denuncietur, non excluditur à participatione hominum, aut Sacramentorũ per extrauag. ad euitanda multa ſcandala. Mart. quint. vt refert Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 35. niſi ſit excommunicatus ob manifeſtam Clerici percuſsionem, vt tenet Nau. vbi ſupr. verſ. nota tertio. nec prodeſt illa extrauag. ipſi excõmunicato, quoniam ex parte ſua in omnibus ſe debet habere pro excõmunicato. quamuis ſit excõmunicatus occultus Nauar. vbi ſupra. verſ. nota ſecundo.

11 Excommunicatus, aut ſuſpenſus donec ſatisfaciat, cum ſatisfacit non indiget abſolutione. c. ſi qui ſunt. vbi gl. verb. emendet. 81. diſt. & c. presbyter. 13. in ordine. 2. quæſt. 5. Abb. in c. cum tu. nu. 6. de vſur. aliter tamen ſi ſimpliciter ſit ſuſpenſus, aut excommunicatus, tunc enim poſt ſatisfactionem eſt abſoluendus in forma Eccleſiæ, quamuis aliqui dicant, quod etiam ille, qui fuit excommunicatus donec ſatisfeciſſet, eſſet abſoluendus poſtquam ſatisfecit, & in hoc differre excommunicationem à ſuſpenſione, & interdicto, quæ differentia ſuadetur ex mente Ioann. Andr. Abb. num. 4. præpoſiti, & aliorum. in cap. fin. de matr. contract. contr. interd. Eccleſ. quoniam ad tollendam ſuſpenſionem, aut inter-

interdictum, nullibi inuenitur forma certa, nec requiritur expreſſa abſolutio, vel relaxatio, ſed ſufficit tacita, quæ reſultat ex illis verbis, ſuſpendo, vel interdico, donec ſatis feceris, contrarium tamen inuenitur in excommunicatione maiore, vbi in iure præſcribitur certa forma, iuxta quam excommunicatus abſoluendus eſt, poſt ſatisfactionem. cap. cum deſideres, ibi. niſi fuerit ſecundum formam Eccleſiæ poſt iuramentum præſtitum abſolutus, & cap. à nobis. 28. ibi. abſolutionis autem forma. de ſentent. excommunicat. & hæc videtur verior, & ſecurior ſententia.

13 Excommunicationem incurrit ipſo facto ſpolians, ſeù grauans Clericos, aut perſonas Eccleſiaſticas, aut eorum cõſanguineos, eò quòd noluerunt eligere, quem ipſe grauans volebat, & tunc incurrit excommunicationem, quia propter perſonam Eccleſiaſticam percuſsit, ſeù grauauit conſanguineum illius, c. ſciant cuncti, vbi Doct. de elect. lib. 6.

14 Excommunicationem incurrit, qui facit Clericum verberari, vel conſentit cooperando in illa verberatione, aut non prohibet, quando ex officio tenetur. c. quante. vbi Abb. num. 6. de ſentent. excommunicat. aut ratum habens percutionem factam Clerico ſuo nomine, non autem ſi non ſit facta ſuo nomine, quamuis ratum habeat. cap. cum quis. vbi gloſſ. 1. & 3. & ſcribentes. de ſentent. excommunicat. libr. 6.

15 Percutiens Clericum, aut Religioſum incurrit maiorem excõmunicationem à qua non poteſt abſolui, niſi à Romano Pontifice, aut in articulo mortis, vel ſi ſit detẽtus aliqua infirmitate, inimicitia, inopia, pueritia, ſenectute, vel alio canonico impedimento, ita vt ad Curiam Romanam ire non poſsit, cap. non dubium, & cap. porro, & cap. parochianus, & c. quamuis, de ſent. excommunicat. & c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4 & ita ſi illum offendat tangens aliquomodo corpus, ſeù veſtes, quibus eſt inductus animo violento, etiam abſq; vulnere. per text. in d. c. ſi quis ſuadente. cum ibi notatis.

16 Percutiens Clericum primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus initiatum, incurrit excommunicationem, vt inquit Albert. Trot. de vero. & perfect. Cler. lib. 1. dub. 2. Doenn. regul. 99. ampl. 2. Viuius. libr. commun. op. verbo. Clerici apoſtate. praxis tamen nõ obſeruat, vt gaudeat priuilegio canonis. ſi quis ſuadente diabulo, niſi ille Clericus in minoribus, qui incedit in habitu Clericali. vt tenet Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 77. num. 4. Nau. in manu. c. 27. num. 59.

17 Percutiens nouitium, incidit etiã in excommunicationem maiorem, quamuis verè religioſus non dicatur. cap. religioſo. §. quamuis. vbi gloſſ. fin. & omnes ſcribentes de ſentent. excommunicat. libr. 6. & ita in oblatis, & conuerſis, qui in totum ſe religioni tranſtulerunt. facit text. & Abb. ibi. num. 3. in c. de monialibus. de ſentent. excommunicat. ſi tamen nouitij, ſeù conuerſi exeunt à Religione nulla facta profeſsione non gaudent priuilegio canonis, quia ratione religionis illis competit priuilegiũ, & ita de omnibus perſonis, quæ regulariter viunt, licet non emittant profeſsionẽ, vt tenet Ant. de Butr. in cap. 2. num. 6. de foro comp. Boer. de vita, & ſtat. eremit. num. 14. Doenn. regula. 99. limit. 3. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſtion. 77. num. quint. Capell. Toloſan. deciſsio. 8. Sylueſt. verb. Eccleſia. quæſt. 5. Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 59.

18 Percutiens commendatarium Diui Ioãnis incurrit excommunicationem maiorem, quod refertur in ſtatutis illius religionis, i alios vero non incurrit quamuis vere ſint religioſi, quia priuilegiũ gaudendi canone. ſi quis ſuadente diabulo per præſcriptam conſuetudinem eſt derogatum apud ipſos, & ita obſeruat praxis.

19 Percutiens Clericum leuiter incurrit maiorem excommunicationem attamen poteſt abſolui ab Epiſcopo diæceſano. c. ſi vero. 3. vbi Ant. de But. & Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes. & c. peruenit. vbi Doct. de ſent. excommunicat. Dec. in c. peruenit. 1. num. 1. de appellat. & Cald. conſil. 7. de ſentent. excommunicat. Zab. conſil. 42. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt 77. num. 14.

20 Percutiens tamẽ Clericum ſibi vim inferentem, aut inuentum cum vxore matre, filia, vel ſorore turpiter agentem, non incurrit excommunicationem, cum alijs vero in gradu remotiori non eſt immunis ab ipſa excommunicatione. cap. ſi vero. 3. vbi Doctor. de ſentent. excommunicat. Bermon. in tract. de concubinat. fol. 267.

Digitized by Google

interdictum, nullibi inuenitur forma certa, nec requiritur expreſſa abſolutio, vel relaxatio, ſed ſufficit tacita, quæ reſultat ex illis verbis, ſuſpendo, vel interdico, donec ſatis feceris, contrarium tamen inuenitur in excommunicatione maiore, vbi in iure præſcribitur certa forma, iuxta quam excommunicatus abſoluendus eſt, poſt ſatisfactionem. cap. cum deſideres, ibi.niſi fuerit ſecundum formam Eccleſiæ poſt iuramentum præſtitum abſolutus, & cap. à nobis. 28. ibi. abſolutionis autem forma. de ſentent. excommunicat. & hæc videtur verior, & ſecurior ſententia.

13 Excommunicationem incurrit ipſo facto ſpolians, ſeù grauans Clericos, aut perſonas Eccleſiaſticas, aut eorum cõſanguineos, eò quòd noluerunt eligere, quem ipſe grauans volebat, & tunc incurrit excommunicationem, quia propter perſonam Eccleſiaſticam percuſsit, ſeù grauauit conſanguineum illius, c.ſciant cuncti, vbi Doct.de elect.lib.6.

14 Excommunicationem incurrit, qui facit Clericum verberari, vel conſentit cooperando in illa verberatione, aut non prohibet, quando ex officio tenetur. c.quante. vbi Abb. num.6. de ſentent. excommunicat. aut ratum habens percutionem factam Clerico ſuo nomine, non autem ſi non ſit facta ſuo nomine, quamuis ratum habeat. cap. cum quis. vbi gloſſ.1. & 3. & ſcribentes. de ſentent. excommunicat. libr. 6.

15 Percutiens Clericum, aut Religioſum incurrit maiorem excõmunicationem à qua non poteſt abſolui, niſi à Romano Pontifice, aut in articulo mortis, vel ſi ſit detẽtus aliqua infirmitatẽ, inimicitia, inopia, pueritia, ſenectute, vel alio canonico impedimento, ita vt ad Curiam Romanam ire non poſsit, cap. non dubium, & cap. porro, & cap. parochianus, & c.quamuis, de ſent.excommunicat. & c.ſi quis ſuadente. 17.quæſt.4. & ita ſi illum offendat tangens aliquomodo corpus, ſeù veſtes, quibus eſt inductus animo violento, etiam abſq; vulnere. per text. in d.c.ſi quis ſuadente. cum ibi notatis.

16 Percutiens Clericum primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus initiatum, incurrit excommunicationem, vt inquit Albert. Trot. de vero. & perfect. Cler. lib. 1. dub.2. Doenn. regul.99. ampl.2. Viuius.libr. commun. op. verbo. Clerici apoſtatæ. praxis tamen nõ obſeruat, vt gaudeat priuilegio canonis. ſi quis ſuadente diabulo, niſi ille Clericus in minoribus, qui incedit in habitu Clericali. vt tenet Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt.77. num.4. Nau.in manu.c.27. num.59.

17 Percutiens nouitium, incidit etiã in excommunicationem maiorem, quamuis verè religioſus non dicatur. cap. religioſo.§. quamuis. vbi gloſſ.fin. & omnes ſcribentes de ſentent.excommunicat. libr.6. & ita in oblatis, & conuerſis, qui in totum ſe religioni tranſtulerunt. facit text. & Abb.ibi. num.3. in c.de monialibus. de ſentent.excommunicat. ſi tamen nouitij, ſeù conuerſi exeunt à Religione nulla facta profeſsione non gaudent priuilegio canonis, quia ratione religionis illis competit priuilegiũ, & ita de omnibus perſonis, quæ regulariter viunt, licet non emittant profeſsionẽ, vt tenet Ant.de Butr. in cap.2. num.6. de foro comp. Boer. de vita, & ſtat. eremit. num.14. Doenn. regula. 99. limit. 3. Iul. Clar. libr.5. §.fin. quæſtion.77. num.quint. Capell. Toloſan. deciſsio.8. Sylueſt.verb. Eccleſia.quæſt.5. Nauarr.in Manu. cap.27. num.59.

18 Percutiens commendatarium Diui Ioãnis incurrit excommunicationem maiorem, quod refertur in ſtatutis illius religionis, alios vero non incurrit quamuis vere ſint religioſi, quia priuilegiũ gaudendi canone. ſi quis ſuadente diabulo per præſcriptam conſuetudinem eſt derogatum apud ipſos, & ita obſeruat praxis.

19 Percutiens Clericum leuiter incurrit maiorem excommunicationem attamen poteſt abſolui ab Epiſcopo diœceſano. c. ſi vero.3. vbi Ant.de But. & Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes. & c.peruenit. vbi Doct. de ſent. excommunicat. Dec. in c.peruenit. 1. num. 1. de appellat. & Cald. conſil.7. de ſentent. excommunicat. Zab. conſil.42. Iul.Clar. libr.5. §. fin. quæſt 77. num.14.

20 Percutiens tamẽ Clericum ſibi vim inferentem, aut inuentum cum vxore matre, filia, vel ſorore turpiter agentem, non incurrit excommunicationem, cum alijs vero ingradu remotiori non eſt immunis ab ipſa excommunicatione. cap. ſi vero. 3. vbi Doctor. de ſentent. excommunicat. Bermon. in tract. de concubinat. fol.267.

nu.5 claud. in l.vt vim. in lect. nu.85.ff.de iuſt. Cou.ru. lib. 2. reſolut. c.10. n.8. verſ. quartum ſi eiuſdem.Iul.Clar. libr.5. §.fin. quæſt.77. n.11.

21 Percutiens Clericum, vel in illũ manus violentas inijciens, poſt habitũ dimiſſum, aut ſi eſt Clericus, qui ſæuis enormitatibus ſe immiſceat, non incurrit excõmunicationem, ſi ignorauit ipſum eſſe Clericum. c. perpendimus, & c. cum non ab homine, vbi Abb.n.1.de ſent.excommunicat.Ang. in l.item apud. §.ſi quis virgines.n.1.ff.de iniur.Aret.conſil.163.n.16.Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt.77. n.6. ſi autem ſciat incurrit licet Clericus, ſit ſuſpẽſus, interdictus, vel irregularis cum tamen non ſit traditus Curiæ ſeculari, quia tunc perdit priuilegium Clericale incidens, vt laicus. c. in audientia. vbi Ant.de Butr.Hoſt.Abb.& alij.de ſent. excommunicat. percutiens tamen Clericũ ignorans, quod ſit Clericus, non incurrit excommunicationem, cum ignorantia ſit probabilis, quàm percutiens in foro iudiciali probare debet. c.ſi vero.4.vbi gl.ver. ignorauerit, & Abb.n.1.de ſent.excõmunicat. plac.lib.1.delict.c.27.n.13. a qua tamen non effugeret, ſi ignorantia fuiſſet craſſa, & ſupina. vt tenẽt ſupra relati.Iul. Clar.lib.5. §.fin.quæſt.77.n.7.

22 Percutiens Epiſcopum iniurioſè, aut illum detinens, mandans, ſiue conſulens, vel defendens, vltrà excõmunicationem, quã incurrit, punitur varijs pœnis. vt eſt text. in clem.1.vbi Doct.de pœn.Iul.Clar.libr. 5. §.fin.quæſt.77.n.23. Bologn.conſil.75.ſi tamen illum percuſsiſſet cauſa ſuæ defenſionis, non incurreret excommunicationẽ. vt eſt gl.verb. percuſſerit. in c. Felicis de pœn.lib.6. & gl.verb.temere, in d.clem 1. Curt.Sen.conſil.21.nu.8. Aret.conſil.165. Iul.Clar.vbi ſupra.n.23.

23 Percutiens Cardinalem, aut eum inſequens, remanet excommunicatus, tàm faciens, quàm cõſulens, ſiuè auxilians, & ipſo iure priuatur officio, & beneficio, & dignitate, & eius filij, ſeù nepotes per ligneam maſculinam, c.fin.vbi Dominic.Ioan.Monach.Arch.Ioann.Andr.& omnes de pœn. lib.6.& Ruin.conſil.4. lib.5. ferret. conſil. 315. ſi tamen illũ inſecutus fuiſſet pro ſua iuſta, & neceſſaria defenſione, aut ſui Regni, puta ſi rex Catholicus fuiſſet occupatꝰ in repulſione maurorum, & veniret Cardinalis, illum Regem, & ſuos inſequens cum iniuſtis cenſuris, vt illum ab illa bona opera à vertere, aut ſimiliter, bene poterat tũc in illũ manus inijcere, & Inſequi extra Regnum, ſine metu excommunicationis, quia eo caſu non dicitur facere iniurioſè, nec temerè. gl.ver.percuſſerit in c.Felicis de pœn.lib.6. & gl.ver. temerè. in clem.1. de pœn.Socin.inter conſil.Curt.Sen.conſil.29. n.39. & n.49. Tort. conſil.fin.n.12. Flor.inter conſil.Curt.Sen.conſil.21.n.8.

24 Percutiens Clericum arma portantem incurrit excommunicationem, niſi tertio monitus non diſiſtat incidere in habitu ſeculari.

25 Percutiens Clericũ cauſa diſciplicinæ, vel ioco, non incurrit excommunicationẽ, ſi modum non excedat, nec odio, ſeù vindicta hoc faciat. c.1.vbi Doct. de ſent.excommunicat. nec incurrit excommunicationem eijciens Clericum, vel monachum de Eccleſia, turbantem diuinum officium. c.veniens. & c. cum voluntate.§.ſi qui vero.vbi Doct.de ſent.excommunicat.

26 Percutiens Clericum ſe defendẽdo, aut habens ſuper eum magiſtratum miniſteriũ vel dominium non incurrit excõmunicationem ſicut eſt pater familias, aut ratione officij illum capiens, ſiuè incarcerans, cum tamen modum non excedat, & faciat mandato ſui prælati. c.ex tenore.& c.vt ſupra, & c.vt famæ.& c.cum voluntate. §.ſi quis. vbi gl.ver.de familia.& Abb. n.1.de ſent. excommunicat.

27 Excommunicatio pro Clerici percutione, non fuit tantum promulgata in fauorẽ ordinati, quam ordinis Clericalis, & ideo Clericus non poteſt conſentire, vt aliquis eum violenter percutiat etiam pro vindicta iniuriæ, aut illius ſatisfactione, c.cõtingat.vbi Doct.de ſent.excommunicat.

28 Excommunicatus propter Clerici percutionem, ſiuè aliqua excommunicatione ligatus, qui non poteſt abſolui, niſi à Sũmo Pontifice, attamen in mortis articulo, ſiuè propter aliquod impedimentũ abſoluitur ab inferiore, reincidit in eandem excõmunicationem.ſi ceſſante periculo, vel impedimento, ad Sũmum Pontificem non iuerit.c.quod de his.vbi Doct.& c.quamuis de ſent.excommunicat.& c.in litteris.de raptorib.& c.eos qui.vbi Dominic.Ioan.And. Monach.& omnes de ſent.excommunicat. lib.6. clem.1.§.ſane.vbi gl.verb.quancito. & Doct.de pœn.

29 Excommunicationem incurrit tàm rex, quam princeps, vel quicumq; nobilis, ſeù

cius

eius miniſtri, qui dant licentiã occidendi, capiendi, vel grauandi excommunicatorẽ, aut eius bona, ſiue eum, ad cuius inſtantiã lata fuit excommunicatio, & ita mandans, ac mandatarius. c. quicumq; vbi gl. ver. vel. & Doct. de ſent. excommunicat. lib. 6.

30 Excommunicationẽ etiam incurrit, qui grauauerit aliquam Eccleſiam, aut perſonã Eccleſiaſticam, aut eius cõſanguineos, ſiuè bona eorum, nomine ipſarum perſonarũ Eccleſiaſticarum. c. ſciant cũcti. vbi Doct. de elect. lib. 6. & c. quicumq; de ſent. excõmunicat. lib. 6. & c. quoniam de immunit. Eccleſ. d. lib. 6. & Iaſ. in l. 1. n. 5. ff. de iniuſ. vocand. nec repræſalia debent concedi cõtra Eccleſiaſticas perſonas, nec conceſſæ extendi, & aliter facientes remanent excõmunicati. c. vnico vbi notant omnes de iure iurand. lib. 6.

31 Excõmunicatio cap. exiit. de verb. ſign. libr. 6. eſt ſuſpenſa, vſq; ad benè placitum Summi Pontificis, per extrauag. 2. de verbi ſign. Ioan. 22. & Imperator Græcorum Andronicus Palæogolus fuit excõmunicatus à Papa Clemente V. eò quòd factor erat hæreſis Græcorum, & ita remanſit extraua. 3. de ſent. excommunicat. intercões.

32 Biginarum ſtatum aſſumẽtes ſunt ipſo facto excommunicati, permittitur tamen aliquibus mulieribus viuere ſub illo ſtatu. clem. 1. vbi notant ſcribentes. de relig. domib. & clem. 3. de hæret. & extrauag. vnica de relig. domib. Ioan. 22. & extrauag. vnica eodem tit. intercões.

33 Excommunicatio ſimpliciter prolata ſemper intelligitur de maiore. c. ſi quem. vbi gl. fin. Ant. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes de ſent. excommun. quæ non debet ferri, niſi pro cauſa rationabili, & manifeſta contumacia. cap. ſacro approbante. vbi Doct. de ſent. excommunicat. & c. 1. de offi. vicar. lib. 6. & c. 1. de ſent. excommunicat. lib. 6. dixi ſupra, §. 2. & infra §. 48.

34 Excõmunicationem maiorem incurrit portans arma ferrũ, ligamina, merces prohibitas, naues, mauris Sarracenis, ſiue alijs turcis infidelibus, a qua excommunicatione non poteſt abſolui, niſi à Summo Pontifice, & eſt puniendus in ſuis rebus, & efficitur capientis. c. ita quorundam. vbi Abb. n. 1. & omnes, & c. ſignificauit de Iudæ. & Sarracen. & extrauag. eodem. Ioan. 22. & extrauag. 1. eodem tit. intercões Chriſtiani tamen poſſunt ire in Alexandriam, vel ad terram Sarracenorum pro redimẽdis captiuis, iurantes tamẽ, quod nihil auxilij, aut ſubſidij, deferant Sarracenis. c. ſignificauit, vbi Abb. n. 1. de Iudæ. & Sarracen. ſi tamen Chriſtiani tempore belli habeant cõmercium cum Sarracenis fiunt excõmunicati. c. quod olim. vbi Abb. num. 1. & omnes de Iudæ. & Sarracen. Doct. in d. c. ſignificauit eodem tit. per ord. tamen noſtram. libr. 5. tit. 108. nullus Chriſtianus habitãs in hoc Regno poteſt, ſine licent. Regis adire in terram maurorũ, ſub pœnis ibi impoſitis.

35 Excõmunicatus fit quicumq; contrahit bellum iniuſtum contrà Chriſtianos, aut illud ſuſcipit, & tenetur reſtituere omnia violenter occupata. c. vnico. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocẽt. Ioan. And. Abb. & omnes de ſagit. & c. ſicut. 29. vbi Doct. de iure iur.

36 Excõmunicati remanent Chriſtiani, qui ſeruiunt Iudæis, aut Paganis, Turcis, aut Sarracenis, & eorum ſunt familiares, & cõmenſales. c. Iudæi, ſiue Sarraceni, & cap. ad hæc. vbi Abb. num. 1. de Iudæ. & Sarrac. & Epiſcopus, qui Iudæum, Paganum, Turcã, Sarracenum, infidelem, aut hæreticũ, ſciẽter hæredem inſtituit, remanet excõmunicatus, & ita quicumq; presbyter. c. ſi quis Epiſcopus. & c. in eos de hæret. niſi id abſolute coactè agant. c. ſacris. vbi Doct. de his quæ vi, metuſue.

37 Excõmunicati ſunt ipſo iure, qui furati ſunt theſaurum Eccleſiæ Romanæ, qui iuſſu Papæ Clementis in Eccleſiam Lucanã fuit deportatus, extrauag. vnica de furt. intercões. vbi de hoc notant ſcribentes.

38 Excommunicati ſunt ipſo iure ſpoliãtes, iuſta cauſa nauigantes, per mare, aut naufragium patientes. c. excommunicationi, vbi gl. ver. nouerint. Abb. n. 1. & omnes de rapt.

39 Excommunicati ſunt ipſo facto, quicumq; faciũt aliquod pactum, ſiuè aliquid promittunt, aut recipiunt, à pertè vel occultè, vt iuſtitiam à Sede Apoſtolica obtineant, aut gratiam, extrauag. 1. de ſent. excõmunicat. intercões, non intelligitur hoc tamen in differenda iuſtitia, aut auferenda, cum ſit lex pœnalis, quæ non debet intelligi, niſi in caſu, in quo loquitur. cap. pœnæ de pœn. diſt. 1. & c. ſtatutũ. Felicis. de elect. lib. 6. gl. verb. ſed generalibus. in d. extrauag. 1. de ſent. excommunicat. intercões, & etiam incurrunt excommunicationem qui in pugnant litteras conceſſas à Papa, ante ſuam coronationem dicentes, quod Papa

Digitized by Google

ſe non poteſt intromittere de prouiſionibus ante ſuam coronationẽ. extrauag. fin. de ſent.excommunicat.intercõmunes.

Excommunicati ſunt qui impediũt litteras impetrari à Sede Apoſtolica ſuper cauſis, quæ pertinent ad forum Eccleſiaſticum. c quoniam. vbi Doct.de immunit. Eccleſ. lib.6.

40 Excommunicatus, eò quòd claues Eccleſiæ contemnit, iterum admonendus eſt, & puniendus, & ſubditi non debent illi obedire, nec præſtare fidelitatẽ, & priuabitur iure Eccleſiaſtico, quod in Eccleſijs habet, & perſiſtens per duos annos, eſt ſuſpectus de fide Catholica.c.fin.vbi Doctor.depœn. quia nemo poteſt contemnere claues Eccleſiæ.c.nemo contemnat.11.quæſt.3.cum alijs.

41 Excommunicatus propter contumaciã ſuper hæreſi de qua erat ſuſpectus, ſi per annum ſuſtineat pertinaciter, punitur tãquàm hæreticus, & habetur pro conuicto. c.contumacia, & c.vt inquiſitionis. §. fin. de hæret.libr.6. & c.rurſus.& c.quicumq́ȝ. 11.quæſt.3.& Abb.in c.excommunicationis. 1.n.11. de ſent.excommunicat. Doct. in d. c.vt inquiſitionis. d.§.fin.

42 Excommunicatus tamen, qui per annũ exiſtit in excommunicatione pro alio crimine eſt ſuſpectus de hæreſi, & proceditur contra illum, tanquàm contra de hæreſi ſuſpectum. gl.verb.condemnentur. in fin. in c.excommunicamus.§.qui autem, de hæret.vbi Abb. n.7.& Trid.ſeſſ.25.c.3 ad fin. de reformat.

43 Excommunicati ſunt omnes hæreti, & violatores libertatis Eccleſiaſticæ, ſiuè facientes obſeruari conſuetudines, & ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ condita.c.nouerit. vbi gl ver.Eccleſiæ.Abb.n.1. & omnes.& c.grauamen. de ſent. excõmunicat. excommunicatus tamen, qui contra ſtatuta concilij fuit excommunicatus debet abſolui, ſine vlla difficultate. c.ab excommunicato de reſcript.

44 Excommunicationis ſententia, vel ſuſpenſionis, ſeù interdicti lata per Abbatẽ denunciatum, poſt denunciationem relaxatur, & ſpoliati reſtituuntur. c. olim. vbi And.de Butr.Hoſt.Innocent. Ioann.Andr. Abb.& omnes de accuſat.

45 Excommunicatio generalis non ligat niſi ſubditos illius, qui illam protulit. c. à nobis.21.vbi gl.verb.non niſi, & Abb.nu. 4.de ſent.excommunicat. ſi tamen pro feratur ratione rapinæ ſit fur de foro illius, vbi res furata fuit, & comprehenditur in illa generali excommunicatione pro furto lata. c.1. vbi gl.verb.excommunicentur.& Abb.n.1.de rapt.& gl.ver.non niſi.vbi ſupra, & poteſt Epiſcopus excommunicare non dum furem, ſed etiam illos, qui non indicauerint, c.qui cum fure. vbi Abb. n. 2. de furt.& l.ciuile.vbi gl.verb.additio.& Doct C.de furt.

46 Excõmunicatio nõ eſt ferẽda pro culpis præteritis, nec præſentibus licet grauib⁹, abſq́ȝ contumacia, & quamuis teneat ſi feratur pro culpis præteritis, aut præſentibus, eſt tamen iniuſta. c.ſacro. & ibi Doct. de ſent.excommunicat.& c.nemo Epiſcoporum.11.quæſt.3. & c.Romana. vbi Dominic.Ioan.Andr.& alij de ſent.excõmunicat.lib.6. Abb.in c.à nobis.21. n.8.codẽ tit.& in c.1.de iud.ferẽda namq́ȝ eſt maior excõmunicatio ob contumaciam mortalem, aut pro inobedientia in non comparendo, aut non parendo iuſto præcepto, præcedente mora, culpa, aut offenſa. c.1. vbi notant Doct.de iud.& c.Romana.§.caueant.vbi gl.verb. mora. de ſent.excommunicat.lib.6. c.nullus.11.quæſt.3.Nau.in Manu.c.27. n.9.

47 Excõmunicatio non poteſt ferri in Collegium, vel vniuerſitatẽ, ne pro culpa vni⁹ alius puniatur. cap.Romana Eccleſia.§.in vniuerſitatem.vbi notant Doct.de ſentẽt. excommunicat. lib.6. & c.ſignificauerunt. de except. cum enim non feratur excommunicatio, niſi in perſonam animatam, & baptizatam, vt inquit Abb. in c.P. & G.n. 4.de offic.iud.deleg.Nau.in c.ita quorundam.notab.8.n.7.& gl.fin.n.2.& in Manu. c.27. n.13. non poteſt ferri in collegium, capitulum, aut vniuerſitatem, cum illa cõmunitas non dicatur perſona animata quã uis in ſingulis de Collegio, capitulo, ſeù vniuerſitate poſsit ferri. d.cap.Romana.§. vniuerſitatem de ſent.excommunicat. lib. 6. Abb. in c.cum tu.nu.1.de teſtib.poteſt tamen vniuerſitas, & Collegium, ſeù terra aliqua ſupponi interdicto.c.ſi ſentẽtia.vbi Doct.de ſent.excommunicat.lib.6.prudẽter tamen faciet iudex, ſi potius ferat ſententiam excõmunicationis in ſingulos de Collegio, ſiuè capitulo, aut de vniuerſitate, quã illud ſupponere interdicto, ne iuſti pro iniuſtis patiãtur detrimentũ, & ne inde inſurgat aliquod periculũ animarum. c.alma mater.de ſent.excõmunicat.lib.6.

Excom-

Digitized by Google

50 Excõmunicati,& interdicti non debent admitti ad officia diuina, nec ad ſepulturam. c.cum & plantare.§.excommunicamus, & c.ad hæc. vbi Doct. de priuileg. & illos admittens ad officia diuina,aut ad Sacramenta,vel ſepulturam habet prohibitũ ingreſſum Eccleſiæ. c. Epiſcoporum. vbi ſcribentes de priuileg.lib.6.

51 Excommunicatus,ſi ſepeliatur in Eccleſia,aut in illius cæmiterio,debet inde eijci aut Epiſcopus ſuppleat.c.ad hæc.vbi Doctor.de ſepult. & illum ſcienter ſepeliens, aut manifeſtum vſurarium,vel aliquem tẽpore interdicti,in caſibus à iure non permiſsis, incurrit maiorem excommunicationem,clem.1. vb.Ioan.And.Card.& omnes de ſepult. quoniam excommunicatus, nec poſt mortem eſt communicandus.c.2, & c.3. 23 quæſt.2.& gloſſ.1.in c.ad hæc.de priuileg.

52 Excommunicatus etiam poſt mortem caret ſuffragijs Eccleſiæ, quia non eſt pro illo orandũ,nec oblationes offerendæ,nec cũ illo mortuo poteſt participari,ſi tamen conſtaret Eccleſiæ,de eius contritione, poterit poſt mortẽ abſolui, ab illo,à quo poterat viuus.c.à nobis.28.& c.ſacris vb. Doctor.de ſent.excommunicat.& gl.1.in c.ad hæc.vbi Ant.Abb.& alij.de priuileg.

53 Excommunicatus maiore excommunicatione, eſt abſoluendus ab illo, qui eum excommunicauit,aut à ſuperiore illius. c. nuper.vbi Doct.de ſent.excommunicat. & nunquàm excommunicatus habetur pro abſoluto,niſi conſtet de abſolutione, quiuis excommunicator illum ſalutet, aut ipſe Papa;niſi ex certa ſcientia Papa eum intenderet abſoluere, c.ſacris,& c.ſicut nobis,& c.ſi quando.vbi Abb.à nu.2.de ſent. excommunicat.

54 Excommunicatus maiori excommunicatione non eſt communicandus ante abſolutionẽ, nec per verba, nec per litteras, in his, quæ in hoc carmine continentur. os orare valle communia menſa negatur. c.ſi quando, & c.quod in dubijs,& c. inter alia.vbi Doct.de ſent.excommunicat.fallit tamen in caſibus numeratis in gl.verb. excommunicationis, in c. cum deſideres de ſent.excommunicat.vbi illa carmina: hæc anathema quidẽ ſoluunt, ne poſsit obeſſe, vtile,lex,humile,res ignorata,neceſſe.

55 Familia poteſt communicare cum excõmunicato,c.ſi vere.vbi Doct.de ſent.excõmunicat.& gl.verb.excommunicationis.in d.c.cum deſideres. & c. ſtatuimus.vbi Dominic.Ioan.Monach.Arch.Ioann.Andr. & omnes de ſent.excommunicat.lib.6.Abb. in c.ſacris. nu.4. his,quæ vi.metuſue cauſ. attamen licet vxor. filij. mancipij, famuli poſsint cõmunicare cũ marito patre domino, excommunicato,ille tamẽ maritus, ſiuè dominus,aut pater non poteſt cõmunicare cum vxore,filio,mancipio,ſeù famulo,excommunicato.gl.verb.vxores.in cap. quoniam.11.quæſt.3.

56 Communicans cum excõmunicato regulariter incurrit minorem excommunicationem. c.quod in dubijs.vbi Doctor.de ſent.excommunicat,& c.ſtatuimus,& c.ſtatutum.vbi Ioann.And.eodem tit.lib.6.niſi in ſex caſibus,in quibus incurrit maiorem excomunicationem,primus quando communicat incontemptu clauium,cap.fin.de Cler. excõmunicat. & c.quod in dubijs de ſent.excommunicat.ſecundus quando cõmunicat incontemptu excõmunicatoris, aut incontemptu præcepti illius.arg.text. in c.2. de maiorit. & obed. & faciunt iura ſupra relata: tertius,quando communicat. cum excõmunicato à Papa in diuinis, aut quando excommunicat aliquem expreſſe cum participantibus nominatim. c.ſignificauerunt. vbi gl.& Abb.de ſent.excommunicat: quartus, quando communicat cum excõmunicato in eodem crimine ſciẽter. c. nuper.& c.ſi concubinæ,& c.quod in dubijs.de ſent.excommunicat.& c.ſtatuimus. vbi Doct.eodem titul.lib.6.quintus,ſi erat excõmunicatus cum participantibus permiſſa canonica admonitione, d. c.ſtatuimus.vbi Ioan.Andr.de ſent.excõmunicat. lib.6.ſextus,ſi cõmunio ſit nimis frequens, & continua,vt inducat contemptum.vt tenet Abb.in c.ſacris.n.6.de his,quæ vi metuſue cauſ.fiunt.

57 Communicans cum excommunicato in menſa,& in diuinis,& illum non præmonens,non admittitur ad denunciandũ illũ excõmunicatum.c.in præſentia. vbi Abb. n.2.& oẽs de ſent.excommunicat. Gerip. conſil.12.n.6.& conſil.24.n.13.

58 Cõmunicare poteſt quis cum hæreticis, & excommunicatis tranſiens per terras illorum,& poteſt ab eis emere neceſſaria.c. ſiuere.vbi Ant.de Butr. Hoſt. Abb. & alij de ſent.excommunicat.idem Abb.in c.ſacris.n.4.de his quæ vi.met.

59 Communicare etiam poteſt quicumq; cum excõmunicato, in rebus tendentibus

ad ſalu-

Digitized by Google

68 Excommunicatus minore excommunicatione ſi celebrat peccat mortaliter, non tamen incurrit irregularitatem, & ſi conferat aliquod Sacramentum tenet, quãuis peccet mortaliter, & poteſt exercere ſuam iuriſdictionẽ, & eligere, ſed non poteſt eligi. c. ſi celebrat. vbi Abb. n. 1. de Cleric. excommunicat. celeb. & c. illa quotidiana de elect. & c. conſtitutus. de appellat. maiori tamen excommunicatione inodatus celebrans ipſo facto fit irregularis, & eſt ſuſpẽdendus ab officio, & beneficio. & c. latores, & c. fraternitati. de Cler. excõmunicato.

69 Excommunicatus minore excommunicatione poteſt abſolui per confeſsionem à ſimplice Sacerdote. c. nuper. vbi notãt omnes, de ſent. excommunicat. & etiam poteſt aliquem ab excõmunicatione abſoluere. c. duobus. vbi Doct. de ſent. excõmunic.

70 Excommunicandus non eſt ille, qui non habet vnde ſoluat creditoribus, quia innanis eſt reſtitutio, quàm inopia excludit. c. Oduardus. vbi Doct. de ſolut. & c. olim vobis. 16. de reſt. ſpol. nec ille, qui abſolute coactus cõmunicat excõmunicato remanet excommunicatus, ſecùs tamen ille, qui conditionaliter communicat. c. ſactis vbi Doct. de his, quæ vi metus ve cauſ. fiunt.

71 Excommunicatus non poteſt eſſe aduocatus, iudex, notarius, nec teſtis. c. poſt ceſſionem de probat. & c. decernimus. vbi Dominic Ioan. Monach. Arch Ioann. And. & omnes de ſent. excommunicat. nec etiam poteſt excommunicatus committere vices ſuas alicui. c. 1. vbi Ioan Monachus Dominic Ioan. And. Franc. & omnes de offic. vicarij. lib 6. ſi tamen antequam fuiſſet excommunicatus delegaret cauſam, nõ expirat tunc delegatio per ſuperuenientem excommunicationem arg. text. in c. licet de offic. & poteſt iud. deleg. & in c. ſi is, cui eodem tit. libr 6 & tenet gl. verb ipſius in c. 1. vbi Phelip. Franc. de offic vicar. lib. 6.

72 Excommunicati ſunt ipſo facto Doctores, magiſtri, qui ſcienter docent leges monachos dimiſſo habitu, c vt periculoſa. §. Doctores, vbi Doct. ne Cleric. vel Monach. lib. 6. & idem eſt dicendũ de Doctore docente monachum religioſum retento habitu, vt tenet gl. verb dimiſſo. & ibi Archidiacon Ioann. Andr. in d. c. vt periculoſa, §. Doctores, ne Cler. vel Monach. lib. 6.

73 Excommunicati ſunt magiſtri, & ſcholares Bonienſes, qui ante tempus conductionis, conducunt domos, hoſpicia aliorũ Doctorum, vel ſcholarium ſine eorum cõſenſu. c. 1. vbi Abb. n. 1. & omnes de locat. Syluest. verb. excommunicatio. 4. n. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 77. n. 26 quæ cõſtitutio, cum ſit pœnalis, non habet locũ niſi in academia Bononiæ. vt tenet Syluest. & Iul. Clar. vbi ſup. lex enim pœnalis potius eſt reſtringenda, quam amplianda reſumiturq; in his verbis, quibus loquitur.

74 Excommunicati ſunt etiam ipſo facto, exinterantes, & coquẽtes, corpora defunctorum deſcedentium, vbi viget fides Catholica, vt oſſa à carnibus ſeparent, ad ſepelienda in terra ſua. extrauag. 1. vbi Doctor. de ſepult. intercommunes. l. nemo. C. de relig. & ſumpt. funer.

75 Torneamenta etiã ſunt prohibita ſub pœna excommunicationis. cap. 1. & 2. vbi Abb nu. 1. & omnes. de torneament. extrauag. vnica. vbi Doct. eodem tit. Ioan. 22.

76 Excommunicati ſunt ipſo iure qui prædicant hæreſi labe pollutos fore, vel peccare mortaliter, qui dicunt beatã Mariam ſemper Virginem, Matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non fuiſſe conceptam in peccato originali: extrauag 2. de reliq. & venerat. ſanct. intercões. vbi etiam. notant ſcribentes. Trid ſeſſ. 5. in prin. § fin.

77 Percipiens aliquid ſub pœna excommunicationis, non ſtatim facit contra facientem remanere excõmunicatum, ſed eſt veniendus excommunicandus, ſi contra præceptum faciat, & poteſt tunc ferri declaratoria in illum, contrà facientem. c. 1. de locar. & c. 1. de eo, qui fuit ord. & c. relatum. vbi gl fin & Abb. n. 5. de iure patr & gl. in c vnico. vbi Abb. nu 3. de ſagit. idem Abb. in c. 2. n. 5. de matr. contract. contr. interd. Eccleſ.

78 Anathematizari poteſt quis poſt mortem. c. ſane. 2. §. multi vbi Doct. 24 quæſt. 2. & c. ſi quis Epiſcopus. vbi gloſ. ver. poſt mortem. & Doct. de hæret. & Tancred. & Goffred. in c. litteras de reſt. ſpol.

79 Abſolutio ab excommunicatione debet fieri cum vno ex Pſalmis pœnitentialibus. & oratione dominica, & alia, quæ dicitur in quacumq; abſolutione. c. à nobis. 2. §. ab ſolutionis de ſent. excõt. & Burch lib. 9. decretal. c. 8. cimer. in derect. inquiſi. 3. p. n. 18

Verbo Executor.

1 EXecutor eſt ille, qui ducit ad effectum rem iudicatam. l. executorem. vbi Bald. C. de

inueniri poſſunt. l. executores. vbi gl. 1. Doctor. & authē. pignorum. vbi Bald. C. quæ res pign. oblig. poſſ. nec in lecto, veſtibus, & ſuppelectilibus domus, niſi quando alia bona nō extāt. Doct. in l. 1. C. quæ res pign.

10 Executio ſententiæ, quæ tranſiuit in rē iudicatam, non impeditur propter aliquā exceptionem, niſi quando excipiens nihil haberet probare, vt tenet Iaſ. poſt alios. in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. nu. 5. ff. de reiud. ſi tamen petatur reſtitutio in integrum, & non conſtet, quòd malicioſè petatur, bene ſuſpenditur tunc executio. l. vnica vbi Doct. C. nihil nouari in integ. reſt. & Ioann. de Imol. & Alex. in l. ſi ſe non obtulit. § condemnatum. ff. de reiud. idem Imol. in l. qui à latronibus. §. 1. circa. fin. ff. de teſtam. Innocent in c. ſuſcitata per tex. ibi de in integ. reſt. Afflict. decisſ. 356 n. 3. Guid. Papa. decisſ. 225. num. 6. Capell. Toloſan. decisſ. 54. Hippol. ſingul. 79 Cæſar. Vrſ. decisſ. 356. n. 1.

11 Executio ſententiæ nō impeditur propter appellationē, aut exceptionē, poſt tres ſententias cōformes latas cōtra appellantē, ſuper eodē articulo, ſed ante omnia eſt ſententia illa mandanda executioni, & poſtea poterit cōdēnatus agere de nullitate. clem. 1. vbi gl. 1. & Doct. de ſent. & reiud. & clem. fin. cū ibi notatis de appellat. c. ſi autē. § ſi quis. 2. q. 6. & Doct. in l. ſi ſe non obtulit. §. condēnatum ff. de reiud. ſi tamen ſuper diuerſis articulis ſint latæ tres ſentētiæ, licet in eadē cauſa, ſuſpēditur executio propter appellationem, ſiuè propter exceptionem nullitatis, vt tenet gl. ver. trēs & Doct. in d. clem. 1. de ſent. & reiud. & gl. ver. appellare in c. dilectæ de appellat. vbi Abb n. 8. & idē Abb. in c. ſi quis cōtra n. 22. de foro compe. aut quando nullitas conſtat ex eiſdē actis, quia tunc etiā poſt mille ſentētias ſuſpenditur executio, & poteſt contra illas cōformes opponi de nullitate, quia ratio, propter quā non poteſt opponi contra tres ſententias conformes, eſt, vt obuietur calūnijs litigantium, ſed quādo nullitas eſt certa, & notoria ex eiſdē actis, ceſſat ratio. vt tenet Bald. in l. ſi vnus. § pactus ne peteret. col. 14. ff. de pact. Salicet in l. 1. C ne liceat ter prouocar. Imol. & Alex. in l. de pupillo. § qui opus. ff. de noui. oper. nunciat. Iaſ. in l. 1. n. 8. ff. eodem tit. Leo. in tract. noui op. c. 8. n. 2. Grrio. conſil 24. n. 6.

12 Executio ſententiæ quibus caſibus diſferatur in aliquod tempus. eſt gloſſa. fin. in §. & ſi in rem. inſt. de officio iud.

13 Executio ſententiæ vſq; ad triginta annos peti poteſt, quoniā actio, quæ cōpetit ex re iudicata, eſt perpetua, & durat triginta annos l. miles. § fin. vbi Doct. ff. de reiud. & l. licet. §. idē ſcribit ff. de pecul. Bald. in l. debitori col. fin. c. de pact. Marant. de ord. iud. 6 part. de executione ſent. n. 34.

14 Executores etiā dantur ad mandatū Papæ exequēdum c. cum noſtris de conceſſ. præb, & executor litterarum ſummi Pontificis, ſuper prouiſione alicuius, habet poteſtatem ſuper Epiſcopis cuiuſcunq; diæceſis, non poteſt tamē generaliter inhibere, niſi id in litteris expreſſe cōtineatur. c. executor. vbi Doct. de conceſſ. præb lib. 6.

15 Executor datus à Papa ſuper gratia facta, debet exequi mādatum, quamuis Papa re integra moriatur, quoniam gratiæ non perimuntur morte concedentis. c. ſi ſuper. vbi Doct. de offic. & poteſt iudic. deleg. & dicam infra. ver. gratia §. 2.

16 Executor datus à Papa, vt alicui perſonæ prouideat, poteſt ſubdelegare, ſi tamen datur, vt prouideat Eccleſiæ, nō poteſt tūc ſubdelegare, niſi habeat ſpeciale mandatū c. is cui. de offic. iud. de leg. lib. 6 & poteſt executor cōferre beneficium, ſi intermino ab ipſo præfixo nō fuit ab ordinario, ſeù à capitulo collatum, c. ſi capitulo de cōceſſ. præb. lib. 6.

Verbo Exemptus.

1 EXemptus dicitur ille, qui ratione priuilegij, indulgentiæ perſonæ ſiue loci non ſubeſt iuriſdictioni ordinarij. c. 1. & c. cum perſonæ. vbi Ioan. And. de priuileg. lib. 6. Exemptio tamen non datur per hoc verbum ſit ſub protectione papæ, c. ex parte 18. de priuileg. ſed datur, ſi dicatur in priuilegio, aut ſententia, quod illum eximit a poteſtate ordinarij, aut ſimilia verba a papa ſeù imperatore, ſiue rege in priuilegio, vel ſententia pro lata exiſtant, vt refert. ſumma Ang. ver. exemptus §. 2.

2 Exemptus tamen ratione delicti, contractus, aut rei ſitæ in loco non exēpto cōuenitur corā ordinario. c. 1. vbi Doct. de priuileg. lib. 6. Bart. in l. beneficium nu. 5, ff. de cōſt. prin. ſumma Ang. ver. exēptus §. 1. quoniā exēptus ratione vnius rei, vel ratiōne vnius loci. nō cēſetur exēptus ratione alterius. c. cū capella. vbi Ant. de Butr. Innocēt. Hoſt. Ioan. And. Abb. & ōnes de priuileg.

Digitized by Google

3 Exemptus citatus ab ordinario nõ tenetur cõparere quando ſuũ priuilegiũ eſt notoriũ, nec tũc tenebit ſentẽtia tãquàm lata à nõ ſuo iudice. l. nõ videtur. 3. ff. de iud. & l. fin. C. ſi à non cõp. iud. & clem. paſtoralis. §. eſto igitur de ſent. & reiud. & l. fin. ff. de iuriſd. omniũ iud. Bar. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. gl. in c. veniens de accuſat. Abb. in c. cũ ordinem n. 5. de reſcript. ſi tñ non eſt notoriũ, quòd ſit exẽptus, tenetur venire, & allegare priuilegium ſuæ exemptionis. c. cum perſonæ, vbi Doct. de priuileg. lib. 6. Abb. in d. c. cum ordinẽ. nu. 8. de reſcript ſumma Ang. ver. exẽptus. §. 2.

4 Exẽptio à ſeruitio dñi, aut Reipublicæ, nõ datur ſub prætextu alicuius præſcriptionis, quando dñs, aut Reſpublica illo ſeruitio vſus nõ fuit, quia neceſſariariũ ſibi nõ fuit, tunc enim, nec per centũ annos poteſt vaſallus, ſeù alius quicumq; præſcribere libertatem à ſeruitio illo, l. 3. vbi Bart. & Rebuf. C. de decurionib. lib. 10. & l. cum ſcimus. §. 1. vbi Bart. & Rebuf. n. 3. C. de agricul. & cenſ. lib. 11. Ioann. And. ad ſpecul. in Rubric. de feud. Imol. & Abb. in c. ad audiẽtiam. n. 17. de præſcript. Iaſ. in l. beneficiũ. 55. ff. de conſt. prin.

5 Exemptio data alicui, de non ſoluendo tributũ, ſiuè ius Reipublicæ, aut ius regale, nõ præiudicat illi, qui eſt in poſſeſsione recipiendi aliquod tributũ, quoniã non præſumitur Principẽ concedere priuilegium vni in præiudiciũ alterius. c. quia monaſterium. vbi Doct. de relig. domib. & c. cum olim de cõnſuet. & l. 2. §. ſi quis à princip. ff. ne quis in loco publ. Abb. in c. dudum. n. 4. de priuileg. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Imol. & alij. in l. ab omnibus. ff. de leg. 1. Doc. in c. ſuper eo de officio iud. deleg. Valaſc. conſult. 12. n. 1.

6 Quando tamẽ aliquis agit de liberatione aliqua, poteſt iuuari curſu temporis, ſi ius commune nõ reſiſtit liberationi illi, & tunc ſecundum qualitatem actionis, iuuabitur præſcriptione, ſi vero, ius cõe reſiſtat non iuuabitur. l. competit. vbi Doct. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Abb. in c. peruenit, n. 3. de cenſ.

Verbo Expenſæ.

1 EXpenſæ dicuntur in multiplici differẽtia, nã aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles, aliæ volũtariæ. l. impẽſæ. vbi DD. ff. de ver. ſign. & l. 1. vbi Bart. & oẽs. ff. de impẽſ. & l. vtiles. ff. de pet. hære. gl. fin. in l. in fundo. ff. de rei vind. Ioan. Garc. in tract. de expẽſ. & melior. c. 1. n. 1. Valaſ. cõſul. 161. n. 3. & expẽſæ neceſſariæ dicũt illæ, quæ ſi factæ nõ eſſẽt, aut res periret, aut deterior facta fuiſſet. d. l. impẽſæ. ff. de verb. ſign. & d. l. 1. & 2. vbi Bart. ff. de impẽſ. vtiles vero dicũt illæ, quę rẽ meliorẽ, & pretioſiorẽ faciũt. l. quod dicit. §. vtiles. ff. de impẽſ. & d. l. impẽſæ. ff. de verb. ſign. Valaſ. vbi ſup. volũtariæ vero ſunt illæ, quæ fiunt ad ornatũ rei, & ad delectamentũ facientis, non autẽ ad rẽ augẽdã, nec ad fructus illius amplificãdos, ſicut ſunt picturæ, deauratio, & ſimilia, l. voluntariæ. vbi Bart. ff. de impenſ. & d. l. impenſæ. §. voluptariæ. ff. de verb. ſign.

2 Impẽſæ vtiles, & neceſſariæ debẽt reſtitui euicto prædio, à bonæ fidei poſſeſſore, aut reſciſo cõtractu, ab illo, qui remanet cũ re in qua expenſæ ſunt factæ l. 1. vbi Doct. ff. de imp. in reb. dot. fact. & l. Iulian. & l. infũdo. ff. de rei vind. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 3. n. 31. C. de reſcind. vẽd. & Abb. in c. 1. de in integ. reſt. & l. domũ. vbi Doct. C. de rei vind quãdo cũ ille poſſeſſor bonæ fidei petit ſũpt⁹, & expẽſas, debet facere cõpenſationem cũ fructib⁹. l. ſũptus, & l. emptor. & l. ſuper empti. ff. de rei vind. gl. fin. in l. in fundo. ff. eod. Alex. cõſi. 162. n. 2. lib. 7. & cõſil. 154. lib. 6. Plat. in l. fin. C. de om. agr. deſert. lib. 11. n. 16 & Curt. Iun. cõſi. 165. n. 166. capit. dec. 63. n. 9. afflict. dec. 87. n. 6. Nicoſ. in tract de pign. 4. mẽb. 5. p. n. 12. Cæſar. Vrſ. dec. 87. n. 3. hoc tñ intellige quãdo bonæ dei poſſeſſor percipit fruct⁹ reſpectu tantũ poſſeſsionis nã ſi illos reciperet reſpectu dñij, quod habebat in re, ſicut eſt grauat⁹ reſtituere poſt mortem, poſſeſſor maioratus, aut ſi habeat vtile dominiũ, vt emphyteuta, liuellarius, vſu fructuari⁹, aut ex alia iuſta cauſa fruct⁹ iure proprio recepit, ſeu nomine vẽditoris qui forte tantũ vſum fructũ habebat, nõ tenebitur melioramẽta, ſiue expenſas cũ fructibus cõpenſare. gl. ver. ſuperfluũ. in d. l. ẽpt. ff. de rei vind. cõiter approbata. Alex. in l. in inſulã. §. fructus. in fin. ff. ſolut. matr. idẽ Alex. & Iaſ. in l. domus. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. fin. §. emptor. autẽ. C. cõia de leg. Tiraq. de retract. cõuẽt. §. 7. gl. 1. n. 14. & in l. ſi vnquã ver. reuertat. n. 235. C de reuocãd. donat. & Socin. regula. poſſeſſ. 167. Roland. cõſil. 28. n. 17. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 4. n. 63. Cour. r lib. 1. reſolut. c. 8. n. 5. Moli. de prim. gen. Hiſp. libr. 1. c. 26. Menoch. tract. de recup. poſſ. remed. 15. n. 507. Corn. conſil. 86. n. 4. lib. 8 Ioan.

Ioan.Gracia de expenſ.c.23.n.52.& ita em
ptor prædij pro rata pretij ſoluti lucratur
fructus, & illos non tenetur cōpenſare. vt
tenet Alex.cōſil.73.in prin.lib.2. Ang.in l.
emptor.ff.de rei vind. Affl.dec.87.nu.7.
Fel.in c.de quarta.n.15.de præſcript.& in
c.cum cauſam circa. fin. de ſent. & reiud.
Cæſar.vrſ.dec.87.n.3.Gam.dec.310.n.6.

3 Si vero poſſeſſor bonæ fidei non petit
expēſas ſemper habebit fructus,& illos fa-
cit ſuos,dū res ab illo non petit.gl.fin.vbi
Doct.in l.infundo.ff.de rei vind. nec bonæ
fidei poſſeſſor cōpenſat fruct⁹ ex melio-
tionib⁹ perceptos.facit tex. in l.cæterū,ff.
de rei vind.Ang.in l.emptor.ff.eod.Fel.in
c.de quarta.n.15.de præſcript.& in c.cum
cauſa de reiud ad fin.afflic.dec.87.n.6.Cæſ.
Vrſ.ibid.n.3 ſec⁹ in poſſeſſore malæ fidei.

Poſſeſſor malæ fidei,quāuis nō faciat fru
4 ctus ſuos,deducit ſumptus,expenſas factas
gratia fructus colligēdi,l.ſi quid poſſeſſor.
§.ſicut ff.de pet.hæred.& l.ſi à dño,§.fin.ff.
eod.& l.domū.vbi Doct.C.de rei vind.quo
niā ſemper fruct⁹ intelligūtur deductis ne
ceſſarijs expenſis.l.ſi quid poſſeſſor.d.§.ſi-
cut vbi Bart.& alij ff.de pet.hæred. nemo
enim poteſt locupletari cum iactura alie-
na.c.locuplectari.vbi Doct.de regu.iur.lib.
6.& l.cū hi.§.ſi eidē. in fin. ff.de tranſact.
& l.nam hoc natura ff de cond.ind.& l.iu-
re naturæ vbi Dec.ff de regul.iur.

Expenſæ tñ volūtariæ nō repetūtur,aut
5 illæ,quæ fiūt cauſa pietatis.l.volūtaria,vbi
Doct.& l.in volūtarijs ff.de impenſ.in res.
dot.& l.ex duobus,vbi Bart.ff.de neg.geſt.
& l.ſi is,vbi gl.ver.impenſæ. & Doct. C.de
ædific.priuat. & §.ex diuerſo.inſt. de rerū
diuiſ. niſi dñs rei fuiſſet aliàs facturus, vt
reſoluit Boer.dec.44.n.10. Valaſ.conſult.
161. nu.5. poteſt tñ poſſeſſor abradere il-
lud,quod fecit,ſi ſine detrimēto rei abraſio
fieri poſſit. l.infundo, vbi gl.ver.poteſtas,
& Bart.n.10.ff.de rei vind.& l.domum C.
eod.tit. attamen hodie iam praxis nō ob-
ſeruat hanc abraſionem.

Expenſæ factæ in re aliena ſcienter non
6 repetuntur à faciēte ſi nomine proprio fe-
cit.l.ſi quis ſciens.vbi Doct.C.de rei vind.
& l.ſi quis putans.§.ſiue autem. ff.cōmuni
diuid.gl.fin.in l.domus.ff.deleg.1.

Expenſæ, quas fundi poſſeſſor fecit in-
7 collēdo, ſerēdoq; agros, qui ab illo cui ſi
fuerunt,tolli ab eo nō poſſunt inſita,vel ſa
ta,ſed ſunt ſoluendæ expēſæ de fructibus,
qui deducūtur.l.ſi fundi poſſeſſor,vbi Bar.
ff.de rei vind.& l.fundus.51.ff.familiere.

8 Expēſas debet reſtituere ille,qui fundū
euicit,quas poſſeſſor expendit,& fundum
meliorem fecit,& pretioſiorem, reputato,
quod expendit in arboribus plantandis,&
nutriendis,& pretiū illarū,tēpore quo plā
tatæ fuerunt,aut quod expēdit in ſiluis rū-
pendis,& cædendis, & alijs ſumptibus, in
quibus fundū meliorē fecit,non autē illud
in quo fundus factus eſt melior, & ſi expē-
deret plus, quā illud,in quo fundus factus
eſt melior,nō repeter,niſi illud in quo fun
dus factus eſt melior.l.in fundo.ibi & ſi pl⁹
pretio fundi acceſſit, ſolū quod impēſum
eſt,& ibi gl.ver. plus pretio. ff de rei vind.
Abb.in c.1.n.4.de in integ.reſt.& Bero.n.
38.Mantua.à n.17.Corn cōſi.69.in fin.lib.
1.Negum in tract.de pign.4.mēb.5.p.n.16
Valaſ.de iur.emph.q.25.n.28.& Gam.dec.
306.n.2.& deciſ.137.Fel.in c.cū cauſa.nu.
18.de reiud.& conſil.28 num.9.licet Bart.
Paul.de Caſtr.& Alex.teneant cōtrarium.
in l.domus.ff.delegat.1.

9 Et datur retentio rei,propter expenſas,
non ſolutas,nec prius cogēdus eſt poſſeſ-
ſor,rē reſtituere,quàm ſibi ſoluātur expē-
ſæ vtiles,& neceſſariæ, l.quod ſi poſſeſſor.
ff.de pet.hæred.& l.ſin autē.§.in rē.ff.de rei
vindicat.& l.ſi neceſſarias ff.de pign act.&
l.ait prætor.§.per hāc.ff.quæ infraud.cred.
& l.in hoc iudiciū. ff cōi diuid. & § certe.
inſt.de rerū diuiſ.Abb.in c.1.n.3.de in in-
teg.reſt.Rebuf.in l.nō poteſt.117.pag 639
ff. de verb.ſign. ſi tñ fuerit poſſeſſor malæ
fidei,nō poteſt retinere rē propter expēſas
nō ſolutas.§.ex diuerſo.inſt.de rer.diuiſ &
gl.in l.fundi. ff.de rei vind.niſi fuerint ex-
penſæ factæ gratia fructuū colligēdorum,
quoniā propter illas, etiā poſſeſſori malæ
fidei datur retēſio,vt tenet Paul.de Caſt,in
l fin.§.vlt.cōm.deleg Bart.in l infūdo.n.6
ff de rei vind.Ang.in d. § certe col.1.verſ.
in malæ fidei inſt.de rer.diuiſ.Boer.dec.44
n.7.Valaſc.conſult.161. nu.7.nec etiā da-
tur retenſio ſpoliatori,ante reſtitutionem
propter expenſas factas in re inuaſa. d.
§.ex diuerſo.vbi Doct.inſti.de rerum diuiſ.
& gl.fin.in c.1.de reſt.ſpol.

10 Expenſæ, aut petuntur per actionē,aut
per exceptionē,aut per officiū iudicis. gl.
communiter approbata. in l.domū. verb.
nullam. C.de rei vind. Bart.in l.in fundo.
n.15.ff.de rei vind.

11 Victus victori condemnandus eſt in ex
penſis,ſi per calūniam letigauit,& eo ipſo

Digitized by Google

quod ſuccubuit, præſumitur, quod calumnioſe letigaſſet, niſi ſentẽtia feratur in abſentem. c. calũniam. de pœn. & c. finem. vbi Doct. de dolo. & cõtumac. & gl. fin. in c. fin. de maior. & obed. & l. properandum. §. ſin autem. vbi Bald. C. de iud. & l. eum quem temere. vbi Bart. ff. de iud. & gl. 2. in l. non quid. ff. eodem, & gl. verb. expenſas. in d. c. finem. de dolo. & cont. Iaſ. in d. l. properãdum. d. §. ſin autem C. de iud.

12 Expenſæ tamen litis non veniunt, niſi iudex illud in ſententia exprimat. l. terminato. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de fruct. & lit. expenſ. ſi tamen non pronunciauit in ſententia, bene poterit in ead. die, qua tulit ſententiam, illud exprimere, & declarare condẽnationem expẽſarum. c. cũ appellationibus, & ibi gl. ver. eadem die. & Doct. de appellat. lib. 6. & d. l. terminato. & l. Paulus. ff. de re iud. & c. loci. §. his ita. 35. q. 9.

13 Expenſas debet ſoluere, & in illis debet condẽnari ille, qui non probat illud, quod opponit in illa forma, qua oppoſitum fuit. c. 1. §. adijcientes. vbi Doct. de elect. lib. 6. debent tamẽ expenſæ peti in libello, quoniam iudex non tenetur facere condẽnationem expenſarum, niſi per partes ſit petitũ. licet poſſit ex officio, ſi vellet, vt tenet Bar. in l. properandum. §. ſin autem altera. n. 4. C. de iud. Abb. in c. auditis. n. 11. de procurat. Doct. communiter in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect.

14 Condemnatus in expẽſis, debet ſoluere illas expenſas, quas alia pars in litẽ expendit, & ad illam erant vtiles, & neceſſariæ, non vero ſuperfluas, puta ſi multa inſtrumenta, ſiue ſcripturas accumulauit, quæ ad rem nõ faciebant, & multos habuit aduocatos, qui ad merita cauſæ neceſſarij non erant. nec talis erat conſuetudo, vbi cauſa agitabatur, nec ſi habuit aduocatũ gratis, aut ſine ſpe remunerationis, poteſt reſpectu illius, habere expenſas. l. ſed & ſi. §. cõſuluit. ff. de pet. hæred. & l. fin. vbi Bart. Bal. Paul. de Caſt. & alij. C. de fruct. & lit. expẽſ. gl. verb. expenſæ. in c. finem. vbi Abb. nu. 24. de dolo, & cont. Iaſ. in l. properandum. §. ſiue autem. n. 14. C. de iud.

15 Nec etiã qui per ſe litigat poteſt habere expẽſas ſuæ aduocationis, niſi propter hoc aliud lucrum perdiderit, quia tũc habebit illud, quod alius aduocatus veriſimiliter haberet. ſpecul. in tit. de expẽſis. §. fin. verſ. quid ſi Victor. & Ioan. And. & Abb. in c. finem. n. 19. de dolo. & cont. Bart. Bald. Pau. & alij in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. idẽ Bart. in l. ſtipulatus es opus. ad fin. ff. de fid. iuſſ. Valaſ. conſult. 25. n. 23.

16 Qui in parte obtinuit, & in parte ſuccubuit, aut in aliquibus articulis obtinuit, & in aliquibus ſuccubuit eſt condemnandus in expenſis in parte, in qua ſuccubuit, & in qua obtinuit, conſequetur expenſas à parte victa. vt tenet Abb. in c. finem. n. 27. de dolo & cont.

17 Excipiẽs, ſi deficit in probatione exceptionis condẽnatur in expẽſis, nõ expectata diffinitiua, niſi aliqua iuſta cauſa illũ, excuſet. ſi tamen quis opponat exceptionẽ, & nõ recipiatur à iudice, ſed interlocutur iudex ſe nõ recipere exceptionẽ, & procedat in cauſa in ſuis terminis, nunquã tũc iudicat de expenſis, ſed quando recipitur exceptio, & excipiẽs deficit in probatione, tũc condemnatur in expenſis, non expectata diffinitiua. c. 1. vbi Ioann. Monach. Arch. Ioann. Andr. Pet. de Anch. & alij de reſt. ſpoliat. lib. 6. & c. pia. vbi Doct. de except. lib. 6. Abb. in c. finem. n. 6. de dolo. & cõt.

18 Expẽſæ, quæ in litis actibus, & proceſſu, continẽtur taxantur à iudice. d. c. 1. de reſt. ſpol. lib. 6. & d. c. pia. de except. libr. 6. aliæ vero expenſæ rationabiles probantur per iuramentũ victoris. gl. ver. cũ iſtis, in c. dilecti. vbi Abb. n. 11. de for. cõp. gl. ver. approbauerit in l. fin. §. incõputatione. vbi Iaſ. n. 6. C. de iure deliberãd. Afflict. dec. 70. n. 2. & Aret. in §. duplici. col. 4. verſ. quã examinationẽ. inſt. de act. Doct. in l. properandũ. §. ſin autem alterutra. C. de iud. & in auth. poſt ius iurãdũ. C. eod. Cæſ. vrſ. dec. 70. n. 2.

19 Expenſæ medicorum, & medicinæ tenetur perſoluere vulnerãs vulnerato, & etiã operas perditas, quas operari poterat, vltrã iniuriã. c. 1. vbi gl. & Doct. de iniur. & dãn. illat. & l. qua actione. ff. ad leg. Aquil. & l. ex hac lege. ff. ſi quad. paup. & l. fin. ff. de his qui deiecer. vel effud. ſpecul. in titul. de iniur. §. 2. poſt prin.

20 Expenſæ funeris, quæ ſunt neceſſariæ, ad corpus ſepeliendum, deducuntur ex omnĩ a ceruo, & nõ diminuũt tertiã noſtræ Luſitaniæ. l. Papinianus. §. 4. vbi Doct. ff. de in offi. teſtam. & l. ſcimus. §. incõputatione. C. de iure delib. & l. 1. §. de impenſa. ff. ad leg. falc. Abb. in q. 3. n. 1. Gam. dec. 308. n. 1.

21 Expenſæ, quæ fiunt in electione prælati, debent fieri de bonis ipſius prælaturæ. c. vt præteritæ. vbi Ant. de Butr. Ioann. Andr. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes de elect.

LITTERA

Digitized by Google

L I T T E R A F.

Verbo Factum.

1 FACTVM legitimè non retractatur, ſi iam eſt perfectum, licet caſus poſtea eueniat in illud, à quò in choari nõ poterat, puta ſi poſt matrimonium ſuperueniat affinitas, & ſimilia, c.factum de regul.iuris.lib.6.& l.in ambiguis.85.ff.de regul.iur.& c.ad limina 30.quæſt.1.gl.ver.officere. vbi Abb.n.11. in c.diſcretionem.de eo qui cogn.cõſang. vxor.ſuæ ſumma Angel.verb.factum, factũ tamen inchoatum , & non dum perfectũ, ſi ſuperueniat caſus, à quo inchoati nõ poterat irritatur. l.ſi à me fuerit. vbi Bart. ff. de iud.& l.Iulianus ait.17. ff. eodem Abb. vbi ſupra.

2 Factum contra ius, pro non facto habetur, quia non dicitur factũ, quod legitime, & iure factũ non eſt, c.quia ex tenore, & c. quæ contra ius.de regul.iur. libr.6. & c.2. deteſt.& c.vides.10.diſt.& l.vbi pugnãtia, ff.de regul.iur.& l.nõ dubium. C.de leg.& gl.ad fin.in c.nõ præſtat.de regu.iuris lib. 6.inutiliter enim factum, & non eſſe paria ſunt.c.2.vbi Abb.n.1.de tranſlat.Epiſcop. & l.quotiẽs.ff.qui ſatiſd.cogant. vbi Bart. Angel.Paul.de Caſtr.Iaſ.& omnes.

3 Factum ſuũ nõ poteſt quis impugnare, nec contrà illud venire , ſi à lege non eſt prohibitum. l.per fundũ.ff.de ſeruit. ruſt. præd. & l.ſi creditoribus. vbi gl.verb. non debet.& Doct.C.de ſeru.pign.dat.& l.poſt mortem.vbi Bart.ff de adopt.& l.cũ proſtearis, vbi Bald.& Salicet. C.de reuocãd. donat.& l.1.C.de remiſſ.pign.& gl.ver.nõ perte.in c.diuerſis.vbi Abb.nu.6.de Cler. coniug. ſi tamen factum eſt prohibitum à lege, poteſt quis contra factum proprium venire.l.quemadmodum.vbi Doctor.C.de agricol.& cenſ.lib.11.& l.1. C.de liberal. cauſ.& l.muriileguli.C.de murileg.libr.11. gl.verb.factum, in d.l.poſt mortẽ.vbi Bart. ff. de adopt. quoniam factum illicite non inducit obligationem.c.quod latenter.vbi Doct.de regul. iur.

4 Factum meũ mihi non alteri poteſt eſſe nociuũ, l.hæredes. §.an ea ſtipulatio. verſ. in illa. ff.familiercíſ.& l.factum cuiq;.ff.de regul.iur. vnde factum in fraudẽ alicuius, non poteſt illi præiudicare, quoniam factũ ſimpliciter vnius, nõ poteſt alteri nocere. c.fin.vbi Doct.de teſtam.& l.1.vbi Bald.Salicet.Paul.de Caſt. & alij.C.res inter alios act.

5 Factũ nomine meo approbare poſſum, quoniam, quod nomine meo fit, eſt tanquã à me factum, ſi illud approbaui, aut mandaui , quod enim per alium facimus, per nos facere videmur. c. quoties. de purg. can. & c.qui facit de regul.iur. libr.6. & l. quod iuſſu.111.ff.de regul.iur.& l.1. §.deieciſſe.ff.de vi.& vi armat. & l.itẽ apud.§. feciſſe.ff.de iniur.& §.venditæ.inſt.de rerũ diuiſ.factũ tamen nomine alieno approbare, ſeù ratum habere non poſſum, quod enim meo nomine geſtum non eſt, ratum habere non poſſum. c.ratum. vbi notant omnes de regul.iur.lib.6.& c. cum quis de ſent.excommuuicat.lib.6.& l.ſi pupillo.§. ſed ſi ego. ff.de neg geſt. & l.ſi ſeruus. ff.de præcar.Dec.in l.ſemper.nu.11.ff.de regul. iur.

6 Factum mandatò alicuius, non excuſat mandatarium à delicti pœna. l. non ideo. vbi Bart.Bald.& omnes. C.de accuſat.& l. ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi, & l.nõ ſolum.in prin.& §.ſi mandatu.& §.procellus, & l.lex Cornelia.§.eadem pœna. ff.de iniur.& famoſ.libell.& l.1. §.deieciſſe. ff.de vi, & vi armat.releuatur tamen ille qui facit mandato alterius, cui tenetur obedire in leuioribus tamen caſibus, nõ autem in atrocioribus , & qui atrocitatem facinoris, & ſceleris habent. l.liber homo.37.ff.ad leg. Aquil.& l.ad ea. ff.de regul.iur. & gl.fin.in l.non ideo.C de accuſat.

7 Factum auctoritate iudicis, officium ſuũ exercentis, aut faciens mandato eius, dolo facere non videtur. c.quod quis mandatu, vbi notant ſcribentes de regul.iur. lib.6.& l.ſi quis id.ff.de iuriſd.omnium iud.& l.ait prætor.§.permittimus. ff.de minor.& l.nõ videtur. ff.de regul.iur.factum tamen auctoritate Papæ dicitur factũ gratia papali. c.ſi Apoſtolicæ. vbi Ioan.Andr. & Pet. de Anch. de præb.lib.6.

Digitized by Google

8 Factum à iudice non valet tanquàm iudiciale,ſi ad eius officiũ non expectat.nec aliquid habet firmitatis,magis quàm factũ alicuius particularis,& citrà appellationẽ, quocumq; tempore infirmatur. c. ea quæ. vbi Doct.de reg.iur.lib 6.& l.1.§.fin vero.ff.de ferijs & l 1. vbi Doctor.C.qui pro ſua iuriſd.imò iudex datus ad certas cauſas non poteſt tranſgredi fines mandati. l.ſolemus.§.latrunculator. vbi.ff.de iud.Paul. in l.teſtamenta omnia. nu.2. C. de teſtam. Bart.in l.in ſacris.à n.1.C.de proxim.ſacr. ſcript.

9 Factum publice à maiore parte,reputatur factum ab omnibus,& nomine omniũ de communitate eſt in actibus redigendũ. l.quod maior.ff.ad municip. & l.aliud.§.refertur.vbi Dec.n.1.ff.de regul.iur.niſi à minore parte aliquod rationabiliter obiectũ fuerit, & oſtenſum.c.1.vbi gl.ver.rationabiliter. & Doct. de his, quæ fiunt à maiore part.& c.Eccleſia veſtra de elect.& l.maiorem.ff.de regul.iur.in cauſis tamen vniuerſitatis ſunt vocandi omnes, & debent eſſe præſentes ad minus,.duæ partes vocandorum,& tunc quod factum fuerit à maiore parte illorum,qui ſunt vocati, tenebit. vt ſupra diximus,& eſt tex.in l.nulli,vbi Bart. n.8. & omnes. & l. plane, ſi. quod cuiuſq; vniuerſit. Abb.in c.1.num.16. de his,quæ fiunt à maior.part,cap.

10 Factum nouiſſimè prævalet,& pluribus cauſis,niſi nouiſſimè factum,à lege ſit prohibitum,ſeù à iure.l.ſi quis ante.vbi Bart. ff.de acquirend.poſſ.& l.pacta,quæ.& l.pacta nouiſſima.vbi Bart.Bald.Alex.& omnes.C.de pact.& l. mater. in fine. C. ne de ſtat.defunct.dico.verb.pactum.§.30.

11 Facti ſui tenetur quis dare rationẽ, nec quãdo interrogatur,cur fecit, licet dicere, quia volui , aut quomodo poſſideat , quia poſſideo,inepta enim ratio eſt.l.qui interrogatus.vbi Bart.ff de hæred.per non exiſtimes tamen quòd ſit de ſubſtantia legis oſtendere rationem.l.non omniũ.vbi Doctor.ff.de leg.& Iaſ.in l.ſi conuenerit.nu.9. ff. de reiud.

12 Cui plus licet,quod minimum eſt licere debet. l.non debet cui plus.21.ff.de regul. iur.& c.cui licet.de regu.iur.lib.6.& è cõtra, cui denegatur, quod minus eſt, videtur denegatum, quod eſt maius,c.cum illorum de ſent.excommunicat.& l.cui pacto.ff.de ſeru.exportand.& l.qui indignus. ff.de ſenat.& l.relegatorum. §.poteſt.ff.de interdict. & releg. fallit tamen, in caſibus, in gl d.l.nõ debet cui plus. ff.de regu.iur. & regula iſta,quòd cui plus licet,quod minimũ eſt licere debet,eſt intelligenda,quãdo plus,& minus connexa ſunt eiuſdẽ ſpeciei,quoniã ſecùs eſt in ſeparatis,& diuerſis ſpeciebus. arg. text. in l. ſolemus.ff.de iud.& tenet Din. in d.c.cui licet de regul. iur.libr.6.& Dec.in l.non debet.num.5.ff. de regul.iur.

Verbo Falſarius.

1 Falſarius dicitur quam pluribus diuerſiſq; modis,vt refert gl.ver.falſam in c. in memoriam diſt.19.& c.quiſquis. 11.q. 3.& l.1. vbi Doct.ff.ad leg.Corn.de falſ. & per totum.ff.de crim.falſ.eſt enim grauiſſimum crimen falſi, & grauiſſimè punitur per leges, & ſtatuta, & quilibet de populo poterit de falſo accuſare,licet ſua particulariter non interſit, quoniam accuſatio de falſo dicitur publicum iudicium, vt tenet gl.ver.de teſtamentis,poſt Azon.in l.1.vbi Bart.n.2.ff.de publ.iud.Aret.in §.Item lex Cornelia.inſt.de publ.iud. Rub.conſil.12. n.7.Iul.Clar.lib.5.§.1.n.4.& §.falſum.n.2.

2 Teſtis,qui falſum teſtimonium deponit iniudicio dicitur falſum committere.c.1. vbi communiter Doct. de crim.falſ.& l.1. vbi Bart.& omnes. ff.ad leg. Corn.de falſ. & non ſolum cõmittit falſitatem indicendo falſum,ſed etiam inocultãdo veritatẽ, aut in quocumq; actu,vbi veritatem exponere tenetur.d. c.quiſquis.11.quæſt.3.& l. ſi quis obrepſerit.ff.ad leg.Corn.de falſ.& c.dicenti. §.præſcriptione.25. quæſt.2. & qua pœna puniatur dicã in ver.teſtis.§.58.

3 Falſitas, quæ committitur in falſificãdo addendo, vel detrahendo litteris Summi Pontificis, vel Imperatoris,ſiuè Regis, eſt grauior inter omnes ſpecies falſitatis, & ille,qui litteras Summi Pontificis falſat remanet excommunicatus, cum factoribus, &defenſoribus,& ſi eſt Clericus priuabitur officio,& beneficio,& tradetur curiæ ſecu-lari,laici vero,vltrà excõmunicationẽ puniũtur iudicis arbitrio.c.ad falſariorũ.vbi Abb.n.1.& oẽs de crim falſ. Rub.in pract. fol.mihi 397. Ignat.de Salzed.c.117.Ioan. Vela.in tract.de pœn.delict.c.10.§.Clerici vero. & §.Hiſpanarum vero iure. attamen pœnam tradendi Clericum curiæ ſeculari, nõ obſeruari dicit Ioan. de Anan.in Rubr. de falſis circa fin. & Iul.Clar. libr.5. §. fin. quæſt.

Digitized by Google

quæſt.36 nu.39. imò à iudice Eccleſiaſtico eſt puniendus,ſine traditione curiæ ſecu-lari. vt dixi.verb.Clericus.§.87.

4 Quicunq; radit litteras confirmatorias principis,* ſeù iuſtitiæ committit falſum, ſicut de raſura alicuius inſtrumenti, vt tenet Innocent.& Ioan.And. in c.ex litteris defid. inſtr. & Salicet.in l.maiorem. C ad leg.Corn.de falſ.Doct.in c.ad falſariorum de crimin.falſ.Afflict.deciſs.404.nu.4.Iul. Clar.§.falſum.n.32.raſura tamen non nocet,quando non eſt in parte ſubſtãtiali,aut quando ſcriptura bene poteſt legi,vt affirmat Aimon.conſil 73.nu.15. Gram.conſil. 75.Cæſar.Vrſ.deciſs.404. nu.7.quamuis ab excommunicatione,non excuſetur radẽs, vel imminuens reſcriptum Summi Pontificis,etiam in parte non ſubſtãtiali,& licet non obſtante raſura, bene poſsit legi,quoniam ſufficit,quod raſura fiat,nec eſt diſtinguendum , vtrum ſit in parte ſubſtantiali, aut non.vt tenet Ioan.And.Innocẽt.Bald. & alij in c.ex litteris defi.inſtr.Afflict.dec. 404.n.10. nullus enim poteſt ponere manũ in reſcripto Summi Pontificis, niſi cãcellarius , vel officialis curiæ etiam in vna ſyllaba male compoſita.vt tenet Innocẽt. d.c.ex litteris,& Afflict.d.deciſ.404.n.10. In alijs tamen litteris non punitur pœna ordinaria,qui radit,aut diminuit in parte non ſubſtantiali,& quando raſura nemini eſt nociua,vt notat Socin.conſil.62. lib.1. & conſil.103.d.lib.1.Cæſar.Vrſ.deciſ.404. num.14.

5 Qui vtitur Litteris Apoſtolicis falſis priuatur officio,& beneficio,quamuis ipſe non falſauerit. c.ad falſariorum. vbi Doct. de crimin.falſ.nec excuſatur ab hac pœna ille,qui dicit ſe ignoranter illis vti,quoniã illas tenetur examinare,antequã illis vtatur.d c.ad falſariorum, vbi gl.verb.examinare,& gl.verb. litteras, in c.ſuper litteris de reſcript.ſi tamen obſtendat, ſiue exhibeat deceptatorem,aut falſatorem excuſabitur, quia tunc non videtur eſſe in dolo, ſine quo falſum non committitur.l.1.ff.ad leg Corn.de fal.& l.nec exemplũ,& l maiorẽ.C.ad leg.Corn.de falſ.Archid.& Turrecremat.in c.in memoriam.19.diſt.Ignat. de Salzed.c.117.n.4. Ioann.Vela.in tract. de pœn.delict.c.10.§.vtentes.

6 Falſans Litteras Imperatoris Regis, ſeù Principis,vel ſigillum Illorũ,aut addendo, vel detrahendo , ita vt mutetur ſubſtantia rei,ſiuè verborum, ſi liber homo eſt debet deportari,& bona illius confiſcabuntur, ſi non habuerit deſcendentes, vel aſcendentes, vſq; ad tertium gradum,ſeruus autem punietur pœna mortis. l.1. §.fin.vbi Doct. ff ad leg.corn. de falſ.& l.vbi falſi. C.eodẽ auth.vt nulli iudicum.§.fin.coll 9.gl.verb. legitimas.in c.ad falſariorum de crim.falſ. & ita in litteris cuiuscumq; ſenatoris, ſeù iudicis inferioris. d. l.1. d.§.fin.& §.fin.in d.authẽt.vt nulli iud.coll.9. de iure tamen canonico leuius punitur falſans litteras iudicum inferiorum. C. ad audientiam de crim.falſ.& gl.ver.legitimas.in d.c.ad falſariorum. eodem tit.

7 Clericus autem qui ſigillũ, aut Litteras Imperatoris,ſiuè Regis falſauerit,deponitur ab ordinibus,& ponitur illi aliquis character,& mittitur in exilium extra Epiſcopatum,ſiue prouinciam in qua deliquit.d. c.ad audientiã,vbi Abb. n.1.de crim.falſ. Hoſt.in ſumma de crim.falſ. §. fin. verſ. ſi quis autem.Ignat.de Salzed.c.117.n.3.

8 Sigillum tamen ſuo nomine, aut ſuis armis bene poteſt quicumq; habere,alterius vero nomine ſiuè incommuni non poteſt. c.dilecta.vbi gl.fin.& Ant.de But.Hoſt.Innocent.Ioann.And.Abb.& omnes de exceſſ.prælat.

9 Falſans litteras iudicis delegati Apoſtolici,& inferiorum iudicum, ſi criminaliter accuſatur debet ab ordinib9 deponi,& priuari omnibus beneficijs,& tradi in monaſterium ad agendam pœnitentiam,quæ detruſio apud nos,eſt pœna relegationis extrà prouinciam,ſeùEpiſcopatum per illud tempus,quod iudici videatur. c.ſi Epiſcopus.50.diſt.Abb.in cap.olim ex litteris de reſcript.Marian.Socin.in d.c.ad falſariorũ de crim falſ.Salzed. d. c.117.nu. 2.Ioann. Vela d.c.10. verſ.de falſarijs.

10 Falſans litteras Archiepiſcopi,ſiuè Epiſcopi eſt deponendus ab ordinibus,officio, & beneficio,& detrudendus in monaſteriũ d. c.ſi Epiſcopus. 50.diſt.Hoſt. in ſumma de crimine falſ.§.fin.verſ.in falſario litterarum Epiſcopi Ignat.de Salzed.& Ioann. Vela.vbi ſupra.hæc tamen pœna detruſionis in monaſterium iam hodie receſsit ab vſu.vt tenet Bernard.Dias in pract.c.128. Iul.Clar.§.fin.quæſt.70.n.9.

11 Falſans litteras capituli eſt ſuſpẽdẽdus, ab officio & beneficio,donec mereatur obtinere indulgentiam à Sede Apoſtolica. c.tam litteris.§ fin.vbi Abb.num.4.de teſtib.Hoſt.vbi ſupra.Salzed. d. c.117. nu.2.

Ioan.à Vela. in tract. de pœn. delict. c.10. verſ.de falſarijs vero.

12 Falſare tamen litteras iuſtitiæ nō præſumitur, cum facile concedantur, & licet quis illas falſas habeat,ſi illis vti noluerit cum falſitatem cognouerit,nulla pœna punietur.c accedens, & ibi gl.fin.& Abb.n.5. de crim. falſ. imo falſans litteras iuſtitiæ, ſicut ſunt citatoriæ, & inhibitoriæ alicui⁹ Epiſcopi,iudicis delegati, aut cuiuſcumq; iudicis inferioris nō punitur , vt falſarius, ſed arbitrio iudicis, vt ex illo text.in d. c. accedens de crimine falſ. Marian.Socin.in c.ad falſariorum. n.11.de crim.falſ.Ioann. Vela.in tract.de pœn.delict.verſ.de falſarijs.

13 Falſantes Litteras Apoſtolicas , Bullas, Supplicationes Summi Pontificis,aut vice cancellarij ipſo facto ſunt excōmunicati, per Bullam Cœnæ , quæ ſingulis annis in die Iouis Sancti publicatur,& quibus modis cognoſcatur falſitas in litteris Papæ,eſt text.in c.licet.de crimine falſi, & gl.verb. falſam,in c.in memoriam.diſt.19.

14 Falſum inſtrumentum producens committit falſum, ſi falſum eſſe ſciebat,quoniā ſi ignorabat non punitur. l. quod ignorās. ff.ad leg.Corn.de falſ.& l. poſt legatum. in prin. ff. quib.vt indig. & l.licet. vbi Doct. C.ad leg.Corn.de falſ.Iul.Clar.§ falſum.n. 24.& ad oſtendendum ſe ignoranter vſum fuiſſe.tenetur oſtendere,& exhibere fabricatorem , aut aliter probare ſe ignoranter vſum fuiſſe. l.maiorem. vbi Doct.C.ad legem Corn.de falſ.reiecta doctrina Boſſ.in titul.de faſis,n.155. & Iul.Clar. in d.§.falſum.n.25.dicentium,inuentum eſſe modū ad probandam ſcientiam producentis falſum inſtrumētum,ſaltem præſumptiuè,videlicet interrogando producentē,an velit vti ipſo inſtrumento, cum termino ad reſpondendū, & ſi in eo termino reſpondeat velle vti,puniretur de falſo,tanquàm ſciēter producens, hæc namq; cautela non eſt vera,quoniam ſi quis ignoranter produceret falſum inſtrumentum ad iudicium, ita ignoranter diceret ſe illo vti velle , vnde talis cautella,nec præſumptio vocari poteſt,cum non afferat ſpecimen veritatis.vt refert gl.verb.præſumatur in l.vnica.§.accedit. C de rei vx.act.Abb.in c.is qui.n.6. de ſponſ.& dicam.infra verb.præſumptio. §.1. & ad aliquem criminaliter puniendū pœna ordinaria,eſt neceſſaria probatio luce merediana clarior. l.fin. vbi Doct.C.de probat.nec ſufficiunt indicia,ſeù violentæ præſumptiones,quæ ſufficiunt in cauſis ciuilibus,vt tenet Ant.de Butr.& Hoſt.in c. quia veriſimile depræſumpt.Abb.& alij in c,afferte.eodem tit.Roman.in l.1.§.ſi quis. ff ad Silan.Iaſ.in l.ſi quis mihi.§.ſed quid ſi mandauit. n.14.ff.de acquirend.hæred.

15 Falſans monetam , falſarius dicitur , & tribus modis poteſt falſari.videlicet in forma ponēdo ſignum illius,qui illam cudere non fecit. l.falſi nominis,& l.quominus.ff. ad leg Corn.de falſ.& gl.verb. fraude.in l. vnica. C.de mut. nomin. & l.ſacrilegij. §. qui cum in moneta. ff ad leg.Iul. pecul. & c.quanto. vbi Doct.de iure iur. aut in materia metalli, quando fit de alchimia, ære, vel ſtagno, aut deliga non debita, vel cum aliqua materia immiſceatur, vbi nō debet. l.quicumq; nummos & l. lege Cornelia 9. ff.ad leg.Corn.de ſalſ. & l.1. & l.ſacrilegij. ff.ad leg.Iul.pecul.& extrauagant.vnica de crim.falſ.intercões, aut in pondere,quando fit moneta fraudato legitimo pondere, l.1, vbi Doct.ff.de contrah.empt.& c.2. de empt.& vend.& c.quanto.vbi Doct.de iure jur.ſumma Angel.ver.falſarius. §.4. Franciſc. Lucan.in tract.de fiſc.2.p.princip n.2 Domin.Ioan.Vela.in tract.de pœn.delict. c.11.in prin.

16 Monetam enim cudere non poteſt niſi Sūmus Pontifex,Imperator,Rex,aut Princeps,non recognoſcens ſuperiorē,ſiue ille cui ſpeciali priuilegio eſt conceſſum , aut præſcriptione cuius memoria non exiſtat in contrarium. c. vnico, quæ ſint regalia defeud.& gl.ver.cudendæ.in l.2 C.de falſ. monet.Abb.in d.c.quanto n.6.de iure iur. facit text. in c. ſuper quibuſdam de verb. ſign.extrauagant.vnica de dilat.intercões. Acurt.in Rubr.C.de veter.muniſm.lib.11. Hug.in tract. de officio quatuor prælat. c. de numer.excuſat.n 8.Mar.Laud.in tract. de monet.n.1.Curt.in eodem.tract.n.1.

17 Falſam monetam ſui Imperatoris , ſiuè Regis,cudens,committit crimen læſæ maieſtatis. l.2. vbi Doct.C de fal.monet. Caſtad.in tract.de Imperat. quæſt.118. nu.18. Boer.in tract.de ſeditioſ.§.6. n.2.& exuritur,& bona illius confiſcantur ; & domus, ſiuè fundus, in quo moneta fabricata fuerit fiſco applicatur,quamuis non ſit fabricantis,& dominus illius ignoret,cum procul non ſit,niſi dominus domus,ſeù fundi ſit vidua , vel pupillus, tutores tamen ſi i loco propinquo fuerint tantum de ſu

redden

Digitized by Google

reddẽt.fiſco.l.1.& 2.vbi Doct.C.de falſ.monet.& gl.ver.defraude,in c.quãto.vbi Abb. n.4.de iure iur. Viuius. lib.cõmunium.op. ver.monetam falſam.Iul.Clar.lib.5.§.falſum.n.46.Ioann.Vela.in tract.de pœn delict.c.11.§.puniuntur falſans tamen monetam alicuius ciuitatis,aut alterius inferioris à Papa,Imperatore,vel Rege,capite punitur. l.2.C de falſ monet.gl.ver.defraudata in c.quanto.vbi Abb. n.4.de iure iur. Bald.in l.2. C.de falſ monet.Cæpol. cõſil. 17. col.5. Boſſ.in pract.tit.de falſ.monet. n.6. Ioan.Vela. d. c.11.§.1. quæ pœna capitis intelligitur de pœna deportationis, vt excommuni.inquit Alex.conſil.121.nu. 1.lib.7,Iul.Clar.§.falſum.n.46.

18 Falſans monetam Regis Franciæ,aut Regum circumuicinorum,& Nauarræ,emens, ſeù vendens ſcienter, de iure canonico incurrit maiorem excommunicationem,extrauag.vnica.vbi Doct.de crim.falſ.Ioann. 22.in praxi vero,qui in gallea falſificat monetam Regis,ſuffocatur in aqua feruente, vt ait Igneus.in repet.§.non aliàs.nu.597. ff.ad Sylan. vt refert Iul.Clar. libr.5. §.falſum.n.46.

19 Qui radit,minuit,mutilat,aut tingit monetam , ſi eſt homo liberdatur ad beſtias, ſeruus autẽ punitur vltimo ſuplicio. l.quicumq;.ff.ad leg.Corn.de falſ. & l.fin C.de veter.muniſm.lib.11.gl verb. de fraude in c.quanto.vbi Abb.n.4.de iure iur.Iul Cla. lib.5.§ falſum.n.47. Ioan.Vela in tract.de pen.delict. c.11.§.tondẽtes.in noſtra Luſitania tamen ſi raſura , aut diminutio ſit in quantitate mille teruntiorum vltimo ſuplicio eſt puniendus,& perdet omnia ſua bona , in minori vero deportabitur cum amittione bonorum.ord.lib.5.tit.12 §.4.

20 Expendens ſcienter falſam monetã adulterinam plubeam , vel ſtagneam, incurrit pœnam Corneliam de falſis, quæ regulariter eſt deportatio,omniumq; bonorũ cõfiſcatio, in homine libero , in ſeruo autem vltimum ſuplicium. l.1.§.fin.& l.lege Cornelia.ff.ad leg.Corn.de falſ.Abb.in c.quãto.nu.5.de iure iurand.ſi tamen aliomodo falſa ſit debet puniri pœna extraordinaria per arbitrium iudicis, cõſiderata qualitate fraudis,doli,atq; perſonæ,vt tenet Bart.in l.lege Cornelia. n.3.ff.ad leg Corn.de falſ. & Abb.in c.quanto.n.5.de iure iur. Cou.r. in collat.muniſmar. c.8. Alex. conſil.121. n.3.lib.7.Mar.Laudens.in tract.de monet. n.28. Curt.in eodem tract.nu.20.Marſil.in l.qui falſam. nu.64. ff.ad leg Corn. de falſ. Viuius.lib.cõmu.op.ver. monetam falſam ſcienter, quæ opinio eſt verior, & æquior. quàm illa,quam tenet Salicet.in l.2.n 6 C. de falſ. monet.dicens indiſtincte eſſe ponendam pœnam ordinariã per noſtr.ord. tamen Reg.lib.5. §.3 ſi expendat in quantitate mille teruntiorum , aut per treuices quingentorum morietur.

21 Clericus vero,qui falſam monetam cuderit, deponitur ab ordinibus, & officio, & beneficio,& traditur in perpetuum carcerem , vbi enim deliquens de iure ciuili punitur pœna mortis pro delicto Clericus de iure canonico deponitur, & perpetuò in monaſterium detruditur ex Abb. in c. tuæ.n.4.de pœn.in noſtra Luſitania tamen, quando Clericus committit delictum,pro quo de iure ciuili erat puniendus pœna mortis,mittitur vltra mare in Ethyopiam, & ita obſeruat praxis.

22 Falſans menſuram,& pondera, ſiue illis ſcienter vtens,vltra peccatum mortale,tenetur reſtitutioni totius damni,quia pondus,aut menſura à nemine eſt fraudanda. c.2.de empt.&vẽd.& c.nõ offeramus.24.q. 1. ſi tamẽ de hoc crimine accuſetur debet condemnari induplum,& in inſulam relegari.l annonam.in fin.ff.de extràord.crim. & l.pen.ff.ad leg.Corn.de falſ.& l.in dardanarias.ff.de pœn.Abb.in d. c.2. nu 3.de empt.& vend.ſumma Ang.verb. falſarius. §.11. ſi vero eſt ſeruus punitur pœna mortis.l.1.§.fin.vbi Doct.ff.ad leg.Corn.de falſ.

23 Falſa demonſtratio, non vitiat, cum de corpore conſtat , quia demonſtratio nihil aliud eſt,quàm rei exiſtentis oſtenſio.l.idẽ Pomponius.§.cum in rem.ff.de rei vind.& l.in venditionibus. ff. de contrah.empt.& l.demonſtratio. & l.falſa demonſtratio. & l. nominatim. ff. de cond. & demonſtr. in inſtitutione hæredis tamen , & in legato vitiat. l.quotiẽs. vbi Bart.ff.de hæred.inſt. & §.ſi quis,& §.ſeq.inſt.delegat.

Verbo Fama.

1 FAma eſt illæſæ dignitatis,ſtatus,legibus, ac moribus comprobatus,quæ ex delicto noſtro,aut minuitur auctoritate legis, aut conſummitur. l.cognitionum. §.exiſtimatio.ff.de varijs,& extràord.cogn.& glo. ver.notorium.in c.veſtra de cohabit Cler. & mul.vbi Abb.n.12.

2 Fama quoad iuris effectum eſt cõmunis locutio,

locutio,ſurgens ex veriſimilibus coniecturis,a tota vicinitate, ſiuè a maiore parte illius, vt notatur in c.ſi duo 35. quæſt. 6. & abb.in c.ſuper eo de eo qui cogn.conſang. vx.n.3.ſumma Angel.ver.fama.§.4.ſi tamē non ſit locutio omnis vicinitatis,aut maioris partis illius,ſed minoris,dicitur tunc rumor,& non fama gl.ver. rumor in d.c.ſuper eo vbi Abb.n.3,& gl.ver. ſicut in d.c. ſi duo,idem Abb.in c.qualiter.2.n.5.de accuſat. Bart.in l.de minore §. plurium n.7. ff.de quæſt.

3 Fama autem quæ non procedit ex veriſimilibus coniecturis,non dicitur fama,ſed vanæ voces populi, quæ non ſunt audiendæ,nec admittendæ.c.2.vbi Abb.n.1.de elect.& l.cum decurionum filij.vbi Bald.c. de pæn,& l ſi priuatus.ff. qui & a quib.& l. Diuo Marco vbi Bald. & Salicet C.qui manumitt.non poſſ.& l.ſi conſtet.ff.de appellat. quia propter malus doctor fuit Pilatus, qui condēnauit Chriſtum Dominum propter vanas voces populi,quæ non ſufficiunt ad probationem,vt eſt tex.in c. inquiſitionis §.quæ ſi viſti. vbi gl. fin.& Abb.n.4.de accuſat. Bart.in l.de minore §. plurium n. 18.ff.de quæſt.& vt fama probet debet procedere ex iuſtis, & veriſimilibus coniecturis,& fide dignis,vt tenet Bart.d.§.pluriū. n.15.& Hyppol.ibi.n. 108. Valaſ,conſult. 176.n.8.

4 Fama mala aliquando procedit ex dicto vnius,quoniam multitudo,facile ſequitur dictum vnius c. cum in iuuentute vbi. Ant.de Butr.Hoſt.Ioan And. Abb. & omnes de purgat.can.Leo.intruct.noui op.c. 3.n.22.

5 Fama ſola non ſufficit in criminalibus ad aliquem condemnandum,nec cum vno teſte, aut alia ſemi plena probatione probat in criminalibus,vbi requiritur apertiſſima probatio,l.vlt.c.de probat, & c. Epiphanium 5 quæſt.vlt. & gl.ver.illorum.in c.veniens 10.deteſt.& Marſil.in l.deminore §.plurimum n.55.ff.de quæſt.& Dec. cōſil. 210.circa fin.licet enim fama probaret ſemiplene, non ſufficeret,quia in criminalibus non coniunguntur duæ ſemi plenæ probationes,vt tenet grat. conſil.47.nu.7. lib.5.Simanc.de hæret.cap.50.n.2. & dicā infra ver. probatio. §.51. cum alijs tamen vrgentibus indicijs,ſeù coniecturis,vel adminiculis, bene probaret fama in caſibus difficilis probationis,aut ſecundum materiam ſubiectam c.præterea vbi doct.deteſ. & gl. ver. manifeſtos in c. cum indixceſi vbi Abb. nu.5. de vſur. & gl.ver. fama vbi Abb.n.8 & alij in c.1.de appellat.idē Abb. in c.interdilectos n. 6. defide inſtr.& gl. ver.ex fama in c.ex litteris vbi Doct.de iure iur,Iaſ.in rep.l.admonendi n.159.ff. eodem,& dicit communem Crot.in tract.de teſt.n.102.

6 Fama ſola ſufficit ad impediendum matrimonium in illo contrahendo, & etiam ad impediendum, ſicut ſufficit fama, ſufficit vnus teſtis, c.cum in tua.de ſponſal. & c.ſuper eo de conſang. & afin. & c. ſuper eo.2.de teſtib. & gl.ver.ex fama.in c.ex litteris.de iure iur. & gl.ver de fama.in d.c. cum in tua deſponſal. fama tamen cum alijs adminiculis ſufficit ad probandum matrimonium.c.illud vbi Abb.n.1. & omnes de preſumpt.matrimonium tamen iam cōtractum non diſſoluitur perdictum vnius teſtis ſeù famam dico,ver. matrimonium. §.46.

Verbo Fauores.

1 FAuores ſunt Ampliandi, odia verò reſtringenda.c.odia vbi notant communiter Doct.de regu.iur.lib.6.c.4.c. tua 25. de decim,& c. quædam lex.35.quæſt.3. & c.1.& fin.vbi Ioan.And.de fil.presb.lib.6. & l.1.c.de ſent.paſſ.& reſt.& l.cum quidā. ff.delib.& poſth.

2 Fauores tamen non ſunt concedendi in præiudicium alicuius, nec cōtra iuſtitiam, c.nuper.§.quod autem vbi Abb.n.3.de donat.int.vir.& vx.& c.cum cauſam vbi doct. de probat.

Verbo Feriæ.

1 FEriæ dicuntur eo quod præſtant vacationem ab operibus ſeruilibus, ſiue ab his, quæ fiunt in foro iudiciali, & ſunt in triplici ſpecie, nam aliæ ſunt introductæ obreuerentiam, & honorem Dei,& ſanctorum eius, vt eſt text. in c. conquæſtus vbi Abb.n.1.de fer.& l.dies feſtos vbi Bald.& Salicet. c.de fer.aliæ dicuntur ruſticæ,inductæ cauſa meſsium, aut vindimearum, & inducuntur bis in anno ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſq; regionis. c. fin.vbi. Abb.n.8.de fer.& l.1.vbi Doct.ff.de fer. & l.præſides. ff. eod.& l. omnes dies vbi. gla. ver.menſibus,& Bald.C.de fer.aliæ dicuntur repentinæ quia repente in ducuntur ob

reue-

reuerentiam principis, aut ciuitatis, quando princeps propter aliquam rem ferias inducit, ſicut dies natiuitatis principis, aut imperij illius, aut quia duxit vxorem, vel alia iuſta de cauſa. l. ſed, & ſi, §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. omnes dies. vbi Doct. C. de fer, hæ tamē feriæ repentinæ à nullo dari poſſunt, niſi a principe l. a nullo. vbi Bald. & alij. C de fer. Abb. in c. fin. n. 8. de fer. & ſi ferijs iſtis partes læduntur datur illis reſtitutio, quod non eſt in alijs ferijs quoniam hæ præuideri non poſſunt d. l. ſed et ſi. §. ſi feriæ vbi Bart. ff. ex quib. cauſ. maior. Abb. in d. c. fin. n. 8. de fer.

2 Ferijs introductis in honorem Dei, & ſanctorum eius, & repentinis, non poſſunt partes renunciare, feriæ tamen introductæ in fauorem hominum regulariter poſſunt à partibus renunciari, c. 1. & c. fin. vbi Abb. num 9. de fer. & l. 1. & l. ſi feriatis vbi Doct. ff. de fer. & l. omnes dies circa fin. C. de fer. gl. fin. in c. vlt. de iud. ſpecul. in tit. de renunciat. & concl. §. 1. col. 3. & in tit. de ferijs §. fin. Bart. in l. ſi feriatis. num. 2. ff de arb. Iaſ. in d. l. 1. n. 3. & 4. ff. de fer. & Bald. & alij in l. 1. C. eod. fallit tamē, vt in clem ſæpe, & vbi gl. ver. ob neceſſitatem de verb. ſign. & Abb. in d. c. fin. n. 13. de fer.

3 Actus tamen voluntarij, qui fiunt ſine ſtrepitu iudiciali, & ſine partium contentione, ſicut ſunt partitiones, tranſactiones, donationes, venditiones, & ſimilia, bene poſſunt fieri diebus feriatis in honorem Dei, & etiam poſſunt notarij facere quæcunq; inſtrumenta priuata in illis diebus, cum non ſint actus iuriſdictionis contentioſæ, ſed extra iudiciales l. actus vbi Bald. & l. fin. vbi Doct. c. de fer. Abb. in c. fin. nu. 16 de fer. ſpecul. in tit. de fer. §. ſequitur. verſ. quid ſi in ferijs, & etiam de nocte. l. non minorem vbi Bart. n. 2. Bald. Paul. de Caſt. Iaſ. & alij. C. de tranſact. & l. ad textū §. poſſe. ff. de teſtament.

4 Feriæ tamen meſsium, & vindemiarum non obſtant ad executionem ſententiæ. c. fin. vbi Abb. n. 20. de iud. & c. fin. vbi etiam Abb. n. 13. de fer. & c. ſicut 2 qu. 1. & clem. ſæpe vbi gl. ver. ob neceſsitatem, & Doct. de verb. ſign. quoniam executio ſententiæ dicitur cauſa ſummaria l. a diuo pio §. ſi ſuper rebus vbi Doct. ff. de rei iud. Bart. in l. litibus, num. 11. de C. Agricul. & cenſit. lib. 11. Lanfrac. in d. clem. ſæpe. 13. concluſ. Marant. de ord. iud. 4. p. diſt. 9. n. 175.

5 Feriæ etiam non obſtant in cauſis ſummarijs, in illis enim poſſunt dari tutores, aut curatores, & conſtitui alimenta, & poteſt vēditoris nomine in poſſeſsionē mitti & cōtendi de rebus, quæ tempore ſunt perituræ, & in omnibus alijs cauſis ſummarijs poteſt contendi tempore feriarum introductarū cauſa meſsium, ſeù vindemiarum. d. clem. ſæpe. vbi notāt Doct. de verb. ſign. & l. eadem oratione. & l. ſolet etiam. ff. de fer.

6 Feriatis diebus cauſa meſsium, aut vindemiarum cognoſcitur de cauſis incarceratorum, quoniam cauſæ illorum indigent celeritate. l. cuſtodias. vbi Bart. & omnes. ff. de publ. iud. & l. Diuus Traianus. ff. de fer. & l. vnius. §. fin. ff. de quæſt. & l. 1. ff. de dān. infect.

7 Feriatis diebus etiam ad honorem Dei, licet ſit dies Paſchæ poſſunt latrones inſignes Duci ad Furcam. l. prouinciarum. vbi Doct. C. de fer. & Abb. in c. fin. n. 14. de fer. notant omnes Doct. in l. nemo deinceps. C. de Epiſcopal. aud.

8 Diebus Dominicis, vel feſtiuis nō licet exercere actus iuriſdictionis contentioſæ, nec litigare, nec iudicare, nec iurare, nec mercari ſed de veſpora, in veſporam eſt obſeruandus dies feſtiuus. c. 1 & c. fin. vbi Doct. de fer. & l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de fer. attamen hodie non vacatur ab operibus, niſi de media nocte ad mediam noctem.

9 Sancti non indigēt noſtris orationibus, ſed nos ſuis præcibus indigemus, & ideo eas venerari tenemur, & preces, & orationes in eas fundere debemus. c. cū Marthæ. §. tertio loco. vbi notant Doctor. de celeb. miſſ.

10 Oratio eſt quædam petitio ad Deū porrigenda ex piamēte, vt homo hebeat quid quid iuſte, & ordinate velit, & poteſt porrigi ad ſanctos nō tanquam per ipſos implēda, ſed vt præcibus, & meritis ipſorum exaudiatur à Deo, & ideo qnando in eccleſia dirigimus orationem ad Deum, dicimus te rogamus audi nos, & ſi ad ſanctos dirigitur oratio, dicimus orate pro nobis, c. quādo autem de conſecrat. diſt. 1. gl. verb. orationes in Clem. vnica de reliq. & venerat. ſanct.

11 Venerari pro ſancto nemo poteſt, ſine licētia, & permiſſu ſummi Pontificis, c. 1. vbi Abb. n. 1. de reliqu. & venerat. ſanct. & ab illo ſunt canonizandi, & in illa canonizatione ſunt teſtes ex aminandi, c. venerabili,

bili,vbi Doct.de teſt. qui teſtes debent deponere de martirio,ſiue de meritis illorũ. attamen nec martirium prodeſt illi, qui perſeuerauerit in errore, & deceſſerit in peccato mortali,c.firmiſsime.vbi Doct. de hæret.

12 Reliquiæ ſanctorũ ſunt habẽdæ in magna veneratione,& non poſſunt vendi, nec ſunt paſsim oſtendendæ. c. cum ex eo vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb.& oẽs de reliquijs,& venerat.ſanct.

13 Feſtorum principium, & finis, fieri debet ſecundum ipſorum magnitudinem, & conſuetudinem regionis,c.quoniam in parte de fer. Feſtum Corporis Chriſti celebratur feria quinta poſt octauam Pẽthecoſtes clem.vnica de reliq.& vener.ſanct.Feſtum Conceptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis celebratur cum indulgentijs, quæ in feſto corporis Chriſti conſequuntur extrauag.1.de reliq.& venerat.ſanct.inter coes. Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ eſt ſolemnius feſto natiuitatis eiuſdem,gl.verb. Aſſumptionis,in c alma mater.de ſent.excommunic.lib.6. Feſtum duodecim Apoſtolorum, & quatuor Doctorum Eccleſiæ celebratur ſolemniter ſub duplici efficio. c.vnico de reliq.& vener.ſanct.lib 6. Feſtum Sancti Mathiæ celebratur in anno biſextili, ſecundum cõſuetudinem locorum, & regionis,c.quæſiuit §.feſtũ de verb.ſign. & gl.verb.biſexto,in l.3.§. minorem.ff. de minor.

14 Feſtum alicuius ſancti canonizati poteſt Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu facere feriari.c.1.de cõſecrat.diſt.3.& gl.ver. Sedis in c. vnico. vbi Doct. de reliq. & venerat. ſanct.lib 6.

15 Apoſtoli finguntur habere facies diuerſas quatuor animalium,videlicet,hominis, leonis,bouis,& aquilæ,quia Mathæus incipit ab humana generatione, fingitur per hominem, Marcus incipit a clamatione in deſerto,& ideo fingitur per leonem, Lucas autem fingitur per vitulum,quia incipit à ſacrificio,Ioãnes tamen per aquilã,quia incipit a diuinitate Chriſti gl.ver. Ezechiel in clem.1.de ſumma Trinit.

Verbo Fideiuſſor.

1 Fideiuſſor dicitur a fide iubendo,& ille qui obligationem alterius ſuſcipit, vt reſoluunt Doct.in rubrica inſt. de fid.iuſſ. & lato modo dicitur debitor, vt tenet Iaſ. in l.ſi fideiuſſor alias, l.ſi cui legatum n.3. ff de leg. 1. & poteſt interuenire tam ante factum,quã poſt. l.1.& per totum C.de fid. iuſſ.ſumma Ang.ver.fideiuſſor in prin.

2 Fideiuſſor non tenetur,quando principalis obligatio non valet, quoniam fideiuſſio eſt acceſſoria obligationi principali, quæ ſi non tenet,ſaltim naturaliter,non fit obligatio.l.qui contra, & l. ſi quis pro eo. vbi Bart.n.15.ff.de fide iuſſ.& l.ſi ſeruus.ff. ſi quis caut.& gl.ver.fidei iuſſoria.in c.grauis.de cenſib.& l.cum lex. vbi Doct. ff. de fide iuſſ.

3 Fideiuſſor tamen poteſt interuenire in omni obligatione,tam ciuili,quam naturali,& ante, & poſt debitum contractum, l. græce.§.& poſt litem,& l.1.vbi Bart.a n.2. & l.2.ff.de fid.iuſſ.& §.2.inſt.eod.& l. non quemadmodum.ff.de iud.& l.fideiuſſor 16. §.fideiuſſor.ff.de fid.iuſſ.

4 Fideiuſſor pro minore,ſiue furioſo, tenetur quando obligatio minoris,ſeu furioſi,venit a re,& quando minor, vel furioſus naturaliter erat obligatus,l.2. & l. fideiuſſ. vbi Paul.de Caſtr.& l.ſi a reo,§.furioſo.vbi Bart. ff. de fid. iuſſ. ſi tamen fideiuſſor pro minore,prodigo,vel furioſo naturaliter obligato,ſine tutoris autoritate,ſoluat, non habet actionem contra illos,nec poteſt recuperare ab eis illud, quod ſoluit ratione mandati, cum ei mandati actio non competat.l. Marcellus. vbi Bart.nu.1.ff.de fide iuſſ. Iaſ.in l.ſi cum procuratorem.n.6.ff.de re iud.ſi autem minor,ſeu prodigus naturaliter fuiſſet obligatus, aut remaneret locupletior.daretur tunc actio fideiuſſori, contra minorem,vt tenet gl.verb.obligato.in d.l.Marcellus,& ibi Doct.ff.de fid.iuſſ.

5 Fideiuſſor pro ſeruo tenetur ac ſi fideiuſsiſſet pro libero,quoniam fideiuſſor tenetur pro fideiuſsione illius, qui naturaliter eſt obligatus,l.ſi ſeruus. §. ſeruo,ff. de act. Empt & l.2.& l. quod enim, & l. cum fide iubeat.vbi Doct.ff.de fide iuſſ. & l.fin. vbi Bald.& alij. C.quod cum eo,& §.2.vbi Ang.inſt.de fid.iuſſ.ſeruus tamẽ fide iubẽs nec naturaliter obligatur.l.ſeruus.vbi Bart. ff.de fid.iuſſ.

6 Competit tamen exceptio fideiuſſori pro naturaliter tantum obligato. l. ſed ſi pater.§.non ſolum.vbi Bart.ff.ad ſenat.cõſult.maced.& l.excepti ones,quæ §. rei autem,& l.omnes ff.de except.& l.ſi quis ſeruum.ff.ſi quis caut.& gl.ver.poſſe.in l.quod enim.ff.de fid.iuſſ.

Digitized by Google

· Fideiuſſori pro minore non competit
reſtitutio in integrum, licet minori com-
peteret.l.deniq; §.ſed verum.vbi gl.ver.in
terdum.& l.in cauſæ.13.vbi Bart.ff.de mi-
norib.& l.1.& 2.vbi Bart.Bald.Alex.& om
nes. C.de fideiuſſ. min. Leo in tract.nou.
oper.c.2.n.26 Merg.conſil.28.n.14.

Fideiuſſor, quamuis non vtatur actione
7 de in integrũ reſtitutione, quæ minori cõ-
peteret, poteſt vti alia quacumq; actione,
qua principalis debitor vti poterat, ſeù
præſcriptione, vel quacumq; excuſatione.
l.ex perſona.vbi Paul.de Caſt.& l.ſi ſtipu-
latus es opus.ff.de fideiuſſ.& l.omnes ff.de
except.niſi quãdo debitor principalis bo-
nis cedit, aut illa amiſit, quia tunc fideiuſ-
ſor pro iure priſtino conueniri poteſt, quã
uis debitori exceptio competeret. l.1.vbi
Bart.Bald.& omnes. C.de fideiuſſ.& §.ex-
ceptiones vbi Ang inſt.de replicat.

Fideiubere poteſt quicumq; habet ple-
8 nam, & liberam bonorum ſuorum admi-
niſtrationem.l.qui ſatiſdare.vbi Doct.ff.de
fideiuſſ.ſumma Ang.ver.fideiuſſor.§.2.

Mulier tamen nõ poteſt fide iubere pro
9 viro. l.2. vbi Bart.& gl.1. ff. ad Velleian.&
etiam non poteſt fideiubere pro altero, niſi
quando fideiubet pro pretio dando, vt
quis manumittat ſeruum ſuũ, aut pro dote
alicuius mulieris, vel quando accipit pre-
tium pro fideiubendo, vel aliquid loco pre
tij, aut quãdo infraudem fideiubet, vt cre-
ditorem deciperet, aut quando certificata
renunciat beneficio Velleiani. l.1.vbi Do-
ctor.& per totum.ff ad ſenat.conſult.Vel-
leian.quamuis in noſtra Luſitania non ob-
ſeruatur hæc renunciatio beneficij velle-
iani, imò licet mulier renũciaret expreſſe
illi beneficio velleiani, in caſibus, quibus,
illo frueretur non valeret talis renunciatio,
qua renunciatione non obſtante fruebitur
illo beneficio, ſicut illi non renunciaret,
quoniam fragilitas mulieris, propter quã
illi fuit conceſſum beneficiũ velleiani, illã
inducit ad illi renunciandum, & ſi obſer-
uaretur illa renunciatio, in nihilo mulie-
ris fragilitati ſubueniretur, qua propter
optimè cõſiderauit noſter Legiſlator.ord.
libr.4.tit.61.§.6. attamen hæc ordinatio
non eſt obſeruãda, niſi in noſtra Luſitania,
& in foro ſeculari, quamuis optimè ſit cõ-
dita.

10 Clericus nõ debet fideiubere pro laico,
niſi in magna neceſsitate, ſi tamen fideiu-
beat tenetur tantum de patrimonio, vel de
redditibus Eccleſiæ, quos ſuos fecit.cap.1.
vbi Ioan.And.Hoſt.Abb.& omnes.de fide-
iuſſ.ſi tamen fideiubeat in contractu, tenet
fideiuſsio, niſi ſit de iudicio ſiſti, quia ibi
non tenet fideiuſsio inter laicos, cum Cle-
ricus non ſit eiuſdem fori. l.1.vbi Doct.ff.
ſi quis in ius.vocat.& Abb.in d c.1. n 6.de
fideiuſſ. Clericus tamen pro Clerico bene
poteſt in quocumq; fideiubere. cap.2. vbi
Abb.n.1.& alij de fideiuſſ.

11 Fideiuſſor laicus pro Clerico eſt cõue-
niendus coram iudice laico, & non coram
iudice Eccleſiaſtico, quãuis Clericus fuiſſet
conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico,
niſi ille fideiuſſor laicus iuraret non decli-
nare forũ Eccleſiaſticũ, quia tunc ratione
iuramenti erit conueniẽdus coram iudice
Eccleſiaſtico. c.ex reſcripto. vbi Abb.n 2.
de iure iur. Bald.in l.fin. C. de priuil dot.
& Lud.Roman. ſingul verb. fideiuſſor.nu.
645.Guid. Papa. dec.562.Afflict. dec.206.
n.1. Cæſar.Vrſ.dec.206.n.1.

12 Fideiuſſoribus pluribus datis ad vnum
debitum inſolidũ, tenetur vnuſquiſq; pro
ſua parte, ſi tempore litis conteſtatæ ha-
bebat vnuſquiſq; vnde ſoluere poſſet. l.
fin. C de conſt.pecun.& auth.de duob.reis
promitt.vbi Bart.coll.7.§.ſi plures, vbi Do
ctor.inſt.de fideiuſſ. fallit tamen, vt in gl.
verb.partes.ind.§.ſi plures inſt.de fideiuſſ.
ſi tamen aliquis ante diuiſionem fieret nõ
ſoluendo, teneretur tunc vnus pro alio, l.
inter fideiuſſores ff.de fideiuſſ.& d.§.ſi plu
res.& d.l.fin. C.de conſt.pecun. & d.auth.
ex duob.reis promitt. vbi Bart.coll.7.ob-
ſeruabitur tamen quod eſt cautũ apud nos
per ord.lib.4 tit.59.§.4.

13 Fideiuſſor ſoluens totum debitum, non
poteſt conuenire aliũ confideiuſſorẽ, niſi à
creditore illi ceſſa ſit actio.l.vti fideiuſſor.
vbi Doct. ff. de fideiuſſ. & l.cum alter. vbi
Bart.Bald.& oẽs.C.eodem tit.& §.ſi plures
inſt. de fideiuſſ. debet tñ creditor illi pro
rata actionem cedere. l.fideiuſſoribus.vbi
Bart.Paul.& alij.ff.de fideiuſſ.& l modeſti-
nus.ff.de ſolut.Abb.in c.2.n.7.de fideiuſſ.

14 Fideiuſſor ſoluens creditori poſt ceſsio-
nẽ datam ab illo creditore, quàm illi dare
tenetur, tàm in pignore, quàm in hypothe-
ca, habet actionẽ contrà principalẽ debi-
torem.l.qui debitorem.vbi Paul.de Caſtr.
ff de fid.iuſſ.& l.creditori.vbi Bart Bald.&
Salicet.C.eod.tit.& §.quid autẽ.inſt.eod.

15 Fideiuſſor non eſt prius conueniendus,
quàm principalis debitor, niſi renunciet.

Digitized by Google

auth præſente C.de fid.iuſſ.quoniã ſi principalis debitor eſt præſens, debet prius conueniri,quàm fideiuſſor, ſi tamen fuerit non ſoluendo, aut fuerit abſens tunc poterit creditor prius conuenire fideiuſſorem,ſi ille tamen petat tempus ad principalem debitorem præſentandum, debet iudex tunc illi concedere congrum tempus. d authẽt.præſente,vbi Bald C.de fid. inſſ. Abb.in c.2. n 6. de fid.iuſſor.in noſtra Luſitania tamen poteſt conueniri fideiuſſor priusquàm principalis debitor ſi ſe obligauit tanquam principalis debitor.ord. lib.4. tit.59. §.3.

17 Fideiuſſor in quocumq; contractu, tenetur ſoluere,quamuis debitor bona amittat poſt debitum contractum,quoniam publicatio bonorum debitoris, fideiuſſorem non liberat. l.1.vbi Bart.Bald.& omnes.& l.ſententia C.de fid.iuſſ.& gl.verb.quo ergo.in l. ſed,& ſi. vbi Doct. ff.ſi quis caut. & ſumma Angel.ver.fideiuſſor.§ 9.

18 Fideiuſſor liberatur per prorogationẽ creditoris,quando per illam prorogationẽ fit noua obligatio,aliter vero non liberatur, l.ſi cum hermes. vbi Bald. C.delocat. & l.ſtipulatus,& l.vbicumq;. vbi Bart.ff.de fid.iuſſ. Iaſ.in l.1. nu.18. C.de iud.quando enim præcedens obligatio nouatur, ſi prima remanet fideiuſſor tenetur naturaliter ſi tamen fit noua nõ tenetur per illam renouationem.l.1. vbi Doct. ff.de nouat.& l. item quæritur. §.qui impleto.vbi Doct. ff. locat. & ſumma Angel.verb. fideiuſſor. §. 17. vnde fideiuſſor ſe obligauit pro ſemeſtri vltrà obligatus non eſſet, ſi creditor tẽpus prorogaret. Bart.in l. Lucius.2.§.Paulus. ff.de adminiſtr.tut. Iaſ. in l. ſi vnus. §. ſi cum Leo.n.2.ff.depact.

19 Fideiuſſor non tenetur in plusquam illud,pro quo fideiuſsit.puta debitor in decem dedit fideiuſſorem ſuo creditori, & poſtea contraxit debitum pro alijs decẽ, & dedit pignora, pro vtroq; debito, aut non, non ideo tenetur fideiuſſor, niſi pro decem,pro quibus fuit obligatus.l.fideiuſſores,& l fideiuſſor. vbi Doctor. ff de neg. geſt.nec tenetur in plus quam illud,inquo principalis debitor erat obligatus,quoniã fideiuſſor non poteſt obligari ad duriorem cauſam, tàm in debiti quantitate, quàm in loci diſtantia. l.Græce. §.illud commune. vbi Bart & l.fideiuſſor. §.qui certo.loco. & l.hi qui. ff.de fideiuſſor.& §.fideiuſſores inſt.eodem.

20 Fideiuſſor non liberatur per petitionẽ contra principalem debitorem intentatam,ſed per exactionem in effectu factam. l.fin.vbi Doctor. ff.de reb. cred. nec etiam liberatur ſi creditor fuerit in mora petendi debitum,quamuis fideiuſſor ille denunciaſſet ipſi creditori, quod debitor fiebat non ſoluendo, quia ſemper remanet obligatus donec debitor per ſoluat,aut creditor illum exoneret.l.ſi fideiuſſor creditori. vbi Bart.ff.de fideiuſſ.Bald. Paul.de Caſtr. Alex.& Iaſ.in d.§.fin.ff.de reb.cred.Doct.in l.decem ff.de verb.obligat.

21 Fideiuſſor nõ poteſt agere contra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiuſsione,antequàm ſoluat,niſi ſi diu ſteterit in obligatione, quod tempus relinquitur in arbitrio iudicis, aut ſi debitor bona ſua deſsipiat. l.Lucius Titius, & gloſ. fin. ibi,& Doct. ff. de mand. & l.in debitum ff. de cond.in debit.& l.ſi pro ea, C.mand. & c.eum pro quo de fideiuſſ ſumma Angel. verb.fideiuſſ. §.18.aut ſi obtulit,conſignauitq;, & depoſuit pecuniam. l.qui mutuã. §.fideiuſſor.ff mand.& gl.fin.in d.l.Lucius Titius. ff.eodem, aut quando in contractu actum fuit, vt fideiuſſor ad tẽpus teneretur d.l.Lucius Titius.vbi gl.fin.& Doct ff. mand.& l. ſi pro ea. vbi Bald.& Salicet.C. mand.Guid.Papa. deciſ.117. Afflict.deciſ. 241.n.3.Cæſar Vrſ.deciſ.241.n.4.aut quãdo principalis debitor vult ire ad longinquas,& remotas terras, aut quando poſt fideiuſsionem interuenit magna inimicitia inter fideiuſſorem, & principalem debitorem, tunc enim poteſt fideiuſſor obligare debitorem, vt eum liberet à fideiuſsione Caſſan.in conſuet. Bur.deſ.rentes.Rubric. 5.n.25. in Roman.ſingul.81.Aret.in cõſil. 495.Cæſar.Vrſ.deciſ.241.n.4:

22 Fideiuſſor relinquit hæredem ſuũ obligatum per ſuam fideiuſsionẽ. l.poteſt accipi. ff.de fideiuſſ.& l.Lucius. vbi Doct. ff. eodẽ & l.1. vbi Bald. C.de conſt.pecun.& l.ſi decem ff.de verb.ſin.& §.fideiuſſor nõ. vbi Doct.inſt.de fid.iuſſ.nõ tenentur tamẽ plures hæredes fideiuſſoris in ſolidum, ſed vnusquiſq; pro ſua parte. vt tenet Bart.in d.Lucius.ff.de fid.iuſſ.

23 Fideiuſſor remanet ille,qui dixit creditori,ſi debitor tibi non ſoluerit,ego ſoluam, & tunc tenetur poſtquam debitor fuerit interpellatus. l. fideiuſſor.16. §.fin. vbi gloſſa verb.reus, & Doctores. ff. de fideiuſſor. aut ſi principalis debitor fuerit

in mora

Digitized by Google

in mora, aut moriatur, aut deſineret poſſe ſoluere. d.l.fideiuſſor.§.fin. vbi Bart.nu.3. poſt gloſſ.ibi verb.teneretur.ff.de fideiuſſ. & l.ita ſtipulatus. vbi gl.verb.non poſſe,& l.mora.vbi Doct.ff.de verb.obligat.

24 Fideiuſſor fit etiam ille,qui mittit Epiſtolam alicui,vt pecuniam ſua fide,& periculo accommmodet alteri,& tenetur ad illam pecuniam, quam dare miſit. l. Lucius Titius. vbi Doct. ff.de fideiuſſ. & l.ſi vltra. vbi Bald. C. de fideiuſſor. & ſi dixit, quòd obligabatur ad quamcumq; pecuniam, quam illi daret,tenetur ad pecuniam multis vicibus accommodatam. l.ſi ita ſtipulatus.vbi Doct.ff.de fideiuſſ.ſi tamen Epiſtola fuiſſet tantum commendatitia,& credẽtiæ,puta ſi quis diceret in Epiſtola,lator præſentium litterarum, eſt bonus & fidelis homo, & debes illi plenã fidem adhibere, & ſimiliter,nõ remanet tunc mittens obligatus, quia licet mandet , vt illi credatur, non tamen mandat,vt cum eo cõtrahatur. vt tenet Bart.in d. l. Lucius Titius. nu.1. ff.de fid.iuſſ.

25 Fideiuſſor poteſt accipi pro incarcerato, conſiderata qualitate criminis, honore,& facultatibus perſonæ, vel illius innocentia, atq; eius dignitate, quoniam ſi crimen ſit graue, aut perſona exuta honore, & facultatibus, non eſt fideiuſſor accipiendus. l.1. vbi Bart. & omnes. ff.de cuſt.reorum.& dixi ſupra ver.carcer.§.5.

26 Fideiuſſor de re turpi facienda non obligatur,quamuis pro pœna maleficij fideiuſſor dari poſſit. l.ſi a reo. §.id quod vulgo. vbi Bart.& omnes. ff.de fid.iuſſ.& gloſ. fin.in c.cum homo.23.quæſt.5.Abb.in Rubric.de fid.iuſſ.

27 Fideiuſſorem dare promittens non adimplet promiſsinem dando fideiuſſorem non idonem, ſed tenetur illum dare idoneum,& tunc ſatisfacit promiſsioni,etiã ſi creditor dixiſſet dabis mihi fideiuſſorem, qui mihi placeat,tunc enim ſatisfacit dando fideiuſſorem idoneum. l. qui ſatisdare. vbi Doct.ff.de fideiuſſor. & l.quotiens. vbi Bart. ff. qui ſatisd.cogant. & l.1. vbi Bart. ff. ſi quis in ius vocat. & l. labeo. §. ſi per fideiuſſorem.ff.de arb.ſi tamen creditor accipiat fideiuſſorem minus idoneum opibus, comprobat eum idoneum,d. l.qui ſatiſdare.vbi Bart.& omnes. ff.de fideiuſſor. & l.inter cauſas.§.ab eſſe.ff mand.& l.ſi ab arbitro. ff.qui ſatiſd.cogant. & l.1. §.quid ergo.ff.de ſeparat.& l. ſi is a quo.§.ſi ſemel. ff. vt in poſſ. legat. ſi autem fideiuſſor ſit minus idoneus eò quòd conueniri non poſſit, tunc non dicitur debitor dare fideiuſſorem , & tenetur de nouo ſatiſdare. l. qui ſatiſdare. vbi Doct.ff.de fideiuſſ.& l.1, vbi gl.verb.pro non dato. ad fin.ff.qui ſatiſd.cogant.

28 Fideiuſſorem promittens de aliqua certa perſona,illam dare tenetur,ſi tamen illa perſona fide iubere noluerit , ſufficit dare aliquam æq; idoneam. leg. qui autem. §.ſi quis. vbi Doct. ff.de cõſt.pecun.& l.labeo. 25. §.fin. ff.de arbit.Dec. in l.plus cautionis.n.4. ff.de regul.iur.

29 Fideiuſſorem dare non tenetur poſsidens bona immobilia idonea ad debitum per ſoluendum, & quando nulla eſt ſuſpicio dedilapidatione bonorũ. l.decreationibus. vbi Doctor. C.de Epiſcopal.aud. & l. ſciendum. vbi Bart. numer.4. ff. qui ſatiſd. cogant. & l. quicumq; 7. C. defund. patr. lib.11. Iaſ.in l.1. num.16. poſt alios ff. qui ſatiſd.cogant. nec poſtquam creditor perſonam debitoris approbauit. l.ſi creditores. vbi Doctores. ff. de priuilig. cred. Bart.in l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd. cogant.

30 Satiſdare non tenetur filius , vel filia de fideicommiſſo à patre relicto nepoti, niſi teſtator dixiſſet , quod filius ſatisdet , aut ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.l.iubẽmus. §. in ſupradictis, vbi Bart Bald. Salicet. & omnes. C.ad treb.

31 Fideiuſſor, vt dicatur idoneus , tàm de iudicio ſiſti, quàm in quacumq; alia cauſa , oportet , vt habeat tot immobilia in bonis, quæ aſcendant ad valorẽ cauſæ,pro qua fideiubet, facit text. in l.fideiuſſor. in prin.vbi gloſſ.& Paul.de Caſtr. Lud.Rom. Iaſ.& alij. ff. qui ſatisd.cogant. idem Iaſ.in l.ſi conſtante.n.154.ff.ſolut.matr.& gl.ver. perſonali.in authẽt. de exhib.reis. §.illud quoq; verſ.ſuſcepto vero.Bald.in c.coram col.vlt.de officio delegat.nam ille,qui poſſidet modicum ceſpitem terræ,nõ eſt idoneus fideiuſſor,pro magna pecuniæ quãtitate, ex doctrina gl.verb.non compelli, & Doctor.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogant. nec ille , qui non poſsidet immobilia , vt inquit d.gloſſ.ver.perſonali. in d.verſ.ſuſcepto vero,& Bart. in d. l.ſciendum.num. 13. & Iaſ. nu.30. ff.qui ſatiſd.cogant.fallit tamen quãdo agitur de iudicio ſiſti in perſonis coniunctis, ex Bart. vbi ſupra per text. in l. 1. & 2. ff. in ius vocat. vt cant.

Digitized by Google

& l.2 §.prætor ait. ff.qui ſatisd. cog.attamen ſi quis poſsideret multa mobilia, quæ de facili occultari, vel moueri non poſſent, ſicut ſunt multæ oues, & armenta, aut magna apotheca in platea, & ſimilia, ita quòd non eſſet præſumptio, vt recederet, tunc bene diceretur idoneus fideiuſſor, tàm de iudicio ſiſti, quàm in alia quacumq; cauſa licet immobilia non poſſediſſet.vt tenet Lud.Rom.Iaſ.& alij,in d. l.2. ff.qui ſatisd.cog. ſpecul.in titul.de ſatiſd.§.dictio.verſ.ſed ſi ſcholares,& ita diceretur idoneus fideiuſſor ille,qui eſt perſona multum fidelis, & conſuetus ſatisfacere obligationibus, pro quibus interuenit,quamuis eſſet pauper ad facultates, cũ tamen aliqua immobilia haberet,quia plerumq; idonei, non tàm patrimonio, quàm fide quoq; æſtimarentur. vt eſt text.in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. §.fin.ff de verb. obligat.& Iaſ. in d. l. fideiuſſor. nu.5.verſ. tertio fallit. ff qui ſatisd.cog. aut ſi principalis debitor eſſet valde diues, vel qui auctoritatem præſtat, qui lingua noſtra Luſitana dicitur abonador, tunc enim ſufficit qualis qualis fideiuſſor. licet non ſit idoneus in facultatibus. leg. mulier. vbi Doctores.C de iure dot.& Bald. in l.prim. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtrat. conuen. Paul.de Caſtr. Lud.Rom. Iaſ. & alij. in d. l. fideiuſſor. qui tamen eſt potentior non eſt idoneus fideiuſſor,nec dicitur idonee fide iubere, qui dat potentiorem fideiuſſorem , aut ſi eſt rixoſus , vel cauilloſus aduocatus , quamuis tot bona immobilia poſsideat, vt omnia debita ſoluere poſsit, vt tenet Bart. in d. l. fideiuſſor. num.2. & idem Bart. & Paul.de Caſtr. in d. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. §. fin. ff. de verbor. obligat.& Iaſ.in l.ſoluto matrimonio. nu. 19. & 24. ff ſolut. matrim. nec etiam dicitur idoneus fideiuſſor de iudicio ſiſti,ille,qui facile conueniri non poteſt,vel familia non poſſet ire ad faciendam executionem. vt notat Bart. Alex Iaſ.& alij.in d. l.fideiuſſor. ff qui ſatisd.cogant.per text.in l. 1.in fin.cum l.ſequẽt. ff.de alien.iud.mut. cauſ.in contractibus vero, qui fiunt ex partium conuentione erit idoneus fideiuſſor ille,quem creditor approbauerit. l.qui ſatiſdare. vbi gl.fin.& Doctor.ff.fideiuſſor.& facit text. in l. ſi nomen. ff. de hæred. vel act. vend. & tenet Guill. in l.fideiuſſor. ff. qui ſatiſd.cogant. quia creditor poteſt ſibi præiudicare recipiens fideiuſſorem minus idoneum,aut non idoneum. l.ſi Titius.vbi Doctor. ff.de fideiuſſ. niſi creditor ignoraret, quia tunc illi non præiudicaret recipiens fideiuſſorem inhabilem. vt eſt communis. ex Bart.in d.l.qui ſatisdare.num.6. ff.de fid.iuſſ.& ſi iudex aliquo caſu tenebatur ſuſcipere cautionem,& ſuſcipit fideiuſſorem minus idoneum. tunc de ſuo tenetur ſatisfacere parti læſæ. l.1. & l.ſi tu.vbi Doct. C.de magiſtr.conueniend.

32 Fideiuſsio de iudicio ſiſti , denuò erit præſtanda , cum fideiuſſor idoneus datus fuiſſet, & poſtea non idoneus efficeretur, quòd noſtra lingua Luſitana dicitur , reformar à fianca.vt eſt text.in l.prætoriæ.2. vbi Doct.ff.de præt.ſtipulat.& in l.ſi ab arbitro. vbi Bart.Imol.Alb.Bald. Angel.Iaſ. & omnes. ff.qui ſatisd.cog. & l. ſi is aquo. ff. vt in poſſ.legat.hoc tamen eſt limitandum in fideiuſſore iudiciali,ſecùs enim eſt in fideiuſſore dato ex partium conuentione, in contractibus extràiudicialibus, quia tunc ſufficit ſemèl ſatisfactum eſſe,& quòd obligatio fuiſſet extincta per ſatiſdationẽ, nec tenetur debitor iterum ſatiſdare, ſi fideiuſſor poſtea fiat non ſoluendo. l. ſi is a quo. §.fin. ff. vt in poſſ. legat. & Bart. in l. qui ſatiſdare. num.12. ff.de fideiuſſ.& Angel. & Fulg. in l.pupilli. §.ſoror.per text. ibi.ff.de ſolut.& idem Angel.Fulg.Paul.de Caſt.& alij.in l.quotiens. ff.qui ſatisd.cog. Alb.& Iaſ in l.ſi ab arbitro.ff.eodem.Bald. in c.ex litteris.col.8.de conſt.

33 Fideiuſsio euaneſcit,ſi fideiuſſor fiat hæres creditoris , & tunc debitor iterum ex integro cauere debet. l.de die. §.ſi fideiuſſor.vbi Doct.ff qui ſatiſd.cog.nam vbi fideiuſsio euaneſcit iterum denuò eſt cauẽdum.l.ſi is à quo,& l.plane.ff.vt in poſſ.legat.& l.quotiens,& l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſd cog.quoniam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.C.fraternitatis tuæ. de teſt. & cap fin. de in integr. reſt.& l. de ætate. §.ex cauſa. vbi Doct. ff.de in integr. reſt.& l.poſt litem.ff.de procurat. & l.ſi ab arbitro.vbi Bart.n.1.& Iaſ.n.10.ff.qui ſatiſd.cog.& gl.ver. de nouo.in c.paſtoralis. de except.& gl.ver recuſare.in l.apertiſsimi. C. de iud. obligatio enim principalis, extingit acceſſoriam, ſi in eadem perſona concurrant, vt inquit Bart.in l.generaliter.ff.de fideiuſſ.& mand. ſi tamen fideiuſſor fiat hæres debitoris, tũc remanet obligatus,quamuis ſit mulier illa,quæ fideiuſſit.ex ord.lib.4. tit.61. §.5.

Side

Digitized by Google

34 Fideiuſſor poteſt teſtificari in cauſa principali ſui debitoris,quando non renũciauit beneficio executionis, & debitor principalis non eſt factus non ſoluendo, quia tunc non teſtificatur principaliter in ſua cauſa, vt tenet Specul. in titul. de teſt. §.1. verſ. quid in fideiuſſore. Cin. in l.dictantibus.C.de teſtam. Bart. in l.ſi quis ita. nu.2.ff.de reb.dub.Din.in l.§ cui ita legatur. ff.de leg.1. Bald.in l.fin.§.1.C.de vſur. rei iud.Iaſ.in d.l.ſi Titio.n.16.ff.de leg.2.

Verbo Fides.

1 Fides dicitur multipliciter, vt habetur in gloſſ.verb. neq; in cap. mouet.22. quæſt.1. & gloſſ.verb. quoniam.in proœmio de ſumma Trinit.ſumma Angel.verb. fides in prin.

2 Fides non eſt ſeruanda illi,qui fidem nõ ſeruauit, quando vna obligatio eſt reſpectiua ad alteram, nam tunc, qui fidem non ſeruat etiam tenetur ad intereſſe,ſi tamen obligationes ſint ſeparatæ, quamuis vnus fidem non ſeruet alter nihilominus ſeruare fidem ſuam tenetur. c. peruenit. 2. vbi Doct.de iure iur.& c.ſicut.§.iuramentum, eodem tit.& c.fruſtra de regul.iur. libr.6. & c.1. de ſponſ. duor. & c.conſtitutus de pœn.& l.ad comparandas. c.mandat.Abb. in c.an ſit.n.6.de appellat.

3 Fidem nõ debet quis rumpere eò quòd ſibi ab altero eſt fides rupta,nam ſi tibi aliquis fidem rupit, non ideò mihi fidem rũpere debes. l.ſi pater. vbi Bald. C.de nouat.& legat.

Verbo Filius.

1 Filij in lata ſignificatione dicuntur omnes deſcendentes, & è conuerſò omnes aſcendentes dicuntur parentes.c.nã & rex. de verb.ſign.vbi notant Doct.& l.ſi dotali ff.ſolut.matr.& l.appellatione parentis, & l.liberorum.ff.de verbor.ſignifi.& §.ſi quis Inſt.qui teſt.tut.dar.poſſ.Iaſ.in Rubr.nu.1. & in l.Gallus.§.videndum. n.5. ff.de lib.& poſthu.& Matth.c.1.

2 Filiatio probatur per communem reputationem, tractatum, & nominationem patris,& per alia indicia. cap.per tuas.vbi Abb.num.9. deprobat.& c.tranſmiſſa, qui filij ſint leg. & gloſſ.1. in c. Michael de fil. presb. Abb.in c.accedens.nu.6.de purgat. can.& Iaſ.in l.neq; profectio.num.1.C.de teſtam.aliter enim probatio filiationis,eſt difficilis. leg. Lucius.ff.de cond & demonſtr.& l.filiũ.ff.de his,qui ſunt ſui vel alien. iur. & quando probatio filiationis tantum fit ad alimenta præſtanda eſt ſummaria, & ſummatim facienda. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. ff.de liber.agn. & gloſſ.verb. nutriantur.in cap.2.& ibi Ioann.Andr qui filij ſint leg. & gl.fin. in l. vlt. C. de alend. liber.& minor probatio ſufficit ad probãdam filiationem, vt filio alimenta decernantur, quam vt patris hæres exiſtat, vt notat Bart. in extrauag. ad reprimendum. §. ſummarie. n.9 Cou.ru.de ſponſ.2.p.c.8. n.9. Gam.deciſ.152.n.1.

3 Filius cuiuſcumq; coniugati cum ſimul inhabitent, ſemper præſumitur eſſe filius mariti, licet mulier probetur adultera. l. ſi vicinus. C.de nupt. & l.miles. §. quærebatur, verſ. defuncto. ff. de adulter. Leon. in tractat.noui oper. nunciat. ca.16. num. 6. Gerip. conſil.12. num. 32. & conſil.30. nu.6. Gam.deciſ.152.nu.1. & ita de concubina domi retenta, vt eſt gl.verb. conſtiterit. In c.Michael.vbi Doct. de fil.presbyter.

4 Filius concubinæ extrà domum retentæ probatur per præſumptionem,ſi pro filio illius eſt habitus, & non probatur, quòd mulier illa ad alium habuiſſet acceſſum. vt tenet Alb. in l.filium eum.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien. iur. Alciat. de præſumpt. regula. 3. præſumpt 7. Dec.in cap. per tuas, col.1. de probat. ſi tamen probetur, quòd mulier eo tempore quo filium ſuſcepit habuiſſet acceſſum ad plus, quam vnum,non poteſt tunc verificari probatio filiationis, vt refert Alb. vbi ſupra Alciat. d. regula 3. præſumpt.37. num.4. & num. 14. ſtabitur tamen pro filiatione illius, cuius filius per communem reputationem habetur ex mente Dec. in d. cap.per tuas, de probat. Gam.deciſ.152. num.2.Cæſar. Vrſ deciſ.96. num.4. Valaſc.conſult.176. num.18.

5 Filij alij dicuntur legitimi, & naturales, vt ſunt nati ex legitimo matrimonio vero, vel putatiuo, ſiuè ab initio, ſiuè poſt factum ante ſententiam tamen nati, & ſi bona fides præceſsit. cap.1.& cap.cum inter. & cap.tanta. & cap.ex tenore, qui filij ſint legit. & gloſſ.verb. Paulus. In l. Paulus. ff.de ſtat. homin. Abb. in d. cap. cum inter. numer.2. qui fil. ſint legit.& tenent

Digitized by Google

Doct. in l. filium, cum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. aliter tamen de iure ciuili, l. Paulus. ff. de ſtat. hom. & l. ſi ignorãs. vbi Bald. C. ſolut. matr. ſed in hoc eſt ſtandum diſpoſitioni iuris canonici.

6 Alij filij dicũtur adoptiui, ſiue arrogati, c. vnico. vbi *Doct.* de cogn. legal. ex quo fit cognatio in triplici differentia, prima nãq; eſt aſcendentium, aut deſcendentium, videlicet adoptantis, & adoptati, & deſcendentium eius, qua nunquam tollitur. c. ita deligere. 30 quaſ. 3. & § ergo inſt. de nupt. alia tranſuerſalis inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filium naturalem exiſtẽtem in poteſtate patris, & non aliter. c. 1. de cognat. leg & l. qui per adoptionẽ. ff. de adopt. alia eſt quædam legalis affinitas inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuò ſicut prima. l. adoptiuus ff. de ritu nupt.

7 Alij dicuntur filij naturales, & non legitimi, vt nati a concubina in domo retenta, cum qua poterat eſſe matrimonium auth. licet patri. C. de natural. lib gl. ver. Manzeres. in c. niſi de renunciat, & gl. ver. repellẽdus. in c. tanta qui filij ſint legit. Abb. in c. cũ haberet. n. 12. de eo qui duxit in matr.

8 Alij dicũtur ſpurij, vt ſunt nati ex adulterio, ſiue ex conſanguinea, vel affini, aut ab illo, qui eſt ordinatus in ſacris ordinibus, aut excoitu à lege prohibito, ſeu vulgò concepti. l. vulgò. ff. de ſtat. hom. & c. dicat aliquis. 32. quæſt. 4. & gl. verb. repellendus. in d. c. tanta, qui filij ſint legit Abb. in d. c. niſi. n. 20. de renũc. & §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud. ſpecul. in titul. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. verſ. nunc de naturalium. Bart. in l. fin. n. 2. ff. de his quib⁹. vt indign. Ant. de Butr. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. & gloſſ. fin. in l. ſi qua illuſtris. vbi late Bapt. in rep. C. ad orfician. Cald. denominat. quæſt. 21. n. 14.

9 Filius, quẽ mater viuente viro ex adulterio ſuſcepit ſpurius, & illigitimus eſt. c. cauſam. 1. vbi Ant. de Butr. Hoſt. & Abb. qui filij ſint leg. gl. verb. repellendus. in c. tanta. vbi Doct. eodem tit. & Doct. in l. vulgò. per tex. ibi. ff de ſtat. homin. filius tamẽ nõ tenetur credere matri vxoratæ dicẽti, quòd filius nõ ſit viri ſui, nec etiam dicto vulgari, quoniam ex eo, quòd quis eſt natus ex vxore Titij præſumitur, quod ſit filius illius niſi probetur, quòd Titius tẽpore conceptionis erat abſens, aut impotens, & aliter non poteſt fama, aut dictũ populi filio præiudicare. l. filium cum diffinimus. vbi communiter Doct. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & gl. ver. deneganda. in c. officij. de pœn. & remiſſ. Abb. in c. accedens. n. 6. de purg. can.

10 Filius natus de matrimonio auctoritate Eccleſiæ contracto eſt legitimus, quamuis matrimonium nõ fuiſſet legitimum. c. per latum. & c. peruenit. vbi Doct. qui fil. ſint legit, & ita de matrimonio clamdiſtino approbato per Eccleſiam. cap. quod nobis. vbi Abb. n. 1. & omnes. eodem tit. & etiam natus ex matrimonio præſumpto, eſt legitimus, ſi parentes ignorabant. c. referente. vbi Innocent. Ioan. And. Hoſt. & Abb. eodem tit. & etiam ſunt legitimi filij geniti ab illis, qui matrimonium contraxerunt in facie Eccleſiæ, vt ita dicam, & poſtea fuerunt ſeparati, ſi nati, aut concepti fuerũt ante ſententiam, & alter eorum coniugum ignorauit, vſq; ad conceptionem filij. c. cũ inter. & c. ex tenore. vbi Abb. nu. 3. qui fil. ſint leg. & gl. verb. prolem. in c. acceſsit. de ſponſ. duor.

11 Filij infidelium, qui poſt matrimonium fuerunt conuerſi ſunt legitimi, etiã ſi parẽtes ſint in gradu prohibito lege canonica. cap. fin. vbi Ant. de Butr. Ioann. And. Hoſt. & Abb. qui fil. ſint legit. & ſi alter eorum coniugum tantum ad fidem conuertatur, & alius non, debent filij illorum remanere apud fidelem parentem, & non apud infidelem quoniam non eſt conueniens, vt parens infidelis habeat filium in ſua poteſtate habentem parentem fidelem. c. fin. vbi Abb. nu. 7. de conuerſ. infidel. & c. Iudæi. 28. quæſt. 1.

12 Filius legitimus Epiſcopi poteſt ordinari in Eccleſia paterna, ſi ſcientia, & moribus fuerit approbatus, & poteſt habere beneficium in diæceſi eadem cũ tamen ſit diſtinctum à paterno beneficio. c. ad hæc. vbi Abb. n. 3. de fil. presb. In paterno tamẽ beneficio, vel dignitate, ſuccedere non poteſt. c. conſtitutus. & c. ad extirpandas, & c. præſentium. & c. conquerente. & c. Michael. & c. cum de eorum de fil. presb. glo. fin. in c. ad hæc. eodẽ tit. & quamuis de iure antiquo, interueniente aliqua perſona inter medium, poterat filius habere beneficium paternum. c. ex tranſmiſſa. & cap. ad extirpandas. de fil. presb. hodie tamen vſq; adeo hæc ſucceſsio in beneficijs paternis eſt prohibita, vt nõ ſolum immediatè ſed

etiam

Digitized by Google

etiam nec mediatè filius Clerici poteſt ſuccedere in beneficio paterno, & ſic determinatum fuit in quadam extrauag. quæ incipit ad canonem conditorem, quàm refert Nau. in c. ſi quando de reſcript. Mēdoſ. deſignat. grat. §. diſpenſationes ad beneficia, ex quo remanent correcta omnia iura antiqua, quibus permittebatur filium Clerici poſſe mediatè obtinere beneficiū paternum, & ſi hodie filius Clerici impetrauerit beneficium in Eccleſia, vbi pater aliquod beneficium obtinuit, eſt ab illo amouendus. c. ad præſentiam, & c. ad abolendā. de fil. presb.

13 Filius Clerici illigitimus non ſolum habere nō poteſt beneficium in Eccleſia, vbi pater aliquod beneficium, quamuis diſsimile, habet, aut aliquo tēpore habuit, ſed etiam nec penſionem ibi habere poteſt. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de reformat. Nau. in Manu. c. 25. n. 117. Gigaſ. depenſionib. quæſt. 8. & quæſt. 19. hoc tamen intelligitur de penſionibus poſt Trid. antea vero obtētæ permittuntur. vt cōſtat ex congregatione cardinalium in illo loco concilij.

14 Hæc prohibitio tamen non extenditur ad nepotes cum concilium non loquatur, niſi de incontinentia paterna, & in odioſis non veniunt nepotes appellatione filiorum. l. quid ſi nepotes. ff. de teſtam. tut. & §. fin. inſt. qui tut. dare poſſ. gl. ver. præbendas. in c. Apoſtolica. vbi Belamera. nu. 3. 8. quæſt. 1. Abb. in c. ad extirpandas. nu. 8. de fil. presb. & in c. accederis. nu. 2. de accuſat. Gamb. de poteſt. leg. lib. 7. n. 314. præpoſit. in d. c. Apoſtolica. nu. 20. nec ad patres. in Eccleſia filij, vt tenet Abb. in c. ex tranſmiſſa. n. 7. de filijs presbyt.

15 Filius ſacerdotis poteſt per diſpēſationem Summi Pontificis habere paternum beneficium. c. ex tua, & cap. dilectus de fil. presb. debet tamen diſpenſatio illa facere expreſſam mentionē Concilij Trid. d. ſeſſ. 25. c. 15. de reformat. Aliter enim erit nulla, & ſubreptitia. c. exparte de capell. monach. & c. non nulli, de reſcript. & c. 1. vbi Doct. de conſt. lib. 6. & l. reſcripta. vbi Doctor. C. de præcib. imp. offerend.

16 Filius ſacerdotis, ex quo per diſpenſationem eſt ordinatus, nō debet carere beneficio. c. propoſuit. vbi Abb. num. 1. de fil. presbyt. quā plurimi namq; fuerunt creati Papæ, & præfuerunt Sedi Apoſtolicæ. vt habetur in c. Osius. 56. diſt.

27 Filius illegitimus, non poteſt ordinari, admitti ad beneficium, vel dignitatem Eccleſiaſticam, ſine diſpēſatione. c. litteras & c. minus de fil. presb. & c. cōſuluit. de ſeru. non ord. & c. cum incunctis de elect. & c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. ad dignitatē tamen ſecularem bene poteſt admitti ſine diſpenſatione. l. 2. §. nullum. & l. generaliter. §. ſpurios, & l. ſpurij. ff. de decurionib. & ſolus Papa diſpēſat cum illegitimo, vt poſſit ordinari ad ordines ſacros, & habere beneficium curatum, aut dignitatem Eccleſiaſticam. c. 1. & c. fin. de fil. presb. & dixi ſupra ver. diſpenſatio. §. 13. ad minores tamen ordines, & ad ſimplicem beneficium diſpenſat Epiſcopus etiā ſi ſit canonicatus. c. 1. vbi glo. verb. beneficium. & Doct. de fil. presb. lib. 6. & dixi. ſupra. verb. diſpenſatio. §. 38.

18 Filius cuiuſcumq; patiens defectum natalium diſpenſatus à Papa, vt poſſit habere quodcumq; curatum beneficium, ſi virtute illius diſpenſationis vnum fuit cōſecutus, & illi renunciauit, nō poteſt virtute ipſius diſpenſationis aliud obtinere. c. 1. §. 1. de fil. presb. lib. 6. & c. non poteſt. vbi Doct. de præb. lib. 6. & gl. ver. item poteſt poni exēplum. in regula. odia. regul. iur. lib. 6. & notatur. in clem. gratiæ de reſcript.

19 Filius ſacerdotis Græci vxorati poteſt ſine diſpēſatione promoueri ad ſacros ordines inter Latinos. c. cum olim. vbi Ant. de Butr. Goffred. Innocent. Hoſt. Ioann. And. Abb. & omnes de cler. coniug.

20 Filius hæreticorum, fauorum, receptatorum, vſq; ad ſecūdam generationem per lineam maſculinam, & vſq; ad primā per lineam fœmininam non admittitur ad beneficia Eccleſiaſtica, nec ad officia publica, c. 2. §. hæretici. & c. vt commiſſi, & c. ſtatutum. vbi Doct. de hæret. lib. 6. & ſi tempore commiſſi criminis aliquod beneficiū obtineat, ipſo iure remanet illo priuatus, nec eſt neceſſaria alia ſententia, ſed ſufficit illa, in qua pater iudicatur hæreticus, vt refert Simanc. de hæret. c. 29. n. 7. Cou. ru. lib. 2. reſolut. c. 8. nu. 4. verſ. cæterum Iul. Clar. lib. 5. §. hæreſis. n. 16. Ioann. Lup. de Regn. Nauarr. 5. p. §. 8. Ign. de Salzed. c. 114. n. 4. verſ. qui nimo. hodie tamen vſq; ad ſeptimam generationem non poteſt filius alicuius hæretici, ſeù nouiter conuerſi obtinere beneficium curatum per motum proprium Clement. 8.

21 Filij illorum, qui Epiſcopum iniurioſè percuſſerunt, aut detinuerunt, ſiuè ad illud

fauorem, auxilium, conſilium dederunt, nō poſſunt obtinere beneficium in illa ciuitate, vbi crimen fuit commiſſum, vſq; ad 2. generationem per lineam maſculinam, clem. 1. vbi Doct. de pœn. non prohibētur tamen illud obtinere in alia, & ſic remanent inhabiles ad obtinendum beneficiū in vna ciuitate, & non in alia, vt aduertit. gl. ver. in ciuitate. in d. clem. 1. de pœn.

22 Filius nō debet grauari, nec puniri pro delicto patris, ſi innocens eſt, & delicto patris nō cōſenſit, delicta enim ſuos actores tenere debent, & delictum paternum, aut maternum, nullam maculam filio infligere debet, c. quæſiuit. vbi Abb. n. 9. de his, quæ fiunt à maior. part. & l. crimen. vbi Doctor. ff. de pœn. & c. nō debet de regul. iur. lib. 6. & l. Sancimus, vbi Salicet. C. de pœn. & in l. diuina ſcriptum eſt, filius non portabit iniquitatem patris, nec è contrà. c. 1. & cap. 2. 1. quæſt. 4. attamen hoc procedit quoad pœnam æternam. vt tenet Abb. in c. quæſiuit. nu. 9. de his quæ fiunt à maior. part. in crimine tamen læſæ maieſtatis, hæreſis, ſchiſmatis, punitur filius pro delicto patris in odium criminis, & vt pater terreatur in pœnam filij ob affectum paternalem. c. 2. §. hæretici. vbi gl. verb. filij. & Doctor. de hæret. libr. 6. & l. illi quidem. §. fin. ff. quod met. cauſ. & gl. ver. non debet. in c. non debet de regul. iur. lib. 6. & gloſ. verb. quomodolibet. in extraua. de pœn. Ioā. 22.

23 Filius, aut nepotes hæreticorum, qui Catholici putabantur, ſi bona illorum poſsideant bona fide per tēpus quadraginta annorum, præſcribunt illa, vt poſtea ab eis auferri nō poſsint, quamuis poſtea reueletur, quòd parentes illorum fuerant hæretici. c. fin. vbi gl. ver. hæretici. & Dominic. Ioan. And. Pet. de Anch. & omnes de præſcript. lib. 6 Carr. tract. de fide Cath. c. 54.

24 Filius aut libertus non poteſt accuſare patrem, aut dominum, de crimine, & ſi aliquam quæſtionem cum eis habeat poteſt agere ciuiliter petita venia, ſed nō criminaliter propter reuerentiam illius debitā, l. hi tamen. §. liberi. vbi Doct. & l. hos accuſare. ff. de accuſat. & l. iniquū. vbi Bart. Bal. & omnes C. de his qui accuſar. non poſſ.

25 Filius poteſt venire contrà factum patris, ſeù matris, niſi quatènus eius hæres eſt, & poteſt vindicare rem ſuam, à patre venditam. l. cū à matre. vbi notant Doct. C. de rei vind. & l. 1. vbi gl. verb. paratus. C. ad exhibend. & l. ſi fundum. C. de reb. alien. non alien. & l. ſiuè poſſeſsio. vbi gl. 1. & l. fin. C. de euict. & l. ſi patri. vbi Bald. & Salicet. C. de donat. vnde filius vaſalli alienantis feudum admittitur ad reuocationē illius, quamuis hæres ſit patris, ſi cum beneficio inuētarij adiuit hæreditatem ſi tamē abſq; illo beneficio hæreditatē adiuit, non poterit talem alienationem reuocare, quia perſonam patris defuncti repræſentat, & ideo contra factum illius venire non poterat, vt tenet Curt. Iun. de feud. 4 p. regula 3. col. 3. verſ. limitatam prædictam, Paris. conſil. 10. n. 8. libr. 1. Iul. Car. libr. 4. §. feudum. quæſt. 42. n. 14.

26 Filius non poteſt grauari à patre in legitima iure naturæ debita. c. Raynaldus, & c. Raynuncius. vbi notant Doctor. de teſtament. & l. quoniam in prioribus. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes C. de inoffic. teſt. Imol. in l. fin. ff. de cond. inſt. & ita in patre ſeu matre, aut auo, vel auia, quibus debetur legitima debita iure naturæ, quāuis filius ſit Clericus, & Sacerdos, c. 1. §. licet. vbi gl. ver. non poteſt, Dominic. Ioan. And. & alij de teſtam. libr. 6. & l. fin. & auth. in teſtamento. C. ad Tertul. & authēt. de hæred. & falc. §. itaq;. & §. ſi quis autē non amplius. vbi Doct. coll. 1. & etiā ſi filius ſit monachus, quoniam pater præfertur monaſterio, quòad legitimam filij monachi, ſibi debitam in bonis, quæ ipſe filius monachus mortuus ſecum attulit, quādo religionem fuit profeſſus, quoniam filius per ingreſſum religionis, & profeſsionem ibi factam, non poteſt patri præiudicare in ſua legitima iure natura ſibi debita, ſicut pater filio præiudicare non poteſt, authēt. ſi qua mulier. vbi gl. ver. liberos. & Doctor. communiter. C. de ſacro Sanct. Eccleſ. Innocent. in c. in præſentia. n. 6. & Abb. n. 53. deprobat. Molin. de prim. gen. Hiſpan. lib. 2. c. 6. n. 64. Bart. Butr. Alb. O Iofred. Salic. Iaſ. & omnes in auth. ingreſsi. C. de ſacro. Sāct. Eccleſi. nec poteſt legitima filij, viuēte patre, ſeparari à bonis paternis. l. 1. §. ſi impubere. vbi Bart. verſ. vltim. ff. de collat. bon. & Abb. in c. fin. n. 3. de delict. puer. imò poſt mortem patris habet filius ius ſuæ legitimæ in omnibus rebus hæreditarijs. l. Plautius. ff. ad leg. falc. & l. Sancimus. §. Sācimus. 1. C. de in offic. teſt. & c. Raynaldus. de teſtam. quamuis pater aliquid diſpenderet pro delicto filij.

27 Filius tamen poteſt priuare matrem legitima, quando eſt impubes, & pater illi

fecis

Digitized by Google

fecit teſtamentum, in quo matrem filij ſui priuat legitima, c.1.§.licet, vbi Doctor de teſtam.lib.6. & etiam propter cauſam poteſt filius priuare parentes omnibus bonis ſuis, & hæ cauſæ habentur. in auth. vt cum de appellat.§.iuſtum coll.8.& in noſtra Luſitania eſt ord. libr. 4. titul. 89. à §.1. vſque ad §.7.

28 Filius non poteſt teſtari, niſi de bonis caſtrẽſibus, vel quaſi. c.licet de ſepult.lib. 6 & l nemo, & l.omnes. vbi Bald. C. qui teſt.facer.poſſ.& de illis teſtans non poteſt priuare parentes, ſiuè aſcendentes portione debita iure naturæ, vt dixi ſupra. §.26. & licet teſtamentum Clerici nõ rumpatur præteritione filiorum ſeù parentum, ſemper illis debetur legitima, iure naturæ debita. c.quia nos, vbi Abb.n.1.de teſtam.& Iaſ.in l.ſi filiam.nu.9. C.de inoffic.teſtam. & in l.fin.n.6. C qui teſt. facer.poſſ. & dicam.infra verb.teſtamentum.§.64.

29 Filius poteſt intentare quærelam inofficioſæ donationis factæ à patre, tã ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedens, l. præcibus.vbi Bald.& Salicet. C. de Epiſc. & Cler.& etiam intentare poteſt quærelam inofficioſi teſtamenti, niſi approbauerit iudicium patris, quia tunc nec querelam inofficioſi teſtamenti, nec inofficioſæ donationis intentare poterit.l.parentibus.§. qui autem. vbi Doct. C. de inoffic. teſtam. & l.2. C.de iur.de liber. aut ſit teſtamentũ Clerici, quod non ſubiacet querelæ inofficioſi teſtamenti.l.cum lege.vbi Doct.C.de Epiſc.& Cleric.

30 Filius, qui ſe abſtinet ab hæreditate paterna, non tenetur creditoribus hæreditarijs.l.cum qui. vbi Doct.C.arb.tutel. & l.ſi ex contractu. vbi Salicet.C quod cum eo. & l.ſi paterna.vbi Bart.Bald. Paul.de Caſt. & omnes.C.de reuocand.his quæ in fraud. cred. debet tamen ſe abſtinere ab hæreditate antequàm ex ea aliquid accipiat, ſeù à moueat, quia poſtea non poteſt ab illa abſtineri, l.ſi ſeruum. §.ait prætor. vbi Bart. ff.de acquirend.hæred.& gl.verb.formam. in l.cum qui.C.arb.tutel.

31 Filius non poteſt repelli ab hæreditate paterna propter caſus, pro quibus à patre exhæredari poteſt, ſi ab inteſtato ſuccedat.l.inarenam. vbi Doct.C.de inoffic.teſtam.nam quando filius exhæredatur à patre, debet pater exprimere cauſam exhæredationis, & debet cauſa propter quam exhæredatur in teſtamento probari, aliter enim nõ valet exhæredatio, qui caſus ſunt 14.qui continentur in auth. non licet. C. delib.præter.& in gl.verb.exhæredaret.in c.quinta vallis de iur.iur. & eſt ord. libr.4. titul.88. à §.1.& vbi pater poteſt filium exhæredare, poteſt illi denegare alimenta, vt tenet Abb.in d.c.quinta vallis.n.5. de iure iur. vbi addictio. verb. in caſibus. & verb. in loco.

32 Filius ſpurius, & exeqitu punibili, non eſt admittendus ad hæreditatem paternã, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, nec ex donatione inter viuos.c.tanta, & c.per venerabilem, vbi Abb.n.1.qui filij ſint legit. & c.dicat aliquis.32.quæſ.4.& auth.ex cõplexu. vbi Doct.C.de inceſt.nupt.& auth. licet patri. C de natural.liber. & authent. quib.mod.nat.effic. ſui. §.pen.coll.6.Bart. in l.ſi gener.n.3. ff.de his quib. vt indign. thom.ferrat.cautel.41. ſi tamen à patre ſit conſtitutus ſubcondicione ſi à principe legitimetur, valet inſtitucio, ſi poſtea legitimatio ſubſequatur facit doctrina Bald. & Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituẽs.ff.delib.& poſthu. idẽ Bald.in l.1 quæſt.6. C de inſt.& ſubſt. & in l.1. C. pro Socio. Dec.in l.ea quæ raro.num.3.ff.de regul.iur Cæp.cautel.38.§. duodecima, quia poteſt quis inſtitui ad tẽpus quo capere poſsit.l.in tempus.vbi Doctor.ff.de hæred.inſt & l.ſicut.ff quib.mod. vſus fruct.amitt.& Bald. Alex. Aret. Iaſ.& omnes. in l.Callus. §.inſtituens ff.delib.& poſthu.idem Aret in l. ſi filius familias.ff. de teſt. Cæp.cautel.38.§.tertia. alias cautelas ponit Bald.in d.l.1. col.fin.C.pro ſocio.& Cæp.vbi ſupra ſed aliquæ illarum nõ ſunt veræ, & ſuis locis dicimus, de vna tamen dicam hic, nam cautella illa, vt pater inſtituat verum amicum ſi forte inueniri poſsit, cui ſecretè filium ſpurium cõmendet, vt illi filio reſtituat hæreditatem, non eſt tuta, nec valet, quia eſt in fraudẽ legis, & factum in fraudem legis, non tenet. c. conſtitutus de conceſſ.præb.& l.ſi quis patrem.§ is autem.ff.ad ſenat.cõſult. Maced. & l.non dubium.vbi communiter Doct.C. de leg.& gl.verb. in fraudem. in c.quanto de priuileg.& tunc applicatur fiſco.l.cum qui.ff.de his quib.vt indign. Socin.conſil. 84 lib.4.Iul.Clar.§. fin.quæſt.79.n.7.

33 Filius ſpurius ex damnato coitu, nec etiã matri ſuccedit, ſiuè mater ſit illuſtris, ſiuè plebea, & etiam non exiſtente prole legitima. authẽt.quib.mod.nat.effic.ſui. §.fin. coll.7. & gloſſ.fin.in l.ſi qua illuſtris. C.ad orfic.

Digitized by Google

offic.& gl fin. in auth. ex complexu. C.de inceſt.nupt.& gl.verb.admitti,in §.nouiſſime.inſt ad offic.Capreol.conſil. 109. Cæſar.Vrſ.deciſ.96.n.7.

34 Filius tamen naturalis plebeus,aut vulgo quæſitus ſuccedit matri,& patri, intelligé tamen quòd duplex ſit ſpuriorum proles,alij namq; ſunt nati excoitu damnato, & punibil, vt adulterini, inceſtuoſi,& ſimiles,& hi non admittuntur ad hæreditatem patris, nec matris,vt ſupra reſolutum eſt, alij autem ſunt non adeò infames, nec odioſi; vt illi, qui ſunt ex incerto patre nati, aut vulgò quæſiti,aut ex ancillis procreati,& hi non ſubmouentur ab hæreditate paterna, ſed illam ex teſtamento capere poſſunt. authẽt.quib. mod. nat.effic. ſui. §.ſi quid autẽ coll.6.& auth.de trient. §.conſideremus. vbi Doct.coll.3. & ſuccedunt filij ſpurij huiuſmodi matri plebeæ, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & concurrunt cum legitimis in ſucceſsione materna, & poſſunt dicere teſtamentum maternum inofficioſum. l.ſi ſuſpecta.§.de inofficioſo. ff.de inoffic.teſt. & l. ſi qua illuſtris. vbi gl fin. & Doct. C.ad offic.Abb. in c.cum haberet. nu.11. de eo qui dux in matrim fallit tamen in matre illuſtri,quia tunc, legitimis filijs exinſtentibus,nõ erit admittendus ad hæreditatem maternam, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato. d. l. ſi qua illuſtris. vbi glo.fin. Bart.Bald.& omnes & §.nouiſsime inſt ad offic.Valaſ.conſult.94. nu.13. & quamuis filius naturalis poſsit teſtamentum matris plebeæ dicere inofficioſum,patris tamen dicere non poteſt, nec illud reſcindere, annullareue poteſt, ſed tantum ſuam portionem auocare poteſt,quoniam non habet ius ſuitatis,nec dominij cõtinuationem, cuius ratione inductum eſt ius dicendi teſtamentum nullũ Bart.in l.in ſuis. nu.7. & Bald.Imol. Alex. & Iaſ.nu.33.& alij.ff.delib.& poſthu.& Alciat.in l.1.ff.eodem.nec filio naturali præterito datur ius contra tabulandi,ſeù rũpendi teſtamentum paternũ,vt tenet gl. verb.naturales. in l.1. vbi Bart. nu.1.ff.de bon.poſſ.contrà tabul.& Aret.in l.ex facto col.9. ff.de vulg.Paul.de Caſt.in l.ſi ſuſpecta.§.1.ff.de in offic. teſt. Alex.in l.in pupillari. col.fin.ff.eodem Bald. in c.in præſentia deprobar.& in conſil.479 in fin.lib. 4.Guill. in c.Rainuncius. verb.Rainũcius, n.37.de teſtam.Tiraq.in l.ſi vnquam verb. ſuſceperit.n.47. C.de reuocand.donat.Paleotus.in tract.de notis,& ſpur.c.38 nu 7. nec filius naturalis reuocat donata à patre ex l.ſi vnquam.C.de reuocand. aut donationes inofficioſas,arg.tex.in l.ſi totas.vbi Angel.& Salicet.C.de inoffic.donat.Tiraq. in d. l. ſi vnquam.d.verb.ſuſceperit.nu.45. reprobata opinione Rip.ibi quæſt.28. nec reuocat alienata infraudem. vt tenet Bald. in l.defuncto. C.ſi quid infraud. patron. & licet filius plebei ſuccedat in hæreditatem paternam æqualiter cum alijs filijs legitimis,ſi extiterint, aliàs totam hæreditatem conſequatur excepta tertia parte bonorũ, per ord. lib.4. titul.92. non poterit tamen reſcindere,ſeù annullare teſtamentum paternũ, cauſa præteritionis, ſed aget ad ſuã portionem, quia d. lex regia non tribuit illi magis quàm, vt admittatur ad hæreditatem paternam vnde non videtur illi cõceſſum priuilegium annullandi teſtamentum paternum cauſa præteritionis, ſicut filijs legitimis.vt tenet Valaſc. conſult.94. num.12.

35 Filius ſpurius excoitu damnato poteſt ab auo inſtitui hæres,ſi auus prolem legitimam non habuerit,nec nepotem contẽplatione patris hæredem inſtituat, ſed vt pater non habeat vſum fructum hæreditatis. vt tenet Bart.in l.Gallus.§.quid ſi *is.n.* 1.ff delib.& poſthu.& Iaſ. in l.hæreditas.n. 6. ff. de his quib. vt indign. ſi tamen auus habeat legitimam prolem, tunc ſicut non poteſt inſtituere filium ſpurium, ita etiam nec nepotem ipſius filij. l.fin. vbi Doct. & gl fin.C.de natural.lib.& Iaſ.in d.l.hæreditas. nu.8. ff.de his quib. vt indign.à fratre tamen,ſeù ab extraneo,bene poteſt hæres inſtitui, gl.ver.participium, in auth.quib. mod.nat.effic.ſui. §.fin.col.6. Abb.in c.cũ haberet.nu.13. de eo,qui dux,in matr.Iaſ. vbi ſupra ſuccedit tamen fratri vtrinq; coniuncto ab inteſtato,l.ſi ſpurius.vbi Doctor. & l.ex patre.ff.vnde cognat. Ioan.Baptiſt.in l.ſi qua illuſtris. C.ad orfic.Afflict. deciſ.96.n.6. Socin.conſil.148.lib.1.Cæſar.Vrſ.deciſ.96. n.1.

36 Filius ſpurius & excoitu punibili,poteſt inſtitui hæres à patre,aut matre,quoad alimenta,& ab illis dotari,& donari:vt tenet Abb.in c.cum haberet. n.5.de eo,qui dux. in matr.& Bart.in l. ſi gener.nu.7.ff.de his quib.vt indign.& in l.fin.§.à ſoccero. n.2.ff. quæ infraud.cred.Gam.deciſs.136. nu.3.& ita eſt tenendũ de æquitate iuris canonici, quidquid dicat Ioã.de Imol.in l.1.ff.ſolut.

matrim,

matrim.& Bald.in l.mater.C.de iur.dot.&
in auth.res quæ.C.communia de leg.quo-
niam parentes tenẽtur alere filios ſpurios.
ſi aliunde non habent vnde ſe ſubſtentare
poſsint.vt dixi.ſupra verb. alimenta.§.12.
& §.13.

37 Filius ſpurius de iure ciuili non eſt alẽ-
dus à parentibus auth. ex complexu. C.de
in cæſt.nupt.& auth.licet patri.C.de natu-
ral.lib.& auth.nõ ſoli.ibidem.de æquitate
tamen iuris canonici,tenetur illum alere,
ſcilicet primo trienio à matre , quia illo
tempore magis indiget auxilio materno,
quàm paterno, & poſtea à patre , & ita de
legitimis, & naturalibus. c.ex litteris. vbi
gl.verb.poſt trienium de conuerſ.infid. &
gl.verb.ſecundum facultates,in c.cum ha-
beret.vbi Abb.n.9.de eo,qui dux,in matr.
& l.nec filium.C.de patr.poteſt.& l.ſi cõ-
petenti. vbi gl.fin.C.de aled.liber.& gloſ.
ver.trino.in d.l.nec filium,cogitur mater
lactare filiũ,etiam ſpurium.C.ad eius vero
diſt.5.Valaſc.conſult.92.n.13.licet in ſpu-
rijs.Abb.& alij dicãt in d.c.cum haberet,
quòd pater, & mater teneantur æqualiter
alere filium ſpurium, ſi tamen mater eſſet
ita pauper, vt non poſſet victum quærere,
& vacare lactationi filij, eò quòd de labo-
ribus corporis ſui viuebat, aut ita eſſet no
bilis, vt decus non eſſet nutrire filiũ lacte
proprio,ſecundum conſuetudinem regio-
nis (quamuis reginam deceat lactare pro-
prium filium) aut lacte careret,non coge-
retur eum lactare, aut alere illis tribus an-
nis ſed tunc erit filius dãdus nutrici patris
expenſis. vt tenet Bart. Bald. Salicet. Alex.
& omnes.in l.alimẽta.C.de neg.geſt.Abb.
in c.fin.nu.4.de conuerſ. infid. Lara.in l. ſi
quis à liberis.§.ſi mater.à n.5.ff.delib.agn.
poſt Bart.in tract.de aliment.n.13. Cou.r.
deſponſalib.2.p.c.8.§.6 num.3.Paleot.de
nor.& ſpur. c.48. in prin.Furt.in tract.de
vlt.fin.illat.7 n.79.præpoſit.in d.c.ad eius
vero.diſt.5.Valaſ.conſult.92.n.3.ſi autem
mater facultatibus abundat , & pater eſt
pauper tenetur mater etiam vltrà trieniũ
filium alimentare,nec poterit tunc alimẽ-
ta repetere. l.ſi quis à liberis. §.verum. vbi
Doct.& l.pen.ff.delib.agnoſcend.& auth.ſi
pater.C.diuort.fact.Bart.in d.tract.de ali-
ment.n.6.Abb.in d. c.fin.n.14.de cõuerſ.
infid.Cou.ru.vbi ſupra.num.13. Molin.de
prim.gen.lib.2.c.15.n.3. Padill.in authẽt.
res quæ. numer.60. C. communia. deleg.
Lara.vbi ſupra.numer.10.Rojas. in Epito-
me. ſucceſſ. ab inteſt. cap.22.numero. 15.

38 Diuortio tamen facto, filij ſunt alimen-
tandi ſumptibus illius,qui cauſam diuortij
dedit , ſi ambo pater & mater facultatibus
ſufficiant, & etiam remanere debent apud
illum, qui non dedit cauſam diuortij, niſi
mater, quæ non dedit cauſam diuortij ad
ſecundas nuptias tranſeat,authẽt.ſi pater.
vbi Doct.C.diuort.fact.& authẽt.vt liceat
matr.& auiæ. §. illud. vbi gl.verb.alantur.
coll.8. & gl.ver.materna in l.alimenta.vbi
Bart.nu. 1.C.de neg.geſt.ita ſi mater dedit
culpam diuortio ſunt filij nutriendi apud
patrem, ſumptibus matris, ſi bonis abun-
dat,& ſi pater dedit cauſam,debẽt filij edu-
cari apud matrẽ,ſumptibus patris, ſi itaq;
facultatibus abundat, & mater nõ tranſeat
ad ſecundas nuptias. d.authẽt.ſi pater.vbi
Doct.C.diuort.facto,& gl.verb.materna,in
l.alimenta. vbi Bart.n.1.Paul.de Caſtr.nu.
3.Alex.n.6.C.de neg.geſt.Boer. conſil.17.
n.11.Valaſ.conſult.92. n.10.

39 Filius ſequitur familiam patris,& in il-
lius poteſtate conſiſtit, quoad dignitatem,
& honores. c.fin.de conuerſ.infid.& l.1.ff.
ad municip. & l.ſenatorem.ff.de ſenat.& l.
familiæ.ff.de verb.ſign.& l.mulierem.C.de
adopt.& §.fin. inſt. de patr. poteſt. & §.1.
inſt.de legit.agn.tutel.& gl.ver.maſculinã,
in c.vbicumq; de pœn.lib.6. & gl.fin.in l.
l.partum.C.de rei vind. Dec.in l.fœminæ.
à n.67.ff.de regul.iur.hoc tamen eſt intel-
ligendum de filijs legitimis. l.cum legiti-
mæ.vbi gl.1.ff.de ſtat.homin.quoad liber-
tatem tamen ſequitur naturam, & originẽ
matris.d.l.partum.de rei vind.& l.ex libe-
ra.C. de ſuis.& legit.& l.commercio. C.de
poſtlimin.reuerſ.& l.cum ancillis,C.de in
cæſt.nupt.& l.aui paterni. C.deliber. cauſ.
& l.ne diutius.C.de agricol.& cenſ.lib.11.
& l.& ſeruorum. ff.de ſtat. homin. & c.fin.
de ſeru.non ord.& c.vnico de nat.ex liber.
ventr.niſi aliud ſit de conſuetudine.c.licet
de coniug.ſeru.ſi tamẽ mater relinquatur
libera cum conditione, vt decem det Ti-
tio,vel alia cõditione, tunc enim filij nati,
illius naſcuntur ſerui dum cõditione non
adimpletur. l.cum libertatem.C.de fid.cõ-
miſſ.lib.& l.ergo quandiu.§.ſi ex die.ff.eo-
dem,& dicam infra ver.ſeruitus.§.62.

40 Filius,aut filia tenetur alimentare pa-
trem,aut matrem,ſi filius abundat,& pater
eget, aut ſit exul. l.1.& l.2. vbi Doct. C de
alend.liber.& l.filia tua. C.de patr. poteſt,
& auth.in Cæſtas. vbi Bald. C. de in Cæſt.
nupt.

Digitized by Google

nupt.& l.cum non ſolum. §.ipſum autem. vbi Bald.C.de bon.quælib.& gl.verb.educatio.in c.ius naturale.diſt.1.

41 Filius tenetur ſoluere debita patris,quādo poſt mortem illius eſt hæres ipſius patris,nō autem ſi hæres eius non exiſtat,aut dum eſt in poteſtate illius. c.1.vbi Abb.n.1.de ſolut. l.ne contra. & l.patris nomine, C.ne filius pro patr.ſi tamē rogatus fuerit reſtituere hæreditatē patris detrahit tertiam iure naturæ debitam, & quartam trebellianicam ſibi debitam. c. Rainaldus. vbi Abb.n.2. de teſtam quoniam pater nō poteſt prohibere trebellianicam in filijs primi gradus,vt tenet Bart. in l.iubemus. n.2. & 8.C ad treb.Iaſ.in l.Marcellus.n.53.ff ad treb.& in conſil 99.col.6.verſ. & iſtā opinio.lib.4.Paris.conſil.15.n.59.& conſi.93. n.46.lib.2. Dec. conſil.81.à nu.3.& conſil. 269.n.13. Gozad.conſil.97.n.14.& conſil. 104. Curt.Iun. conſil.70.n.16.& cōſi.160. n.10. Rip. in l.Centurio. n.65. ff. de vulg. & pup.& in l.nemo poteſt.n.52.ff.de leg.1. Rub.conſil.104.& conſi.120.in fin.& cōſi. 143.n.6. Socin.Iun.conſil.131.n.58.lib.1. & conſil.28.nu.2. lib.2. & conſil.112.nu.3. lib.3.Iul.Clar.lib.3 §.teſtamentum. quæſt. 63.num.1.

42 Filius,qui impugnat teſtamentū patris, vbi illi aliquod legatum fuit relictū,ſi ſuccumbat non conſequitur legatum, quoniā commodum quis reportare non poteſt ex illo,quod nititur impugnare,c.ex eo non debet de regul.iur. lib.6.& l. Papinianus. §.meminiſſe.vbi Doct ff.de inoffic.teſtam. ſi autē ſuccumberet,& appellauerit à ſententia, & pēdente appellatione deſiſtat, tūc non perdet illud. gl.verb.& non obtinuit. in d. l.Papinianus. §. meminiſſe. vbi Paul. de Caſtr.ff.de inoffic.teſt.

43 Filius non poteſt paciſci cum patre , vt ſit dote ſua contentus , & non ſuccedat in hæreditate paterna,nec tale pactum valet, cum ſit de futura ſucceſsione , ſed tamen mortuo patre,poteſt ſuccedere cum fratribus,ſi dotē conferat,non obſtante tali pacto.l.pactum.vbi Bart.Bald. Salicet. Alex. & omnes.C.de collat.& l.ſi quādo.§.illud. C.de inoffic.teſtam.& l.pactum, quod dotali.& l.fin. C.de pact. & l.fin.ff.de ſuis. & leg ſi tamen pater paciſcatur cum filio de non ſuccedendo in hæreditate filij , valet tale pactum , cum nōn ita debeatur patri hæreditas filij,ſicut debetur hæreditas patris filio. l.1.§.ſi parens.vbi gl.ver.repellitur. ff.ſi aparent.& l.nam & ſi.ff.de inoffic. teſt.& gl.verb.lex. in c.quamuis.vbi Doct. de pact.libr.6. ſi vero filius iuret in pacto, vt ſua dote ſit contentus,& quòd non ſuccederet in hæreditate paterna , tenetur tunc obſeruare pactum ratione iuramēti. d.c.quamuis,vbi cōmuniter Doct.de pact. libr.6. licet in noſtra Luſitania non valeat tale pactum iuramento promiſſorio firmatum in foro ſeculari,per ord.Reg.lib.4.titul.73. in prin.

44 Filius tenetur computare in legitimā, omnia bona ſibi à patre donata,aut profectitia.gl.2. vbi Abb.n.24.in c.Rainuntius, de teſtam.& auth.ex teſtamento. vbi Doct. C.de collat. & etiam militiam emptam ex pecunia defuncti,quæ ad hæredes eius peruentura erat eo mortuo. l. omnimodo. §. imputari. vbi Doctor.C.de inoffic.teſt.illa vero mobilia, quæ pater filio dedit ad militiam,ſiuè ad doctoratum conſequendum non ſunt conferenda. l.ſi filius familias.C. famil erciſc.Iaſ.in l.illud. n.5. C.de collat. & dixi ſupra verb.collatio.§.32.

45 Filius, qui patri ſeruit,& alius non poteſt habere ex paterna hæreditate, quantū pro illo ſeruitio extraneus ſuſcipere poſſet , ſi pater illi filio dedit in vita illud, quod filius mereretur pro remuneratione ſeruitij, aut filius in vita patris fuit proteſtatus,quòd illud ſeruitium faciebat, vt ſalarium illius haberet,aut cum patre cōueniret,aliter enim non poteſt poſt mortem patris petere ab alijs fratribus, vel hæredibus remunerationem ſeruitij.arg.text.in l.neſennius.ff.de neg.geſt. & in l.alimenta. C.eod.Nau.in Manu.c 17.n.148.

46 Filius familias quidquid acquirit patri acquirit. l.ſi quis pro eo.§.item ſi.vbi glo. ver.tenetur.& Doct.ff.de fideiuſſ.& l. filius familias.ff.de regu.iur.& l.placet.vbi Bart. ff.de acquirēd.hæred.& prin.inſt.per quas perſonas.fallit tamen in bonis caſtrēſibus, ſeù quaſi caſtrenſibus , & in aduentitijs, quoad proprietatem. §.igitur liberi,& ibi Doct inſt.per quas perſonas, & gl.1.in d.l. filius familias ff.de regul.iur.& gl.fin. in l. eius quod.C.de patr.poteſt. & gloſſ. in l.ſi quis filium familias. vbi Iaſ. nu.2.ff.de acquirend. hæred. & quod filius acquirit ex opera ſua eſt aduētitium. l. cū oportet.vbi Doct.C.de bon.quælib & Bart. in l.ſi tibi. §.ſi pactus.n.4.ff.de pact.

47 Filius familias,& ſeruus poteſt conuenire , & conueniri , & iurare , & deferre iuramen-

Digitized by Google

Iuramentum,quando habet adminiſtratio-nem,cum libera poteſtate. l.ſeruus. quod. & ibi Doct.& l.multo.ff.de iure iur.& l.libera.vbi gl.ver.ſpiciali, & l.quam tubaronis. ff.de pecul.

48 Filius tamen ſine iuſſu patris,nõ poteſt obligare rẽ illius, quãuis ſit maior vigintiquinq; annis. l.nec ſi maior.vbi Doct.C.de alien.res pign.dat.& l.1.§.ſi filius.vbi Bart. ff.quæ res pign.oblig.nõ poſſ.& l.filiꝰ.C.de pact.& l.nec filiꝰ.C.de reb.cred.& iur.iur.

49 Filius familias regulariter obligatur ex cõtractu,& ex delicto,& ſi nõ habet vnde ſoluat poteſt incarcerari , & mortuo filio, poſt litẽ conteſtatã,transfertur iudiciũ in patrẽ,quoad peculiũ,aut in rẽ verſum.l.tã excontractibus.vbi Bart.ff.de iud.& l.eius rei.C.quod cũ eo.Abb.in c.fin.nu.5.de delict.puer.& in c.mulieres.n.6.de ſent.excõmunicat. effectus tamen filius familias ſui iuris,tenetur quatènus facere poteſt. l. & exhæredatũ.vbi Doct.ff.de iud.niſi quãdo ſe fecit patrẽ familias,& in delictis.l.ſed & ſi ex parte.§.interdũ. ff.quòd cum eo.& l.ſi ex alio.vbi Doct.C.eod.vnde ſi dotẽ magnã promitteret pro ſorore tenetur factus ſui iuris. ex Abb.conſil.12.libr.1. Iaſ.in l. iuris gentium. §.ſi ante.n.4.ff de pact.

50 Filius familias regulariter non poteſt eſſe iniudicio nomine proprio,ſine cõſenſu patris,nec valet iudiciũ cum illo habitũ, niſi in ſui fauorẽ,aut quando agitur in ſpiritualibus.c.fin.vbi Dominic.Arch.Ioã. Andr.Pet.de Anch.Philiph.Franc.& oẽs. de iud.lib.6 ſpecul.in tit.de excep.§.dicto, verſ.ſed & filius familias. Bald.in l.fin.§.neceſsitate.C.de bon.quæ lib.Alex.cõſi.106. col.2.verſ.ſimiliter. lib.1.hoc certe debet intelligi,quando filius familias agit iniudicio ſuper bonis,quorũ vſus fructus,& actionis exercitium,ad patrẽ expectat, & tunc iudiciũ agitatum cũ filio familias,ſine cõſenſu patris eſt nullum,& nullius momẽti, de qua nullitate poteſt opponi , tàm ante, quàm poſt ſententiam,vt tenet ſpecul.vbi ſupra Ioann.And.in addit.ſpecul.in tit.de act.verſ.ſed & ſi filius familias Bal.& Alex. vbi ſupra. ſuper caſtrenſibus tamen , vel quaſi bene poteſt eſſe iniudicio,ſine conſenſu patris,& vbi patri.nihil acquiritur.l. filius famil.ff.de procurat.

51 Filius familias bene poteſt eſſe iniudicio, ſine conſenſu patris nomine procuratorio. c.non iuſtè. vbi Abb.nu.1.& alij.de procurat.& c.qui generaliter. §.ne dũ. vbi Doct.de procurat. lib.6.& l.filius familias. §.ipſe. ff.de procurat.& l.item eorũ. §.fin. ff. quod cuiuſq; vniuerſ.& poteſt etiã procurare,agere,vel conueniri in cauſis ſpiritualibus,vt eſt text.& ibi Doct.communiter in c.fin.de iud.libr.6. Doct. in c.ſuper in ordinata.depræb.

52 Filius familias maior vigintiquinq; annis poteſt eſſe officialis Reipublicæ,& dari tutor, & fideiubere. l.1. & l. nulla res. vbi Bart.Bald.& Salicet. C. quod cum eo, & ſi pater approbauit, tenetur pro eo Reipublicæ,& minori, ſi tamen lædat priuatum, non tenetur,niſi de peculio,l.1.vbi gl.ver. publicæ.& Doct.& l.filios. vbi Bart. C.de decurionib.lib.10.

53 Filius, ſi forte habeat quæſtionem cum patre,aut matre,debet adire iudicẽ venia petita,& iudex terminabit quæſtionẽ illã, ordine iuris obſeruato.l.congruentius.vbi Doct. C.de patr.poteſt. & l.hi tamen.ff.de accuſat. nõ poteſt enim filius vocare iniudicium,ſine venia patrem naturalẽ,& legitimum,aut naturalem,tantùm,neq; alium aſcendentẽ maſculum,aut fœminã,nec libertus patronũ,ſeù aſcendentes,vel deſcẽdentes illius,in quacumq; cauſa tam ciuili, quã criminali,l.quicumq;,& l.parẽtes,vbi Doct.ff.de in ius vocand.& §.pœnales.vbi gl.ver.in ius.& Angel.inſt.de act.nec filius adoptiuus patrẽ adoptantẽ,dũ eſt in illius poteſtate.l.adoptiuũ.ff.de in ius vocãd.nec gener,ſeù nurus ſocerũ,vel ſocrũ,dũ inter illos durat affinitas,nec priuignꝰ nouercã, durãte affinitate.l.generaliter.ita intelligẽda.ff.de in iꝰ vocãd.& fulgos.in l.1.C.eod. tit.quidquid dicat Iaſ.in d.l.generalit.n.11.

54 Adoptio eſt facienda apud competentẽ iudicem ab illo,qui adoptare poteſt. l.fin. vbi Doct.C.de adopt.& §.1. vbi Aret.inſt. eodem.mulier tamen non poteſt aliquem adoptare in filium, niſi ex principis priuilegio,& indulgentia. l.mulierem. vbi Doctor.C.de adopt. & §.fœminæ. vbi Angel. inſt.eodem.& l.ſi ſuſpecta.§.fin.vbi Bart.ff. de inoffic. teſt.Dec.in l.fœminæ.nu.50.ff. de regul.iur.nec legitimare.vt tenet Bald. in d. l.mulierem. C.de adopt. Dec.d.l.fœminæ.n.51.ff.de regul.iur.

55 Filius adoptiuus,ſi tẽpore mortis adoptantis,eſt in illius poteſtatis, ſuccedit in hæreditatem adoptantis , cum filijs illius, tam habitis ante odptionem,quàm poſt.l. ſi te parẽs.vbi Doct.C.de ſuis.& leg.lib.& §.minus, & §.ſed ea omnia. inſt.de hæred.

quæ ab inteſt. non poteſt tamen agere de inoffic.teſt.l. ſi ſuſpecto.§.quoniã, vbi notant omnes ff.de inoffic.teſt.

56 Adoptiuus non poteſt cõtrahere matrimonium cũ filia adoptantis durante adoptione, poſtea verò bene poteſt c.vnico.vbi gl.1. & Ant.de Butr.Hoſt.Innocent.Ioan. And.Abb. & omnes.de cogn. legal.& c.ita delagare.30.quæſt.3. & §.ſed & ſi qua.inſt. de nupt.& l.qui per adoptionem. ff.de adopt.& dixi ſupra.§.6.

57 Filius fratris præmortui ſuccedit loco patris inhæreditatem patrui, ſeu auunculi, aut amitæ, vel materteræ, auth.de hæred.ab inteſt. §.igitur defunctus, neq;. vbi Doct.coll.9.& auth.vt fratr.fil.ſucced.coll. 9 Iaſ.in l.ſi auiæ.n.4. C.de ſucceſſ.edict.& tãtum habebunt plures filij vnius fratris, quantum vnus patruus. l. ſi quis Titio, vbi Doct. ff.de vſu fructu acreſcẽd.& l.vt inteſtato. C.de ſuis,& leg.& gl.verb. vno. in c. raimundus. de teſſam: & ita in nepotibus. l.2. C.de ſuis. & leg. & l. ſi maritus. C. de collat. auth.ceſſante. vbi gl.1.& Doct. C. deleg hæred.& Abb. in c.licet.n.8.de vot. & in conſil.86. p.1.

58 Filius legitimatus ſoli patri ſuccedit ab Inteſtato, non tamen auo, vel deſcendentibus, auth. quib mod nat.effic.ſui. §.filium. vero. coll.7. vbi notãt Doct. Lud.Roman. & Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. ff.,de vſu cap.quoniam legitimatus ad inſtantiã patris debet haberi, ac ſi legitimè natus fuiſſet,& ſi fuerit à patre præterius in teſtamẽtõ, poteſt illud dicere nullum, & agere de querela inofficioſi, ſi iniuſtè fuerit exhæredatus, ſicut vere legitimus,& poteſt capere bona ab inteſtato. auth vt cum de appellat.cogn.§.aliud quoq; Capitulum. coll.8. Abb. in conſil. 86 parte.1. Bald. in l.cum adoptiuus. col.3. C.de adopt. Iaſ. in Rubric. nu.3. ff. delib.& poſthu. & in d. l. ſi is qui pro emptore. nu.236. ff.de vſu cap. & dicam.infrà verb.teſtamentum.§.73.legitimatus tamen in forma huius Regni, dicitur diſpenſatus, & licet ſuccedat patri ab inteſtato, vel ex teſtamento non admittitur contra teſtamentum. vt tenet Iaſ. in d.Rubric.n.14.& Valaſ.conſult.165.n.6.

59 Filius legitimatus in defectu legitimorum non deſinit ſuccedere inhæreditatem paternam, ſi poſtea alij filij legitimi naſcitur, quoniam per natiuitatem legitimorũ, non euanuit legitimatio, legitimè facta. c.factum legitime. vbi Doct. de regul.iur. lib.6. Abb.in c.ſuggeſtum.nu.5.de decim. Iaſ.in l.tale.§ fin.nu.8.ff depact. Abb.in c. per venerabilem.n.30.qui fil.ſint leg.Bart. in l.ex facto.n.3.ff.de vulg.& pupil.

60 Filius tamen ſpurius non poteſt legitimari exiſtentibus filijs legitimis,& naturalibus, niſi per oblationẽ curiæ, aut quando SummusPontifex, vel Princeps, illũ legitimaret habita expreſſa mentione de filijs legitimis, auth.quib.mod.nat.effic.ſui. §.ſi vero plurimis.coll.7. Bart. in auth.item ſi quis. C.de nat.lib. Bald.in auth. præterea. C.eodẽ tit.Iaſ.in l.Gallus.in §.& quid ſi tãtum.2.lect.n.93.ff.de liber.& poſthu.

61 Filius ſpurius non præſcribit legitimationem, quãuis per centũ annos, reputetur legitimatus, cũ tamen vere legitimatus nõ ſit, vt tenet gl.1.in l.nemo.ff.pro leg.Bald. in l.1. C.de emancip. lib.addit.ad Abb.in c.1. verſ. an legitimitas.de fid.inſtr. poteſt tamen quis pluries legitimari,& poteſt vti omnibus legitimationibus, aut aliqua carũ quæ illi melius faueat, vt tenet Dec.in l.nemo.§.quoties.n.3.ff.de regu.iur. poſt Pau. de Caſtr.in conſil.227 quem ipſe refert.

62 Filius ſpurius,& naturalis poteſt nominari ad emphyteuſim quando facta fuit cõceſsio, vt pater emphyteuta nominaret quemcumq; voluerit, quoniam tunc non recipit à patre nominante, ſed à vero domino, vt refert Cald.de nominat quæſt 19. n.65. ad emphyteuſim tamen Eccleſiaſticam, non poteſt ſpurius nominari, niſi per Summum Pontificem fuerit legitimatus, Cald.de nominat.quæſt.21.n.49.nec ſufficit Principis legitimatio, vt ſpurius poſsit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiaſticam, ſed.tantum prodeſt legitimatio Principis ſecularis ad ſuccedendum in bona feudalia, & emphyteuſim prophanam, vt tenet Rip.in Rnbric. de iud. nu.82.& Curt.Iun. conſil.136.n.8. Paris.conſil.2. n.221.libr. 1. Caſſan. in conſuet. Burg.Rubric.8. §.5. Roch.de iure patr.verb.cõpetens.n.8.Dec. conſil.171.col.2.in prin.& conſil.275.n.9. imò, vt ſpurius ſuccedat in emphyteuſim Eccleſiaſticam, nõ ſufficit legitimatio ſimpliciter à Summo Pontifice conſecuta, ſed eſt neceſſe, vt ſit cum clauſula, vt poſſit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiaſticam, & ita de naturali filio legitimato, niſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium. vt tenet Bald.Salicet.& Iaſ.num.9. Dec.n.23.in l.generaliter.§.cum autem.C. de inſt.& ſubſt. Imol. in l.quod dicitur. 2.

col.

Digitized by Google

col.antepen.ff.de verb.obligat.Dec.conſil.
269. nu. 10. Grat. conſil.79. nu.14. libr.1.
Gam.deciſs.72.num.6. Cald. de nominat.
quæſt.21.n.6.

Filius excoitu punibili, & damnato nõ
legitimatur per ſubſequens matrimoniũ,
niſi in diſpẽſatione expreſſè cautũ fuerit,
63 vt etiam habita proles fiat, & habeatur
pro legitima. cap.tanta. vbi Ant. de Butr.
Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & reliqui
ſcribentes, qui fil. ſint leg. per ingreſſum
tamen religionis olim remanebat legiti-
matus. vt refert Iaſ.in l.filius familias.n.3.
ff. delib.& poſthu.attamen hodie non le-
gitimatur, per motum proprium Summi
Pontificis.

Filij autem naturales ex ſoluto, & ſolu-
64 ta, inter quos matrimonium contrahi po-
terat tempore conceptionis, & nullo iure
erat prohibitum legitimantur per ſubſe-
quens matrimonium, & admittuntur cum
alijs ad hæreditatem paternam,& mater-
nam,& ad cætera omnia, tanquàm nati ex
legitimo matrimonio. c.1. & c. tanta. vbi
communiter Doct. qui fil.ſint.leg.& §.ali-
quando. vbi Ang. de Aret. inſt de nupt.&
auth.de in caſt.nupt. §.dubitatũ. vbi Bart.
coll.2.

65 Filij nati ab illis,qui ingradu prohibi-
to,aut contra interdictum Eccleſiæ, licet
ignoranter, contraxerunt,ſunt illegitimi,
cap.cum inhibitio. §. ſi quis. vbi Doct. de
cland. deſponſ.& etiam nati ex matrimo-
nio contracto, contra iuſtitiam publicæ
honeſtatis,qui etiam ſunt illegitimi, & ex-
cluduntur ab hæreditate paterna, & ma-
terna,& priuãtur cæteris omnibus,quibus
illegitimi ſunt indigni, c. referente. vbi
Abb. num.2. & reliqui ſcribentes. qui fil.
ſint leg.

66 Filij duorum compatrum nullam attin-
gunt affinitatem, nec continetur inter eos
impedimentum, quominus matrimonium
contrahere poſsint. c.1. vbi Abb.n.1.& c.
ſuper eo.de cognat.ſpiritual.Concil.Trid.
ſeſſ.24.c.2.de reformat.matrim.

67 Filiorum numerus nullam excuſationẽ
tribuit in honoribus, aut in muneribus,
his cohærentibus. l. ſextum decimum.& l.
in honoribus. ff.de vacat. & excuſat.& gl.
verb.muenrum. prin.inſt.de excuſat. tut.
nec à muneribus patrimonialibus. l. reſ-
cripto.§.fin.ff.de munerib.& honorib.& l.
neq; tempore. & Bart.ibi.C.de munerib.
patrimonialib.libr.10. & l.ab his honeri-
bus.& l.ſunt munera.ff.de vacat.& excuſat.
muner. niſi ſit numerus duodecim filio-
rum, vt tenet Bart. in d.l. neq; tempore
allegans. l. excuſatus. ff. de vacat. muner.
ſed corruptè, nec mihi videtur vera opi-
nio,quia nemo excuſatur à muneribus pa-
trimonialibus, quæ fundo adhærẽt.l.fin.C.
de muner.vel præſt.nemini liceat ſe quib.
excuſar.& l.an inſtructiones. vbi gl.ver.ti.
tulo.& Doct.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.

68 A muneribus tamen perſonalibus excu-
ſat numerus quinq; filiorum. l.& qui ori-
ginem. §.quamuis, & §.cura. ff de muner.
& honor.& l.1. & l.fin. vbi Doct.C.de his,
qui numer.lib.10. & à tutela, ſeù publicis
muneribus excuſat numerus quinq; libe-
rorum,ſi ſint ſupreſtites. licet emancipati,
aut ſint amiſsi in bello, quoniam illi, qui
in bello, pro Republica habito ciciderũt,
viuunt in perpetuum per gloriam, & etiã
excuſant patrem à muneribus perſonali-
bus,& etiam nepos filij præmortui,qui eſt
in poteſtate aui. prin.& §.1.vbi Doct.inſt.
de excuſat.tutel.& l.2. vbi Doct. ff.de va-
cat.& excuſat muner.

69 Filij tamen adoptiui non præſtant ex-
cuſationem. l.ſextum decimum §.adopti-
ui. vbi Doct.ff.de vacat,& excuſat.muner.
prin. vbi Aret.inſt. de excuſat.tut. vel cu-
rat. nec illi,qui naſcuntur poſtquam onus
patri fuerit impoſitum,quamuis ſint in vte-
ro; l.2. § liberorum. ff.de excuſat. tut. vbi
notant ſcribentes.

70 Filius primogenitus dicitur ille,qui pri-
mo natus fuit, quamuis alius poſtea naſca-
tur, vel non naſcatur.c.Ioſeph.vbi Abb.n.
1.& omnes de verbor.ſign.& l.ex duobus.
in prin. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. & ſi ali-
quis filius naſcatur,& ſtatim deceſſerit,pro
non nato habetur,ita vt poſtea natus poſ-
ſit dici vnigenitus. c.nam & ego.vbi Abb.
n.1.de verb.ſign.

71 Filius primogenitus ſuccedit in regnũ,
& in alias ciuiles dignitates,quæ diuidi nõ
poſſunt, ſicut eſt ducatus, marchionatus,
comitatus,& ſimilia, & non ſecundogeni-
tus. vt eſt text.in c.licet. vbi Abb. nu.6.&
omnes.de vot.& ſi primogenitus moriatur
relicto filio, & poſtea decedat pater rex,
ille nepos filius primogeniti ſuccedit in
reguo, & non filius ſecundogenitus, quo-
niam datur in nepote locus repræſenta-
tionis, & filius cenſetur eadem perſona. l.
fin.C.de impub. & alijs ſubſt.& l. libero-
rum.ff.de verbor.ſign.& c.contra dicimus.

Digitized by Google

quæ ab inteſt. non poteſt tamen agere de inoffic.teſt.l. ſi ſuſpecto.§.quoniã. vbi notant omnes ff.de inoffic.teſt.

56 Adoptiuus non poteſt cõtrahere matrimonium cũ filia adoptantis durante adoptione, poſtea verò bene poteſt. c.vnico.vbi gl.1. & Ant.de Butr.Hoſt.Innocent.Ioan. And.Abb. & omnes.de cogn. legal.& c.ita delagare.30.quæſt.3. & §.ſed & ſi qua inſt. de nupt.& l.qui per adoptionem. ff.de adopt.& dixi ſupra. §.6.

57 Filius fratris præmortui ſuccedit loco patris inhæreditatem patrui, ſeu auunculi, aut amitæ, vel materteræ, auth.de hæred.ab inteſt. §.igitur defunctus, neq; vbi Doct.coll.9.& auth.vt fratr.fil.ſucced.coll. 9 Iaſ.in l.ſi auiæ.n.4. C.de ſucceſſ.edict.& tãtum habebunt plures filij vnius fratris, quantum vnus patruus. l. ſi quis Titio, vbi Doct. ff.de vſu fructu acreſcẽd.& l.vt inteſtato. C.de ſuis,& leg.& gl.verb. vno. in c. raimundus. de teſtam. & ita in nepotibus. l.2. C.de ſuis. & leg. & l. ſi maritus. C. de collat. auth.ceſſante. vbi gl.1.& Doct. C. de leg hæred.& Abb. in c.licet.n.8.de vot. & in conſil.86. p.1.

58 Filius legitimatus ſoli patri ſuccedit ab inteſtato, non tamen auo, vel deſcendentibus, auth. quib mod.nat.effic.ſui. §.filium. vero. coll.7. vbi notãt Doct. Lud.Roman. & Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. ff.de vſu cap.quoniam legitimatus ad inſtantiã patris debet haberi, ac ſi legitimè natus fuiſſet,& ſi fuerit à patre præteritus in teſtamẽto, poteſt illud dicere nullum, & agere de querela inofficioſi, ſi iniuſtè fuerit exhæredatus, ſicut vere legitimus,& poteſt capere bona ab inteſtato. auth. vt cum de appellat.cogn.§.aliud quoq; Capitulum. coll.8. Abb. in conſil. 86 parte.1. Bald. in l.cum adoptiuus. col.3. C.de adopt. Iaſ. in Rubric. nu.3. ff. delib.& poſthu. & in d. l. ſi is qui pro emptore. nu.236. ff.de vſu cap. & dicam infrà verb.teſtamentum.§.73. legitimatus tamen in forma huius Regni, dicitur diſpenſatus, & licet ſuccedat patri ab inteſtato, vel ex teſtamento non admittitur contra teſtamentum. vt tenet Iaſ. in d.Rubric.n.14.& Valaſc.conſult.165.n.6.

59 Filius legitimatus in defectu legitimorum non deſinit ſuccedere inhæreditatem paternam, ſi poſtea alij filij legitimi naſcitur, quoniam per natiuitatem legitimorũ, non euaneſcit legitimatio, legitimè facta. c.factum legitime. vbi Doct. de regul.iur. lib.6. Abb.in c.ſuggeſtum.nu.5.de decim. Iaſ.in l.tale.§ fin.nu.8.ff depact. Abb.in c. per venerabilem.n.30.qui fil.ſint leg.Bart. in l.ex facto.n.3.ff.de vulg.& pupil.

60 Filius tamen ſpurius non poteſt legitimari exiſtentibus filijs legitimis,& naturalibus, niſi per oblationẽ curiæ, aut quando Summus Pontifex, vel Princeps, illũ legitimaret habita expreſſa mentione de filijs legitimis, auth.quib.mod.nat.effic.ſui. §.ſi vero plurimis.coll.7. Bart. in auth.item ſi quis. C.de nat.lib. Bald.in auth. præterea. C.eodẽ tit.Iaſ.in l.Gallus.in §.& quid ſi tãtum.2.lect.n.93.ff.de liber.& poſthu.

61 Filius ſpurius non præſcribit legitimationem, quãuis per centũ annos, reputetur legitimatus, cũ tamen vere legitimatus nõ ſit, vt tenet gl.1.in l.nemo.ff pro leg.Bald. in l.1. C.de emancip. lib.addit.ad Abb.in c.1. verſ. an legitimitas.de fid.inſtr. poteſt tamen quis pluries legitimari,& poteſt vti omnibus legitimationibus, aut aliqua earũ quæ illi melius faueat, vt tenet Dec.in l.nemo.§.quoties.n.3.ff.de regu.iur. poſt Pau. de Caſtr.in conſil.227 quem ipſe refert.

62 Filius ſpurius,& naturalis poteſt nominari ad emphyteuſim quando facta fuit cõceſsio, vt pater emphyteuta nominaret quemcumq; voluerit, quoniam tunc non recipit à patre nominante, ſed à vero domino, vt refert Cald.de nominat quæſt. 19. n.65. ad emphyteuſim tamen Eccleſiaſticam, non poteſt ſpurius nominari, niſi per Summum Pontificem fuerit legitimatus, Cald de nominat.quæſt.21.n.49.nec ſufficit Principis legitimatio, vt ſpurius poſsit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiaſticam, ſed tantum prodeſt legitimatio Principis ſecularis ad ſuccedendum in bona feudalia, & emphyteuſim prophanam, vt tenet Rip.in Rubric. de iud. nu.82.& Curt.Iun. conſil.136.n.8. Paris.conſil.2. n.221.libr. 1. Caſſan. in conſuet. Burg.Rubric.8. §.5. Roch.de iure patr.verb.cõpetens.n.8.Dec. conſil.171.col.2.in prin.& conſil.275.n.9. imò, vt ſpurius ſuccedat in emphyteuſim Eccleſiaſticam, nõ ſufficit legitimatio ſimpliciter à Summo Pontifice conſecuta, ſed eſt neceſſe, vt ſit cum clauſula, vt poſſit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiaſticam, & ita de naturali filio legitimato, niſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium. vt tenet Bald.Salicet.& Iaſ.num.9. Dec.n.23.in l.generaliter.§.cum autem.C. de inſt.& ſubſt. Imol. in l.quod dicitur. 2. col.

Digitized by Google

col.antepen.ff.de verb.obligat.Dec.conſil.
269.nu.10. Grat. conſil.79.nu.14. libr.1.
Gam.deciſs.72.num.6. Cald. de nominat.
quæſt.21.n.6.

Filius excoitu punibili, & damnato nō
legitimatur per ſubſequens matrimoniū,
niſi in diſpēſatione expreſſè cautū fuerit,
63 vt etiam habita proles fiat, & habeatur
pro legitima. cap.tanta. vbi Ant. de Butr.
Hoſt. Innocent. Ioan.And.Abb. & reliqui
ſcribentes, qui fil. ſint leg. per ingreſſum
tamen religionis olim remanebat legiti-
matus, vt refert Iaſ.in l.filius familias,n.3.
ff.delib.& pôſthu.attamen hodie non le-
gitimatur, per motum proprium Summi
Pontificis.

Filij autem naturales ex ſoluto, & ſolu-
64 ta, inter quos matrimonium contrahi po-
terat tempore conceptionis, & nullo iure
erat prohibitum legitimantur per ſubſe-
quens matrimonium, & admittuntur cum
alijs ad hæreditatem paternam,& mater-
nam,& ad cætera omnia, tanquàm nati ex
legitimo matrimonio. c.1. & c. tanta. vbi
communiter Doct qui fil.ſint.leg.& §.ali-
quando. vbi Ang. de Aret. inſt de nupt.&
auth.de in caſt.nupt. §.dubitatū. vbi Bart.
coll.2.

65 Filij nati ab illis,qui ingradu prohibi-
to,aut contra interdictum Eccleſiæ, licet
ignoranter, contraxerunt,ſunt illegitimi,
cap.cum inhibitio. §. ſi quis.vbi Doct. de
cland. deſponſ.& etiam nati ex matrimo-
nio contracto, contra iuſtitiam publicæ
honeſtatis,qui etiam ſunt illegitimi, & ex-
cluduntur ab hæreditate paterna, & ma-
terna,& priuātur cæteris omnibus,quibus
illegitimi ſunt indigni, c. referente. vbi
Abb.num.2.& reliqui ſcribentes. qui fil.
ſint leg.

66 Filij duorum compatrum nullam attin-
gunt affinitatem, nec continetur inter eos
impedimentum, quominus matrimonium
contrahere poſsint. c.1. vbi Abb.n.1.& c.
ſuper eo.de cognat.ſpiritual.Concil.Trid.
ſeſſ.24.c.2.de reformat.matrim.

67 Filiorum numerus nullam excuſationē
tribuit in honoribus, aut in muneribus,
his cohærentibus. l. ſextum decimum.& l.
in honoribus. ff.de vacat, & excuſat.& gl.
verb.muenrum. prin.inſt.de excuſat. tut.
nec à muneribus patrimonialibus. l. reſ-
cripto.§.fin.ff.de munerib.& honorib.& l.
neq; tempore. & Bart.ibi.C.de munerib.
patrimonialib.libr.10. & l.ab his honori-
bus.& l.ſunt munera.ff.de vacat.& excuſat.
muner. niſi ſit numerus duodecim filio-
rum, vt tenet Bart. in d. l. neq; tempore
allegans. l. excuſatus. ff. de vacat. muner.
ſed corruptè, nec mihi videtur vera opi-
nio,quia nemo excuſatur à muneribus pa-
trimonialibus, quæ fundo adhærēt.l.fin.C.
de muner.vel præſt.nemini liceat ſe quib-
excuſar.& l.an inſtructiones. vbi gl.ver.ti.
tulo.& Doct.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.

68 A muneribus tamen perſonalibus excu-
ſat numerus quinq; filiorum. l.& qui ori-
ginem. §.quamuis, & §.cura. ff de muner.
& honor.& l.1. & l.fin. vbi Doct.C.de his,
qui numer.lib.10.& à tutela, ſeù publicis
muneribus excuſat numerus quinq; libe-
rorum,ſi ſint ſupreſtites. licet emancipati,
aut ſint amiſsi in bello, quoniam illi, qui
in bello, pro Republica habito ciciderūt,
viuunt in perpetuum per gloriam, & etiā
excuſant patrem à muneribus perſonali-
bus, & etiam nepos filij præmortui,qui eſt
in poteſtate aui. prin & §.1.vbi Doct.inſt.
de excuſat.tutel.& l.2. vbi Doct. ff.de va-
cat.& excuſat muner.

69 Filij tamen adoptiui non præſtant ex-
cuſationem. l.ſextum decimum §.adopti-
ui. vbi Doct.ff.de vacat,& excuſat.muner.
prin. vbi Aret.inſt. de excuſat.tut. vel cu-
rat. nec illi,qui naſcuntur poſtquam onus
patri fuerit impoſitum,quamuis ſint in vte-
ro; l.2.§.liberorum. ff.de excuſat. tut. vbi
notant ſcribentes.

70 Filius primogenitus dicitur ille,qui pri-
mo natus fuit, quamuis alius poſtea naſca-
tur, vel non naſcatur.c.Ioſeph.vbi Abb.n.
1 & omnes de verbor.ſign.& l.ex duobus.
1 in prin. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. & ſi ali-
quis filius naſcatur,& ſtatim deceſſerit,pro
non nato habetur,ita vt poſtea natus poſ-
ſit dici vnigenitus. c.nam & ego.vbi Abb.
n.1.de verb.ſign.

71 Filius primogenitus ſuccedit in regnū,
& in alias ciuiles dignitates,quæ diuidi nō
2 poſſunt, ſicut eſt ducatus, marchionatus,
comitatus,& ſimilia, & non ſecundogeni-
tus. vt eſt text.in c.licet, vbi Abb. nu.6.&
omnes.de voc.& ſi primogenitus moriatur
relicto filio, & poſtea decedat pater rex,
ille nepos filius primogeniti ſuccedit in
reguo, & non filius ſecundogenitus, quo-
niam datur in nepote locus repræſenta-
tionis, & filius cenſetur eadem perſona. l.
fin.C.de impub. & alijs ſubſt.& l. libero-
rum.ff.de verbor.ſign.& c.contra dicimus.

Digitized by Google

§ hac auctoritate.35.quæſt.3. Abb.in d.c. licet.n.8. de vot.& dicitur filius primogenitus Regis Princeps, alij autem filij dicuntur Infantes, gloſſ. verb. Infantes, in extrauagant. vnica de Iudæ. & Sarracen. Ioann. 22. & ita datur repræſentatio in ducatu,marchionatu, comitatu,& inſimilibus, quia ſucceſsio illa trãſmittitur ad nepotem filium illius filij primogeniti præmortui,facit text.& ibi Doct.in authẽt.de hæred.ab inteſt.& dicam infra verb.maioratus.§.7.& verb.rex.§.9.

72 Filius autem ſecundo genitus, verum ſuccedat in maioratu,aut nepos filius primogeniti, quando primogenitus mortuus fuit viuente patre poſſeſsore maioratus, relicto nepote, concurrente cum patruo ſecundo genito ad ſucceſsionem maioratus poſt mortem patris, & aui, eſt magna cõtrouerſia, ita vt Bald. in l.cum antiquioribus. col.fin. C.de iure,delib.dicat, quod ſoluat Apollo,& in conſil.275.col.1.lib.2. ait, quòd in ea quæſtione aſſerere aliquid certitudinaliter potius ſit ſuperſtitioſum quam diſcretum,& quòd nepos præferri debeat affirmat Thom. Gramat.deciſ. 1.n,17. Lud.Molin.in tract.de primogen. Hiſpan. lib.3. c.6. n.38. Emanuel.à Coſt. in tract. de ſucceſſ.Regn.2.& vlt.p.Iacob.à Saà.in libello,de patruo,& nepote,Socin. cõſil.252.n.15. Valaſc.conſul.122.n.23.& apud nos eſt ord. lib.4. tit.100 in prin. in maioratu de bonis patrimonialibus.ſed cõtraria opinio eſt verior imo filius ſecundo genitus, qui viuebat tẽpore mortis patris poſſeſſoris maiorat⁹ debet præferri nepoti, filio primogeniti,qui mortuus erat,quando pater poſſeſſor maioratus deceſsit, vt tenet Alex.cõſil.4.lib.4 Ant.Gom.in l.40. Tauri. n.65. Cou.ru. in pract.quæſtionib. quæſt.38.n.5,Dec.conſil.445.Afflict.in Rubric.de ſucceſſ.feud.n.88. Gam.deciſ.307. n.2.ſemper enim inſtitutio maioratus,vocat primogenitum,poſt mortem poſſeſſoris niſi aliter placeat inſtituenti,& non videtur poſſe dici primogenitus,qui nõ durauit in primogenitura,vſq; ad mortẽ patris.arg.text.in c nam,& ſi. vbi gl.fin. de verb.ſign.& ita obſeruabitur in noſtra Luſitania in maioratu à Rege donato.ord.lib. 2. tit.35. §.1.

73 Filius emancipatus poteſt ſcribere inſtrumentum pro patre, aliter tamen ſi eſt in poteſtate patris, pro matre vero benè poteſt illud ſcribere, ex iuſſu contrahentium, cum filius non ſit in poteſtate matris. l. ſi pater. vbi gl.verb. cum iuſſu, & Doctor. & l.de co.ff.ad leg. Corn. de falſ. Bald. in l. inſtrumenta domeſtica. C. de probat. & in tract. de tabellionat. quæſt.2. addit. ad Abb.in c.ſuper eo.2. verſ. an filius. de teſtib. & ita in patre ſcribente inſtrumentum pro filio. l. impuberem. vbi Doct ff.ad leg.Corn.de falſ.

74 Filius tàm legitimus, quàm naturalis, ſiuè adoptiuus, non poteſt cogere patrem, vt illum emancipet, & a ſua poteſtate dimittat, §.fin. vbi notant communiter ſcribentes. inſt. quib.mod.ius patr.poteſt.fallit tamen in quatuor caſibus, quos recẽſet gl.verb. pene.in d.§.fin.& addit Abb.in c. quinta vallis. verſ.circa hoc de iure iur.

75 Emancipatio filiorum facta à patre hæretico, non valet,neque in fraudem creditorum, tam illorũ,qui fuerunt ante emancipationem,quàm poſtea, ſi fiat non ſoluẽdo.c.1. §.fin. vbi Doct.de hæret. libr.6. & l.1. §.is quoq;. vbi Bart. n.3. ff.de collat. bon.Bald.in Rubric.de reuocand. his, quæ in fraud.cred.Iaſ. in l.non dubium. nu.48. C.deleg.

76 Parentes,quorum filij oppreſsi reperiũtur pœnitere debent, ſi ſine illorum culpa oppreſsio illa euenit,ſi autem ſint in culpa puniuntur ſecundum negligentiam,in qua fuerunt. cap.1.vbi Ant.de Butr.Innocent. Hoſt. Ioann.Andr. Abb. & alij.& c.fin.vbi etiã.notant ſcribentes de his qui fil.occid.

Verbo Forma.

1 FOrma eſt, quæ dat eſſe rei, & commutata forma ſubſtantiali,non dicitur eadem res, ſed alia diuerſa. l. Iulianus. §. ſi quis rem. vbi Bald. ff. ad exhibend. Idem Bald.in l.1.n.54. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. Abb.in c.1.n.17.de in integ.reſt.Innocẽt. in Rubr.de confecr.Eccleſ. vel alt. ſumma Angel.verb.forma in prin.

2 Forma mandati eſt diligenter obſeruãda,& factum contra formam mandati non valet,nec alicuius eſt momenti, nec tenet proceſſus factus præter formam mandati. c.fin.de reſt.ſpol. & c.ex parte de offic.de leg.& c.bonæ.2.de poſtulat. & c.cũ dilecta de reſcript.& c.cum inueteri. de elect. & l.deligenter. vbi notant communiter Doctor. ff mand. & l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Abb.in c.cum olim.num.6. de arb.

Forma

3 Forma exceptionis priuilegij cognoſcitur quando Sũmus Pontifex dixit in ſuo priuilegio, aut in ſua ſententia nos talem Eccleſiam aſſerimus exemptã à iuriſdictione ordinarij, aut aſſerimus expectari ad ius, & proprietatem B. Petri, aut dixit, talis Eccleſia potiatur libertate Romanæ Eccleſiæ, c. ſi Papa. vbi Doct. de priuileg. libr. 6. Innocent. & Hoſt. in c. recepimus. Ant. de Butr. Abb. & alij in c. cum capella de priuileg.

4 Forma electionis debet eſſe per ſcrutinium, compromiſſum, & inſpirationem, & debent vocari oẽs, qui habent ius eligẽdi, & qui ſunt inquieta poſſeſsione iuris eligẽdi, & omnibus electoribus vocatis, & congregatis, debet eſſe notarius, qui ſecretò vota illorũ exquirat, & in ſcriptis redigat, & poſtea publicet, in cõmune, & tunc fiet electus in quẽ omnes, aut maior pars illorum conſenſerit, & electio aliter facta nullius eſt momẽti, nec poteſt vocari electio, c. quia propter. vbi Abb. nu. 1. & omnes. & c. quod ſicut de elect. c. coram, & c. bonæ de confuet. & c. cum Eccleſia Sutrina. vbi Doct. de cauſa poſſ. & propriet. & dixi ſupra verb. electio. §. 14.

5 Forma præſentandi à patrono in beneficio eſt, vt patronus dicat elegi hunc Clericum vobis præſentandũ, & eum præſentato, & peto, vt à vobis ſit inſtitutus, confirmatus, & collatus, vt refert Abb. in c. fin. n. 5. de iure patr.

6 Forma iuramenti illius, qui collatum in beneficio curato, eſt illa, quæ continetur in c. ego. N. de iure iur.

7 Forma vniuſculuſq; Sacramẽti, dicam infra verb. Sacramentum. in ſuis locis.

Verbo Forus.

1 Forus, quando eſt maſculini generis, eſt locus exercendarum litium à fando dictus. c. forus. vbi Abb. nu. 1. de verb. ſigni. ſumma Angel. verb. forus in prin. quando autem eſt neutri generis, accipitur pro territorio cuiuſcumq; iuriſdictionis, ſeù diæceſis. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſign. & c. omnes Baſilicæ. 16. quæſt. 7. Abb. in Rubric. nu. 2. de foro comp. alias etiam hebet ſignificationes. vt refert Abb. vbi ſupra de quibus hic non ago.

2 Forum ſortitur ratione rei ſitæ domicilij, contractus, atq; delicti, c. ſane. 3. & c. fin. de foro comp. & c. 1. §. cõtrahentes. vbi Doct. eodem titul. lib. 6. & c. 1. de rapt. & l. hæres abſens. §. 1. & 2. de iud. & l. ſeq. eodẽ & c. 1. vbi Doct. de priuil. lib. 6. & l. ſi cui. §. idem Imperator. ff. de accuſat. Bart. in l. cũctos populos. n. 46. Bald. n. 46. & Mar. C. de ſumma Trin. idẽ Bald. in l. 3. n. 3. ff. de offic. præſid. Abb. in d. c. fin. nu. 2. de for. comp. Cou. ru. pract. quæſt. 11. n. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 38. n. 1. Iacob. de Belouiſ. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. Ioan. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de comp. iud. Socin. in l. à Diuo pio. §. ſententiam. n. 16. ff. de re iud. Gramat. dec. 16. n. 9. limitatur tamẽ in actione rei vindicationis ratione rei ſitæ per ord. lib. 3. tit. 11. §. 5. & 6.

3 Forum ſortitur ratione rapinæ, quia delictum eſt, vt probãt ſupra relati, & ita delictũ dat iuriſdictionẽ ei iudici, qui aliàs illã non haberet. c. 1. vbi Abb. n. 1. de rapt. & c. ſicut de priuileg. & c. vbi cauſa. 3. q. 6. & c. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. & l. ſi cui. §. idẽ Imperator. vbi Doct. & l. fin. ff. de accuſat. & l. 1. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. vbi ſenat. vel clariſsim. ciuil. vel criminal. auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. gl. verb. ratione. in c. fin. de foro comp. & Doctor. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & poteſt conuentus de crimine altero de tribus locis cõueniri, videlicet vbi crimen fuit commiſſum, aut vbi cauſa fuit inchoata, aut vbi domicilium habet. l. 1. & l. 2. vbi Doct. C. vbi de crim. agi oportet. & ſi delinquens eſt vagabundus poterit tunc conueniri vbicumq; fuerit inuentus. auth. vt nulli iud. §. ſi quis vero. collat. 9. & l. 1. vbi Doct. C. vbi quis decurial. vel cohort. gl. fin. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Abb. in d. c. fin. n. 13. de foro comp.

4 Si autem Clericus delinquens habet beneficium in vno Epiſcopatu, & domicilium in alio, & delinquat in diæceſi domicilij, & cõmittat delictum dignum priuatione beneficij, debet condemnari à iudice, vbi commiſit delictum, & iudex vbi eſt beneficium debet mandare ſententiam illam executioni, cap. paſtoralis. vbi Abb. num. 1. de foro comp. poteſt enim iudex vnius territorij exequi ſententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij per litteras deprecatorias illius iudicis, qui ſententiam protulit ex Paul. in l. cum quædã puella. n. 5. ſapia. nu. 28. ff. de iuriſd. omnium iud.

Digitized by Google

5 Forum etiam ſortitur ratione ſupremæ poteſtatis, vbi eſt Papa, Imperator, Rex, aut Curia, nam Papa eſt iudex ordinarius, & totus mundus eſt ſuũ territoriũ, quòad ſpiritualia, & perſonas Eccleſiaſticas, & vbicumq; fuerit, eſt in ſuo territorio, & ibi poteſt quicumq; conueniri, & ita Imperator, aut Rex in territorio ſuorum ſubditorum. c. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3. & c. ſi Imperator 96. diſt. & c. duo ſunt eadẽ. diſt. & l. bene à Zenone. C. de quad. præſcript. Abb. in c. fin. n. 45. de foro cõp. in foro tamen pœnitentiali eſt aliter dicendum. vt tenet Abb. in c. 1. n. 4. de rapt.

6 Forum etiam ſortitur ratione iuramẽti, quando enim laicus iurat nõ declinare forum Eccleſiaſticum, tenetur tunc reſpondere coram iudice Eccleſiaſtico, & obſeruare iuramentum. c. fin. vbi communiter Doct. de foro comp. lib. 6. hoc tamen iuramentum non tranſit ad hæredem. vt tenet Abb. in c. cum ſit generale. nu. 22. de foro comp. vnde ſi defunctus iurauit non declinare forum Eccleſiaſticum, nihilominus hæres laicus illud declinabit.

7 Malefactores Eccleſiarum, qui ſacrilegium cõmittunt, poſſunt puniri ab vtroq; iudice quoniam hoc crimẽ eſt mixti fori, & in eo datur locus præuentioni. c. cũ ſit generale. vbi Abb. n. 1. de foro comp. & l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cler. gl. fin. in d. c. cum ſit generale Mantua cõſil. 166. nu. 80. deciſ. Pedamont. 103. nu. 7. Montaluus de repetibus ſent. Pilat. nu. 52. Iul. Clar. in § hæreſis. n. 25. Ioann. Vella in tract. de pœn. delict. c. 13. verſ. aduertas autem, licet in Regno Franciæ, de conſuetudine cognoſcat ſolus iudex laicus de crimine ſacrilegij, inter laicos, vt atteſtatur pract. Miſlei fol. 74. num. 17. & ita inducatu mediolanenſi, vt refert Iul. Clar. libr. 5. §. 37. num. 6.

8 Forum ſortitur ratione adminiſtrationis aliquorum negociorum. l. interdum. §. ſenator. vbi Bart. ff. de iud. & l. 1. & 2. vbi Doct. C. vbi in rem act. & l. hæres abſens. ff. de iud. nam ratione contractus, vnde oritur obligatio ſortitur quis forum. C. fin. vbi gl. verb. ſeù contractus, & Abb. à n. 29. de for. comp. & d. l. hæres abſens. §. 1. vbi Bart. nu. 1. & l. omnem obligationem. ff. de iud.

9 Forum tamen non ſortitur ratione cõtractus, quando quis cõtrahit, & ſtatim decedit, nec in loco illo habebat ſtationem, officinam, ſeù tabernam, ſed tanquã viator emebat, & vendebat, d. l. hæres abſens. §. proinde. verſ. nam vbi ſic venit. vbi Bart. n. 1. ff. de iud. & c. 1. § nec etiam. vbi gl. ver. reſpondere, & Doct. de foro comp. Abb. in c. quod Clericus. n. 4. & c. fin. n. 33. de foro comp. nec ſi creditor ſcienter cũ aduena, & viatore contraxit, poteſt illum obligare ad ſatis dandum de iudicio ſiſti, nec eum facere capi perſonaliter. vt tenet Bart. in d. l. hæres abſens. d. § proinde. n. 2. ff. de iud. Bald. in Rubr. col. 2. verſ. ſed vlterius quæritur incidenter. C. de reuocand. his, quæ fiunt in fraud. cred. Iaſ. in l. ſi ab arbitro. nu. 5. ff. qui ſatiſd. cog. ſi tamen ille, qui cũ viatore contraxit ignorabat, quod eſſet viator, aut contractus erat de natura, quòd incontinenti adimpleri debebat tũc ratione illius contractus ſortitur forum, licet contrahens ſit viator, vt tenet Bart. in d. §. proinde. n. 1. & Abb. in c. fin. n. 33. de for. cõp. & ita qui venit ad nundinas. & ibi cõſtituit pergulas, vel tabernas: vt tenet Bart. in d. §. pronde. n. 3. Bald. in l. 1. C. de nund.

10 Forum ſortitur etiam pacto contrahentium in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, & quando contrahentes ſunt laici, quoniam laicus bene poterit in ciuilibus eligere quemcumq; iudicem voluerit, & prorogare illius iuriſdictionem, vt coram illo conueniatur, niſi alia ratione ſit ſubiectus. c. ſi deligenti. vbi gl. verb. pacto. & Abb. n. 14. & alij. de foro cõp. & l. 1. vbi Bart. à n. 1. & l. 2. ff. de iud. & l. 1. & l. in criminali. vbi Doct. C. de iuriſd. omnium iud. & l. pen. C. de pact. & gl. ver. vt defenderet. in l. hæres abſens. ff. de iud. illum tamẽ qui non habet iuriſdictionẽ non poſſunt contrahẽtes eligere in iudicem, neq; ſubijcere illi ſe poſſunt, quoniam priuati nõ poſſunt conferre iuriſdictionem illi, qui alias illã non habet, quamuis illam prorogare poſſint. l. priuatorum, vbi Bart. Bald. & omnes. C. de iuriſd. omnium iud. & c. ſignificaſti. de for. comp. & l. cum qui. ff. de iuriſd. omniũ iud. & gl. verb. qui tribunali, vbi Doct. in l. 1. ff. eodem. & gl. vnica ad fin. in c. Rodulphus de reſcript.

11 Clericus tamen non poteſt abdicare forum, nec illi expreſſè renunciare ſine licẽtia ſui Epiſcopi, & ſi fiat talis renunciatio non valet, imo quicumq; Clericus, relicto ſuo iudice Eccleſiaſtico, conſentiat conueniri coram iudice laico perdet cauſam. c. ſi deligenti, vbi Abb. nu. 18. & c. ſignificaſti.

vbi

vbi Doct.de foro comp.nec valent acta coram iudice ſeculari agitata, quoniam iuriſdictio ſecularis iudicis, non eſt prorogabilis, quoad Clericum etiam de conſenſu partium, vt reſoluunt Doct.in d.c.ſi deligenti, de foro comp.& in c.at ſi Clerici.de iud.& iudicatum fuiſſe refert Valaſc.conſulc.65. nu.2.

12 Foro tamen bene poteſt renunciari tacitè, vel expreſsè, niſi lex illud vetet, ita vt ſi aliquis litigaret coram iudice nõ ſuo, & non exciperet ad declinandum forum, valeret iudicium, vbi lex non vetat, l.ſi quis inconſcribendo. vbi Doct.C.de pact. quòd non intelligitur litigãdo coram iudice incompetente, & improrogabili nam ſi quis litigaret coram iudice non ſuo, attamẽ eſſet talis, cuius iuriſdictio ex conſenſu partium poterit prorogari, bene valeret iudicium, ſi pars non exciperet de ſuo priuilegio, imò videtur illi tacitè renũciare, ſi vero eſſet talis iudex, cuius iuriſdictio eſſet improrogabilis, nõ valent acta coram illo agitata facit text.in d.l.ſi quis inconſcribendo. vbi Bart.Bald.& Salicet. C.de pact. & in d. c.ſi deligenti de foro comp. & l.1. & per totum.c.ſi à non comp.iud.

13 Forum non ſortitur ratione aduocationis, vt aduocatus poſsit conuenire ſuum clientulum pro ſalario aduocationis, vbi cauſam illius procurauit. c.1.§.nec etiam. vbi Dominic.Ioan.And.Philiph.Franc. & alij de foro comp.lib.6.

14 Laici etiã viduæ, aut perſonæ miſerabiles non poſſunt conuenire laicum coram iudice Eccleſiaſtico, niſi ſuper cauſa Eccleſiaſtica.c.licet ex ſuſcepto, & c.ex tenore.vbi Abb.n.1.de foro comp.& c.cauſam quæ.7. qui fil.ſint legit. de interdicto tamẽ vnde vi, bene poſſunt miſerabiles perſonæ viduæ, & illæ mulieres, quæ non fuerunt vxoratæ, & viuunt honeſtè, conuenire laicum coram iudice Eccleſiaſtico, quamuis res ſubtracta dicatur feudalis, præcipuè ſi iudex laicus eſt remiſſus in illis adminiſtranda iuſtitia. c.ex parte B quondam. vbi Doct.de foro comp. ſed hoc in tota noſtra Hiſpania non obſeruatur in praxi, nunquã enim iudex Eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos agentes de re prophana, licet agant de interdicto vnde vi.

15 Viduæ, minores quatuor decim annorũ, & fœminæ, quæ honeſte viuunt, & nõ fuerũt vxoratæ, & perſonæ miſerabiles in cauſis ordinarijs poſſunt trahere ſuum aduerſarium extra prouinciam, illæ verò trahi non poſſunt ab aduerſario, cum tamẽ illæ viduæ etiam caſtè, & honeſtè viuant.l.pupillus, & l.malum. §.viduam.ff.de verb.ſign.& l.vnica.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes C.quando imp.inter. pupil.& vid.hoc tamen hodie eſt correctum dicam verbo. minor.§.11.

16 Feudi cauſæ agitantur coram domino feudi, quamuis perſonæ conuentæ ſint Eccleſiaſticæ.c.cæterum.vbi communiter Doctor.& c.nouit.de iud.& c.ex tranſmiſſa, & c.verum de foro comp. Curt.Iun.de feud. 7.p.2.regula.quæſt.2. Iacob. de feud.verb. & dicti vaſalli. n.3.Fel.in d.c.verum. n.5. verſ. tenent moderni. Arch. in c.vnico de Cler.coniugat lib.6.Marian.in d.c.ex trãſmiſſa.limit.5.Guid.Papa. deciſ.139.n.1.& hanc opinionem eſſe ſequendam, quamuis alij teneant contrarium, inquit Iul. Clar. lib.4.§.feudum.quæſt.90.n.8. ita quòd vaſalli litigantes de feudo non poſsint ſine licentia domini prorogare iuriſdictionẽ. tenet Bart. in l.1. n.2. ff.de iud. Alex.in l.1.§.& poſt operis noui.n.21.ff.de nou.op. nunciat.Iacob.in d.l.1.n.12.ff.de iud.& in d.verb & dicti vaſalli.n.31.Curt.Iun.d.regula 2.quæſt.5.And.de Iſer.in c.Imperialem.§ præterea.de prohib feud.alien. Marant.de ord.iud.4.p.12.diſt. n.25.Iul.Clar. lib.4.§.feudum.quæſt.90.n.10.

17 Forum non poteſt declinari, vbi iudiciũ ſemel eſt acceptum, quoniam ibi eſt finiẽdum, niſi per impotentiam facti hoc fieri non poſsit, c.pen.vbi Abb.num.1.de foro comp. & l.vbi acceptum. & ibi cõmuniter Doctor.& l.ſi quis poſtquam. ff.de iud.& l. pen.ff de iuriſd. omnium iud.& authẽt.de teſtib.§.& quoniam.coll.7.& auth.de S ict. Epiſcop. § ſi quis Epiſcopus. coll 9. Abb. in c.poſtulaſti.n.2.de homicid.fallit tamẽ, vt dixi verb.citatio. §.31.& verb.priuilegium. §.14.

18 Turbans rem, quæ pẽdet inter alios per appellationem, non eſt conueniendus coram iudice appellationis, ſed corã iudice ſuo, niſi per iſtam turbationem impediretur iuriſdictio iudicis appellationis.c.Romana.§.in alium.vbi notant ſcribentes de appellat.lib.6.

Verbo Frater.

1 FRater ſocius omnium bonorum cũ alijs fratribus, poſt mortem parentum ibat ad emen-

Digitized by Google

ad emendas merces in partes remotas, aut propinquas, alij vero domi remanebant, & ibi curam omnium bonorum cõmunium totius hæreditatis agebant, tenetur nihilominus communicare pecuniam, quam ex illa negociatione habuit, cum fratribus, & non curatur vtrum plus, vel minus mereretur in negociatione, vnus, quàm alij in cura, & adminiſtratione cõmunium bonorum, tunc enim omnia ſunt communia, & in diuiſione æqualiter procedunt, ſi tamen ſuo proprio nomine emat fundum, & pro ſe recipiat inſtrumentum venditionis, nõ tenetur fundum communicare cum fratribus, ſed communicabit partem pecuniæ. l. ſi vnus. §. ſi vnus. ff. pro ſocio. Bart. in l. Titium. § altero. n. 6. ff. de adminiſtr. tut. Salicet. in l. cũ duobus. §. cum duo. ff. pro ſocio. Bald. in tract. de duob. fratrib. col. 7. in fin. Iaſ. in l. ſi vnus ex argentarijs. n. 1. ff. de pact. & in l. vt nemini. n. 4. C. de collat. licet Bald. & Iaſ. in l. ſi ſocius. n. 2. contrarium aſſerant in fundo empto, aſſerentes, quòd licet fundum nomine ſuo emat, & ſibi recipiat inſtrumentũ venditionis nihilominus teneatur, illum communicare cum fratribus, ſed hæc opinio nõ mihi videtur vera, nec obſeruanda, ſi tamen aliũde alia bona alicui eorum fratrũ adueniãt, non tenetur illa cum fratribus communicare. l. cũ duobus. §. cum duo. ff. pro ſocio. aliter tamen erit ſi iſti fratres non eſſent ſocij omnium bonorum, ſed tantum remanerent in communi, omnium bonorum paternorum, tũc enim in iſta particulari ſocietate poteſt vnus frater repetere illud, quod plus altero expendit, & ſi vnus habebat magnam familiam, alter vero nullã tenetur in diuiſione computare ſumptus ſuæ familiæ, niſi pro ſeruitio, & cura rerum domiſticarum, & illorum communium bonorum ſumptus illi compenſentur, & ita etiam ſi vnus eorum, cum filijs, aut familia auxit bona communia, & alij nõ debet tunc habere in diuiſione illud, quod plus altero fuit meritus in bonis augendis. l. ſocium, qui in eum. §. ſocius, & l. ſi vnus. §. ſi vnus. ff. pro ſocio. & Iaſ. in l. vt nemini. nu. 4. C. de collat.

2 Fratres poſsidentes bona paretum diuiſim per tempus decem annorũ, præſumitur, quòd titulo diuiſionis poſsideant, & iuuatur illa præſcriptione, vt eſt gl. cõmuniter recepta. in l. fin. vbi Doct. C. cõmun. diuid. Abb. in c. peruenit. nu. 4. de cenſ. Iaſ. in l. ſi certis annis. n. 11. C. de pact. Abb. in c. in cauſa. nu. 9. de cauſa poſſ. & prop. Rip. in c. ſæpe. col. 2. verſ. 12. de reſt. ſpol. Bald. in l. 1. nu. 18. C. de ſid. commiſſ. Alex. conſil. 126. lib. 6. Dec. in Rubric. nu. 15. de probat. Alciat. de præſumpt. 3. p. à n. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. donatione. n. 133. C. de reuocand. donat. Gam. deciſ. 320. n. 5. & dixi ſupra verb. diuiſio. §. 14. aliter tamẽ ſi nulla fuit diuiſio inter fratres, vel hæredes, quoniam tunc, non datur præſcriptio. l. vnus. vbi Doctor. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.

3 Frater ſuccedit fratri coniuncto eiuſdẽ matrimonij, primo loco, & his non extantibus ſuccedunt fratres alterius matrimonij. l. quæcũq; vbi Doct. C. de bon. quælib.

4 Frater faciens teſtamentum poteſt exhæredare fratrem, & quemcumq; hæredẽ inſtituere, niſi hæres inſtitutus ſit infamis de facto, ſeù de iure, quia tunc frater poterit querelare teſtamentum fratris niſi tribus caſibus, videlicet ſi in fratrem mortẽ machinauit, ſiue illi mortem voluit, aut illum criminaliter accuſauit, aut procurauit ab illo auferre omnia bona, aut maiorem partem illorum tunc enim licet ſit inſtitutus infamis, nõ poterit querelare teſtamentum fratris, auth. de nupt. §. in gratitudinem. vbi Bart. coll. 4.

5 Frater poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui fratris, tàm pro illo, quàm contra illũ, ſi cauſa fuerit ciuilis, & non agatur de tota ſubſtãtia fratris, vel maioris partis illius. c. literas. vbi Abb. n. 1. & alij. de præſumpt. & gl. verb. parentes. in c. 1. 3. quæſt. 5. & gl. 2. in c. cum R. de offic. iud. deleg. niſi ambo ſint ſub poteſtate vnius patris, ſeù habeãt bona indiuiſa, & ſint commorantes ſimul in vna domo, aut ille frater, qui datur in teſtem ſit ſub poteſtate illius pro quo ſit teſtificandus, aut ſit cauſa criminalis, quia tunc non admittitur ad teſtificandum. c. ſi teſtes. §. pater. & filius. 4. quæſt. 3. & l. ſi magnum. ita intelligenda. C. qui accuſare. nõ poſſ. & Abb. in d. c. litteras. n. 8. de præſumpt. in crimine tamen hæreſis, aut læſæ maieſtatis bene admittitur frater ad teſtificãdum contra fratrem. d. c. litteras. vbi Abb. n. 8. de præſumpt.

Verbo Fructus.

1 FRuctus, alij ſunt naturales, alij induſtriales, & alij ciuiles, vt notat gl. verb. non haben-

Digitized by Google

habendam, in l. & ex diuerſo, vbi Bart. n. 1. ff. de rei vind. & gl. ver. fructus. in §. ſi quis à non domino. inſt. de rerum diuiſ. Abb. in c. granis. n. 3. de reſt. ſpol. Doct. in l. certum. C. de rei vind. naturales namq́; ſunt illi, qui perueniunt ex re ſine hominum induſtria, vt poma, & ſimilia, quæ natura producit, & ſicut illa producit ita illis vtimur. induſtriales vero ſunt illi, qui acquiruntur artificio, aut negociatione, & eiuſmodi, qui alio modo dicuntur ciuiles, cum non proueniant ex re tantùm, ſed ex hominũ prouiſione, vt penſiones domorum beneficiorum, opera ſeruorum, vectura iumentorũ, naulanauium, & ſimilia, l. Iulianus. allàs. l. cum ſeruus. §. fructus. ff. de leg. 1. & l. ſi nauis. vbi Doct. ff. de rei vind. & l. domum. C. codẽ. Abb in d. c. grauis. n. 3. de reſt. ſpol.

2 Alij fructus dicuntur mixti, quia licet à natura producantur verſatur etiam in illis hominum induſtria, vt eſt lana, lac, ſegetes, & ſimilia. d. l. & ex diuerſo. vbi gl. ver. nõ habendam, & Bart. n. 1. ff. de rei vind. & d. l. certum. vbi Doct. C. de rei vind. Abb. c. grauis. n. 3. de reſt. ſpol. ſumma Ang. verb. fructus. in prin.

3 Fructus debẽt peti in libello rei vindicationis, & aliter non veniunt niſi in petitione hæreditatis. l. item veniunt. §. item non ſolum. vbi gl. verb. omnes. & Doct. ff. de pet. hæred. Iaſ. in l. cum fundus. n. 5. ff. de reb. cred. veniunt tamẽ in condemnatione officio iudicis. l. ædiles. 1. §. item ſciendũ. ff. de ædil. ædict. Gami. deciſ. 319. nu. 3. poſt ſententiã tamen peti non poſſunt, ſi iudex in ſententia illud non expreſsit quoniam poſt iudicium abſolutum, nefas eſt alterã litem excitare ex prima litis materia. l. terminato, & ibi Doct. cõmuniter. C. de fruct. & lit. expenſ.

4 Fructus rei legatæ veniunt à tempore moræ, & tunc tenetur hæres de fructibus perceptis, & percipiendis. l. Titia ſeio. §. vſuras, & l. mortuo boue. ff. de leg. 2. & l. apud Iulianum. allàs. l. cum ſeruus. §. fructus. ff. de leg. 1. & l. in minorem. C. in quib. cauſis in integ. reſt. & l. qui ælitum. §. cum homo. ff. de leg. 1. in legato vero ſub conditione relicto veniunt fructus poſt conditionem adimpletam. l. Licinius. vbi Bart. ff. de leg. 2. & l. hæremus. vbi Doct. ff. de vſur. & fructus in venditione veniunt poſt perfectã venditionem. l. poſt perfectam. vbi Bald. C. de act. empt.

5 Fructus augent hæreditatem, ſiue acceſſerint ante aditam hæreditatem, ſiue poſt. l. item veniunt. §. item nõ ſolum. vbi Bart. & l. ſed & ſi. §. fin. & l. quod ſi oues vbi Doctor. ff. de hæred. pet. & l. in falcidia. ff. ad leg. falc. Leo. in tract. noui op. c. 6. nu. 14. Merg. conſil. 26. n. 38. & conſil. 32. n. 8.

6 Fructus in interdicto vnde vi, veniunt à die expulſionis, tàm percepti quam percipiendi. l. 1. §. quod autem verſ. ex die. ff. de vi, & vi armat. & l. videamus. 38. §. itẽ ſi vi. ff. de vſur. & l. ſi de poſſeſsione. vbi Bart. Bald. Salicet. Ang. & omnes. C. vnde vi, & quando veniunt fructus reſtituẽdi, qui percipi poſſunt, computantur, ac ſi perciperẽtur integri, ſine vlla diminutione. l. creditor. & ibi Doct. C. de pign. act.

7 Fructus ſemper intelliguntur deductis neceſſarijs expenſis. l. 1. & ibi Doct. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. poſt perfectam. C. de act. empt. & l. fructus, in prin. vbi Bart. Bal. Ang. Imol. Alex. Aret. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. ff. ſolut. matr. & l. ſi fundus. §. in ſementẽ. ff. eodem. gl. fin. in c. grauis. de reſt. ſpol. & gl. verb. amplius, in c. ex litteris. de iureiur. Paul. de Caſtr. in l. non amplius. ff. de leg. 1. Pinel. in l. 1. p. 2. n. 54. C. de bon. mater. Valaſ. conſul. 83. n. 14.

8 Fructus veniunt in contractibus ſtricti iuris, à tempore litis conteſtationis. l. litigator. vbi Doct. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. certum. C. de rei vind. & l. 1. §. poſt litem. C. de pet. hæred. & l. cum fundum. vbi Iaſ. n. 1. ff. de reb. cred. Bald. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. niſi ego peterem, quod eſt meum, vel aliquando fuit meũ quia tunc veniunt fructus à tempore moræ, etiam in contractu ſtricti iuris, l. videamus. 2. §. ſi actionem. ff. de vſur. & l. ſi fundũ. vbi Doct. C. de pact. inter empt. & vend. Bald. in rep. l. petens. C. de pact. Paul. de Caſtr. in l. cum fundus. ff. de reb. cred. Salicet. in l. vinum. 11. oppoſit. ff. eodem. aut quando filia præterita fuit in mora conferendi dotem, quia tunc veniunt fructus à tempore moræ, quamuis ſit in actione ſtricti iuris. l. filius. §. fin. vbi Bart. ff. de collat. dot. Bald. in l. ſi ſoror. C. de collat. de iure tamen canonico, ſemper fructus veniunt à tempore moræ, tàm in cõtractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris. c. Rainuntius. vbi Doct. de teſtam. & Iaſ. in l. cum fundus. n. 3. ff. de reb. cred.

9 Fructus veniunt ab initio in quocumq́; contractu nullo, & a lege reprobato, ſicut in cõtractu vſurario, & ſimilibus quoniã, quod nullum eſt, nullum parit effectum. l. quos

quos retrahi. C.ſi aduerſus.lib.& l.nõ dubium. C.de leg & c.non præſtat:vbi Doct. de regul.iur.lib.6. & ſimulata,ac imaginaria reputantur quaſi non ſint. l.emptor.ff. de aqua plu.arc.& l. qui ſubimagine. C. de diſtract.pign.Bald.Pau.& omnes.in l.1.C. plus val.quod ag. vnde contractus nullus, & à lege reprobatus non poteſt operari,vt fructus aliquo tempore lucrentur,& ita tenet Valaſc.conſult.70.n.16. Gam.dec.64. num.3.

10 Fructus veniunt reſtituẽdi, in remedio. l.2. C.de reſcind.à tẽpore litis conteſtatæ. vt reſoluit Pinel.in d.l.2. p.2. c.4.num.2. Gam.deciſ.94. n.1. Valaſc.conſult.161.n. 12. ſi autem contractus reſcinderetur eò quòd interueniſſet læſio enormiſsima,tũc ſunt omnes fructus reſtituendi, quoniam tunc contractus iudicatur nullus,ſicut quã dò dolus dat cauſam contractui, vt reſoluit Cagn.in d.l.2. n.81. Socin.Iun. conſil. 39. n.47.lib.1.Ruin.conſil.135.n.13.Gam. d.deciſ.94.n.3.& dixi ſupra ver.emptio. & venditio. §.57.

11 Fructus pendentes dicuntur pars fundi, & intelliguntur vendit, ſiuẽ donati, cum fundo, niſi aliud ſpecialiter in contractu agatur. l.fructus.vbi gloſ.& Doct. ff.de rei vind.& l.Iulianus.§.ſi fructibus. vbi Bart. ff.de act.empt.& l.ſi ſeruus. §.locati. ff.de furt.& l.cum filius. §.dominus. ff. de leg.2. & l.in falcidia. ff.ad leg falcid.& §.is vero. vbi Doct.inſt.de rer.diuiſ.Petr.Barboſ. in l.de diuiſione.n.23. ff.ſolut.matr.aliter tamen in ventre ancillæ,nam qui in vtero eſt. non dicitur pars ancillæ.l.qui in vtero.vbi. Doct. ff.de ſtatu hom.& l. in falcidia. ff.ad leg.falcid.

12 Fructus tamen à ſolo ſeparati iam non dicuntur pars fundi,& fiunt bonæ fidei poſſeſſoris,vſu fructuarij vero non fiunt, niſi illi,qui ſunt in horreis recondici, l.ſi fructuarius. ff.quib.mod. vſu fruct.amitt.& l. ſi eius fundi, vbi gloſ.fin.& Doct. ff.de rei vind.& l.qui ſcit. §.præterea. ff.de vſur. & l.Bonæ fidei. ff.de acquirend.rerum dom.& §.is vero.inſt.de rerum diuiſ. Valaſc.conſult.131.n.17.

13 Pater habet vſum fructũ in rebus filiorum,quos habet in poteſtate,tàm de bonis maternis,quam aduentitijs. l.1. vbi Doct. C.de bon.matern.& l.quæcumq;,& l.cum oportet. C.de bon.quælibet.& non tenetur dare cautionem,niſi bona deſsipiat. l.Imperator. vbi Bart. ff.ad treb.& l.cum non, §.ſin autem.in fin. C.de bon. quælib. tunc enim tenetur dare pignora,aut fideiuſſores, qui per arbitrium iudicis idonei videantur ad ſoluendum id,quod in proprietate bonorum continetur.l.ſi mandatu.§. ſi fideiuſſor.ff.mandat.

14 Vſu fructuarius tamen,qui nõ eſt pater, in bonis aduentitijs filiorum,ſed ex aliqua cauſa illi competit vſus fructus,debet cauere ne proprietarius patiatur aliquam læſionem in proprietate. l.vſu fructu. 4. vbi Doct.C.de vſu fruct.& hab.& l.1. ff.de vſu fruct.& quemadmod.cauet.Iaſ.in auth.cui relict. n.8. C.de indict.vid.Dec.in l.Diuus Pius. n.2.ff.de regul.iur.fallit tamen. vt in gl.1. in d.l.vſu fructu. 4. C.de vſu fruct. & hab.

15 Vſus fructus eſt ius vtendi,fruendi alienis bonis, ſalua rerum ſubſtantia, de qua cauere debet vſu fructuarius,arbitrio boni viri, ita, vt hæc cautio à teſtatore remitti non poſsit.l.1.ff.de vſu fruct.& quẽadmod. ve,& l.ſcire debetis,vbi Bald.C.vt impoſſ. leg,& l.ſi pecuniæ.ff.eodem & vſu fructuarius rerum mobiliũ cauet.vt reſtituat æſtimationem illarum, finito vſu fructu. c.fin. vbi Abb. nu.6. de pign. & ita ſi ſuſpicatur quod bona diminuat. l.ſi fideiuſſor.§.fin.& §.inter omnes.ff.qui ſatiſd.cogant.& l.1.& l.ſi tibi.vbi notant ſcribentes, & l.ſi vſus fructus. ff. vſu fruct. quemadm. caueat. & ita in re in diem legata.l.2.vbi Doct.C.de cond.inſert.

16 Vſus fructus prædij, alicui legatus, impedit ne hæres illud prædiũ vendere poſſit,in præiudicium vſu fructuarij,aliter tamen ſi reddiens prædij alicui fuerit legatus, dum vixerit, quia, tunc bene poterit hæres prædium vendere,& offerre legatario quantũ ſingulis annis percipere poſſet. l.fundi.38. vbi gl.fin.& Doct. ff.de vſu fruct.leg.

17 Vſu fructuarius nõ habet fœtus ancillarum, pecudum autem ſic,ſed tenetur loco pecudis de mortuæ aliam ponere de fœtu. l.plerumq;.§.ſi ſerui.ff.de iure dot.& gl.2. in c. ſalubriter. de vſur. & §. impecudum. cum §.ſeq. vbi Doct. inſt.de rerum diuiſ. & arbores cæduas, l.fructus.§.ſi fundum.& §.ſeq. ff.ſolut.matrim.& ita increta ad regulas faciendas, l.fructus,vbi Doct.ff.ſolut. matr.& l.plerumq;.§.ſerui.ff.de iure dot.

18 Vſu fructuarius non poteſt rem, vbi vſu fructum habet, vendere, aut donare, iure ſuo, l.ſi vſus fructus.ff.de iure dot.§.finitur

inſt.de

inſt.de vſu fruct. quamuis ius vſus fructus, vendi, ſeù donari poſsit, vt tenet Bart.in l. in venditione, ff.de bon.aut.iud.poſſ.& in l.intereſt.C.de vſu fruct.& in l.cum Tirio, vbi etiam notat Alex.ff.ad leg falc.Bald.in l.res quarum. C.de iure dot. Pinel. in l.1. pag.340.à n.39 quamuis enim vita hominum ſit incerta.l.ſenatus.ff.de donat.cauſa mort. & l.dies in certus. ff. de cond.& demonſtr. ad actus tamen humanos perpendendos,& æſtimandos.præſumit.ius ciuile certos terminos vitæ. l.hæreditatum.ff.ad leg.falc.& l.fin.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.

19 Vſu fructuarius tenetur ad modicas expenſas,& ad ſartatecta reſeciẽda, & poteſt ad illud cogi,aut relinquat vſum fructum. l.cum ad quem,vbi gl.2. & Doct. C.de vſu fruct.& l.hactènus.ff.de vſu fruct. Pinel.in l.1.p.2. n.60. C.de bon.mater.Valaſc.cõſult.179. num.15. & de iure emph. quæſt. 25.num.35.

20 Et tenetur etiam vſu fructuarius ad omnia onera realia, debita ex rebus.in quib⁹ habet vſum fructũ. d.l hactenus. vbi Alb. Bald.Ang & alij ff.de vſu fruct.& l.quæro. vbi Bart.ff.de vſu fruct.leg.Bald.cõſil.227. lib.5. Alex.conſil.4. lib.5. Valaſc. de iure emph.quæſt.17.nu.2.& conſult.116. nu.2. Socin.conſil.217. lib.2. Plat.in l.1.n.3.C. de ann.& trib.lib.10.

21 Fructus ſequeſtrantur quãdo ab vſu fructuario deſsipantur.c.2.vbi Abb.& omnes & c.3. de ſequeſtrat.& quãdo vſu fructuarius eſt ſuſpectus, & cauere non poteſt.l. poſtquàm.§.Imperator.vbi Doct.ff.vt leg. ſeù fid.commiſſ. non caueat. Bart. in l.vſu fructu.4. C.de vſu,& hab. Afflict.dec.188. num.7.

22 Fructus decimarum, ſiue alicuius beneficij poſſunt vendi, & locari ad modicum tẽpus vſq; ad tres annos.c.veſtra.vbi Ant. Hoſt.Ioan.Andr.Abb.& omnes de locat.& c.querelam. ne prælat. vices ſu.& clem.1. vbi Doct.de reb.Eccleſ.non alien. vbi etiã notat gl.fin.Concil.Trid.ſeſ.25.c.11.de reformat.Nau.in Manu.c.25. n.130.& dicam infra verb.rector.§.7.

23 Succeſſor beneficij non tenetur ſtare locationi fructuũ beneficij,quæ non ſit inutilitatem Eccleſiæ,ſed ad commodum locãtis prædeceſſoris, quoniã prædeceſſor ille non habebat ius in rebus beneficij,niſi tãquàm vſu fructuarius,l.ſi quis domum.§.1. vbi Doct.ff.locat.& gl.2.in c.querelam.vbi Abb.n.7.ne prælat.vic.ſuas.

24 Fructus Eccleſiæ collígiatæ, aut curatæ vacantis debẽt reſeruari futuro ſucceſſori. c.quia ſæpe. vbi Ioann.Monach.Dominic. Ioan.And.& omnes de elect.lib 6.& c.fin. de offic.iud.ord.lib.6. Abb.in c.fin.n 7.ne prælat.vic.ſu.fructus autem beneficij ſimplicis vacantis pertinent ad fabricam Eccleſiæ,& nõ reſeruantur futuro ſucceſſori, niſi aliud de conſuetudine obſeruetur.glo. verb. reſeruari ad fin.in c.fin. de offic.iud. ord. libr.6. fructus vero penſionis debentur pro rata futuro ſucceſſori, a die obitùs penſionarij.

25 Fructus beneficij tenetur reſtituere clericus ille,qui cõmiſit crimen propter quòd ipſo iure remanſit priuatus beneficio,à liter enim non tenetur reſtituere illos, niſi poſtquam per ſententiam fuerit priuatus, vt notant Doct.in clem.conſtitutionem.§. cæterum. de elect.& in l.1. C.de his quib. vt indign.hippolit.ſingul.525.& Bald.Angel.& Paul.de Caſt.in l.prædonis.ff.de pet. hæred.& Roman.in l.diuortio.ff.ſolut.matrim. henric. in c.cum noſtris de conceſſ. præb. Dec conſil.128. col.1. licet Card. in d clem cõſtitutionem.d.§.cæterum.in fin. contrarium teneat, & Corn.in d. l.1. C.de his quib. vt indign. & Fel. in c. de quarta. col.10. de præſcript. & Ant.de Burg.in c. ad noſtram. col.11. verſ. venio modo. de empt.& vẽdit. & alij ſed prima opinio eſt magis communis, & obſeruatur in praxi, & tenetur etiam illos reſtituere,quãdo ratione nullitatis tituli cõpellitur reſtituere beneficium,quia tunc tenetur fructus medio tempore receptos,reſtituere,quia poſſidebat reſiſtente ſibi iure.c.dilecto filio.§. vnde.vbi Abb.n 11.& communis depræb. præcipuè ſi intruſus fuiſſet nam ſi canonicè inſtitutus fuerat,non tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia ex illis paſcetur, donec Eccleſiæ ſeruit,arg.tex.in l.ſi iudex. ff.de his,qui ſui,vel alien.iur ſunt gl.verb. reſtituendum.in c.cum ſuper. vbi Doct.de cauſa poſſ. & prop.

26 Fructus beneficij non debent recipi à Clerico abſente. c.fin. vbi Doct.de reſcript. lib.6.& quomodo hoc ſit intelligendũ. dixi ſupra verb.Clericus.§.55.

27 Fructus non reſtituuntur,quãdo Eccleſia enormiter læſa reſtituitur.c.ad noſtram vbi gl.fin.& Ant.de Bur.Hoſt.Goffre. Abb. n.8. & omnes de reb.Eccleſ.non alien.

28 Fructus alicuius fundi,relicti à moriente , pro miſsis celebrandis , non poſſunt

diminui,

Digitized by Google

diminui,nec extingui,extrauag poſtulaſti. vbi notant communiter ſcribentes.de præbend.intercommu. videlicet ſi teſtator reliquit vnum modiũ tritici pro vna miſſa. non poteſt rector illum ſibi ſuſcipere,& da remedium, cui miſſam dixerit.

29 Fructus pignoris computantur in ſortẽ principalem, & aliter illos ſuſcipiens, ſine computatione illa, cõmittit crimẽ vſuræ, de ductis tamen neceſſarijs expenſis. c.1. vbi Doct.& c.quoniã,de vſur. Bald.in Rubric.de vſuris.quæſt.4. Alex.in l.inſulam. §.vſuras.ff.ſolut.matrim.Salicet.in auth.ad hæc. C.de vſur. Rudulph. in tract.de vſur. quæſt.54.niſi ſit pignus dotis.c.ſalubriter. vbi Doct. cõmuniter. de vſur. quod habet locum in dote,cuicumq; mulieri pro miſſa,quoniam dans, & accipiẽs dotem.dato, & accepto pignore frugifero, pro ſecuratione dotis pro miſſæ, videntur tacitè paciſci, vt omnes fructus illius pignoris capiantur pro ſolutione illius emolumenti, & oneris matrimonij , quod habet locũ in quacumq; muliere. vt tenet Nau. in cap.ſi fœneraueris, n.64. 14.quæſt.3. Valaſ.conſult.8.n.2.nec etiam reputantur fructus in ſortem principalẽ,quando dominus recipit fundum in pignus à vaſallo,aut emphyteuſim ab emphyteuta. c.1.vbi Doctor.de feud.dicam verb.vſura.§.5.& 6.& 7.

30 Fructus computantur cũ meliora mentis, quando ex æquitate debentur. l.ſumptus.vbi Doct.ff.de rei vind. Valaſ.cõſult. 69.n.18. non autem quãdo ex rigore iuris debentur.puta pater vendidit fundũ filij, in quo emptor fecit multa meliora mẽta, & poſtea filius vindicauit fundum , quem emptor pro meliora mentis,quæ in illo fecit retinuit, non tenetur tunc emptor cõputare fructus cum melioramentis,quoniã ſicut fructus rerum aduentitiarum competebant patri, dum filium in poteſtate habebat,ita emptori,& inſimilibus,quoniam emptor facit fructus ſuos,vt dominus,nec ad reſtitutionem illorum tenetur reſoluto contractu. gl.ver.ſuperfluum.in l.emptor. ff.de rei vind.& tenet Pinel.in l.2. p.2. in prin.c.4. n.63.C.de reſcind.& Gam.deciſ. 310.n 6. Valaſ.conſult.69.n.18.& dixi ſupra verb.expenſæ.§.2. nec fructus melioramentorũ reſtituit,vel cõpenſat bonæ fidei poſſeſſor,quando fructus reſtitui,ſeu compenſari debent.ex text.in l.cæterum. ff.de rei vind. Angel. in l.emptor. ff. eodem. Fel.in c. de quarta. num.15. de præſcript. Gam.deciſſ.364. num.1.dico verb.melioramenta. §.3.

Verbo Fundus.

1 FVndus alius dicitur exemptus,alius tributarius,alius dotalis,& alius feudatarius,alius emphyteuticus, alius cẽſuarius. hi omnes tamen,aut ſunt vrbani,aut ruſtici. l.1. vbi Doct.ff.communia præd.& l.1. & per totum.ff.de ſeruit.vrb.& ruſt.præd.

Fundum tributarium poſsidens tenetur ſoluere tributum, ſiue penſionem illius. l. omnes. vbi Bald. C. ſine cenſ. & l.1. C. in quib.cauſis pign.& l.cũ poſſeſſor.ff.de cẽſ. & l.Imperatores.ff.de public. vectig.& l.2. C.de annon.trib. & l.hipenes. C.de agricul.& cenſit. lib.11. quoniã fundus tributarius remanet hypothecatus , & fructus illius , pro tributo, ſeu penſione illius , & ideo quicumq; poſſeſſor illius tenetur ſoluere penſionem, cum ab ipſo debeatur. l. 1. C.ſi propt.publi.penſ.& l.1.vbi Doct.C. in quib.cauſ.pign.vel hypoth.& l.in prædijs,vbi Bart. ff.in quib. cauſ.hypoth.tacit. cont. ita vt legatarius. hæres,emptor, ſeù quicumq; poſſeſſor tenetur ſoluere pẽſionem debitam pro annis præteritis. l. apud Iulianum alias.l.cum ſeruus.§.hæres. vbi Iaſ.n.4. ff de leg. 1.gl.verb.ſequitur.in l.1.§.ſi hæres.ff ad treb. Abb.in c.paſtoralis. n.5. de decim. Guid.Papa. deciſſ.574. quidquid contrà iudicatum fuiſſe referat Gam.deciſſ.13.nu.2. imo ſi fuerint plures hæredes,tenẽtur omnes pro rata,aut vnusquiſq; inſolidum,quemcumq; dominus trĩbuti oligare voluerit. cum totus fundus,& vna quæq; gleba ſit pro penſione obligata. l.oẽs C. de collat. fund.patrim. & emph. lib.11.& dixi ſupra verb .cenſus.§.13.

2 Fundus tranſit cum ſuo tributo, ſuaq; conditione. l.auia.§.ſi fundus.vbi gl.verb. ſua conditione. ff.de ſeruit.ruſt.præd. & l. pen.§.ſi plures. ff.ſi ſeruit. vind.& l.rei annonariæ,& auth. ibi. C. ſine cenſ. & l.traditio. ff.de acquirẽd.rer.domin.& l.1.& 2. C.de annon.trib.lib.10.& c.cũ nõ ſit.de decim.& c.ſi quis laicus.vbi gl.2.16.q.1.& gl. in l.nemo plus.ff de regu.iur.& etiã trãſit cũ ſua hypotheca.l.pro hæreditarijs. C.de hæred.act.& l.de rebus.C.de donat.ante nupt.& l.æris alieni.C.de donat.& ſi vẽditor dicat, quod fundus habeat minorẽ tributũ, quã illud,quod in veritate habet. tenet ad intereſſe.l.ſi minor.vbi DD.C.de act.empt.

Fun-

4 Fundum tributarium poteſt poſſeſſor dimittere,& exonerari tributo. c.de terra. vbi Ant.de But.Innocent.Hoſt. Ioan.And. Abb.& omnes.de decim.Nau.in c.ſi fœneraueris.n.111.verſ.quæ. 19.in fin.14.quæſ. 3. & dixi ſupra verb.cenſus.§.26 aliter tamen infundo emphyteutico.vt dixi ſupra. in verb.emphyteuſis.§.25.

5 Fundo vendito, aut legato ſimpliciter veniunt ſeruitutes, ædificia,arbores plantatæ,quoniã arbor eſt pars fundi. l.ſi quis. cum totum.ff.de except.rei iud.& l.cũ fundus.ff.communia præd.& l.pen.§.ſi plures. ff.ſi ſeruit.vid.& l.domo.ff.de pign.act.

6 Fundus vẽditus,donatus,aut legatus ea cõditione,ne alienetur extrà generationẽ, non poteſt alienari,niſi cauſa neceſsitatis, quãdo bona illius,cui vẽditus,aut legatus fuit fundus,venduntur vrgente neceſsitate,tunc enim tenet illa venditio,quatènus ille teneretur dum viueret, vltrà autẽ non tenet alienatio.l peto.§.prædium.ff.deleg. 2.& l.qui ſolidum.§.prædium. ff.codẽ.& l. Lucius.§.inſtituto.ff.eodem tit.& gl.verb. alienet.in l.ea lege.C.de cõd.ob cauſ.& gl. in d.l.peto.§.fratre.ff.deleg.2.poteſt tamẽ fundus prohibitus alienari,locari,licet locatio ſit ad longum tempus, cũ locatio nõ mutet dominium,quamuis fiat ad longum tempus. l.Lucius. §.inſtituto. vbi gl.verb. non extitiſſe. ff.deleg.2. & l.non ſolet.vbi Paul.de Caſtr.& alij.ff.locat.

7 Fundum filij, à patre venditum, poteſt filius vindicare factus ſui iuris,ſi hæres illius non extitiſſet. l.cum à matre. vbi Doctor. C.de rei vind.& l.1. vbi etiam notãt ſcribentes.C.de boñ.mater.gl.ver.confunduntur, & ibi Doct.in l.fin. §.incomputatione. C.de iure deliberand. ſi tamen hæres patris fuerit repellitur à rei vindicatione, quatènus hæres illius eſt. l. ſiue. 2. vbi Bart.Bald. & alij. C.de rei vind.& Iaſ. in l.ſingularia. n.19.C.de iur.delib.Iacob. in d. §. incomputatione. nu.11.poſt Bart. Angel.Paul.& alios. Anch.& Imol.in c.1. de teſtam.& ſi filius eſt hæres in totum repellitur in totum, ſi autem in parte repellitur pro parte,ſi autem ſolum in legitima ſit hæres admittitur ad totam rem vindicandam,aut ſi emptor renũciauit expreſſè beneficio euictionis, quia tunc ceſſat regula, quem de euictione tenet actio, eum agentem repellit exceptio. vt tenet Bart. in d.l.fin.§.incomputatione.n.6.C.de iure deliber.& alij ſupra citati,ſed contrarium verius videtur.imo etſi filius nõ ſit hæres, niſi in legitima repelletur pro illa parte, pro qua hæres eſt,etiam in legitima,& ita tenet Bald. in l. cum à matre. col pen. C. de rei vind. fulgos. in d. l.fin. §.incomputatione.col.3. Iacobin. num.11. C de iure deliber.quia etiam in legitima tenetur de ære alieno, & non dicitur hæreditas niſi deducto ære alieno. dico. verb.hæreditas. §. 8.

8 Fundus minoris non poteſt vendi, ſine decreto iudicis. l. 1. vbi Bald. & l.3. C. de præd.min. Roland.conſil.78. nu.20. lib.1. nec valet talis venditio,etiã ſi pater illum per fraudem vendat, & quando filius vindicat fundum ſuum ita à patre venditum, debet articulare de venditione facta, ſine decreto,& auctoritate iudicis,& per fraudem, ſine neceſsitate. vt tenet Valaſ.cõſil. 69.n.28.neq; minor reſtituet tunc pretiũ, niſi quatènus in eius vtilitatẽ fuit verſum. l.prædiorum.vbi Doct.C.de præd.minor.& quamuis fundus minoris vendatur in ſubhaſtatione,& cum decreto iudicis, poterit minor reſtitui ſi graue damnũ patiatur.

9 Fundus dotalis vendi non poteſt conſtãte matrimonio, nec alio modo alienari à viro, ſeù ab vxore, nec valet conſenſus veriusq;.l.ſi prædiũ.vbi Bart.Bald.& Salic. C.de iure dot.& l.& lex Iulia.C.de re vxor. áct.& prin.vbi Doct. inſt.quib.alien.licet. ſpecul.in tit.de empt.& vẽd.verſ.pone vir. Afflict.dec.336.n.1. &Cæſar.Vrſ.dec.336. n.1. imò ſoluto matrimonio dos mulieris ſalua,& integra remanere debet. l.2. ff.de iur.dot.& l.1.ff.ſolut.matr.& l.fin.C.eod.

10 Fundus emptus à ſocio omnium bonorũ,ſuo proprio nomine confeciẽte inſtrumentũ venditionis,eſt illius ſocij,qui emit in ſolidum, cõmunicabit tamẽ pecuniam cum alijs ſocijs. l.ſociũ.§.ſocius.vbi Doct. & l.ſi vnus.§.ſi vnus.ff.pro ſocio.Bart.in l. Titium. §.altero.n.6.ff.de adminiſtr.tut. ſi tamen communi nomine emeret,tunc cõmunicaretur fundus: vt tenet Bart. vbi ſupra,& dixi.ſupra verb.frater.§.1.

11 Fundum cõmunem legans ſimpliciter, intelligitur legaſſe partem,quàm in illo habet,& non totũ fundũ, puta dicens fundũ meum do.lego.l.ſerui electiones.§.cũ fundus.vbi gl.verb.conſtat. vbi Bart. n.1.Iaſ. n.10. & alij.ff.deleg.1.& l.vxor patrui. vbi Alex. C.deleg. ſi tamen teſtator dixit lego titio fundũ, quem habeo cõmunem cum ſcio, tunc intelligitur totũ legare. l.vnum

Digitized by Google

ex familia. §. ſi rem. vbi Doct. ff. de leg. 2. Iaſ. vbi ſupra. aliter tamen ſi pars fundi legari eſſet ſocij, quia tunc indubio non intelligitur legaſſe, niſi partem ſuā. d. l. ſerui electione. §. cum fundus. vbi gl. verb. conſtat. & Iaſ. n. 20. ff. de leg. 1.

12 Fundum communem habens, & illum vendens ſimpliciter intelligitur partem ſuam tantum vendidiſſe, niſi totum confinaſſet, & quantitatem pretij recepiſſet, quæ veroſimiliter videbatur pro totius fundi emptione, & emptor ignorabat, tunc totum fundum vendediſſe videtur, vt notat Bald. Paul. de Caſtr. Iaſ. num. 21. & alij in l. 1. C. qui teſtam. facer. poſſ. ſi tamen pater vendidit totum fundum, quem communem cum filio habebat in comuni hæreditate tenetur illum computare in ſuam parte, quemadmodum hæres, cui debetur trebellianica, ſi vendidit aliquam rem hæreditariam computat illam in ſuam trebellianicam. l. Marcellus. §. res. quæ. vbi Bart. ff. ad treb. Valaſ. conſult. 69. num. 27. & iudex qui habet arbitrium aſsignandi legitimam filio, debet ex æquitate ratam habere alienationem à patre factam, & aſsignare filio ſuam legitimam in aliare, ex Bald. in l. iubemus. col. 1. verſ. item fallit C. ad treb. & Salicet. in l. filium, quem habentem. nu. 11. C. famil. erciſc. Dec. conſil. 236. col. 2. niſi alienatio facta fuiſſet à patre ſine vlla neceſsitate, & in fraudem filij, quia tunc poterit filius partem ſuam vindicare, ex Valaſc. conſult. 69. n. 28.

13 Fundum communem habentes, ſi vnus vult, vt fundus colatur, & alius non, prævalet ille, qui dicit, vt fundus colatur. vt tenet Bald. & Iaſ. in l. 1. n. 26. C. qui teſtam. facere poſſ.

14 Fundo legato mutato nomine, ſi conſtat de quo teſtator ſenſiſſet, valet legatum. l. etiam, vbi Doctor. C. de falſ. cauſ. adiect. & l. falſa demonſtratio. vbi Bart. ff. de cond. & demonſtr. & gl. verb. non de remenſi, in c. ſignificante. de reſcr. pt. aliter tamen ſi nō appareat de quo ſenſit teſtator. l. exor. C. de leg. & l. ſi domus. §. fin. & l. cum res. §. ſed ſi, & l. ſi ſic §. 1. ff. de leg. 1. & l. omnia. §. ſpecies. vbi Bart. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. cū res n. 30 ff. de l. g. 1.

15 Fundus Eccleſiæ nō poteſt alienari, aut locari in perpetuum, aut in perpetuā emphyteuſim dari, niſi in caſu licito & concurrente debita ſolemnitate. c. ad audientiam, 9. vbi Abb. num. 7. & c. nulli liceat, de reb. Eccleſiæ alien. vel. non nec valet alienatio, ſeu emphyteuticatio perpetua, extinctio, vel diſmēbratio de quauis domo, vel prædio Eccleſiaſtico, ſine permiſſu, & auctoritate Summi Pontificis, per regulam. 11. Cancellariæ.

Verbo furioſus.

1 Furioſus non poteſt contrahere, neq; ſe obligare, cū non conſentiat, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit contractum, & ex illo tempore, quo ratum habuerit, valebit, & non ex tempore contractus. c. dilectus, deſponſal. & c. ſicut tenor. vbi Abb. nu. 1. & omnes. de regul. & tranſ. & l. in negocijs. vbi Dec. nu. 1. ff. de regul. iur. neq; teſtari poteſt, quamuis ſit ad pias cauſas. l. furioſum. vbi Bart. Alex. & omnes. C. qui teſt. facer. poſſ. & Bart. in l. 1. nu. 16. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Grat. conſil. 30. nu. 33. lib. 2. Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 5. n. 4. quoniam furioſus dicitur voce carere, ſicut dormiens. l. Sancimus. vbi ſcribētes. C. ad treb. Angel. verb. furioſus. verſ. dicitur. ſi tamen furioſus habeat interualla, quibus ſit in ſuo perfecto iudicio, bene poterit tunc, in illis lucidis interuallis contrahere, & condere teſtamentum. d. l. furioſum vbi notant communiter Doctor. C. qui teſt. facere poſſ. & ſupra relati affirmant.

2 Furioſus mutilans, percutiens, ſiue occidens aliquem, non incidit in irregularitatem, nec punitur pro aliquo delicto cōmiſſo tempore furoris, ſatis enim ſuo furore punitur. clem. ſi furioſus. vbi Doctor. de homicid. & l. diuus. vbi Bart. ff. de offic. præſul. & l. ſed & quemadmodū. §. & ideo. ff. ad leg. aquil. & l. illud. §. ſane. ff. de iniur. & l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. pœnæ. §. ſane. ff. de parrecid. & l fin. ad fin. ff. de adminiſtr. tut. Plac. de delict. lib. 1. c. 29. n. 1. Dec. in l. in negocijs. nu. 4. ff. de regul. iur. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 7. & dico. infra verb. homicidium. §. 41.

3 Furioſus, & impubes, qui doli capax nō eſt iniuriam pati poſſunt, facere tamen nō poſſunt. l. illud. §. ſane. vbi Doct. ff. de iniur. & famoſ. libell. & c. illud. 15. q. 1. infancia, & furor excuſat indelictis. l. infans. vbi Doct. ff. ad leg Corn. de ſicar. Plac. lib 1. de lic. c. 29. n. 1. ſec⁹ in illo, qui eſt ſanæ mētis.

4 Furioſus, qui tempore delicti erat ſanæ mentis, & poſtea incidit in furorem,

non

Digitized by Google

non eſt corporaliter puniendus pro delicto, præcipuè ſi antequàm ſententia feratur, effectus eſſet furioſus, vt tenet Bald. in l. furioſum. circa fin Iaſ. numer. 8. C. qui teſt. facer. poſſ. idem Iaſ. in l. ex facto. num. 30. ff. de vulg. & pup. & in l. ſi ſeruum. num. 7. ff. ſi ex noxal. Rip. in l. fin. nu. 229. C. de reuocand. donat. & in d. l. ex facto. num. 73. Marſil. in l. 1. nu. 58. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Gomez. in §. item ſi quis in fraudem. num 6. inſt. de act. Cagn. in l. in negocijs. n. 3. ff. de regul. iur. Mench. controuerſ. illuſtr. C. 96. n. 31. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 7. Doenn. regula. 259. Plac. de delict. lib. 1. c. 29. num. 1. & nu. 7. Guill. in c. rainuntius. 2. part. nu. 25. in fin. de teſtam. ad notationem tamē bonorum illius, qui tempore ſanæ mentis deliquit, & poſtea incidit in furorem poteſt iudex procedere, aut ad aliquam pœnam pecuniariam, vt tenet Bald. in d. l. furioſum. C. qui teſtam. facer. poſſ. & nouell. in tract. ad defenſam. fal. 29. num 40. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 60. nu. 8. inquit tamen Lud. Rom. in d. l. furioſum. C. qui teſt. facer. poſſ. quod licet in praxi obſeruaretur, vt ille, qui ſanæ mentis commiſit delictum, & poſtea incidit in furorem non puniretur, attamē in puncto iuris non eſſet verum quia qualitas ſuperueniens poſt commiſſum delictum non imminuit pœnā, hoc tamen non placet, quia furioſus equiparatur mortuo, & tūc impeditur executio proceſſus propter furorem ſuperuenientem, quia mortuus puniri non debet, vt tenet Cin. Alex. & Iaſ. in d. l. furioſum.

Verbo Furtum.

1 FVrtum eſt contrectatio fraudulenta rei alienæ inuito domino, animo retinendi rem furatam, vſum ſeù poſſeſsionem illius, l. 1. & l. qui ea mente, & l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & l. procurator. ff. mand. & l. 2. C. de vſu cap. pro donat. & l. alienum. C. de furt. & §. furtum eſt. 1. & 2. inſt. de furt. Abb. in Rubric. de furt. ſumma Angel. verb. furtum. in princ. Iul. Clar. §. furtum. n. 1. & dicitur furtum, à furno, id eſt, nigro, vel à fraude, ſeù auferendo. d. l. 1. ff. de furt. & §. furtum. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.

2 Furti ſubſtantia eſt motio de loco ad locum. l. ſi cretæ, & l. verum eſt, quod. ff. de furt. & l. ſi ſeruus. §. ſi alienam. ff. ad leg. aquil. & l. 3. §. ſi rem. ff. de acquirend. poſſ. §. in ſumma. vbi gloſſ. 2. inſt. de obligat. quæ ex delict. Iaſ. in l. clam. num. 19. & in l. rem. num. 14. ff. de acquirend. poſſ. vnde qui multa inuoluit, ſeù domum intrauit, attamen non potuit illa auferre, furtum non fecit, licet ianuam frangeret, aut domum terebtaret. l. vulgaris. §. qui furti. vbi Doctor. & l. ſi quid fur. ff. de furt. neq; qui fodit in agro alieno, ſi cretam, aut lapidem non amouit. nec abſtulit. l. ſi cretæ. ff. de furt. & gloſſ. ver. rei. in §. furtum. vbi Angel. inſt. de obligat. quæ delict. ſi tamen ſegetem ſecat, & tollat de fundo, aut lapidem, ſiue arborem furtum facit, & ſi pars exportatur tunc illius partis tantum fit furtum. l. vulgaris. in princip. & §. ſi quis eſt vbi Bart. num. 2. & l. verum. ff. de furt. & l. venditor. §. ſi conſtat, ff. communia præd. & l. 1. & l. 2. & l. furtim vbi Doctor. & l. facienda. ff. de arborib. furt Cæſar. niſi ſit conſuetudo, vt ſi quis voluerit in illis lapidicinis, ſeù incretis, fodere, illud faciat, prius tamen pretio ſoluto domino prædij, & valebit talis conſuetudo, d. l. venditor. §. ſit conſtat, vbi Bart. ff. de cōmunia. præd. & quamuis fur, qui multa inuoluit, & quia non potuit totum auferre, partem abſtulit, non teneatur, niſi tantum pro parte, quam abſtulit, l. vulgaris. in princip. vbi Doctor. & §. qui furti, ff. de furt. hoc eſt intelligendum, de actione ciuili, quoniam in criminali actione affectus punitur, quamuis non ſequatur effectus, ſaltim pœna extraordinaria. l. ſi quis non dicam rapere. vbi communiter Doctor. C. de Epiſc. & Cler. Bart. in d. l. vulgaris. §. qui furti. numer. 1. ff. de furt. & Cin. in l. ſi quis ad ſe fundum quæſt. 4. C. ad leg. Iul. de vi. & dixi ſupra ver. delictū. §. 55. & etiam punietur actione legis aquiliæ, ſi aliquod damnum dediſſet. l. qui occidit. ff ad leg. aquil. Bart. in d. l. verum. n. 2. ff. de furt.

3 Furtum committitur in lapide furādo. l. 2. vbi Bart. & omnes. ff. de term. mot. Plot. in rep. l. ſi quando. num 726. Abb. in c. ex litteris. num. 13. de probat. Salicet. in l. 1. C. de accuſat. Hieronym. à Monte. in tract. fin. regund. c. 34. nu. 7. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 83. num. 10. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 23. verſ. ex his apparet. & quomodo puniatur ſurripiens lapidem, ſi eſt terminalis dicam infrà verb. terminus. §. 8. & 9.

Digitized by Google

4 Furtum, & omnis illicita vſurpatio rei alienæ, eſt prohibita à lege diuina, & naturali. c, pœnale. 24. quæſt. 5. & c. meretrices. 32. quæſtio. 4. l. 1. ff. de furt. & §. furtum. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. gl. in ſumma. in c. ius naturale. diſt. 1. Exod. c. 22. Matth. c. 15. Luca. c. 18. D. Paul. ad Rom. c. 13.

5 Furtum non fit verbo, aut cogitatione. l. 1. l. ſi is qui ſi mulabat. ff. de furt. & l. cogitationis. ff. de pœn. & dixi ſupra. §. 2. tenetur tamen furti actione, qui opem, & conſilium dat ad furtum faciendum, quãuis pro conſilio tantum non puniatur, nec teneatur in foro ſeculari, ſi fur aliàs erat facturus, quoniam ſi facturus non erat, ſed conſilio alterius fecit, tunc vterq; tenetur tam ille, qui fecit, quam qui conſilium dedit. l. qui ſeruo & l. in actione furti, & l. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. & l. ſæpe. §. ope. vbi Doct. ff. de verb. ſign. & §. interdum. vbi gl. verb. non tenetur. Ang. & omnes. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.

6 Furti actione tenetur, qui opem, conſilium, ſeù auxilium dedit filio familias, aut ſeruo, vt patri, ſeù domino furtum faceret, quamuis inter filium familias, & patrem, ſeruum, & dominum, nõ detur furti actio, niſi filius habeat bona caſtrenſia, vel quaſi, l. 1. ff. ſi is qui teſt. lib. vbi notant Doctor. & l. ſerui, & filij. & l. ſi quis vxori. ff. de furt. & §. hi, qui in parentum. vbi gl. verb. non naſcitur. & Doct. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſ.

7 Furtum non fit, quando voluntate domini res mouetur de loco ad locum. licet domini voluntas ignoretur, nec de illo furto inquirit iudex. l. inter omnes. §. recto, vbi Doct. & l. qui re ſibi, & l. qui vaſ. & l. ſi quis eum ſciret. ff. de furt. & §. placuit, & §. ſed & ſi. vbi Aret. inſt. de obligat. quæ ex delict. Iaſ. in l. 1. n. 7. C. de furt. & ſeru. corrupt. hoc tamen quoad præiudicium partis, non autem quoad pœnã corporalem. Bart. in l. inter. §. rectè. nu. 2. ff. de furt. Iaſ. in l. 1. n. 7. C. eodem.

8 Furti tamen actione tenetur ille, qui ſeruũ ſolicitauit, vt res domini ſurriperet, & ad eum per ferret, qui ſeruus dominum certiorem fecit, & tunc de voluntate domini, portauit ſeruus res domini ſui ad illum, qui eum ſolicitauit, & tunc quamuis de voluntate domini furtum fiat, nihilominus tenetur qui ſeruum ſolicitauit de furto, & de ſeruo corrupto. l. ſi quis ſeruo alieno. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de furt. & ſeru. corrupt. §. ſed & ſi. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.

9 Furtum non committitur, ſine animo, & affectu furandi. l. verum. vbi Doct. & l. qui iniuriæ. ff. de furt. & l. furtum. ff. de vſu cap. & §. ſed tantum. verſ. furtum. inſt. de vſu cap. & §. placuit. inſt. de oblig. quæ ex delict. & c. furtum. 14. quæſt. 6. non liberatur tamen inuentus cum furto dicens ſe iocoſè, & ſine animo furandi fecisse. c. 1. vbi Abb. num. 3. de præſumpt. aliquando tamen poteſt quis committere furtum, aut ſaltim de illo puniri, ſine animo furandi, nam ſi pecunia tua mandãtibus ſeruis tuis, fundum emam, ſi tu non approbaueris, committo furtum, & ita ſi aliquis proxeneta intrauerit ſtabulum domini, & ſine domini licentia vendiderit equum vitioſum, putans bonum opus facere domino, nihilominus committit furtum, ſi dominus, non approbauerit factum, & hoc optimè probat. text. in l. 1. & ibi Angel. in lect. & Iaſ. num. 6. C. de furt. & ſeru. corrupt. & ſi aliquis conſecutus fuerit ſententiam de aliqua re, & rem ipſam propria auctoritate apprehenderit, etiam cõmittit furtum, ſine animo furandi. l. miles. §. fin. ff. de rei vind.

10 Furtum non facit ille, qui rem ſuam à fure recuperat, aut clam. à commodatario, ſi nullam cauſam retinendi habebat. l. ſi is qui rem. vbi Doct. ff. de furt. aut ſi ille, cui res ſurrepta eſt, erat debitor illius, qui rẽ ſubtraxit, & quod debitum ſuum aliter conſequi non poterat, quoniam licitum eſt vnicuiq;, qui rem ſuam à ſuo debitore conſequi non poteſt, ſurripere ab eo pecuniam, vel aliam rem æquiualentem. vt ex communi reſoluit Cou. ruu. in libr. 1. reſolut. c. 2. n. 15. verſ. quarto. eodem. Iul. Clar. lib. 5. §. furtum. n. 20. Gerip. conſil. 26. nu. 38. & conſil. 45. n. 3.

11 Furti etiam actione non tenetur ille, qui ſurripit rem, quàm ſuàm eſſe putat. l. furtum. ff. de vſu cap. & l. vulgaris. §. ſed & ſi. ff. de furt. & gloſ. magna. ad medium. verſ. quinto. in l. ſi quis. C. vnde vi. & gloſſ. verb. per ignorantiam. in l. fin. C. eodem.

12 Furti actione tã tenetur ille, qui ſuſcipit rem ab illo, cui fuit à cõmodata, aut depoſita, ſi poſtquàm ſciuit, quod erat depoſita,

aut

aut commodata, & non dantis illam con-
ſumpſit.l.ſi pignore.ff.defurt. & § placuit.
inſt. de obligat quæ ex delict. & Iaſ. in l. ſi
a furioſo. n.6.ff.ſi cer.pet. & ita in pecunia
a filio familias data. gl.verb.conditionem.
in l. ſi filius. ff.de reb.cred.

Furtum committit depoſitarius, ſeù
14 commodatarius, ſi rem depoſitam,aut cõ-
modatam occultauit, & illa vtatur contra
voluntatem domini, cauſa intercipiendi,
quod tamen non eſt ſi illam tantum ne-
gat, non tamen cauſa ſurripiendi. l.1. &
l. ſi is cui, & l. inficiendo, & l. qui re ſibi.
ff. de furt. & l. ſi depoſiti, vbi Bald. C.de-
poſit. & l.3. §.ſi rem.ff. de acquirend.poſſ.
& cap.1.vbi Abb.num.2.de depoſit § fur-
tum autem. & §. placuit inſt. de obligat.
quæ ex delict. & ita in tutore, ſine cura-
tore, ſi animo furandi aliquid à mouet. l.
tutor. ff. de furt. & in fullone,vel ſarcina-
tore, qui polienda,vel ſarcienda, veſtimẽ-
ta accipit, l. fullo, & ſarcinator. ff.de furt.
& in creditore,in pignore. l.ſi pignore. &
l.ſi ſeruus. §.locaui. ff. de furt. ord. libr.5.
tit.60. §.8.

15 Furtum etiam facit ille, qui rem ſuam
obligatam pignori ſurripuerit, aut alicui
vendiderit, aut fructus pro penſione obli-
gatos deportauerit. l. ſi ſeruus. §. locaui,
& l.is qui rem pignori,& l.ſi is qui pigno-
ri,& l.ſi debitor,& l.creditori actio,& l.in
actione furti. § furtum. vbi gl.fin.& Doct.
ff.de furt. & §. aliquando. inſt. de obligat.
quæ ex delict.naſc.

16 Futtum etiam facit ille, qui ſurripit rẽ
ſuam ab illo, qui bona fide illam emit,
quamuis re vera dominus illius rei ſit. l.
cum æs pignori. §. ſi bona fide. ff.de furt.
& l.in actione. §.fin.ff de furt.& §.furti au-
tem. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.
& etiam ſi ſurripiat pecuniam, pro qua
fur vendidit rem furtiuam, nam pecunia
pro qua res furtiua vendita fuit, non fit
furtiua. l. qui vas. §. fin. vbi Doctor. ff.de
furt.

17 Furtum facit ille, qui depoſuit burſam
apud aliquem cum viginti,& aliam per er-
rorem ab illo ſuſcepit cum treginta, ſi cũ
ſciuit non reddit illa decem. l.vulgaris. §.
ſi is qui.vbi Doct.& l.ſi iuſſu. §.ſi rem.ff.de
furt.& l.dedi. §.ſubtilius. ff de cond. cauſ.
dat.& ita in exactore tributi, ſi aliquid ex
portat ab illo, qui nihil debebat. l. etiam
furti. vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C.de
furt.& ſeruo corrupt.

18 Furtum etiam facit ille,qui in ſuos vſus
conuertit pecuniam, quam ad alium præ-
ferendam ſuſcepit. l.cum qui. §.ſi Epiſto-
la, & ibi Angel. ff.de furt.& l. ſi is cui. vbi
Bart. Bald. & Salicet. C. de furt. & ſeruo
corrupt.Imol.in l. ſi tibi. ff.de donat. & in
l.Caſsius. ff.de ſolut. & Iaſ.in l. eius qui.§.
quas vero.n.7. ff.de reb.credit.

19 Furtum factum in naui, aut in caupo-
na, vel ſtabulo, competit contra caupo-
nem,ſtabularium, aut nautam. l.vnica. vbi
Doct. ff.de furt.aduerſ.naut.& §.item exer-
citor. inſt.de obligat. quæ ex quaſi delict.
& l.1.& 2. ff.naut. caup. Abb.in c.1. num.
8.de reſt. ſpol.vnde ſi viator tradat nautæ,
ſeù hoſpiti caniſtrum, aut ſcortum clau-
ſum, & ſigillatum, & hoſpes,vel nauta il-
lud redidit apertum,ſtatur tunc iuramen-
to viatoris. de quo erat in caniſtro, ſiue
ſcorto,ſi hoſpes, ſiue nauta illud accepta-
uit, non autem, ſi illud reliquit in dorſo
equi, vt tenet Iaſ. in l.in actionibus,n.41.
ff. de in lit. iurand. Paris. conſil. 74. num.
11.Bart.in l.1.§ ſi ciſta.n 2. ff.depoſit.Iul.
Clar. lib.5. § furtum.nu.27. & aliter tene-
tur viator probare ſingulas res, quæ ſibi
fuerunt ſubreptæ,quoniam ſemper proba-
tio incumbit illi, qui vult agere. c.1. vbi
gloſ.verb.viro, & Abb. nu 4.de clamdiſt.
deſponſat. & l. 2. ff. de probat. & l. autor.
quod ad ſeuerat. C.deprobat.& l.ſi quãdo.
C.de dilat.

20 Fur tenetur reſtituere rem ſubreptam,
ſi res extat, aliter enim tenetur reſtituere
pretium illius. l. niſi. §. Iulianus. & l. ſi à
domino. §.ſi prædo. vbi gl.verb. ſi prædo.
ff.de hæred.pet.& l. ſi quis.§ ſi vero.C.vn-
de vi. & l.inter omnes.ff.de furt.

21 Furti quantitas probatur per iuramen-
tum damnum paſsi probata violentia, do-
lo,& latrocinio, c.fin.vbi gl.verb.per teſ-
tes.& Ant.de Butr.Hoſt. Innocent. Ioann.
And.Abb.& omnes.de his quæ vi met.cau.
& l.ſi quando. vbi Bart.Bald.& Salicet. C.
vnde vi,& gloſ.fin.in c.dilecti filij.de foro
comp.inſpecto tamen diligenter.verũ veri
ſimiliter perſona expulſa tenuerit res illas
in loco.vbi facta fuit violentia,ſeù latro-
cinium.vt tenet gl.verb.qualitate,in d.l. ſi
quando.C.vnde vi cõmuniter approbata,
vt per Bart.Bald.Salicet.ibidem.

22 Fur ſemper eſt in mora, & tenetur de
caſu furtuito. l.itẽ ſi. §.ſi ſeruis. vbi gl.ver.
morã. ff.de rei vind.& l.fin.C.obturp.cauſ.
& l.fin. C.de cond.furt.& l.ſubtracto. C.de

furt.& ſeruo.corrupt.& c.mora cum gl.ibi de regul.iur. lib.6. & ſi dolo,& culpa deſinit poſsidere ſemper tenetur.l.& non tãtum.§.veniunt,& l.ſed & ſi.§.quod ait ſenatus. ff.de pet. hæred. & l. ſubtracto. vbi Doct.C. de furt.& ſeruo corrup.aut ſi dolo rem confundit. l.Marcellus. §.fin. & l.quo quidem.ff.de rei vind. & non facit fructus ſuos,ſed rem cum fructibus reſtituere tenetur. l.illud quoq;.vbi Doct. ff.de hæred. pet.

23 Fur non agit rei vindicationem contra ſibi rem furtiuam ſurripiẽtem, quia actione caret. l.eum qui. §.Iulianus. & l.qui re ſibi commodata.§.ſi quis,& l.itaq;, & l.qui vaſ.§.ſi ego.ff.de furt.& l.cum par. §.illi.ff. de regul.iur.fallit tamen,vt in fullone,qui veſtimenta polienda ſuſcepit, & alij cõtrà voluntatem domini commodauit, qui tũc poteſt agere de furto, quãuis in furti pœnam incidiſſet. d. l.qui vaſ. §.ſi ego tibi.ff. de furt.& gl.verb.illi in d. l.cum par. ff.de regul.iur.poteſt tamen fur agere ad poſſeſſionem recuperandam,& erit reſtituẽdus. c.in litteris. vbi Abb.n.8. & Doct. de reſt. ſpol. & l.1. §.item labeo. verſ.quia me vi. ff.de vi,& vi armat.& gl.ver. illi in d.l.cum par.ff.de regul.iur.

24 Fur non liberatur à pœna furti, ſi poſtquam rem furatus eſt, pœnitentia ductus, rem furatam domino reſtituat, quoniã in delicto perfecto,& conſummato nõ eſt locus pœnitentiæ, in foro iudiciali, quoad pœnam. l.qui ea mente. vbi Bart.n.3.ff de furt.& l.non prodeſt. vbi Doct. ff.vi bon. rapt.

Fures plures remanent obligati, vnus-
25 quiſq; pro toto furto,quod omnes cõtrectauerunt,aut omnes ſimùl,& ſi vnus reſtituat liberat alios,quoad obligationẽ rei, non autem quoad obligationem pœnæ. l. vulgaris.§.ſi duo.ff.de furt.& l.1.vbi Doct. C.de cond. furt. & l.ſi plures. ff.de arbor. furt. Cæſar. & l.ita vulneratus. §.fin. & ibi gl.vlt.ff.ad leg aquil.

26 Fur publicus ſtratarum, aut nocturnus depopulator agrorum,poteſt à quocumq; impune interfeci, l.1.vbi Doct.C.quando liceat vnicuiq;,& l.itaq;. ff.ad leg.aquil.& l.furem.ff.de ſicar.& quicumq; fur nocturnus poteſt interfici in foro cõtentioſo pro defenſione ſui ipſius,vel rerũ ſuarũ,quãdo quis eũ capere non poteſt,l.furẽ nocturnũ vbi Doct.ff.ad leg.Corn.de ſicar.Bolon in rep.l.capitaliũ.§.famoſos.n.164.ff.depœn.

27 Fur tamen diurnus non poteſt à quocumq; interfici , niſi telo ſe defendat. d. l. itaq;.& l.ſi ex plagis.§.tabernari⁹.ff.ad leg. aquil.& l.ſi pignore.ff.de furt.& c. per fodiens.de homicid.aut quando quis illũ interfecit ad bona ſua recuperanda,& aliter illa recuperare non poteſt. d.l.ſi explagis. §.tabernarius.ff.ad leg. Aquil.Abb.in c.nihil. n.3.depræſcript.& d.c.interfeciſti.vbi Abb.n.1.de homic.Iaſ.in l.vt vim. n.25.ff. de iuſt.& iur.Alex.conſil.138. n.9. libr.6. Cou.ruu.in clem. ſi furioſus. fol.217. verſ. ſecundo proponitur.Iul.Clar.lib.5. §. hocidium.n.47.

28 Fur alius dicitur manifeſtus,& alius non manifeſtus. l.furtorum genera.vbi Doct.ff. de furt.nam manifeſtus eſt ille,qui deprehẽditur cũ furto, antequàm illud deponat in loco, vbi illud ſeruare vult. l. fur eſt. & l.quo diſtinauerit,& l.is qui opẽ.ff.de furt. & §.furtorũ. vbi Doct.inſt.de obligat.quæ ex delict.naſcũt.& ita ſi fuerit viſus furari, & cum re furtiua. vt tenet gl.verb.deprehenſus.in d.l.fur eſt manifeſtus. ff.de furt. & ibi Alb.in fin.prin.Iul.Clar. lib.5.§.furtum. nu.2.

29 Fur manifeſtus deprehenſus in Eccleſia cum re furtiua, & illam retinens non gaudet immunitate Eccleſiaſtica , cum in illa retentione delinquat in Eccleſia. l. fur eſt, & l.ſerui, & filij. §. vnde. (ibi quia hodie furtum facit) ff.de furt. & colligitur. ex §. furtorum.inſt.de obligat. quæ ex delict. & dixi ſupra verb.Eccleſia.§.91. vbi de mala deciſs.noſtræ Luſitaniæ relata à Gam. dec. 171.num.1.

30 Furans in Eccleſia cum effractione hoſtiorum, ſeù parietum, fit ipſo facto excõmunicatus,& grauius punitur. c.conqueſtus.vbi Abb.nu.2.de ſent.excommunicat. furans vero ſine effractione committit ſacrilegium,& erit excommunicãdus,& debet grauiter puniri , attamen non fit ipſo facto excommunicatus,quamuis rem ſacrã ſurripiat. c.conqueſtus.de foro comp.& c. fin.vbi Abb.n.2. de furt.& c.qui oblationes.10. 13.quæſt.2. Abb.in c.inquirendũ. n.3. de pecul.Cler.furans tamen res effectas religioſas tenetur crimine læſæ maieſtatis.l.1. vbi Doct.C.de ſepul.violat.

31 Furans quinq; ſolidos debet patibulo ſuſpendi. c. ſi quis quinq; ſolidos, de pace tenend.in vſib.feud.& auth.vt nulli iud.§. quia vero nos oportet.coll.9.Abb.in c.tua nos,verſ.ad vltimum. n.8.de homicid.hoc

tamen

Digitized by Google

tamen eſt intelligendum, quando furtum quinq; ſolidorum fit cum aliqua violẽtia, ſeù pacis fractione. vt excommuni, tenet Gomes.in §.ex male filijs.à num.2.inſt.de act.Iul.Clar.libr.5. § furtum.nu.7. nec illa pœna obſeruatur in raptore quinq; ſolidorum, ſine violentia, aut pacis fractione, ſed punitur alia pœna arbitraria, vt tenet Gand.de malef.titul.de furib.n.11.Bald.in d.c. ſi quis quinq; ſolidos.n.1.& in authẽt. ſed nouo iure. à n.3.C.de ſeru.Fug. Iaſ.in d. §.ex maleficijs. nu.3.inſt.de act.Rom.in l.cum ſeruus.num.14. ff.de cond.cauſ.dat. Anan.in c.ex litteris.n.9.de furt.niſi fuerit fur famoſus,aut in pluribus furtis cõprehenſus,quia hic eſt patibulo ſuſpendẽdus. vt excommuni reſoluit Vital. de malef. in Rubric.de furt.n.10. Bald.in d.authẽt.ſed nouo iure.n.3. Bolen.in rep.l.capitalium. §.famoſos.n.46. ff.de pœn.Cæp.in d.auth. ſed nono iure.nu.84. C. de ſeru.fugit. dixi ſupra verb.delictum. §.16. eſt enim conſuetudo,& regum ſtatuta ſancta,& laudabilia,vt latrones patibulo ſuſpendantur,ſtatuentia, quæ conſuetudo, & ſtatuta locorũ ſunt obſeruanda,vt refert Papo.lib.23.tit. 6. Areſt.1. Iul.Clar. lib.5. §.furtum nu.8. & eſt inepta ratio, Paris.put. de Synd. fol. 224. n.5. dicentis prolem Federici Imperatoris, qui ſtatuit in illa lege, quòd fur quinq; ſolidorum ſuſpenderetur, & alios Reges, qui illam legem ſunt ſecuti, nõ regnauiſſe ſuper terram,& malè vitam finijſſe,nec generationem eorum ad tertiũ gradum perueniſſe, nõ aduertentis,mala,quæ ipſi Federico, & proli eius contigerunt, fuiſſe propter bella,& vexationes,indebitas,quibus Eccleſiam,Catholicam per turbauit,& non propter legem bonam,& iuſtam,quam ſanciuit. imo videtur,quòd ille paris,aliquod ſpecimen latronis habuiſſet, ſi quidem ſibi non placet lex puniens latrones,& tàm vtilis Reipublicæ.

32 Furtum non fit rei hæreditariæ,antequã ab aliquo poſsideatur. l cum,qui. §.an pater.verſ.quamuis hæreditati,& l.hæreditati,& l.hæreditariæ, l. aut in qua.ff.de furt. & l.1. §.ſcæuola.ff. ſi is qui teſtam.lib. eſſe iuſſ.& l.2.& l.fin. ff.de expilat.hæred.neq; etiam cõmittit furtum ille,qui apprehendit alicuius bona,qui pro mortuo habetur, tanquam hæres illius. l.ſi quis ex bonis. ff. de furt.& Iaſ.in l.ſi quis extrane9.n.1.ff.de acquirẽ.hæred. daſ tñ actio ciuilis in factũ ex Bart.in l.1.ff.de crimine expilat.hæred.

33 Furtum tamen fit in recõmuni, quando incõmuni à ſocijs poſsidetur, quod enim meum, & tuum eſt non dicitur propriè meum. l.legatis. ff.deleg.2.& l. illud. ff.de ritu nupt.& l.ſi ſocius. vbi Bart.ff.de furt. & l.rei communis.& l.merito.ff.pro ſocio. & gl.ver.cum alio,in c.cum illis. de præb. libr.6.

34 Furti actio non competit inter virum, & vxorẽ,de rebus ab aliquo ſubreptis conſtante matrimonio,vel ante.de rebus vero poſt diuortium ſubreptis bene competit actio. l.1.vbi Doct.& l.& ideo.ff.de rerum amot.& l. hæres viri. ff. de neg. geſt. & l. ſi quis vxori.vbi Bart. n.1.ff.de furt.& Iaſ.in l.ſi patronus.nu.1. ff.de iure iur.nec etiam actio expilatæ hæreditatis datur contra vxorem.l.1. & l.xvor. ff.de expilat.hæred. & l.de his quæ. vbi gl.verb.dominus.C.de furt.committit tamen furtum ille, qui cũ vxore alterius furatus eſt, aut ad id dedit opem,ſeù conſilium. d. l.ſi quis vxori. vbi Doct.ff.de furt.

35 Furta domiſtica facta à famulis,libertis, mercenarijs,nõ puniuntur. ſi leuiora ſunt. l.ſi libertus. ff.de furt.& l.perſpiciendum. §. furta. vbi Doct. ff.de pœn. ſi autem ſunt magna puniuntur, & quotidie famuli ſuſpẽduntur,propter pecuniam,ſeù alias res, quas dominis ſuis furantur.vt refert Ioan. de Imol.in l.ſi tibi dederint. ff.de donat.& in l.caſsius. ff.de ſolut. Iaſ.in l.eius qui. §. quas vero.n.7. ff. ſi cert.pet. Afflict.ſuper. 1.p. conſt. Regni. Rubric.63. nu.12.Boer. dec.316. n.7. Iul.Clar. lib.5. § furtum.nu. 22.ign. in l.1. n.91.ff.ad Syll.& Papo.lib. 23. tit.5.arreſt.2.

36 Furtum non committitur in re immobili. l.verum eſt. ff.de furt. & l.quam rem. ff.de vſu cap.& l.2.ff.de cond.triticar.& §. quod autem.inſt.de vſu cap.& gl.verb. rei. in §.furtum.inſt.de obligat. quæ ex delict. Iaſ.in l.1. n.13.C.de ſeru.fug.& in l.clam. n.19.ff.de acquirend.poſſ.& gl.in l.nemo. prædo.ff.de regul.iur.& gl.fin.in l.ſi liberam.C.quod cũ eo:in fructibus tamen qui ſurripiuntur exagro bene fit furtum. l. ſi apes.& l.cum qui. §. præterea. & l.fullo.§. frugibus. ff. de furt. quia in illis datur motio de loco ad locum, quod non datur in ipſa re immobili. dixi ſupra.§.2.

36 Furtum ſicut fit in fructibus agri, ita fit in rebus,quæ defundo tolluntur,ſicut ſunt arbores.creta, lapides,& ſimilia.l. verum. & l. ſi cretæ. ff. de furt. & l. venditor. §. ſi

Digitized by Google

conſtat.ff.communia præd.l.furtin. vbi gl. 2.& l.facienda.ff.de arb.furt.cæſar.

38 Furtum etiam facit, qui rem alienam inuenit,& illã Domino ſuo nõ reddit.l.falſus 44.§.qui alienum.ff.de furt. & c. ſiquid inueniſti.14 quæſt.5. Abb. in c.ſæpe n 7. de reſt.ſpol.& c.cum dilecti.n.11. de accuſat. debet enim ille, qui rem alienam inuenit, quæ pro de relicta non habebatur,illam facere præconizare, & tum facta illa præconizatione, expellitur omnis ſuſpicio, vt præſumatur,quòd illam furari vellit,vt tenet Abb.in c.ex litteris n.4.de furt.

39 Furtum reputatur pro caſu fortuito,quãdo per violentiam res fuit ſub tracta,& ille a quo ſub tracta fuit non fuit in culpa,vel ſi fuit ſactum clandeſtine,& vbi deligentiſsimus non præcaueret,ſecùs tamen ſi fuiſſet factum in loco,vbi deligentiſsimus præcauiſſet.l.quæ fortuitis.vbi Doct.C.de pign. act.& l.1.vbi gl.ver. vel alio. c. depoſit. & Abb.in c.vnico n.16.de commod.

40 Iudex,ſeu magiſtratus furans publicam pecuniam,aut rem ſacram, vel religioſam capite punitur,aut ad id præſtãs opem vel auxilium alij vero deportantur.l.1.vbi Doctor.C.de ſepulch.violat.& §. item lex iulia peculatus.inſt. de publ. iud. vbi notant communiter ſcribentes.

41 Furtum etiam facit ille,qui aliena inſtrumenta ſubripit, & tenetur in illo, quod in inſtrumento continetur. l. qui tabulas. in prin. & §. inde poteſt quæri. vbi Bart. & l. ſempronia.& l.ſarcinator.ff.de furt.

42 Furtum facit ille, qui ancillam cauſa libidinis ſubrripit,ſi ancilla illa non eſſet meretrix:l.fullo,& ſarcinator. ff. de furt.quoniam ſi ancilla illa fuiſſet meretrix,& ſubtripias illam,cauſa libidinis tantum ſubriperet,non committeret furtum. l. verum. vbi Bart.& omnes. ff.de furt. quoniam furtum non fit,ſine animo furandi.d.l.verũ.& l.qui iniuriæ, ff.de furt. & l.furtũ.ff.de vſu cap.& §.placuit.inſt. de obligat quæ ex delict.naſc. & §.ſed tamen.verſ. furtum. inſt. de furt.

43 Furtũ ſui ipſius facit ſeruus,aut ad ſcriptitius fugiens.l. cum ſatis. C.de agricol. & cenſ.lib.11.& l.1.vbi Bart.Bald.Fulg.Paul. de Caſtr.Iaſ.& omnes C.de ſeru. fugit. & l. ancilla.ff de furt.& gl.ver.ſeruum.in §.ſed aliquando.inſt.de vſu cap. omnis enim qui ſcienter de portat rem furtiuam committit furtum.l.ſi quis perferendum.ff.de furt. & a fortiori,qui ſe ipſum furtiuè depoſtat.

44 Furti actione tenetur ille,qui furem cellat, non autem qui non iñdicat, l. qui Vaſ. vbi Doct.& l.qui ſeruo.§.item.ff.de furt.& l.fin.§.licentia.C.de iure deliberand.& l.ciuile.C. de furt. & ſeruo corrupt. & eadem pæna punitur,qua fur puniendus eſt,qui furem domi abſcondit , & iudici non tradidit,niſi latro ſit affinis illius, qui domi illũ recepit.l.1.vbi gl.1. & Doct.C.de his, qui latr. occult. & l. 1. & 2. ff. de recept. & l. quo naufragium §.nõ tantum.ff.de incend. ruin.& ſi propter lucrum facit reus eſt furti.c.qui cum fure vbi Doct.de furt.

45 Furtum quæritur ex mandato iudicis in domibus vicinorum , ſi aliqua ſit ſuſpicio, quod fur,aut res derobotæ ſint in domibus illorum,ſiuè ſit domus perſonæ ribaldæ,& quæ poſsit furem occultare,aut res derobatas,ſi autem ſit domus perſonæ probatæ vitæ,& famæ, non conuenit,vt pandat ſuum patrimonium,& aperiat ſcrinia, & loca ſecreta.arg.tex.in l.requirẽdi,C.de ſeru.fug. Abb.in c.qui cunq; fure,n.6.de furt. & alij ibidem.Iaſ.in l.in actionibus.n.42.ff.de in lit.Iur.Angel.ad Angel.de malefic. verb. & veſtem celeſtem. n.34.Iul.Clar.lib.5.§.furtum,n.3 Boer.dec.174.n.20.Gérip. conſil. 32.n.14. & ſi furtum in domo alicuius inueniatur,eadem pæna punitur , quoniam, qui rem furtiuam recipit in cuſtodiam tenetur de furto,ac ſi ipſe furatus eſſet,ſi ſciẽter fecit.l.eos.vbi Bart.Bald.& Salic.C. de furt.& ſeru.corrupt.

46 Furtum non committit emptor, qui ignoranter emit rem furtiuam.l.nemo, prædo.168 vbi Doct,ff.de regul.iur & l. nec vllam.§.ſi cuis ſciens.ff.de hæred.pet.& l. ſequitur.§.ſi rem.ff. de vſu.cap & l.cum qui. §.1.ff.de furt.gl.1.in l.nec. C.de acquirẽd. poſſ.niſi emat a ſeruo,famulo, filio familias,qui non habet liberam peculi adminiſtrationem , & ſciat; quia tunc tenetur furti actione.l.ſi liberam.C.quod cum eo. & l.ſi quis C ad leg.fab & l.1.& l.eos.C.de furt.& ſeru.coarupt.& l ſi ſeruus.ff. commod. & l. Neratius.§.fin.ff.de ſeru.corrupt.& l.ſacrilegij.§.fin ff ad leg.Iul.pecul.

47 Furti actio competit illi,cuius inter èſt. l.cuius. & l.tum is.& l.itaq; fullo. interdũ. & l.ſi is.§.eius.ff.de furt.& § furti autem actio eſt. inſt.de obligat. quæ ex delict. naſcunt.quamuis criminaliter accuſare poſsit. quicunq; nõ eſt a iure prohibitus.l.qui accuſare.vbi Doct.ff.de accuſat.dicit communem.Ant.Gom.de delict.c.1.n.31.

Fur-

Digitized by Google

48 Furtum non facir Chriſtianus, qui res Maurorum, Turcarum, & hoſtium noſtræ fidei Catholicæ, ſurripit, nam illi per vim à nobis abſtulerunt omnia, quæ poſsidēt, & ſunt in mala fide, & omnia, quæ illi poſſident, ad nos pertinent incommuni, vnde licitum eſt ab illis prædari, l. non ſolum. vbi Doct.C.de comer. & mercat. ſicut volucres, cœli, & piſces maris, & feræ terræ, quæ fiunt occupantium. l.poſsideri. §. itē feras. ff.de acquir. poſſ.& §.feræ.& §.illud inſt.de rer.diuiſ.

49 Furans, aut emens ſcienter liberum hominem, ſeù illum vendens.capite punitur. l.1.vbi Doctor.& l. legis. ff. ad leg fab. de plag.& c.1. de furt.& l.fin.vbi Bald.& Salicer. C. ad leg. fab. de plag. & ita in illo, qui illum donauerit, aut in dotem dederit ſiue permutauerit, ſiue illum ſcienter acceperit. l.lege fauia. vbi Doct. ff.ad leg. fab.de plag.

50 Furans in modica neceſsitate, non excuſatur à furto. in extrema tamē bene excuſatur, quia tunc omnia ſunt communia in extrema neceſsitate, & illo tēpore quis furando vtitur re ſua.c.ſi quis. vbi gl.verb. pœniteat.& Abb.n.2.Marian.n.12.de furt. & c.diſcipulus. vbi gloſſ.fin.de conſecrat. diſt.5. & Cagn. in l.quæ propter num.3.& Dec.n.5. ff.de regul.iur. Iul.Clar. lib.5. §. furtum num.24 nec furans in extrema neceſsitate tenetur reſtituere ſi ad pinguiorem furtunam peruenerit, quia iure permittente fecit. vt tenet Syluest.in ſumma. §.furtum. quæſt.5. Cou.ru.in c.peccatum. de regul.iur.lib.6.

51 Fures, & latrones, ſi furando cōprehenduntur, & moriuntur non ſunt ſepeliendi in Eccleſia, aut incæmiterio illius, nec pro illis eſt orandū, ſi tamen poſtea pœniteant, & partibus læſis ſatisfaciant, ſuſcipient Sacramenta Eccleſiaſtica, quamuis ad furcā ducātur.c.fures. vbi Doct.de furt.& clem. 1.vbi Doct.de pœn.& remiſſ.& c.quæſitū. 13.quæſt.2. & dicam.infra.verb. Sacramētum Euchariſtiæ.§.14.

52 Furtum nō committit, qui accepit animal ſibi damnum inferens, & illud ducit ad domum, & includit donec ſciat, cuius ſit, ſi tamen animo celandi illud includat furtū committit, quoniam ſi non ignorat cuius ſit, tenetur illud expellere ſine vlla læſione, & aget de damno contra dominum animalis. l.quintus mucius.vbi Doct.ff.ad leg. aquil.

53 Furtum committit ſubrripiēs fera animalia, quæ retinent conſuetudinem ad nos redeundi, l.poſsideri.§.itē feras.vbj Paul. de Caſtr.ff.de acquirend.poſſ.& l.pauonē. ff.de furt. feræ tamen, quæ in ſua naturali laxitate ſunt fiunt occupantium, & ita volucres cœli, & piſces maris. d. l. poſsideri. d.§.item feras. & l.in laqueum.ff.de acquirend. rer. domin. & §.feræ. vbi Aret.& §. illud.& §. apum. inſt.de rerum. diuiſ. non poteſt tamē quis aucupari in prædijs alienis, in vito domino prædij. l. Diuus Pius. ff.de ſeruit. ruſt. præd. & §.planc. inſt. de rerum diuiſ. ſi tamen apes, aut fauum illarum de arboribus meis abſtuleris, non teneris mihi actione furti, ſi iam in dominio meo non erant. l.ſi apes. ff.de furt.& l.naturalem.§.apium.& l.in laqueum.vbi Bar. ff.de acquirend.rer.domin.& §.apum.inſt. de rer. diuiſ. & ita in feris, in laqueis incluſis, quia non ſunt domini laquei donec illas in poteſtate ſua habeat, d. leg. in laqueum. vbi Bart. & omnes.& d.l.naturalem. §.1. ff. de acquirend.rer. domin.& §, illud. inſt.de rer.diuiſ. in noſtra Luſitania tamen qui inuenerit auem, ſeù feram in laqueo alieno, tenetur illam tradere domino laquei, per ord.lib.5. tit.62.§.6.

54 Furtum, & damnum differunt, quoniam damnum dicitur, quando fit corruptio rei. furtum vero dicitur quando fit motio rei de loco ad locum. l.ſi ſeruus. §. ſi oliuam. vbi Bald.ff.ad leg.aquil.

LITTERA

L I T T E R A G.

Verbo Gabella.

1 GABELLA ſoluitur ſecundum ordinationem, & ſtatutum vnius cuiuſq; regni, ſeù regionis, & diſponente ſtatuto, quòd gabella ſoluatur de quolibet contractu, intelligitur de contractu perfecto, & valido, non autẽ de contractu nullo, & inualido. l. 2. vbi notant Doct. C. de Eunuch. & Bald. in l. non dubium in prin. C. deleg. & Angel. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad treb. Iaſ. in l. ius autem ciuile. nu 19. ff. de iuſt. & iur. & in l. 3 §. nerua filius. n. 7. ff. de acquirend. poſſ. & in l. ſi duobus. § ſed quia noſtra n. 9. C. communia. deleg. vnde de promiſsione vendendi nõ ſoluitur gabella, vt tenet Iacob. Butric. & Ang. in l. 1. C. de pact. pig. Tiraq. z. retract. quæſt. 5. in fin. n. 30. & n. 45. Valaſ. conſult. 77 n. 6. verſ. ad illud vero.

2 Gabella non ſoluitur de diſtractu. vt tenet Bart. in l. ab emptione. n. 12. ff. de pact. Bald. in l. 1. C quando liceat ab empt. diſc. Iaſ. in l. ſiue apud. n. 3. C. de tranſact.

3 Gabella eſt ſoluenda habito reſpectu ad pretium, quod remanet apud venditorem deductis expenſis, tàm in ſubhaſtatione, quàm in alijs, vt tenet Bald. in l. non amplius. ff. deleg. 1. Iaſ. in l. cum quædam. §. quoties. n. 6. ff. de iuriſd. omnium iud.

4 Gabella, quæ ſoluitur pro cõtractu, debet ſolui ab vtroq; contrahente, pro rata, & ſtante ſtatuto, quòd contractus non valeat, ſi gabella nõ ſoluatur, ſicut eſt in noſtra Luſitania. vbi non valet cõtractus bonorum immobilium, nec aliarum rerum, de quibus ſit ſoluenda gabella, ſine ſolutione illius, nec tabellio poteſt facere inſtrumentum venditionis, aliquorum bonorũ immobilium, niſi contrahentes afferant Chirographum iudicis, oppidi illius, vbi bona immobilia ſunt ſita in quo oſtendatur, quod gabella ſit ſoluta, & tradita exactori gabellarum, & contineatur nomen vtriuſq; contrahentium, & bonorum, quæ venduntur, & pretium, pro quo vendũtur, & nomen exactoris, & erit ſcriptũ ab ſcriba gabellarum, & ab ipſo, & à iudice, & exactore ſubcriptum, & tranſcriptum, in inſtrumento venditionis, & tabellio, qui aliter fecerit inſtrumentum venditionis perdet officium tabellionatus ſi formã ſupra dicta non obſeruauerit, & inſtrumentum erit nullum, & nullius momenti, ita vt contrahentes potuerint annullare contractum, aut hæredes illorum, & in quocumq; tempore recuperare bona cũ fructibus à tempore contractus, & hoc etiam habebit locum in venditione, & permutatione nauium, Cymbarum, & Lintriũ, per ord. libr. 1. tit. 78. §. 14. nec emptor poteſt replicare contra venditorem agentem de nullitate contractus, quòd etiam ipſe venditor non ſoluiſſet gabellam, cũ ambo illã ſoluere tenerentur, quia nulla ratione poteſt validari contractus, quem ſtatutũ ipſo iure annullat, gabella non ſoluta. arg. text. in l. fin. §. ſi & ſtipulator. vbi Bart. ff. de eo. per quem fact. erit. Abb. in c. dilecti. filij. n. 8. de except. & ſi ab vna parte ſoluatur gabella, & ab alia non, cum contractus non poteſt valere pro parte, & pro parte non. l. ſi cum dies alias. l. quid tamen. § ſi arbiter. verſ. & recte putat. ff. de arb. debet tũc valere in totum pro parte illius, qui ſoluit, vt tenet Abb. in c. quoniam frequenter. n. 12. vt lit. non conteſt. vbi tamen eſt cõſuedo immemorialis, vt gabella ſoluatur in tabula, & non tranſcribitur Chirographũ in inſtrumento venditionis, bene valebit inſtrumentum, ſine tranſlatione Chirographi, nec tunc tabellio perdet officiũ non ſeruans formam. d. ord. libr. 1. titul. 78. §. 14 quia conſuetudo, cuius non extat memoria in contrarium inducit ius, ſiue priuilegium. c. ſuper quibuſdam. vbi gl. verb. non extat. & Doct. de verb. ſign. & l. hoc iure. § ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſt. & l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Iaſ. in l. de quibus. num. 43. & Bart. num. 5. ff de leg. & derogat iuri ſcripto, d. l. de quibus. in fin. vbi Doct. ff. de legib. ita vt poſsit dare ius tabellionatus. C. dilecti, vbi gloſ. verb. conſue-

Digitized by Google

conſuetudinem. de arb.& c. cum dilectus. vbi gl.pen.& Abb.n.2.de fil.inſtr.

5 Gabella, aut pedagium, non ſoluitur à Clericis de bonis Eccleſiaſticis,ſeù patrimonialibus,nec de illis reb⁹,quæ ad vſum ſuum emunt, ſeù vendunt,nec ſoluitur ab Eccleſijs. c.quamquam. vbi Doct.de cenſ. lib.6.& clem.præſenti.vbi Ioā.And.Anch. & alij eodem tit.Abb.in c.fin.nu.3.de vit. & honeſt.cler.& in c.in nouamus. nu.4.de cenſ. ſi tamen clericus negociatur,& emit & vendit tāquàm publicanus tenetur ſoluere gabellam,& pedagium, inconcernētibus negociationē. c.2. ne cleric. vel monach. gl.verb.non negociandi. in d.clem. præſenti. vbi etiam notant Doct. de cenſ. Feder.de Sen.conſil.3.col.vlt.Anch.cōſil. 104.Fel.nu.104. Dec. nu.57. in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.de Cōſt.Marant. de ord.iud. 4.p.diſt.11. n.80. Card.in clem.1.n.16.de vita.& honeſt.cler.Bertach.in tract.de gabell.7.p.nu.10. Pet.de Antib. in tract.de muneribus.6.quæſt.nu.21.& Doct.in c.recolentes de ſtat.monach.Ign.de Salzed.in pract. crim. c.55. col.21. §.præterea, pag. 210.ord.lib.2.tit.11.in prin.eſt tamen clericus conueniendus pro gabella,ſeù pedagio de negociatione coram iudice Eccleſiaſtico,& corā illo eſt gabella illa petenda à clerico,& non coram iudice laico,vt colligitur ex d.clement.præſenti,& ibi notat Card.& Bald. in l.de his. C.de Epiſcop.& Cler. Abb.in c.qualiter.n.9.de iud.Marian. Socin. in c.ſanè. col. 6. declarat 9. de foro comp.Iacob. in tract.de duell. col.5. verſ. quid tamen dixerunt,ferret.in tract.de gabell.n.433.Rol.à Valle.conſil.71.n.25.libr. 4.Bertach. vbi ſupra. quæſt. 7. col.5. verſ. nec prætereo. quamuis contrarium obſeruetur in noſtra Luſitania,per ord.lib.2.titul.1. §.19.

6 Gabella ſoluitur in contractu permutationis;& ſoluitur duplex gabella:nā ſi ego permuto tecum equum meum, cū mulla tua,duo ſunt contractus,quia duæ res diuerſis pretijs diſtrahuntur, equus namq; lato modo dicitur pretium mullæ,& è cōuerſo, mulla dicitur pretium equi. l.1. ff. de rerū permut.& l.pretij cauſa. vbi Bald. C. de reſcind. vend. vterq; enim dicitur emptor,& venditor. l.ſciendum.§.deinde. ff.de ædilit.edit.

7 Gabella eſt ſoluenda in loco,vbi partes contraxerunt,& res fuit tradita, quamuis ſolutio, differatur ad alium locum, licet enim locus promiſſionis nō conſideretur ad effectum cōueniendi pro ſolutione, ſed locus in quem ſolutio fuit diſtinata,quoad ſubijciendum tamen contractum legibus, attenditur locus,vbi verba contractus fuerunt pro lata,& non vbi diſtinatur effectus ſolutionis. facit text. in l. ſi fundus. ff. de euict. Bart.in l.cunctos populos.nu.16.C. de ſumma Trin.Fel.in c.licet.n.18.de foro comp.Abb.in c.fin.n.30. eodem tit.

Verbo Gratia.

1 GRatia multis modis accipitur,aliquādo enim dicitur gratia pro amore in benefaciendo. vt in c.1. vbi Abb. nu.1.de commod.aliquando accipitur pro conceſſione beneficij, ſeù alicuius indulgentiæ, ad quàm cōcedens nō eſt obligatus. clem. gratiæ. vbi Doct.de reſcript.& l.Titius ff. de obſequ.patrim. aliquādo accipitur pro dono Spiritus Sancti, quam Deus nobis, operatur. c.gratia. 1.quæſt.1. & clem.1.de magiſtr.quæ gratis, accepiſtis gratis date. c.2.de magiſtr.

2 Gratia conceſſa alicui vſq; ad beneplacitum Summi Pontificis. ſpirat morte Sūmi Pontificis, ſecus tamen ſi fuerit cōceſſa vſq; ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, aut ſi non fuerit expreſſa perſona. c.ſi cui. vbi Doct.de præb.libr.6. & c.ſi gratioſe.de reſcript.lib.6. ſi tamen iam gratia eſt facta non ſpirat morte concedentis. d. c. ſi cui. vbi notant Doct de præb.lib.6. ita vt ſi Papa faciat gratiam alicui, & mandat de hoc litteras fieri, & antequàm Bulla reddatur in ſolitam formam Papa moriatur nō ſpirat gratia eius morte.vt tenet Ioan.Andr. & Franc. in proæm.libr.6. & Gig.de penſioni quæſt.34. nu.1.

3 Gratia non eſt conſequenda per fraudē, nec dolum,quia tunc eſt nulla,& ſubreptitia,& non valet. c.non poteſt , vbi notant cōmuniter ſcribentes.de præb.lib.6. nulli enim malitia ſua lucroſa eſſe debet.l.1.vbi Doct.ff.de dolo,& l.non fraudantur, §.nemo ex ſuo. ff.de regul.iur.

4 Gratia conceſſa alicui de beneficio,ſeù officio primo vacaturo, ſi ille cui gratia fuit facta, fuit negligens in petendo illud, quando vacauit primū,aut illud acceptare noluit,nō poteſt virtute illius gratiæ.aliud petere. c.ſi clericus. vbi Arch.Ioan.Anch. & omnes.de præb.libr 6. niſi per fraudem alicuius vacauerit, quia tunc expectabit

ſecundum

Digitized by Google

ſecundum. c. fin. vbi Doctor. de renunciat. lib. 6. ſi tamen fuerit facta gratia alicui, de prima vacatura, & poſtea a lia cũ prorogatiua, ſeruatur mandatum, & ſic primus erit ſecundus. c. auctoritate. vbi Dominic. Ioã. And. & alij de præb. libr. 6. non extenditur tamen gratia facta alicui ſuper beneficio vacaturo ad beneficium de nouo creatũ. clem. fin. vbi Doct. de reſcript.

5 Gratia facta alicui de beneficio primo vacaturo, quod ille elegerit, dum ille non elegit, poteſt ordinarius omnia conferre, & poſtquam alicui fuerit beneficium collatum, non poteſt ille, cui facta fuit gratia, illud eligere. c. fin. ad fin. de conceſſ. præb. lib. 6. nec etiam poteſt eligere aliquod beneficium, antequam vacet. c. ne captandæ. & c. ſi ſoli de conceſſ. præb. lib. 6.

6 Gratia generalis nõ præiudicat ſpeciali, quia genus per ſpeciẽ derogatur. c. ſi propter. vbi Doct. de reſcript. lib 6. & c. quamuis. de præbend. eodem. libr. 6 & c generi. de regul. iur. lib. 6. & l. in toto iure. ff. de regul. iur.

7 Gratiæ reuocatio non tollit ius iã quæſitum, ſed tollit quærendum. c. ſi is cui. vbi Doct. de præb. lib. 6. & c. quodam per litteras. eodem tit. & libr. 6. perduntur tamen gratiæ per ſpacium quadraginta annorũ, illis non vtendo. arg. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.

8 Princeps poteſt facere gratiam alicui, & illi remittere iniuriam, & damna ſingularium perſonarum, ſine conſenſu eorum. vt excommuni reſoluit Dec. conſil. 520. n. 5. Mench. controuerſ. illuſtr. c. 4. n. 11. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 59. nu. 3. in dubio tamen nõ præſumitur, quòd princeps præiudicet iuri priuatorum, nec quod aliquẽ gratificet in odium alterius. c. non debet, vbi Doct. de regul. iur. lib. 6. Ruin. conſil. 60. libr. 5. vnde ſi alicui concedat gratiam de aliquo delicto, ſine partis remiſsione, debet illud ſpecialiter, & expreſſè declarare in ipſa gratia, quia aliter non præſumitur partem grauare, nec ſolet princeps concedere gratiam alicui, alicuius delicti, ſine remiſsione partis offenſæ. vt tenet Boſſ. in tit. de remed. ex ſola clem. n. 24. & in tit. de pace. in prin. Iul. Clar. vbi ſupra. n. 4. Leo. in tract. noui op. c. 3. n. 12.

9 Gratia facta alicui de crimine ſecundo, non faciens mentionẽ de primo crimine, ſuper quo iam aliam gratiam impetrauerat, non valet, ſi aliud crimen eſt ex illis, quæ reiterata plus grauant, ſicut eſt furtũ, homicidium, & ſimilia, quia tunc debet impetrans in 2. gratia facere mentionem de primo crimine, de quo iam gratiam impetrauerat, & eſt expeditus per gratiã Principis, ſeù per aliam pœnam corporalem, arg. tex. in l. nec damnoſa, vbi Iaſ. num. 3. & alij. C. de præcib. imp. offerend. & in c. nec damnoſa. 25. quæſt. 2. & in l. nemo. 1. vbi Doct. C de Epiſc. & Cler. And. Sicul. in c. ſuper litteris. col. 34. de reſcript.

L I T T E R A H.

Verbo Hæreditas.

1 HÆREDITAS eſt ſucceſsio in vniuerſũ ius, quod defunctus habuit tempore mortis. l. nihil. vbi Doct. ff. de verbor. ſignifi. & l. hæreditas. vbi Dec. n. 1. ff. de regul. iur. Bart. in Rubric. nu. 1. ff. de acquirend. hæred.

2 Hæreditas debet devenire, quando defunctus nihil diſpoſuit, aut fecit teſtamentum inualidũ, primo ad deſcendentes etiã poſthumos, & ſi fuerint multi primi gradus, æqualiter ſuccedere debent, ſi autem ſunt nepotes, & vlteriores ſuccedũt in ſtirpes, videlicet in illam partem, in quã pater ſi viueret, ſuccedere debebat. l. 1. vbi Doct. & auth. ceſſante. vb. Bart. Bald. & alij. C. de legitim. hæred. & l. inteſtato, & auth. in ſucceſsione. vbi Doct. C de ſuis, & legit. hæred. & l. auunculo. C. communia. de ſucceſſ. & l. 1. C. ad orfic. & gl. verb. tam tertiæ, in c. rainuntius de teſtam. & defficientibus deſcendentibus veniunt aſcendentes per gradus, primo pater, ſeù mater, aut ambo ſimul, & illis defficientibus, venit auus, &

ſic de

Digitized by Google

ſic de cæteris. auth.ſin vbi gl.verb.gradus. & Bart.Bal.l.Salicet.& omnes.C ad Tertullian.& l.quoties.C.ad orfician.& auth.ceſſante.vbi Bald.& Salic.C.delegitim.hæred. & illis deficientibus,ſuccedunt fratres cũ filijs eorũ,poſtea ſuccedũt proximiores in capite, auth.poſt fratres,vbi Doct.& l.fin. C.deleg.hæred.& gl.ver.totiens.in §.à mortis.inſt.de ſeruil.cog.Bart.in l.poſt cõſanguineos.§.hæc hæreditas.ff.de ſuis.& legit.

3 Affines nunquam ſuccedunt in hæreditatem affinium. l.vitrico. vbi Bart.& Salicet.& l.adfinitatis. vbi Doct.communiter. C communia de ſucceſſ.fallit tamen in viro, & vxore, qui poſſunt ſuccedere, deficientibus conſanguineis. vt notat Bart. in d. l.adfinitatis. C.communia.de ſucceſſ. & apud nos eſt ord.lib.4. tit.94.

4 Hæreditas aduenæ,& peregrini,quando ſine teſtamẽto deceſsit,eſt erogãda in pias cauſas,per Epiſcopũ loci,auth.omnes.vbi Doct.C.cõia de ſucceſſ.in noſtra Luſitania tamẽ,omnia bona aduenæ,& perigrinorũ, ſeù cuiuſcumq; perſonæ, quæ non habet aliquem hæredem,qui hæreditatem illius, ſuſcipere poſsit,ſunt deputanda ad redẽptionem captiuorũ.ord.lib.1.tit 89.§.1.

5 Hæreditas cuiuſcumq; infantis peruenit ad hæredes illius,qui ſuccedũt ab inteſtato.l.infantis.vbi Bart.Alex & oẽs C qui admitt.ad bon.poſſ.& l.2.§.ſed ſi infanti.ff. ad Tertill.quãuis aliter ſit in furioſo, quoniã licet per eius curatorẽ adeatur ad hæreditatẽ illius,eò tamen mortuo,nõ tranſmittitur ad hæredes ipſius furioſi, ſed ad hæredes,& ſucceſſores defũcti,l.1.§.furioſi. ff.de ſucceſſ.edict.& l.2.§.igitur & ſi furioſo,ff.ad ſenat.conſult.Tertill.& auth.quod nunc.§.ſin autẽ in furore.C.de curat.fur.& gl.verb. compere in d. l.infantis. vbi Bart. Bald.Salicet.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& communis. C.qui admitt.ad bon.poſſeſ.poſſ.

6 Hæreditas non adita regulariter non trãſmittitur ad hæredẽ hæredis.l.vnica.§. in nouiſsimo.vbi Doct.C.de caduc.tollẽd.& l.bona autẽ. §.adquirere. ff.de bon.poſſ. & l.quoniã.C.de iure delib.& l.emãcipata, vbi Cin. Bald. Salicet. Ang. Paul.de Caſtr. Lud.Rom.Alex.Iaſ.& alij.C qui admitt.ad bon.poſſeſ.niſi propter aliquam dubitationẽ adire nõ potuiſſet,quia tunc bene trãſmittitur in hæredem hæreditas non adita, vt tenet Bart.in l.ventre. n.6.ff.de acquir. hæred.hæres tamẽ ſuus ſolo animo dicitur adire hæreditatem,vt ad hæredem hæredis illam tranſmittat. l.ſi auia. vbi Doct. C de iure delib.& l.vnica vbi etiam notãt ſcribentes. C.de his, qui ante apertur. vnde ſi aliquis deſcendẽs moriatur hæreditate aſcendentis non adita, nec repudiata, illam tranſmittit ad quoſcumq; deſcendentes, etiam ſi non ſit ſuus. vt tenet Bart.in d. l. ventre. n.25. ff.de acquirend.hæred.Iaſ.in l.emancipata. nu.7. C.qui admitt. ad bon. poſſeſſ. & hodie etiam filius emancipatus tranſmittit hæreditatem patris non aditã ad quoſcumq;. vt tenet Bart.in d.l.ventre. n.24. vbi additio. verb. quæro an hodie.ff. de acquir.hæred Ang.& Pau.de Caſtr.in l. ſi emancipati.C.de collat.idem Angel.in l. illud. ff.ſi pars.hæred.pet.Ioan.de Imol.in l.iã dubitari ff.de hæred.inſt. Ang.& Iaſ in l.emãcipata.C.qui admitti ad bon.poſſeſſ. poſſ.Bald.in auth. in ſucceſsione.C de ſuis & leg.& in l.ſi fratres.C.de iure.delib.& in l.Galꝰ.§.& quid ſi tãtũ.ff.delib.& poſthu.

7 Hæreditas continuatur à tẽpore mortis defuncti,licet poſtea adeatur ab hærede.l. hæres quandoq;.vbi Bart.Bald.Aret.Imol. & omnes.ff.de acquirẽd.hæred.& l.ſi ex re. §.illud.vbi Doct.ff.de ſtipul.ſeruor.& l.omnia fere. vbi gl. & l.omnis hæreditas. ff.de regu iur.& tũc inſpicitur habilitas,aut nõ habilitas hæredis ad hæreditatẽ conſequẽdam.l.non oportet.vbi Doct.ff deleg.2.

8 Hæreditas intelligitur deducto ære alieno,nã qui habet ducenta in bonis,ſi eſt debitor in centum non dicitur hæreditas illius, niſi centum, cum æs alienum ſemper ab hæreditate deducatur. l.ex facto. §.vnde. ff.de hæred. inſt. & l.1. §.deniq;. ff. ad treb.& l.1. §.de impenſa.& l.circa legem. §. ſicuti. ff.ad leg. falc. & l.ſi vniuerſæ. vbi Doct. C.de legib.

9 Hæreditate vniuerſaliter vendita,nõ remanet venditor obligatus de euictione, ſi particularis res illiꝰ hæreditatis euincatur, niſi ſpecialiter in contractu ſit cautum,vt venditor teneatur de illa re particulari euicta.l.ſerui.vẽditor.vbi Doct.ff de euict.& l. 1.vbi Bart.Bald.&Salic.C.eodẽ.& l.2.ff de hæred.vel act.vẽd.& Iaſ.in l.1.n.82.ff deleg. 1.& dixi ſup.verb.empt.& vẽditio.§.31.

10 Hæreditas relicta cuidã amico eo pacto, vt amicus illã filio ſpurio teſtatoris relinquat eſt applicãda fiſco,&ſi hæres inſtitutꝰ tacitã fidẽ dedit,& hæreditatẽ ſibi,aut filio ſpurio ſuſcepit habet loco prædonis,quia facit fraudẽ legis.l.prædonis.vbi gl.1.& ibi DD.ff.de hære.pet.& dix.ſup.ver.filiꝰ §.31.

Digitized by Google

11 Hæreditas, quando habet aliquam rem, quæ diuidi non poteſt, diuiditur tunc per æſtimationem. l. 1. §. ſi vſus fructus. & l. lege falcidia. ff. ad leg falcid. & l cum filius. vbi Doct. ff de leg. 2. & l. 1. vbi etiam notant ſcribentes. C. communi diuid. & dixi ſupra verb. diuiſio. §. 12.

12 Hæreditas augetur partu pecorum, & ancillarum. l. ſed & ſi. §. fin. & l. quod ſi oues. & l. ancillarum. ff. de pet. hæred. & l. præterea. vbi Doct. ff. de rei vind. & l. item veniunt. §. itē non ſolum. ff. de pet. hæred. Iaſ. in l. apud Iulianum. n. 13. ff. de leg. 1.

13 Succeſſio hæreditatis aut euenit ex teſtamento, aut ab inteſtato, & quando euenit ex teſtamento debet diuidi inter hæredes defuncti, ſecundum voluntatem, & diſpoſitionem ipſius teſtamenti, & ſecundum illud, quòd ex mente illius defuncti colligitur. l. ex facto. 35. vbi Doct. ff. de hæred. inſt. ab inteſtato autem venit, quando quis non fecit teſtamentum validum, quoniam ſi quis ex valido teſtamento ſuccedere poſſet, non admitteretur ſuccedens ab inteſtato. l. ex eo. §. ex his. ff qui teſtam. facer. poſſ. l. 2. C vnde lib. & l. antequàm. C. communia de ſucceſſ. & l quandiu poteſt. ff. de acquirend. hæred. & l. quandiu. ff. de regu. iur. & tunc quando ſuccediturab inteſtato, veniunt hæredes defuncti, ſicut dixi ſupra §. 2.

14 Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare colono, tàm longi temporis, quàm breuis, quoniam hæres obligatur ex locatione defuncti. l. viam, & ibi Doct. C. de locat. ſucceſſor vero particularis nō tenetur ſtare colono, quoniam hæc obligatio tranſit ad hæredē vniuerſalem non autem ad particularem, niſi eo pacto emat, ſeù cōſentiat in eo, aut locatio ſit à l longum tempus. l. qui fundū & ibi Bart. n. 1. & l. ſi merces. §. qui fundum ff. locat. & l. fin. ff. ſi ager. vect. & l. emptor. vbi gl. 2. & Doct. C. locat. ſi tamen res locata fuerit hypothecata pro locatione, tenebitur tunc ſucceſſor particularis ſtare colono, niſi illi intereſſe ſoluere velit, vt tenet Bart. in d. l. qui fundum. n. 2. ff. locat. & in l. ſi non ſortem. § ſi centum. ff de cond. ind. & idem Bart. Bald. Paul. de Caſt. & omnes. in l. emptorem. C. locat. Doen. regula 240. n. 7. Guid. deciſ. 480. Valaſ. conſult. 76. n. 4 Abb. in c. fin. n. 8. ne prælat. vic. ſuas. & ita ſi locator obliget ſe & ſua bona, vt notat Bart. in d. l. qui fundum. n. 1. ff. locat. Valaſc. vbi ſupra dico ſup. ver. locatio. §. 27.

15 Hæres, aut eſt neceſſarius, aut ſuus, & neceſſarius, aut extraneus, prin. vbi DD. inſt. de hæred. qualit. & differ. hæres namq; neceſſarius dicitur ſeruꝰ hæres ſcriptus, quia ſiuè velit, ſiuè nolit poſt mortem teſtatoris eſt hæres, & liber, ſi alteri non ſit legatus. l. fin. ff de vulg. & pupil. ſubſt. §. neceſſarius. vbi Aret. inſt. de hæred. qualit. differ. hæres vero ſuus, & neceſſarius eſt filius, ſeù nepos, & deſcendentes. §. ſui autē, vbi Doct. inſt. de hæred. qualit. & diff hæres autem extraneus dicitur omnis ille, qui non eſt in poteſtate morientis. §. cæteri. vbi Doct. inſt. eodem.

16 Hæres ſcriptus eſt mittendus in poſſeſſionem hæreditatis, licet aliquid cōtra teſtamentum opponatur, ſi autem illud, quod contra illud opponitur ex teſtamento apparet, aut incontinenti probetur, aut appareat legitimus cōtradictor. tunc nō erit mittendus in poſſeſsionem, niſi prius recognita. l. quamuis, & l. fin. vbi notant cōmuniter ſcribentes. C. de edict. D. Adrian. Tollend.

17 Hæres inſtitutus in teſtamento, ſi præmoriatur, dicitur tunc defunctus inteſtatus deceſsiſſe. §. poſteriori, vbi Doct. inſt. quibus mod. teſtam. infir. & l. 2. ff. de iure codicil. & ita ſi hæres incapax inſtituiſſet, ſi tamen hæres incapax fuiſſet inſtitutus, & aliquis in reſiduo hæreditatis, nihil tunc capit incapax, ſed ille, qui eſt in reſiduo, totam capit hæreditatem, quoniam appellatione reſidui, totum continetur, quando non reperitur, vbi alia pars vereficetur. l. pater tuus. vbi Iaſ. n. 1. C de hæred. inſt. & l. item quod ſabinus. § ſed ſi aſſe. & l. quod ſi meuius. ff. eodem. & l. cæterorum. ff. de verb. ſign. aliter tamen inſtitutus in re particulari, quia cenſetur loco legatarij, l. quoties. vbi Bald. C. de hæred. inſt. & Bart. & Iaſ. numer 9. in l. controuerſia. ff. de tranſact.

18 Collegium poteſt hæres inſtitui, & non dicitur incapax hæreditatis. l. 1. vbi Doct. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & l. omnibus. vbi Bart. ff ad ſenat. conſult. treb. & gloſ. in c. 1. de teſtam. lib. 6. Merg. conſil. 34. n. 23. & cōſil. 42. nu. 12. Leo. in tract. noui oper. c. 8. num. 23.

19 Et etiā anima, & pauperes poſſunt hæredes inſtitui, cū detur teſtamentarius, qui bona hæreditaria diſtribuat, cū auctoritate Epiſcopi diœceſani, in ſuffragijs, pro anima, & inter pauperes, ſiuè Eccleſiam

loci

Digitized by Google

loci proprij domilicij illius defũcti.c.1.vbi gl.ver.pauperes.de teſtam.lib.6.& l.ſi quis ad alienandũ,& l.nulli licere,& l.id quod. vbi Bald. C.de Epiſc.& Cler.Iaſ.in l.ſi cõſtante.n.151.ff.ſolut.matr.& auth.de Eccleſ.titulis.& priuileg.§.ſi quis in nomine coll 9. Valaſc.conſult.68.n.4.

20 Hæredem ſe ipſum nemo inſtituere poteſt,nec etiã in collatione beneficij habet locũ, vt quis ſe ipſum collare poſsit,quoniam inter dantem,& accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis,& nemo ſuſtinere poteſt vicem plurium perſonarum. l. ſi plures. ff.de pact. & l.fin. C.de aſſeſ.& l.1. & per totum. C.de his qui ſibi adſcripſ.& l.ſi quis legatum. ff.ad leg Corn. c.fin. vbi Abb.n.1.de inſt.

21 Prodigus,& mente captus non priuatur hæreditate, ſed poteſt ſuccedere tàm ex teſtamento,quàm ab inteſtato,datur tamẽ illi curator.c.grandi.vbi Doct.de ſuppl.negl.prælat. lib 6.& l.1.& per totum.ff.& C. de curat.furioſ.vel prodig.

22 Hæredis appellatione venit hæres hæredis in infinitum, ſi ita dicere poſſumus. l. cum ita datur. & l.legato.ff.de cond.& demonſtr.& l.quis filium.§.in omni.ff.de acquirend. hæred. & l.in annalibus, vbi Bart. Bald.& Salicet. C.de leg. & l.immunitates. ff.de iure immunit.& l.hæredis appellatio. vbi Doct. ff.de verbor.ſign.non reputatur tamen eadem perſona quoniam licet hæres reputetur eadem perſona cum defuncto,hoc non habet locum in hærede hæredis. vt notat Paul.de Caſtr.conſil.197.incipit, viſis dubijs circa fin.lib.2.& Dec.in l.hæredem.n.7.ff.de regul.iur.

23 Hæres repræſentat perſonam defuncti cuius hæres eſt, & eſt ſucceſſor vitiorum in rebus hæreditarijs. l. cum à matre. vbi gl.& Doct.C.de rei vind.& l.cum hæres.ff. de diuerſ.præſcript.& l.ſequitur. §.hæres. ff.de vſucap.& l.quod ipſis. ff.de regul.iur. & authent.de iure amot.præſt.coll.5.& gl. in l.nihil. C.de vſucap.Iaſ.in Rubric.nu.3. ff. de acquirend.hæred.Valaſc.conſult.52. in princip. & tenetur de vi, & dolo illius, cuius eſt ſucceſſor. l.ad ea, quæ non habent.ff.de regul.iur.& l. vitia. C.de acquirend.poſſ. vbi notant ſcribentes.& d.l.cũ hæred. ff. de diuerſ. præſcript. hoc tamen limitatur in ſucceſſore Epiſcopatus, ſiue alicuius dignitatis, ſeù beneficij. gloſſ.in d.l.quod ipſis ff.de regul.iur. Dec.in l.hæredem. num. 6. & in l.in pari cauſa. §. hi qui. ff.eodem. Abb. in c.cura.nu.5. de iure patr. hæreditas etiam repræſentat perſonam defuncti, antequàm adeatur, adita vero repræſentat perſonam hæredis. l.hæres. vbi Paul.de Caſtr. & alij. ff. de vſucap. habet tamen ſucceſſor iuſtam cauſam ignorantiæ de mala fide ſui anteceſſoris,ita vt ſi rem depoſitam apud teſtatorem ipſe hæres vendiderit ignorãs, quòd ſit depoſita, non tenetur niſi de pretio,quod ad illum peruenit,quoniam ignorauit factũ defuncti, c.cum quia. vbi Doct.de regul.iur.lib. 6 & l.1.§.quia autem, & l.quid ergo.ff.depoſit. & l.qui in alterius. ff.de regul.iur. ſi tamen ſucceſſor ille agat contra aliquem, non prodeſt illi ignorãtia facti anteceſſoris ſui,quia debet eſſe certus de facto ſuo, ille qui alterum ad iudiciũ prouocat l.qui in alterius.vbi gl.& Doct.ff.de regul.iur.

24 Ignorantia tamen iuris non excuſat ſucceſſor, quamuis ignorantia facti defuncti illum excuſaret. l. cum hæres, vbi Bart.ff. de diuerſ.præſcript.& l.qui in ius.ff.de regul.iur. & c.cura paſtorali. vbi Doctor. de iure patron.& c.is qui in ius,vbi gloſſ.ver. cum quis, & c. ſi quis in ius. de regul. iur. libr.6. Din.in regul.poſſeſſo. eodem libr. Ant.de Butr.in c.ſi deligenti.de præſcript. Imol.in c.fin.eodem.tit. Bart.in l.vitia C. de acquirend.poſſ.Angel.in l.1.C.de præſcript.longi.temp.Bald.in auth.malæ fidei. in prin.eodem tit.

25 Hæres vtitur iure, & vicibus defuncti illius, à quo ſucceſsit. cap.dilecti.de foro. comp.& c.Eleutherius. 28.quæſt.2.& c. is qui. de regul.iur.lib.6. & l.quædam §.nihil. ff. de edend. & l.quotiens. §. hæredes. ff. de hæred.inſt. & l.hæredem. ff.de regul. iur.& l. ſi is qui Romæ. vbi Bart.ff.de iud. & l.apud Iulianum.ff.quib.ex cauſ.in poſſ. eat.& gloſſ.verb. ſed id dumtaxat. in l.interdum.ff.de minor. & gloſ.verb.verſatus. in l.rem quam. C. ſi aduerſ. vend. & gloſſ. verb. excuſatur. in l.hæres abſens. de iud. Iaſ. in l. quædam. §. nihil. numer.ſecund. ff. de edend. hoc tamen intelligitur in iure reali proueniente ab ipſo defuncto,non autem in iure Eccleſiaſtico, aut perſonali,vel in perſonali obligatione. l.fin.§.vltim. ff.de contrah.empt. & l.prim.§.ſi hæres. ff.ad treb. & l.æris alieni C. de hæred. act. gloſſ.verb. ſemeſtre.in c.vnico de iure patr. lib.6.

26 Succeſſor beneficij tenetur ſoluere debita prædeceſſoris ſui contracta inutilitatẽ

Eccleſiæ,aut in illius commodum verſa c. 1.vbi Ant.de Butr.Hoſt.Innocent.Abb.& omnes de ſolut. & c.quod quibuſdam. vbi Abb.n.7.de fid.iuſſ,nõ poteſt tñ quis ſuccedere in beneficijs Eccleſiaſticis iure ſanguinis.c.1.depræb.& c.Epiſco.& c.Moyſes.& c.Apoſtolica.& §.his omnib⁹.ibid.8.q.1.

27. Succeſſor qui in vitium rei hæreditariæ ſcienter ſuccedit,poteſt conueniri,per reſcriptũ impetratum contra defunctũ violẽtum poſſeſſorẽ.c.quia.vbi Abb.n.1.de iud. & c.ſæpe de reſt.ſpol.& c.1.vbi Doctor.de alien.iud.mutãd. ſucceſſor tamẽ officialis excõmunicati nõ eſt excõmunicatus,quãuis ex perſona anteceſſoris ſuccedat , niſi participet in eodẽ crimine,quoniã hæc ligatio excommunicationis eſt perſonalis, & non tranſit ad hæredẽ,aut ſucceſſorem. c.1.vbi notant ſcribẽtes.de offic.vicar.lib. 6.& l an vitium.ff.de diuerſ.præſcript.& l. vitia.C.de acquirend.poſſ.gl.ver. ſemeſtre in c.vnic.de iure patr.lib.6.vitia enim defuncti realia tantũ,tranſeunt in quẽcumq; ſucceſſorem.l.fin. C. de vſucap. & l.vitia. vbi Bart.& Bald. C.de acquirend.poſſ.& l. bona.§.in contrarium ff.de acquir.rer.domin.& §.furtiuæ.inſt. de vſucap.

28 Hæredi competunt omnes actiones defuncti in ſua natura,quoniam in omne ius defuncti ſuccedit, non autẽ contra naturã actionis,quæ defuncto competebat. l.item videndum.§.fin.vbi Doct.& l.item veniũt. §.cùm prædiximus.ff.de hæred.pet.& l.hæres in oẽs ius. vbi gl.fin. ff.de acquir.poſſ. cenſetur enim hæres de familia defuncti, quamuis ſit extraneus. l.familiaria & l.vel quæ.ff.de relig.& ſumpt.funer.& l.ſi ſepulchrum. vbi Paul. de Caſtr. C. de relig. & ſumpt fuer.Gerip.conſil.26 nu.14.Leo.in tract.noui.op.c.3.n.12.

29 Hæres tenetur ſequi forũ defuncti præuẽti. l.hæres abſens.vbi Doct.& l.is qui.ff. de iud.Iaſ.in l.cũ quodam n.8.ff.da iuriſd. omnium iud.quia vbi iudiciũ eſt cæptum, ibi finiri debet.l.vbi cæptũ.ff.deiud.Fel.in c.ex tenore.n.15.de reſcript.ſi tamẽ hæres eſt Clericus,non tenetur ſequi forũ defuncti.c.nullus Clericus, & c.clericũ. 11.q.1, Abb.in c.quia.V.n.12.de iud.& etiã vidua poteſt declinare,ratione ſui priuilegij,litẽ cæptam cũ marito mortuo,aut ſi ſucceſſerit in lite cæpta cum quacumq; perſona,& ita iudicatum fuiſſe in ſenatu ſupremo noſtræ Luſitaniæ, refert Valaſ.conſult.186.n. 11.Gerip.cõſi.26.n.26.dixi ver.citatio.§.31

30 Hæredes defuncti omnes ſunt vocãdi,& habilitandi ad litem motam cũ defuncto tàm præſentes,quàm abſentes, ſi moriatur dominus litis, cũ quo agebatur lis,& dum non citàtur aliquis eorũ hæredũ,eſt ſuperſedendũ in tota cauſa,nec eſt facienda differentia,an lis cæpta cũ defuncto ſit ſuper actione perſonali,vel reali,nec habetur reſpectus ad illũ tantum hæredem,ad quẽ res ſuper qua litigabatur erat trãſitura,vel qui eam poſſidet, ſed ad oẽs hæredes,ad quos ſtatim tranſit inſtantia litis,quia ſaltim ratione expẽſarum,omnibus intereſt,& omnes ſunt vocãdi, l.de vno quoq;.vbi Doct. ff. de reiud. & ita iudicatum fuiſſe inquit Valaſc.conſult.38.n.3. & ſi vnus ex hæredibus agat in re diuiſa , non præiudicat alijs. l. ſi petitor. ff.de iud. & l.1.vbi Doct. C.res inter àlios act.& l.licet.C.de procurat.& l.ſæpe.ff.de reiud.

31 Hæres cõuenitur,in quo poſſidet,ſi defunctus deceſſit antequã lis cũ illo conteſtata fuiſſet, quia tũc ille ſolus hæres tenetur rei vindicatione, & alius non, quando duo, vel plures hæredes relinquuntur,ſi tñ poſt litẽ conteſtatã decedat,omnes hæredes conueniuntur,quãuis vnus ſolus poſſideat. l.ſi poſſeſſor.vbi Bart.ff.de rei vind. & l.prætoriæ. §.ſed ſi vnus. vbi Doct. ff.de præt.ſtipul.& l.de eo.§.fin.ff.ad exhib.& l. pro hæreditarijs.C.de hæred.act.

32 Hæres eſt conueniendus pro debito defuncti,licet nõ poſſideat,quoniã illud ſoluere tenetur,quãuis hæreditatẽ vendat. l. æris alieni.C.de donat.& l.fin.C.de hæred. act.& gl.verb.actionẽ.ibidem.& l.ratio.C. de hæred.vel act.vend.niſi ſit fiſcus,quoniã ſpeciale eſt in fiſco,vt hæreditate vendita, non teneatur creditoribus hæreditarijs, ſi emptores ſint ſoluendi. l.1.vbi Doct.C.de hæred.vel act.vẽd.quia conueniũtur ẽptores fiſci,quãdo ſunt ſoluẽdi,& aliter tenetũ fiſc⁹,quãdo emptor nõ habet vnde ſoluat. ex gl.fin.in d.l.1.C.de hæred.vel & vend.

33 Hæredes defuncti conueniuntur pro debito æris alieni, ſeù legatorũ , vnuſquiſq; pro ſuã parte,ex qua hæres eſt.l.1.vbi DD. C.de except.ſeù præſcript.& l.legatorũ.ff. deleg.2.& l.ex facto.ff de hæred.inſt.& l.1 & 2.C.de hæred.act.& l.1. C.de an.& trib. lib.10.fallit tamẽ in fiſco,vt in gl.fin.in d. l.2.C.de hæred.act.& ord.lib.2.tit.52.§.5. ſi tñ vnus hæres ſoluat ſuã partem debiti, pro quo pignus hæreditariũ erat obligatũ, nõ adimit facultatẽ creditori illud vẽdẽdi

Digitized by Google

ſi alij cohæredes non ſoluant, quoniam pignus diuidi nõ poteſt. l. 1. & 2. vbi Doct. C. ſi vnus ex plurib. & l. vnus ex multis, C. de diſtract. pign. ſi tamẽ hæres ſint grauati alternatiuè quilibet tenetur in ſolidum. l. ſi ex toto. §. 1. & Iaſ. n. 1. & 6. ff. de leg. 1.

34 Hæres tenetur ſoluere legata. l. ſi in fraudem. C. de leg. & l. filius. C. de teſtam. & l. Imperatores. ff. de tranſact. & etiã onus præteritum legati pertinet ad hæredem. l. cum ſeruus. §. hæres vbi Doct. ff. de leg. 1. dicam tamen latius infra ver. legatum. à §. 6.

35 Et etiam tenetur creditoribus, vltrà vires hæreditatis, ſi non fecerit Inuentariũ. auth. de hæred. & falc. vbi Doct. §. hinc nobis. verſ. ſi vero non fecerit. coll. 1. Abb. in c. rainaldus. n. 14. de teſtam. Iaſ. in l. cum reſponſo. n. 6. C. de leg. confecto tamen inuentario non tenetur creditoribus, nec legatarijs vltrà vires hæreditarias. l. fin. vbi Doct. C. de iure delib. & l. ſi vniuerſæ. C. de leg. Pinel. in l. 1. pag. 524. C. de bon. mater. Valaſ. conſult. 52. n. 35.

36 Hæres ſoluens debita hæreditaria, legata, impenſas, & funera defuncti, antequàm ſibi mota ſit controuerſia, ex hæreditate, quæ poſtea ab ipſo ſit euicta, habet retentionem, dum ſibi omnia ſint ſoluta, & poſtea cedet actiones. l. quod ſi poſſeſſor. vbi Bart. ff. de hæred. pet. aliter tamen erit ſi poſt controuerſiam motam illa ſoluat. l. itẽ veniunt. §. petitam. & §. cæterum. vbi Doct. ff. de pet. hæred. & l. ſi hæreditatem, & l. Diuus Pius. ff. eodẽ. & l. ſi pœnæ. §. quamuis. ff. de cond. ind. Bart. in d. l. quod ſi poſſeſſor. ff. de hæred. pet.

37 Hæres conuentus de hæreditate generaliter poteſt conuenire aliquem debitorẽ de re particulari, ſi res eſt tempore peritura. l. ſi bonæ. vbi Bart. & l. Diuus Pius. ff. de pet. hæred. & l. 1. §. ſed excipiuntur. ff. de fer. & l. ſed etiã. ex his. ff. de procurat.

38 Hæres ſi cõueniatur de inofficioſo teſtamento eſt conueniẽdus, vbi habet domicilium, aut vbi eſt maior pars hæreditatis. l. ſi ſuſpecta. §. fin. vbi gl. fin. & Doct. ff. de inoffic. teſtam. & l. ſi fidei cõmiſſ. vbi Bart. ff. de iud. ſi tamẽ filius ſit in poſſeſſione hæreditatis paternæ, & hæres ſcriptus illum conueniat, & ſtatim non appareat teſtamẽtũ eſſe iniuſtũ, ſiue incontinenti non probet iniuſtè fuiſſe exhæredatum, fit quemadmodum peteret, ſi non poſſideret. l. Papinianus. §. ſi filius, vbi gl. verb. petet hæreditatem. ff. de inoffic. teſtam.

Hæres tenetur reſtituere vſuras extortas à defuncto, & damna ab illo data, vſq; ad vires hæreditatis, ſi cõfecit inuentariũ, ſi autem illud non confecit, tenetur de ſuo ſatisfacere in foro iudiciali, non vero in foro animæ. c. tua nos. vbi Abb. nu. 11. de vſur. & c. in litteris. de rapt. & in c. à nobis. 28. de ſent. excõmunicat. & l. ſcimus. vbi Doct. C. de iure delib.

39 Succedens, & ſubſtitutus in honore debet ſuccedere inonere. c. 1. & c. aduerſus. vbi Doct. de immunit. Eccleſ. & c. rationi. de regul. iur. lib. 6. & c. 1. de ſolut. & c. filijs, ac nepotibus. 16. quæſt. 2. & l. mortuo iudice. ff. de iud. & l. ſecundum. ff. de regu. iur. quoniam regula generalis eſt, commoda ferens, incommoda, & onera ſuſtinere debet. c. qui ſentit. de regul. iur. lib. 6. & l. 1. in prin. ff. de inſt. & l. 1. §. pro ſecundo. C. de caduc. & §. cum autẽ. inſt. de empt. & vẽd. hyppol. ſing 264. Bald. & Ang. in l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. Dec. in d. l. ſecundũ. n. 1. ff. de regul. iur.

40 Hæres non tenetur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad eum peruenit, aut quando lis conteſtata fuit cum defuncto. l. vnica. vbi gl. & Doct. C. ne ex delict. defunct. & l. ſciant. C. ad leg Iul. rep. & c. fin. de ſepult. Abb. in c. in litteris. nu. 3. de rapt. & dixi, ſupra verb. delictum. § 34.

41 Hæres tenetur adimplere iuſſa teſtatoris, aliàs priuabitur commodo hæreditatis. auth. fin. vbi Doct. C. de fidei commiſſ. & auth. de hæred. & falc. his igitur. vbi Bart. coll. 1. & c. ſi hæres. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Abb. & alij. de teſt. niſi illum aliqua iuſta cauſa excuſet, aut lex repræſentet factum, quod ab ipſo erit faciendum, vt notat Bart. vbi ſupra.

42 Hæres non poteſt venire cõtra factũ defuncti, quatènus hæres eſt, quia de euictione tenetur, & quẽ de euictione tenet actio, cum agentẽ repellit exceptio. l. venditrici, C. de reb. alien. non alien. & l. ex qua parte. vbi Doct. ff. de regu. & l. ſi creditoribus. vbi gl. ver. nõ debet. C. de ſeru. pign. manumiſ. & l. filios. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. & l. cum à matre. C. de rei vind. & l. exceptione. C. de euict. & l. ſiue poſſeſſio. vbi gl. 1. & Doct. C. eodẽ. & gl. 2. in c. Epiſcopus. qui filios. 12. quæſt. 2. & gl. verb. patiaris. vbi Abb. n. 3. in c. 1. de teſtam. Iaſ. in l. ſi tibi. §. ſi fundus. n. 5. ff de leg. 1.

43 Hæres intra nouem dies, poſt mortẽ defuncti, nõ poteſt moleſtari, nec inquietari,

E e 3 & aliter

Digitized by Google

& aliter attentata ſunt nulla, & nullius momenti, ita tamen, vt nullum præiudicium creditoribus fiat, auth. ſin. C de ſepulchr. violat. & auth. vt cum de appellat. §.hæc autem. vbi Bart.coll.8. & l.interdum. vbi notant Doct.de iud.

45 Hæres nõ tenetur reſtituere fructus rei legatæ, niſi à tempore moræ. l.ſi quis bonorum. vbi Doctor ff.de leg.1. & l.mortuo boue. vbi Bart. ff.de leg.2.& l apud Iulianum aliàs. l.cum ſeruus.§.fructus. vbi Iaſ. ff.de leg.1.idem Iaſ.in l.cũ res.n.9 ff.eod.

46 Hæres tenetur ſatiſdare de legatis in diem,aut ſubconditione relictis.l.in omnibus.vbi Doct.ff.de iud.& l.1.& per totũ, ff.vt leg vel.fid.cõmiſſ.nomin.caueat.quoniam hæres tenetur de dolo, & lata culpa etiam defuncti,quando poſt litem conteſtatam venit dolus,& lata culpa, aut deſinit poſsidere,quod tamen nõ eſt de dolo ante litem conteſtatam,quia tunc hæres nõ tenetur de dolo defũcti,niſi de illo,quod ad eum peruenit. l.ſi in rem autem ſit. 42. & l.ſi in rem autem ſit.51. vbi Bart.& l.cum autem. ff. de rei vind. & Iaſ.in l.cum res.n. 31.ff. de leg.1.

47 Fidei commiſſarius tenetur reſtituere res illas,quas acquiſiuit, ſiue ante iudiciũ, ſiue poſt. l.ſi quo tempore. vbi Doct. ff.de pet hæred.Leo.in tract noui op.c.6. n.12. Giripard.conſil.26. n.32.& conſil. 40. n.8. Merg.conſil.3.n.12.

48 Cohæres ſi aliquid extraxit excommunĩ hæreditate,non tenetur de expilata hæreditate,ſed datur contra illum actio familiercite. l.aduerſus. vbi Bart. Bald.Salicet. & omnes. C.familier.c ſc.

49 Hæres à principio poteſt repudiare hæreditatem, vel non,poſt aditam tamen nõ poteſt. l.ei qui ſoluẽdo. ubi Bart.ff.de hæred.inſt.& l.ſcimus. vbi Doct.C de iure de lib.& l.ſicut. vbi Bart.Bald. Salicet. Alex. & omnes. C.de repud. vel abſt. hæred. nec poteſt pro parte illam acceptare, & pro parte repudiare. l.1.& l. 2.vbi Bart.& alij. ff.de acquir.hæred. imo agnoſcendo partẽ dicitur totum agnouiſſe, vt notant Doct. in d.l.1.ff.de acquit hæred.

50 Hæres ante aditam hæreditatẽ non poteſt intentare interdictum recuperandæ poſſeſsionis. l.1. ff.de rer.diuiſ.& gl.verb. per ignorantiam. in l.ſin. C. vnde vi.Abb. In c cum ſuper.n.19.de cau poſſ.& propr. Valaſ.conſult.191.n.23. poteſt tamen intentare interdictum vnde vi, quoniam interdictum vnde vi competit hæredi, & cæteris ſucceſſoribus. l.1.§.interdictum hoc. ff.de vi,& vi arm. & dicam infrà.verb.interdictum.§.28.

51 Hæredis inſtitutio non admittitur, poſt teſtamentum conditum,quamuis grauiſsimæ inimicitiæ interueniant inter hæredẽ, & teſtato rem.l.ex parte. vbi Doctor ff de adimend.legat.& gl.verb.peti poterunt in l.hæreditas. vbi Iaſ.n.3. C.de his, quib. vt indign.tametſi aliter ſit dicendum in legato. vt dicam.infrà verb.legatum. §.30. aut ſi hæres concuberet cum vxore defuncti, quia tunc remaneret indignus hæreditate, & applicaretur fiſco.gl.verb. indignam.in l.ſororem.vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr.Iaſ.& omnes. C.de his quibus, vt indign,& gl.fin vbi etiam Doct.in l.fidei cõmiſſo.C.de fid.commiſſ.

52 Captus ab hoſtibus præſumitur mortu', quoad ſucceſsionem hæreditatis ab inteſtato. gl. 1.vbi Doct.in l.apud. C.de ſuis. & leg. hæred.

Verbo Hæreticus.

1 Hæreticus dicitur à mala electione,quã facit ille, qui ſibi eligit diſciplinam, quam putat eſſe meliorẽ, & intelligit ſcripturam aliter, quam ſenſus Spiritus Sãcti flagitat.c.hæreſis.& c.hæreticus.24.quæſt. 3.Marian.Socin. in Rubric. de hæret. cum alijs ibidem.Simanc.de Cath.inſt.tit.30.& 32.Cantar. quæſt.criminal.2 p.cap.1.Vil- Diego. in tract.de hæret. in prin. Petr. Greg.lib.33.Syntag.cap.4.n.3. Ioan.Vella. in tract.de pœn.delict.cap.14.in prin.

2 Hæreticus dicitur qui errat in vno fidei articulo,aut Sacramento Eccleſiæ, aut aliquam ſectam cõfingit,vel ſequitur,ſeu aliquid in ea contentum. c.accuſatus. §.eum vero. vbi Doct.de hæret. lib.6.& clem.fin. §.vlt.eodem tit. & c.adabolendam.de hæret & cap.hæreticus.24.quæſt.3. confeſsio enim noſtræ fidei Catholicæ,debet eſſe firma,& aperta.clem.vnica.vbi gl.in ſumma, & Doct.de ſumma Trin.

3 Hæreticus dicitur dubius in fide, & illi non eſt credendum in præiudiciũ alterius. c.1. vbi Doctor.de hæret.& c.1.de ſumma Trin. & c.quando Epiſcopus. 24.diſt.& c. aperte.24.quæſt.1. quoniam hæreticus nõ poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianos.c.1.de hæret.& c.non poteſt.& c.pagani.2.quæſt. 7.& l.2.C.de hæret. Manich.niſi ſit contra hæreticos,

Digitized by Google

hæreticos, quia in fauorem fidei admittũtur teſtes excommunicati, infideles, hæretici, & complices, ſi præſumatur, quòd falſa non dicant. c. contra Chriſtianos. vbi Doct. de hæret. lib. 6. & gl. verb. fideles. in c. 1. de teſtib. lib. 6. Albert. in tract. de agnoſc. aſſert. cath. & hæret. quæſt. 23. n. 59. & quæſt. 25. n. 14. ſpecul. in tit. de teſt. §. 1. n. 89. Fel. in c. Iudæi. de teſt. repert. inquiſit. verb. teſtes. §. circa prædita. & Simanc. de cath. inſt. c. 64. à n. 4. dubius tamen dicitur ille, qui in tali dubitatione habet firmitatem in animo, & quandam pertinaciam. Ioann. Andr. in c. 1. de hæret. Clar. §. hæreſis. n. 2.

5 Hæreticus non dicitur ille, qui errat in fide, attamen cognoſcit ſuum errorem, & confitetur ſe erraſſe, neq; ille, qui ſe ſubmittit Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, & eſt paratus ſe corrigere, & tenere, quod tenet Sancta Mater Eccleſia. c. 2. vbi Doctor. de ſumma Trin. & c. hæc eſt fides. 24. quæſt. 1. & c. dixit Apoſtolus. 24. quæſt. 2. Abb. in c. 1. nu. 2. de hæret. vt enim quis poſsit dici verus hæreticus, & ſtatutis, ſeù pœnis cõtra hæreticos puniri requiritur, quòd errorem illum pertinaciter defendat. quia hæreſis eſt error pertinax. c. firmiſsime, & c. ad abolendam. & c. vergentis. de hæret. & c. accuſatus. eodem tit. libr. 6. & clem. 1. §. porro. de ſumma Trin. & clem. 1. §. cæterũ. de vſur. & c. dixit. & c. qui in Eccleſia. 24. quæſt. 3. Grilland. de hæret. quæſt. 1. n. 6. & quæſt. 2. n. 5. Villa Diog. in tract. de hæret. quæſt. 2. n. 3. Palat. Rub. in alleg. mater hæret. §. 3. Menoch. de arb. caſu. 372. nu. 9. intellige tamen, quòd ſi aliquis fuerit imputatus, & conuictus de hæreſi. eò quòd aliquid hæreticum dixiſſet, aut tenuiſſet cõtra ſidem Catholicam, & ſit paratus abiurare hæreſim, & fateri illam opinionẽ eſſe hæreticam, attamen non vult confiteri ſe tale dixiſſe, imò dicit ſemper crediditſe, & credit illud, quod tenet, & credit Sancta Mater Eccleſia talis nõ admittitur ad pœnitentiam, & ab iurationem, niſi cõfiteatur ſe tale dixiſſe. ſicut eſt conuictus, & ſi perſeueret in negatione, cum ſufficienter cõtra eum ſit probatum, igne eſt concremandus, tanquam impœnitens, ſicuti deciſum fuit per Rotam. deciſ. 875. & tenet Simãch. de hæret. c. 47. à n. 20. Rebuf. in pract. benefic. fol. 469. n. 20. & hæc opinio obſeruatur in praxi. licet de illa dubitet. Boer. deciſs. 341. n. 4. & Iul. Clar. lib. 5. §. hæreſis. nu. 10. ſe remittat determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, quoniam iſte negando illud, quod contra eum eſt ſufficienter probatum, videtur dicere ad decipiendum, & aliud habere in ore, & aliud in corde, attamen debent iudices cõſiderare, quòd poſſit aliquis culpari per falſos teſtes.

6 Hæreticus cenſetur ille, qui alium ab errore non reuocat, ſi poteſt, quoniam tali qui errori non reſiſtit, cum poſsit, videtur illum approbare. c. qui alios. vbi Doctor. de hæret. & c. error. & c. quid enim prodeſt. 83. diſt. & l. ſcientiã. ff. ad leg. aquil. occultus tamen hæreticus, qui tantũ corde deuiat à fide Catholica, & nullum ſignum hæreſis oſtendit verbo, aut facto, non incidit in pœnas à iure hæreticis impoſitas. vt excommuni ſententia inquit Simanch. de hæret. c. 42. nu. 1. eò quòd Eccleſia non iudicat de occultis. c. vnico. vt Eccleſiaſt. benef. & c. ſicut tuis. & c. tua nos. de ſimon.

7 Requiritur tamen, vt quis in hæreſim incidat, quòd ſit baptizatus, nam Pagani, Turcæ, Mahumetani, & cæteri, qui non ſuſceperunt baptiſmum, hæretici non fiunt, quamuis male ſentiant de fide Catholica, vt excommuni ſententia ait Simanch. de hæret. c. 31. n. 3. Iul. Clar. libr. 5. §. hæreſis. n. 2. & Petr. Greg. lib. 33. Syntagn. c. 4. n. 5. & ſufficit ad hoc Baptiſmus flaminis, ex Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæret. punit. c. 8. Ioann. Vell. in tract. de pœn. delict. c. 14. §. ex qua diffinitione. & etiam requiritur, quòd ſciẽter erret in fide, ex Simanch. d. c. 31. n. 5. & Iul. Clar. d. §. hæreſis. n. 2. & quòd ſit pertinax. vt inquit Lup. poſt alios. allegat. hæres. §. 4. col. 3.

8 Hæreticus dicitur ille, qui non credit Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verũ hominem, c. cum Chriſtus de hæret. & c. in quadã de celeb. Miſſ. & clem. vnica de ſumma Trin. Chriſtus enim Dei Filius ſtatim tempore Conceptionis verum Corpus aſſumpſit de Virgine, quod erat paſsibile, & quod poterat pati frigus, calorem, famem, ſitim, & omnes alias humanas pœnalitates, præter ignorãtiam, & peccatum. clem. vnica. vbi gl. ver. paſsibile. & Doct. de ſumma Trin. & D. Thom. 3. part. quæſt. 14. & 15.

9 Hæreticus etiam eſt ille, qui peruertit Sacramenta Eccleſiæ, credens poſſe eſſe in Eccleſia duo baptiſma, duos Papas, & poſſe vendi Sacramenta: aſſerendum eſt enim vnum baptiſma, ſicut vnus Deus, & vna Eccleſia Catholica, & vnus Paſtor in illa, qui eſt Vicarius Chriſti. clem. vnica. §. ad hoc

Digitized by Google

de ſumma.trin.& c.eos, qui per pecuniam. 1.quæſt.1. Abb.in c.firmiſsime, n.2.de hæret. & ille, qui ſeſcindit ab vnitate Eccleſiæ,& qui errat in expoſitione Sacræ Scripturæ,interpretans contra illud, quod tenet Eccleſia.c.denique 7.quæſt.1. & c.hæreſis. 24.quæſt.3.& qui aliter ſentit de articulis fidei,quàm Romana Eccleſia.c.à recta. & c. memor.& c.hæc eſt fides.& c.quoniam.24. quæſt.1.& gla.1.in d.c. firmiſsime. de hæret.aſſertio enim articulorum fidei, & interpretatio ad ſolam Sedem Apoſtolicam expectat.c.1.de ſumma.trin.& c. maiores. vbi Doct.de Baptiſm. male enim cenſens. & maledicens de ſacramentis Eccleſiæ,dicitur hæreticus.c.ad abolendam.vbi.Doct. de hæret.& clem.fin.§.vlt.eodem.tit.& gl. 1.in d.c.firmiſsime.

9 Clericus hæreticus remanet ipſo iure excommunicatus,& priuatus omni officio,& beneficio,& quacunq; dignitate, & niſi hæreſim abiurauerit, degradatur,& traditur curiæ ſeculari.c.ad abolendam, & c.excõmunicamus.2.de hæret.& c.1.& c. vt officium.eodem tit.lib.6.& clem fin.§.vlt.eodem.tit.R buf in praxi.3.part.tit.de mod. amitt.benef.n.4.Simanc.de hæret.cap.45. n.18.poſt pighius.de Eccleſiaſt. Hierar.ca. 8.vt ipſe.refert Bernard.D'az.in pract.criminal.cap.114.n.2.Iul.Clar.lib.5.§.hæreſis.n.16 Ioan. Vill.in tract.de pæn. delict. cap.14. §. vltimo puniuntur. & ex Bulla. Paul.4 edicta anno domini.1558.relata inter literas apoſtolicas. de officio inquiſitorum.pag.101.

10 Hæretici religioſi ſunt grauiori pæna puniendi,quam ſeculares,neque illis datur locus,aut priuilegium decertandi de errore ſuo.c.accuſatus.§.religioſi.vbi Doct.de hæret.lib.6.& c ſed nec.ne cler.vel. monach. & l.nullus.C.de ſummaTrin.& niſi religioſus hæreſim abiurauerit traditu curiæ ſeculari, vt ignibus ſupponatur, vt habetur in d. c. accuſatus. & notant omnes ibidem. & ita ſi monachus profeſſus vxorem ducat, putans ſibi licere eam ducere. punitur per inquiſitores hæreticæ prauitatis, vt tenet Abb.in c.cum quidam.n.4. de iure iur. ita eſt hoc crimen hæreſis deteſtabile, vt etiã papa de illo accuſari poſsit, & condemnari,quanuis de alio criminari non poſsit. c. ſi papa.vbi Card.Alex.col.3.deſt. 40. & Simanc.de hæret.cap.11.n.12.Iul.Clar. ver. hæreſis n.22.

11 Hæreticus non poteſt donare,emere,vẽdere,neque cum aliquo contrahere,ſeù aliquam habere negotiationem, nec poteſt ab aliquo teneri in domo, aut in terra ſua, ſeù faueri,aut ſepeliri in Eccleſia,vel cæmiterio illius,c.ſicut ait.vbi Doct.de hæret.& l.Manichèus.§.præterea.& l.ſiqui orthodoxæ.C.de hæret.&Manich.& l.hæreticorum in C.Theodoſiano. & priuatur omni priuilegio,quod contẽplatione religionis Chriſtianæ habuerit.l.1.vbi Salict.C.de hære.& Manich.& priuatur omni ſucceſsione, nec ab aliquo poteſt hæres inſtitui.c.in eos.vbi Abb.n.1. de hæret.& c.excõmunicamus §. credentes eodem. tit. auth. Idem eſt. vbi Doct.C.de hæret. & Manich. & illum hæredem inſtituens, ſi eſt Epiſcopus, presbiter ſeù perſona religioſa, fit excommunicatus, quanuis ſit illius conſanguineus, c. ſiquis Epiſcopus.vbi.Ant.de Butr.Goffred. Hoſt.Abb.& omnes.de hæret.& fit inteſtabilis, actiuè, & paſsiuè. c. excommunicamus.§ credentes.vbi Doct.de hæret.

12 Hæreticorum bona, ipſo facto, quo crimen hæreſis incurrunt, fiſco applicantur. & ſtatim à die commiſsi criminis amittũt adminiſtrationem illorum. c. cum ſecundum.vbi communiter Doct. de hæret. lib. 6.& in terris Eccleſiæ,applicantur fiſco Eccleſiæ,in terris vero imperij,ſeu regis, vel Principis ſecularis applicantur fiſco ſeculari,c.excommunicamus.§.damnati,de hæret.& c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. & clem.1. de hæret. inter coẽs. & c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Bald. in l. ſiquis presbiter.c.de Epiſcop.& cler.& ita obſeruatur in noſtra Hiſpania, vbi omnia bona hæreticorum applicantur fiſco regio. alibi tamen vbi alia eſt conſuetudo, ita obſeruabitur, ſicut habet conſuetudo locorum, vt tenet Iul.Clar.lib.5.§.hæreſis.n.13.apprehenſio tamen, ſeù executio illorum bonorum, non debet fieri per dominum ſecularem, niſi prius fuerit ſententia lata ſuper dicto crimine hæreſis, contra ipſum hæreticum per iudicem Eccleſiaſticum. c. cum ſecundum vbi Ioan. And. & alij de hæret. lib.6. Angel.ver. hæreticus. n.5. & omnia bona, quæ tranſeunt in extraneum hæredem veniunt in confiſcationem, & è conuerſo,quæ non tranſeunt ad extraneum hæredem,non veniunt in confiſcationem, ſicut ſunt bona feudalia, emphyteutica,maioratus bona,& ſimilia, niſi ex conceſsione eſſent tranſitoria ad hæredem extraneum, vt ex communi reſoluit Curt. Iun. conſil. 4. lib.1.

Digitized by Google

4.lib.1. Alex.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff.de damn.infect Cou.ru.in lib.2.reſolut.c.18. n.7. Iul.Clar. lib.5.§.fin quæſt. 98. n.8.

13 Iudex laicus prohibetur iudicare in hoc crimine hæreſis,nec in illo ſe intromittere poteſt,quia crimen hæreſis eſt mere Eccleſiaſticũ, c. vt inquiſitionis. §.prohibemus. vbi Doct.de hæret.lib.6.& Abb.in c.adabolendam.n.7.de hæret.& in c.1.n.12.& Alciat.n.73.de offic.ord.Iul.Clar.lib.5.§.hæreſis.n.4. Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.c.14.verſ.vltimo deducitur,licet poſt quam iudex Eccleſiaſticus declarauerit reum hæreticum,punitio expectet ad iudicem laicum.dico.§.17.

14 Cauſæ hæreſis ſunt ſummariæ,& executiuntur de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſine aduocato, c. fin. vbi notant ſcribentes de hæret.libr.6.& à principio Epiſcopi iudicabāt in ſuis diœceſibus cauſas hæreſis. c.adabolendam. & c.excõmunicamus. & c.fin.de hæret.poſt modũ autem fuerunt iudices deputati à Romano Pontifice ad hoc crimen hæreſis,qui vocãtur inquiſitores, c. inquiſitores de hæret. libr.6.& clem.1. eodem titulo.& in noſtra Hiſpania Beatus Dominicus fuit primus, qui hoc munus exercuit, & deinde fratres Prædicatores ſuæ Religionis, vſq; ad tempus Regis Ferdinandi, qui anno Domini noſtri Ieſu Chriſti. 1476. illud munus Põtificis permiſſu Clericis ſecularibus cõmiſit,& inſtituit officium inquiſitionis,prudentiſsimis inſtitutionibus, quibus hodie ſanctiſsime regitur.vt refert Simanc.de Catholic.inſt.tit.34. nu.1. Salzed.c.114.pag. 461. verſ.fuit equidẽ. Ioan.Vella.in tract. de pœn.delict.c.14 verſ.fuerũt autẽ.§.5.

15 Hæretici tamẽ hodie puniũtur per Epiſcopum, & inquiſitores ſimul, aut diuiſim, in concluſione tamen cauſæ debent omnes concurrere in eodem loco,& cõmunicare ſuos proceſſus, aut Vicarius Epiſcopi, ſeù alter ab eò delegatus debet adſiſtere inquiſitoribus,qui ſimul cum eis hæreticos cõdemnet,& Sede vacante competit hoc capitulo,& ſi ſunt negligentes remouentur à dignitate.c.adabolendam.& c.excommunicamus,in princ. & §.volumus de hæret. poſſunt tamen inquiſitores,ſine Epiſcopo, aut Vicario generali, vel delegato illius,& diœceſanus, ſine inquiſitoribus inquirere, & citare,& ponere reos huius criminis in cuſtodia. c.propter hoc. & c.vt officiũ. de hæret. libr.6.& clement.1.§.1.eodem titulo.

16 Hæreticorum ſententia ſemper eſt ferẽda à iudice Eccleſiaſtico, & qui morti ſunt tradendi,fit executio illorum per iudicem ſecularem,& quando aliquis Clericus traditur iudici ſeculari, regradatur prius ab ordinibus. c.pen.§.damnati.de hæret.& c. vt inquiſitionis.§.prohibemus. eodem.tit. lib.6. & gl.verb.laicus.in d.c.adabolendã. vbi Abb.n.12.de hæret.& in qua forma ſit facičda regradatio Clerici, vt tradatur curiæ ſecularij,dixi ſup. ver.Clericus.§.106.

17 Iudex tamen Eccleſiaſticus cognoſcens de crimine hæreſis non condemnat hæreticum ad pœnam ignis,ne incidat in irregularitatem, ſed tãtum declarat reum eſſe hæreticum, & tunc remittit illũ iudici ſeculari puniendum proteſtans,ne illi mortem ſanguinis infligat,& ita obſeruat praxis.vt refert Boſſ.in tit.de foro comp. à n. 61.Iul.Clar.lib.5. §.hæreſis. nu.7.& iudex ſecularis eo ipſo, quod hæreticus illi traditur ſtatim ſine vlla mora, aut cunctatione tenetur illum condemnare in pœnam ignis,nec poteſt petere proceſſus ad vidẽdum, vtrum bene iudicatũ fuiſſet à iudice Eccleſiaſtico declarante illum hæreticũ, aut non.c.vt inquiſitionis §.vtq;.vbi Doct. de hæret. libr.6. & c.excommunicamus.2. §.damnati de hæret.& Abb.in c.adabolendam.n.13 eodem.tit Bald.in l.Clericus.n. 11. C. de Epiſc.& Cleric. cagnol. in l.cum quædam puella,in prin.nu 33 ff.de iuriſd. omnium iud.Berous in c.atſi Clerici,à nu. 79.de iud.Boſſ. in tit.de hæret. n.35.Anc. Imol. Abb. & alij in c.1. de offic.iud.ord. Palat.Rub.in rep. c.per veſtras.notab.2.§. 1.n.2. Simanc de hæret.c.36 n.41. & hæc ſentẽtia viu,& praxi recepta eſt,præcipuè in tota noſtra Hiſpania,vt refert Iul.Clar. lib.5.§.fin.quæſt.96. nu.7. Ioann.Vella.in tract.de pœn.delict c.14.verſ.vltimo puniuntur. licet contrarium teneat Bart.in l. magiſtratibus.num. 4.ff.de iuriſd.omn.iud. & in l.diuus.nu.3. ff.de cuſt.rer.& teneant quaſi omnes legiſtæ.

18 Poteſtas ſecularis tenetur iurare, quod hæreticos,ab Eccleſia cõdẽnatos extermi net,& puniat pro viribus ſuis, c.excõmunicamus.§.moneantur. vbi notant ſcribẽtes.de hæret.quod facere debet ſecundum leges, & conſuetudinem illius prouinciæ, in qua ius dicit,& ſtatim ſine vlla mora,nec alia cognitione pœnam conſtitutam, quæ ſemper

ſemper ignis eſt, illis imponet. vt refert Ioan. Vella. in d. tract. de pœn. delict. c. 14. §. vltimo puniuntur. licet enim cognitio huius criminis expectet ad iudicem Eccleſiaſticum, punitio expectat ad laicum, & ita obſeruat praxis. ex Simanch. de hæret. c. 36. n. 3. & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 96. n. 7. quidquid alij contra dicant.

19 Hæretici, & eorum receptatores, defenſores, & fautores, & eis credentes, ipſorúq; filij, vſq; ad ſecundam generationem per lineam paternam, & per maternam, vſq; ad primum gradum, fiunt infames. c. alieni. 2. quæſt. 7. & c. infames. 6 quæſt. 1. & l. fin. C. de apoſtat. & auth. Gazaros. vbi Doct. C. de hæret. nec admittuntur ad officiũ iudicis, aduocati, tabellionatus, ſeù ad aliud quodcumq; publicum officium, nec ad beneficium, ſeù dignitatem Eccleſiaſticam, vel ſecularem. c. 2. §. hæretici, vbi Doct. & c. ſtatutum. 15. de hæret. libr. 6. & c. nulla officia. 54. diſt. & c. conſtituit. 17. quæſt. 4. & l. credentes. C. de hæret. & manich. & Ioann. Lup. de regn. 5. p. §. 8. Cou. ru. lib. 2. reſolut. c. 8. n. 4. verſ. cæterum.

20 Hæretici, corumq; defenſores, fautores receptatores ipſo facto fiunt excommunicati, c. adabolendam, & c. excommunicamus de hæret. & c. ſanc. 24. quæſt. 2. & c. canonica. 11. quæſt. 3. & c. Ecce. & c. reſecandæ. 24. quæſt. 3. Rebuf. in pratica benef. ad Bullam in Cœna Domin. verſ. 1. Nau. in manu. c. 22. nu. 11. à qua excommunicatione abſoluit Epiſcopus ſolus & non eius Vicarius generalis, ſi hæreticus eſt occultus ſi autem eſt manifeſtus, non poteſt abſolui, niſi à Summo Pontifice, ex Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat. decedẽtes enim in hoc crimine condemnantur æternaliter, & non ſepeliuntur in Eccleſia, aut illius cæmiterio, nec eis prodeſt baptiſmus, aut martyrium. c. firmiſsime. vbi Abb. n. 1. & c. ſicut ait, & c. excommunicamus. §. credentes. & c. excommunicamus. de hæret. c. nouerit. de ſent. excommunicat. Doct. in clem. 1. de hæret.

21 Suſpectus de hæreſi, debet ſe purgare coram Epiſcopo, & oſtendere ſuam innocentiam, ſecundum ſuſpicionis qualitatẽ, & ipſius perſonæ. c. adabolendã, §. qui vero. vbi Doct. de hæret. & c. inter. de purgat. can. & ſi ſuſpectus de fide animo indurato per annum excõmunicationem ſuſtineat, ſicut hæreticus condemnabitur, & ſpoliabitur omni officio, beneficio, dignitate, capitaneo, cõſulatu, & omni publico officio, & nunquam ad illa admittitur. c. excõmunicamus. §. qui autem. vbi Abb. n. 7. & alij, & in c. adabolendam. n. 8. de hæret. & c. cõtumacia. & c. vt officiũ. §. fin. vbi Dominic. Ioan. And. & omnes eodem tit. libr. 6. & c. rurſus, & c. quicumq;. 11. quæſt. 3. ſumma Ang. verb. hæreticus. §. 1.

22 Hæreticus poſtquã fuerit lapſus in hæreſim non poteſt obligare ſuum debitorẽ, nec petere reſtitutionem aliquarum rerũ. c. fin. vbi Doct. de hæret. & gl. ver. cõmodo. in c. ex parte. de reſt. ſpol. & etiã priuatur omni debito fidelitatis, dominij, obligationis, & obſequij, quo illi quicumq; tenebãtur. c. fin. de hæret. vbi notant ſcribentes, & poteſtate filiorum. cap. 2. §. illorum. vbi Doct. de hæret. lib 6.

23 Hæretici manifeſti dicuntur, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant, aut defendunt errorem eorum, qui tale perpetrant, vel qui conuicti, aut confeſsi ſunt coram ſuo iudice, aut ab eo ſententialiter ſunt condemnati, aut quando hæreſis per teſtes probari poteſt. c. ſuper quibuſdam. vbi gl. ver. publicè. & c. cum olim. de verb. ſign. & gl. ver. apertiſsima. in c. eorum. 11. quæſt. 3. Dominicus. in c. in fidei. nu. 6. de hæret. lib. 6. Franciſ. Eſqualicens. in tract. de fide Cath. c. 13. n. 1. occultus vero dicitur ille, qui ſolo corde deuiat à fide Catholica, vt excommuni reſoluit Merg. conſil. 6. n. 3. Simanc. de hæret. c. 42. n. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. hæreſis. n. 23.

24 Hæreticus etiam dicitur ille, qui in infirmitate ſua recipit conſolationem ab hæreticis cum alia prolatione verborum. c. filij, vel hæredes. vbi Doct. de hæret. lib. 6.

25 Hæreticus poſt mortẽ, vſq; ad quadraginta annos poteſt declarari, quia vbi pœna incurritur ipſo iure pro aliquo delicto, poteſt peti poſt mortem, vnde poſt mortẽ poteſt hæreticus declarari ad confiſcationem bonorum, & vt damnetur memoria defuncti, c. accuſatus. §. in eo. de hæret. lib. 6. & c. fin. de præſcript. eodẽ. lib. 6. l. Gaius. vbi Doct. ff. ad ſenat. conſult. Sillan. & l. cõmiſſa. ff. de publ. & vectig. & l. ſi quis. §. quod autem. vbi gloſſ. verb. etiam. ff. quod quiſq; iur. Alb. in Rnbr. à n. 2. C. de hæret. Cou. ruu. deſponſal. 2. p. c. 6. §. 7. n. 6. Doen. regula 13. limit. 2. Menoch. remed. 1. recup. n. 159. Iul. Clar. lib. 5. §. hæreſis. n. 21.

26 Diuinatores non dicuntur hæretici, niſi in illa arte vtentur aliqua hæreſis ſpecie. c. accu-

Digitized by Google

c. accuſatus. §. ſane. vbi Doctor. de hæret. Abb in Rubric. de hæret. n. 13. Gem. conſil. 20. in fin. Afflict. ſuper prima p. conſt. regn. Rubric. 1. n. 17. Tiraq. de pæn. cauſ. 4. n. 3. Iul. Clar. d. §. hæreſis. n. 25.

27 Hæreticum eſt aſſerere, quod ſubſtantia animæ rationalis, & intellectiuæ, verè, ac per ſe non ſit forma humani corporis, clement. vnica. §. porro, vbi Zabarel. Ioan. And. & alij. de ſumma. trin.

28 Hæreticum eſt, dicere ſimoniam non eſſe peccatum mortale. vt tenent Doct. in c. quoties. de ſimon. & aſſerere pertinaciter, quòd vſura non ſit peccatum mortale. clement. vnica. §. fin. vbi Doctor. de vſur. aut quòd ſimplex fornicatio non ſit peccatum mortale, vt refert. Aufr. deciſ. 346. aut dicere perjurium non eſſe mortale peccatum, vt tenet Mantua conſil. 239. n. 8. lib. 2. Bellon. conſil. 78. n. 6. Iul. Clar. lib. 5. §. hæreſis. n. 1. requiritur tamen quod error hic ore exprimatur quia ſi ore non exprimittur non eſt vt hæreticus puniendus, quanuis horribile, & abominabile factum perpetret. ſi enim aliqui in tantam inſaniam malorum prorumperet, vt imaginem Chriſti Domini, ſeù Crucem flagellaret aut ſacroſanctam Euchariſtiam in terra conculcaret, non probatur hæreticus vere, & realiter, licet hæc vehementer ſuſpicionem inducant. c. nunc autem. 21. de. & tenet Florent. in ſumma. 2. p. tit. 12 c. 5. §. 1. Albert. in rubrica de hæret. lib. 6. Rojas. de hæret. 1. p. n. 36. Cald. conſil. 4. Palat. Rub. in allegat. in materia. hæreſis §. 1. Simanc. de Cath. inſt. tit. 31. n. 5. Ioan. Vella. in tract. de pæn. delict. c. 14. verſ. ſecundo ex dicta diffinitione.

29 Qui metu mortis, vel tormentorum ore Chriſtum negat, aut aliquem articulum fidei, corde tamen credit, non eſt cenſendus hæreticus, quanuis grauiſsime peccet, glo. 2. in c. non ſolum, 11. quæſt. 3. Cald. conſil. 4. de hæret. Iul. Clar. d. §. hæreſis. n. 3. Ioan. Vella. in d. tract. de pæn. delict. c. 14. verſ. ſecundo ex dicta diffinitione. quoniam, qui non errat corde non reputatur hæreticus. c. nunc autem. 21. de Rojas. 1. p. de hæret. n. 48 & 103. & hæc ſententia eſt veriſſima in foro interiori.

30 Et ita dicere, & aſſerere hominem in vita poſſe aſſequi tantam gratiam, vt impeccabilis reddatur, eſt hæreticum, aut quod amplius non valeat proficere in gratia, aut quòd non oporteat ieiunare, aut orare poſtquam gradum perfectionis aſſequatur, vel quòd non ſit ſubiectus humanæ obedientiæ poſt gradum illum. clem. vlt. vbi Doct. de hæret.

31 Hæreticum etiam eſt aſſerere, quod confeſſi habentibus licentiam generalem audiendi confeſsiones, teneantur iterum confiteri proprio ſacerdoti, & quod papa non poſsit facere, quòd parochiani non teneantur confiteri ſemel in anno, vel quod non poſsit dare poteſtatem generalem audiendi confeſsiones. extrauag. 2. vbi Doctor. de hæret. inter communes. aut aſſerere Chriſtum, & eius diſcipulos nihil habuiſſe. extrauag. 4. Ioan. 22. de verb. ſign.

32 Cruce ſignati in exterminatione hæreticorum gaudent priuilegio conceſſo cruce ſignatis in ſubſidio terræ ſanctæ. c. excommunicamus. §. hæretici, vbi Goffred. Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes de hæret.

33 Chriſtiani tranſeuntes, & redeuntes ad ritus Iudæorum ſunt cenſendi hæretici, & debent puniri, & contra illos procedi, tanquam contra hæreticos. c. contra Chriſtianos. vbi Arch. Ioan. And. & alij de hæret. lib. 6. Albert. in tract. de agn aſſer. Cath. & hæret. quæſt. 23. n. 59 & quæſt. 25. n. 14.

34 Libri hæreticorum ſunt damnati, quanuis nullum errorem contineant quoniam ex quo damnatus eſt actor, ſcripta eius admitti non debent. c. nullus. 3. quæſt. 4. & c. canones. 16. de. c. fraternitatis. vbi gl. fin. & Doct. communiter. & c. excommunicamus. § credentes. de hæret.

35 Hæreticus culpabilis in vno fidei articulo, aut in vna hæreſis ſpecie, & hæreſim ſimpliciter abiurauit, ſi potea in aliam ſpeciem hæreſis incidat, dicitur relapſus. c. accuſatus. §. eum vero. vbi domini c. & Ioan. And. de hæret. lib. 6. quia non exigitur neceſſario, quod incidat in eandem hæreſim. quia forma abiurationis eſt de non repetendo illam hæreſim. aut quãcunq; aliam, vt patet in d. c. accuſatus. §. 1. vbi Font. de hæret. & Villa Diego. in tract. de hæret. quæſt. 20. n. 6 Simanc. de Cath. inſt. tit. 55. n. 1. ſi autem hæreticus nolit ad fidem redire igne eſt comburendus. vt tenet Bart. in l. cunctos populos. n. 13. Aret. n. 11. Purpurat. n. 90. c. de ſumma trin. Iul. Clar. §. hæreſis. n 8.

36 Relapſus dicitur ille, qui abiurauit hæreſim, propter magnam præſumptionem, contra eum habitam, quanuis plenè non fuiſſet

fuiſſet probatum, aliter tamen ſi leuis fuiſſet præſumptio c. accuſatus. vbi Docto. de hæret. lib 6. & poſtquam illam hæreſim abiurauit iterum incidit, c ſuper eo. vbi Dominic. Arch. Ioan. And. & alij. de hæret. li. 6 Zanch. in tractatu. de hæret. c. 16. Doct. in c. accuſatus. de hæret. lib. 6. & etiam dicitur relapſus, ille, qui poſt ab iurationem hæreſis hæreticos receptat, deducit, viſitat, ſe eis aſſociat, dona, aut munera ab eis recipiat, ſeu fauorem impendat, vel ſcienter eis communicat. d. c. accuſatus. §. ille quoq; vbi notant omnes. & gloſ. verb. non poſsit. de hæret. lib. 6 aut qui poſt primam condemnationem fugit à carcere, vel qui habitum pœnitentiæ dimittit: aut ſaltim pœnam relapſorum ſuſtinere debet, vt ex communi reſoluit Simanc. vbi ſupra. titul. 47. n. 23. præcipue ſi cum tali contumacia concurrerent aliæ coniecturæ. vt tenet Iul. Clar. d. § hæreſis. n. 11. & ita eſt intelligenda opinio Cald. in c. literas. de præſumpt. & Franciſ. ſquillac. in tract. de fide. Cath. c. 19.

37 Hæretico relapſo abnegatur audientia, & traditur curiæ ſeculari. c. ad abolendam. de hæret. & c. ſuper eo. eodem. tit. lib. 6. & l. ius iurandum 34 §. ait prætor. vbi Iaſ. n. 2. ff. de iure iurand g'. ver. audientia in c. 1. diſt. 23. & ſine vlla miſericordia igne eſt comburendus. vt ex multis reſoluit Ioan. Vella in d. tract. de pœn. delict. c. 14. verſ. relapſ. Iul. Clar. § hæreſis. n. 8.

38 Hæretici tamen, qui ſuum errorem confitentur, & non ſunt relapſi, & volunt abiurata hæreſi ad fidem Catholicam redire, non ſunt tradendi curiæ ſeculari, ſed per iudicem Eccleſiaſticum ſunt detrudendi in carcerem perpetuum ad perpetuam agẽdam pœnitentiam, aut mittuntur ad triremes, pro arbitrio iudicantis, c. ad abolendam, §. ſi qui. de hæret. & c. vt officium. vbi Doct. eodem tit. lib 6. & c. vt cõmiſsi. eodẽ tit. & lib. Igneus. in l. 1. §. cum dominus n. 32. ff. ad ſillan. & iniungitur illis in publica pœnitentia, vt publice ferant ſaccum benedictum, cum duplice cruce ſignatum. c. capite quadrageſsimæ. 50. diſt. & c. Achab. & §. Ecce. ibid. de pœn. diſt. 3. & ſi occultauerint, aut dimiſerint illud ſaccum benedictũ aliquo tẽpore, quod ab inquiſitoribus diffinitum fuerit, habebũtur pro relapſis. vt dixi ſup. §. 36. poſſunt tamẽ inquiſitores cõmutare hanc pœnam. d. c. vt cõmiſsi. & Doct. vbi ſupra. Iul. Clar. § hæreſis. n. 8.

39 Qui tamen accuſati ſunt de hæreſi, & legitime conuicti, & ante prolationem ſententiæ, non confitentur ſuam malam electionem, & errorem in fide Catholica, ſed negant ſe talia feciſſe, dixiſſe, vel aſſeruiſſe, ſunt tradendi curiæ ſeculari, ad comburẽdum, quamuis dicant, & affirment ſe credere, & tenere totum illud, quod tenet, & credit Sãcta Mater Eccleſia, quoniam pœnitentiam non datur niſi vere confeſsis, c. non poteſt, & c. ecce, & c. perfecta pœnitẽtia de pœn. diſt. 3. & dec. 875. Rotæ Rebuf. in pract. benef. fol. 469. n. 20. Simanch. de hæret. c. 47 n. 20. & qui ſunt hæretici. & nũquam pœnitent viui flammis traduntur, vt tenet Cou. ru. lib. 2. variar. c. 10. n. fin & Simanc. de Cath. inſt. tit. 45 nu. 9. Cou. lib 3. Miſcellaneroum. c. 8. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 14. §. fin. Iul. Clar. d. § hæreſis. n. 10.

40 Schiſmaticus reuerſus ad vnionem Eccleſiæ non poteſt eſſe electus in Epiſcopũ niſi diſpenſatiuè. c. quia diligẽtia, de elect. & c. nos conſuetudinem. 12. diſt. & c. conuenientibus, & § § ſeqq. 1. quæſt. 7. ſi tamen perſeuerat in rebellione Eccleſiæ, eſt priuandus omnibus honoribus dignitatibus officijs, & beneficijs, c. vnico. vbi Doct. cõmuniter. de ſchiſmat. lib. 6. & degradandus & tradendus curiæ ſeculari facit text. in c. de liguribus. 23. quæſt. 9. gl. fin. in c. cum nõ ab homine. vbi Ioan. And. de iud.

41 Inquiſitores tenentur ſub pœna maledictionis æternæ procedere diſcretè, & prõptè contra ſuſpectos, & diffamatos de hæreſi, clem. 1. § verum. vbi Doct. de hæret. & debent vti multa cautella, in teſtium examinatione, & adhibere duas religioſas perſonas, & diſcretas, in quorũ præſentia eorum depoſitiones ſcribantur à publico notario ne falſitas veritati præiudicet in tãto crimine. c. quoniã contra. vbi Abb. n. 1. de probat. & c. vt officium. § verum. vbi gl. verb. diſcretas. & Doct. de hæret. poſſunt tamen committere citationes, & publicationes ſententiarũ, & vocare doctos, & peritos, vt ſibi aſsiſtant, & præbeant conſiliũ in ſententijs ferendis, & procedere contra illos, qui in prouincia ſua hæreſim cõmiſerunt, & ſe tranſtulerunt in aliam regionem, & poſſunt petere libros, & proceſſus quoſcumq; habitos cõtra hæreticos, & priuare ipſos hæreticos, aut eorum fautores, aut defenſores, filioſq; eorum, ſeu nepotes omnibus dignitatib⁹, officijs, & beneficijs,

cum

cum cõſilio diœceſani, aut Vicarij illius. c. vt cõmiſsi. vbi notant omnes. de hæret. lib. 6. & clem. 1. §. 1. vbi Ioan. And. de hæret.

42 Inquiſitores habent delegatam iuriſdictionem ad vniuerſitatem cauſarum, & nõ ordinariam, quamuis fidei fauore poſsint ſeparatim procedere, nec expirat eorum officium morte concedentis, etiam quoad negocia non dum cæpta, nec emerſa tempore mortis mandatoris, ſicut officium delegatorum ad alias cauſas. c. ne aliqui. vbi Doct. de hæret. lib. 6. & Abb. in c. 7. & A. n. 9. & c. fin. n. 19. de ſent. & reiud.

43 Officium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis non poteſt impediri, nec retardari per aliquod ciuitatis, ſeù loci ſtatutũ, nec tale ſtatutum ſi fiat valebit. c. ſtatutũ. 9. vbi DD. de hæret. lib. 6. imo poſſũt inquiſitores procedere contra impedientes captionem hæreticorum per cenſuras Eccleſiaſticas, & etiam inuocare auxilium brachij ſecularis quamuis illi, à quibus illud petierint ſint excõmunicati, aut ſolum de facto iuriſdictionem habeant, c. præſidentes, & ibi Dominic. Arch. Ioan. And. & alij, & c. vt officium. §. compeſcendi, & c. vt inquiſitionis. de hæret. lib. 6. & poſſunt etiam punire, & mittere incarcerem Clericos, ſeù Religioſos, qui impedierint, aut aſtruxerint hæreticos, vel eorum credentes, ſeù teſtes, vt in cauſa hæreſis celent veritatem, aut dicant falſitatem, c. accuſatus. §. ſacerdos. vbi Dominic. & Ioan. And. de hæret. lib. 6.

44 Inquiſitores non poſſunt inquirere de crimine hæreſis cõtra Epiſcopos, nec procedere contra eos, niſi expreſſè in litteris commiſsionis contineatur, quòd poſsint contra illos procedere, tenentur tamen ſi eos culpatos in hoc crimine hæreſis inuenerint, aut ſuſpectos, vel diffamatos ſtetiſſe reperiant, illud Sedi Apoſtolicæ nunciare. c. inquiſitores. vbi Doct. de hæret. libr. 6. & c. accuſatus. & c. diſcutere. 3. quæſt. 6. Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. de reformat. nec etiã poſſunt fulminare cenſuras inofficiales, & Nũcios Sedis Apoſtolicæ, ſed debent informare Summum Pontificem, de exceſsibus eorum extrauag. 3. de hæret. intercões.

45 Inquiſitores ſuper hæreſi deputati, non poſſunt cognoſcere de alijs caſibꝰ, qui hæreſim non ſapiunt, ſed in illis delinquẽtes ſunt relinquẽdi ſuis iudicibus. c. accuſatus. §. ſane, & §. de quæſtionibus. vbi gl. ver. ſaperent. & Doct. de hæret. lib. 6. vnde iuriſdictio inquiſitorũ non expectat ad cauſas diuinatorũ, incantatorum, quando in arte illa non vtuntur aliqua ſpecie hæreſis, ſed expectat ad ſuum ordinariũ qui poteſt eſſe Eccleſiaſticus iudex, vel ſecularis, quia crimen ſortilegij eſt mixti fori. vt tenet Abb. in c. 1. n. 3. & 4. de ſortileg. Iul. Clar. libr. 5. §. hæreſis. n. 25.

46 Inquiſitores tamen poſſunt compellere hæredes, fautorũ, receptatorũ, defenſorum hæreticorũ, ſiue eis fauẽtes, ad cõplendam pœnitentiã in bonis tẽporalibus, quæ eis fuit iniuncta, & non cõpleta, c. accuſatus. §. ſi vero. vbi Ioan. And. Gerip. conſil. 38. nu. 14 & conſi. 42. n. 63. Merg. conſi. 10. n. 16.

47 Inquiſitores generales, ſi aliqua occaſione ordinem iudiciariũ prætermiſerint, ſeù tanquàm homines errauerint, diſcretè, & cautè debent errorem ſuum corrigere, quĩ enim aliorum corrigunt errorem, fortiore ratione ſuum corrigere debent. c. qualiter. 1. vbi Abb. nu. 1. de accuſat. & c. graue. 35. quæſt. 9. & c. magnæ. 22. quæſt. 4. & l. quod iuſsit. ff. de reiud.

48 Inquiſitores tamen, qui obtẽtu odij, gratiæ, amoris, vel timoris, lucri, aut commodĩ delinquunt in officio, procendendo contra quem procedere non debent, aut deſinunt procedere contra quem ſit procedendũ, incurrunt ſententiã excõmunicationis ipſo facto, à qua nõ poſſunt abſolui, niſi à Sũmo Pontifice, & grauiſsimè puniuntur. clem. 1. §. verũ quia. vbi Doct. de hæret. & qui prætextu officij modo illicito pecuniã ab aliquo extorquẽt, aut fiſco applicãt, Incurrũt etiã excõmunicationẽ ipſo facto, à qua nõ poſſunt abſolui, priusquàm illã reſtituant, clem. nolentes, vbi Ioan. And. de hæret.

49 Inquiſitoris officium aſſequi nõ poteſt, niſi ille, qui attigerit quadrageſsimũ ætatis annum, licet Epiſcopus poteſt eſſe triginta annorum propter auctoritatẽ Epiſcopalem. clem. nolentes. vbi gl. verb. quadrageſsimum. & Doct. de hæret.

50 Hæreſium quam plures ſectas inuentas, & ſecutas à multis hæreticis videre potes, in c. quidam autem. 24. quæſt. 3.

Verbo Homicidium.

1 HOmicidium eſt corporis peremptio, ab homine facta, c. cũ homo. 23. quæſ. 5. & c. homicidium de pœn. diſt. 1. Hoſt. in ſumma titul. de homicid. Marian. Socin. in Rubr. n. 2. de homic. Cou. r. in clem. ſi furioſus. 2. p. in prin. n. 1. Plac. de delict. c. 9 n. 6.

Syluest.verb. homicidium. & ſumma Angel.ibidem Ioann.Vella. in tract. de pœn. delict. c.15. in prin. §.eſt autem homicidium.& eſt triplex aliud namq; eſt voluntarium, & aliud neceſſarium, & aliud caſuale. d. c.cum homo. 23.quæſtio.5. gloſſ. verbo. conſilium. in cap.ſicut dignum. §. fin.de homicid. Mantua. & alij in Rubric. de homicid. Petr.Greg.libr.36. Syntagm. c.25. nnm.7.

2 Homicidium voluntarium dicitur illud, quod dolo malo,& animo deliberato occidendi ab aliquo committitur, ſeù voluntariè data cauſa occidendi. l.1. & l. eiuſdem legis,& l.qui cædem. ff. ad leg Corn. de ſicar.& l.cum autem.§.capitalem. ff.de ædilit.edict.& c.1. de homicid. & c.1. §.ſi quis hominem de pace tenend. Trid.ſeſſ. 14.c.7. de reformat. Cou.ruu.in d.clem. ſi furioſus.2.p.in prin.Nau.in Manu.cap.27. nu.219. Placa. de delict.c.10.nu.1.Carrerius. in pract.§.homicidium.1.num.2.Iul. Clar.lib.5.§.homicidiũ.n.1.Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.c.15.§.voluntariũ.

3 Homicidiũ caſuale eſt illud, quod caſu, præter intentionem agentis,accidit.l.1.§. ſed ſi claui,& l.in l.Cornelia,& l.Diuus. ff. ad leg.Cornel. de ſicar. & l.ſi putator. vbi Bald.ff.ad leg.Aquil.& l.perſpiciendũ.§.delinquit. ff.de pœn.& §.iniuria.inſt. ad leg. Aquil.& c.ſignificaſti,18. §. nos.de homicid.Ioan.Vella. in tractu.de pœn. delict.c. 15. §.hæc autem omnia.

4 Homicidium neceſſarium eſt illud,quod quis ſine odij meditatione defendendo ſe ſuaq; cõmittit, quod facere poteſt de iure naturali.l.vt vim.vbi Doct.ff.de iuſt.& iur. & l.itaq;.§.lex.ff.ad leg.Aquil. & l.furen.ff. ad leg.Corn. de ſicar. & l.ſcientiam. §.qui cum aliter. vbi Bald.& l.ſi explagis. §.tabernarius. ff.ad leg.Aquil. & l. idem eſt.§. cũ igitur.ff.de vi,& vi armat.c.interfeciſti. de homicid. & clem. ſi furioſus. vbi Doct. eodẽ tit.& l.1.§.cum arietes. ff.ſi quadrup. paup.fecer.

5 Interficiens enim latronem, ſeù alium quẽcumq; in ſua iuſta, & neceſſaria defenſione,non potens ſe ab illo aliter liberare, non efficitur irregularis,nec in aliã incurrit pœnam,quoniam dicitur tunc illud mẽbrum diaboli ſe interfeciſſe.c.interfeciſti. vbi Abb.n.3.de homicid.l.1.vbi gl.fin.vbi Bart.Bald.Salicet.Ang. & omnes. C.vnde vi.l.itaq;.§.lex.& l.qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil.& l.is qui aggreſſorẽ. & l.ſi qui percuſſorem.C.ad leg.Corn.de ſicar.& dixi ſupra verb.defenſio.à §.2.Claud.in l.vt vim. nu.43.Dec.n.31.Iaſ.nu.23.ff.de iuſt.& iur. idem Iaſ.in l.1.n.24. C.de furt.& ſeru.corrupt.Plot.in rep.l.ſi quando.nu.109. Plac. lib.1.delict.c.28.n.52. Mench.controuerſ. illuſtr.c.18.n.5.Iul.Clar.lib.5. §.homicid. n.15.ſi tamen non obſeruauit in culpatam tutelam, & excedit modum ita, vt aliter euadere poſsit, fugiendo,aut alio modo ſe liberare poterat, nõ eſt ſine culpa.c.ſuſcepimus de homicid.& l.furẽ.ff adleg.Corn. de ſicar.l.1.vbi gl.ver.moderatione.&DD. C.vnde vi.Abb.in c.ſignificauit.num.5.de pœn.& remiſſ.niſi aliquam notam iniuriæ incurreret fugiendo,quia tunc nõ tenetur fugere,vt tenet Iaſ.in d.l.vt vim.38.Dec.n. 35.ff.de iuſt.& iur.Riminald.cõſi.44.n.12. Boſſ.in tit.de homicid.n.86. licet Alex.cõſil.109.n.4.lib.1.& conſi.119.n.12.lib.7.& Alex.de neuo inter cõſil.crim.diuerſ.cõſi. 77.n.7. lib.1. Fel.in d.c.ſuſcepimus, dicãt eſſe communem,vt inſultatus nõ teneatur fugere, licet ſine nota iniuriæ illud facere poſsit, nec ſit differentia, verũ ſit perſona, cui ſit dedecori fugere, ſiue non,& ita Tiraquel.de nobilit.c.20.n.64.& Mench.cõtrouerſ.illuſtr. c.19.n.20.Plac.de delict.c. 28.n.10.Bertran.conſi.290.n.10.lib.3.p.1 & conſi.128.n.1.lib.7.Cou.r.in rep.clem. ſi furioſus. fol.323.à nu.4.Iul.Clar.lib.5.§. homicid.n.32. quæ opinio licet ſit approbata à pluribus doctoribus, tamen verior mihi videtur illa,quam ſuperius retuli,vt ſi inſultatus poſsit ſe liberare fugiendo,ſine aliqua nota iniuriæ, quòd tunc non poſſet impunè inſultatẽ interficere, pro defenſione namq; ſui honoris bene poteſt illũ interficere,quoniã periculum famæ æquiparatur periculo vitæ.l.iuſta,ff.de manu.miſſ. vind.& excõi reſoluit Bolem.in rep.l.capitaliũ.§.famoſos.à n.161.ff.de pœn.Bart. in l.1.n.8.C.vnde vi.Ang.in l.is qui aggreſſorem.n.2.in fin.C.de ſicar.Marſil.cõſil.81. nu.16.Iul.Clar.lib.5.§.homicidum.nu.26. vnde ſi fugiens,amittat honorem ſuum fugiendo,non tenetur fugere,& aliter ſic.

6 Interficere etiam poteſt quis alium,pro defenſione ſui conſanguinei,vt tenet Bart. in l. vt vim.num.7.§.de iuſt.& iur. & pro communi refert Gram. conſil. 64. num.4. Iul.Clar. lib.5. §.homicidium,numer.7.& etiam pro defenſione cuiuscumq; extranei, licitum eſt alterum interficere. vt tenet Bart. in d.l. vt vim. d. numer.7.& Iaſ.

Digitized by Google

Iaſ. num. 29. ff. de iuſt. & iur. idem Bart. in l. ſi quis in ſeruitute. num. 3. ff. de furt. & Bald. in l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. & in c. fin. col. vlt. de ſent. & reiud. & Alciat. conſil. 475. Innocent. in c. ſi vero de ſent. excommunicat. Dec. in d. l. vt vim. nu. 32. verſ. ſubijcit. ff. de iuſt. & iur. vbi communem dicit.

7 Interficere non poteſt quis furem diurnum, nocturnum tamen ſic, aut illum, qui telo ſe defendit. c. ſi per fodiens. vbi Doct. & c. ſuſcepimus de homicid. & l. ſi vt allegas vbi Doct. C. de ſicar. Exod. c. 22. & l. furem nocturnum. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. eſt tamen neceſſarium, vt licitum ſit occidere furem nocturnum, quod fiat pro defenſione ſui, vel rerum ſuarum, & quòd eũ non cognouit, nec eum capere ſine aliquo detrimẽto potuit, hæc enim omnia requiruntur, vt quis impune furem nocturnum occidere poſsit, vt excõmuni reſoluit Bolen. in rep. l. capitalium. §. famoſos. n. 164. ff. de pœn. diurnum tamen furem bene poteſt quis occidere ſi telo ſe defendat, & occidens dubitet, an veniat ad furandum, an ad occidendum, & abſq; vitæ periculo ei parcere non poſsit, nec aliter ſe ſuaq; defendere poſsit. vt tenet Bolen. vbi ſupra. n. 165. Alex. conſil. 138. n. 9. lib. 6. Iaſ. in l. vt vim. n. 25. ff. de iuſt. & iur. Iul. Clar. libr. 5. §. homicidium. n. 47.

8 Et licet laicus, defendẽdo bona ſua, poſſit interficere quemquam, ſi aliter illa ſalua habere non poteſt, Clericus tamen nõ poteſt aliquem interficere defendendo bona ſua tantum, ſed potius debet ſuſtinere iacturam rerum ſuarum, quã aliquem interficere. c. ſuſcepimus. vbi gl. verb. ligauerũt. Abb. & omnes de homicid. & idem Abb. in c. olim. 1. n. 15. de reſt. ſpol. & incurret illum interficiendo pro defenſione rerum ſuarum in irregularitatem. gloſ. vlt. in c. 2. vbi Abb. Fel. & alij de homicid. Cou. ru. in clem. ſi furioſus. 3. p. reſolut. §. vnico. n. 6. de homicid. Sylueſt. in ſumma verb. homicidium. 2. §. 16. Angel. ibidem. §. 3. Ioann. Vellaſin tract. de pœn. delict. c. 15. §. fin. in defenſione tamẽ propriꝫ vitæ, bene poteſt alium interficere, ſine metu irregularitatis, vt tenet Abb. in c. 1. n. 2. de vit. & honeſt. Cler. Marian. Socin. in rep. c. ad audientiã. n. 40. de homic. & eſt text. in clem. ſi furioſus. de homicid. Nicul. Plob. de irregul. 35. Irregularit. Cou. ru. in d. clem. 3. p. §. vnico. num. 3. & dixi ſupra verb. defenſio. §. 3. quia vnicuiq; de iure naturæ, ſe ipſum defendere permittitur. l. vt vim, & ibi notant cõiter Doct. ff. de iuſt. & iure. & l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. fecer. & l. 1. & l. 3. § cum igitur. ff. de vi, & vi armat. & c. 2. de homicid.

9 Interficere tamen non poteſt quis alium propter minas, qui ſibi mortem minatus fuit, niſi ſolebat exequi ſuas minas, & erat in actu ad illas exequendas, tunc bene poterit illum interficere, neq; tenetur expectare, vt ab illo prius vulneretur, vt tenet Bald. in l. 1. C. quand. liceat ſine iud. ſe vind. Iaſ. in l. vt vim. num. 14. ff. de iuſt. & iur. Decnn. regula. 192. num. 4. & addit. ad Abb. in cap. ſcribam depræſumpt. littera. B. & ita ſi aliquis fuiſſet poſitus in inſidijs, ad aliquem vulnerandum, vel interficiendum, quoniam licitum eſt tales inſidiatores præuenire, & eos interficere, vt ex communi reſoluit Placa. de delict. libr. 1. c. 21. num. 12. Iul. Clar. lib. 5. §. homicidium. n. 36.

10 Adulter poteſt interfici à marito, ſi deprehenſus fuerit in adulterio, & ſit vilis perſona, & inuentus, in domo mariti. l. marito. ff. de adult. ſi autem adulter non ſit eiuſdem conditionis mariti, ſed ſit nobilis, & maritus vilis, non poteſt tunc à marito impune interfici, attamen ſi iuſto dolore eum interficiat non punietur pœna ordinaria, ſed extraordinaria. l. Gracchus. vbi Doctores. C. de adulter. & etiam adulter poteſt occidi à patre mulieris, ſi in domo ſua, vel generi eos inueniat adulterantes, & filia ſit in illius patris poteſtate, & eo impetu filiam etiam occidat, quoniam ſi hæc omnia non concurrant, non poteſt eum impune interficere. l. patri. vbi Doctor. ff. de adulter. & hæc omnia habent locum in quocumq; adulterãte, licet ſit Clericus, vel monachus, quia tunc nec in excommunicationem incurret. vt excommuni reſoluit Bermon. de concubinatu. fol. 367. num. 5. in fin. vt refert Iul. Clar. §. homicidium. numer. 48. & ita in iudice, aut magiſtratũ, vt tenet Bart. in l. marito. §. illud. num. 1. ff. de adulter. & Iul. Clar. d. §. homicidium. numer. 48. & de hoc dixi ſupra verb. adulterium. numer. 9. nec puto veram opinionem illorũ, qui dicunt patrem, ſeù maritum non poſſe occidere magiſtratum inuẽtum in adulterio, vt tenet Ber. in c. ſi vero. 1. de ſent. excõmunicat. in noſtra Luſitania tamen ſufficit

Digitized by Google

maritum probare, quòd mulier cõmitteret adulterium, vt eam, & adulterum interficere poſsit, ord. lib. 5. tit. 38. §. 1.

11 Homicidiũ caſuale, non imputatur illi, qui dabat operam rei licitæ, & non fuit in culpa, quia adhibuit deligentiam neceſſariam. c. lator & c. dilectus. & c. ex litteris. & c. ſignificaſti, & c. Ioannes. & c. fin. de homicid. & §. iniuria & §. item ſi putator. inſt. ad leg. Aquil. & Deuteronom. c. 9. & l. 1. §. Diuus. & l. in lege Cornelia. 7. & l. Diuus. ff. de ſicar. & l. cum autem. 23. §. capitalem. ff. de ædilit. edict. & l. ſed & ſi §. ſi magiſter. & l. idem iuris. §. mulionẽ, & l. qui foueas, & l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. ſi tamen dabat operam rei illicitæ, aut excedit modum, ſeù non adhibuit diligentiam neceſſariam, imputatur illi tale homicidium. c. presbyterum, & c. continebatur, & c. ſuſcepimus. & c. ad audientiam, & d. c. ex litteris de homicid. & d. l. ſed & ſi. d. §. ſi magiſter. & d. l. ſi putator. & ibi Doct. ff. ad leg. Aquil. & §. item ſi putator. inſt. eodem tit. In dubio tamen ſemper præſumitur homicidium dolo fuiſſe commiſſum. l. 1. C. de ſicar. facit text. & gloſ. vltim. ibi. in c. 1. de præſumpt. niſi ex indicijs, aut alijs probationibus contrarium appareat. l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Boſſ. in prax. titul. de homicid. nu. 37. Ant. Gom. 3. tom. c. 3. num. 17.

12 Homicida non eſt ille, qui proijcit lapidem, non animo lædẽdi, nec ita vt lædere poſsit, & alius metu illius, ſiue retorcutione eius, ad alium lapidem corruiſſet, propter quod mortuus fuiſſet, quia tunc, nec occidit, nec fuit in culpa. c. exhibita, vbi Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes de homicid.

13 Nec etiam dicitur homicida, qui loco ſolito, & conſueto, equo currens, hominẽ in ſemitam ſe intromittentem offendit, & interfecit, quia tũc equitator in nulla culpa fuit, vnde nulla pœna, etiam extraordinaria, tunc puniri debet, ex doctrina Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. nu. 4. ff. de pœn. & Boſſ. d. titul. de homicid. n. 66. Mench. controuerſ. illuſtr. c. 19. nu. 11. Petr. Greg. lib. 36. Syntagm. c. 20. nu. 2. & ita ſi curreret equo bene conſueto, & caderet, & equus fugeret, & aliquem interficeret, quia tũc nõ imputaretur illa mors equitatori. c. dilectus filius. vbi communiter Doctor. de homicid. ſi autem equitator fuiſſet in aliqua culpa, lata, leui, vel leuiſſima, imputaretur illi homicidium, & puniretur, ſaltem pœna extraordinaria prout magis, vel minus in culpa fuiſſet, vt docet Bart. in d. l. reſpiciendũ. §. delinquunt. num. 4. ff. de pœn. & Boſſ. in praxi. titul. de defenſ. reor. num. 68. Placa. de delict. c. 26. Menoch. de arb. cau. 324. Iul. Clar. d. §. homicidium. num. 3. Mench controuerſ. illuſtr. d. cap. 16. nu. 4. Cæp. conſil. crim. 37. col. 1. & Marant. de ord. iud. 4. parte in princip. à num. 75. non excuſatur tamen ab homicidio ille, qui equum bucadurum aſcendit, & aliquem interfecit, ſi antea illud vitium equi ſciebat, vnde fuit in lata culpa, aut quando propter negligentiam equitatoris, ſeù mulionis aliquis fuit occiſſus, eſt enim tunc conſideranda culpa, & ita eſt pœna infligenda. c. ſignificaſti. 16. vbi Abb. num. 1. de homicid. & leg. idem iuris. §. mulionem. vbi Bald. ff. ad leg. Aquil. §. impetu. inſt. eodem.

14 Homicidium committitur facto, conſilio, præcepto. c. ſignificaſti. 18. §. nos. & c. ſicut. §. fin. vbi gloſ. verb. conſilium de homicid. & c. ſi quis viduam. 50. diſt. & c. fin. 23. quæſt. fin. & c. 2. de Cler. pugn. in duell. & l. in eadem cauſa. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & l. eiuſdem legis. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Abb. in c. ad audientiam. à n. 6. de homicid. mitius tamen punitur incitans generaliter ad homicidium quã ſpecialiter. c. ſicut. vbi Doct. §. quia vero de homicid. & cuſtudientes ſarcinas ſicariorũ non ſunt ſine culpa machinationis illorum quamuis ſint ignari, cum eis præbuerint miniſteriũ ſcientes, quòd eſſent ſicarij, non debent tunc eſſe à pœna immunes. c. ſicut. §. hi quoq; vbi Abb. n. 6. de homicid.

15 Homicida non cenſetur ille, qui nõ approbauit, & expreſſè prohibuit conſanguineis ſuis, ne interficerent illum, qui eum grauauerat, & iniuriam intulerat, ſi poſtea illum interfecerunt. c. Petrus. vbi Goffred. Ant. de Butr. Innocẽt. Hoſt. Abb. & omnes de homicid. & quãuis expreſſe non prohibuiſſet, ſufficit, quod non inuitaſſet, nec mandaſſet, vel conſilium dediſſet, nec illis dicentibus ſe eum interfecturos, tacuiſſet, quia tunc ſi taceret audiens, videtur approbare voluntatem illorum. c. ſignificaſti. 18. vbi gl. 1. & 2. & gl. ver. contra. in c. Petrus. de homicid. & c. quia præſulatus. 1. quæſt. 4. & l. fin. C. de fid. inſtr.

16 Homicidium nõ imputatur illi, qui dedit cau-

Digitized by Google

dit cauſam remotam homicidij,& non habuit animum occidendi, quod tamẽ aliter erit ſi dedit cauſam propinquam,vt homicidium ſequatur. c. de cætero. vbi gl. fin. Abb.n.3 & reliqui ſcribentes,& c exhibita de homicid.& l. nihil. vbi Doct ff.de ſicar.& l.ſi quis necandi.C.eodem.

17 Homicidium filij imputatur patri, quãdo mortem filij procurauit, aut negligẽtia eius filius mortuus inuenitur,quoniam negligentia diſſoluta habetur pro ſcientia.c. quæſitum. vbi Doct.de pœn.& remiſſ.& l. ſi fide iuſſor.ff.mand.& l.cum ſex.ff.de ædil lict.edit.& C.ſæpe.50.diſt.& exponens filium ſcienter,& ei negans alimẽta, eximit illum à patria poteſtate, & ſi eſt ſeruus,eximitur à ſeruitute,& ita delanguidis,expoſitis, ſiuè quibus alimenta denegantur , ſi tamen ignorante patre,ſeù domino ſit expoſitus ab alio,tenetur tunc pater, ſeù dñs ſoluère expẽſas.c.vnico.vbi DD.cõiter de infant.expoſit.& l.1.vbi Bald.& Salicet.C. de infantib.expoſit.& ſi ille expoſitus moritur,punitur exponens tanquàm homicida, ſi autem non moriatur punitur pœna arbitraria. l.2. vbi Doct.C de infant.expoſit.& l.necare. vbi Bart. ff.delib.agn. gl.2. in d.l.2.C.de infant.expoſit.

28 Homicidium imputatur illi , qui alium vulnerauit, & nunquam conualuit, quãuis diu vixiſſet. c.presbyterum. vbi Abb.n.3. & alij de homicid.& c.2.de Cler.percut.& c.ſtudeat. 50.diſt. & l.nihil intereſt. ff. ad leg.Corn.de ſicar.& l.ita vulneratus. ff ad leg.Aquil. Bolon. conſil.5. col.2. verſ.pro eadem Iul.Clar.§.homicidium. n.44.ſi tamẽ diuuixit,& conualuit,& poſtea propter aliquam infirmitatem deceſsit,non imputatur tunc homicidium vulneranti.c.ad audientiam de homicid.& gl.ver. ſtudeat.in d.c.ſtudeat.50.diſt.& gl.fin.in c.presbyterum. de homicid.gl.ver.depulſa.in l.vnic. C.de emẽd.ſeruor.& eſt cõmunis,ex Marſ. in l.ſi inrixa.n.59.ff.ad leg Corn.de ſicar.& in pract.criminal.§.& quia.n.16.& conſil. 7.n.26.in fin.Padill.in l.tranſigere.n.30.C. de tranſact.& ita ſi quis vulnerauit, attamẽ vulneratus mortuus fuit exictu alterius,nã ille dicitur homicida, de cuius ictu homo mortus fuit. l.huic ſcripturæ. §.ſi ſeruus,& l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil. hoc tamen intellige quando vnusquiſq; perſe , & ſine auxilio alterius vulnera intulerit, ſi autem ſimùl vulneraſſent, maior eſt dubitatio,nã tunc aut apparet quis ſit vulnerator , aut quis intuliſſet vulnus , ex quo homo mortuus eſt, & tunc ille, qui intulit vulnus letale tenetur de homicidio, alij autem tenentur de alijs vulneribus , ſeù de auxilio, ut excommuni reſoluit Placa lib.1.delict. c.12.n.5. Iul.Clar.lib.5. §.homicidium.n. 41.& ille qui intulit vulnus letale, punietur pœna homicidij, alij autem punientur pœna arbitraria,niſi par pœna eſſet homicidij,& auxilij, vt tenet Ang.in l.ſi in rixa, n.7.ff.de ſicar.& Boſſ in tit.de delict.n.24 ſi autem à pluribus fuit interfectus, & non apparet ex quo ictu , ſeù à cuius vulnere, mortuus fuiſſet,nullus tunc ex interfectoribus eſt puniendus pœna homicidij propter incertitudinẽ , ſed omnes punientur pœna extraordinaria,ex gl.ver. plures percuſſerint.in l.itẽ mela.ff.ad leg.Aquil Din. in c.in pœnis, & in c.in obſcuris de regul. iur. libr.6.cagn.in l.fauorabiliores,& in l. ſemper in obſcuris.ff.de regul.iur. Alex.cõſil.15.col.2. ad fin.lib.1.Nata.conſi 240.n. 9 Boſſ.in tit.de homicid n.26.Rolãd.cõſi. 63.n.10.lib.2.Alciat.depræſumpt.3.gl. præſumpt.44.n.2.Riminald.conſil.23.Ang.de malef.ver.& Andreas.n.21.& eſt cõmunis, tam canoniſtarũ, quàm legiſtarũ. vt refert Natta.vbi ſupra contra Bart.in l.ſi in rixa. nu. 10.ff.ad leg Corn.de ſicar. mihi tamen opinio Bart.verior videtur contra cõmunẽ,& ſine diſtinctione,quam facit Iul.Clar. d.§.homicidiũ.n.37.poſt Cou.r.& Plac. vt ipſe refert. inter eos, qui ex propoſito deliberato hominem interfecerunt,aut in rixa dicens , primos teneri pœna ordinaria homicidij,quãdo nõ apparet ex cuius vulnere homo mortuus fuiſſet,ſecundos vero non.ego dico,quòd agentes, & ſimùl coopẽrantes pari pœna puniri debent. vt eſt text.& ibi gl.verb.pari pœna.& Doct.in c. 1.de offic.iud.deleg. & l.ſi quis.in fin.ff.de iuriſd.omnium iud.vnde omnes puniri debent pœna ordinaria.

29 Homicidiũ etiã imputatur medico,cuius negligẽtia,ſeù imperitia infirmus mortuus fuit,& aliter nõ.l.illicitas. § ſicuti,& Bart. ibi.ff.de offic.præſid.& l.qua actione.§.vlt. ff.ad leg.Aquil.& l.medices. vbi Doct.ff.de var. & extraord. cogn. & l. imperitia. vbi Dec.ff.de regul.iur.& gl.ver.remordeat.in c.ad aures. de ætat. & qualit. non punitur tamen pœna ordinaria homicidij,ſi nõ fecit animo occidendi,ſed alia extraordinaria facit tex.in l.neceſſarios,§.fin.ff.ad Sillan.& tenet Iul.Cla.lib.5. §.homicid.n.17.

Digitized by Google

Merg.conſil.24. nu.36. & tenetur medicus propter culpam,& imperitiam ad damna, & intereſſe. vt tenet Chaſſ. conſil.48. Iul. Clar. vbi ſupra.

20 Qui vulnerauit hominem, & mortuus non fuit, ſed in lecto iacuit, tenetur illi reſtituere operas,quas operare poterat, & amiſit,& expẽſas,quas in medicos,ſeù medicamenta erogauit,vltrà iniuriam,ad quã etiam tenetur. c.1. vbi gl.& Abb. nu.6.de homicid. & l.ex hac lege. ff. ſi quad. paup. fec.& l.qua actione. vbi Doctor. ff.ad leg. Aquil. & l. fin. ff de his qui effud. vel deiecer.& Exod.c.21.

21 Moriens interfectus ab aliquo,dicens ſe ab alio fuiſſe vulneratum,& non à vulnerante,nõ excuſat interficientem, nec propter talem confeſsionem liberatur à pœna homicidij, ſi alia probatione ſe non excuſet,licet multũ adiuuet illa confeſsio morientis. l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriẽs. vbi Bart.ff.ad Sillan.& Iaſ.in l. 1.nu 9.ff de eo per quem fact.erit. operatur tamen, vt ſi contra ipſum vulnerantem ſint vrgentia indicia non ponatur ad turturam, vt tenet Bald.in l.1. C.communia.deleg. Iaſ.in d.l. 1. d.n.9.ff.de eo per quem fact.erit.

22 Homicida eſt,qui facit ab hortiuũ,poſtquam fætus eſt animatus, aut cauſam illi dat, vel aliquid dedit mulieri, quo abhortiuum fecit,& homicidij pœna tenetur. c. ſi quis aliquis. vbi gl.& Abb.n.1. & gl.fin. in c.ſicut.20. de homicid.& l.ſi ſeruus.§.ſi mulier. ff. ad leg. Aquil. & l.ſed ſi quid. §. qui abortionis. & l. Cicero. ff. de pœn. C. Moyſes.32.quæſt.2. ſi tamen fætus nõ erat animatus,quod fit ſpacio quadraginta dierum, ſi eſt maſculus. gl.verb. quadraginta. in §.1.diſt 5.& docet Plin.libr.7. natural. Hiſt. c. 6. & octoginta dierum ſpacioſi eſt fœmina, non incurrit irregularitatem,nec punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria. l.Diuus.ff.de extraord.crim.& l.ſi mulierem. ff. deſicar.& l.pen. C.eodem titul. Cou.ru.in clem. ſi furioſus.2.p.§.3. nu.1. placa.de delict. c.9.n.7.deciſ.Perus.6 n 6. Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt.68. nu.2. & qui dedit venenum,ſeù aliquid fecit cauſa ſterilitatis, vt mulier generare,vel parere nõ poſſet.eſt mittẽdus in exilium.c.ſi aliquis. vbi gl.vnica.& Doct.& c.ſicut.20.vbi gloſ. fin.& Abb.n.8.de homici & d.l.ſi mulierẽ. ff.deſicar.& l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis,& l.Cicero.§ ſed ſi aliquis ff.de pœn.& l.Diuus.vbi Doct.ff.de extraord.crim.

23 Interficiens hominem per induſtriam, aut per incidias, de iure canonico manet irregularis, & poſtea nõ poteſt ad ordines promoueri, & promotus in eis miniſtrare non valet. c.1. vbi Abb.n.1. & omnes de homicid. & c.quæſitum.de temp.ord. & c. ſi quis viduam.50.diſt.Exod.c.21.nec popoteſt collari in beneficio,& ſi poſt collationem fiat homicida,eſt priuandus beneficio,non remanet tamen ipſo iure priuatus. vt tenet Abb.in c.cum noſtris, nu.22. de conceſſ.præb. itaq; deponendus eſt per ſententiam ab officio, & beneficio. c. cum non ab homine de Iud.vbi notat Abb.n.4. & c.inquiſitionis.de accuſat.& c.presbyter 81.diſt. & c.de his vero. 50. diſt. & c.ſicut dignũ.§.fin.de homicid.& indiſtricto clauſtro monachorum, ſeù regularium eſt includendus per quinquenium, vel ſeptennium, ſecundum qualitatem perſonæ, ſeù ætatem illius. d. c. ſicut dignum. §.fin. de homicid. & c. tuæ de pœn. & c. ſi ille.50. diſt. & c.delapſis. 16 quæſt.6. Bernard. in pract.c.94. n. 1. vbi Salzed. & Ioan. Vella. in tract.de pœn.delict.c.15. §.nouiori iure. in noſtra Luſitania tamen non vtuntur Iudices Eccleſiaſtici hac detruſione in monaſterium, ſed relegant Clericos homicidas in Æthiopiam vltrà mare per quinquennium, quæ pœna exilij ſuccedit loco detruſionis in monaſterium, & ita obſeruat praxis.

24 Interficiens vero hominẽ ex animo deliberato per induſtriam, ſiuè per inſidias, de iure ciuili debet mori, quod fecit enim ſemper expectet. l.3. C.de Epiſc.aud.& l. ſi ſeruus. C.de his,qui ad Eccleſ.conf. & l. 3. §. legis Corneliæ, & l. qui cædem. ff. de ſicar. & l.pœna. ff.de parricid.& §. itẽ lex Cornelia.1.inſt.depubli.iud.& l.1.C.quãd. liceat vnicuiq;. Hipp.in l.1.à nu.1.C.de ſicar. Boſſ.in tit.de homicid.n.106.Iul.Clar. d.§.homicidium.nu.18. Petr.Greg.lib.36. Syntagm.c.15. n.10.Ant.Gom.3.tom.var. c.3. n.1. placa.de delict c.10.n.2. nec hodie obſeruatur illa diſtinctio, quam faciũt. d. l.ſi ſeruus. & d.l.3. §. legis Corneliæ. & d. l.qui cædem. ſed indiſtinctè omnis qui proximum interficit morietur. differt tamen in hoc nobilis a plebeo, nam nobilis decapitatur, plebeus vero patibulo ſuſpẽditur. vt notat gl.verb.torquentur.in l.deſertorum. ff.de remilit.Iacob.in l.capitalium.§.famoſos. n.74. ff. de pœn. priuatur etiam homicida omnibus bonis, quando ad mor-

Digitized by Google

ad mortem condemnatur, ſi non habet aſcendentes, aut deſcendentes, vſq; ad tertiam generationem, vxor tamen illius, habebit ſuam dotem, & donationes ante nuptias. auth. vt nulli iud. §. fin. vbi Bart. coll. 9. gl. 1. in l. 1. ff. de bon. damnat.

25 Interficiens hominem, ſine animo interficiendi, non punitur pœna mortis naturalis, ſed alia mitiori, conſiderata qualitate euentus, & perſonæ. l. 1. §. Diuus. vbi Bart. & l. lege Cornelia. & l. Diuus. vbi Doct. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edict. & l. 1. & l. cum qui, vbi Bald. C. ad leg. Corn. de ſicar. & c. cum voluntate de ſent. excõmunicat. nec etiam aliqua pœna punitur, qui iure hominẽ occiderit. l. itaq;. §. lex. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. & l. 2. C. quando liceat vnicuiq;. & §. iniuria. inſt. de leg. Aquil.

26 Pœna capitis punitur, qui venenũ cauſa necandi hominis fecerit, aut vendiderit, vel habuerit in publico loco, in ſecreto vero mitius punitur. l. 1. §. 1. & l. eiusdem legis. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & ſi veneno aliquẽ occiderit, atrocius punitur, quàm ſi gladio occidiſſet. l. 1. vbi Doct. de malef. & math. Gram. conſil. 36. plac. de delict. c. 20. à n. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. homicidiũ. n. 13.

27 Homicidij pœna punitur ille, qui cum telo, & arco ambulauit, aut ſelopo onerato cinibus ſulphureis, & pila plumbea, ſeù ferrea, hominem inſequitur cauſa illum occidendi, & id procurauit licet eum non occidat. l. is qui cum telo. vbi Bart. Bald. & alij. C. ad leg. Corn. de ſicar. de conſuetudine tamen, non punitur pœna mortis, ſi telum, aut tormentum, nõ proiecit, ſed eſt mittendus in exilium, & punitur pro arbitrio iudicantis, vt tenet Salicet. in d. l. is qui telo. C. de ſicar. & l. 1. ff. de extraord. Thom. gram. voto. 8. n. 10. & 12. Cou. ru. in clem. ſi furioſus, in prin. 2. p. n. 6. Igneus. in l. 1. §. occiſorum. nu. 41. ff. ad Syll. Iul. Cla. lib. 5. §. fin. q. 92. n. 2. Gerip. cõſi. 6. n. 14 & 20. & dixi ſupra ver. delictum. §. 55. vbi dixi quando affectus puniatur in delictis.

28 Interficiens parẽtem, aut filium de iure canonico detruditur in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, c. 1. & c. 2. vbi Doct. de his, qui fil. occid. de iure autem ciuili, inſutus culeo, cum cane, & gallo, & vipera, & ſimia projicitur in mare, aut in flumen, vt omnibus careat elemẽtis. l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & l. vnica. vbi notant omnes ſcribentes. C. de his, qui parẽt. vel liber. & § alia deinde. vbi Ang. de Aret. inſt. de publ. iud. Abb. in c. 1. n. 3. de his, qui fil. occid. Merg. conſil. 26. n. 32. hodie tamen iam hoc non eſt in vſu, ſed datur aliqua crudelis mors ob criminis atrocitatem.

29 Mandás interficere per aſſaſsinos, & factores, defenſores, auxiliatores, occultatores, ipſo iure remanent excommunicati, & priuantur officio, beneficio, dignitate, ordinibus, atq; honore, licet mors non ſequatur. c. 1. vbi Ioan. Monach. Dominic. Ioan. And. & omnes de homicid. lib. 6. & dixi ſupra verb. aſſaſsinus. §. 2.

30 Interficiẽs Prælatum, aut Clericum Eccleſiæ, perdit omnia, quæ habet ab Eccleſia, cui deuoluuntur, & eius poſteri vſq; ad quartam generationem non admittuntur ad Clericatum regularem, aut ſecularẽ c. in quibuſdam, vbi Doct. nu. 1. de pœn. & c. ſi quis deinceps. & c. quisquis. 17. quæſt. 4. & c. ſi quis rapuerit. 27. quæſt. 1. interficiens vero presbyterum priuatur officio, & beneficio, & omni dignitate, ſi illam habet, & feudo, quẽ ab Eccleſia habet, & duodecim annos pœniteat, & ſi fiat aliqua cõpẽſatio pecuniæ, pars applicatur Eccleſiæ, cui præfuit, & alia pars animæ defuncti, & manet ſine ſpe coniugij. c. presbyteri, & c. ad aures, & c. in quibuſdam. de pœn. & c. 2. de pœn. & remiſſ. homicidium tamen neceſſarium non priuat ſpe coniugij, niſi interueniat machinatio in mortem alicuius coniugis. c. 1. vbi Doct. de diuort.

31 Homicidium perpetratum ab infante, ſeù furioſo non punitus, infans enim tuetur ex innocentia, furioſus vero ſatis ſuo furore punitur. l. infans. vbi communiter Doct. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. ſi infanti. C. de iure deliberand. & l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & clem. vnica. vbi notant communiter ſcribentes. de homicid. placa. libr. 1. delict. c. 29. n. 1. Bald. in l. furioſum. ff. qui teſt. facer poſſ. Iaſ. ibidem. n. 8. & in l. ex facto. n. 30. ff. de vulg. & pupi. & in l. ſi ſeruum. n. 7. ff. ſi ex noxal. Rip. in l. fin. n. 229. C. de reuocãd. donat. & in d. l. ex facto. n. 73. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 7. Viuius. in ſuo libro. commun. opin. verb. furioſus occidẽs cagn. in l. in negocijs. nu. 3. ff. de regul. iur. Mench. controuerſ. illuſtr. c. 96. n. 31. Marſil. in l. 1. num. 58. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Doenn. regul. 259. Gomez in §. item ſi quis infraudem. nu. 6. inſt. de act. & dixi ſupra verb. furioſus. §. 2.

Digitized by Google

Doct.de teſtib.& c.non dico. de cōſecrat. diſt.5. Abb.& Goffred. in Rubric.de obſeruat.ieiun.Ouand.in 4.ſent.diſt.16.prop.50. quartum ieiunium morale dicuntur ieiunare,qui diſcretè,& moderatè ſingulis diebus reficiuntur. d. c.non dico.de conſecrat.diſt.5.

2 Ieiunium eſt afflictio, & maceratio carnis,vt tenet Abb.in Rubric.nu.1.& alij de obſeruat ieiun. ſumma Ang.verb. ieiuniū in prin.& de ſubſtantia ieiunij eſt vna comeſtio in die à media nocte,ad mediā noctem hora conſueta,& qui plures vices comedit frangit ieiunium,niſi ſit aliqua medicina ,aut quod pro nihilo reputetur. c. ſolent.vbi Doct.de cōſecrat. diſt.1.Abb.in Rubr.nu.4.de obſeruat.ieiun.ſumma Ang. verb.ieiunium.§.2. Nau.in Manu. c.21.n.15. & quamuis in iure non ſit terminata hora,in qua,diebus ieiuniorum,ſit cōmedendum , niſi ſolum in quadrageſsima per text.in d. c. ſolent plures de cōſecrat.diſt.1. vbi terminatur , quod veſpertina hora completa ieiunium ſoluatur,de conſuetudine tamen ſummitur cœna medio die, vna hora ante vel poſt,quæ cōſuetudo obſeruanda eſt vt inquit Arch.in d.c.ſolent. & Doct.in Rubric. de obſeruat.ieiun. nec etiā collatio,quæ de more ſuſcipitur,frangit ieiunium,ſi ſit modica,& tantū ab ſubſtentandam naturam, nec potus,ſiuè ſumatur ante cœnam , ſiuè poſt, nec refert vtrum ſit vinum, vel aqua. vt tenet Abb. in Rubric.n.3.de obſeruat.ieiun.D.Thom. 22.quæſt.147.art.6. ſumma Ang ver.ieiunium.§.3.Nau.in Manu.c.21.n.13.

3 Ieiunans in pane,& aqua,poteſt vti leguminibus, aut piſciculis, ſeù alijs cibarijs deficiente pane,quia ſemper in his caſibus intelligitur,ſi neceſsitas aliud non expoſcat. c.licet, vbi gl.1.Abb.num.2.& alij.de pœn.& remiſſ. & c. ad limina. 30.quæſt.1. Merg.conſil.12.n.27.

4 Carnes poſſunt comedi in quadrageſsima,ſi tāta fames ingrueret. vt populus periret,& etiā die Sabbati ab infirmis,ſi magna ſit neceſsitas , aut vbi ſit conſuetudo, ſicut eſt in pluribus partibus Hiſpaniæ. c. conſilium.vbi Abb.n.3.& omnes de obſeruat.ieiun.requiritur tamen licentia Epiſcopi ad comedendas carnes in quadrageſsima,aut propter aliquam neceſsitatem,vt diſcernat in illa neceſsitate, verum ſit ſufficiens,aut non, ſi tamen fuerit magna neceſsitas, ſeù fames,ita vt ille, qui carnibus vtitur poſitus eſſet in periculo , non erit tunc neceſſaria licentia. vt tenet Abb. in d. c.conſilium.nu.4. feria tamen ſexta non licet comedere carnes. c. de eſucarnium, de conſecrat. diſt.3. Abb.in c.fin. nu.1. de obſeruat.ieiun.niſi feſtum Natiuitatis Domini veniat feria ſexta , quia tunc licitum eſt comedere carnes propter feſti excelentiam,exceptis vouentibus, & profeſsis,qui ex voto à carnibus ſe abſtinēt:c.explicari. vbi Doct.de obſeruat ieiun.

5 Ieiunatur in tota quadrageſsima,exceptis Dominicis diebus , & incipit quoad laicales perſonas à quarta feria cinerum, vſq; ab Sabbatum Sanctū incluſiuè. c.quadrageſsima de conſecrat.diſt.5.& etiam ieiunantur quatuor tempora anni.c.de ieiunio,& c.ſtatuimus,& c.igitur.76.diſt.& omnes Vigiliæ Apoſtolorum,exceptis Vigilijs Sancti Ioannis,& Sācti Phelippi,& Iacobi, quoniam Vigilia Sancti Ioannis venit in die Sancti Stephani,& Vigilia Sancti Phelippi,& Iacobi venit tēpore Paſchali, quo tempore vſq; ad Aſcenſionem Domini nō ieiunatur,propter ſolemnitatem Paſchalem, nec etiam ieiunatur veſpora Annunciationis Beatæ Mariæ, ſi illo tempore veniat, vbi à Prælatis in ſuis conſtitutionibus iubetur ieiunari, c.2. de obſeruat. ieiun.& c.ieiunium. §.non autem.76.diſt. & c. rogationes de conſecrat. diſt.3. quando tamen venit Vigilia in Dominica ieiunatur in Sabbato. c.1.& 2.de obſeruat ieiun. Ieiunatur etiam in Vigilia Natiuitatis Domini,& in Vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ, d. c. 1. de obſeruat. ieiun. & Vigilia Omnium Sanctorū,& Sancti Ioannis Baptiſtæ,& Sancti Laurentij, & Vigilia Penthecoſtes,& ita obſeruat conſuetudo.c.ieiunium.76.diſt.ſumma Angel.verb. ieiunium. §.8.

6 Alijs etiam diebus ieiunatur,ſecundum conſuetudinem,& conſtitutiones vniuſcuiuſq; Epiſcopatus, quoniam omnia ieiunia ſunt inſtituta de iure poſitiuo,licet nō nulli aliter tenеant de ieiunio quadrageſsimali , vnde in hoc multum valet cōſuetudo,& ea obſeruari debet. c.fin.vbi Doct. de conſuet.Gabrie.in 4.ſent.diſt.16.quæſ.3.dubio.1.Ouand.d.diſt.16.prop.53.

Excuſantur à ieiunio infirmi,impotētes, vt ſunt pueri,& ſenes,& illi qui ieiunando nō poſſunt ſatisfacere vitæ ſuæ, aut ſtatui. D Th.22.q.147.art.4.Caiet.in ſumma ver. ieiunium,c.3.Nau.in Manu.c.21.n.16.

Verbo

Verbo Ignorantia.

1 IGnorantia propriè eſt ignorare illud, quod quis tenetur ſcire. §.vt itaq;. diſt. 37. Abb.in c.Apoſtolicæ. nu.4. de Cleric. excommunicat. & alia eſt iuris, alia facti, l.1.vbi Doct.& l.error.& l.regula ff.de iuris,& fact.ign. & C.fin. §. notandum, & §. vlt. 1.quæſt.4. & gloſ.verb.ſupina.in c.2.de conſt.lib.6. ignorantia tamen iuris,alia eſt iuris diuini, alia iuris naturalis, alia iuris canonici,alia iuris ciuilis. §.item ignorātia. 1.quæſt.4. & gl.ver.cum itaq;.38.diſt.

2 Ignorantia iuris naturalis,ſeù diuini,nō excuſat illum,qui eſt adultus,& mente cōpos. l.iuris ignorantia. 1.& 2.ff.de iuris,& fact ign.&c.ignorantia de regul.iur. lib.6. & gl.verb. cum itaq;.38.diſt. Abb.in c.per tuas.nu.3.de ſim.c.ſi cupis,16.quæſt. 1. & l. 2. vbi Bart.n.2. C.de in ius vocand.& gloſ. verb. omnis. in §. notandum. 1.quæſt.4. à dolo tamen bene excuſat. l.ſed & ſi lege.§. ſcire.ff.de hæred.pet.Dec. in l.qui in ius.§. nemo videtur.ff.de regul.iur.& dicit communem Cæp conſil.ciuil.18.n.5. Iul.Clar. §.fin. quæſt.60.n.14.

3 Ignorantia iuris canonici,aut ciuilis nō excuſat. l.1. & l. regula. ff.de iuris.& fact. ign.& l.cum ignorantia. vbi Doct. & l.cōſtitutiones,& l.ſi mancipia. vbi Salicet.C. eodem titul.& c.ſi in laicis,& c.quæ ipſis. 37. diſt. ſi tamen ſit ſtatutum in vna regione, datur ignorātia in hominibus alterius regionis. c.2. vbi gl.verb. ſupina de conſt. lib.6 gl.verb.non niſi,in c.à nobis.21.vbi Abb.n.9. Ioan.And.& alij de ſent.excommunicat. & dicit communem Grat.conſil. 49.nu.35. Plot.in rep. l.ſi quando.nu.858. niſi ſtatutū diſponeret in illo, quod diſponit ius commune, quia tunc non excuſaretur homo alterius regionis prætextu ignorantiæ ſtatuti,vt tenet Bart.in l.cunctos populos.n.21.& Iaſ.n.30.in lect.1.& n.68. in lect.2.C.de ſumma Trin.Boſſ. in tit.de pœn.n.18. Marſ.in l.fin. n.81. ff. de iuriſd. omnium iud.Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.85. n.2.Leo.in tract.noui op.c.5.n.14.

4 Excuſantur etiam regulariter milites, impuberes, & minores per iuris canonici, & ciuilis ignorantiā,ſi agit de dāno vitādo & de bona fide,l.1.& 2. C.de iuris,& fact. ign.& l.regula,& l.fin ff.eodem.& l.cum de indebito.§.ſin autē ff.de probat. & gl.ver. omnis ignorantia,in §.notandum.1.q.4.

5 Et ruſticus etiam excuſatur per iuris ciuilis ignorantiam de illo, quod per imperitiam fecit,& agit de dāno vitando,quoniam, vbi non datur malicia, eſt parcendū ruſtici ſimplicitati. l.ſi quis id. §.doli.ff.de iuriſd.omnium iud.& l.ex quacumq;. ff. ſi quis in ius vocat. & l. 1. §. edenda. ff. de edend.& l.ſi quis in grtui. §.ſi quis ignorans.ff.ad Sillan.& l.quicumq;. C.qui admitt.ad bon.poſſ.& gl.ver. ſimplicitatem. in c.ſuper litteris de reſcript. Abb.in c.ex multa.n.5.de vot.& Thom.ferrar. cautell. 17. & c.cum vniuerſorum. vbi gloſ.pen.de rer. permut. non debet tamen ſimplicitas alicui damnoſa eſſe, quamuis ſit contraria fraudi. l.1.ff.de dolo.& § ſed quia ſtipulationes. vbi gl.verb. ſimplicitas. inſt.de fid. commiſſ. hæred.

6 Mulieres etiā excuſantur, vbi ſic agitur de damno vitando,& datur bona fides, per iuris ignorantiam,quia etiā fragilitati mulierum,eſt ſuccurrendum. l.cum de indebito,§.ſin autem.ff.de probat. & §.notandum.vbi gl.ver.ignorantia.1.quæſ.4.& gl. verb. cum itaq;. in §.cum itaq;. diſt.38. in lucro tamē captando,& in his, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris obſeruādum, nulla iuris ignorantia excuſat.l.error.§.iuris autem,& l.regula,ff.de iur.& fact.ign. & l.1. vbi Bart. Bald. & Salicet. & l.fin. vbi etiam notant Doct. C.eodem fallit tamen in caſibus.gl.fin.in d.l.fin.

7 Ignorantia facti eſt triplex,videlicet affectata,craſſa,ſiuè ſupina,& probabilis,ſiuè inuincibilis. c.Apoſtolicæ,vbi gl.ver.probabilis,& Abb. n.3.de Cler. excommunicat.Leo.in tract.noui op.c.2.n.23. Gerip. conſil,38. n.6.

8 Ignorantia affectata eſt illa, qua quis ignorat illud, quod ſcire potuit, & tenetur, ſed noluit & hæc ignorantia non excuſat. c.eos qui. vbi gl.verb.affectata, & Doct.de tēp.ord.lib.6.& c.cum inhibitio.§.ſi quis. de clamdeſt. deſponſ.& l.qui contra. C.de inceſt.nupt.& §.vt itaq;.37. diſt.& gl.ver. ſcienter. in c.fin. §. vt autem. vbi Gem.de offic.& poteſt iud.deleg.libr.6.& gl.verb. ſcienter.in clem.de conſang.& affinit.præpoſit.in c.non debet. n.21. verſ.pro complemento quæro.de cōſang.& affin.& Fel. in c.à nobis.col.1. verſ.dicas. quod ignorantia affectata de except.Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium. §.ſi quis ante.n.7.ff.deleg.1.

9 Ignorantia craſſa,ſiuè ſupina eſt illa,qua quis ignorat illud,quod oēs ſuæ qualitatis ſciunt,

Digitized by Google

ſciunt,& ſcire facile poterat, ſed ſcire non curauit, & hæc etiam nõ excuſat. c.Apoſtolicæ.vbi Abb. nu.3. de Cler. excommunicat.& c.1. §.fin.de ord.ab Epiſc.qui renunciauit Epiſc.& c.vt animarum. vbi gl. verb.ſupina.de conſt.lib.6. & l.nec ſupina. ff.de iuris,& fact.ign.& gl.verb.ſcienter.in c.fin. de offic.iud.deleg.lib.6.

10 Ignorantia probabilis, ſiuè inuincibilis eſt illa,qua quis ignorat illud,quod cõmuniter homines eiuſdem qualitatis ignorãt, adhibita ſufficienti diligentia,& eum ſcire non oportet, & hæc ignorantia excuſat. c. Apoſtolicæ.vbi gl.ver.probabilis,& Doct. de Cler.excõmunicat.& c.ſi vir.de cognat. ſpiritual. & c.1. & 2. de ord. ab Epiſc. qui renunc.Epiſc.& c.2. vbi Doct.de Cõſt.lib. 6. & l.1. & l.iuris.1. & l.error. & l.regula. ff. de iuris.& fact.ign.& gl.1.in c.ſi vero.2. de ſent.excommunicat.Nau.in Manu.c.23. num.45.

9 Ignorantia regulariter nõ datur in facto proprio,certus enim quis eſſe debet de facto ſuo. c. ab excõmunicato. vbi Doct. de reſcript.& l.quisquis. C.de reſcind. vend. & l.quamquam.ff.ad vell.& gl.verb.per ſe. in c.ſi à iudice de appellat.lib.6.& gl.verb. feciſſe,in clem.vnica.de probat.aliquando tamen datur ignorantia in facto proprio, quando aliquis fuit deceptus, & certat de damno vitando, c.in lectum.34.quæſt.2.& l.ſed & ſi.ff.de cond.ind.& gl.verb. præſumitur. in regula præſumitur, de regul.iur. lib.6. Bart.in l.cum de indebito.nu.5.ff.de probat Abb.in c.cum illorum.n.7.de ſent. excõt.Iaſ.in l.ſi res.num.35. ff.deleg.1.aut propter longinquitatem temporis. l. per egre. vbi Doct.ff.de acquir.poſſ. gl.fin.in l. quisquis.C.de reſcind.Abb.in c.fin.nu.23. de confeſſ.

10 In facto vero alieno ſemper præſumitur ignorantia,niſi probetur ſcientia. l.qui in alterius. vbi Dec.nu.1. ff.de regul.iur.& l. fin. ff.pro ſuo. & l. plurimum. ff.de iur. & fact.ign.Abb.in c.fin.n.23. de confeſſ.& l. quod vulgo. vbi Doct. ff.pro empt. Iaſ. in l.ſi res obligata. n.38.ff.deleg.1. c. præſumitur.de regul.iur. libr.6. & c.ſi vero.2.de ſent.excommunicat. & l.verius. ff.de probat.& gloſſ.verb. ab ijs. in c.ſi beneficia de præb. lib.6. niſi factum alienũ fuiſſet publicum , aut ſæpius tractatum , quia tunc præſumitur ſcienria. l. procula.ff.de probat.& l.ſi patronus. ff. de confirmand. tut. Bald. in l.cum alienam. C.de leg.aut ſi factum alienum ſit tale, quod qius teneatur indagare,ratione officij, ſi forte approbat aliquem ad ordines,ſiue ad beneficium,ſeù officium, ſi in hoc indagando non fecit illa,quæ ſunt neceſſaria, & approbauit illũ, quem approbare,propter ſua delicta,malos mores,vel aliquem deffectum,non debebat,tunc non excuſatur propter ignorãtiam facti alieni. c.innotuit,vbi gloſ.verb. ignorantiam,& Doct.de elect.facit text.in c.quamuis de regul.iur.Iaſ.in l.ſi res obligata.n.41. ff.deleg.1.

11 Ignorantia non præſumitur in his, quæ publicè fiunt, ſed potius ſcientia , nec etiã præſumitur ſcientia in his , quæ occultè fiunt , eſt enim in vtroq; neceſſe probare contrarium in illo,qui nec ſcire,nec indagare tenetur.c.1. vbi gloſ.verb.publice.de poſtulat.& l.conſtitutiones. vbi Bald.C.de iur.& fact.ign.& gl.in c.præſumitur.de regul.iur.lib.6.

12 Ignorantia illius rei , quæ dependet à conſcientia alicuius poteſt probari per iuramentum illius, niſi recuſet iurare , quia tunc non præſumitur ignorare, c. ſi vero. 2.vbi Abb.nu.4. de ſent.excommunicat.& c.nulli, vbi Ioan.Monach.Dominic.Arch. Ioann.And.Anch.& omnes de elect.libr.6. Gerip.conſil.32. n.24.

13 Ignorantia, & dubitatio, ſiuè titubatio, & error,& neſcientia,differunt,namq; ignorans eſt ille,qui nihil ſcit,& ſcire tenetur,neſciens eſt ille,qui ſcire non tenetur, dubitans, ſeù titubans eſt ille,qui animum ſuum ad plura applicat,ſed in re certa illũ non firmat, nec ſcit,quod eligat, errans eſt ille,qui credit vnum,& eſt aliud. l.1.& per totum.ff.de iur.& fact.ign.& gl.vnica.in l. de ſtatu.ff.qui teſt.facer.poſſ.

Verbo Impedimentum.

1 IMpedimentum aliud eſt circa rem,aliud circa perſonam, & quando impedimentum eſt circa perſonam, & non circa rem, non perditur poſſeſsio. l.licet. vbi gl.ver. metus. Bart. Bald. Salicet. & omnes. C.de acquir.poſſ. Iaſ.in l.is qui pro emptore.n. 98.ff.de vſucap.aliter tamen,ſi impedimẽtum eſt circa rem. d.l.licet.vbi gl.& Doct. & l.ſi id quod.§.quod autem,vbi Bart.ff.de acquir.poſſ.

2 Impedito non currit tempus.l.1. §.fin. C.de annal. except. & l.fin. §.donec. C.de iure.delib.& l.1. C.de bon.mater. & c.fin. de elect.

Digitized by Google

de elect.& gl.verb.ſuſpenſionis. in c.quia diuerſitatem depræb.Abb.in cap.extranſmiſſa.n.4.depræſcript.Dec.in l.1. n.27.C. qui admitt.Fel.in d. c.extranſmiſſa. col.1. Balbus.depræſcript.1.p.6.princip.à.n.21. Roman.conſil.84. Valaſc.conſult.130. nu. 31.non ſufficit tamē,vt impeditus alleget impedimentum, ſed tenetur probare, ſe agere voluiſſe, & probare cauſas, propter quas fuit impeditus, & illas fuiſſe cauſam impedimenti. l.ſed & ſi. §.quotiens. ff. ex quib.cauſ.maior.Bart.in l.2.§.quod diximus.ff.ſi quis caut. Abb.in c.extranſmiſſa. n.6. depræſcript. & tenetur probare quòd toto tempore fuit impeditus, & agere nō potuiſſet, quia non dicitur impeditus, qui potuit remouere impedimentum. l.qui poteſt facere. vbi Dec.n.1. ff de regul.iur. Bart in l.ſed & ſi.§.1. ff. ex quib.cauſ. maior. Bald.in l.quibus diebus. ff.de cond.& demonſtr.& Abb.in c.plerumq;. n.6.& in c.ſciſcitatus. nu.4. de reſcript.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori, n.6.ff.de noui op.nunciat.& Iaſ.n.3.ibidem.

3 Impedimentum ſuperueniens pendēte iudicio tollit iuriſdictionem, & reſtituitur impeditus ſublatò in totum impedimēto, c.prudentiam. §.ſexta. vbi notant cōmuniter Doct.de offic.& poteſt iud.deleg. & gl.verb.infamem. vbi Abb.n.6.in c.ſciſcitatus.de reſcript.& ſunt illi dies impedimenti reformandi.l.quibus diebus.vbi Doctor.ff.de cond.ind.

4 Impedimentum debet probari, quando ab impedito allegatur, per ſufficientē probationem, ſicut probatur quæcumq; alia cauſa,& non per iuramentum impediti,cū depræiudicio tertij agatur. vt tenet Abb. in c.ratione, nu.11.de appellat. & in c.ex litteris.n.14. de in integ.reſt.& impedimētum infirmitatis probatur per medicos, vt praxis obſeruat in noſtra Luſitania, quod per ſchedulam medici de infirmitate atteſtantis, cum affirmatione iuramenti ſui gradus probetur impedimentum infirmitatis,vt refert Valaſc.conſult.66.nu.13. & ego ita video cōmuniter obſeruari in omnibus tribunalibus,tàm ſecularibus,quàm Eccleſiaſticis, ſed quidem hæc praxis non eſt bona, imprimis medici in noſtra Luſitania quaſi omnes ſunt homines multū faciles ad has ſchedulas concedendas, nec ego intelligo quale ſit iuramentum ſuorū graduum ſubquo affirmant impedimentū infirmitatis, vnde exiſtimo, quòd melius eſſet, ſi perſonaliter iurarent,debet tamen ille,qui comparere non poteſt,mittere excuſatorem ad iudicem, vt illi notificet impedimentum,ſeù aliam iuſtam cauſam abſentiæ, quia vtile eſt abſentibus à quibuſcumq; defendi. l. ſeruum. §.publicè. ff.de procurat.Bart.in l.quæſitū.n.2 ff.de reiud. & operatur hæc notificatio facta iudici, vt ſi poſtea ferat ſententiam, nullo termino aſsignato,ad probandum impedimentum, ſit ipſa ſententia nulla,quia ſine illa notificatione valet ſententia,ſed impeditus reſtituitur,probato impedimento. l.fin.ff.de in integ.reſt.Bart.in d.l.quæſitum.d.nu.2. Valaſc.conſult.66.n.13.

5 Impeditus facto iudicis,ſeruatur illæſus, nec illi currit tempus, nec indiget reſtitutione. c. ex inſinuatione de appellat. & c. anteriorū.§.ad hæc.2.quæſt.6. & l.præſes. C.de appellat.gl.verb.impotentiam.in c. ex ratione de appellat.impeditus tamen alia iuſta cauſa debet à iudice releuari, ſi vocatus non veniat,putaui fluminis,aut tēpeſtatis. c.tenor.de ſent.& reiud.& l.2. §. ſi non. vbi Iaſ.ff.ſi quis caut.& l.qui commeatus. vbi Doct. ff.de remil.& gl.ver.impotentiam in c.ex ratione de appellat.

6 Debet tamē impeditus,quàm citius potuerit venire, aut mittere procuratorem. c.cum parati. de appellat.& c.cum dilecti. vbi Ant.de Butr.Hoſt Abb.& alij de dolo & cōtum.idem Abb.in c.ex ratione.n.10. de appellat.Valaſc. conſult.130. nu.32.ex quo enim quis poteſt mouere ſuam actionē non dicitur impeditus. l.in rebus.C.de iur.doc.& l.1.§.fin.C.de annal. præſcrip.

7 Impeditus dolo tertij alicuius priuati, non releuatur,nec eſt reſtituendus,ſed habebit recurſum cōtra impedientem ad intereſſe,ſi ille ſit ſoluendo. l.arbitrio.§.dolo.ubi Doct ff.de dolo mal.& l.& hoc edicto.ff.de eo per quem fact.fuer.& l.dedi.§. fin.vbi Iaſ.n,5. ff de cond.cauſ.dat.& l.2.§. fin.& l.ſed actio.ff.ſi quis caut.& glo.verb. conditioni,in l.quibus diebus. ff.de cond. & demonſtr.& gl.verb. impotentiam.in c. ex ratione de.appellat, ſi vero ille tertius non ſit ſoluendo, reſtituitur impeditus,inhumanum enim erit ſi propter dolū alienum,vnus lucrum conſequatur,& alter dānum patiatur. l.ex hoc edicto. §.plane. ff. de eo per quem fact. erit. & l.eleganter.§. ſi dolo. vbi Bart. ff. de dolo malo. gloſſ. verb.impotentiam. in c.ex ratione.de papellat.

Paupertas

8 Paupertas eſt iuſtum impedimẽtum ad excuſandum appellantem à proſecutione appellationis intrà annum, & tunc debet vti beneficio reſtitutionis, facit text. in c. quod de his de ſent.excommunicat. Abb. in c.ex ratione. n.5. de appellat. Bald.in l. acceptam col.pen. quæſt.33. in fin. C. de vſur.

9 Impediens ne citatio,appellatio,& excõmunicatio,& notificatio ad eum perueniat, vim facere videtur.l.1.§.ſed & Ariſto. vbi Doct. ff.quod vi aut clam, & faciet tunc iudex illam intimari ſolemniter in loco publico,& ſic valebit,& aliter nõ,clem. cauſam.vbi notant Doct.de elect.debet tamen impeditus probare ſe fuiſſe impeditum à parte aduerſa,aut ab alio eius facto, ſiue à domeſticis, vel coniunctis illius, vt notat Bart.in d. l.1.§.idem Labeo.ff.quod vi aut clam.impedimentum tamen licitũ, & iuſtum ſuperueniens poſt citationem prodeſt etiam illi, qui ſine cauſa iuſta ſe abſentauit. c.inter quatuor.vbi Abb. nu.3. de cler.non reſid.

10 Impedimentũ non præſtat quod de iure non tenet,nec ſortitur effectum. c.illud,& c.cum laici,de iure patr. & c. non præſtat. de regul.iur. lib.6. & l.dari ſtipulatus.2.ff. de verb. obligat.fallit tamen, vt in gl.d.c. non præſtat de regul.iur.lib.6.

Verbo Incendiarius.

1 INcendiarius dicitur ille,qui malo ſtudio, pro odio, ſeù vindicta ignem appoſuit, aut apponi fecit,vel ſcienter appoſitoribus dedit conſilium,vel auxilium. c.peſsimam.23.quæſt.8. & c. cum deuotiſsimam. 22.quæſt.2.l.fin.ff.de incend.ruin.Summiſtæ.verb.incendiarius.in prin.

2 Incendiarius voluntarius,qui animo dãni faciendi ædes, aream, ſegetes,aceruum vè frument icõbuſſerit, de iure canonico, tenetur reſtituere omnia combuſta,& ſublata, & tres annos pœnitere, & incurret maiorem excommunicationem ipſofacto, à qua ante denũciationem poterit abſolui ab Epiſcopo diæceſano, poſtea vero non poterit adſolui niſi à Romano Pontifice,& carebit Eccleſiaſtica ſepultura, c. ſi egreſſus,& c.ſi quis domum, de iniur. & damn. illat.& c.tua nos. de ſent. excõmunicat. & c.peſsimam.23.q.8. Ioan.deligan.in tract. de cenſur.Eccleſiaſt.§.26.n.1. Sylueſt.ver. excõmunicat.7.excõmunicat.7.Ioan.Vell. in tract.de pœn.delict.§.Pontificũ.ſummã Ang.ver.incendiarius.§.2.de cõſuetudine tamen in noſtra Luſitania loco illorũ triũ annorum pœnitentiæ relegatur per tres annos extra mare à iudice Eccleſiaſtico, quia hodie pœnitentia pro quocumq; crimine eſt arbitraria,facit tex. in c.menſurã de pœn. diſt.1. nec eſt certa pœna indicta contra Clericos incendiarios,vnde arbitraria imponi debet. vt tenet Marcus Ant.in inſtitut.canon.lib.4. Rubric. de diuerſ.delict.verſ.qui incendium. Bernard.& Salz. in pract.criminal.c.105.n.1.

3 Et ſic tenetur ſarcire damnum , quando fuit in lata,leui, vel leuiſsima culpa. c.fin. vbi gl.ver.ſi culpa de iniur.& damn.illato. & l.latæ culpæ. ff.de verbor.ſignifi.& l.qui ędes.ff.de incẽd.ruin.Exod.c.22.& tenetur etiam ad ſarciendum damnũ vicinis. l.qui occidit.30. §.in hac.vbi Doct.ff.ad leg.Aquil.Bald. in l.data opera.n.4.C.qui accuſ. non poſſ.Hyppolit.in l.1.n.115.ff.de ſicar. Ioſep.Ludo.dec.25.n.10. Menoch.de arb. caſu.390.n.24.& etiam punitur criminaliter per arbitriũ iudicis,ſi fuit in culpa, cũ dolo, conſiderata qualitate culpæ, & doli, d. l.qui ædes.vbi gl.fin.ff.de incend. ruin. Menoch. de arb. d. caſu.390.n.12.Ioſeph. Ludo.deciſ.25.n.10.

4 Incendiarius,qui ſciẽter ignem apponit domibus,ſeù ædiſicijs,aut ſegetibus,vineis oliuetis,aut arboribus, & illas cõbuſſerit, de iure ciuili , vltrà damni æſtimationem capite punitur.l.1.& l.ſi quis dolo.ff.de ſicar. & l.data opera. vbi Bald.& Salicet.C. qui accuſ non poſſ. l.qui ædes.& l.fin.ff.de incend.ruin. & l.capitaliũ. §.incendarij.ff. de pœn.Bart.in l.1.n,5.ff.de offic.præfect. Vigil.& in tract.de different.veriusq; iuris n.78.Caſſan.in conſuet.Burgund.Rubr.1. n.50.Boer.dec.36.n.17.Petr.Greg.lib.36. c.19.n.14.Menoch.de arb. caſu.390.n.24. videntur tamen iura variare circa modum imponendi prædictam pœnã,& eſt diſtinguendũ,aut enim committitur incendium dolo,aut culpa,aut caſu fortuito,& aut fit incendiũ in ciuitate,aut in villa,& ſi fit in ciuitate dolo,aut à perſona indignitate poſita,aut à vili perſona,ſi enim fit à vili perſona,& incendiũ eſt magnũ,debet incẽdiarius beſtijs tradi,l.fin.ff.de incẽd.ruin.põt tamen verberatus viuus cõburi,l.qui ædes. ff.eod.ſi vero incendiũ eſt paruũ debet capite puniri.l.capitalium.§.incendiarij.vbi Doct.ff.de pœn.ſi autem eſt perſona poſita

Digitized by Google

indignitate, tunc ſi eſt magnum incendiũ decapitatur, ſi autem eſt paruum deportatur. l.fin. §.vltim.ff.de incend.ruin.ſi vero incendium fuit commiſſum in villa, & ſi incendiarius eſt perſona vilis, & incendium eſt magnum debet tunc incendiarius decapitari d. l. capitalium. §.1. & §. incendiarij, ſi autem eſt paruum debet deportari, vt d. l.capitalium. vbi Doct. ff.de pœn.ſi tamen incendiarius eſt indignitate poſitus, & eſt in villa, & incendium eſt magnum deportatur,ſi paruum re legatur. d. l.capitalium. in princ.& d. §.incendiarij, iuncta. l. fin.in fin. ff.de incend.ruin. ſi autem fit incendium per culpam minus punitur, quàm ſi fit dolo, l. in l. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. hoc tamen ſi probetur, quod incendiarius fuiſſet in lata culpa, eſt enim lata culpa facere vel omittere illud, quod nullus communiter feciſſet, vel omiſiſſet. l. latæ culpæ. ff.de verborum ſignifi. gla. & Bart. in l. quod nerua. ff. depoſit. gloſſ.verb. debet. in §.præterea. inſt.quib. mod. recontr. Marian.Socin.in c.ſi egreſſus. num.19. de iniur. & damn.illat.ſi vero leuis eſt culpa, tunc punitur incendiarius pecuniariter, & non corporaliter, ſi ſoluere poteſt, quoniam aliter punitur in corpore. d. l. qui ædes.vbi Doct.ff.de incend.ruin.Bart.in l. 1. n.5. ff.de offic.præfect. Vigil.

5 Damni æſtimatio huius incendij probatur per iuramentũ damnum paſsi, ſi aliunde probari non poteſt. l. ſi quando. vbi Plot.n.731.C.vnde vi,& c.fin.vbi Doct.de his, quæ vi.met. Ioſeph.Ludo.deciſ.25.nu. 9.Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict. c.18. verſ.huius autem damni.Greg.in l.9.verb. iurarem tit.10.p.7.

6 Si autem incendium fiat fortuito caſu, & ſine culpa patris familias, non tenetur tunc incendiarius de rebus combuſtis in domo combuſta ſi probauerit ſe diligentẽ & vigilantem,& non probatur contrariũ, l.ſi fortuito.vbi Doctor.ff.de incend.ruin. Bart.in l.1.num.5. ff.de offic.præfect.Vig. Iaſ.in l.domos. nu.8. poſt alios. ff.de leg.1. ſi enim probetur, quòd ex igne maximo in platea appoſito, propter aliquod feſtum ſcintilla ex vi venti in aliquam domum euolaſſet, atq; inde incendium fuiſſet exortum, & quòd apponens non fuiſſet in culpa, etiam leuiſsima, quia præſumi non poterat, quòd ex igne in loco illo appoſito ſcintilla excitaretur, certum eſt tunc fortuito caſu accidiſſe,& omnino eſſe impunitum, & ſic inſimilibus, quoniam in dubio ius præſumit contra domum habitantes, & tenentur ad damni emendationem vicinis, licet vicini nihil probent. ex doctrina Bart. in l.ſi quis ex argentarijs.§. an vero hæredi. ff. de edend. Alexand.cõſil.50.num.2.lib.1. repert Felin. verſ. incendium Ioan.Vella. in tract. de pœn.delict. c.18. verſ. deinde regula non ſufficit tamen præſumptio generalis,contra familiam, & ſeruos, ſed debet eſſe ſpecialis de culpa alicuius habitatoris, ex Afflict. deciſs. 57.& ibidem Cæſar.Vrſ. Ioſeph.Ludo. deciſsio.25.num.17.quæ præſumptio haberetur certa, quando vna tantum perſona, ſine familia domum habitaret,vt tenet Iaſ. in §.prætor ait. num.31.ſub l.prætor ait. ff. de edend. Menoch. conſil. 53. num.11. vol.1. licet tamen in dubio præſumatur incendium interueniſſe culpa inhabitantium. l. ſi vendita. ff. de pericul.& commod. rei vend. & l. nam ſalutem. §. & quia plerumq;. ff. de offic. præfect. Vigil. & probato incendio, eſt fundata intenſio contra inhabitantes, niſi ipſi probent, quòd abſq; ſua culpa accidiſſet, vt tenet Imol. in d. l. domos. ff.de leg.1. Salicet. in l. ſi creditor. C.de pign.act. Ant. de Butr. Hoſt. Ioann. Andr. Innocent. Abb.& omnes. in cap.2. de depoſit. ea tamen culpa eſt leuiſsima, ex gloſſ.verb.debet. in §. præterea. inſt. quib. mod. recontr. communiter recepta. ex Croto. in l. eadem dicemus. §. Cato.numer.33. ff.de verbor.obligat. Salicet. in l.quæ fortuitis. col.fin. C.de pign.act. Iaſ.in d. §. ait prætor. nu.30. Ioſeph.Ludo.Menoch. Afflict. Cæſar.Vrſ. vbi ſupra.

7 Si tamen fuit conductor domus, in aliqua culpa puta relinquendo domi ſeruos, aut famulos paruæ vigilantiæ, aut recipiendo hoſpites innotos, aut locator domum locauit ea conditione, ne conductor in ea ignem haberet, tunc tenetur de damno incendij, l. videamus. vbi Bart. ff. locat.& l.inſulam. §. fin. ff. eodem. Iaſ.in l. domos. nu.7. ff.de leg.1.& aliter non tenetur, nam incontractibus celebratis gratia tantum dantis, recipiens tenetur de dolo tantum, & de lata culpa. l. quod Nerua. ff. depoſit. & leg. contractus. ff. de regul. iur.& idem incontractibus celebratis gratia vtriuſq;, ſicut eſt in locato, & pignore. l.in iudicio. C. locat. vbi Doctor. & l.

ſi vt

Digitized by Google

ſi vt certo, §.nunc videndum. ff.commod. & d. l. contractûs. ff.de regul.iur.& Girip. conſil.38. num.24.Ioann.Vella.in tract.de pœn.delict.cap.18.verſ.ex quibus de ducitur.

8 Neq; etiam tenetur reſarcire damnum ille,qui orto incendio damnificauit domũ vicini, timore incendij, ne domus ſua cõbureretur,videns ignem venientem ad domum, & aliter illi obuiare non vallens. l. quo naufragium, ſit. §. quemadmodum, vbi Doctor. ff.de incend. ruin. & l.ſi alius. §. eſt,& alia. vbi Bart. ff.quod vi aut clam, & l.ſi quis fumo. § quod dicitur. ff.ad leg. Aquil. vbi Florian. Bald. in l.2.ff.de offic. præfect. Vigil. Afflict. in Conſt. Neapol. Rubric.26. n.1. Rebuf.de priuileg. Scholar. priuileg.103. nu.7. Caſſan.in conſuet. Burg. Rubric.1. n.50.

Verbo Incertitudo.

1 INcertitudo, aut datur circa perſonam, aut circa locum, aut circa tempus, aut circa rem, aut circa qualitatem rei. l. ita ſtipulatus. vbi Bart. Aret. Alex. Iaſ.& omnes. ff.de verbor.obligat.& l.ſi fuerit legatum. ff.de reb. dub. & incertitudo ratione temporis loci, vel rei, ſiue qualitatis, vitiat ſtipulationem, ſiue contractum, niſi exprobabilibus coniecturis. declarari poſſit. l.triticum. vbi Bart.num.1.Aret.Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ.& omnes.& l.ita ſtipulatus. ff.de verbor.obligat.aliquando tamẽ hæc incertitudo temporis, non vitiat actũ puta ſi iudex in ſententia condemnauit in relegatione, vel deportatione, ſine temporis diffinitione, intelligitur tempus decem annorum.l.ſine præfinito.vbi Doctor. ff.de pœn.& Bald.in c.ex litteris.col.7. de Conſt. Iaſ.in l.ita ſtipulatus. num.2. ff. de verbor.obligat. & ita in inſtrumento feudi, vel emphyteuſis,quando ſine temporis perfinitione, ſit,vt tenet Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus.num.2. ff.de verbor.obligat.& Bald. in d. c. ex litteris. de Conſt. in hoc tamen conſiderandum eſt negocium, & eius natura,ſeù qualitas.gl.verb.imperpetuum in d. c.ex litteris,de æquitate tamen iuris canonici non vitiat incertitudo ſtipulationẽ,ſed promiſſor tenetur adimplere quod promiſit, quod declarabitur per arbitriũ boni viri, ſecundum materiam ſubiectam, vt tenet Arch. in c.ſunt non nulli.1.quæſt. 1.Iaſ. in l. ita ſtipulatus. num.3. ff. de verbor. obligat. ſi tamen quis promittat per verba generalia, & vniuerſaliter colligatur, quod verba illa promittentis non ſint prolata ad ſe obligandum, ſed ad complacentiam illius, cui promittit, tunc viciat incertitudo. c. cum veniſſent, vbi Abb n. 5.& alij. de inſt.& Iaſ.in d. l. ita ſtipulatus. nu.5. ff. de verb.obligat. nec in hoc diff're ius canonicum à iure ciuili, & ſubſtinetur vtriusq; iuris concordia. c. cum expediat. vbi Doct.de elect.lib.6.

2 Incertitudo rei, impedit ne fiat condẽnatio, ſi res non apppareat. l. idem Pomponius. §.ſi plures.vbi Bart.ff.de rei vind. & l. ſi quis de pluribus. ff.de reb.dub. & l. duo. ff. de teſtam. tut. & l. vbi repugnantia. ff. de reiud. neque tunc actor poteſt agere ex diſpoſitione inter viuos, ſeù vltimæ voluntatis. lge. quod de pariter. vbi Bart. & l. idem eſt, & l. ſed & in illo. ff. de reb. dub. ſi tamen incertitudo ſit circa acceſſoria contractus, & poteſt aliquomodo conſtare de re, vt valeat contractus, tunc eſt electio emptoris, ſeù illius, in cuius obligationem non cadit declaratio contractus. l.ſi in emptione. vbi Bart.ff.de contrahenda empt. & l.veteribus. ff.depact. & C contra de regul.iur.lib 6.

3 Incertitudo in re legata non vitiat,quãdo apparet, quòd teſtator ſenſit, de certo ſeruo, ſiuè de recerta, quamuis ſit incertum, de qua re ſentiat, puta teſtator duos ſeruos habebat, ſeù duos equos, & vnum legauit Titio,non declarando quem eorum legabat, non vitiat tunc illa incertitudo legatum, ſed electio eſt legatarij, l. qui duos. vbi Bart. Angel. Alexand.Iaſ.& alij. ff.deleg.1. ſi tamen ſeruos,ſeù equos, aut fundos, teſtator nominaret proprio nomine, puta dicendo lego Titium, vel Sempronium, ſeù fundum Titianum, vel Simpronianum, tunc electio eſt hæredis.l. legato generaliter. vbi communiter Doct. ff.deleg.1.

4 Incertitudo vero circa perſonas vitiat, ſi per affectionem amicitiam, aut aliàs coniecturas non appareat de qua teſtator ſenſiſſet. l. ſi fuerit. vbi Doctor. & leg. ſi quis de pluribus. ff. de reb. dub. & l. qui ſoluendo, & l. inuicem. & l.in tempus. §. quoties. vbi Bart. ff.de hæred. inſt. Iaſ. in l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures ff.deleg.1. nec facit in contrarium lex.ſi quis ſeruus. §. ſi inter duos. ff. deleg 2. nam vbi hæres

 volun-

Digitized by Google

6 Indulgentia tamen Principis non extenditur poteſt mortem concedentis, re integra, ex gl.verb.& prædeceſſorum in c. cum ad hæc. de cler.non reſid.& facit tex. in l.fin. ff.de pœn. & tenet Petr. de Anch. & Card. Flor. in c.cum ad hæc de cler. nõ reſid. Abb.in c à nobis.num 8.de ſentent. excommunicat.& Afflict.deciſs.128.nu.2. indulgentiæ tamen,& aliæ Bullæ conceſſæ nomine Sedis Apoſtolicæ ſunt perpetuæ, niſi aliud explicent, c.ſi gracioſè.vbi Doctor. dereſcript. libr.6. Ouand. in 4.ſent. diſt.19. prop.62.

Verbo Infamia.

1 INfamia eſt læſæ dignitatis ſtatus,& qualitas reprobata,quo ad vitam,& mores, id eſt, læſa fama, & eſt triplex, alia namq́; eſt infamia iuris,alia facti,& alia canonica, c.infames. §. Porro. vbi gloſſ.verb. infamia. & §. item in Euangelio, 3.quæſtio.7. Abb.in c.teſtimonium.nu.6 Bald.& Imol. vterq́; col.2. Felin. à num.9.deteſtib.Berous. in c. 1. num. 14. de accuſat. Lamb. de iure patr.1.part.2. libr.quæſt.9. art.16. num.2.repert. inquiſit.verb.infamia,& ibi eius additio littera A. Summiſtæ verb.infamia.

2 Infamia iuris eſt illa, quæ incurritur, aut ipſo iure, aut per ſententiam,ex iuris diſpoſitione in caſibus à iure expreſsis. l. 1. & 2.& l.Athletas, vbi Doctor. ff.de his, qui notant. infam.& l. vnica. C. de infam. lib.10. & l.neq́;. C.de dign. lib.12.& c.infames. §.Porro. vbi gloſſ.verb. infamia. 3. quæſt.7.& §.ex quibuſdam inſt.de pœn.temer.litig. & §.hinc colligitur. verſ. infames.2.quæſt.3.Abb.in c.teſtimonium. nu. 6. deteſtib.gl.1.in c.cum te.de reiud.Bart. in l.cunctos populos. n.10. & Iaſ.num.43. in 2.lect. C.de ſumm. Trin.

3 Infamia canonica eſt illa,quæ irrogatur pro quolibet peccato mortali. c. infames. 6. q.1. gl.in ſumma illius cauſæ, & quæſt. Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Innocent.Abb. & communis. in c. teſtimonium de teſtib. Summiſtæ.verb.infamia.

4 Infamia facti eſt illa, quæ incurritur, quando opinio alicuius eſt grauata apud graues,& honeſtos viros. l. honori.vbi gl. verb. infamiæ. ff. de obſeq. parent. præſt. & l.ea quæ.vbi glo.verb. onerant.& Bald. C. de his,qui not. infam. Iaſ.in l. cunctos populos.nu.44. lect.2. C. de ſumma Trin. c. infames.§.Porro infamia. verſ.aliquando ipſo genere facti, vbi gl. verb. infamia. 3. quæſt.7. Doctor.communiter. in c.infames,de regul.iur. lib.6. Cou.ruu.in pract. c.18.nu.1.

5 Infames infamia iuris repelluntur à teſtificando, c.exparte, & c.licet ex quadam. & c.teſtimonium.vbi Doctor. communiter.deteſtib. & l.teſtium fides. §.lege Iulia. ff. deteſtib. & c. præterea deteſt. cogend. & c. teſtes.2.quæſt.7, & c.ſi teſtes. §.teſtiũ fides.4.quæſt.2. & l.2.vbi notant omnes.ff. de ſenat.gloſſ.verb.diuina, in l.1. vbi Bart. num.12. Iaſ. num.46. in 2.lect. C.de ſumma Trinit. & hæc concluſio habet locum etiam ſi infamis infamia iuris producatur in teſtem contra infamem, quia etiam in hoc caſu teſtificari non poteſt.ex gl.verb. in hoc caſu. in d. c. teſtimonium recepta communiter, ex Aret. ibidem.col.fin.Fel. num.37. ſicut excommunicatus non poteſt contra excommunicatum teſtificari.d. gloſſ.verbo.in hoc caſu.in d. cap.teſtimonium. gloſſ. verb. Chriſtianos. in clem.1. deteſtib.Bald.in c.domino.num.4.titul.hic finitur lex. deind conſuet.in vſib.feud.Alberic.in tract. deteſtib.1.parte. c. quando teſtes,repellantur.nu.3. niſi inactibus, qui fiunt inter ipſos infames,& ita eſt intelligenda, gl.verb.Palam.in d.l.teſtium fides. §.lege Iulia.ff.deteſtib.& Bart.in l.in arenam.num.2. C.de inoffici. teſtam.poſſunt tamen infames in defectu aliorum teſtium teſtificari, in criminibus hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſimoniæ conſiderata qualitate, & circunſtantijs, vt præſumatur,quod falſa non teſtificentur. cap. in fidei fauorem. vbi Doctores. de hæret. libr.6. & cap. per tuas.vbi Abb.num.3.de ſim. & l.nullus.C. ad leg Iulia.Maieſt. Aret. in cap.1. nu.40. de accuſat.& gl.verb.Palam. in d.l.3.§.lege Iulia.ff.deteſt.

6 Infames tamen emendati à crimine, & ſuæ famæ per Principem reſtituti,poſſunt teſtificari. c.ſi teſtes.§.lege Iulia.4.quæſtio. 2. & §. hinc colligitur. 2.quæſt.3.& c.teſtimonium. vbi Abb.num.15.& alij deteſt: licet enim infamia iuris non tollatur per pœnitentiam, cap. Euphenium. §. hinc colligitur. vbi gloſſa.verbo. infamiam. 2. quæſt.3. & gloſſ.verb. ſed inter.in cap.niſi cumpridem de renunciatione. Imol. in d. cap.teſtimonium. num 10. deteſt. tollitur tamen per Principis reſtitutionem.d.cap. Euphenium. §. hinc colligitur. ſecund.

Digitized by Google

quæſt.3. & gl.fin.in c.cum te. vbi Innocēt. & Abb.n.16 & n.17. de ſent. & reiud. l.1. §.pen. ff.de poſtul. Bart.in l.infamem.nu. 13.vbi communis.ff.de publ.iud.

6 Infames non poſſunt promoueri ad honores,& dignitates,imo priuātur iam obtentis c.infamibus.vbi gl.verb.infamibus, & Doct.de regul.iur. lib.6.& l.Reus delatus.ff.de munerib.& honor. l.infamia.vbi Doctor.C. de decur.lib.10.& l.2.vbi Bart. C.de dign.libr.12. & c.infames.3.quæſt.7. & l.eos.ff.de decur. l.libertus.§.quæſtionibus.ff.ad municip.& l.Lucius. §.1.C.de reis poſt. & l.1. ff.ad leg. Iul. de vi priuat. nec poſſunt eſſe iudices, nec aduocati, c.infames.& c.infamis.3.quæſt.7.& l.cum prætor.§.lege impeditur.ff.de iud.& l.Caſſeus vbi Doct.ff.de ſenat.& d.l.1. ff.ad leg.Iul. de vi priuat.& d.l.2.C.de dign. libr.12.gl. verb.nationis. in c.cum deputati.vbi Abb. n.4.de iud.vbi tamen infamia eſt occulta, & iudex , ſeu aduocatus habetur probabili ad officium ſuum exercendum , ſiuè alius quicumq; officialis publicus,& partes neſciunt illam infamiam, propter quam iudex, ſeu publicus officialis eſſe nō poteſt, ſuſtinentur tunc omnia geſta ab illo,quādiu latet impedimentum, & hoc in publicam vtilitatem,propter communem errorem. l.Barbarius. vbi communis.ff.de officio præt.& l.2.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C.de ſent.& interl.omnium iud.& l.1. C.deteſt.& c.1.§.verum tamen.3.quæſt.7. & gl.verb.ſeruum. & Doct.in c.ſciſcitatus, de reſcript.

7 Infamis tamen de iure ciuili poteſt eſſe procurator,ſi non eſt ſeruus,quia officium procuratoris reputatur vile.§.fin.vbi Doctor.inſt.de except.gl.fin.in l.ſi quis procu rationem. vbi Bart. C.de decurionib.libr. 10. & poteſt eſſe arbiter compromiſſarius. l.pedius. vbi gl.ver.ignominioſus.& Bart. ff.de arb.& c.infames.§.cognitores.3.q.7.

8 Infamis autem canonica infamia poteſt eſſe iudex , & aduocatus , & publicus officialis,quoniam canonica infamia tollitur per pœnitentiam. c.illi,qui,& c.infames.6.quæſt.1. & c.ſi duo. vbi gl.verb.atq; infames.35.quæſt.6. debet tamen infamia habere ortum à probabilibus coniecturis, aliàs eſt nullius momenti. c. cum in iuuētute, vbi Ant.de Butr.Innocent. Hoſt.Ioā. And Abb.& omnes.de purg.can.

9 Infamatus de crimine,& ter admonitus ſe non corrigens , aut nōn faciens ceſſare infamiam,ſuſpenditur ab officio,& beneficio,vſq; ad purgationem. c.2.vbi Abb.n. 1.de purgat.can.quoniā infamatus eſt purgandus de infamia. c. 1.vbi Doct.de conſeſſ.& c.1. & c.moniales. & c. quotiens.de purg.can.& c.tua de cohab.cler.& mul. & c.cum oporteat. & c. accedens de accuſat. & c.vnic. vt Eccleſ.benef.& c.ad hoc.& c. inſinuatum.de ſim.& ſi deficit in purgatio ne punitur vt conuictus.c.cum P. & c.inter. & c.nos inter. de purg. can. & poteſt tunc priuari officio,& beneficio, d. c.cum dilectus de purg can. & quando ſe purgat debet iurare ſe tale crimen non cōmiſiſſe ab illo tempore à quo fuerat infamatus. c. fin.vbi Doct.de purg.can.

10 Infamatus de apoſtaſia,ſeu de graui crimine,eſt purgandus,quamuis ſit infamatus perdictum vnius confitentis ſe cum illo crimen cōmiſiſſe. c. tuæ fraternitatis. vbi Doct.de apoſtat. & c.ſignificaſti. de adult. & licet confeſsio vnius non probet crimē alterius,excipitur ab hac regula crimē læſæ maieſtatis diuinæ,& humanæ.cap.1.vbi gl.verb. confeſsi,de confeſſ. & c.quam ſit graue de exceſſ.prælat.& gl.1.in c.præterea. deſponſ. facit tamen indicium, vt illi indicatur purgatio. d. cap. ſignificaſti, de adult. & Abb.in d.c.1.n.6.de confeſſ.

11 Infamatus infamia facti,repellitur à teſtificando incriminalibus,& in grauioribus cauſis. c.teſtimonium. vbi gl.verb.opinio, & Abb.n.6. Fel.n.10. de teſtib.& gl.verb. dignatum. in c. infamibus de regul. iur. lib.6. Bald.in c.ad noſtram,de probat.Angel.in l.is qui iudicio. ff.de accuſat.repert. inquiſ.verb.teſtes.§.Infames,infamia facti, Afflict.in Conſt.neapol. lib.1. Rubric.89. n.8. Octauian.deciſ.Pedamont.79.n.35.in alijs vero cauſis admittitur, ſed creditur illi,plus,vel,minus, ſecundum qualitatem infamiæ,& ita illi datur modica, aut nulla fides. c.licet. §.quamquam.de probat,& c. fin.deteſt. l.teſtium fides. ff.deteſt. Abb.in c.teſtimonium.n.9.deteſt.

12 Infames non excuſantur ab oneribus ciuilibus,ne pœna tribuat eis immunitatem,& ſi illa onera habeant mixticos honores, illa ſubire debent cum expreſſe non prohibeantur propter ſuam infamiā, imo onera illa illos grauent. l. legatorum, §.fin.ff.de interdict.& releg.& l.vnica.vbi Bart.C.de infamib. libr.10.& l.1. C.de his qui non impl.ſtipend.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Inimicitia.

1 INimicitiæ aliæ ſunt leues, aliæ graues, aliæ grauiſsimæ, aliæ capitales, gl.verb. inimicos, in c.cum oporteat de accuſat. & Abb.in c.accedens,2.n.3.vt lit.non cõteſt. leues namq; inimicitiæ ſunt, quæ cauſantur propter ciuilem controuerſiam. c. itẽ cum quis de reſt.ſpol.gl.verb.inimicos.in d.cap.cum oporteat, de accuſat. inimicitiæ vero graues, ſeù grauiſsimæ dicuntur illæ, quæ cauſantur ex ſtatus hominis, aut bonorum eius controuerſia, c.accuſatores,3. quæſt.5.& d.gl.verb.inimicos, in d. c.cum oporteat, & verum inimicitiæ dicãtur graues, ſeu grauiſsimæ, relinquitur arbitrio iudicis, vt tenet Abb.in d.c.cum oporteat. n.4. de accuſat. inimicitiæ capitales, ſunt illæ, quæ oriũtur.ex criminali accuſatione, aut ex morte, vel mutilatione membrorũ, aut ſi quis occidat aliquem conſanguineũ illius, cuius ſit inimicus, aut cum quo agitata fuit lis, de omnibus bonis, vel maiore parte illorũ, gl.ver.capitales.in l.licet.ff.de arb.& gl.verb.inimicos in d. c.cum oporteat.vbi Abb.n.4.de accuſat.& idem Abb. in c.accedens.2.n.3. vt lit.non cont.& Iaſ. in l.procuratoribus. nu.4. C.de procur. & Alex.conſil.99. incipit.in cauſa inquiſitionis.lib. 1. Cæſar.Vrſ.deciſ.289.n.20. & etiã aliquando relinquitur in arbitrio iudicãtis, quæ dicantur inimicitiæ capitales, vt tenet Fel.ex mente communi.in c.repellantur.n.3. de accuſat.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.24.n.5.

2 Inimicus meus dicitur ille, qui in meã perniciem contraxit amicitiam cum inimico meo.l.liberi.vbi Iaſ.n.2.C.de inoffic. teſtam.aliter enim inimic⁹ amici mei, nec amicus inimici mei dicitur inimicus me⁹. gl.verb.nolite.in c.inimicus.93.diſt. Dec. in l.conſilij, §.ſocij.n.3.ff.de regul.iur.

3 Nimia familiaritas aliquando parit cõtẽptum, inter perſonas ruſticas, & ignobiles, inter nobiles. vero parit beneuolentiã, & affectionem.l.obſeruandum. ff.de offic. præſid.& l.ne quidquam.§.circa.ff.de offic. proconſul. gl.in c.quando.86.diſt.Abb.in c.& ſi.n.1.de Iudæ.& Sarracen.

4 Inimicitiæ capitales, aut grauiſsimæ, ſupernenientes inter teſtatorem, & legatarium faciunt, vt legatum ceſſatur reuocatũ, niſi proueniant ex parte teſtatoris, ſine culpa legatarij.l.3.§.fin. vbi Doctor.ff.de adimend.leg. Bart.in l.cum tabulis.§.quoniam.ff.de his, quib.vt indign. Iaſ.in l.ſi filiam tuam.n.2. C.de inoffic. teſt. licet alia ſit opinio, vt per ſuperuenientes inimicitias capitales, ſeù grauiſsimas, cum tamen non ſint leues, reuocentur legata, & fidei commiſſa, quamuis ex parte teſtatoris per veniſſent, quia tunc videtur illa ambulatoria voluntas teſtatoris reuocata, quam veriorem exiſtimo.per text.in l.expatte. ff.de adimend. leg. & l. ſi inimicitiæ. ff. de his, quib.vt indign.Iaſ.in d.l. ſi filiam.d.nu.2. C.de inoffic.teſt. quia nòn eſt parcredere, vt teſtator velit, ſuum inimicum capitalẽ conſequi legata ab ipſo teſtatore relicta, quamuis aliter ſit in hærede.ex d.l.ex parte. ff.de adimend.leg.& gl.verb.peti poterunt, in l.hæreditas. vbi Iaſ. nu.3. C.de his quib.vt indign.& dixi.in verb. hæreditas. §.52.

5 Inimicitiæ, quamuis non ſint capitales, nec grauiſsimæ, ſufficiunt ad iudicem repellendum à iudicando, non autem ad repellendum teſtem, à teſtificando, niſi ſint capitales, quoniã facilius repellitur iudex quàm teſtis, c.cum R.vbi gl.verb.cum ſint. & Doct.de offic.& poteſt.iud.deleg.gl.ver. inimicos. in c. cum oporteat. de accuſat. Abb.in c.accedens.n.3. vt lit. non cõteſt. inimicitiæ tamen, quæ veniunt ex parte recuſantis, nõ pro ſunt illi, vt teſtem, ſeù iudicem repellere poſsit, præcipuè ſi ad illũ finẽ fuiſſent procuratæ, malicia enim alicuius, non poteſt illum iuuare, nec ex illa commodum conſequi poteſt, l.1.§.cũ quis. vbi Bart. ff.de quæſtionib. Bald.in auth. ſi teſtis productus.col.pen. C.de teſt.Iaſ.in l. ſi filiam. n.3.C.de inoffic.teſtam. & dicam infra in verbo recuſatio, nec etiam datur inimicitia in iudice iudicante contra aliquem, nec in procuratore procurante. ex gl.verb.ſi capitales.in §.inimicitiæ.inſt.de excuſat.tut.dicã ver.recuſatio.§.23.& 24.

6 Inimicitiæ graues, ſeù capitales repellũt ab accuſatione, non vero leues, niſi quis proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.c. cum oporteat.vbi Doctor.& c.cum P.& c. meminimus de accuſat. Abb.in c.1.n.1.& alij eodem titul. de iure tamen ciuili non inuenitur prohibitum, quominus inimicus accuſare poſsit. l.qui accuſare, & l.alij.& l. non nulli.ff.de accuſat.attamen praxis obſeruat ius canonicum in omnibus tribunalibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quia nõ cõfiditur de inimico capitali, vt ac-

Digitized by Google

vt accuſando proſequatur zelo iuſtitiæ, ſed ad ſuum priuatum commodum,&quia nullus amicus alium ſuum amicum accuſat, ſed ſemper in accuſatione præcedere ſolet aliqua animorum offenſa, nō eſt quis prohibendus accuſare ex aliqua leui inimicitia, vt tenet Vicent. in c.repellantur. de accuſat. & ex mente communi reſoluit Iul.Clar. lib.5.§.fin. quæſt.14. num.17.ſed requiruntur inimitiæ capitales,vt quis repellatur ab accuſatione,vt ex communi.tenet Berous.in c.1.à n.47.de accuſat.& reſoluunt iura ſupra allegata.

7 Inimicitia probatur,quando aliquis nō dat vicino, ſeu noto ordinariam, & cōſuetam ſalutationem, per illam enim abnegatam, cognoſcitur inimicitia, gl.fin.in c. cum Adrianus.63.diſt. Abb.in c.cū ſuper. n.4.de offic.iud.deleg.Iaſ.in l.apertiſsimi. n.7. C.deiud.Marant.de ord.iud. 6.p. §.de appellatione.n.50. & dico infra.verb.recuſatio.§.33. verum tamen hæc inimicitia ſit cauſa ſufficiens,ad repellendum iudicē à iudicando relinquitur in arbitrio iudicis,quia nunquam repellit teſtem, nec accuſatorē,eò quòd leuis ſit.ex Alb.in auth. ſi teſtis.num 3. C.de teſt.

Verbo Iniuria.

1 INiuria dicitur omne, quod non iure fit. l.1.vbi Doct.ff de iniur.& l.ſed & ſi quecumq;. ff.ad leg Aquil. & prin. vbi Aret. inſt.de iniur. iniuria tamen ſpecialiter dicitur cōtumelia,& iniquitas, ſeu iniuſtitia iudicantis,quando enim iudex iudicat cōtra ius, iniuria ex eo dicta eſt,eò quòd iudicatum illud iure,& iuſtitia caret, & appellatur culpa, vt in l.Aquilia. l.1 ff de iniur.& d.l.ſed & ſi. ff.ad leg.Aquil. & prin. inſt.de iniur. Summiſtæ. verbo. iniuria. & poteſt iniuria tribus modis irrogari, videlicet facto, verbo,& ſcripto. d. l.1.§ iniuriam autem. ff. de iniur. §,1. inſt.de iniur. Merg.conſil.24.n 6.

2 Iniuria alia dicitur atrox, alia enormis, alia leuis,iniuria enim atrox dicitur ratione facti, aut loci, aut perſonæ, quoniam ſi quis alium vulnerat,vel fuſtibus cædit iniuriam atrocem infert. & ita ſi in theatro, ſeù foro publico, aut in magna congregatione gentium, vel in conſpectu iudicis, vel prætoris,aut ſi magiſtratui, vel ſenatori,ſiuè homini poſito in dignitate,vel ſacerdotio iniuria facta ſit ab humili perſona, aut à filio, parenti, aut à liberto,patrono. §. atrox.Inſt.de iniur. vbi notant ſcribentes. & l.atrocem. vbi gl.1. Bald.& Salicet. C.de iniur.& l.prætor.§.atrocem.& l.vulneris.& l.ſed & quæſtionis. ff.de iniur.Gerip.conſil.34.n.16.

3 Iniuria grauiſsima parum differt ab iniuria atroce, dicitur grauiſsima iniuria quando quis aliquem manu percuſsit, ſiuè dedit alapā, ſeù flagello cedit, & ſimiliter, ex Abb.in c.cum illorum. n.10.de ſent,excommunica. Iaſ.in l.vocari.§ prætor ait.2. num.2.poſt alias. ff.de in ius. vocand.aliæ vero iniuriæ dicuntur leues. ex doctrina Bart.in l.leuia.ff.de accuſat.

4 Iniuriam facere poteſt quicumq; illam pati poteſt. l. illud. ff.de iniur. & c.illud. 15.quæſt. 1. fallit tamen in furioſo, & in impubere, qui doli capax non eſt,nam furioſus, & impubes, quamuis iniuriam facere non poſsint, illā tamen pati poſſunt. d. l. illud.§.ſane. vbi Doct. ff.de iniur.& l. pupillum.ff.de regul.iur.& clem.vnica.vbi Doct.de homic.& c.illud.15.quæſt.1.ſi tamen impubes ſit proximus pubertati, & doli capax obligatur pro furto, & iniuria. d. l. pupillum. vbi communiter Doct. ff. de regul.iur. & l.impuberem.ff.de furt.eſt tamen pœna mitiganda in illis pueris,pro arbitrio iudicantis,nec illos poteſt punire pœna ordinaria, ſed extraordinaria, quia in omnibus pœnalibus iudicijs,& ætati,& imprudentiæ ſuccurritur. l.ferè. vbi Doctor. ff.de regul.iur. & l.impuberem. ff.ad leg.Corn.de falſ.

5 Iniuriam non facit, niſi ille, qui ſcit ſe iniuriam facere, vnde ſi quis per iocum, ſeù dum certat, aut per iuſtum errorē aliquem percuſſerit,non tenetur actione iniuriarum,cū animo iniuriandi non faciat. l.illud.§ ſane.vbi Doct.ff.de iniur.& l.obligationum ſubſtantia.§.fin.ff.de act.& obligat. & l.1.C.ad leg.Corn.de ſicar.& l.ſi nō conuicij.C.de iniur.ſi tamen verba de ſua natura ſint iniurioſa, præſumitur animo iniuriandi eſſe prolata, quia talis animus præſumitur, qualia ſunt verba niſi probetur contrarium. l.ſi conuicij. vbi Doct.C. de iniur.& l.labeo ait.ff.de ſupel.legat.& l. ſcire.ff.de tut.& curat.dat.Paris.conſi.149. n.19. lib.4. Iul.Clar.lib.5. §. iniuria. n.12. Ioan.Vell. in tract.de pœn. delict. c.16.§. ſed verius eſt,& eſt communis ex Socin.cōſil.146.n.7. ſi tamen verba ſua natura non ſint iniurioſa, attamen dicantur animo

iniuriandi,

Digitized by Google

iniuriandi,tenetur dicens iniuriarũ actio-
ne, vt reſoluit Iul.Clar.libr.5. §.iniuria.n.
1.Boer.deciſs.4.n.9. Parlad.rerum quoti-
dianarum.1.p.c.17. nu.4. Ioan.Vella. vbi
ſupra. datur tamen in hoc differentia, ſi
enim verba ſua natura ſunt iniurioſa,pro-
ferens illa tenetur probare,quòd illa ani--
mo iniuriandi non dixiſſet, ſi autem verba
ſua natura nõ ſunt iniurioſa, qui ſe læſum,
aut iniuriatũ ſentit,tenetur probare, quòd
dicta fuiſſent animo iniuriandi. d. l.labeo
ait.ff.de ſuppell.legat.& d.l.ſi non cõuicij.
C.de iniur.& ita eſt intelligenda doctrina.
Salicet.& Petr.de Bella.Petric.in d.l.ſi cõ-
uicij. n.14.Gramat.deciſ.37.n.5. Iacob.de
Belouiſ.in pract.iudiciaria c.de iniur.n.6.
Leo.in tract.noui op.c.62.n.24.

6 Iniuriarum actio competit illi,qui pati-
tur iniuriam. l.1. vbi Doct.& l.lex Corne-
lia.ff.de iniur.& etiam competit patri pro
filio,quem habet in poteſtate,& pro ſeruo,
vxore,nuru, & etiam competit hæredi,pro
cadauere defuncti.l.1.§.&ſi forte.vbi Bart.
& l.eum qui.ff.de iniur.& §.patitur.vbi Do
ctor.inſt.de iniur.nõ datur tamen domino
actio iniuriæ, pro ſeruo leuiter percuſſo,
vel pro conuicio, ſed pro iniuria atroce,
aut quando fit iniuria ſeruo incontumeliã
domini. l.dominum, vbi gl.fin.& Doct.C.
de iniur.& l.itẽ apud Labeonem. §.ſi quis
ſic.ff.de iniur.& §.ſeruus.vbi Ang.inſt.eo--
dem iniuria facta monacho competit Præ-
lato, quia monachus ipſe læſus agere non
poteſt pro iniuria ſibi illata, nec illi eſt ſa-
tisfaciendum de iniuria,ſed monaſterio.c.
parochianos. vbi Doct.& gl.verb. ſatisfa--
ciant, de ſent. excommunicat. & gl.verb.
poſsidere.in fin.in c.non dicatis.12.quæſt.
1.Gerip.conſil.23.n.14.

7 Iniuriam factam filio, poteſt ipſe filius
dimittere,quoad ſe,non autem quoad pa--
trem.l.1.§.vſq; ad eo.ff.de iniur.& gl.verb.
iniurioſæ.in c.contingit. de ſent.excõmu-
nicat.& l.in perſona.ff.depact.Iaſ.in l.con-
tra.§.ſi filius. nu.15.ff.eodem. pater tamen
bene poteſt dimittere iniuriam factã filio
familias,& valebit pactum. l.ſed ſi vnus.§.
ait prætor.ff.de iniur.& d.l.in perſona.vbi
Bart. ff. depact niſi pater ſit perſona vilis,
& abiecta,& filius ſit perſona honeſta, tũc
enim non licet patri contumeliam filij ad
ſuam vtilitatem metiri. l.ſed ſi vnus. d. §.
filio familias. vbi Bart.n.3 ff.de iniur.& l.
ſi cũ dotem. §.eo autem tempore. ff.ſolut.
matr.

8 Iniuriam factam mulieri poteſt maritus
ſuo nomine proſequi,& non è cõtra, quia
ſi iniuria ſit facta viro non agit mulier,ſed
vir,quia maritus defendit vxorem,non ta-
men vxor maritum.l.1.& l.quod ſi viro,&
l.non ſolum. §.ſi mandatu. verſ.maritus.ff.
de iniur.& §.patitur.inſt. eodem. & Iaſ.in
l.legem Iuliam.n.25.C.de ind.viduit.quo-
niam iniuria facta vxori, cenſetur facta vi-
ro, & non è contrà,nam facta iniuria viro,
non cenſetur facta vxori, vnde ſi ſtatuta
diſponant,quòd faciẽs iniuriam magiſtra-
tui puniatur in cẽtum, habebit locum etiã
infaciente iniuriam vxori eius, vt tenet
Placa.lib.1.delict.c.6. n.25.Iul.Clar.lib.5.
§.iniuria.n.3. hoc.tamen eſt intelligendũ,
quando ſtatutum.reſpicit perſonam ma--
giſtratus, poſitam in illa dignitate, quia ſi
reſpiceret offenſam factam ipſi magiſtra--
tui, adminiſtranti munus Reipublicæ,ali-
ter erit dicendum.

7 Iniuriarũ actione tenetur ille, qui per-
cutit, aut iniurioſa verba dicit, perſuadet,
mandat,ſeù mandatum ſuſcipit. l. non ſo--
lum. in princip. & §. ſi mandatu. vbi Bart.
à num.1. ff.de iniur.& l.furtim. §. ſiuè. ff.
de arb.furt.Cæſar.& l.item apud Labeonẽ.
§.feciſſe. ff.de iniur.& §.non ſolum.inſt.de
iniur.non poteſt tamẽ iudex procedere ſu-
per iniuria verbali,niſi ad accuſationẽ par
tis offenſæ.per ord.noſtræ Luſitaniæ.lib.5.
tit.117. §.5.& per leg.Caſtellæ. l.4.tit.10.
lib.8. recup.

9 Et qui aliquem famoſum libellum ad
alicuius infamiam ſcripſerit, prodiderit,
aut inuenerit,& illum oſtẽderit,aut mani--
feſtauerit, aut aliquid adignominiam ali--
cuius fecerit, ſeù bona alicuius occupaue-
rit,tenetur actione iniuriarum. l.vnica.vbi
Doct.C.de famoſ.libell.& l.lex Cornelia.§.
ſi quis librum. & l.item apud Labeonem.
§.ſi quis libello ff.de iniur. & ſi crimen in
libello comprehenſum deductum iniudi--
cium merebatur pœnã capitis, & ita eſſet
puniendus, ſi conuictus fuiſſet, tunc ſcri--
bens,aut manifeſtans capite puniri debet.
l.vnica.vbi gl.1.& Doct.C.de famoſ. lib 6.
alias enim punietur pœna arbitraria. vt
reſoluunt. Cinus. & Salicet. in d. l. vnica.
Plac.de dilict.c.3. num.2. gl.fin.in c.vlt.5.
quæſt.1. Ant.Gom.3.tom.variar.c.6.n.10.
Meroch de arb.caſu.263.n.43.

10 Iniurioſa verba dicens alicui per viam
iudicij,non poteſt conueniri actione iniu-
riarum, donec iudicium terminetur, aut
propo-

Digitized by Google

proponens verba illa, deſiſtat à cauſa. l. ſi quidem auiam. vbi Bald. C. de iniur. & tũc ſi vera erant verba, & proferens illa dicit in iudicio agendo, aut excipiendo, & conueniebat ad bonum ſuæ iuſtitiæ, ſiuè Reipublicæ illa explanare, tunc non tenetur de iniuria, cum ad ſuum commodum, ſeù Reipublicæ, & nõ animo iniuriandi feciſſet, l. eum qui. vbi Bart. ff. de iniur. & l. lege. ff. ad Syllan. & l. ſi non conuicij, & l. pen. C. de iniur. & l. iuſtiſsimos. C. de offic. rect. prouinc. & c. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. Abb. in c. fin. nu. 5. de iniur. ſi autem vera non erant, aut ad commodum ſuæ iuſtitiæ, non expediebat verba illa iniurioſa proponi, nec Reipublicæ oportebat manifeſtari, tũc proferens talia verba tenetur actione iniuriarũ, præſumitur enim animo iniuriandi feciſſe, qui alium vocat claudum, ſpurium, quamuis verum dicat, ſi ſua, aut Reipublicæ non intereſt, l. eum qui. vbi Bart. ff. de iniur. & d. c. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. & l. ſi quidẽ viam. C. de iniur. & c. ex merito, & c. deteriores. 6. quæſt. 1. Abb. in c. cum te. n. 28. de ſent. & reiud. Curt. Iun. in l. fin. nu. 3. ff. quod quiſq; iur. Alex. in l. & ſi in prin. n. 3. ff. delib. & poſthu. & idem dicẽdum eſt, de illo, qui opponit contra teſtes ad illos repellendos, à teſtimonio, quoniã hoc iure conceditur, & qui vtitur iure ſuo nulli facit iniuriam. c. ex parte. de teſt. & c. cũ Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & prop. & l. iniuriarum. §. is qui. ff. de iniur. minus tamen punitur ille, qui dicit verba iniurioſa, animo iniuriandi, quando verba ſunt vera, quam quando ſunt falſa, ex doctrina Abb. in d. c. cum te. n. 19. de ſent. & reiud. nec excuſatur ille, qui profert. verba iniuriandi, ſi proteſtetur quòd nõ facit animo iniuriandi, vidi licet, dicens tu mentiris ſaluo tuo honore, vel tu eſt ſpurius, ſed ego non dico animo iniuriandi, & ſimiliter, quia non decet manifeſtare crimina aliena, nec proteſtatio valet, quando apparet, aut ſaltem præſumitur animo iniuriandi illa verba fuiſſe prolata, Bart. in l. ſi quis extraneus. in prin. nu. 1. ff. de acquir. hæred. Guid. Pap. deciſ. 495. ſi tamen conſtaret. quòd proferens verba illa, non dixiſſet animo iniuriandi. prodeſſet tunc talis proteſtatio, vt ex communi reſoluit Socin. conſil. 118. nu. 5. lib. 1. Old. conſil. 53. n. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. iniuria. n. 13.

12 Iniuria non tantum fit præſenti, ſed etiã abſenti, nec tantum illi qui eſt percuſſus, ſed etiam, ſi manus ad illum ſit leuata ad alapam inijciendam. l. item apud. §. ſi quis pulſauerit. ff. de iniur. & §. conuicium. 2. ibidem. & l. prætor ait. 2. §. hoc autem edicto. ff. vi bon. rapt. & l. ſi per alium. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. Bart. in d. l. item apud. §. 1. & Iaſ. in l. 1. §. hæc autem n. 15. ff. quod quiſq; iur. Cou. ru. lib. 1. variar. c. 11. n. 4. Parlad. 1. p. rerum quotid. c. 17. n. 14. & Ioann. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 16. §. tertio obſeruandum eſt.

13 Iniuria fit qualiter cumq;, & generaliter verba ad infamiam alicuius ſint prolata. l. apud Labeonem. §. ait prætor. vbi Doct. & in §. ex his. ff. de iniur. vnde non ſolũ ille, qui crimen in ſpecie, vel in genere alicui obiecerit, tenetur actione iniuriarum. vt notant communiter Doctor. in d. l. & ſi. in prin. ff. deliber. & poſthu. aut contrà bonos mores alicui⁹ aliquid dixerit. vt tenet Corneus. conſil. 80. libr. 3. ſed etiam ille, qui aliqua verbs dixerit vnde cõſtet, quòd animo iniuriandi, dixiſſet, vel feciſſet. vt tenet Boer. conſi. 4. n. 9. Iul. Clar. lib. 5. §. iniuria. n. 1. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 16. §. ſed verius, pro vna iniuria tamen ſæpius repetita in eadem rixa, non competit, niſi vna iniuria. ex Bart. in d. l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. ſi autem fuiſſent plures diuerſæ ſpeciei, puta, ſi proferens illa verba dixiſſet latronem ſpurium, hæreticum, & ſimilia, tunc pro omnibus teneretur, & tot eſſent pecuniarum multæ imponendæ. l. nunquã plura. vbi gl. & Doct. ff. de priuat. delict. Placa. de delict. c. 1. n. 17. contrarium tamen tenet Cou. ru. lib. 2. variar. c. 10. n. 8. vnicam tantum pœnam imponendam dicens, quæ opinio obſeruatur in praxi, quamuis prima in puncto iuris verior ſit.

14. Iniurians aliquem calore iracundiæ nõ excuſatur, attamen mitius punitur, conſiderata qualitate iniuriæ, & cauſa iracũdiæ l. ſi non cõuicij. C. de iniur. & l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. Abb. in c. dilecti filij. n. 18. de except. Iul. Clar. libr. 5. §. iniuria. nu. 16. quia licet delictum calore iracundiæ perpetratum mitius puniatur, non excuſat tamen in totum, nec in aliquo ſi iracundia non veniat ex iuſta cauſa. vt ex communi reſoluit Mench. controuerſ. illuſtr. c. 18. nu. 29. Afflict. ſuper 3. p. Conſt. Regni. Rubric. 54 n. 5. Merg. cõſil. 32. n. 6.

15 Iniuriarum actione non tenetur ille, qui prouocatus eſt ab alio, & dicit conuicium

tendens

Digitized by Google

tendens ad defenſionem prioris iniuriæ;
quoniam ſi conuicium nō tenderet ad de-
fenſionem prioris iniuriæ,teneretur actio
ne iniuriæ,quia iniurijs non eſt locus cō-
penſationis.vt tenet Abb.in c.1.n.1.de in-
iur.Pel.in c.dilecti. nu.10.de except.Boſſ.
in praxi. tit. de iniur.n.8. puta Titius di-
xit Sempronio, tu es latro, & Sempronius
dixit tu mentiris,& ſimilia tunc non tene-
tur Sempronius actione iniuriarum , quia
prouocatus ad ſuam defenſionē dixit , ſed
ſi tunc reſpondet,& tu es infamis, aut pro-
ditor, vel ſimilia, tunc tenetur,cum verba
illa,ad iniuriæ defenſam, non tendant. l.ſi
ex plagis.§.tabernarius.vbi Bald. ff.ad leg.
Aquil.& l.quæ omnia.§.1.vbi Bart.nu.1.ff.
de procurat.& l.qui cum maior.§.ſi liber-
tus.ff.de bon.libert. Alex.& Iaſ. nu.5.in l.
fin. ff.quod quiſq; iur.Claud.in l.vt vim.n.
100. Curt.num.40.ff.de iuſt.& iur.Paul.de
Caſtr.in d.l.quæ omnia,§.1.ff.de procurat.
Corraſ.in l.ſi tam anguſti. n.6.ff.de ſeruit.
Menoch. conſil.41. à num.9. lib.1.Ioann.
Vella. in tract.de pœn.delict.c.16. §.ter-
tius modus,& hæc eſt verior,& obſeruāda
in iudicando,& conſulendo,licet contra-
riam dicat eſſe communem, Boer. conſil.
4.n.27. Iul.Clar.lib.5. §.iniuria. n.14.Ca-
pic.deciſ.58. ſed nec eſt vera,nec cōmu-
nis,imo prima eſt verior.& communis.

16 Iniuriæ pœna eſt arbitraria,& iniurians
aliquem punitur pœna arbitraria,conſide-
rata qualitate facti,ſeù dicti,loci,vel per-
ſonæ, & ſemper tenetur ſatisfacere dam-
num , quod dedit vltrà iniuriam perſonæ,
licet per antiqua iura varijs pœnis puni-
rentur,alijs iniuriam inferentes,hodie ta-
men huius criminis pœna eſt arbitraria. c.
ſi canonici, de offic. ord.libr.6.& c.1.& c.
olim. de iniur.& l.fin. ff. de iniur. & §. in
ſumma. vbi Doct. inſt. eodem Abb.in c.ca
noſcitur. n.3. de ſent.excommunicat.Fel.
in c,cum te.n.3. de ſent.& reiud.Gramat.
deciſs.37. n.11. Iul.Clar. libr.5. §.iniuria.
n.7. Menoch.de arb.caſu.263.n.3.

17 Iniuria tamen damnatus efficitur infa-
mis,quamuis leuis ſit iniuria.c.cum te.vbi
Abb.n.6.Fel.n.9. & communiter Doct.de
ſent.& reiud.& l.Athletas. §.fin. ff.de his,
qui not.infam. Ang.in l.infamem, in prin.
ff.de publ.iud.Corſet. in tract.de minis.2.
p.n.26. Iul.Clar. lib.5.§.iniuria nu.7. Sal-
zed.c.66.n.6. quamuis non incurriſſe in-
famiam , niſi damnatus de iniuria atroce,
aut grauiſsima,teneant plures relati à Fe-
lino,vbi ſupra Angel.ab Angel. de male-
fic.verb.dictum Semproniū. n.4.& in ver.
verba iniurioſa.n.17.Placa.lib.1.de delict.
c.1. n.22. & Gerip.conſil.23. n.8. ſed pri-
ma eſt cōmunior.licet ſecunda ſit æquior.
& obſeruanda in praxi.

18 Iniuriam dicens contrà Romanum Pō-
tificem,Imperatorem,Regem, ſeù magnos
Principes , etiam punitur per arbitrium,
iudicis,ſed grauiſsimè, vt pœna illius,alijs
incutiat terrorem.c.1.vbi cōmuniter Do-
ctor.de maled.de conſuetudine tamen re-
mittitur ad ipſum Principē,vt ab ipſo pu-
niatur,& in noſtra Luſitania.eſt ord.lib.5.
titul 7.

19 Iniuriam dicens contra aſſertionem iu-
dicis,punitur arbitrio ſuperioris,ita vt nō
vileſcat eius officium. c.dilectus.vbi Abb.
n.3.& c.de cauſis. §.fin.de offic.iud.deleg.
vnde enim iura naſcuntur non debent in-
iuriæ naſci.c.qualiter. 1.de accuſat.& etiā
ipſe iudex poteſt iudicare in iniuria ab ali
quo ſibi illata,in perturbatione ſui officij,
ceſſante cauſa ſuſpicionis. c.dilectus filius
de pœn.& c.1. vbi gl.ver.punire. de pœn.
lib.6.l.item apud Labeonē. §.idem ait.vbi
Bart. ff.de iniur.Abb.in c.ſi quis.nu.17.de
foro comp. Dec.in l.non eſt ſingulis. ff.de
regul. iur.

20 Iniuriarum actio expirat per lapſum an-
ni,quoniā ſi iniuriatus diſsimulat per an-
num, videtur iniuriam remiſiſſe.l.non ſo-
lum.§.iniuriam.ff.de iniur.& l.ſi non con-
uicij. C.eodem,& §.fin.vbi gl.ver.deſimu-
latione, & gl.verb. introduxit. in §. ſed &
lex.inſt.de iniur. & prin.inſt.de perpet. &
temp.act. Abb.in c.ca noſcitur.num.4.de
ſent.excōmunicat.Bart.in l.in honorarijs.
à n.1. ff.de act.& obligat.Ruin. conſil.21.
n.5.lib.4. Iul.Clar. lib.5. §.iniuria.num.9.
Plac.de delict.c.6.n.fin. Merg.conſil.20.n.
8. hic tamen annus,eſt vtilis,& non currit
niſi à die ſcienciæ,& quibus diebus agi po-
teſt,ſi iniuria fuit metu illata, aliter namq;
anno continuo tollitur. l. item ſi cum ex-
ceptione.§.poſt annum. vbi gl.ver.vtili.ff.
quod met.cauſ.& d.l.ſi non conuicij.C.de
iniur.Cuman.conſil.74.n.5. Cur.Iun. in l.
1.in prin.n.20. ff.quod quiſq; iuris.Ioann.
de Belouiſ.in pract. criminal. in prin.col.
3. verſ.& ad hoc not.Ang. & Salicet. in l.
querelam. C.ad leg.Corn. de fal.& hoc eſt
intelligendum in actione iniuriarum cri-
minali, quia ciuilis eſt perpetua,vt excō-
muni, inquit Balb. depræſcript.4.parte.4.
quæſt.

Digitized by Google

quæſt.prin.quæſt.1.n.3. Roland.conſil.39. n.15.lib.2.& Iul. Clar.lib.5.§.iniuria.n.9. Marant.de ord.iud.4.p.diſt.1. n.99.

21 Iniuria non fit illi, qui ſcit, & cōſentit, & valet prohibere,ſi vult.c.ſcienti.vbi notant Doct.de regul.iur.lib.6. & l.1. §.quia nulla.ff.de iniur. & l.1. ff.ne quis eum, qui in ius.& l.nemo videtur fraudare.vbi Dec. ff.de regul.iur.niſi offendatur ius alterius. c.contingit. vbi Abb.n.2. de ſent.excommunicat.

22 Iniurioſa verba dicens Clerico,non cōuenitur coram iudice Eccleſiaſtico,ſed coram iudice laico,ſi eſt laicus,aut corā quocumq; iudice ſui fori, niſi de cōſuetudine aliud obſeruetur gl.fin.& ibi notant Doct. in c.parochianos. de ſent.excommunicat. & dixi ſupra verb.Clericus.§.76. licet cōtrarium teneat Abb. in d.c. parochianos. n.5.quamuis in noſtra Luſitania poſsit laicus conueniri coram iudice Eccleſiaſtico pro iniuria verbali facta Clerico,-& reputatur caſus mixti fori.ord.lib.2.tit.9.§.3.

Verbo Inſtrumentum.

1 INſtrumentorum appellatione venit omnis ſcriptura inſtruens cauſam. l.1.ff.de fid.inſtr. & l.notionum. §.inſtrumentorū. ff.de verb.ſign. & l.1. C.de dilat.& Abb.& alij in Rubric.de fid.inſtr.Doct.in Rubric. ff.& C.de edēd.& aut requiritur inſtrumētum pro ſubſtātia,& eſſentia actus,aut pro neceſsitate probationis, aut vt probatio magis habilitetur, & conſeruetur in longum tempus, ex Bald. in authēt.ſed nouo iure,n.11.C.ſi cert.pet.

2 Inſtrumentum debet continere tēpora, diem,menſem,& annum,& locum vbi cōficitur, & aliter non valet. c.quoniam.vbi gl.verb. tempora, & Doct. deprobat.& c. Abbate.§.præfatus. vbi gl.ver.cenſeretur. de ſent.& reiud.lib.6. Abb.in c.1. nu.3.de fid.inſtr. Bald.in l.contractus. C.de fid.inſtr.ſcriptura tamen priuata regulariter valet,ſine die,& tempore,& loco,cum agitur de præiudicio ſcribentis.l.cum tabernam. §.idem quæſiuit, vbi Bart.nu.1.ff.de pign. & c.ſi cautio.de fid.inſtr.& l.cum de indebito §.in omnibus. ff.de probat. Iaſ.in l. quod ſine.n.3. C.de teſtam.ſi vero contineat teſtamentum non valet,ſine die loco, & tempore,d.l.quod ſine. vbi Bald.Angel. Iaſ.n.3.C.de teſtam.aut ſi agatur de præiudicio nō ſcribentis,quia tunc eſt neceſſe, vt dies probetur, ad aliquam cauſæ explicationem. vt tenet Abb.in c.2. n.7.de fid. inſtr. Bart.in d. l. cum tabernam. §. idem quæſiuit. n.3. ff.de pign.

3 Scriptura alia eſt publica,alia authentica,& alia priuata, ſcriptura publica dicitur illa,quæ cōfecta eſt à publica perſona, cum requiſita ſolemnitate, & tunc habet perpetuam firmitatem ad damnum & cōmodum,vtriuſq; partis. c.2. vbi gl.ver.authentica,& Abb.n.2. de fid.inſtr. ſcriptura vero authentica dicitur illa,quæ ex appoſitione authentici ſigilli, aut alio modo per ſe fidem facit ſine alio adminiculo. c. 1.vbi gl.1.& Abb.n.2.& c.2.de fid.inſtr.& c.poſt ceſsionem, vbi gl.1. de probat.& l. ſi Chyrographum.ff.de probat. & ita omnis publica ſcriptura eſt authentica,ſed nō omnis ſcriptura authentica eſt publica, quoniam quæ per manū perſonæ publicæ fit,eſt authentica,& quæ fit per iudicem cū teſtium ſubſcriptione, aut quæ habet authenticum ſigillum,aut quæ ex ſe ipſa habet auctoritatem. c.2. & gloſſ.1.in c.1. vbi Abb.n.2. de fid.inſtr. Afflict. deciſ.271.n. 4. & etiam ſcriptura priuata confeſſata à parte,aut per teſtes iurata dicitur authentica, loquendo lato modo, l.ſcripturas.vbi Doctor. C.qui pot.in pign.hab.& auth.de inſtr.caut. §. ſi tamen quis quàm coll.6 gl. 1.in c.1.de fid.inſtr. & ita quæ eſt confecta per aliquem officialem ſuper expectantibus ad ſuum officium. ex Bart.in l. quædā. §. numularios. n.3. ff.de edend. Abb.in c. 1.n.2. de fid.inſtr.

4 Scriptura, quæ non eſt publica, vel authētica dicitur priuata quia à perſona priuata conſcripta eſt, & eſt in triplici differētia,namq; alia vocatur apocha,ſeu ſchedula,alia vocatur liber rationum,alia Epiſtola,quæ mittitur abſenti,& ſcriptura priuata regulariter facit ſemiplenam probationem. l.inſtrumenta.vbi Doct.C.de probat.& gl.verb.ex acto.in l.admonendi. vbi Bart n.24.Iaſ.n.76.& alij.ff.de iur.iur. ſpecul.in tit.de inſtr.edend. §. nunc dicendū. verſ. licet autem.

5 Scriptura priuata,quando eſt ſubſcripta à partibus, & à tribus teſtibus facit plenā probationem. l.ſcripturas, & auth. ſi quis vult. C.qui potior.in pign.hab.& auth.de inſtr.caut.§. ſi quis vbi Bart.n.1. coll.6. & gl.1. in c.2. vbi Abb.n.5. de fid.inſtr.Bart. in auth.& ſi cōtractus.n.8.C.de fid.inſtr.& ſi non eſt ſubſcripta à parte,nec à teſtibus, ſi tamen

Digitized by Google

ſi tamen pars eam confitetur facit fidem plenam contrà partem ſcribentem,& cōfeſſam. l.ſcripturas. C.qui potior.in pign. hab.gloſſ.verb. authentica. in c.2. de fide inſtr. vbi Abb. nu.2. & l.publica. § fin.vbi Bart.num.1.ff.depoſit.& l.generaliter. vbi Doct. C. de non numerat. pecun.ſi autem pars negat contentum in ſcriptura priuata, aut negat ſe illam ſcripſiſſe, ſi ab eo ſcriptam fuiſſe proponitur,tunc eſt neceſſe adhibere teſtes, qui vidiſſent numerare contentum in apocha, aut cognoſcant characteres apochæ, & fuiſſent præſentes, quando ſcriptura illa facta fuit,tunc enim ſufficit ad plenè probandum, licet teſtes ſubſcripti non fuiſſent. authent. de inſtr. caut. §.ſi quis igitur. vbi Bart.à nu. 3. coll. 6.& c.cum Ioannes. de fide inſtr.& gloſ.1. & Abb.nu.2. in c.2. eodem titulo.Bart. in authent. atſi contractus. num.6. C. de fide inſtr.Angel.in d. §. ſi quis igitur. ſi tamen teſtes non deponant , quòd fuiſſent præſentes , quando dicta apocha fuit ſcripta, ſed tantum habēt illam notam,& cognoſcunt characteres, non probant plenè, ſed faciunt ſemiplenam probationem.l.inſtrumenta. vbi Paul.de Caſtr. C. de probat. & gl.verb. exacto. in l.admonendi,vbi Doct. ff. de iure iurand. Bart.in authent.at ſi contractus.nu.4. C.de fide inſtr.& in l.ſcripturas.num.4.C.qui potior.in pign.hab. Abb. in d. cap.2. num.2.de fid.inſtr.Afflict.deciſ.181. num.7. Alex.conſil.150. col.5.libr.5. Cou.ruu.quæſt. pract.cap.22. num.6. & quamuis teſtes dicant, ſe certo ſcire illā eſſe ſcripturam Titij, quia habent notam eius litteram,& ſignum,eò quòd multoties viderunt eum ſcribere, & ita characteres litterarum formare, & quòd ſæpiſsimè ad eos ſcriberet Epiſtolas,hæc omnia non faciunt niſi ad ſemiplenam probationem, vt per iura ſupra relata,& tenet Valaſ.cōſult. 177.n.4. & hæc eſt ſumma veritas, quāuis aliqui iudices admittant ad plenam probationem teſtes deponentes,ſe certo cognoſcere litteram illam apochæ eſſe Titij,quia viderunt eum ſæpiſsimè ſcribere,& habēt notam eius litteram,& characteres. vt refert Valaſ.conſult.77. nu.14.ſi tamen ille, qui fecit apocham vocatus fuerit iniudiciū ad illam recognoſcendam,& non compareat,tunc iudex incontumaciam illius habebit illam pro recognita,& tam illam,quā fecit ipſe reus,quàm eam,quā fecit defunctus,cuius hæres eſt auth.de colla.§.ſuper hoc.& §.ſi quis autē coll.9. gl.ver. exacto. in l.admonendi.ff.de iure iur.& ſi teſtes in apocha ſcripti præmoriātur. tunc apocha non facit fidem. c.2.de fid.inſtr.& auth.de inſtr.caut. §.ſi vero moriatur. vbi gl.verb. pro ſe coll. 6.

6 Epiſtola Miſſa abſenti facit fidem plenā contramittentem, ſi eſt ſigillata, & aparte approbata gl.1.in c.2. vbi Abb.n 8.de fid. inſtr.Bart.in l.publia.§.Titius. n.3.ff.depoſit.& ſufficit, vt quis oſtendat Epiſtolā ſibi deſtinatam,nec requirit,vt probet ſe tunc acceptaſſe,quia eo ipſo,quod ipſam retinet,illam acceptare videtur.vt refert Bart. in l.cū tabernam.§.idem quæſiuit.n.4.ff.de pign.& ita ſi eſt cōfeſſata. d.l.publia.§.fin. vbi Bart.& Abb.in d.c.2.d.n.8.per cōparationem tamē litterarū non facit niſi ſemiplenam probationē,vt tenet Imol.& Abb. n.8. in d.c.2. de fid.inſtr.Salicet.& Iaſ.in l. admonendi.n.83.ff.de iur.iur.Bald.in l.fin. C.de edict.D.Adrian. Ang.in l.cōparationes.C.de fid.inſtr.nā ſi daretur,quòd Epiſtola per comparationē litterarum faceret plenā fidem,aperiretur occaſio falſificandi multasEpiſtolas,quod facile fieri poteſt,& grauarentur quā plurimi iniuſtè ,vt tenet Abb.vbi ſup.& dixi ſup.ver.Epiſtol.§.4.

7 Scriptura priuata, quæ reperitur in archiuo publico à communi deputato alicuius Eccleſiæ,Regni,Ducatus,& ſimiliter,facit plenam fidē ratione loci, ſi in ſe habet cauſam ſufficientem.auth.ad hæc.C.de fid. inſtr. c.ad audientiam. de præſcript. Paul. de Caſtr. in d. auth. ad hæc.Abb. in c.2.de fid.inſtr.Iaſ.in l.admonendi.n.78.ff.de iur. iurand.Paris.conſil.27. n.49.lib.2.Gab.de probat.concluſ.5.Valaſ.cōſult.163.n.11.

8 Scriptura priuata alicuius mercatoris, ſeù liber rationum ſuarum probat contra ſcribentē, quia ſemper de iure ita conſuetum fuit,propter auctoritatem,& cōmoditatē mercatorum,ex Bart.in l.admonendi. n.26. Bald.& Iaſ. n.18.& omnes. ff.de iure iur.Abb.in c.2. n.9.de fid.inſtr.& l.quædā. §. numularios. vbi Doct. ff.de edend. pro ſcribente tamen nō probat limitant tamē Doct.quod valeret,& probaret in dependentibus à mera voluntate ſcribentis , aut quando mercator fuiſſet homo probus, & fidelis, aut quando inter alia poſita in illo libro probantur aliqua verè, & fideliter poſita fuiſſe , tunc præſumitur quòd omnia fideliter à bono, & probo mercatore eſſent in ſuo libro ſcripta , aut vbi per

Digitized by Google

ſtatutum regionis, ſeù per conſuetudinem ita obſeruatur, vt docent Bart. Bald. & Iaſ. in d. l. admonendi. ff. de iure iur. & in l. quadam.§.numularios.ff.de edend. Abb.in d. c.2. de fide inſtrum. ſed contrarium eſt verius, nam ſi nullus cum iuramento admittitur in teſtem pro ſe.14.quæſtion.2. §.1 & cap. ſi teſtes. §. nullus idoneus 4. quæſtion. 3. nec iudicare poteſt quis in re ſua, vel ſuæ familiæ. l. qui iuriſdictioni. vbi Doctor. ff. de iuriſdiction. omnium iudic. & l. in priuatis. ff. de iud. & l. vnica. C. ne quis in ſua cauſ.quomodo poterit credi in illo, quod ſimpliciter pro ſe ſcripſit, in præiudicium alterius? nihil aliud eſſet, niſi dare occaſionem multis falſificatibus. vnde tene, quod liber rationum mercatoris, etiam viri boni, & probi, nullo modo probat pro ſcribente, quatènus tendit in præiudicium alterius, ex l. publia. §.fin. vbi gloſſ.fin.ff.depoſit. & l. exemplo. vbi Doct.& l.rationes.C.de probat Valaſc.conſult.177. num.7.Gerip.conſil.12. num.24.

9 Scriptura etiam publica, & manu publiei notarij confecta non probat in contractibus, nec fidem facit, ſi teſtium ſubſcriptionem non habeat. cap.2. vbi Doct. de fide inſtrum.& cap.1. de procurat gloſ. 1. in cap.poſt ceſsionem. de probat.& authent. de hæred.& falſ.§.hinc nobis. verſ. tabularius. coll.1.& authent.de inſtr.caut. §. ſi quis igitur. coll. 6. in actibus tamen publicis, & iudicialibus mandato iudicis conſcriptis creditur ſcripturis tabellionis, ſine teſtium ſubſcriptione. c.quoniam.vbi gl.verb. duos. de probat. & l in donationibus. vbi Doct. C.de donat.& dico.infra verb.tabellio. §.11.

10 Inſtrumentum debet legi coram partibus contrahentibus, & ab illis ſubſcribi,& aliter non valet. leg.contractus. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de fide inſtr. Abb. in cap.1. num.3. verſ. vndecimo,& in c.cum P. num.4. de fide inſtr. & ord. lib.1. titul. 78.§.4. & debet habere ſignum notarij ſolitum apponi, nec ſine illo valebit. vt tenet Abb. in c.1. nu.3. verſ.decimo.de fide inſtr. Corn.conſil.118. col.2. in littera D. lib.4.& Marant.de ord.iud.6.part. §.de inſtrumentorum productione. nu.40. Merg. conſil.24. n.63.

11 Inſtrumentum tantum valet, quantum teſtium depoſitiones, vbi de eſſentia, & ſubſtantia contractus non requiritur ſcriptura. l.in exercendis. vbi Doct. C de fide inſtr. & ſtatur tunc inſtrumento, quamuis pars dicat ſe contrariũ dixiſſe, donec probetur contrarium. cap.poſt ceſsionem. de probat.& l.pen. §.fin.C.de contrah.ſtipulat. Abb. in cap.cum dilecti.num.8.de accuſat.

12 Solemnitas requiſita non eſt omittenda in inſtrumento, quia ſi omittatur ſolemnitas illa, quæ requiritur de ſubſtantia, corruit inſtrumentum, l. cum hi. §.ſi prætor. vbi Doct.ff.de tranſact.Abb.in c.quoniam. num.10. vt lit.non conteſt. ſemper tamen præſumitur interueniſſe in illo omnem ſolemnitatem,dum contrarium non probatur. l.generaliter. vbi Doctor. C.de non numerat.pecun. & §.fin. vbi gl.1. & Ang. inſt.de fide inſtr.iuſſ.

13 Inſtrumentum factum in præſentia alicuius, illo tacente, præiudicat illi in his, quæ illo, inuito fieri non poſſunt, quia tunc illa taciturnitas habetur pro conſenſu. cap qui tacet. vbi Doctor. de regul. iur. libr.6. & l. ſæpe. §.cum inter.ff.de regul. iur. gloſſ.verb. non obeſſe. in l.Gaius. ff. de pign.act.vbi Bart.num.2. & quando tacet in fraudem creditorum vidẽs ab aliquo rem ſuam pignorari, & diſsimulat. l.ſi probaueris. vbi Doctor. C. ſi alien. pign. dat. & l. ſi ſine. C. ad ſenat. conſult. vell. & l. ſi mulier. C. de diſtract. pign. in illis verò contractibus, qui fieri poſſunt illo inuito, non præiudicat illi taciturnitas, nec ſubſcriptio. c.is qui tacet. vbi Doct.de regul.iur.lib.6. & l.qui tacet. vbi gl.ff de regul.iur. & d. gl.verb.non obeſſe. vbi Bart. in l.Gaius.ff de pign.act.Leo.in tract.nouſ op.c.8. num.12.

14 Inſtrumentum approbatum à parte per errorem, non illi præiudicat, quòminus illud de falſo accuſare poſsit. l.qui adgnitis, vbi Doctor. ff.de except. & l.licet. vbi Bart.Bald.& Salicet.C.ad leg.Corn.de falſ. quoniam ille, qui errat nõ videtur approbare, eò quòd errantis nullus eſt conſenſus, nec voluntas. l. ſed hoc ita. ff. de aqua plu.arcen͂d. & l.non id circo. C.de iuris.& fact. ign. Dec. in l. nihil conſenſui. §. non videntur.nu.2. ff.de regul.iur. Gerip. conſil.36. num.3.

15 Inſtrumentum quantumcumq; ſit authenticum, & etiam ſit ſcriptura iudicis, poteſt reprobari per teſtes, aut quod in ſcriptura deeſt. cap. Ioannes. vbi Gofred. Ant.de But.Hoſt.Innocent.Abb.& omnes

de fid.

de fid.inſtr.c.tertio loco.vbi etiam notant Doct.de probat.l.cum precibus. vbi Bart. Bald.& Salicet. C.de probat. auth. ſi quis in aliquo. C.de edend.gl.verb teſtimonia. in c.cum à nobis.28.de teſtib.Abb.in cap. Albericus. à nu.3. eodem tit.& quantumcumq; inſtrumentum ſit publice confectũ, & habeat teſtes ſubſcriptos,derogatur per duos, vel tres teſtes probantes contractũ, qui in inſtrumento continetur, non fuiſſe celebratum illo tempore,& illo loco,neq; inter illas perſonas, de quibus inſtrumentum loquitur, niſi inſtrumentum iuuetur per teſtes in illo ſubſcriptos,aut per alios, quia tunc requiritur maior, & ſanior numerus teſtium, & hæc eſt verior, & ſecurior opinio, reiectis alijs, quas referunt Fulg.& Paul.de Caſtr.in l.errore.C.de teſtam.hanc noſtram probat text. in c.tertio loco. cum gla.ibi.verb.teſtium,de probat. iuncto text. in l. vbi numerus. ff. de teſt. Bart. Bald.Alex.& Iaſ. in d. l.errore.Bald. Ang.Imol.in l.quotiens.in prin.ff.de hæred.inſt.Bart.in l.cum proponebatur. n.3. ff. deleg.2. Abb. in c.cum Ioannes. nu.13. de fid.inſtr.

16 Inſtrumentum redargutum de falſo debet exhiberi, & eſt tempus præfigendum redarguenti ad probandum, quòd falſum ſit inſtrumentum. c.accepimus. vbi Doct. de fid.inſtr.& ibi gloſ.verb.arguendis,& c. licet.de accuſat. & l. ſi ea. C. qui accuſar. non poſſ. & ſi arguens non probet, quòd ſit falſum punitur tanquàm falſarius. l.iubemus. C.de probat. & l.2. & l.fin.vbi Doctor.C.de fid.inſtr.& ita qui producit ſcripturam ſuſpectam de falſo punitur iudicis officio, tanquam falſarius, niſi termino ſibi conſtituto probet eam veram eſſe. d. l. jubemus. vbi Bart. Paul. & omnes.C.de probat. l.Diuus Pius. ff ad leg.Cornel. de falſ.& qui inſtrumentum arguit de falſò, & perſeuerat vſq; ad ſententiam, perdit omne commodum illius, ſi ſuccubuit, & poſtea vult iuuari alicuius cõmodi illius. l.polla. vbi Doct.& l.alia cauſa.vbi Bald.& Alex. C.de his quib. vt indign.& l.qui falſas,vbi etiam notat Bald. & Salicet. C. ad leg.Corn.de falſ.& l.poſt legatum.§.1.& §. ſi is cui,ff.de his quib. vt indign.

17 Inſtrumentum falſum ſcribens,ſignans, vel recitans, aut in eo ſignum adulterinũ ſculpens, ſubijciens, fabricans dolo malo, deportatur, & amittit omnia bona, ſi non habet deſcendentes,aut aſcendentes,vſq; ad tertium gradum,& ſi eſt ſeruus punitur vltimo ſuplicio.l.1.§.fin.vbi Bart.ff.ad leg. Corn.de falſ.& l.2. ibidem.authẽt.vt nulli iud.§.fin.coll.9.& l.ſi falſos.C.ad leg.Cornel.de falſ.& §.item lex Cornelia. inſt. de publ.iud.& ſi eſt inſtrumentum Imperatoris,Regis,vel alicuius Principis non recognoſcẽtis ſuperiorem,vltra ſupra dicta,eſt illi imponendus aliquis character in ſignũ maleficij.c.ad audientiam.vbi Doct.de crimin.falſ.vbi tamẽ per ſtatuta vniuſcuiusq; regionis eſt inſtituta pœna ſuper hoc crimine, illa imponenda eſt, & vbi à ſtatutis aliqua pœna non eſt expreſſa,hodie vtitur pœna arbitraria,vt ex mente communi reſoluit Iul.Clar. libr.5. §.falſum.num.40.& dixi ſupra verb.falſarius.à §.3.& non tantum punitur notarius fabricando falſum inſtrumentum, ſed etiam ſi inſtrumento aliquid apponat, quod verum non ſit, aut deleat aliquid ſubſtantiale ipſius inſtrumenti,& tunc eſt puniendus de falſò,vt inquit Alex.in l.prædia.num.4. ff.de acquir. poſſ.;Iaſ. in l. ſingularia. numer.48. ff. de reb. cred. & Dec. num.33. Iul.Clar. lib.5. §.falſum. num.27. Gerip. conſil.23. numer.18.

18 Inſtrumento falſo vtens ſcienter poteſt accuſari,quamuis illud non ſcripſiſſet, & ſit hæres illius, qui habebat inſtrumentum, quoniam illo ſcienter vtendo committit falſum, ſi tamen poſtquam ſciuit falſum eſſe vſus non fuit excuſatur. leg. ſi ut proponis. C. ſi reus vel accuſat. mort. fuer. & l. licet. & l.ſi falſos. & l.maiorem. vbi Bald.& Salicet. C.ad leg.Corn.de falſ. & l. qui nomine. ff. eodem titul. ille tamen qui fabricauit falſum inſtrumentum non excuſatur à pœna falſi, dicens ſe illo non vſurum. l.ſi falſos. vbi Bart.& omnes. C.ad leg.Corn.de falſ.& l.1.ff.eodem.& gl. verb.periculi.in l.2. C.de fid.inſtr. Abb.in c.præſentium.n.10.de teſtib. mitius tamen punitur ille, qui vtitur falſo inſtrumento, quàm ille,qui illud fabricauit.vt tenet Salicet.in l.ſi vteris.n.4.C.de fid.inſtr.

19 Inſtrumentum ſuſpectum de falſo præſentans poteſt detineri, vſq; dum veritas manifeſtet. c.ſuper eo.vbi Doct.de crimin. falſ.& c.in memoria.19.diſt. & l.iubemus. vbi DD.C.de probat,& tũc producẽti incũbit probatio de ſua innocentia. l.fin.C.de fid.inſtr.& l.fin vbi Bald.& Salic.C.ad leg. Corn.de falſ.& ſi nõ falſificauit,& poſtquã arguitur deſiſtat ab vſu illius, & probet ſe ignoran-

ignoranter illo vſus fuiſſet, neq; procurauit in falſa fabricatione illius,& oſtēdit deceptorem,ſeù falſantē, tunc nulla pœna eſt puniendus. c.inter dilectos. §.vnde de. exceſſ.prælat.& l.maiorem.& l.ſi falſos.& l.nec exemplum. C.ad leg.Corn. de falſ.gl. verb.periculi in l.2. C.de fid inſtr.Abb.in d.c.præſentium. n.10.de teſt.

20 Inſtrumentum falſum non valet,nec eſt admittendū,nec aliquo curſu temporis parit effectū. c. quam graui. de crimine falſ. & l.ſicut. vbi Bald. & lex initio. C. ad leg. Corn. de falſ. nec inſtrumentū contractuſ ſimulati. l. cum ea, quæ. vbi Bald. Salicet. Alex.Iaſ. C.de tranſact.idem Bald. in l.cū precibus. C.de probat.Valaſ c.cōſult.154. n.31. Gerip. conſil.46. n.14.

21 Inſtrumentum etiam ſigillum habens, vbi tamē deficiunt litteræ,quæ ſenſum variant,aut non ſunt legibiles, ſeù ſcriptura eſt deleta, aut enormem patitur fractionem,nō probat. c.inter dilectos.vbi Abb. n.4. de fid. inſtr. ſi vero deficiat aliqua littera, quæ non mutet ſenſum, non vitiatur tunc inſtrumentum,aut reſcriptū.c.exparte.vbi Abb.n.2.de fid.inſtr.nec ſi habet raſuram in parte non ſuſpecta, & nihilominus veritas patet.c.ex litteris. vbi Abb.n. 4. eodem.

22 Inſtrumentū vetuſtate quaſi cōſumptū, ſeù propter aliquā iuſtā cauſam poteſt renouari iudicis auctoritate, & tunc illud exemplatum habet eandē vim. c. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. & c.fin. vbi Abb.n.5.de fid inſtr.& in c.Albericus. n.5. de teſtib.& gl.ver.documento.in auth. vt ſponſ.§ & hoc inſuper.coll 9.& l.publicati. vbi Doct. C.de teſtam.gl.fin.in c.1.de fid.inſtr.Bart.in auth. ſi quis in aliquo.n.2. & Iaſ.n.2. C.de edend. & ita ſi eſt exēplatum ab ipſomet notario qui originale ſcripſit,ex Bart.& Iaſ.vterq;.nu.3.in d.auth. ſi quis in aliquo de edend. idem Iaſ. In l. ſi quis.§.prætor.n.3.ff de edend.ſi tamē fuerit exemplatū,ſine auctoritate iudicis, nō facit tunc fidem, ſine originali. c.1.vbi gl. fin. de fid.inſtr.& l.2. ff. eodem. & auth. ſi quis in aliquo.vbi Doct.C.de edēd.& l.ſancimus. C.de diuerſ.reſcript. ſpecul. in tit. de inſtr.edit.§.oſtēſo.Innoc.in c.fin.de fid. inſtr.niſi exemplatio,ſine iudicis auctoritate fiat partibus volentibus,& approbantibus expreſſè inſtrumentum illud,ſine auctoritate iudicis.exemplatum,ex Bart.in d. auth. ſi quis in aliquo n.5.

23 Inſtrumentum exemplatum, ab exemplo nō facit fidem,quia exemplum exempli non probat. l.ſancimus. C. de diuerſ. reſcript.niſi interueniat auctoritas iudicis & citatio partis.vt tenet Bart. Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij in d auth ſi quis in aliquo.C. de edend. Merg conſil.68.n.24.

24 Inſtrumentum faciens mentionem de alio, non probat in illo de quo facit mentionem, ſi illud aliud non edatur. auth. vt ſponſ. §. & hoc inſuper. vbi Bart.coll.9.& auth. ſi quis in aliquo. vbi Cin. Bart.Bald. Ang.Paul. Alex.Iaſ.& omnes. C.de edend. niſi inter eaſdem perſonas, quæ poſſunt, libere diſponere, & ſibi præiudicare, ex Bart.in l.ſi forte. ff. de Caſtr. pecul. & in l. ſciendum. ff. de verborū. obligat. & idem Bart. Bald.& Iaſ.in d. auth. ſi quis in aliquo.C.de edend. vt in ſecundo fuerit trāſcriptum.ex ord.lib.3. tit.60.in prin.

25 Inſtrumentum falſum in vno ſuſtantiali, eſt ſuſpectum de falſo in omnibus. vt tenet Inn. in c.cum in iure.de offic. & poteſt iud. deleg. Socin. conſil.28. lib.3.& in totum corruit, ſi propter vitium notarij cōmiſſa fuit falſitas in particula illa,quia diminuitur fides notarij. l. ſi aliquid. C. de ſubcept.& Arc.lib.10.& cum inſtrumentū dependeat à fide notarij,tunc totum vitiatur. facit text.in c.quanto.de his quæ fiunt à prælat.ſine conſ.cap.& c.ſi ad ſcripturas. 9.diſt. & Iaſ. in l. ſi ex falſis. num.9. C. de tranſact. aut eſt falſum ex alia cauſa,& tūc illa particula falſa corruit,cum ſuis coniūctis, & cōnexis, diuerſa tamen firma manent, quia vtile per inutile non vitiatur, quando vtile ſeparabile eſt ab inutili, cap. vtile de regul.iur.lib.6. & c.cum dilectus. 19.de prab. l.qui teſtamento. ff de leg.2.§. quod ſi quis. inſt. de inut. ſtipul. niſi illa particula falſa reſpiciat omnem ſubſtantiam inſtrumenti, quia tunc omne inſtrumentum corruit. auth. vt propon. nomen imp. § fin. Bart. in d. l.ſi ex falſis.num.12. C. de tranſact. & ibi Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. Inn.& Ioan.And.in c.fraternitatis.de hæret. Ant.de But.in c.cum cauſam.in fin. de probat.

26 Inſtrumentum,quo quis vtitur coram iudice,ſi de toto non agitur, non debet integraliter legi, nec edi, ſed illud tantū capitulum,de quo agitur. c.contingit.de fid.inſtr.& l.argentarius.§.edi.autem. vbi Bart. n.1.& Iaſ. n.12.ff.de edend Abb.in c.1.n. 27. de probat. ſi tamen ſuperior petat ab inferiore

Digitized by Google

inferiore priuilegium ſuæ exemptionis ad illud integraliter legendum, tenetur inferior illud tradere, plerũq; enim principiũ corrigitur per finẽ, aut vnam particulã per aliam, & ideo, ſi totum petatur totum edi debet. c. cum perſonæ. vbi Doct. de priuil. lib. 6. & l. in ciuile. ff. de legib. & l. 1. §. editiones, ff. de edend. & Abb. in d. c. 1. n. 30. & ita dicendũ eſt de ſtatuto. d. c. cum perſonæ. vbi Ioan. And. & alij Abb. in d. c. 1. n. 34 de probat. Bart. in l. 1. §. edere. ff. de edẽd.

27 Inſtrumenta ſua priuata non tenetur reus edere, quia nulli eſt dicendũ ea, quæ contra te ſunt, debes requirere apud te, in mediumq; proferre. c. 1. vbi Doct. de probat. & l. qui accuſare. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de edend. idẽ Bart. in l. 1. n. 1. C. codẽ c. 3. circa fin. de cauſ. poſſ. & propriẽ. l. 1. §. edenda. ff. de edend. ſi tamen reus eſſet vſurus illis priuatis inſtrumẽtis, tũc illa edere teneretur, & ſimul cũ libello, aut quacũq; exceptione, ſi in illa facit mentionem illorum inſtrumentorum, quibus vſurus eſt. l. 1. §. edenda. vbi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. & Iaſ. ff. de edend. gl. ver. fieri debeat. in l. qui accuſare. C. eodem. & gl. ver. nulli. in c. 1. vbi Abb. n. 26. de probat. vbi etiã notat Inn. & c. cum perſonæ, vbi gl. verb. tradere de priuileg. libr. 6. ſpecul. in titul. de inſtr. edend. §. nũc dicamus. verſ. quid ſi quis, niſi inſtrumenta ſint apud reum. l. ſi legatũ. vbi Doct. ff. de edend. ſi autem de inſtrumento non fecit mentionem poteſt illud producere vſq; ad cõcluſionem in cauſa, aut vſq; ad terminum ad hæc præfixum. c. cum dilectus. vbi gl. verb. concluſum. & Abb. n. 8. de fid. inſtr. & gl. ver. productione. ad fin. in auth. at qui ſemel. C. de probat. Abb. in c. ſeries. n. 4. de teſtib. & etiã in cauſa appellationis poteſt inſtrumenta producere, ſi tẽpus præfixum non fuit. c. cum Ioannes. de fi. inſtr. Abb. in d. c. cum dilectus. n. 8.

28 Inſtrumenta, aut ſunt edẽda officio iudicis, aut per actionẽ ad exhibendũ, nã ſi editio principaliter poſtulatur à notario, vel ab argẽtario ratione officij ſibi iniũcti, tũc per officium nobile iudicis fit edictio, aut quãdo quis poſtulat edictionẽ eorum, quæ in iudicio producuntur. l. 1. §. edenda. & l. prætor. & l. argẽtarius. in prin. ff. de edend. & l. 2. C. eod. ſi autẽ ille, qui petit editionẽ, prætendit intereſſe illius cauſæ, tũc debet ſibi fieri editio per actionẽ ad exhibendũ. l. in hac actione. §. Pomponius. vbi Bald. ff. ad exhib. Bart. in l. 1. n. 7. C. de edend.

29 Et ſi pars, quæ tenetur edere ſua inſtrumenta, illa producere non vult, poteſt tunc iudex pronunciare, quòd tali inſtrumẽto in perpetuum fides non adhibeatur. vt tenet Bart. & Iaſ. in l. 1. §. edenda. ff. de edend. & idem Bart. in l. ſi appellationẽ. n. 3. C. de appellat. Bart. Bal. Ang. Iaſ. & alij in l. 2. C. de edẽd. Inn. in c. g. perpetuus de fid. inſtr.

30 Inſtrumenta cõia tenetur quis edere, vt pars ſuam intentionẽ fundet. c. ex litteris. vbi gl. 1. & c. accepimus. & c. contingit. & c. g. perpetuus. vbi Abb. n. 1. de fid. inſtr. & l. in fraudem. §. ex his bonis, & l. aufertur. ff. de iure fiſc. gl. verb. nulli. in c. 1. vbi Abb. nu. 28. de probat. & c. præterea. de dilat. & l. pen. §. fin. vbi Bart. n. 1. ff. ad leg. falc.

31 Acta publica, confeſsiones, reſpõſiones, atteſtationes, allegationes, quæ dãtur iudici ad inſtructionẽ cauſæ, ſũt edẽdæ cuiuſcũq; intereſt, tàm reo, quàm actori, cum in actis ſunt productæ, ne iudex ex falſis allegationibus circumueniatur. c. quoniã contra de probat. & l. apud. C. de edend. & l. ſi quis obrepſerit. ff. ad leg. Corn. de falſ. & l. 1. C. ſi ex falſ. inſtr. gl. ver. cõmuniũ. in c. g. perpetuus. de fid. inſtr. Iaſ. in l. 1. §. edenda. n. 6. ff. de edẽd. & ita obſeruatur in omnibus tribunalibus. licet Inn. in c. per tuas. de teſt. & Lud. in d. l. 1. d. §. edenda contrarium teneant.

32 Edere etiã ſua inſtrumẽta tenetur vſurarius, & tutor, curator, & ſocius, atq; procurator, & petũtur per edictũ de edendo, aut officio iudicis. l. 1. §. edenda. ff. de edend. & clem. vnica. §. cæterũ. vbi Doct. de vſur. & l. 2. C. de edẽd. vbi gl. ver. exhiberi. & gl. ver. cõmuniũ. in c. g perpetuus de fid. inſtr. illa etiã tenetur edere publicus exactor, mercator, & argẽtarius, qui oẽs tenẽtur edere cõtra ſe libros ſuarũ rationũ. l. prætor ait. & l. ſi quis ex argentarijs, & l. vbi, & l. quædã. §. numularios. & l. argẽtarios. ff. de edẽd. & l. non eſt nonũ. C. eod. & gl. ver. nulli. in c. 1. de probat. & ſi aliquis eorũ dicat ſe librũ ſuarũ rationũ perdidiſſe, tenetur probare amiſsionẽ, ſi naufragio, aut incẽdio, ſiue ruina, vel alio ſimili caſu contigiſſet. l. ſi quis ex argẽtarijs, §. fin. ff. de edẽd. gl. ver. cõpellẽd. in clem. vnic. §. cæterũ de vſur. aut iurabit, qd ſine fraude, aut dolo illũ amiſiſſet.

33 Inſtrumenta communia erunt apud quem eorum ſociorum iudex ea deponi iuſſerit, conſiderata rerum, & perſonarum qualitate. l. de inſtrumentis. vbi glo. fin. & Doctor. C. communia vtriuſq; iud. & l. fin. ff. de fide inſtr. & l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. famil.

Digitized by Google

ff famil.erciſ.& l.procurator.C.de edend. Iaſ.en l.procuratorem.n,3. C.codẽ. & ille apud quem inſtrumenta communia remiſerint tenetur præſtare cautionem de illis exhibendis quoties cunq; opus fuerit.d.l. ſi quæ ſunt cautiones. & d.l. procurator. C.de edend. & l. ſicut datam. c. deliberal. cauſ.& gl.fin.in l.de inſtrumentis.C.communia veriusq; iud.

34 Inſtrumenta emptionalia rei legatæ debẽt remanere apud hæredem præſtita etiã cautione, de illis reddendis legatarijs, ad deſcribendum quando opus fuerit, quoniã hæres tenetur oſtendere per inſtrumenta, qualiter defunctus credebat tales res legatas ſuas eſſe, & etiam ſi teneretur de euictione,eius intereſt habere apud ſe inſtrumenta emptionalia rei legatæ.l.inſtrumẽta. vbi Bald.& Iaſ.nu.3. C.de fid.commiſſ. Doct.in l.ſi pluribus.ff.deleg.2.melius tamen eſt vt hæc inſtrumenta duplicentur, & penes vnumquemq; remaneat ſuum inſtrumentum, aut ab ipſomet notario, vbi eſt originarium,quod vulgo dicimus à nota detur vnicuiq; ſuum inſtrumentum, vt tenet Abb.in c.quoniam contra.num.4 de probat.Merg.conſil.43.n.26.

35 Originalia actorum ſemper debent permanere penes notarium illũ,qui ipſa ſcripſit, vt ſi aliqua difficultas poſtea emerſerit,habeatur recurſus ad ipſa originalia.vt tenet Abb. in c.quoniam contrà.nu.4. de probat. nec vllo modo ſunt parti edenda, neq; etiam iudici appellationis, ſed tantũ copia actorum eſt edenda, facit text. in l. eos. qui.§.ſuper his.vbi gl.verb.& exẽpla. & Bart. n.2. & in l.à pro conſulibus. C. de appellat.& notant ſcribentes. in d.c.quoniam contra de probat.nec illa dare tenetur,niſi ſoluto ſalario. vt tenet Bart. Bald. Angel.Iaſ.& omnes. in l.argentarius. ff.de edend.

36 Inſtrumentum ordinarij,omnibus ſolẽnitatibus requiſitis confectum facit fidem In omnibus,& illi eſt ſtandum. c.poſt ceſſionem. vbi Abb.nu.4. & alij.de probat.& c.2. de fid.inſtr.l.cum precibus. C.de probat.& l.fin. vbi gl.ver.manifeſtum.& Bart. Bald.& Salicet.C.de rebus cred.Alciat.regula.3.præſumpt.13.n.7. Bald.in c.1.§. ſi inſtrumentum de nat.feud. vnde dicitur inſtrumentum publicum ſolemnitatibus requiſitis cõfectum,eſt probata probatio, vt per Bald.in l.intereſt.C.de ſolut.& in l. quoties.In fin.C.de iud.Bart.in l.1.in prin. n.8.de noui op.nũciat.Alciat.depræſump. 13.n.8. Dec.conſil.389. nu.10. Curt.Iun. conſil.64. n.4.& redditur res notoria per ſolemne inſtrumentũ, vt inquit Curt.Iun. conſil.109. nu.20. & ex multis, quæ tradit Socin.Iun.conſil.189. n.17.lib.2.Tiraq.de retract.tit.1.§.2. gl.1. à nu.20. Geripard. conſil.68.n.3.Valaſ.conſult.154.n.27.

37 Inſtrumentum confectum à tabellione ſuſpenſo, qui officium amiſit non valet,ex Abb.in c.ſi aduerſus. n 3. de hæret.& tenet gl.verb.documentis.in auth.de tabell. §.pen. coll.4. dum tamen exercet officiũ, & toleratur, valent inſtrumenta per eum confecta.facit tex.in l.Barbarius vbi Bald. & Iaſ.nu.48. ff.de offi.prætor. auth. de tabell.§.pen.vbi d.gl.verb. documentis coll. 4. Bald.in l.iubemus nulli.§.1. C.de Sacr. Sanct.Eccleſ.& in l.2. C.de ſeruit.& aqua. & §.tria.4.quæſt.7. & Abb.in c.fraternitatis. nu.3. de hæret.ſed non valent inſt[illegible]menta confecta à tabellione,qui damnatus fuit de falſo,poſtquam damnatus fuit,quoniam ex quo dãnatus eſt diminuitur fides illius, & opera ſua non faciunt fidem. d. c. fraternitatis,vbi Inn.Abb.& omnes.de hæret. & l.ſi aliquid.C.de ſuſcept.& Arc.libr. 20.Leo.in tract.noui oper.c.8.n.23.

38 Inſtrumenta confecta à tabellione excõmunicato, & tolerato valent,poſtquã vero fuerit denunciatus, & euitetur ab Eccleſia non valent.gl.verb.& teſtificando,in c.decernimus. vbi Doct.de ſent. excõmunicat. lib.6. Abb.in c.conſultationibus. nu.7. de iur. patr.Gam.decoiſ.133,nu.1.excõtus denunciatus non poteſt ſtare in iudicio.c.intelleximus de iud.vbi Doct.ita nec conficere inſtrumenta inter contrahentes, ſecùs tamen ſi toleratur.

39 Inſtrumentem factum à notario inutilitatem vxoris ſuæ valet, quamuis inutilitatem ſui ipſius illud facere nõ poſsit.l.vxori. vbi Bart. ff.ad leg. Corn.de falſ. & add. ad Abb.in c.1. verb.notarius.de fid.inſtr. Imo ſi notarius aſcriberet ſibi legatum in teſtamento alieno puniretur pœna legis Corn. de falſ. ex diſpoſitione ſenatus conſult.libon.quæ pœna tamen ceſſat, ſi teſtator ſcripſiſſet teſtamentum,& notarius faceret inſtrumentum approbationis tantũ, quoniam pœna legis Corn.in qua punitur notarius ſibi aſcribens legatum,non procedit, niſi quando notarius ipſum legatum ſcribit, & veritas probatur per ſuam ſcripturam , & non quando alius ſcripſit, vbi

Ceſſat.

Digitized by Google

Ceſſat ſuſpicio.ex Anan.in c.accendens.n. 6.de crim.falſ. Iul.Clar. lib.5. §.falſum.nu. 34. Ant. à Gama. deciſs.157.à n.1.

40 Inſtrumentum publicum præfertur ſcripturæ priuatæ,in obligatione rei, quamuis poſterius ſit, niſi ſcriptura priuata habeat ſubſcriptionem trium teſtium,aut ſit à parte confeſſata. l.ſcripturas. vbi Doct. C.qui pot.in pign.dixi ſupra.§.5.

41 Inſtrumentum publicum poteſt pati exceptionem ſolutionis, vbi eſt ſtatutũ,quod nulla exceptio admittatur contra publica inſtrumenta, quoniam ratio naturalis non patitur, vt quod ſemel exactum eſt, iterũ exigatur,vt tenet Angel.in l.& non tantũ. §.quod ſi pro emptore. ff.de pet.hæred. & Alex.conſil.113. col.2. lib.5. Dec.in l.bona fides. nu.3. ff.de regul.iur.Cerip.conſil. 38. n.24.

42 Inſtrumentum debiti traditum à creditore debitori operatur, vt præſumatur, quòd tacito pacto creditor demiſiſſet debitum, l. labeo ait. §. ſed etiam tacito. vbi Bart.n.1. ff.de pact.& l.ſi Chyrographum. ff. de probat.& c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.2. in fin. vt lit.Pend. Abb.in c.ſane. nu.4. de renunciat. Iaſ. in l.huiusmodi.§.ſi ita,n.5. ff. deleg.1. admittitur tamen probatio in contrarium per præſumptionem, puta ſi debitor eſt perſona domeſtica, & inſtrumẽtum ſurripere poſſet,aut quod creditor pateretur aliquod ſaccum, vbi inſtrumentũ debiti poterat ſubripi, aut quid ſimile. d.l. ſi Chyrographum. vbi Doct. ff.de probat.& auth.ad hoc.§.ille autem. vbi Salicet.C.de lat.libert.tol.Bart.in l.fullo.§.qui tabullas ff.de furt.Iaſ.in d.l.huiuſmodi. §.ſi ita.n.5. ff.deleg.1.& Doct.in d.l.labeo ait.d. §.ſed etiam tacito. ff.de pact.

43 Inſtrumenti amiſsio, non nocet creditori,ſi debitum poteſt probare per teſtes.l. 1.& l.ſi ſolemnitatibus, & l. inſtrumentis, & l.cum inſtrumentis. C. de fid.inſtr. & l. longi temporis. 7. C. de præſcript. long. temp. & l.cum citra. C.de iure dot. & l.in re. ff.de fid.inſtr.

44 Inſtrumenti amiſsionem probans,tenetur probare tenorem inſtrumẽti,& omnia ſubſtantialia illius,& quòd fuiſſet ſine vllo vitio falſitatis, quæ probatio poteſt fieri per duos,vel tres teſtes,quamuis in inſtrumento perdito plures teſtes requirantur ad validitatem ipſius inſtrumenti. c.cũ olim. vbi gl.verb. ſine reprehenſione,& Abb.n. 8.de priuileg.& l.2.vbi gl.verb. non petãtur. C.de decurionib.lib.10.& Iaſ.in l.2 n. 12. C.de bon.poſſ.ſecund. tabul.idem Iaſ. in l.ius autem ciuile. n.17. ff.de iuſt.& iure ſunt tamen in probatione iſta citandi illi,quibus negocium tangit,per text.in l. de vnoquoq; ff.de reiud.& l.emptor fundi. ff. de euict. & c.inter quatuor de maior. & obed. quando enim iudex aliquid facit ad inſtantiam partis ſemper fit citatio,ex Iaſ. in l.admonendi.n.22.ff.de iure iur.

45 Inſtrumenta communia,ſiue aliena occultans non committit furtum cum illa nõ ſubrripiat, ſed tantum occultet, nam licet qui ſubrripit aliena inſtrumenta, furtum committat. l.fullo. 84. & l.qui tabullas. ff. de furt. ipſa tamen occultatio non eſt furtum. l.inficiendo. ff.de furt.& gl.verb. per ſe. in l.ſubprætextu. vbi Iaſ. num.6. C.de tranſact. tenetur tamen pœna falſi,qui inſtrumenta aliena, vel communia celat, vt vera non appareant.l.Paulus,aliàs.l.inſtrumentorum. §. Paulus. ff.ad leg.Cornel.de falſ.& l.eum qui. vbi gloſſ.1.& Doct.C ad leg.Corn.de falſ. vbi Bald.& Ang.& Imol. in l.1. ff.de publ.iud.Bald.Alex.& Iaſ.in l. qui accuſare.C.de edend.& perdit cauſam. l.in fraudem.§.à debitore.verſ.quod ſi aliter. vbi gloſſ. verb. cadat. ff. de iure fiſci. Iaſ.in l.vnica §.hoc iudiciũ.n.20. ff.ſi quis ius dicent, ſi vero procurator illa occultauerit, ſine mandato domini, aut ſine machinatione, ſuaſione, vel dolo illius, tunc dominus non perdet cauſam,nam quando delictum immediate cõmittitur à procuratore,ſine dolo domini,iuſtum,& æquum eſt,vt procurator condẽnetur, & non dominus,quia in generali mandato,& in quælibet generali diſpoſitione permiſsiua nõ videtur permiſſum illicitum. l. ſi procurator.vbi Bart. n.6.ff.de cond.ind. & l.ſi pater filio familias.ff.de his,quæ infraud.cred. Iaſ.in l. vnica. §.hoc iure. ff.ſi quis ius dicent. Abb.in c.reprehenſibilis.n.22.de appellat.& ſi tabellio, ſeu notarius, occultauerit, ſuum protocolum, ſeù inſtrumẽta, tenetur pœna falſi. ex Bald. in l. eum qui. C.ad leg.Corn.de falſ.Iaſ.in l.qui accuſare n.4. C.de edend.

46 Inſtrumentum ſuſcipit ſuum robur, & validitatem ex partium conuentione,& ita tollitur ex contraria tranſactione à partibus inita. c.1. vbi Ant.de Butr. Hoſt. Inn. Ioan.Andr.Abb.& omnes de tranſact.& l. contractus. vbi Bart. Bald. & omnes. C.de fid.inſtr.& Leo.in tract.de noui op.nũciat. cap.6.

Digitized by Google

cap. 6. n. 12. Gerip. conſil. 62. n. 24. & ſi inſtrumenta ſunt contraria, quæ fidem ſibi derogant ab eodem in iudicium producta, fidem non faciunt. c. cum inter. de elect. & c. imputari. vbi Doct. de fide inſtr.

47 Inſtrumentum venditionis continens, quòd emptor propria auctoritate accipiat poſſeſsionem, operatur, vt vſucapio procedat vere, & iuſte poſtquã emptor apprehenderit rem venditam, quod non eſſet, ſi aliter ingrederetur rem venditam. l. nec ex vera. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de acquir. poſſ. & l. ſi ex ſtipulatione. ff. eodem & tunc in quacumq; parte, vbi fuerit res empta viſa clauſula illa, poterit inueſtiri in poſſeſsione à quocumq; notario, ſine aliqua citatione partis, cum tamen non ſit alius, qui tali poſſeſsioni reſiſtat, & habeat publica inſtrumenta illius poſſeſsionis à notario ſimpliciter, aut iudicis mandato, vt notant Doctor. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. Bart. in l. fin. n. 1. ff. vt in poſſ. legat. & Doctor. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat.

48 Inſtrumentum venditionis, vbi vẽditor ſe conſtituit poſſeſſorem nomine emptoris, operatur, vt ſi ſecundo vẽdat, ille prius præferatur, & habeatur pro poſſeſſore. vt tenent Doct. in l. quoties. C. de rei vind. & dixi ſupra verb. emptio, & venditio. §. 18.

Verbo Interdictum.

1 INterdictum dicitur ab interdico, interdicis, & importat prohibitionem, & aut competit de rebus diuinis, aut humanis. l. 1. ff. de interd. prin. inſt. eodem. gl. in clem. vnica de foro comp. & gl. in clem. 1. de ſepult. & extrauag. 2. de ſent. excommunicat. Summiſtæ. verb. interdictum. Gerip. cõſil. 24. n. 36 Nau. in Manu. c. 27. n. 134.

2 Interdictũ de rebus diuinis dicitur cenſura Eccleſiaſtica, qua interdicitur adminiſtratio aliquorum Sacramẽtorum, & celebratio diuinorum officiorũ, & executio aliquarum reum ſpiritualium. c. quamuis. vbi Ioan. Monach. Dominic. Arch. Ioann. And. & omnes de offic. iud. ord. lib. 6. Cald. in tract. de Eccleſ. interd. memb. 1. col. 1. Nau. vbi ſupra.

3 Interdictum eſt triplex, aliud perſonale, aliud locale, aliud mixtum, videlicet perſonale, & locale ſimul. interdictum namq; locale, eſt illud, quo locus interdicitur, & eſt duplex vnũ ſpeciale, & aliud generale, nam ſpeciale eſt illud, quo locus particularis interdicitur, puta, Collegium, Eccleſia, Monaſterium, ſiue vniuerſitas vnius ſtudij, & ſimilia. generale verò eſt illud, quo interdicit̃ Regnũ, Prouincia, Epiſcopat⁹, Ciuitas, Oppidũ, Parochia, quia tunc dicit̃ generale reſpectu illius, Regni, vel oppidi. c. cum in partibus, de verb. ſign. interdictũ perſonale eſt illud, quo interdicuntur perſonæ, & eſt duplex, aliud ſpeciale & aliud generale, ſpeciale namq; eſt, quando aliqua perſona particularis, vel perſonæ particulares interdicuntur, & interdicta perſona, non intelligitur locus interdictus, nec interdicto loco, intelliguntur perſonæ interdictæ. c. ſi ſententia. vbi Doct. de ſent. excommunicat. lib. 6. Summiſtæ. d. verb. interdictum. n. 1. Nau. in Manu. c. 27. n. 136. vnde ſi monachus vnius Monaſterij, aut Parochianus vnius Eccleſiæ fuerit interdictus, non ſit Eccleſia interdicta, nec è cõtra ſi Eccleſia fuerit interdicta, non remanet Parochianus interdictus.

4 Interdictum locale, & perſonale ſimul eſt illud, quo interdicitur locus, & perſonæ, ſeu perſonæ illius loci, & hoc interdictum dicitur de ambulatorium, & vbi fuerit perſona, propter quam ponitur interdictum, interdicitur locus ille, donec ab illo recedat, & ſicut excommunicatio eſt ferenda in ſcriptis, cum cauſæ cognitione, ita interdictum, & ad corrigendum, & nõ ad diſtruendum. c. non eſt vobis, vbi Ioan. And. de Sponſal. & c. 1. vbi Doct. cõiter. & c. fin. de ſent excommunicat. lib. 6.

5 Interdictum poſt appellationem nõ tenet ſicut excommunicatio. c. per tuas. vbi Doct. de ſent. excommunicat. attamen appellatio ſubſecuta non ſuſpendit interdictum, ſicut eſt in excommunicatione. c. ad hæc. 37. & c. paſtoralis. §. verum de appellat. & c. is cui. §. fin. vbi gl. vlt. & Ioan. And. & Arch. de ſent. excomunicat. lib. 6. gl. 1. & Inn. & Hoſt. in d. c. ad hæc.

6 Interdictum imponi nõ debet, ſine trina admonitione, ſicut excommunicatio. c. reprehenſibilis. vbi Doct. de appellat. non ſolent tamen iudices Eccleſiaſtici procedere ad interdictum, niſi poſtquam in aliquẽ grauarunt excõmunicationem, quoad ſummum illam grauare poterant, aut quãdo procedunt contra Collegium, ſeu capitulum, ſiue vniuerſitatem. vt dixi ſupra verb. excõmunicatio. § 49. non debẽt tamẽ iudices de facili procedere ad interdictũ, quia

quia aliquando iuſti pro iniuſtis patiuntur detrimentum, & ſurgit inde aliquod periculum animarum, & hæretici pullulant tẽpore interdicti, vt habetur in c. alma mater. de ſent. excommunicat. libr. 6. & non nunquam fertur ad diſtruendum. vt ſæpe vidimus multa regna ſuppoſita interdicto, & regiones, & ita permanere in ſua pertinacia, nec ab illa erumpere, imo tunc inimicus generis humani largius ſeminat ſua zizania, & nullum medicamentum affert. interdictum ſed magnum detrimentũ bonis, & timoratis ego nunquam ad interdictum procederem, quãuis partes inſtarent, ſed vterer alijs iuris remedijs, ſicut de excõmunicatione dixi. verb. excommunicatio. §. 2.

7 Interdictus celebrans incurrit irregularitatem, ſicut excommunicatus, c. is cui vbi Ioan. Monach. Dominic. Arch. Ioan. Andr. Anch. & omnes. de ſent. excõt. libr. 6. licet poſsit prædicari interdictis. & excommunicatis. c. cum voluntate. vbi Doct. de ſent. excommunicat. & iuratur, & promittitur in abſolutione ab interdicto, obedire mãdatis Eccleſiæ, ſicut in abſolutione ab excommunicatione. c. venerabili. de ſent. excommunicat. & ita celebrans ſcienter in loco interdicto, in caſibus non præmiſsis, remanet irregularis. c. is qui. §. is vero. vbi Doct. de ſent. excõmunicat. lib. 6. ſecùs tamen in Eccleſia polluta. licet enim celebrans in Eccleſia polluta peccet grauiter, irregularis tamen nõ fit. d. c. is qui. de ſent. excõmunicat. lib. 6. dicam ver. miſſa. §. 17.

8 Interdictũm poſſe relaxari ad cautelã, ſicut excommunicatio poteſt inquit. Abb. in c. ad hæc. 37. n. 3. de appellat per text. in c. venerabili. de ſent. excommunicat. ſed hanc Abbatis ſententiam veram non exiſtimo. neq; d. c. venerabili. loquitur, niſi de excommunicatione, & de ſuſpenſione, & quamuis excommunicatio, & interdictum pari paſſu ambulent. vt in d. c. ad hæc. & c. 1. & c. Romana de ſent. excommunicat. lib. 6. in relaxatione tamen differunt, neq; in illa æquiparantur. vt ipſemet Abb. ait. vbi ſupra. vnde excommunicatio, & ſuſpẽſio relaxatur ad cautelam, ſecùs autem in interdictio. vt eſt text. in c. præſenti. vbi gl. 1. & Doct. de ſent. excommunicat. lib. 6.

9 Interdici non poſſunt filij proprij ſpirituales Sũmi Pontificis, qui in noſtra Luſitania ſunt Commendatarij Diui Ioannis, qui non poſſunt interdici, niſi à Romano Pontifice. c. 1. vbi gl. verb. per ſoluant. & Doct. de verb. ſign. lib. 6. & hi ſi veniunt ad Eccleſiam interdictam, poſſunt ſemèl in anno admitti ad officia diuina. c. cum & plantare. §. quod ſi vbi Doct. de priuileg.

10 Interdictum Eccleſiaſticum non priuat communione humana ſicut excommunicatio, ſed tantum Sacramentis, & diuinis officijs, & ita prohibentur omnia, quæ ſunt deputata alicui ordini, quando ſolemniter exercentur, nam quando alicui interdicto, nõ eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, bene poteſt prædicare, & exercere omnia alia, quæ ordini deputata non ſunt, dummodo interim non exerceatur aliquod diuinum officium, nec antea, vel poſt ad ſit alicui diuino officio. c. quamuis. vbi Doct. de offic. ord. lib. 6. Nau. in Manu. c. 27. à n. 141.

11 Interdici poteſt cõmunitas, vniuerſitas, populus, & regnum, & Prouincia, quamuis excommunicari non poſsit. c. quia ſæpe. de elect. li6. & c. Romana. §. in vniuerſitatẽ. vbi Doct. & c. ſi ſententia vbi Doct. de ſent. excõmunicat. lib. 6. & c. ſignificauerunt. de except. & dixi ſupra ver. excõicatio. §. 49.

12 Tempore interdicti generalis conceditur pœnitentia, tàm ſanis, quam infirmis, & viaticum morientibus, & clerici, qui interdictum ſeruauerunt ſepeliuntur in Eccleſia, & dicuntur horæ canonicæ ſummiſſa voce, vnctio tamen non conceditur, nec ſepultura Eccleſiaſtica. c. quod in te. vbi Doct. de pœn. & remiſſ. dum tamen qui abſoluẽdi ſunt non ſint excommunicati. nec interdicti, quamuis in mortis articulo omnes abſolui poſsint. c. fin. vbi Doct. de ſent. excommunicat. lib. 6. & conceditur baptiſmus, & confirmatio, & conficitur chriſma, & prædicatio. c. reſponſi. vbi Gofred. Hoſt. Innocẽt. Ant. de Butr. Ioann. Andr. Abb. & omnes. de ſent. excommunicat. & c. quoniã in baptiſmo. eodem tit. lib. 6. & clem. 2. de ſent. excommunicat. & celebratur miſſa ianuis clauſis, ſummiſſa voce, campanis tamen non pulſatis, & expluſis excommunicatis, & interdictis. c. permittimus. & c. alma mater. vbi notant omnes. de ſent. excõmunicat. lib. 6 & c. quod non nullis. de priuileg. & c. cum in partibus. de verb. ſign. in Eccleſia tamẽ particulariter interdicta nõ dicuntur horæ canonicæ, nec miſſæ celebrantur, & omnia officia diuina prohibẽtur exceptis his, quæ tacitè, vel expreſſè permittuntur, poteſt tamen vna miſſa celebrari ſingulis hebdomadis, ianuis clauſis & ſub-

Digitized by Google

& ſubmiſſa voce,non pulſatis campanis,& expulſis interdictis,& excommunicatis,ad renouãdam Euchariſtiam,nec prohibetur pulſatio campanæ ad orationem veſpertinam,quam vocamus Aue Marias,nec oratio priuata in Eccleſia, nec cantus laicorũ etiam in Eccleſia,& licet ſit cãtus Pſalmorum,ſeu Letania,& in feſtiuitatibus Natalis Domini, Penthecoſtes, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, Paſchæ, celebrantur ſolẽniter omnia officia diuina alta voce ianuis apertis,pulſatis campanis, admiſsis interdictis, cum tamen non ſint illi, quorum culpa interdictum fuit poſitum.c.alma mater.vbi Doctor.de ſent.excõt. libr.6. quod etiam permiſſum fuit per Mart.5. & Eugenium,4. in feſto Corporis Chriſti,& tota octaua.

13 Interdicta ciuitate, dicuntur interdicta ſuburbana,& continentia, quæ ſita ſunt in territorio illius, qui profert interdictum, & ita interdicta Eccleſia dicuntur interdictæ Capellæ, & Cæmiterium contiguum, ſecùs tamen ſi non ſint contiguæ. c.ſi ciuitas.vbi gl.fin.& Doct.de ſent.excommunicat. libr.6. interdicta tamen Eccleſia non cenſentur Clerici interdicti,licet ſint Clerici eiuſdem Eccleſiæ, nec interdictis Clericis eiuſdem Eccleſiæ, cenſetur Eccleſia interdicta. vt notant Doct.in c.per exemptionem.de priuileg.libr.6.Nau. in Manu. cap.27. n.137.

14 Interdictum poteſt imponi ab illo,qui excommunicare poteſt, c.quæſiuit.vbi Doctor. de his quæ fiunt à maior part cap. & clem.1. cum ibi notatis.de ſent. excõmunicat. Nau.in Manu.cap.27. nu. 138. ſecùs tamen eſt dicendum in his,qui poſſunt excommunicari, nam vniuerſitas, quæ non poteſt excommunicari,c.Romana.§.in vniuerſitatem.de ſent.excommunicat. libr.6. poteſt ſupponi interdicto. c. ſi ſententia. vbi Doct. de ſent. excommunicat. libr.6. Nau.vbi ſupra dixi.ver.excõi:atio,§.49.

15 Interdictum,& ceſſatio à diuinis,debet obſeruari ab omnibus, qui commorantur in regione, ciuitate, ſeù oppido ſuppoſito generali interdicto, nec intereſt vtrum ſint laici,Clerici, vel monachi, & illud nõ ſeruans ſuſpẽditur ab officio,& beneficio, & ab omni iuriſdictione, c.tanta. vbi Doctor.de exceſſ. prælat. niſi interdictum ſit nullum,& nullitas ſit ſufficienter publicata,attamen antequam denunciatum ſit nõ tenetur quis illud obſeruare. arg. text. in extrauag.ad euitanda,& tenet Nau. in d. c. 27. n.157. religioſi tàm mendicãtes, quàm non mendicantes, qui non ſeruant interdictum generale, vel ceſſatione à diuinis, quam obſeruat Eccleſia Cathedralis, vel Matrix, ſeù Parochialis oppidi, remanent ipſo facto excommunicati,quamuis interdictum, vel ceſſatio ſit inualida,aut nulla, ratione præcedentis appellationis, cum tamen Eccleſia Parochialis illam ſeruet. clem.1. vbi gl.verb.religioſi,& Doctor.de ſent.excommunicat. Nau.d.c.27. nu.126. non habet tamẽ locum illa clem. in laicis, aut Clericis ſecularibus. ex gl.& Doct.vbi ſupra.

16 Ceſſatio à diuinis differt ab interdicto, quia ceſſatio à diuinis non eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſicut interdictũ, nec tranſgreſſor ceſſationis incurrit irregularitatem,ſicut tranſgreſſor interdicti,vt reſoluũt Doctor. in clem.1. de ſent.excõt.Innoc.in c. irrefragabili. n.4. de offi.ord.idem Innoc. Abb præpoſit. & alij.in c.dilectis. de appellat. Cald. in tract. de Eccleſ. interd. memb.3.col.3. Nau.in Manu.c.27.n.158.

De interdictis in rebus humanis.

17 INterdicta, quæ competunt in rebus humanis ſunt plura,vt reſoluit gl. in ſumma.in clem.1.de for.comp.& in clem.vnica.de ſepult.& gl.2. in cap.paſtoralis. vbi Abb.n 12. de cauſ.poſſ.& prop.interdictũ eſt actio prætoria, & datur vtilis in factũ. §.fin.de interd. gl.verb.interdictum.in d. c.paſtoralis. vbi Abb. n. 14. interdicta tamen, quibus frequenter vtimur ſunt illa, quæ dantur pro adipiſcenda, aut retinenda, vel recuperanda poſſeſsione.glo.verb. quod de recuperanda.in d. c.paſtoralis.vbi Abb. n.12.

18 Interdictum adipiſcendæ eſt illud,quod datur filio emãcipato,aut hæredi aduerſus illum, qui poſsidet, ad vniuerſa bona adipiſcenda. d.gl.verb.quod de recuperanda. & gl. in ſumma. in d.clem.vbi Doct.de ſepult.& Abb.in c. paſtoralis. n.13. de cauſ. poſſ.& prop. interdictum autem recuperandæ eſt illud, quod datur pro rebus immobilibus vi ablatis, pro quibus datur interdictum vnde vi,quod competit illi, qui fuit per vim deiectus,& ſpoliatus ſua poſſeſsione, & datur contra deiectorem, vel ſpolian-

Digitized by Google

ſpoliantem illo, qui ſine cauſa dejectus eſt de poſſeſsione alicuius rei immobilis, vt illi reſtituatur poſſeſsio, & omnia ablata. l. 1. vbi Doctor. ff. de vi, & vi arm. & gl. in d. clem. vnica de ſepult. & d. gl. verb. quod de recuperanda. in d. c. paſtoralis. vbi Abb. n. 15. & ex vnico actu, in ſeruitute aquæ ducendæ per fundum alterius, & in his, quæ non ſolent concedi de facili ratione amicitiæ, ſeù facultatis, acquiritur ſufficiens poſſeſsio adagendum interdicto recuperandæ, vel vti poſsidetis, ſi præſumebatur, quòd vtens intendebat vti iure ſuo. l. 1. §. quod autem. ff. de aqua. quot. & gl. verb. in trium Epiſcoporum. in c. cum Eccleſia Sutrina. vbi Abb. n. 22. & 34. de cauſ. poſſ. & prop. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. nu. 1. ff. de itiner. actuq; priuat. in ſeruitute tamen itineris, & in his, quæ ſolent de facili cõcedi, non ſufficit vnicus actus. d. §. hoc interdicto. vbi Doct. & d. glo. verb. in trium Epiſcoporum. vbi Abb. n. 23. Interdictum retinendæ eſt illud, quod datur pro rebus mobilibus, vel immobilibus, in quarum poſſeſsione quis moleſtatur, & datur tàm poſsidenti ciuiliter, quàm naturaliter, & in rebus corporalibus, ſeù incorporalibus, & in poſſeſsione, ſeù quaſi poſſeſsione. §. retinendæ, & §. ſed interdicto. vbi notant Doct. inſt. de interd. gl. & ſcribentes, in d. clem. vnica. de ſepult. Abb. in c. paſtoralis. n. 16. de cauſ. poſſ. & prop.

19 Interdictum vi bonorum raptorũ datur pro rebus mobilibus. l. 1. & 2. & per totũ. ff. de vi bon. rapt. & l. 1. §. illud. ff. de vi, & vi armat. prin. inſt. vi bon. rapt. & ille, cui res mobiles ſubreptæ fuerunt, poteſt intẽtare actionem furtiuam, vel interdictum vi bonorum raptorũ, eſt tamen in hoc cõſtituenda differentia, nam ſi prius intẽtauit actionem vi bonorum raptorum, poſtea non poteſt intentare furti actionem, quod non erit ſi prius intentauerit actionẽ furti, quia tunc non eſt deneganda actio vi bonorum raptorum. d. l. 1. vbi Doct. ff. vi bon. rapt. & l. cum ex vno. & l. qui ſeruum. ff. de act. & obligat.

20 Interdictum vnde vi, & interdictum vi bonorum raptorum competit intra annũ vtilem, pro rebus, de quibus aliquis fuit deiectus, ſiuè ſint in poteſtate deijcientis, ſiuè non, de his tamen rebus, quæ ad illum peruenerunt, eſt perpetuum. l. 1. in prin. & §. annus. ff. de vi, & vi armat. & l. vi pulſus. vbi Bart. Bald. Salicet. Ang & alij. C. vnde vi, & l. pen. C. de nexal. & prin. vbi Doct. inſt. vi bonor. rapt. & l. in honorarijs. ff. de act. & obligat. prin. & §. 1. inſt. de perp. & temp. act. & Berous. in c. ſolicitæ. nu. 38. de reſt. ſpol. Valaſc. conſul. 92. n. 12.

21 Interdictum vnde vi, quamuis nõ detur in rebus mobilibus, veniunt tamen acceſſoriè ratione immobiliũ. l. 1. §. illud, & §. ſi fundus. ff. de vi, & vi armat. & l. verum eſt 25. ff. de furt. & gl. verb. cogitur. in l. ſi maritus. C. de donat. inter vir. & vxor. & glo. verb. verbis. in l. Dominũ. C. de iniur. Abb. in c. cũ ſuper. n. 21. de cauſ. poſſ. & propr.

22 Interdictum vnde vi intentans, & dicẽs ſe eſſe ſpoliatum, tenetur probare poſſeſſionem, & deiectionẽ, & aliter cadet à cauſa, quoniam non ſufficit vnum tãtum probare. c. conſultationibus. vbi Gofred. Ant. Inn. Ioan. And. Abb. & omnes. de offic. iud. deleg. & c. olim inter. de reſt. ſpol. & c. cauſam, quæ. qui fil. ſint legit. & gl. verb. reſtitutionem. in c. olim cauſam de reſt. ſpol. & gl. verb. præſumitur. in c. 2. vbi notant Doctor. de reſt. ſpol. lib. 6. & ſi probat conſequitur poſſeſsionem cum fructibus præceptis, & præcipiendis à die deiectionis, vſq; ad illum diem, quo fuerit reſtitutus, non tamen conſequitur ius proprietatis. l. 1. §. quod autem. ff. de vi, & vi armat. & gl. verb. non habent. in l. incerti. C. vnde vi, & glo. verb. intentare. in c. paſtoralis. vbi Abb. n. 23. de cauſa poſſ. & prop. & probata violentia, res amiſſæ probantur per iuramentum damnum paſsi, & intereſſe. c. fin. vbi gl. verb. per teſtes. de his, quæ vi met. cauſ. & l. ſi quando. C. vnde vi. vbi notant ſcribentes.

23 Interdictum vnde vi datur contra illũ, qui deiecit, aut mandauit, ſeù ratum habuit. l. 1. §. deieciſſe. vbi Doct. & l. idem eſt. §. cum procurator. ff. de vi, & vi armat. & c. cum ad ſedem. vbi gl. verb. interdictum. & Doct. de reſt. ſpol. & c. ex parte. vbi gl. 2. de for. comp. & c. notum. 2. quæſt. 1. mandatarius tenetur, ſicut qui mandauit, parui enim refert, vt per ſe quis deijciat, aut per alium, ſi familia alicuius fecit violentiam, & res violẽta ad eum peruenit præſumitur tunc quòd de voluntate Domini facta fuiſſet violentia. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armat. & l. enim. ff. de minor. & c. conſtitutis. 1. de teſt. & gl. in d. c. cum ad ſedem de reſt. ſpol. de iure tamẽ canonico datur hoc interdictum contra illum, ad quẽ res ſciẽter peruenit. c. ſæpe, vbi gl. 1. Abb. nu. 13.

& om-

Digitized by Google

& omnes de reſt.ſpol.& gl.ver. interdictũ. in d. c.cum ad ſedem.

24 Interdictum vnde vi datur contra hæredem in perpetuũ,quatenus ad eum peruenit, l.1. §.fin. vbi Doct. & l.idem eſt. ff. de vi,& armat.& l.vi pulſos.vbi Bart.Bald. Salicet.Ang.& omnes. C.vnde vi gl.verb. interdictum,in d.c.cum ad ſedem.vbi etiã notant ſcribentes.de reſt.ſpol,Abb.in cap. quia. n.7. de iud.Marant.de ord.iud. 4. p. diſt.7.n.36.Valaſ.conſult.95.n.13.

25 Interdictum vnde vi etiam datur cõtra ſingularem ſucceſſorem ſuccedentem in vitio, ſi ſciens de ſpolio habuerit rem ab illo primo ſpoliatore. c.ſæpe. vbi communiter Doct.de reſt ſpol.& gl.verb.interdictum, in c.cum ad ſedem, eodem. Corraſ. in l.naturaliter. §. nihil commune. nu.42. ff. de acquir.poſſ.Menoch. de recup. poſſ. remed.16. n.150. Ant.Gom.in l.45.Taur. n.186. Merg. conſil.24. n.14.Valaſc. conſil.95.n.13. verſ.præterea.aliter enim nõ competit contra tertium ſingularem poſſeſſorem. l.cum à te. ff. de vi, & vi armat. Alex. conſil.94. col.6. libr.5. Bald. in l.1. circa fin.C.de reuocand.his, quæ in fraud. cred.Lanfrac. in rep. Rubr.de cauſa poſſ. & prop.Inn.in d. c.cum ad ſedem.de reſt. ſpol.Alciat.conſil.161. n.2.

26 Interdictum vnde vi competit illi, qui deijcitur de poſſeſsione,quã poſsidet,tàm ciuiliter, quàm naturaliter. l.1. §.deijicitur. vbi Bart.& §.interdum autem.ff.de vi & vi armat.& l.idem eſt.§.vnde vi.ff.codẽ. gl.verb.præiudicium. in c.olim cauſam de reſt.ſpol. Abb.in c.cum veniſſet. n.6. codẽ tit.Iaſ in l. generaliter. nu.5. ff.de acquir. poſſ.Guid. deciſ.556. & Tiraq.de conſt.2. part.ampl.11. Valaſ.conſult.106.n.4.

27 Interdictum vnde vi competit locatori contra colonum,quãdo colonus interuertit poſſeſsionem Domino, & aliter non, l. colonus. vbi Bart. & l. cum fundum. ff. de vi, & vi armat.& ſi Dominus impediat colonum, quominus fruatur relocata, datur colono actio ad intereſſe, & non interdictum vnde vi. l. ſi in lege. §. colonus, & l. fundus quem. §.fin.ff locat.quia colono nõ competit interdictum vnde vi , eò quòd nullo modo poſsidet,etiã ſi fundus,vel domus fuiſſet ſpecialiter hypothecata pro firmitate conductionis, l.1. §. deijcitur. vbi Bart. ff.de vi,& vi armat.Leo.in tract.noui op.c.1.nu.24. Menoch.de recup.poſſ. remed.vlt.n.21. & Valaſc.conſul.78.n.2. poteſt tamẽ implorare officiũ iudicis, quãdo ille colonus hypothecarius fuerit ſpoliatus à nouo emptore. ex Gom.l.50. Taur. à n.11.Menoch. vbi ſupra.

28 Interdictum vnde vi competit hæredi ſpoliati,& cæteris ſucceſſoribus. l.1. §.interdictum hoc. ff. de vi, & armat. & l. fin. vbi Doct. C. vnde vi, & c. ſignificauerunt. vbi gl.verb.ea ratione,& Abb. n.2.dereſt. & gl.ver.interdictum. in c.cum ad ſedem, de reſt.ſpol. Gerip.conſil.3. n.8. & conſil. 26. num.42.

29 Interdictũ vnde vi poreſt intentari pro cenſu, ſeù annuis præſtationibus, quando ratione alicuius rei ſoluitur,quia ſi illa annua præſtatio ſit merè perſonalis tuuc nõ datur hoc interdictum in perſonam. arg. text. in l.ſi certis annis. C.de pact. & in c. querelam. de elect.Abb.in c.peruenit.nu. 3. poſt Inn. de cenſ. & facit doctrina Bart. in l.cum de in rem verſo. ff. de vſur.Bald. conſil.425. lib.3.Marant.de ord.iud. 4. p. diſt.7. n.30. Gerip.conſil.32.n.6.

30 Interdictum vnde vi competit in rebus incorporalibus, quãdo ille qui eſt in quaſi poſſeſsione deijcitur. c.querelam.vbi Doctor.de elect.& c.cum Eccleſia Sutrina vbi etiam notant ſcribentes de cauſa poſſ. & prop. & l.& ſi forte. §.ſciendum. vbi Bart. ff ſi ſeruit.vind. Abb.in c.ex cõquæſtione. n.9. de reſt.ſpol.Alex.conſil 94. col.5. lib. 5. Aymon.conſil.140. n.1. lib.1.& Afflict. deciſs.85. Marant.vbi ſupra. Bart.in l.1.§. vnde vi.n.3. ff. de vi,& vi armat.

31 Libellus in actione interdicti vnde vi, debet continere locum , & tempus ſpolij, ſicut cum agitur criminaliter, aut in actione famoſa, licet ciuiliter intentetur. l.prætor edixit in prin. vbi Doctor. ff.de iniur. Bart.in l.1. §. ſiuè autem. n.2. ff.de vi,& vi armat. Alex. conſil.64. col.5. lib.5.Afflict. dec. 250. n.1. Marant.de ord.iud.4.p.diſt. 7.n.234. Socin. conſil.109.lib.5.& Cæſar. Vrſ.deciſ.250. nu.1.

32 In hoc interdicto proceditur ſũmatim, & ſine inſcriptione. l.momentariæ. vbi Bart.Bald.Ang.Salicet.& omnes. C.vnde vi,oportet tamen, vt obſeruetur ordo iudiciarius. c.2. vt lit. non conteſt.& c.conſultationibus.& Abb.ibi. n.9.de offic.iud. deleg.idem Abb.in c.bonæ. nu.17.de appellat.& l.fin. C.ſi per vim.Doct.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ. nec eſt ſpoliatus audiendus,niſi prius pars aduerſa ſit citata,& audita. d. c. conſultationibus,

tionibus,

Digitized by Google

tionibus,de offic.iud.deleg.clem.ſæpe.vbi Doct.de verb.ſign.Abb.in d.c.conſultationibus.n.1.l.fin. C.ſi per vim.

33 Spoliationis quæſtio pōt duob⁹modis opponi contra ſpoliatorē,videlicet in modo actionis,vel exceptionis.c.cū dilectus.vbi gl.verb.eadem,& Abb.n.5.de ord.cogn gl. ver.ſi de vi.ad mediū.& Bart.n 3.ff.de iud.

34 Spoliatus conuentus in ciuilibus,nō admittur excipiens de ſpolio ab alio facto,in criminalibus tamen,ſic.ſi excipiat de totis bonis, aut de maiore parte illorū,& debet probare ſpoliationē infra quindecim dies. c.1.in prin. & §.ſolet autem. vbi Doct. de reſt.ſpoliat.Abb in c.cum dilectus.n.6.de ord.cogn.& dixi ſup.verb.exceptio.§.22.

35 Spoliatus intentans petitorium poteſt illud ſuſpēdere,ante concluſionem in cauſa, & ſolutis expenſis redire ad poſſeſſorium per viam conuentionis, quia in hoc eſt poſſeſſorium priuilegiatum in odium violenti ſpoliantis. c.ex conquæſtione.vbi Gofred.Ant.de Butr.Inn.Hoſt.Abb & omnes.de reſt.ſpol.& clem.vnica.vbi gl.verb. ſpoliantis,& Imol.de cauſa poſſ.& prop.

36 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, etiā ſi ſit prędo.l.1.C.ſi per vim.& l.ſiquis. §. ſed hæc. c.depræſcript.30.vel 40 annorum.& l.1. §.qui à me.ff.de vi, & vi armat. c.in litteris.vbi Doct. de reſt.ſpol.Abb.in c cum dilectus.nu.13. de ord.cogn.Rip.& alij in l.naturaliter.§.nihil commune.ff de acquir.poſſ.& eſt regula vulgaris,vt reſoluit Ant.Gabriel.in titul.de reſt.ſpol.concluſ.1. nec ante reſtitutionem tenetur reſpondere ſuo ſpoliatori,niſi ſuper alia ſpoliatione facta ſuper diuerſa re,non autem ſuper ipſamet,de qua agitur. c.fin.vbi Doctor. communiter. de ord. cogn. ſi tamen conſtet iniudicio eſſe prædonem , & agat cum vero domino,& hoc ſit notoriū,tunc non erit reſtituendus propter notorium defectum in proprietate , facit text. in c. conſtitutus.vbi Innoc.& c.quoniam de fil. presb. Abb. in c.cum Eccleſia Sutrina. nu. 26 de cauſ.poſſ.& prop.& in d.c.in litteris.à num.9.

37 Spoliatus etiā à iudice iuris ordine non ſeruato, ante omnia eſt reſtituendus cum fructibus perceptis,& percipiendis, & cū omnibus dānis cauſa violentiæ illatis.c. 1. & c.conquerente.& c.in litteris,& c.piſanis,& c.item de reſt.ſpol.& l.1.§.qui à me. ff.de vi,& vi armat.& l.ſi de vi.ff.de iud. & l. ſi quis à ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi public.& l.ſi maritus. C.de donat.int. vir. & vxor. c.fin.vbi Abb. n.4. de ord.cogn ſi tamē iuſta de cauſa à iudice fuit ſpoliatus, & iudicialiter fuit proceſſum,non reſtituitur. c.dilectus filius. de reſcript.& l.fin.C. ſi per vim.& l.continet.§.ſed vim. ff quod met.cauſ.& gl.verb. audientia.in c.1.diſt. 23.Abb.in c.ſi conſtituerit.n.7.de accuſat. Dec.in l.factum ff.de regul.iur.

38 Spoliatus tamen patiens notorium defectum in proprietate non eſt reſtituēdus, ſi defectus ſit notorius per ſententiam, aut per confeſsionem partis in iure factam, aut per euidentiam rei, ita vt alia probatio non requiratur.c.conſtitutus,& c.quoniam de fil. presb. Bald.in l.ſi de proprietate. C.ſi à non compet iud.Iaſ.in [illegible]u-raliter. §.nihil. n.46. ff.de acquir.poſſ.

39 Vnde filius Clerici ſpoliatus ab Eccleſia,vbi pater fuit beneficiatus,aut Vicarius perpetuus,non reſtituitur, propter notorium defectum, aliter tamen ſic. d c.conſtitutus,& c.quoniam, vbi notant Doct. de fil.presb. aliter tamen in prophanis Doct. in c.in litteris. de reſt.ſpol.Menoch.de recup.remed.1.n.130.Valaſ.cōſul.107.n.5.

40 Nec laicus reſtituitur , ſi fuerit ſpoliatus decimis, cum ſit penitus incapax illarum,& illas poſſedere non poſsit,nec dicatur poſſeſſor,ſed detentor. c.cauſam,quæ, vbi Doct.de præſcript.& gl.ver. cōmodo, in c.ex parte de reſt. ſpol.

41 Neq; hæreticus reſtituitur in aliquibus bonis,ſi fuerit ſpoliatus, cum per hæreſim ipſo iure amittat dominium omnium bonorum. c. cum ſecundum de hæret. libr.6. & c.1. & c.2. 23.quæſt.7. & gl.verb. commodo.vbi Abb.n.19.in c.ex parte de reſt. ſpol.Corrand.Brun.lib.5. de hæret.nu.10. Arelat. in tract.de hæret.not.1.& Rox. in ſingul.fid.ſingul.185.

42 Mulier tamen,ſi timeat ſæuitiā viri, aut damnum irreparabile, non eſt reſtituenda viro.c.ex tranſmiſſa.vbi Doct.& c.litteras. §.fin.de reſt.ſpol.& c.de benedicto.32.q.1. & c.cū locū de ſponſal.& gl,ver. ſuſpectū, in c.1.vbi Abb.n.13.vt lite non conteſt.& c.gaudemus.§.qui autem.de diuort.

43 Spoliatus,proponens in iudicio actionē ſui ſpolij,debet clarè & apertè proteſtari, quòd non intendit ingredi iudicium petitorium, ſed ſolum reſtitui ad ſpolium, & quòd non pronuncietur , nec agatur de proprietate,ex Alex. in l.naturaliter.§.nihil.nu.31.verſ.14. fallit.ff.de acquir.poſſ.

facit text.In l.ſi quis ad ſe fundũ.c.ad leg. Iul.de vi publ. Afflict.deciſs. 193.n.1. Capic.deciſs.28.n.1.Cæſar.Vrſ.deciſs.193.n. 1.Aymon.Crauet. conſil.248. nu.3.in fin. Natta.conſil.289.à n.11.lib.2.Paris.cõſil. 1.n.171.& conſil.107.n.27.& conſil.113. n.7.lib 1. Merg.conſil.3.n.6.& conſil.42. n.23. Valaſc. conſult.119.n.7. & ſi conuẽtus de ſpolio obijciat de proprietate, & ſpoliatus agens ſileat, & non proteſtetur, quòd intendit tantum agere de ſpolio, & ſolum eam quæſtionem agat, & iudex illã tantùm tractet,nocet ſibi,& videtur tacitè renunciare priuilegio actionis de ſpolio. c.1. vbi Doct.de reſt. ſpol. & facit text. & ibi Doct.in c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſa [illegible] prop. & quamuis proteſtetur, ſe nolle agere de proprietate, ſi tamen iudex procedat in proprietate,debet tunc.appellare,quoniam ſi non appellat, videtur renunciare ſuo priuilegio actionis,vel exceptionis de ſpolio, & debet iudex ſimùl pronunciare ſuper proprietate, vt tenet Aret.in l.naturaliter. §.nihil. nu.10. ff.de acquir. poſſ. Monach. & Ioan.And.in c.1. de accuſat.lib.6. Fel.in c.inter monaſteriũ n.23.de reiud.& in c.ſuborta. col.4. codẽ. Aymon.Crauet.conſil.238 nu.4. & conſil. 302 col.pen. verſ.ſed dicit.Bart.in l.à procedente. nu.4. C.de dilat. Menoch.de recup.remed.1.nu.167. Valaſc.conſult.119. n.11. Gerip.conſil.25.n.8.

44 Spoliator non poteſt ante reſtitutionẽ opponere quæſtionẽ inſtitutionis nõ canonice factæ,nec criminis exceptionẽ, cũ in hoc indigeat probatione. c.in litteris. vbi Ant.de Butr.Hoſt.Inn.Abb.& oẽs,& c.itẽ cũ.vbi gl.ver.principalis.de reſt.ſpol. imo ſi ſpoliatus renunciet beneficio,præſumit, quòd ſponte nõ renunciaſſet,& nõ obſtãte illa renũciatione debet reſtitui,aliter vero non.c.ſollicitè.& c.accepta.de reſt.ſpol.

45 Spoliator conuentus,opponẽs de proprietate aduerſus ſpoliatũ, nõ eſt audiẽdꝰ ante reſtitutionẽ,niſi ſpoliatus conſentiat tacite, aut expreſſè c.1. vbi Doct. & c. in litteris. & c.itẽ cũ.de reſt.ſpol.& l.ſi quis. §.ſed hæc.C.de præſcript.30.vel.40.anni. & l.prohibere.§.ſed ſi permiſerit. vbi DD. ff.quòd vi,aut clam.& probãt ſupra relati. §.43.aut ſi dicat ſe non ſpoliaſſe.c.olim.1. & c.accepta de reſt.ſpol.l.ſi alius. §.belliſſimè. ff.quod vi,aut clam.& gloſ.verb.quia non eſt.in c.2.de reſt.ſpol.

46 Spoliatus non poteſt intentare actionẽ ſpolij, ſi poſtquàm fuit ſpoliatus fecit aliquem actum,per quem videatur cõſentire ſpoliationi,& approbare poſſeſsionẽ ſpoliatoris. facit text.in l.2.vbi Bart.Bald.Salicet. Alex.& alij. C.de his, quæ vi metus ve cauſ.& l.ad ſolutionem C.de reiud.Meneſ.in l.interpoſitas. nu.22.C.de tranſact. Valaſc.conſult.111. n.16.

47 Spoliator auditur ante reſtitutionem,ſi opponat ſpoliatorem poſsediſſe ſubconditione, c.olim.12. vbi Doct.de reſt. ſpol. & gl.ver.teſtes,in c.cum ad ſedem. eodem tit.ſiue vi,clam aut præcario.l.1.§.fin.ff.vti poſsid.& l.1. §.hoc interdicto.vbi Doct.ff. de itiner. actuq; priu. aut ſi incontinenti deiecit, quoniam vim vi repellitur incõtinenti,non tamen ex interuallo. l.idẽ eſt. §.eum igitur. & l.qui poſſeſsionẽ. ff.de vi, & vi armat.& l.1. C.vnde vi, & d. c.olim. 12.de reſt.ſpol.& c.ſignificaſti.18.§.ſi vero de homic & c.dilecto.de ſent.excommunicat. lib. 6. & l.ſciam.§.qui eum.ff.ad leg. Aquil.& dicitur incontinenti fieri,quod fit inter triduũ,aut cum cõmode fieri poteſt, cõſiderata qualitate rei,& perſonæ.gl.ver. continẽti.in d.§.eũ igitur,& gl.in l.fin.C. de error.aduocat.& Iaſ.in l.lecta.n.20.ff. ſi cert.pet.& in l.fin.n.3. C.de iud.Valaſc.in cõſult.88.n.6.licet propriè loquẽdo,incõtinenti dicatur antequã ad alia diuertatur negocia. l.ſi ex duobus. ff.de duob. reis,& gloſ.verb.ex continenti in l.iuris gentium §.quinimo. ff.de pact.

48 Spoliatus tamen poſtquam iudicẽ adiuit,& eſt conquæſtus de ſpolio,non poteſt per ſe ipſum ſpoliatorem repellere,quãuis ſit incõtinenti, ſi quidẽ viam illam elegit. l.ſi mulier.§.fin.ff.quod met.cauſ. & l.non eſt ſingulis. ff.de regul.iur. Menoch.de recup.remed.1.n.385. Valaſc. conſult.88.n. 7.Leo.in tract.noui op.c.2.n.24.

49 Spolij reſtitutio impeditur per oppoſitionem tertij,qui non ſpoliauit,cum enim priuilegium,vt ſileat petitoriũ ante reſtitutionẽ,fundetur ſuper odio ſpoliantis,nõ extenditur ad tertiũ,qui ſe opponit allengãdo ius in proprietate,& ad neminẽ litigantiũ rem pertinere.ex gl.ver. rigorẽ. in c.in litteris,&,ibi Abb.nu.33.de reſt.ſpol. communiter approbata.vt per Gerip.conſil.23.n.14. Ant.Gab.in tract.de reſt.ſpol. concluſ.1.n.45. Valaſ.conſult.162.n.4.qui enim vtitur iure ſuo non videtur vim facere nec aliquam pœnam incurrere debet l.factum. vbi Doct.ff.de regul.iur.

Spolians

Digitized by Google

50 Spolians Eccleſiam, & pia loca,& ab illis præſumptiuè vſurpans iuriſdictionē, bona,cenſus,iura feudalia, aut emphyteutica, ſiuè fructus, emolumenta, aut quaſcumq; obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperū neceſsitates conueniri debent, aut in proprios vſus conuertit,aut impedierit,nec ab eis percipiātur,incurrit maiorem excommunicationem, à qua abſolui non poteſt dum integre non reſtituerit.c. relatum. §. ad hoc. de iure patr. Concil. Trid ſeſſ.22.c.11. de reformat.

51 Spoliatus tamen decimis in Parochia aliena,debet probare legitimam poſſeſsionem,quia præſumitur eas iniuſtè occupaſſè. c.ad decimas.vbi gl.1 Dominic.Ioann. Monach.Arch.Ioan. And.& omnes.de reſt. ſpol.lib.6. And.de Iſer.in l.Imperialem.§. illud. de prohib.feud.alien.Afflict. deciſs. 324.à n.1.Cæſar.Vrſ.deciſs.324.n.2.

52 Spoliator vlterà obligationem reſtituēdi rem cum fructibus, præceptis,& præcipiendis,tenetur de iniuria.c.grauis.vbi gl. verb.de illatis,& Ant de Butr.Hoſt.Abb.& alij.de reſt. ſpol. l. ſubtracto. vbi gl.fin. C. de furt. poſſeſſor enim, ſiuè iuſtus, ſiuè iniuſtus regulariter non eſt ſpoliandus , niſi prius ſit auditus.l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ.

53 Vis publica differt à vi priuata, publica enim vis dicitur illa, quæ fit cum armis, & pro illa fit deportatio, vis priuata eſt illa, quæ fit ſine armis,& illa deponit ab ordine rerum. l.ſi quis in tantam. vbi Doct.C. vnde vi,& l.1. ff.ad leg.Iul.de vi publ.& §. itē lex Iulia.inſt.de publ.iud.& l.hoc iure. vbi gl.& Doct.ff.de regul.iur.gl.1.& Abb. n.9.in c.cum dilectus.de ord.cogn.& dicitur violentia cū armis,quādo quis venit cū armis,ad aliquē deijciendū.licet armis nō ſit vſus.l.idem eſt.§.qui armati.vbi Ang.ff. de vi,& vi armat. Bart ibidem. in §. armis. Alex.conſil.99 col.1. libr.3. Dec. in l.quo tutula.§.vi.factum.n.3.ff.de regul.iur.alias ſpecies violentiæ poteris videre per Iaſ.in l.ſi quando.à n.1.& alios.C.vnde vi,& per Abb.in c ad audientiam. & in c.ſacris. de his quæ vi metus cauſ. Alex.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.poſſ.

Verbo Irrigularitas.

1 IRrigularitas eſt impedimentum inductū à iure canonico,impediens ſuſceptionē ordinum, Eccleſiaſticorū,& vſum illorum. c.fin.vbi Gofred. Ant.de But. Hoſt.Innoc. Abb.& oēs,de temp.ord.ſum.Ang.ver.Irrigulari.as.in prin Innc.in c.niſi.n 7.de renunciat.ſpecul.in titul.de diſpenſ. §. iuxta Aluar.de Planct.Eccleſ.lib.1.art.46.Villa. de irrigular.col.1. Nicol.de irrig.in prin. Sanct Ant.3.p.tit.28.c 1.

2 Irrigularitas nunquàm incurritur , niſi quādo expreſſè cautū in iure inuenitur.c. is qui.vbi Doct.de ſent.excōt.lib.6.& Hoſt. in c.fin.de Cler.excōt.celeb.Abb.in c.dilectis. n.20.de appellat. Nau.in Manu. c.27. n.174 verſ.5. vnde irrigularitas,nunquàm incurritur voluntate perpetrandi aliquod homicidium, ſiuè membri mutilationem, ſeù perpetrandi aliquē caſum.vbi irrigularitas incurritur, ſed quando ſequitur cū effectu,ex Nau.in Manu.c.27.n.173.

3 Irrigularis fit interficiens hominē per induſtriā,aut per incidias,c.1.& c.ſignificaſti.18. vbi Doct.de homicid.& ita ſi detruncauit,ſeu mutilauit membrū alicuius, aut occidere , ſeù mutilare mandauit , aut verbera re tantū,ſi homicidium ſequatur, ſeù membri mutilatio,& etiā mandatarius excedat fines mandati,quia mandans expreſſe prohibuit,ne mandatarius occidat, vel mutilet,nihilominus,ſi mors,ſeù membri mutilatio ſequatur. fit irrigularis.c.fin. vbi Doct.de homicid. libr.6.& c Clericis. ne Cler.vel Monach. amputans tamē digitum alicuius,non fit irrigularis. cū digitus nō ſit membrū, ſed pars membri,nec ille, qui facit membrū inutile,cum nō fiat mutilatio,ſeù detrūcatio.gl.in ſumma. in d.c. fin.de homicid.lib.6 niſi digitus ſit pollex. dicā infra verb.Sacramentū ordinis.§.13.

4 Irrigularis fit etiam accuſator,teſtis, iudex,aduocatus, ſcriba in cauſa,vbi ſequitur mors , aut membri mutilatio , aut qui præſtat auctoritatem,intereſſens morti,vel membri mutilationi, aut dictans ſententiam, vel proferens, ſeù ſcribens. c.Clericis vbi gl.ver.aut iudicem, & c. ſententiā, vbi Abb.n.2. ne Cler.vel Monach. & c.ex litteris. de exceſſ.prælat.& c.ſi quis viduā. 50.diſt.de officialibus tamē Sanctæ Inquiſitionis.dixi ſupra verb.Clericus.§.23.

5 Irrigularis tamen non fit Epiſcopus, aut prælatus , ſeù quicumq; Clericus , qui habet iuriſdictionem temporalem, & deputauit aliquem iudicem in illa,& ille iudex iudicauit aliquem malefactorē ad furcam,aut illum condēnauit in pœnam alicuius mēbri mutilationis. c.fin. vbi Doct.

Digitized by Google

ne Cler. vel Monach. libr.6. ex illa enim generali commiſsione non incurrit prælatus irrigularitatem, nec ſi ſpecialiter caſum occurrentem deleget,vt iudex inquirat , & iuſtitiam faciat. ex gloſſ. verb. aut iudicent. in c.Clericis. vbi Abb.nu.12. ne Clerici, vel Monach.

6 Nec etiam efficitur irrigularis ille, qui interrogatus reſpondet pro tali caſu , eſt pœna mortis infligenda, aut id ſcribit, vel in praxi dixit,niſi caſus immineret,& ſciat, quòd ad illud ſit interrogatus.c.1.vbi Abb. n.3.& alij,de furt. & c.ſicut dignum. §.fin. de homicid.& d. c.ſi quis viduam. 50.diſt. gl.ver.conſuluit,in c.ex litteris. de exceſſ. prælati.

7 Neq; ille,qui ſumpſit arma ad repellendum latrones,ſeù alios rixantes cũ alijs,& ibi aliquis fuit mortuus ſine eius facto,aut auxilio, ſiuè conſilio, cum ille nihil aliud curaret, niſi vt repelleret,& poneret rixãtes in quietudine.c.fin.vbi Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Inno.Ioan.And.Abb.& omnes. de Cler.percuſſ. & poteſt ad omnes ordines promoueri,& adminiſtrare in promotis,reprobata gl.fin.in d. c.fin.nam irrigularis non poteſt ſuſcipere aliquos ordines, nec in ſuſceptis miniſtrare,& Summus Põtifex in d.c.fin.determinat,quòd iſtè poſſit miniſterium altaris exercere, & ad ſubdiaconatus ordinem promoueri , ſequitur quòd poſsit ad maiores ordines aſcẽdere, cum enim irrigularitas nõ incurratur,niſi in caſibus à iure expreſsis, vbi non inuenitur prohibitum expreſſè , videtur conceſſum. c.qualitas. 25. diſt. l.cum prætor. vbi gl.verb.videtur.& Bart.ff.de iud.

8 Irrigularis non eſt ille,qui oſtẽdit latronem, aut dedit inſignia iudici,ſeù officiali alicuius iudicis , vt illum inuenire poſsit, licet poſtea ſit comprehenſus, & occiſſus, quia per hæc inter ſignia non dicitur facere homicidium,neq; ad id dare præceptũ, conſilium, vel auxilium, ſeù fauorem,ſiue auctoritatem.c.tua nos.§.ad vltimum.vbi gl.verb. nuncijs.& Abb.nu.8. de homicid. Gerip.conſil.62.n.3.

9 Irrigularis non fit ille, qui petit iuſtitiã de laico,etiã ſi poſtea ſuſpendatur, petẽdo ſuum furtum , ſeù damnum in iudicio, & etiam ſi præmanibus teneat furem , & illũ faciat comprehendi,vſq; ad bonorum ſuorum recuperationem , dum tamen coram iudice proteſtetur,vt iudex illi latroni pœnam ſanguinis nõ infligat. c.paſtoralis.vbi Abb.n.3.de homicid.& c.prælatis, vbi gl. 1.Dominic.Ioann.Andr. & omnes.eodem titul.lib.6. Nau.in Manu.c.27.n.206.& eſt permiſſa Clericis criminalis accuſatio pro teſtatione interueniente,quando ſuas cauſas,iniurias vè proprias proſecuti fuerint, non autem alienas , ex d. c. prælatis. vbi Franc.de homicid. libr.6. Nau. in c.inter verba. 11. quæſt. 3. Corr. 58. Cou.rub. in clem. ſi furioſus.§.5.n.4.Ignac.de Salzed. c.98.n.2.

10 Irrigularis nõ fit ille,qui interficit latronẽ,aut mutilat defendendoſe,& non potẽs aliter mortẽ vitare. c.interfeciſti.vbi Abb. n.2. de homicid.& clem.vnica.vbi notant cõmuniter ſcribentes de homicid.& Abb. in c.2.n.3. de vit.& honeſt.Cler.Ouand in 4.ſent.diſt.25.prop.15.ad fin. & dixi ſupra verbo defenſio.§.2.& 3.vnde ſi quis interficeret maritum illius, cũ qua adulterauit, venientem ad ipſum interficiendũ,& non potens aliter ſe ab illo liberari non incurreret irrigularitatem, quia ratio naturalis permittit,vt vnusquiſq; ſe defendat aduerſus periculum ſuæ vitæ. l.itaq; ſi ſeruum. ff.ad leg. Aquil.& l.2.vbi Bart.Bald.& oẽs. C.adleg. Corn.deſicar.quidquid dicat Nau. in Manu.c.15.n.7.& c.27.n.218.defendẽdo tamen res ſuas tantũ,aut aliter potens vitare mortem propriam,etiam fugiendo, nõ poteſt proximum ſuũ interficere, ſine macula irrigularitatis. d. c. interfeciſti , & c. ſuſcepimus, vbi Abb. num.3. de homicid. Nau. in Manu. c.17.nu.191. & dixi ſupra verbo.homicidium.§.7.

11 Irrigularis fit ille, qui cauſam propinquàm dedit homicidio , puta dando arma ad interficiendum aliquem, aut ad id hortando,præcipiendo,conſulendo,vel opem dando, c. ſicut. §.2. & §. fin. & c.de cætero. vbi Abb.nu.3. de homicid.& c.Henricus, de Cler. pugn. in duel.ille tamen qui dedit cauſam remotam , non fit irrigularis, etiam ſi inde mors, vel membri mutilatio ſequatur. puta qui fecit ianuam vnde quis ſe præcepitauit, aut gladium,quo aliquis interfecit proximum ſuum, aut dixit conuitia alicui mulieri , propter quæ maritus illam occidit, & etiam ſi commiſit adulterium cum muliere , propter quod mulier illa fuit occiſa, ſeù in furca ſuſpenſa,hæc enim omnia reuera ſunt remota, propter quæ non incurritur irrigularitas licet mors ſubſequatur. gl. ſingularis ab omnibus approbata. in c.de cætero. de homicid.

Digitized by Google

homicid.vbi Abb.n.3. nam qui committit adulterium cũ vxore aliena principaliter intendit,vt ſatisfaciat carnali deſiderio.

12 Irrigularis ſit ille,qui dat operam rei illicitæ,& ex illa opera ſequitur homicidiũ, puta Clericus venando ſagitã ex arco emiſit,aut ex ſclopo pilam ferream,ſeu plumbeam,& hominem interfecit,aut proiecit lapidem, ſeu globum ludendo,& aliquem interfecit, & ſimilia. c.continebatur. & c. ſuſcepimus.de homicid.

13 Irrigularis etiam fit ille,qui aliquẽ percuſsit læthaliter, licet ab alijs fuerit extinctus,& non appareat à quo vulnere diſceſſerit,aut ſi animo interficiendi percuſsit, & mortuus fuit. c. ſignificaſti. vbi Ant. de But.Inn.Hoſt.Abb.& omnes.de homicid. & l.itẽ mela.§.ſed plures.ff.ad leg.Aquil.

14 Irrigularis fit,qui exercet chirorgiã,aut aliquam artem,vnde mors,ſeù mẽbri mutilatio ſit ſecuta,quãuis in arte ſit peritus, & ille,in quem artem exercebat,nõ ſeruaret mandatum cum tamen exerceat officiũ quod perſonis Eccleſiaſticis non congruebat,c.tua nos.vbi Doct.de homicid.

15 Irrigularis non fit,qui dat ſortilegia,aut venenũ,cauſa ſterilitatis,aut cauſa abhortus,antequã fætus ſit animatus.poſtea vero ſic. c.ſicut. 20. & c.ſi aliquis. vbi gl.vnica, & Doctor.de homicid.& c.aliquando.cum ſeq.32.quæſt.2. Nau.in Manu.c.15.n.14.& fœtui, ſi maſculinus ſit ad diem. 40.infunditur anima , ſi vero fœmininus ſit ad diẽ 80.iuxta gloſſ.ver.quadraginta, in §.1.diſt. 5. Plin.lib.7. natural. hiſt. c.6. & dixi ſupra verb.homicidium.§.22.

16 Irrigularis ſit,quicumq; aliquem occiderit,etiã ſit in defenſiõe fidei Catholicæ, iniuſto bello contra Turcas, aut Sarracenos,quamuis in illo iuſto bello poſsit exhortari ad pugnam,& dicere alijs,vt pugnẽt cõtra inimicos noſtræ fidei Catholicæ, cum tamen ille manibus ſuis aliquem non interficiat. c.petitio. vbi gl.1. & Doct. de homicid.& c.igitur. 23.q.8. D.Tho. 12.q. 4.art.2.& ibi Caiet.& Tab.in verb.irrigularitas.3.nu.20.exhortans tamen in mortẽ alicuius directè, ſiuè in bello iniuſto, ſiuè extra illud remanet irrigularis,ſi mors ſubſecuta fuerit. c. ſicut. §. qui vero. & §. fin. vbi gl.verb.conſilium.&Doct.de homicid. & c.quod in dubijs. de pœn. & c.periculoſè de pœniten.diſt.1.

17 Infans antequam habeat vſum rationis, aut furioſus, ſeù dormiens, ſi aliquem interficiat , aut mutilet , non fit irrigularis, vnum excuſat innocentia conſilij,alterum fati infelicitas, clem. ſi furioſus. vbi communiter Doctor.de homicid.& l.quod infans. ff. de rei vind. & l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar.& ita dico de ebrio, qui totaliter eſt extra iudicium, ſi tunc hominẽ mutilet, aut interficiat, vt tenet Bonif. in d.clem. ſi furioſus. nu. 26. & alij. Nau. in Manu. c.27.nu.210. erit tamen irrigularis ille ebrius, qui iudicium omnino,nõ amiſit , aut ſciens ſolere ſe inebriatum ſumere arma, & alios percutere, ex Marian. in c.ad audientiam. num.55. de homicid. Card.& Ioan.Colon.in clem.vnica.de homicid. Villa Dieg.in tract.de irrigular.col. 28.Sylueſt.verb homicidium,3.quæſt.4.

18 Irrigularis efficitur ille,cuius filius mortuus eſt ipſo procurante , aut ſtudioſe negligente , quia diſſoluta negligentia dolo comparatur. c. quæſitum. vbi Doctor. de pœn. & remiſſ. & cap ſæpe. 50.diſt.& l. ſi fideiuſſor. ff.mand. & l.cum ſex. ff.de ædilit. ed.

19 Irrigularis efficitur ille, qui ſolemniter celebrat, aut adminiſtrat aliquid, pertinẽs ad ordinem, quem non ſuſcepit, niſi probabiliter ignorantia illud excuſet. c.1.vbi Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Abb. & omnes. &c.2.de Cler. non ord.non fit tamen irrigularis celebrans in Eccleſia polluta licet grauiter peccet. dixi verbo Eccleſia.67. & verbo interdictum. §.7.

20 Irrigularis fit etiam excommunicatus maiore excommunicatione , aut interdictus, vel ſuſpenſus celebrans,aut adminiſtrans aliquod Sacramentum. c. Clerici, & c.latores. de Cler. excommunicat. celebrant. & gloſſ.verb. irrigularitatis.in cap. fin. eodem titulo. & cap.1. de ſentent.excommunicat. lib.6 & c.1.de ſent.& reiud. d. libr. 6. aut ſi ordines aliquos ſuſcepit, ſciens ſe eſſe excommunicatum maiore excommunicatione, ſuſpenſum,vel interdictum. c.cum illorum. vbi Doct. de ſent. excommunicat. & cap. 1. de eo , qui furt. ord.ſuſcep. fit etiam irrigularis celebrans ſcienter in loco interdicto in caſibus non permiſsis. c.is, qui. §.is vero. vbi Doct.de ſent.excommun.lib.6.

21 Irrigularis etiam efficitur ille, qui eodem die quatuor minores ordines,& ſubdiaconatum, aut duos ordines ſacros ſuſcepit. cap.cum H. lator. vbi communiter Doct.& c.fin.de eo,qui furt.ord.ſuſcep.aut

Digitized by Google

ſi ordinem ſacrum extrà quatuor tēpora, aut Sabbatum Sanctum, vel Sabbatum de Paſsione, ſuſcepit, minores tamē ordines bene poſſunt conferri eodem die diebus Dominicis, ſeù Feſtiuis. c.ſane, & c.de eo, vbi Doct.de temp. ord. aut quatuor temporibus.

22 Irrigularis quoq; efficitur ille, qui ſcienter ſuſcepit ordines ab Epiſcopo denunciato excōmunicato ſuſpenſo interdicto, ſimoniaco, ſchiſmatico, hæretico, depoſito degradato. c.gratia.& c.ſtatuimus.1.quæſ. 1.& c.per tuas.de ſim.& c.1. vbi Doct. de ſchiſmatic. & c.cum Clericis, de ordinat. ab Epiſc.qui renuncia.Epiſc.Abb.ibidem. n.1.& in d. c.1. de ſchiſmat.

23 Irrigularis efficitur qui ſua culpa patitur defectum alicuius membri, quāuis defectus ille non impediat facultatem celebrandi. c.1.& c.ſi qui abſcidit, & c.fin.55. diſt.& c.ſignificauit.vbi Doct.de corp.vitiat. aut ſi cōmiſit delictum propter quod ſibi membrum fuit abſciſſum, ex Hoſt. & Ioan.And. in c.ex parte de corp.vit.& idē Hoſt.in ſumma.eodem tit. §. & quæ. Nau. in Manu.c.27. n.178. & etiam fit irrigularis ille, qui præ iracundia membrum ſibi amputauit, quamuis membrum ſit occultum. c.qui partem.55. diſt.qui tamen ſine culpa patitur aliquem corporis defectum, ſeù membri, non fit irrigularis, ſi defectus ille non inducat notabilem deformitatē, aut reddat inhabilem ad celebrandum. d. c.qui partem, & c.ſi quis amedicis.55.diſt. & d. c. ex parte.1. & c. ex parte.2. & c.fin. vbi notant Doct. de corp.vitiat.Abb.in c. 2. n.3. de Cler.ægrot.

24 Irrigularis fit ille, qui aliquo oculo caret, nec refert verum ſua culpa, aut ſine illa, oculum amitteret. c.fin.55.diſt.gl.verb. in viſu.in c.conſtitutionē. vbi Doct.de verb. ſign.lib.6. ſi tamen habeat maculā in oculo, & careat tantum viſu, non fieret irrigularis, cum poſſet legere Canonem Miſſæ, ſine cōuerſione ad populum, nec defectus ille impediret exercitium celebrationis, nec pareret ſcandalum. c.cum de tua, vbi Abb. n. 1. & alij de corp.vitiat.nec eſt facienda differentia in viſus carentia oculi dextri, aut ſiniſtri, vt nō nulli faciunt, ſed eſt attendendum, verum defectus impediat celebrationem, aut tribuat ſcandalum, & ita dico degiboſis, & de alijs vitijs corporis, quod eſt relinquendum in arbitrio iudicantis. d. c.cum de tua. vbi gl.fin.& Doctor.de corp.vitiat.& dico.infra verb. Sacramentū de Sacramento Ordinis.§.15.

25 Irrigularis eſt etiam leproſus, propter defectum corporalem. c.de rectoribus, & c.ex parte de Cler.ægrot.& c.cum percuſſio.7.quæſt.1. & ille qui frequenter patitur morbum caducum, ſeù aliquam corporis infirmitatem, quæ vſui ordinum notabile præbet ſcandalum, dum ab illa ſanus non fuerit. c.in tuis litteris. vbi notant ſcribētes.7.quæſ.2. Villa Dieg.de irrigular col.48 Nau.in Manu.c.27.n.182.verſ.13.

26 Irrigularis eſt etiam, qui patitur defectū natalium, quia non eſt natus ex cōiugatis, c.1.& c.fin.vbi Doct. de fil.presb. & c.per venerabilem, qui fil.ſint leg.& c.cū de tua de corp.vitiat. gl.verb. manſeres. in c.niſi cum pridem. de renunciat. & nihil refert verum hæc illigitimitas ſit publica, aut occulta, & ille, qui patitur defectum habeatur pro legitimo, ſicut non nulli, quos cōiugatæ ex adulterio habuerunt. ex Ant. de But.Hoſt.Abb.& alijs.in c.1.de fil.presb.

27 Irrigularis efficitur reiterans Sacramētum Baptiſmi, & tàm ille, qui dedit puerū ad rebaptizandum, ſeù cōtulit Baptiſmū, quam ille, qui Baptiſmum ſuſcepit, c.2.vbi Doctor.de apoſtat. & c.eos, & c.quibus.de conſecrat.diſt.4.& deiterantibus Sacramēta characterem imprimentia. tenet Sanct. Ant.3.p.tit.28. c.6. §.3. Nau. in Manu.c. 27. n.226. & ſumma confeſſ.libr.3. tit.14. quæſt.7. poſt Raymund. quem ipſe refert. contrariam tamen opinionem, quòd non fiat Irrigularis, niſi reiterans Sacramentū Baptiſmi, eò quòd de alijs non inuenitur expreſſum in iure, tenet Scot. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt.5. Sylueſt.verb. irrigularitas, §.6. Palud.in 4.ſent.d.diſt.7. quæſt.2. Sot. ibidem, quæſt.1.art.5. Tab.verb.irrigularitas. 4. §.8. ſumma Ang.verb. irrigularitas. §.24. Armil.ibidem.§.84. Bart. ab Angel. Dialog.1. §.81. & hæc eſt verior, & communior.

28 Irrigularis, ſi conſequatur aliquod Eccleſiaſticum beneficium debet impetrare diſpenſationem, aut illi renunciare, ante adeptam poſſeſsionem, aliter enim dicitur intruſus. ex Fel.in c.in noſtra col.7.dereſcript, & ſi poſt collationem, & adeptā poſſeſsionem conſequatur diſpenſationē debet facere mentionem de illa poſſeſsionis adeptione, aut impetrare habilitatem, & poſtea clam collationem.ex Nau.in Manu. c.27.n.174. verſ.ad quæſitum, & ſi aliquis

Clericus

Digitized by Google

Clericus beneficiatus fecit homicidiũ,ſiue factus fuit irrigularis. tenetur reſignare beneficium. c. ex litteris tuis. vbi notant communiter Doct.de exceſſ.prælat.

30 Irrigularitas alia eſt publica,& alia occulta,& in occulta,quæ deſcendit ex delicto, & non eſt deducta iniudicium, poteſt Epiſcopus diſpenſare, excepto in ea, quæ deſcendit ex homicidio voluntario,in publica vero diſpenſare non poteſt. Concil. Trid.ſeſſ.24.c.6. de reformat.de alijs irrigularitatis ſpeciebus dicemus ſuis locis.

Verbo Iudex.

1 IVdex dicitur quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet, & non dicitur bonus iudex ſi in eo non eſt iuſtitia.c.forus. de verb.ſign. & c.1. 23.quæſt.2. Bart. in l.1.n.1.ff.de iuriſd.omnium iud.& à iudice venit iudicium,quia iudex dicitur ius dicere,& recte tenetur iuſtitiam miniſtrare,quæ eſt conſtans voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuendi, l. iuſtitia, vbi Doct. ff. de iuſt. & iur. & iudicare dicitur munus publicum.l. quippe.ff.de iud.

2 Iudex electus ab vniuerſitate eſt confirmandus à ſuperiore, niſi aliud ſit cautum in priuilegio vniuerſitatis, vaſalli, ſeu dñi terrarũ. gl.ver.debeat. in extrauag.de maior.& obed.Ioan.22.vbi notant ſcribẽtes.

3 Iudex nõ poteſt eſſe ſurdus,mutus,perpetuò furioſus,& impubes. hi enim impediuntur,quia iudicio carẽt,& infamis,quia lege impeditur, & fœminæ,aut ſeruus, qui moribus impediuntur,quia ciuilibus officijs non funguntur, alijs vero hominibus videtur permiſſum vt officio iudicis fungi poſsint.l.cum prætor.vbi Bart.ff.de iud. & c.infamis. vbi Doct. & §.ibi tria ſunt.3. quæſt.7. & gl.verb.ætatem. in c.cum viceſimum. de offic.& poteſt iud.deleg.Bart.in l.quidam. n.3. ff.de iud.

4 Minor 25.annis,& maior.20.poteſt dari iudex delegatus, & ordinarius à quocũq;, & maior.18. poteſt dari à Principe, aut ſi partes ſcienter in eum conſentiant,& etiã maior.14. annis, ſi Princeps eum dederit, quoniam ſi Princeps eum iudicem dederit, omnia gerere decreuit. c. cum viceſimum.vbi gl.& Abb.n.2.de offi.iud.deleg. & l.quidam conſulebat,& ibi Bart.à n.1.ff. de reiud. quia ſi Princeps eligit ſcienter indignum, videtur cum eo diſpenſare. vt tenet Bart. d. l. quidam conſulebat. nu.2. aliter enim ſententia lata à minore. 18 annis non valet, & poſt ſententiam poſſunt partes opponere exceptionem nullitatis, & reddetur iudicium retro nullum d.l.quidam conſulebat.vbi Bart.n.8.ff.de reiud.

5 Iudex tàm ordinarius,quàm delegatus, ſiue arbiter debet ſubire iuramentum,tactis Sanctis Euangelis, vt omnia decidat ſecundum veritatem,& legum obſeruationem. l.rem non nouam, vbi Bart.Bald.Salicet.Paul.de Caſtr. Alex. Iaſ.& omnes.C. de iud.& auth.de defenſ.ciuit.§.ius iurandum.vbi Bart.coll.3.Girip.cõſil.24.n.36.

6 Iudex non debet iudicare pro exemplis, nec pro ſententijs alterius, ſed ſecundum leges, ſeù conſtitutiones regionum,vel ſecundum illud, quod moribus obſeruatur, quoniã ſi alius errauit, ne incidat in eundem errorem. l.nemo. vbi cõmuniter Doctor.C.de ſent.& interloc.omnium iud.& l. ſinguli. C. de accuſat. & c.1. vbi notant ſcribentes de conſt.prin.inſt.de offi.iud. & auth.de iud.& vt nulla. §.omnis autẽ coll. 6. & dixi ſupra verb. cauſa. §.16. quando tamẽ aliquis caſus eueniat, qui aliqua lege deciſus non ſit,iudicatur de ſimili ad ſimile. l.non poſſunt, & l. de quibus. ff. deleg. Abb.in c.1. n.14.de conſt.

7 Iudex debet iudicare ſecundũ allegata, & probata,quamuis ſit contra ſuam conſcientiam, id eſt, contra illud,quod ſcit tãquàm perſona particularis. c.paſtoralis,§. quia vero,vbi gl.verb. tenetur. & Doct. de offic.iud.deleg. & c.iudicet.3.quæſt.7. l.illicitas. §.veritas. vbi Bart.ff.de offi.præſid. Iaſ.in §.ſi vnus. col.6. inſt.de act. Doct.in l.1. C. vt quæ de ſunt aduoc. ſi tamẽ iudex habeat conſcientiam læſam, & ſciat, quod ſit contra illud, quod probatur, eſt diſtinguendum tunc, aut enim probatur, quòd reus nõ commiſiſſet delictum,iudex tamẽ ſcit,quòd ille commiſiſſet,debet tunc illũ abſoluere, quamuis ſit contrà ſcientiam ſuam, ſi autem probetur reum commiſiſſe delictum,& iudex ſciat illum non commiſiſſe, debet tunc pro vt potuerit laborare, vt eruat veritatem,aut ſe exonerare ab officio iudicandi,quamuis puniatur à ſuperiore. c.inquiſitioni, de ſent.excommunicat. & c.qui reſiſtit. 11. quæſt.3. Abb.in c. paſtoralis. §.quia vero.num.8.de offic.iud. deleg.

8 Iudex in illis, quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum,& modum procedendi in lite, debet attendere ſtatuta loci, vbi iudicium

Digitized by Google

agitatur, in decidenda tamen cauſa, debet attendere ſtatuta loci. vbi fuit celebratus contractus de quo agitur, vt notat Bart.in l.1.à n.14.Bald.Ang.Salicet.Paul.de Caſt. Imol.Alex.Iaſ. & omnes. C.de ſum.Trin. Ant.de Butr.in c.1. deſponſal. Socin.Sen. in c.dilecti filij. col.23. verſ.circa quartũ. & vltimum de for.comp.Alex.conſil.100. col.pen.verſ.non obſtat quartum.lib.3.

9 Iudex nõ debet illicita iudicare propter clamorem populi,ſeù aduocatorũ,ſed ſemper debet adhærere legibus, & non errabit.l. decorionum. vbi Bald. & Salicet.C. de pœn.nec debet admittere acceptionem perſonarum iniudicando, c. nouit de iud. & c.qualiter.1.de accuſat. & c.in iudicijs. de regul.iur.lib.6.nec pauperi miſerendo. gl.1.in c.2.de mut.pet. Exod.c.23. in horibus tamen exhibendis,& in pœna imponenda. eſt habenda acceptio perſonarum conſiderata illarum dignitate, nobilitate, & ætate. c.2.vbi Doct.de offic. iud. deleg. lib.6.& c.ſolitæ.de maiorit. & obed.& c.1. de iud.lib.6.& gl.verb.item figuratur.in d. c.iniudicijs.de regul.lib.6.

10 Iudex iudicans contrà iuſtitiam,& conſcientiã incurrit varias, & diuerſas pœnas, & tenetur ad reſtitutionẽ litis parti læſæ, & committit iniquitatem,& facit iniuriã, & eſt ſuſpenſus per annum ab executione officij, & ſi durante illa ſuſpenſione,ſe ingerit diuinis, efficitur irrigularis. c.1.vbi Doct.communiter. de ſent.& reiud. lib.6. & l.nõ quidem.§.iudex,& l.filius familias. vbi Bart.ff.de iud.& l.fin.& auth. nouo iure. vbi Doct. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & prin.inſt. de iniur. & l.omnes. & l. iubemus. C.ad leg. Iul. repetund. & gloſſ. verb. malefactores. in c. cum ſit generale. de for.comp.& gl.fin.in l.venales.C.quid. prouoc.non eſt neceſſ.Iaſ. in l.properandum.§ ſiue autẽ alter vtra. n.36.C.de iud. & Eccleſiaſt. c.11. & dicitur prodigus ſuæ famæ, & præſecutor ſui honoris, crudelis ſuæ conſcientiæ. d.c.1. §.ſi quis autem.vbi gl.verb.prodigus. de ſent. & reiud.lib.6.& c.fin.de accuſat. & c. nolo. 12.quæſt.1. & Tobias. c.12. qua propter te oro amantiſſimè iudex in domino. & obſecro per viſcera miſericordiæ Chriſti Domini,ne ante ponas odium,fauorem,metum,vel pręmiũ iudicio æterni tribunalis, ſed geſta ſtaterã in manibus,& lances,appende æquo libramine,& præoculis habe ſolum Deum quoniam omnes ſtabimus ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti recepturi pro vt in corpore geſsimus,ſiuè bonum, ſiuè malum.c.cum ex eo. vbi Doct. de pœn.& remiſſ.& attende ad mærorem,quo miſer litigator conficitur,quando poſt longum tẽpus,totq; labores,ſententiam iniuſtã contra ſe audit, aduerte quomodo hoc reſtituere, ſatisfacereq́; poteris, ſi vis ſaluus fieri.

11 Oportet tamen,vt iudex incurrat,in illã ſuſpenſionem, quòd ſit iudex Eccleſiaſticus,& quòd iudicet contrà iuſtitiam iniudicio iudicando, & quòd illi conſcientia dictet contrarium, ab illo,quod iudicauit, & illud faciat propter amorem odium,vel intereſſe cum ille text.in d.c.1. de ſent.& reiud. loquatur de iudice Eccleſiaſtico ordinario, ſeù delegato,& hoc ſit pœna, quæ non eſt extendenda. c.odia. & c.in pœnis. vbi notant ſcribentes. de regula iur. lib.6. gloſſ.verb.in iudicio.in d.c.1.de ſent.& re iud. lib.6.

12 Iudex qui ex propoſito,& induſtria cõtra legẽ iudicat,non tenetur,crimine læſæ maieſtatis humanæ diuinam tamen offendit. l.1. vbi Doct.C.ad leg.Iul.maieſt.& ſi furem nõ iudicat propter lucrum reus eſt furti. c.qui cum fure.vbi Ant.de But.Hoſt. Inn.Abb.& alij de furt. Gerip.conſil.34.n. 3. & conſil.40. n.24. & tenetur ad pœnas infrà referendas.

13 Iudex cõmittens furtum,aut aliqua ſcelera in officio, eſt priuandus officio, quod de præſenti habet, & omnibus dignitatibus,& honoribus,& fit indignus, & inhabilis ad alia habenda officia, ſeù illud, in futurum. l.iudices. vbi Bart. & omnes. C. de dign. lib.12.& ita tenent omnes.vt inquit Boſſ.in tit.de offic.corrupt.pec.n.10. & poteſt etiam puniri pœna exilij,aut alia grauiori,ſi qualitas facti illud expoſcat. l. lex Iulia.§ fin.vbi Doct.ff ad leg.Iul.repetunſi.Gramat.conſil.35.n.9.Iul.Clar lib.5. §.fin.quæſt.73.n.2.Merg.conſil.6. n.2.

14 Iudex, qui propter pecuniam ſibi promiſſam dedit iniquam ſententiam, nõ poteſt poſtea illam repetere, nec etiã ſi pars illam dedit repetere poteſt,ſed applicatur fiſco. c.in pari.vbi gl.1. & Doct. de regul. iur. libr.6. & c. non ſane.14.quæſt.5. l.ob turpem cauſam. ff.de cond. ob turp. cauſ. imo quando verſatur turpitudo ex parte iudicis, & ex parte corrumpentis,ſiuè rei, ſiuè actoris, cogitur per ſoluere quadruplum eius,quod accepit,ex Boſſ.vbi ſupra.

ſi vero

ſi vero turpitudo ſit tãtummodo ex parte vnius, tunc dimidium quadrupli applicatur fiſco, aliud dimidium alteri parti læſæ, arg. text. in l. 1. & ibi gloſ. fin. & Doct. C. ad leg. Iul. repet. & Iul. Clar. vbi ſupra, & etiã tenetur reſtituere principale, & expenſas, & aliquid pro merore. dixi ſupra verbo, donatio. §. 53.

15 Iudex nec pecuniã mutuam poteſt recipere à reo, ſeù actore quia tunc præſumitur pecunia corruptus, & ille, qui pecuniã accommodat iudici, præſumitur illo modo emere ſui cauſam. l. quis quis, vbi Cin. Bart. Bald. & omnes. C. ſi cert. pet. nec valent ſententiæ venales, imò ſunt ipſo iure nullæ. l. venales. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes. C. quando prouocar. non eſt neceſſ. & c. ei qui. §. venales. 2. quæſt. 6. & c. non licet. 11. quæſt. 3. gl. verb. venditionem. in c. fin. de purg. can.

16 Iudex non poteſt contrahere, emere, aut vendere per ſe, ſeù interpoſitam perſonã in loco, vbi fungitur officio iudicis, quia debet vacare vtilitati Reipublicæ, & non occupari mercimonijs. l. principalibus. ff. ſi cert. pet. & l. non licet. ff. de contrah. empt. & l. vnica. vbi Salicet. C. de cõtr. iud. vel eorum qui ſunt circ. Bart. in l. quis quis. C. ſi cert. pet. & cõtractus ab illo initi ſunt nulli, & nullius momenti, nec poſſunt conualeſcere finito officio ex conſenſu ab vtroq; interueniente. l. vnica. §. nec ratum. C. de contract. iud. & l. aufertur. ff. de iure fiſc. Iaſ. in l. principalibus. nu. 1. ff. de reb. cred. & punietur in amiſſione omnis mercimonij, & in quadruplum fiſco. l. non licet. vbi Doct. & l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de iure fiſc. in noſtra Luſitania tamen nõ habet locum hoc quadruplum, ſed perdet tantum mercimonia, quæ emerit, & applicabuntur fiſco, & quod accommodatum acceperit, ſoluet accommodanti, & tantundem applicabitur fiſco. ord. libr. 4. tit. 15. §. 1. hoc tamen fallit in iudice, qui in ſua patria gerit officium iudicis, quoniã hic bene poteſt emere, & contrahere cum omnibus illius patriæ, cum hoc facit ſine fraude, ſeu dolo, & non ſit cum aliquo litigante, qui coram illo cauſam agit. ex Guill. Bart. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alijs. in l. principalibus. ff. de reb. cred. Bald. in d. l. quisquis. C. ſi cert. pet. & eſt communis. licet contrarium defendant Ang. & Lud. in d. l. principalibus. ſi tamen à partibus coram illo litigantibus emat, durante lite, punietur eadẽ pœna, qua puniretur ſi datum fuiſſet ad corrumpendum, & tam iudex quam pars vendens ſeu emens ord. libr. 5. tit. 71. §. 9. & de hoc late dicam infra verb. officium. §. 9.

17 Iudex, qui per imprudentiam, ſeù negligentiam male iudicat, tenetur ex quaſi maleficio, in quantum æquum, & bonum iudicanti viſum fuerit. l. & parti læſæ. l. fin. ff. de var. & extraord. cogn & l. fin. vbi Doctor. C. de pœn. iud. qui mal. iud. prin. inſt. de obligat. quæ ex quaſi delict. & glo. verb. condemnandus. in c. 1. de reiud. lib. 6. Boſſ. excommuni. in tit. de offic. corrupt. pecun. n. 22. Iul. Clar. lib. 5. §. 83. n. 2. Merg. conſil. 24. num. 36.

18 Iudex, qui aliquid ſuſcepit ob bene, ſeù male iudicatum, poteſt pro illo conueniri in forma, vt ſupra diximus. §. 14. aut hæres illius, quatènus ad eũ peruenit. l. ſciant iudices. vbi Doct. C. ad leg. Iul. repetund. & l. in hæredem. vbi Bart. ff. de calumn.

19 Iudex tàm Eccleſiaſticus, quàm ſecularis gratis iudicare debet. c. ab homine de vita, & honeſt. Cler. & c. non licet. 11. q. 3. & c. non ſane. 14. quæſt. 5. & l. omnes. vbi Doct. C. ad leg. Iul. repetund. & c. ſtatutum. §. ſi quid. vbi Dominic. Arch. Ioann. Andr. Franc. & omnes de reſcript. lib. 6. & gloſ. verb. lex Iulia. in §. ſunt. inſt. de publ. iud. nec oblatũ ſimpliciter, & ſpontè recipere poteſt, vel aliquis de familia eius. cap. 1. §. procurationes. vbi Doct. de cenſ. libr. 6. & auth. vt iud. ſine quo. §. hæc autem omnia coll. 2. vbi tamen non habet ſalarium poteſt habere ſportulas. d. auth. vt iud. ſine quo. § ſcriptum. coll. 2. Iaſ. in l. tunc autẽ. n. 5. ff. de reiud.

20 Iudex debet habere notarium, qui acta iudicialia ſcribat, & apud quem remaneãt, & vt conſtet de proceſſu, & de ſententia. c. quoniam contra. vbi notant communiter Doct. de probat. quoniam iudici nõ creditur in præiudicium alicuius, niſi quatènus in actibus apparet. c. cum à nobis. de teſtibus, & d. c. quoniam. vbi Abb. n. 29. Iaſ. in l. 1. §. editiones. n. 19. ff. de edend. & in l. admonendi. n. 23. ff. de iure iurand. Leo. in tract. noui op. c. 1. n. 3.

21 Iudex nõ poteſt iudicare in re propria, quamuis ſuccedat vni ex litigatoribus, nec in rebus ſuæ familiæ. l. qui iuriſdictioni, vbi Doct. ff. de iuriſdict. omnium iud. & l. in priuatis, & l. Iulianus. 17. ff. de iud. & l. vnica, vbi Bald. & Salicet. C. ne quis in ſua

cauſ.

Digitized by Google

cauſ.& l.omnibus C de teſt.& c.inter querelas. 33. quæſt. 5. & c. primo. 4.quæſt.4. poterit tamen iudicare in propria cauſa quando ſibi fit iniuria ab aliquo perturbãdo eius officium, ceſſante cauſa ſuſpicionis aliunde orta. c.dilectus filius. de pœn. & c.1.vbi gl.ver.punire.eodem tit.lib.6. l. item apud Labeonem.§.idem act.vbi Bart. ff. de iniur. Dec.in l.non eſt ſingulis. ff.de regul.iur. Abb. in c.ſi quis. nu.17.de foro comp. & poteſt illum excommunicare, & ponere interdictũ. c.dilecto.de ſent.excõmunicat.& c.Guiliſarius.23.quæſt.4.ſi tamen fuerit Imperator, aut Rex cum ſubdicto, ſeù quicumq; non recognoſcens ſuperiorem, poterit iudicare in cauſa propria, vt tenet Bart. in l.vnica C. ne quis in ſua cauſa Abb.in c nouit. n.16. de iud.& in c. 1.n.5. de probat. Socin. conſil.120. col.9. in prin. lib.1. debet tamen delegare cauſam, quam habet cum ſubdito, quia nõ decet illam per ſe iudicare.ex And.de Iſern. in c.Imperialem. §.præterea.col.7. & 8.de prohib. feud. alien.& ita dico de ordinario in cauſa ſuæ Eccleſiæ, aut quando cognoſcit de validitate priuilegij exemptionis ſui ſubditi.c.cum perſonæ.vbi gl.ver. ordinarijs,& Doct.de priuileg.lib.6.

22 Iudex ordinarius poteſt recuſari ante litis conteſtationem. cap.ſi quis contrà.de foro comp. & c. cum ſpeciali. de appellat. poſtea vero non poteſt, quia eſt exceptio dilatoria. l.nemo.vbi Doct.C de iuriſdict. omnium iud. niſi aliquid de nouo emergat. c. inſinuante. de offic. iud. deleg.& c. placuit. de pœn. diſt 6. & l. de ætate. §. ex cauſa. ff.de interrog. act.& l.ſi poſt datum. ff de procurat. gloſ.verb.interrogatus. vbi Abb.num.17. verſ.quo ad primum.in c.1. de iud.

23 Iudex poteſt recuſari ſi eius aſſeſſor eſt ſuſpectus. c.ſtatutum. §.aſſeſſorem.vbi gl. verb ſuſpectum Dominic. Ioann. Andr.& alij de reſcript.lib.6. Abb.in c.1. nu.14.de iud.Merg.conſil,24.nu.12.& Gerip.conſil. 8. num.36.

24 Iudex delegatus datus ſine partis conſenſu poteſt recuſari ſuſpectus ex iuſta cauſa, & de iure canonico dantur arbitri, qui cognoſcãt de cauſa ſuſpicionis,& illa probata ſuper ſedetur in cauſa principali. c. ſecundo requiris. §.tertio.vbi gl.verb.coram codẽ de appellat. Iaſ.in l.apertiſsimi. n.16. C.de iud.& c.ſuper. §.vero.de offic. iud. de leg. de iure ciuili coguntur partes eligere arbitros, qui fungantur vicibus illius delegati ſuſpecti. l. apertiſsimi. vbi notant Doct. C.de iud.datus tamen de cõſenſu partium, non poteſt recuſari, auth.de exhib.& int.re.§.ſi vero. coll.5.vbi gl.ver. petitus, & iudex ipſe recuſatus de ſuſpecto, ſtatuit competens tempus arbitris ad cauſam ſuſpicionis finiendum quo elapſo, ſi cauſa non ſit finita procedit in principali cauſa. c.ligitima. vbi Doct.de appellat.lib.6. & c.ſuſpicionis. vbi Abb. n.1. de offic.iud. deleg. vbi gl.verb. terminum, & libellus recuſationis debet offerri coram iudice recuſato, qui debet cogere partes ad arbitros eligendos. l.cum ſpecialis, vbi Bald.& l.apertiſsimi.vbi Doct.C.de iud.

25 Iudex delegatus attentatus de ſuſpecto poteſt alteri de conſenſu partium, cõmittere vices ſuas, antequam ſit ſuſpectus iudicatus, poſtea autem nõ poteſt. c adhæc. 27. & c.cum ſpecial. de appellat. & c. iudex. vbi Doct. de offic.iud.deleg. libr 6. & antequam recuſatio contra ipſum proponatur poteſt vices ſuas cõmittere ſine partium conſenſu.d.c.iudex.

26 Iudex poteſt ſtatuere terminũ partibus ad proponendas dilatorias exceptiones,& poſtea non auditur ſuper illis, niſi proteſtetur, aut denuo illi competant. c.paſtoralis. vbi Ant.de Butr. & Hoſt.Inn.Abb.& omnes. de except.& etiam illis poteſt ſtatuere terminum ad procedendum in cauſa. l.ſi ea.vbi gl.1.& Doct. C.de his, qui accuſar.non poſſ.

27 Iudex debet etiam aſsignare partibus terminum congruentẽ ad exhibenda omnia inſtrumenta, acta,& monumenta, quibus ſint vtendæ, quamuis cauſa ſit ſummaria. l.1. §. edenda.vbi Doctor.ff.de edend. clem.fin.§.verũ. verſ. ſtatuimus.vbi Card. de verb. ſign.

28 Iudex deputatus ſuper executione ſententiæ, debet admittere exceptionẽ fraudis, ſiue nullitatis, nõ ad effectum, vt ſuper ea pronunciet, ſed vt negocium tranſmittat ad ſuperiorem. c.de cætero.de reiud.& c.2. vbi Doct.de crin.falſ.& gloſ.verb.& ſi ſciant. in c.paſtoralis.§.quia vero.de offic. iud.deleg. quando tamen iudex eſt merus executor, non poteſt recuſari, nec repelli ab actu executionis prætextu ſuſpicionis. c. nouit, & c.propoſuit. de appellat. Abb. in c.ſi quis.n.11.de foro comp.& dixi ſupra verb.executor §.3.

29 Iudex ex officio debet prouidere, vt oẽs

Digitized by Google

ſolemnitates debitæ obſeruentur in iudicio, vt noxius puniatur, & innocens abſoluatur, aliter enim iudicium ſuum erit fruſtratorium, c. cauſam. 1. vbi Abb. nu. 4. de iud. & c. fin. de offic. iud. deleg. omnia enim quæ contingunt poſt litem conteſtatā petuntur officio iudicis, & iudex ex officio in illis pronunciat, quod non eſt in illis, quæ ante litem conteſtatam incidunt, quoniam in illis pronunciare nō poteſt, niſi ſpecialiter petatur in libello. l. ædiles. 25. §. item ſciendum. ff. de ædilit. edict. & gl. verb. iudicis. officium. in c. fin. de offic. iud.

30 Iudex interrogat partes quotieſcumq; æquitas ſuadet, & iudex ad id ex officio mouetur. clem. ſæpe. vbi Doct. de verbor. ſign. & l. vbi cumq;. ff. de interrog. act. & l. iudices. C. de iud. & c. iudicantē. 30 quæſt. 5. & hoc etiam poſtquam in cauſa fuerit concluſum, etiam ibi habet locum officiū iudicis. c. cum Ioannes. §. cum igitur, ad fin. de fid. inſtr. & gl. 1. in c. fin. de offic. iudicis. & ex officio repellit excommunicatum autorem ſi publice eſt excōmunicatus. c. 1. vbi gl. verb. excommunicatus. & Dominic. Ioan. Monach. Arch. Ioan. Andr. Franc. & omnes de except. lib. 6.

31 Iudex debet prouidere dādo aduocatum parti ex officio, ſi aliàs illū habere nō pōt. c. 1. vbi gl. 2. de offic. iud. & l. nequaquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſul. & l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtul. & etiā debet dare inducias cuicumq; parti qui aduocatū non habet, vt illum quærere poſſit, & attendere debet, vt fiat æqualis diſtributio aduocatorum. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. & l. ait prætor. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. prouidendum. vbi Bald. & Salicet. C. de poſtul. & c. infames. §. ſi vero in vno. 3. quæſt. 7. debet tamen vnusquisq; prôcurare ſibi bonum aduocatum ad ſuam cauſam. bene peragendam, pro vt melius potuerit. l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iud. & gl. verb. implorando, in c. 1. de officio. iud.

32 Iudex poteſt ex officio dicere partibus, vt tranſigant, & ſe componāt, ne bona ſua expendant, niſi in caſibus, vbi ius illud nō permittit. c. fin. vbi Abb. & oēs de tranſact. & c. ſtudendū, 90. diſt. & c. ſi primates. 5. q. 2. & c. ſi quis membrorum. 23. q. 8. & c. ſi illic. 23. q. 4. & c. querelam. de ſimon.

33 Iudex debet laborare, pro vt potuerit, ne lites protelentur imò breuietur, & releuentur partes ab expenſis, & parcatur laboribus. c. finem. vbi Doct. de dolo. & contumac. & c. 1. vbi Ioann. And. & alij. de appellat. lib. 6. & clem. fin. de verb. ſign. & c. vt litigantes. de offic. iud. lib 6. & l. properandum. vbi Doct. C. de iud. probato enim crimine non debet differre ſententiam, ne detur occaſio, vt aliquo modo delinquens euitet pœnam delicti. l. cum reis. vbi Salicet. C. de pœn. non debet tamē executioni mandare ſententiā corporalem intrà decem dies, quæ dantur ad appellandum. l. 1. ff. nihil. nouar. appellat. interpoſ. gl. verb. iuris ſententiam. in d. l. cū reis. C. de pœn. Bart. in l. qui vltimo. nu. 6. ff. de pœn. & in l. addictos. C. de appellat.

34 Iudex debet admittere omnem neceſſariam ſpeciem probationis, licet cauſa ſit ſummaria, in qua procedatur ſine ſtrepitu & figura iudicij. c. iudicantem. 30. quæſt. 5. & clem. ſæpe. vbi gl. verb. defenſiones. & Doct. de verbor. ſign. & l. iudicia. C. de rei vind. & l. 1. C. de teſt. Iaſ. in l. non hoc. nu. 15. verſ. 7. C. vnde legit. & in l. 1. n. 18. ff. ſi quis caut. & Merg. conſil. 36. n. 24.

35 Et debet audire omnes allegationes partium, & illas examinare, neq; conuenit, vt iudex fulminet verba comminatoria antequam rem examinet. l. iudex. & l. fin. vbi Doct. C. comminat. Epiſt. & etiam debet admittere omnes partium replicationes, quæ ad alterius iuris excluſionem pertineant. Clem. fin. vbi Doct. de verb. ſign. & prin. vbi Ang. inſt. de replicat.

36 Iudex, aut quicumq; inferior à Summo Pontifice, vel à Principe, eſt cuſtos legum, & miniſter earum, & non debet ſuo ſenſu duci, ſed legum auctoritate. c. 1. vbi Doct. de conſt. & l. leges. 1. C. de legib. & l. cōſtitutiones. C de iur. & fact. ign. & c. omnia. §. ergo. 25. quæſt. 1. & c. cum quibus. in fin. 24. quæſt. 3. nec contra leges aliquid ſtatuere, ſeù diſponere poteſt. c. quod ſuper his. vbi Gofred. Ant. Hoſt. Abb. & omnes. de maior. & obed. & ſi aliquæ extrauagantes illi allegentur, quas non habet, debet iudicare ſecundum allegationes, ſi iuri cōmuni conſonantes fuerint, ſi vero ſint diſſonantes debet tunc conſulere principē. c. paſtoralis. vbi Doct. de fid. inſtr.

37 Iudex Eccleſiaſticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ per iudicem ſecularem, & ita iudex ſecularis exceptionē rei iudicatæ per iudicem Eccleſiaſticum c. fin. vbi notant Doctor. de except. libr. 6. hoc tamen habet locum in ciuilibus, ſed

non

Digitized by Google

non in criminalibus. vt dixi ſupra verbo: exceptio. §. 18.

38 Iudex non poteſt iudicare vltrà illud, quod ſibi eſt cōceſſum in data iuriſdictione. l. certa ratione, vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſt. & omnes. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & l. duo. ex tribus. ff. de rei vind. & auth. vt iud. non exp. ſacr. iuſſ. §. ſi autem duo. coll. 9. nec poteſt mandare, aut iudicare, niſi in his, quæ expectant, & pertinent ad eius officium, & iudicatū in alijs cauſis non valet, nec eſt alicuius momēti. c. ea, quæ ſunt. de regul. iur. lib. 6. & l. factū à iudice. ff. de regu. iur. Iaſ. in l. fin. n. 1. Bart. n. 3. & omnes. ff. de iuriſd. omnium iud.

39 Iudex non poteſt exercere ſuam iuriſdictionem extra ſuum territorium in his, quæ requirunt cauſæ cognitionem. l. fin. vbi Bart. Bald. Alb. Ang. Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & communis. ff. de iuriſdict. omnium iud. & l. 3. ff. de offi. præſid. & c. 2. vbi Ioan. And. & Gem. col. 5. de conſt. lib. 6. & c. cum Epiſcopus. vbi gl. 1. & Doct. de offic. ord. lib. 6. Bart. in l. 2. no. 2. C. de iuriſd. omnium iud. de conſenſu tamen partium, & iudicis alterius territorij, aut ex conſuetudine immemoriali, bene poteſt iudex inter ſuos ſubditos iudicare extrà ſuum territorium. ex gloſ. fin. in d. l. vlt. & Iaſ. n. 14. & n. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. gl. ver. de conſuetudine. in c. vt litigantes. de offic. ord. libr. 6. & gl. 1. in l. 3. ff. de officio præſid. Bart. in l. fin. nu. 3. & Iaſ. nu. 10. ff. de iuſt. & iur. idem Bart. ex Ang. in l. quæro. ff. de ſolut. Ant. de Butr. Hoſt. Innoc. Ioan. And. Abb. & omnes. in c. P. & G. de offic. iud. deleg. Bald. & Salicet. in l. 1. C. de iuriſd. omnium iud. quod attinet tamen ad iuriſdictionem voluntariam, bene poteſt iudex ius dicere, & exercere ſuam iuriſdictionem extra territorium. l. 2. vbi Doct. ff. de offic. præſid. & gl. vnica. vbi Abb. n. 4. in c. nouit. de offic. leg. & l. 2. ff. de adopt. & gl. in d. l. 2. ff. de offic. præſid. & gl. 2. in d. l. fin. & Iaſ. ibi. n. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. & ita tenet communis.

40 Iudex, cui cauſa eſt delegata, vt illā intra certum tēpus determinet, non poteſt vltrà tempus iudicare, imò ſi elapſo termino pronunciet, non valebit iudicatum. l. cum non eodem. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & omnes. C. quand. prouocar. nō eſt neceſſ. & c. de cauſis. vbi Doct. de offic. iud. deleg. poteſt tamē terminus prorogari de conſenſu partium, niſi ſpecialiter prorogatio ſit à concedente inhibita. l. 2. § ſi & iudex. ff. de iud.

41 Iudex cognoſcit, vtrum ſua ſit iuriſdictio, aut non, & citatus tenetur venire, & allegare ſuum priuilegiū, ſiue cauſam, propter quam non tenetur coram illo reſpōdere. l. ſi quis ex aliena. vbi notant Doct. communiter. ff. de iud. & l. ex quacumq;. vbi Bart. à nu. 2. ff. ſi quis in ius vocat. & c. prudentiam de offic. iud. deleg. & c. olim. vbi Abb. n. 3. de except. ſi tamen notoriū ſit, quòd citatus non eſt illius iuriſdictionis, tunc non tenetur venire. l. fin. vbi Doctor. ff. de iuriſdict. omnium iud. & l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de interd. idē Bart. in l. non videtur. nu. 1. ff. de iud. Iaſ. in d. l. ex quacumq;. num. 31. ff. ſi quis in ius vocat. Abb. in d. c. olim. num. 3. de except. Inn. in c. præterea de dilat.

42 Iudex, qui cognoſcit de principali, debet cognoſcere de acceſſorio, c. ſolicitudinem, & c. dilectis filijs. vbi Doct. de appellat. & qui cognoſcit de principali, cognoſcit de incidenti. l. quoties. vbi Doct. C. de iud. & l. Adite. vbi Bald. C. de ord. iud. iudex tamen laicus nō poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, etiam incidēter, quando agitur de validitate actus rei ſpiritualis. c. tuam. vbi Abb. nu. 9. de ord. cogn. & c. decernimus. de iud. & Bald. in l. 1. C. de ord. iud. ſi vero agitur de facto, & non pronunciatur ſuper validitate actus rei ſpiritualis bene poteſt iudex laicus incidenter cognoſcere de re ſpirituali. l. 2. vbi Bald. C. de ord. iud. & l. 1. §. ſi ea. ff. de ventr. in poſſ. mitt. & l. non ignorat. C. qui accuſar. non poſſ. Iaſ in l. quoties. nu. 6. C. de iud. Bart. in l. cui iuriſdictio. nu. 4. ff. de iuriſd. omnium iud.

43 Iudex laicus non poteſt in Eccleſia iudicare, neq; ibi quærere hoſpicium, nec aliquos actus, aut proceſſus iudiciales agitare, nec in cæmeterio Eccleſiæ, & proceſſus ibi agitatus, vel ſententiæ prolatæ ſunt nullæ, quamuis alij contractus, qui fiunt ſine ſtrepitu iudiciali, valeant. c. decet. §. ordinarij. vbi Doctor. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & c. qua fronte. vbi Abb. num. 13. de appellat. & c. 1. de immunit. Eccleſ. Trid. ſeſſ. 22. c. de obſeruand. & euitand. in celebrat. miſſ. nec poteſt cognoſcere de cauſa hæreſis, quia eſt mere Eccleſiaſtica. c. vt inquiſitionis. de hæret. lib. 6. Abb. in c. cum ſit generale. n. 30. de foro comp. dixi verb. hæreticus. §. 13.

Iudex

Digitized by Google

44 **Iudex ſecularis non poteſt cogere Cle**ricum, vt coram ſe reſpondeat, nec ad aliquid ſoluendum, & ſi illum cogat, compellitur per iudicem Eccleſiaſticũ, vt deſiſtat à tali coactione. c. ſecularis, de for. comp. lib. 6. & c. non minus, & c. aduerſus. vbi Doctor. de immunit. Eccleſ. niſi Clericus habeat temporalia infeudo, quia tunc eſt cõueniendus coram domino feudi, quamuis ſit laicus. cap. cæterum. vbi Doct. de iud. & Abb. in c. ſolitæ. n. 3. de maior. & obed.

45 Iudex laicus capiens malefactorẽ dicentem ſe eſſe Clericũ non poteſt cognoſcere de re illa, ſi notoriũ eſt, quòd ſit Clericus, ſed ſtatim tenetur illum tradere ſuo prælato, quia tunc ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet cognitio illa, attamen ſi pro laico ſe gerebat, cognoſcit iudex ſecularis, verũ ſit Clericus, vel non, nec tenetur illum remittere ad iudicẽ Eccleſiaſticum, antequã cõſtet, quòd ſit Clericus. c. ſi iudex laicus. vbi communiter Doct. de ſent. excommunicat. lib. 6. & c. vt famæ. eodem titul. & eſt ord. noſtra. lib. 2. tit. 1. §. 23. nec incurrit excommunicationem iudex laicus, aut familia eius, qui Clericum capit inflagranti crimine, aut nocte, vt tradatur iudici Eccleſiaſtico, ex Abb. in c. cũ non ab homine. n. 15. de iud. Fel. in c. ſi vero. nu. 4. de ſent. excommun.

46 **Iudex ſecularis, qui Clericum banniuit,** debet condẽnari per iudicem Eccleſiaſticum in expenſis, & iniuriæ æſtimatione, & punitur tanquam ſacrilegus. c. olim. vbi gl. ver. banniuerat. & Doct. de in iur. & c. laici. 16. q. 7. & ſi illum conſtringat, aut condẽnauerit, debet excommunicari. c. nullus. de foro comp. vbi notant ſcribentes.

47 Iudex Eccleſiaſticus faciẽs percuti Clericum per laicum, etiam cauſa diſciplinæ, incurrit ſententiã excõmunicationis, aqua non poteſt abſolui, niſi à Romano Pontifice, ſi læſio ſit enormis, nec etiã mandatarius. c. vniuerſitatis. de ſent. excõmunicat. ſi tamen iudex Eccleſiaſticus faciat capi malefactorem Clericum, per laicum, aut incarcerari, vt poſtea debita pœna puniatur, non incurrit excommunicationem, nam aliud eſt percutere, & aliud capere, vel in carcere detinere. c. vt famæ. vbi Abb. n. 4. de ſent. excommunicat. & c. ſi Clericus. vbi Doct. eodẽ tit. lib. 6. nec ſi illũ ad triremes pro aliquo delicto mittat, cũ Clericꝰ ad triremes dãnari poſſit, ſine degradatiõe actuali. ex Pegn. ad direct. inquiſ. lib. 3. ſchol. 65.

48 Iudex Eccleſiaſticus compellit iudicem laicum, vt repellat excommunicatum ab omnibus actibus iudiciarijs, quando eſt autor, patrocinator, aut teſtis. c. decernimus. vbi gl. ver. ſeculares. & Doct. de ſent. excõt. lib. 6. & Doct. in cap. pia. de except. lib. 6. & dixi ſupra verb. excommunicatio. §. 60.

49 Iudex Eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere de cauſis ciuilibus, vel criminalibus merè ſecularibus inter laicos. cap. licet ex ſuſcepto. vbi Doct. & c. ex tenore. de foro cõp. & c. cauſam. quæ. 7. qui filij ſint legit. & c. P. & G. de offi. iud. deleg. & c. te quidẽ. 11. quæſt. 1. de cauſis tamen merè Eccleſiaſticis, aut mixti fori, bene cognoſcit iudex Eccleſiaſticus inter laicos, & poteſt tunc illos afficere verberibus, ſi delictum illud expoſcat, & etiam poteſt quemcumq; laicum deportare, ſine metu irrigularitatis. c. 1. vbi Doct. de calumn. & c. in Archiepiſcopatu. de rapt. & c. 1. de offic. iud. ord.

50 Iudex non debet eſſe clementior lege, neq; ſeuerior. c. 2. vbi Abb. n. 5. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & c. non afferamus. 24. quæſt. 1. & l. præſpiciendum. ff. de pœn. & l. cum reis. vbi Doct. C. eodẽ tit & auth. de iud. §. oportet. coll. 6. & gl. verb. ſuſpẽſi poſt medium. Jn clem. fin. de pœn. Merg. conſil. 62. n. 12. debet tamẽ iudex ſemper præoculis habere miſericordiam cum ſeueritate. c. ſtote. vbi Abb. nu. 3. de regul. iur. & c. diſciplimam. diſt. 45.

51 Iudex debet ponere in ſua ſentẽtia pœnam legis, ſi in lege eſt certa, aut pœnam ſtatuti loci ſui, ſeu vbi factum fuit delictũ, aliter autem ponet pœnã arbitrariã, conſiderata qualitate, & grauitate delicti, & perſonæ, iniuria patientis, & agentis. c. de cauſis. §. illis. vbi Doct. de offic. iud. deleg. & l. hodie. ff. de pœn. & l. ſi qua pœna eſt. ff. de verb. ſign. & gl. verb. arbitrium. in c. ſuper his. de accuſat. & Fel. in c. à nobis. 1. n. 1. de ſent. excõmunicat. Abb. in c. fin. n. 24. de foro comp. & ibi. Fel. n. 24. Bart. in l. cunctos. nu. 21. C. de ſumma Trin. & Iaſ. ibi. n. 30. lect. 1. nõ debet tamen iudex ponendo pœnam arbitrariã excedere terminum rationis. d. l. hodie. ff. de pœn. & quãdo pro aliquo delicto eſt poſita aliqua pœna per ius cõmune, & alia per ſtatutũ, debet tũc iudex imponere pœnã ſtatuti, quia per ſtatuti pœnam cenſetur ſublata pœna iuris cõmunis. vt tenet Bal. in l. data opera. nu. 19. C. qui accuſar. non poſſ. & ex mente cõmuni reſoluit Dec. in d. c. de cauſis. n. 14.

Digitized by Google

Berous. nu.75. de officio,& poteſt iud.deleg. Paul.de Caſtr.in l.1. §.dixerit aliquis, nu.6. ff.de public.Alciat. conſil.453.nu.5. verſ. non obeſt igitur. Marſil., in pract. crim. §.quæritur.num.6. Alber.in 1.parte ſtat. quæſtion.8. numer.10. Viuius. in lib. comm, op. verb. ſtatutum imponens.Ant. Gomes. lib. delict. cap.1. num.38. in fin. Gand. in titul. de aliquibus, quæſt.num.4. Gramat. conſil.35.num.56. Roland.conſil. 35. num.48. libr.2. Iul.Clar. libr.5. §.fin. quæſt.85. num.5. Gerip. conſil.36. nu.28. & hoc obſeruat praxis in toto orbe terrarum ſi ita dicere poſſumus, quamuis contrarium teneat Cin.in l.quia ſepulchra. C. de ſepul. violat. Bart. in l.1. ff. de vi bon. rapt. Anch. in c.generi.nu.6.de regul.iur. lib.6. Caccialup. in rep. l. omnes populi. num.90. ff.de iuſt.& iur. Angel. in d. l.qui ſepulchra.verſ.in tex.ibi nihil enim.& Salicet. ibidem. nu.6. verſ.quæro nunc.C.de ſepul.viol. Abb.in d. c.de cauſis. num.14. de offic.iud.deleg. praxis namq; obſeruat, vt ſi pro delicto non inueniatur pœna impoſita per ſtatuta, ponatur pœna,quæ impoſita eſt à iure communi,dubium tamen eſt, quando iudex procedit contra ſubditum ſuum, qui deliquit extra territorium, & alia pœna eſt ſtatuta in loco delicti, & alia in loco territorij, quæ tunc ſit imponenda, & quod ſit imponenda pœna loci, in quo punitur, tenet Marian.in c. poſtulaſti. num.16. de for.comp. & Merg.conſil.24. num. 3. Leo.in tract.noui op.cap.6. num.23. & alij,quos refert Marian.vbi ſupra contrariam tamen opinionem, quòd ſit imponenda pœna loci, in quo deliquit, tenet Bart. in l. cunctos populos.num.47. & alij. C.de ſumma Trin. Bald.in cap.fin. col.vltim. de fer.& in l.2. ad fin. C.de noxal. & in l. ſi quis non dicam rapere. C.de Epiſc. & Cler. dixit communem Alexādr. conſil. 111. à num.1. verſ.& cum ſit. lib.2. Afflict. ſuper. 3.part.conſt.regn. Rubr.55. à num.19. Paris. conſil.159. num.6. lib.4. Roch. de conſuet. fol.114. num.20. Ruin. conſil.84. in fin. libr. 4. Boſſ. in titulo. de pœn. num. 19. Fel. in cap. ā nobis. 1. numer.6. de ſentent.excommunicat. Angel. ad Ang. de malef. verb. hæc eſt quædam inquiſitio. num.84. Duen. regula 146.Iul. Clar. libr.5. §.fin. quæſt.85. num.4.& hæc opinio eſt verior,& communis,& obſeruatur in praxi.

52 Iudex debet pro vt potuerit euitare ſcandala, ſi veritas non offendatur,veritas namq; nunquam eſt omittenda, neq; propter omnia ſcandala mundi, nunquam offendatur veritas,& ſcādalizetur quicumq; ſcandalum voluerit ſuſcipere. c. qui ſcandalizauerit de regul. iur. lib.6. & c.de rectoribus. de cler. ægrot.& c.ſane de temp. ord.vbi gloſſ.verb.multitudo, & l.ſerui.ff. de teſt. extrauag.1. vbi Doct. de offic. iud. ord. intercommunes,ſemper enim veritas eſt præferenda opinioni, & potius attenditur veritatis ſubſtātia,quàm ſimulata geſtatio. l.ſi cum pater. C ad velean.& l.filio, quem pater. ff. delib.& poſthu.& c.nuper. vbi Abb, & omnes. de Bigam. & cap.cum Bertoldus. de ſent. & reiud. nec propter ſcandalum eſt dimittenda iuſtitia, cum iuſtitia ſit conſtans voluntas vnicuiq; ius ſuum tribuendi. cap. niſi. §. ſed inter. vbi Abb. nu.3. de renunciat.prin.inſt. de iuſt. & iur. l.iuſtitia. vbi notant omnes. ff. eodem.

53 Iudex non debet animum ſuum alligare ad vnam tantum ſpeciem probationis, ſed omnia acta diligenter examinare. c. cauſam quæ. de ſent.& reiud. & c.in præſentia. de renunciat. & c.in noſtra deteſt.& c. ſi teſtes. 4.quæſt.3. & l. ob carmen.§.fin. ff. de teſt. glo.verb. non quæ iudici,in c.cum olim.de verbor.ſign.& debet laborare pro veritate inquirenda ex actis proceſſus, & ex meritis cauſæ, cap. quoniam contrà de probat. & c.quamquam. 14.quæſt.2. & c. iudicantem. 30.quæſt.5.& gl.verb.veritas. in c.per hoc. de hæret. lib.6. & gl.fin.in c. 2. vbi Abb.nu.4. de ſent.& reiud. Iaſ.in l. is, apud quem. nu.8. C.de edend.& dicam verb.ſententia.§.9.

54 Iudex non debet condemnare malefactorem pœna ordinaria, niſi quando ſua confeſſione, aut apertiſſimis probationibus,aut per euidentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione celari poſſit,fuerit cōuictus, c.cum olim. de verb.ſign. & c. eorum.11. quæſt,3,& l.ſciant cuncti. vbi Doctor.C.de probat.& c.qui ſententiam de pœn.dicam latè infra verb.probatio.§.13.

55 Iudex, quando de iure dubitat, debet conſulere Principem,quando dubium cōſiſtit in intētione Principis,& nulla ratione, ſeu veriſimili diſpoſitione legū poteſt decidi, c. intimaſti. de appellat. & l.1. vbi DD.C.de relat.& auth.de iud.&vt null.iud. §.fin.vbi gl.ver.dubiū.coll.6.ambiguitatis enim nodoſæ iuris inuolucrum, euitat Se-

des

Digitized by Google

des Apoſtolica, aut reſolutio Principis. extrauag. vnica. vbi Doct. de offi. deleg. inter communes, & dicam infrà verb. lex. §. 6.

56 Iudex debet præſens inquirere de criminibus, & interrogare teſtes per ſe de meritis cauſæ, & de omnibus articulis, vt omnes habeant ſuum effectum. c. ſecundũ requiris. de appellat. & c. 2. vbi gl. ver. iure prohibente. vbi Doct. de iud. lib. 6. & auth. apud eloquentiſsimum. vbi Doct. C. de fid. inſtr. & gl. verb. legitima. in c. at ſi Clerici, de iud. & gloſſ. pen. in c. conſtitutus. de fid. inſtr. Iaſ. in l. ad egregias perſonas. nu. 7. ff. de iure iur. neq; in criminalibus. poteſt cõmittere teſtium examinationẽ notarijs, aut perſonis non habentibus iuriſdictionem, quamuis poſsit in ciuilibus. l. iudices. & d. auth. apud eloquentiſsimum. vbi Doct. C. de fid. inſtr. & c. 1. de teſtib. cogend. & c. teſtes. 3. quæſt. 6. clem. vnica. vbi gl. verb. ciuili, de offic. iud. deleg. & auth. de teſt. §. & quoniam. coll. 8. Iaſ. in d. l. admonendi. n. 212. ff. de iure iur. ſi tamen de facto cõmittat valebit atteſtatio, vt dico. infra ver. teſtis. §. 34.

57 Neq; in cauſa matrimoniali poteſt iudex Eccleſiaſticus committere notario, ſiue inquiſitori teſtium examinationem, ſed per ſe ipſum illos debet interrogare. ne veritas occultetur. c. 1. vbi notant ſcribentes. de teſtib. cog. quoniam iudicis præſentia expellit omnem metum, ſi iuſte procedit, gl. fin. in c. præſentium 7. quæſt. 1. Abb. in c. pen. nu. 11. de his quæ vi metus ve cauſ. neq; metui præſumitur in actibus coram iudice factis. l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & l. 1. vbi Doctor. C. de his. qui per met. iud.

58 Iudex poteſt inquirere de grauibus criminibus, & proſequi accuſationem diſiſtẽte accuſatore. c. 1. & c. 2. de colluſ. deteg. & poteſt procedere, per viam inquiſitionis, aut Euangelicæ denunciationis. contra peccatorem etiam laicum, quia ratione peccati efficitur illius fori. c. nouit. de iud. ſed hæc denunciatio Euangelica. iam hodie non obſeruatur. in praxi.

59 Iudex Eccleſiaſticus poteſt inuocare auxiliũ brachij ſecularis, quando per ſe proficere non poteſt. cap. ſi quis presbyter. de cler. excõmunicat. & c. 1. de offic iud. ord. & c. quoniam in pleriſq; 17. diſt. & c. peti. 11. quæſt. 1. Gerip. conſil. 32. n. 8. ſi tamen iudex ſecularis videat ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, quòd notoriã contineat nullitatem, non tenebitur præſtare auxilium, quia iudex Eccleſiaſticus tenetur oſtẽdere proceſſum iudici ſeculari, à quo petit illud auxiliũ brachij ſecularis. vt tenet Abb. in c. 1. n. 11. de offi. iud. ord. Alex. conſil. 130. col. 1. lib. 4. Guid. Pap. deciſs. 574. Gramat. cõſil. 109. à n. 17. Cæſar. Viſ. dec. 24. n. 14. Valaſ. cõſult. 48. n. 13. ord. lib. 2. tit. 8. §. 1.

60 Iudex nõ poteſt omnibus placere cum ex officio teneatur arguere, increpare, ligare, & vitia euellere, & diſsipare, virtuteſq; plantare, & ideo aliquando incurrit in odium multorum, meretur tamen apud Deum in bene iudicando, ſi nemini contra veritatẽ placeat. c. qualiter. 2. vbi Abb. n. 8. de accuſat. & c. 2. de offic. libr. 6. & c. 1. de offic. ord. eodem. lib. 6. idem Abb. in c. 1. n. 6. de ferijs.

61 Iudex in criminibus notorijs, procedit ſine accuſatore, quamuis in alijs requiratur accuſator, vt crimẽ manifeſtetur, & publicetur. c. euidentia. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Inn. Abb. & omnes. de accuſat. & vbicũq; crimen iudici innoteſcit, poteſt ex officio accuſationem proſequi, & proceſſum perficere, etiã deficiente accuſatore. vt tenet Bart. in l. libellorum. §. fin. n. 7. ff. de accuſat. Anania. in c. crimina. nu. 5. verſ. his autem præmiſsis. de colluſ. deteg. Bald. in l. ea quidem. n. 44. C. de accuſat. Card. & Alex. in c. de accuſatione. 2. quæſt 8. Ioann. Faber. in prĩ. inſt. de publ. iud. Ioan. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de inquiſit. §. quando autem. Boſſ. in tit. de inquiſit. n. 89. Aret. in c. licet. n. 22. de accuſat. Ant. Gomes. in c. 1. delict. n. 49. ad fin. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 3. n. 6. & quæſt. 51. n. 9.

62 Iudex tamen de occultis criminibus nõ inquirit, ſed de illis tantũ de quibus præceſsit infamia, quoniã de occultis criminibus. vbi nulla præceſsit infamia, ſolus Deus eſt iudex. c. qualiter. 1. & c. inquiſitionis. §. tertiæ. vbi Doct. de accuſat. ſufficit tamen, vt iudex poſsit de crimine inquirere, quòd delictum ſit cõmiſſum in genere quamuis neſciatur à quo. ſicut, quando inuenitur homo occiſſus, aut vulneratus, vel furtũ factũ, aut quid ſimile, & tũc ſi nullus ſit infamatus ex illo delicto, non poteſt de aliquo ſpecialiter inquirere, ne forte ex illa inquiſitione aliquis innocens infametur, ſed debet teſtes in genere interrogare, vſq; dum veritas eruatur. Bart. in l. fin. num. 2. ff. de quæſt. & in l. prim. §. item illud. ff. ad Syllan. Angel. in tract. de malef. in verſ.

KK 2 fama

Digitized by Google

fama publica. col. 21. verſ. 12. Marant. de ord. iudicior. 6. p. §. 1. nu. 17. Card. & Alex. in c. de accuſatione. col. 14. in fin. 2. quæſ. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 6. n. 1.

63 Iudex inquirens de furto, ſi dominus cōparcat dicens ſua voluntate factum fuiſſe furtum, non ideo liberatur fur, quominus, illũ pœna corporali puniat, quãuis quoad præiudicium partis liberetur. vt tenet Bart. in l. inter omnes. §. rectè. num. 2. ff. de furt. Iaſ. in l. 1. num. 7. C. de furt. licet enim furtum non fiat in motione rei voluntate domini, facta, d. l. inter omnes. §. rectè, & l. qui re ſibi. ff. de furt. cum alijs, poſtquam tamen factum eſt furtum, non ſufficit dicere dominum rei, quod ſua voluntate rem ſuam furatam fuiſſe. quidquid dicat Ang. in d. l. 1. C. de furt. & ſeru. corrupt.

64 Iudex cognoſcens de poſſeſſorio debet cognoſcere de proprietate, ſi actor, & reus ſunt eiuſdem fori. c. fin. vbi Doct. de iud. & l. nulli. vbi Doct. C. de iud. aliter tamen ſi fuiſſent diuerſi fori. vt tenet Imol. in l. exitūs. ff. de acquir. poſſ. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. l. nulli. C. de iud. gloſſ. verb. ſuper proprietate in d. c. fin. de iud.

56 Iudex, qui pronunciat in cauſa diuortij, debet pronunciare in cauſæ concluſione ſuper dote. cap. de prudentia. vbi Doct. de donat. inter vir. & vxor. & glo. in caſus poſitione. in c. acceſſoriũ. de regul. iur. lib. 6. ſi tamen matrimonium fuiſſet inualidum propter conſanguinitatem coniugum, ſiuè propter aliquod impedimentum, tunc neq; dos, nec actio de dote, erit. ex Bart. in l. auunculo. nu. 11 ff. de cond. ſine cauſa. Bald. in l. 2. verſ. ſed dic. contra. C. de cōd. ob cauſ. Gam. deciſs. 355. n. 3. Marg. conſil. 78. n. 6. quia vbi matrimonium non valuit, nec dotis promiſsio. d. l. 1. vbi notãt omnes. C. de cond. ob cauſ. dixi verbo. donatio. §. 77.

66 Iudex ſi forte aliquid perperam interloquendo fecit in proceſſu, debet illud, abſq; difficultate reuocare. c. ab excōmunicato. vbi Bald. de reſcript. & c. cum ceſſante. de appellat. & c. qualiter. 1. vbi glo. 2. & Abb. n. 4. de accuſat. Iaſ. in l. ſi pacto. nu. 11. C. de pact. & l. quòd iuſsit. ff. de re iud. Dec. in l. nemo. num. 1. ff. de regul. iur. quia prudentis hominis eſt errorem ſuum cautè corrigere, non debet tamen ſponte fateri ſe erraſſe, ne eius auctoritas vileſcat. neq; tamen debet defendere ſum errorem, ſed cautè, & prudenter reuocare; quòd in aduertenter fecit. c. magnæ ſapiētiæ. 22. quæſt. 4. Abb. in d. c. qualiter. n. 1. de accuſat.

67 Iudex poteſt reuocare ſuam interlocutoriam, etiam ab illa fuiſſet appellatum, & tranſiſſent decem dies, quoniam adhuc remanet iudex, vſq; ad ſententiam diffinitiuam. cap. cum ceſſante. vbi notant Doct. de appellat. & c. ſi à iudice. vbi Dominic. Ioann. Andr. & alij. eodem titul. lib. 6 & l. quod iuſsit. vbi latè Bart. à num. 11. Iaſ. nu. 5. ff. de reiud. & glo. fin. in c. 2. de procurat. niſi illa ſentẽtia interlocutoria fuiſſet geminata. glo. verb. ſuper ea. vbi Doct. in clem. fin. de appellat. Iaſ. in l. & ſi poſt. tres. nu. 22. ff. ſi quis caut. aut poſtquam eſt facta executio, quia tunc iam iudex illam reuocare non poteſt, niſi ex voluntate partium, aut data aliqua iuſta cauſa. fin. in §. vlt. in l. 1. vbi Bart. n. 4. ff. de præt. ſtipulat. idem Bart. in d. l. quod iuſsit. d. n. 11. ff. de reiud. neq; quando iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem, quia licet ſit interlocutoria, & ab illa poſsit appellari, nō poteſt reuocari per iudicem, qui illam protulit. c. ſignificantibus. de offic. iud. deleg. Bart. in d. l. quod iuſsit. num. 9. neq; poteſt reuocari interlocutoria, quæ fuit lata de cōſenſu partium altera parte inuita, niſi ſub ſit iuſta cauſa. c. ſignificante. vbi Abb. nu. 4. de appellat. idem Abb. in c. cum ceſſante. num. 14. eodem. Bald. in l. Eleganter. §. ſi quis poſt. col. pen. ff. de cond. ind. & in l. dicere. §. 1. ff. de arb. & Alex. in l. quod iuſsit. fallent. 8. ff. de reiud. neq; poteſt reuocari, quando ſimùl cum diffinitiua fuit lata, quia in omnibus tunc iudex functus eſt officio ſuo. l. qui adgnitis. vbi gl. verb. ex præcepto. & Paul. de Caſt. ff. de except. Salicet. in l. 2. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. Bart. & Alex. in d. l. quod iuſsit, neq; ſententia interlocutoria, quæ fuit per Principem cōfirmata poteſt à iudice reuocari. ex Ang. & Imol. in l. Paulus. 1. ff. de reiud. Ioan. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de ſent. prolat. §. vt autem. verſ. quid ſi Papa. Alex. in d. l. quod iuſsit. fallent. 11. neq; interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ poteſt per iudicem reuocari. Abb. in d. c. cum ceſſante. à nu. 11. de appellat. Bart. in d. l. quod iuſsit. nu. 9. gl. verb. Inanes. in c. fin. de elect. libr. 6. vbi Gem. limit. 9. Bald. in l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. elegãter. §. ſi quis poſt. col. pen. ff. de cond. ind.

& in l.

Digitized by Google

& in l.hac edirali.§ quam obſeruationem.
C.de ſecund.nupt.Salicet.in l.poſt ſenten-
tiam. C. de ſent. & interlocut. omnium
iud.Ant.de Butr.& Imol.in d. c.cum ceſ-
ſante. de appellat. aliter tamen ſi eſſet fe-
renda ſententia diffinitiua, & quamuis in-
terlocutoria haberet vim diffinitiuæ,ſpe-
ctatur diffinitiua,tunc enim ex officio no-
bili iudicis, poterit cauſa cognita reuoca-
ri. vt tenet Bart.in d. l.quod iuſsit. nu.20.
Alex.col.4. Iaſ.n.10. in fin.ff.de reiud.Ioã.
de Imol.in d. c.cum ceſſante,& Abb.n.12.
de appellat.licet tamen iudex poſt decem
dies poſsit reuocare ſuam interlocutoriã.
poteſt hoc ex officio, ſed non ad inſtantiã
partis. vt tenet Bart.in d. l.quod iuſsit.nu.
11.neq; etiam poteſt iudex reuocare ſuam
interlocutoriam ſi fuit appellatum, & ille
detulit appellationi, quia iam tunc iuriſ-
dictio eſt tranſlata in ſuperiorem. c. cum
appellationibus. vbi Doct.de appellat.lib.
6. Abb.in d. c.cum ceſſante. n.15. eodem
titulo. aut poſtquam iudex qui tulit illam
interlocutoriam eſt inhibitus. ex Hoſt. &
Abb.n.16. in d. c.cum ceſſante.

68 Diffinitiuam vero ſententiam non po-
teſt iudex reuocare,poſtquam illam publi-
cauit,quia iam tunc functus eſt officio ſuo.
l. quod iuſsit. vbi Bart.Ang.Imol. Paul.de
Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. ff. omnes. & l.
autorem.vbi Paul.& l.iudex,& l.cum quæ-
rebatur. ff.de reiud. & l.1. C.ſent.reſcind.
& l.poſt ſententiam. vbi Bald. C. de ſent.
& interl. omnium iud. Abb.in c.1. nu.11.
de ſequeſtrat. in acceſſorijs tamen bene
poteſt in ipſa die corrigere diffinitiuam,
ſicut in expenſis, c. cum appellationibus.
vbi Doct.de appellat. lib.6. & l.Paulus.ff.
de reiud. & mittigare multam, ſeù illam
interpratari. l. illicitas. §.fin.vbi ſcriben-
tes. ff. de offic. præſid.& etiam poteſt cor-
rigere aliquod dubium, ſeù latinitatem. l.
autorem, vbi Bart. & omnes. ff. de reiud.
Abb.in c.qualiter. nu.4. de accuſat,& dixi
verb.ſententia.§.78.

69 Iudex poteſt quocumq; tempore reuo-
care ſuam ſententiam nullam, ſi pars de
nullitate opponat, l. ſi præſes. vbi Bart.
Bald. Paul. Salicet. & omnes. C.quomo-
do. & quando. iud. Iaſ. in l. quod iuſsit.
num.15. ff. de reiud. quia ſententia nulla
non tranſit in rem iudicatam, ſed quo-
cumq; tempore poteſt retractari, l. ſi ex-
preſſum, vbi Doct.ff.de appellat. & relat.
& card. in clem. 1.quæſt.14. de reiud. ſpe-
cul. in titul. de ſent. §. iuxta. fin. Bald. in
l. data opera. col.14. in fin. verſ.ſed quod
ſi bannitus. C. qui accuſ. non poſſ. Franc.
in cap.dilecto. col.5.verſ.quæritur de ap-
pellat.

70 Iudex, quando profert ſententiam, de-
bet ſedere pro tribunali, & illam per ſe
ipſum recitare, niſi ſit iudex, qui legere
neſciat, quia tunc per alium recitabit.cap.
fin. vbi gloſſ.verb. pro ferre. de ſent. & re
iud. lib.6. & l.quiſquis.in fin.C.de poſtul.
& gloſſ. fin. in l. cæcus. ff. de iud. & Bart.
ibi. & glo.verb. recitauit.in l.1. C. de ſent.
ex pericul. & ſi iudex ordinarius pro fe-
rat ſententiam extrà locum ſolitum,& vbi
prædeceſſores ſui ſoliti ſunt reddere ius.
non valeret ſententia. l. cum ſententiam.
vbi Cin. Bart. Bald.Salicet. Paul.de Caſtr.
& omnes. C. de ſent. & interlocut. om-
nium iud. facit text. & ibi Bart. Bald. Iaſ.
& omnes. in l. ius. pluribus. ff. de iuſt. &
iur. Bart. in l.ſi vt proponis.2.C.quomod.
& quando iud. & in l.prim. C. de ſent. ex
pericul. Angel. in tractat.de malefic. verſ.
ad noſtrum ſolitum banchum iuris, hoc
tamen non habet locum in iudice delega-
to, qui non habet certam ſedem deputa-
tam, & poteſt ſibi eligere locum vbi vo-
luerit etiam in camera ſua ſi eſt delegatus
in cauſa particularí. ex Bald. in d. l. cum
ſententiam.C.de ſent.& interlocut.omniũ
iud.& in d. l. ius pluribus.2.lect.circa fin.
ff. de iuſt.& iur. quoniam ſi fuerit delega-
tus ad vniuerſitatẽ cauſarum, tenetur ſer-
uare locum delegantis,per tex.in l.ſi locus.
vbi Bald. ff.de iud.nec habet locũ in noſ-
tra Luſitania,per ord.Reg.libr.3. tit.63.in
prin.& per totum titul.

71 Iudex debet pro ferre ſententiam cla-
ram,& certam,quoniam fatuus dicitur iu-
dex, qui non declarat ſuam ſententiam. l.
fin C.de fid.commiſſ.libert. & l.in ſumm.
§.qui fortis. ff.de reiud. nec poteſt pronũ-
ciare ſuper non petitis, ex Abb. in c.du-
dum. n.15.de decim.nec ferre ſententiam,
quæ non contineat condemnationem, aut
abſolutionem,aut æquippollens. l.præſes.
vbi Bart.Bald.Paul.Salicet.& omnes. C.de
ſent. & interl. omnium iud. & dicam latè
infrà verb.ſententia.§.14.

72 Quando plures iudices proferunt ſen-
tentiam, debent omnes concurrere,poteſt
tamen vnus illam recitare per verba nu-
meri pluralis, licet aliter ſit in electione.
c.cum ab vno. vbi Doct. de ſent. & reiud.

Digitized by Google

lib 6 & l.tunc autem.vbi Iaſ.nu.1. ff.de re iud. & l.2. C. quand.prouocar. non eſt neceſſ.& l.item ſeruus.§.itẽ plures. vbi Bart. n 2. ff.de recept.arb & Ioan.And. in addit.ſpecul.in tit.de ſent.prolat.§.ſequitur. verſ.ſed ſi indicis, & ſi duo iudices fuerint dati in vna cauſa , & vnus ſine altero proferat ſententiam,non valet talis ſententia, neq; alicuius erit momenti. c. cauſam matrimonij, vbi Abb.n.1.de offic.iud. deleg. ſi tamen in reſcripto poſita fuiſſet clauſula,quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint, tenet ſententia vnius ſi alteri requiſiti noluerint adeſſe , aut ſi cauſa tribus fuiſſet cõmiſſa, vel cuilibet eorum,quia tunc tenet ſententia vnius,ſine requiſione aliorũ. c. prudentiam. §. adijcimus. vbi Abb. & omnes.de offi.iud.deleg. & c.cum plures. vbi Doct. eodem tit.lib.6.

73 Tribus iudicibus electis diſcordantibus, tenet ſententia in minore ſumma,& ſi duo concordant,& vnus tantum diſcordat,tenet ſententia duorum. c.1. vbi Doctor.de arb. lib.6. & l.Pomponius. ff.de reiud.& ſi fuerint electi tres arbitri,& vnus legitimè requiſitus non venerit, tunc poſſunt duo ferre ſententiam,de iure canonico c.2.vbi Doct.de arb.lib.6.& ita ſi omnes ſunt præſentes, duo poſſunt iudicare,quamuis tertius taceat,aut contradicat. l.item ſi vnus. §.fin. vbi Bart.ff.de recept.arb. in arbitris autem iuris,quilibet habet iuriſdictionem in ſolidum. d.l.Pomponius.ff.de reiud. & l.magiſtratus. ff.ad municip.& gl.verb circa iudices.in c.fin.de arb.lib.6.

74 Iudex ordinarius poteſt cauſas ſuarum partium delegare in parte , aut in totum. auth. ad hæc. vbi Doct. C de iud. & auth. vt defunct.ſeù funer.eorum § illud etiam. vbi Bart.coll.5. & hoc tàm ob infirmitatẽ ſuam, vel ſuorum, quàm ob abſentiam. c. communis.13.diſt.& l.prætor. § fin.deuacat.muner. & etiam poteſt reuocare ſuam iuriſdictionẽ quotiescumq; voluerit, quãuis in totum illam delegaret. l. iudicium ſoluitur. vbi Doct.ff.de iud.& gl.ver.transfert.in c ſuper quæſtionũ. §.porro.de offic.iud.delegat.& ſi propter abſentiam delegat,ſtatim eo reuerſo,expirat iuriſdictio delegata, nec eſt neceſſe,vt illam reuocet. ex Bart.n.14. Iaſ.n.85. & alijs. in l.1. ff.de offic.eius cui mand.eſt iur.

75 Iudex delegatus à principe poteſt ſubdelegare, ſecùs ab inferiore.l.à iudice.vbi Doct. C.de iud.& l. fin. ff.de offic.eius cui mand.& l.more.& l.& quia. ff de iuriſdict. omnium iud. & l.1. C. qui pro ſua iuriſd. attamen cum iudex delegatus in totũ delegat ſuam iuriſdictionem,non poteſt amplius illam reaſſumere. c.ſuper quæſtionũ. §.porro. vbi gl.verb.transfert. & Doct. de offic. deleg. quia delegatus fungitur vice delegantis,c.ſane.de officio.deleg.& c.paſtoralis. de offic.iud.ord.& nihil proprium habet , ſed eius , qui mandauit. l.1. §. qui mandatam. vbi Bart. Paul.de Caſtr. Iaſ. & omnes. ff.cui mand.eſt iur.ſi autem aliqua cauſa cõmittatur alicui reſpectu ſuæ perſonæ,vel.officij, tunc non poteſt illam per alium exercere. c.fin. § is autẽ.vbi gl.1.& Doct.de offi.delega.& l.inter artifices.ff de ſut. ſubdelegatus tamen ſubdelegare non poteſt. c.ſuper.§.ſi vero.de offic.iud.delegat. re tamen integra, bene poterit delegatus reaſſumere ſuam iuriſdictionem, aut ſi ſubdelegatus moriatur. c. quamuis. vbi Doct.de offic.deleg.

76 Iudex datus à Sede Apoſtolica , aut ab eius legato, debet obtinere dignitatẽ, aut canonicatum in Eccleſia Cathedrali, vel eſſe officialem generalem Epiſcopi. c.ſtatutum. vbi notant omnes.de reſcript.libr. 6 & clem.& ſi principalis. vbi gl.verb.foraneo.& Doct.eodem titul.& ita de abbatibus,& prioribus religioſis cõuentualibus, & habentibus dignitatem in Eccleſijs collegiatis honorabilibus. d.clem.& ſi principalis. vbi gl.verb. delegatus. & gl.verb. cathedralibus in d.c.ſtatutũ. & dixi ſuprà verb. cauſa.à §.18.officialis tamẽ foraneus Epiſcopi non poteſt eſſe iudex delegatus, neq; religioſi clauſtrales.quoniam officialis foraneus habet iuriſdictionem limitatam,& delegatam,& nõ eſt ordinarius, ſed ab illo appellatur ad ordinarium,& eſt inferior ordinario. & cauſa à Curia Romana non committitur , niſi principali officiali Epiſcopi, & illi,qui habet ordinariam iuriſdictionem. d.clem. & ſi principalis, vbi gl.verb.foraneo.& gloſſ. verb clauſtrali. & Doct.& d. c.ſtatutum.& dixi verb.cauſa.§. 18. & dicam verb.officium.§.48.

77 Delegatus generalis Summi Pontificis, non poteſt cognoſcere de cauſa alteri ſpecialiter commiſſa. c.ſtuduiſti. vbi gl.verb. non poteſt. & Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Innoc.Ioan.And.Abb.& omnes.de officio. legat.idem Abb.in c.dilecti filij. 66. nu.3. de appellat. quoniam mandatum ſpeciale derogat generali,genus enim per ſpeciem

deroga-

Digitized by Google

derogatur. c.1. vbi Doct.& c.paſtoralis.§. quoniam.vbi gl.verb per ſpeciale.vbi etiã notat Abb.& alij de reſcript.& regula generi. de regul.iur.libr.6. & l.in toto iure. ff. de regul.iur.

78 Iudex deputatus à Sede Apoſtolica ſuper receptione, & examinatione teſtium, poteſt ſubdelegare examinationem illorũ in cauſis ciuilibus. clem. vnica. vbi Doct. de offic.iud.deleg attamen in cauſa criminali non poteſt, quoniam in criminalibus debent teſtes exhiberi coram iudice.vt eſt text. in auth. de teſt. §.& quoniam. coll.8. & auth.apud eloquentiſsimum. vbi Doct. C.de fid.inſtr.& gl.verb.ciuili. in d. clem. vnica. quamuis cauſæ criminales delegari poſsint. c. in Archiepiſcopatu. de rapt.& c.penult.de reſt.in integ.& c.1. diſt.95. & c.iſtud.23.quæſ.4. Cagn.in l.nemo poteſt. in fin.ff.de regul.iur. Iul.Clar. §.fin.quæſt. 41.num.1.

79 Subdelegatus poſtquam cæpit vti iuriſdictione,poteſt cauſam finire,quamuis delegans poſtea moriatur. c.dilectus.vbi Ioã. Monach.Dominic.Arch.Ioan.And. & omnes. de offic.iud.delegat. lib.6. & etiã termino triẽnij elapſo, poteſt delegatus procedere in cauſa. c. venerabilis. vbi Doct. de iud.

80 Iudex delegatus, & ſubdelegatus poteſt punire perturbantes ſuam iuriſdictionem. licet non ſint partes contẽtæ in reſcripto. quia iudex poteſt exercere ſuam iuriſdictionem in illis, quæ pertinent ad expeditionem illorum, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt. debet tamen deferre honori Epiſcopali. c.1. & c. paſtoralis. §. fin.& c.ex litteris. de offic.iud.delegat. & c.quia Põtificali. vbi Dominic.Ioan.And. Anch. & omnes. eodem titul.lib.6.& c.1. vbi etiam notant ſcribentes de pœn.d.lib. 6. & facit text.vbi Doct.in l.2.ff.de iuriſd. omnium iud.

81 Iudex ordinarius debet humiliter exequi mandatum iudicis delegati, c. cũ contingat, vbi Doct.de reſcript. adimittur tamen iuriſdictio ordinarij,ſiue delegati,per commiſsionem ſpecialem in cauſa commiſſa.c.ſtuduiſti,vbi gl.verb.non poteſt.de de offic.legat.& c.generi.de regula iur.lib. 6.& gl.1. in c.per hoc.de hæret.d lib.6.

82 Iudex delegatus non poteſt cogere partes, vt perſonaliter coram ſe compareant, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatũ Apoſtolicum, aut cauſa illud expoſcat. c.1. vbi Doct.de iud.lib.6. nec poteſt iudicare extrà locum commiſsionis, niſi quando in eo illo negocium expedire non poſsit,aut interueniat expreſſus partium conſenſus. c. ſtatutum.§. in nullo, vbi gl.ver.expreſſus, & Doct. de reſcript. libr.6. & c.ſtatuimus. de offic.leg. d. lib.6. ſi tamen in commiſſione non ſit locus expreſſus,vbi delegatus in cauſa particulari ius dicat,poteſt eligere ſibi locum. vt dixi ſupra.§.70.

83 Iudex delegatus nõ debet aſſumere aſſeſſorem,niſi illo indigeat,& ſi illum aſſumat;non poteſt aſſumere quem partes habeant ſuſpectum. c.ſtatutum.§.aſſeſſorem. vbi gl. verb. indigeat. & Arch. Dominic. Franc.& omnes. de reſcript.lib.6.

84 Iudex delegatus debet taxare ſalarium notarijs, & non debet aliquid à partibus ſuſcipere, nec participare cum notarijs, ſeù aſſeſſoribus in ſalario. d. c. ſtatutum. §.notariorum. vbi Doctor.& §.ſeq. de reſcript. lib.6. poteſt tamen habere ſportulas, ſi ſalarium non habet.c.cum ab omni. de vita. & honeſt.cler. & c. ſtatutum. §.in ſuper. vbi gl.verb. moderatis. de reſcript. lib.6. & auth.offeratur.vbi gl.verb præbitis. C.de lit.conteſt.& c.induciæ.§.offeratur. 3.quæſt.3. & auth.de iud.§.ne autem. vbi Bart.coll.6.

85 Iudex,quando in aliquem non ſubditũ, eò quòd non ſit illius iuriſdictionis,excõmunicationem ferre voluerit,debet facere requiſitionem. c.1.§.contrahẽtes.vbi Doctor.de foro comp. lib.6. quoniam requiſitoria eſt mittenda à iudice, quando ipſe iudex degit in vna prouincia,& delinquẽs, ſeù contrahens in alia, auth. vt nulli iud. §.ſi vero.vbi Bart.coll.6.

86 Iudicis mandatũ tenetur ſubditus adimplere,& faciens mandato iudicis excuſatur à pœna, quando iudex exercet ſuum officium, quoniam ſi illud non exerceret, & aliquid iuberet,quod ad officium eius non pertineret, non teneretur tunc ſubditus mandatum illud adimplere. neq; faciens excuſaretur à pœna. c.quod quis. vbi gl.1. & Doct.de regul.iur.lib.6 & l.ſeruo. §.cũ prætor. ff.ad treb.& l.non videtur. § iuſſu. ff de regul.iur.

87 Partes non poſſunt conſentire in iudicem,qui nullæ præeſt iuriſdictioni,quoniã conſenſus priuatorum non facit iudicem illum,qui aliàs iuriſdictionem non habet. c.ſignificaſti. vbi Doct. de foro comp. & l. 1.& l.priuatorũ. vbi Bart.Bald.& omnes.

C.de

Digitized by Google

n.16 & Merg. conſil. 48. nu.27. & notant Doct. in d. c. Romana. d. §. ſententias, & ita obſeruat praxis.

94 Iudex appellationis poteſt diffinire negocium principale, altera parte contumaciter abſente. c. per tuas. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Inn. Ioan. And. Abb. & omnes. de appellat. iudex tamen à quo non poteſt illi ſtatuere terminum ad appellationem terminandam. c. ex inſinuatione. vbi Doct. de appellat.

95 Iudex poteſt punire illum, qui ad iudiciū fuit vocatus, & non venit, nec tenetur oſtendere cauſam, propter quam illū vocare iuſsit, ſed ſufficit, quòd mandatum eius contempſit, & venire noluit, niſi aliqua iuſta cauſa illum excuſet. l. ex quacumq;. vbi Alb. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. ff. ſi quis in ius. vocat. non ier. gl. verb. pœnitentia. in c. cum inhibitio. § tin. vbi Doct. de clam. deſt. ſponſ.

96 Iudex ſine teſtis notarius, aduocatus, in cauſa ſanguinis fit irrigularis. ſi ibi ſubſecuta ſit mors, aut membri mutilatio. c. clericis, ne cler. vel monach. & c. ſententiam. vbi Abb. & omnes. eodem tit. & c. ex litteris. vbi gl. verb. conſuluit. de exceſſ. prælat. & glo. verb. quicumq; in c. 1. 51. diſt. Abb. in c. 2. de vit. & honeſt. clericor. & Nau. in Manu. cap. 27. n. 192. Emmanuel. Rod. in ſumma. cap. 169. n. 2. tom. 1.

Verbo Iudicium.

1 IVdicium habet quindecim ſignificationes, vt habetur in Rubric. ver. in ſuper. extrauag. de iud. intercōes. & gloſſ. verb. in iudicijs. in c. in iudicijs. de regul. iur. libr. 6. Abb. in Rubric. de iud. n. 1. Iaſ. in l. edicta. nu. 10. C. de edend. & non omnia, quæ interuenire debent in iudicium, ſunt de ſubſtantia iudiciorum, ſed alia ſunt de ſubſtantia, alia de ſolemnitate, de ſubſtantia itaq; eſt citatio, ſi pars non eſt præſens in actibus coram illo factis, & libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum de calūnia, & quod ſententia feratur in ſcriptis à iudice competente, congruo loco, & tēpore, ſeruatis debitis ſolemnitatibus, & illud dicitur de ſubſtantia, ſine quo actus ſtare nō poteſt. ex Abb. in c. cum I. & A. nu. 11. de ſent. & reiud. & in c. tua nos. n. 10. de ſpōſal. & dicitur iudicium quaſi iuris ſtatus, quo diſcutitur iuſtitia ab illo, qui habet iuriſdictionem. c. forus. de verb. ſign. iudiciū tamen de quo agimus aliud eſt petitoriū, aliud poſſeſſorium. gloſ. 1. & Doct. in l. momentaneæ. C. qui leg. perſ. ſtand.

2 Iudicium non poteſt cōſiſtere ſuper futuro, ſed ſuper præſenti, licet executio differatur. l. non quemadmodum. vbi Bart. ff. de iud. & l. 2. vbi Doct. ff. de euict.

3 Iudicium requirit quatuor perſonas, videlicet. iudicem, autorem, & reum, atq; teſtes. c. forus. de verb. ſign. attamen etiam teſtes non interueniant poteſt iudicium conſiſtere, in iudice autore, & reo, quoniā ab omnibus dicitur actus trium perſonarum in iudicio contendentium, ex gl. ver. non exigat. in clem. ſæpe. vbi Doctor. de verb. ſign. & communis. in Rubric. de iud. & in ff. & c. Marant. de ord. iud. 2. p. nu. 1. ord. lib. 3. tit. 20. in prin.

4 Iudicium incipit à citatione, quando citationis edictum à iudice competente emanat, cum ſit iudex, licet de illius iuriſdictione dubitetur. gloſſ. in Rubric. ff. de in ius vocand. vbi Bart. & omnes. & gl. verb. perſonaliter, in clem. 1. de dol. & cont. intercōes. & gl. verb. vbi acceptum. in l. vbi acceptum. & Bart. ibi. n. 3. ff. de iud. Bald. Salicet. Fulg. Iaſ. & omnes. in Rubric. C. de in ius vocand. c. propoſuiſti. vbi gl. verb. citatus. de foro comp. clem. 2. vbi gl. verb. ad partem. vt lit. pend. Iaſ. in l. poſtquam. n. 10. C. de pact. Rip. à n. 47. Alciat. n. 5. & 6. Nau. nu. 16. in Rubric. de iud. Palat. in rep. c. per veſtras. notab. 4. n. 5. de donat. int. vir. & vxor. Valaſc. conſult. 81. n. 1.

5 Iudicium cæptum non mutatur, quāuis iudices, ſeù partes moriantur, & alij ſuccedant, poſtquam per citationem fuerit cæptum. c. propoſuiſti. vbi gl. ver. citatus. & Doct. de foro comp. & l. ſi quis poſtea, vbi Doct. & l. hæres abſens. vbi etiam notant ſcribentes, & l. vbi acceptum. & l. proponebatur. vbi Bart. ff. de iud. ſi tamen iudicium fuerit cæptum contra plures, bene poterit reſpectu vnius terminari, in rebus diuiduis, & quæ diuiſionem patiuntur, & reſpectu aliorum differri, l. nō id circo. vbi Bart. ff. de iud. aut poterit mutari iudiciū cœptum. in caſibus. vt ſupra verb. citatio. §. 31. & infrà verbo. priuilegium. §. 13. & §. 14.

6 Iudicium tribus modis redditur nullū, videlicet, aut ratione iudicis, in competētis, aut ratione perſonæ agentis, aut ratione, & ex defectu rei, ſuper qua agitur. licet aliter ſit in proceſſu, quia redditur nullus

ex defectu

Digitized by Google

ſuſcipere vult, & ſi cauſa mercimonij illũ emat, tenetur illum exponere venalem infrà tres menſes, & aliter remanebit liber. c.1. & c.2. & c.& ſi.& c.fin.de Iud. & Sarracen. & c. conſuluit.29. de appellat. nec poteſt Iudæus dicere teſtimonium contra Chriſtianos, neq; alius quicumq; infidelis poteſt teſtificari contra Chriſtianos. c. 1. de hæret. & cap.non poteſt.& c.pagani.2. quæſt. 7. nec admittuntur ad aliqua acta legitima Iudæi, ſeù infideles in fraudem, ſeu accuſationem Chriſtianorum.c.alieni. 2.quæſt.7. vbi Doct.

6 Iudæi tenentur ſoluere decimas prædiales, c.de terris. vbi Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Inn.Ioan.Andr.Abb. & omnes.de decim. & etiam poſſunt cogi ſoluere vſuras exactas,& illas non exigere. c..poſt. & c.quanto. vbi Doct.de vſur.

7 Iudæus percutiens Clericum,eſt puniẽdus pœna pecuniaria,aut alia arbitraria,cũ non remaneat excommunicatus. c.poſtulaſti. vbi Doct. de Iudæ. & Sarracen. quia Iudæus,& Paganus non poteſt excommunicari. cap.Romana.§.in vniuerſitatem.de ſent.excommunicat.lib.6.

8 Iudæi non debent prohiberi, ne cõuertantur ad fidem Catholicam, & ad baptiſmum ſuſcipiendum,quamuis ſerui Chriſtianorum ſint, neq; alius quicumq; infidelis, quoniã ſi aliquis afflatu Spiritus Sancti ad meliorem frugem euenire voluerit,non eſt prohibendus. c.duæ ſunt. 19. quæſt. 2. nec poſtquã ad fidem Catholicam fuerint cõuerſi,ſunt moleſtandi in bonis ſuis,aut in perſonis, quoniam, qui Deo aſpirante conuertuntur ad fidem Catholicam, debẽt eſſe melioris conditionis, quàm illi, qui remanent in ſua perfidia.c.Iudæi,ſiue Sarraceni. vbi communiter Doct.& cap.ſicut Iudæi. de Iudæ. & Sarracen. & extrauag.2. eodem tit.intercommunes.

Verbo Iuramentum.

1 IVramentum eſt imploratio Dei formaliter, aut virtualiter,in teſtem,ad confirmandam veritatem eorum,quæ aſſeruntur, aut promittuntur. gl.verb.quod iuramentum,in ſumma.22.quæſt.1.Abb.in Rubric.n.1.de iure iur.Nau.In Manu.in c.12. num.1. facit text. in l. ſi quis maior. C. de tranſact.Selua.in tract.de iure iur.quæſt.1. Fel.& Alciat. in d.Rubric.de iure iurand. D.Thom. 22.quæſt.89.art.1.Soto, lib.8.de iuſt.& iur.quæſt.1.art.1. Cou.tu.in c.quiuis. 1.part.in initio. nu.1. Sanct.Ant.2.p. tit.10. cap.3.

2 Iuramentum eſt duplex, aliud aſſertorium,& aliud promiſſorium, aſſertoriũ eſt illud, quo præterita, vel præſentia aſſerũtur,affirmando,ſiue negando,promiſſoriũ vero quo futura promittuntur, vt communiter tenet Abb. Gofred.Ant.Hoſt. Innoc. Ioan.And.Fel.Alciat.& omnes,in Rubric. de iur.iur.in iuramento aſſertorio eſt neceſſaria aſſertio veritatis,ita vt verum ſit, quod aſſeritur ſaltem quoad opinionẽ iurantis. c.homines. 22. quæſt. 2. Abb. in c. tua. n.4. de iur.iurand. in iuramento promiſſorio requiritur, quod tempore, quo iurans promittit aliquid dare, aut facere verum iuret,& habeat intentionem adimplendi illud,quòd iurat, quamuis ſit in reparua,quoniam affert Deum in teſtem infalibilem, & illum fallere non debet, neq; in re magna, neq; in parua, ſi tamen quãdo iurauit habebat in mente adimplere illud,quod iurauit, attamen poſtea propter aliquam neceſſitatem, ſiuè propter paruitatem rei, illud non adimpleuit, tunc non fit periurus. c. querelam. & c. breui, vbi Abb.n.4.de iure iur. & c.ſi nulla.23.quæſt. 8. l.fin. ff.qui ſatiſd.cogant.ſumma Angel. verb.iuramentum. 5.§.30. Sanct.Ant. 2.p. tit.10. c.4. §.1. col.4. Sot. libr.7. quæſt.2. art.1. & lib.8.quæſt.1. art.7. & quæſt.2. & art.3. de iuſt.& iur. Nau.in Manu. c.12.n. 10. ſemper tamen peccat venialiter. non adimplendo propter paruitatẽ rei. §.nunc autem ad fin.25.diſt.

3 Iuramentũ debet habere tres comites, videlicet,veritatem,iudicium,& iuſtitiam, id eſt,quod ſit verum,quod iuratur, & iuſtum, & cum debita Deo reuerentia. c.& ſi. Chriſtus.de iure iurand.vbi notant omnes ſcribentes.& c.& iurabunt.22.quæſt.1. D. Thom.22.quæſt.86. art.2.& 3. vnde iuramentum de re illicita, aut quãdo adimplementum illius redundat in detrimentum ſalutis æternæ,non eſt adimplendum. c.cũ contingat.vbi Doct.de iure iurand.

4 Iuramentum alio modo dicitur duplex quoniam aliud eſt iudiciale, & aliud extrà iudiciale, & etiam iuramentum iudiciale dicitur duplex,& ita hoc modo dicitur triplex iuramentum,aliud voluntarium,aliud neceſſarium, aliud iudiciale.glo.verb.a te. in c.fin.vbi Hoſt.Ioan.And.Abb. & alij de iure iur. & gl.verb.fin.in l.1.vbi Bart. n.3.

C. de

C.de reb.cred.& iur.iur.iuramentum voluntarium eſt illud,quod pars defert parti extra iudicium,per pactum,ſeu conuētionem, voluntariè tamen defertur,& volūtarie ſuſcip. ur. l. ius iurandum, quod exconuentione. vbi Doct. ff. de iure iurand. neceſſarium autem eſt illud, quod fertur à iudice parti, in defectū probationis,quod recuſari non poteſt, niſi aliqua iuſta de cauſa. c.fin. vbi gl.1. & Doct.de iure iur.& l.generaliter.C.de reb.cred.& iure iurand. iudiciale eſt illud,quod in iudicio mandāte,ſeù approbante iudice defertur à parte parti, & illo illato tenetur pars iurare, aut ſoluere, aut referre illud parti deferenti , aut ſoluere, quia tunc pro confeſſo habetur ſi non iurat. l. de lata. vbi Bart. Bald. & alij, & d. l. generaliter. §.fin autem.C.de reb. cred. & iure iurand. & c.iuramentum, & c.fin. vbi gl.1.& Abb.n.4.de iure iur. & l.ius iurandum. §.ait prætor. & l.manifeſtæ. vbi Doctor.ff.de iure iur. & gl.fin.in l.1.C eod.

5 Iuramentū hoc iudiciale,quod proxime dixi,eſt litis deciſorium,& eſt à parte parti præſtandum, antequam partes probent,& tunc nō poteſt recuſari, vt ſupra proxime reſoluimus , quoniam ſi autor plene probat,eſt tunc reus condemnandus, & ſi non probat abſoluendus, nec tunc tenetur iurare ſi forte autor illi vellit deferre iuramentum.ex gl.ver. ex actio.in l.admonēdi. vbi Iaſ. n.75. ff. de iure iur. & dicam infrà verb. reus.§.11.

6 Poteſt etiam pars,cui refertur iuramētum illud recuſare , ſi eſt dubius de re illa, aut eſt iuramentum de facto alterius,puta exiſtimo , quòd Titius debebat illi , cuius ego ſum hæres centum , & voco illum in iudicium, & defero illi iuramentū,approbante iudice, ille vero vult illud mihi referre , certe non teneor tunc ſubire illud iuramētum , ſed ille Titius tenetur iurare, aut habetur pro cōfeſſo, & ita inſimilibus poſſum recuſare iuramentum,quando habeo iuſtam cauſam recuſandi. cap.fin. vbi Abb. nu.11. de iure iur.& l.generaliter.§. ſin autem is cui. vbi Doct. C.de reb.cred. & iure iur.& l.Marcellus. §.1. vbi Bart. ff. de rerum.amot.

7 Iuramentū non refertur in actione furti,& in alijs famoſis actionibus,ſiue criminalibus,gl.verb.famoſa in c.fin.de iur.iur. & Acurt.in l.maritus. ff.de quæſt. nec etiā quando agitur ciuiliter de crimine, defertur reo iuramentum , vt dicat ſi fecit , nec autori ad ſupplementum probationis, ex gl.verb.probata. in c.tam litteris.de teſtib. & ita obſeruat praxis in noſtra Luſitania, & bene,vt obuietur multis periurijs, & eſt communis. ex Alex. in l.3. n.12.ff.de iure iurand. Iaſ. in l. ait prætor. n.19. ff. de iure iur. Fel.in c.in omni.n.5.de teſtib Simanc. de hæret.c.50.n.2. attamen quam plurimi eorum ſupra relatorum limitant, vt hæc concluſio non procedat, niſi in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, & non quando agitur ciuiliter ad intereſſe partis. ex Bart.in d. l.maritus. num.4. ff.de quæſt. Bald.in l.iudicis. C. de iud. Marſil. in d. l. maritus. n.11.ſed praxis noſtræ Luſitaniæ eſt bona, & iuuatur ex gl.verb. probata.in c. tam literis. de teſt. & Iaſ. vbi ſupra Iul. Clar.lib.5. §.fin. quæſt.63. n.1.in vtramq; partem ſeuertit, & in n. 3. ex mente multorum cōcludit, quòd ſi eſſet cauſa criminalis, pro qua imponi deberet pœna pecuniaria, eo caſu vtriq; poſſet deferri tale iuramentum, & etiam quod reo deferatur iuramentum, quando accuſator non probauit, nec contra illum ſunt indicia ſufficientia ad torturam, tenet Simanchas. de hæret. c.54.in fin Abb. in c.fin.n.13.verſ. tertia. de iure iurand.& eſt cōis. ex Socin. in d.l.ait prætor.in prin.verſ.circa ſecūdū Iul.Clar. vbi ſupra.n.4.ſed non obſeruatur in noſtra Luſitan.ex ord.lib.3.tit.53.§.14.

8 Iuramentum aliquando recuſatur propter actionem , ſuper qua defertur , nam ſi iudex petente parte, deferret iuramentum ſuper actione, quæ contra reum proponi non poteſt , non tenetur iurare. l. ſi patronus. vbi Bart.ff.de iure iur.nec tenetur iurare ſuper exceptione,quæ oponi nō poteſt. l.in contractibus. §. illo. vbi Bart. Bald.& Salicet. C.de non numerat.pecun. nec quando ius eius, cui defert, minuitur. l.eum qui.vbi Bart.nu.10. ff.de iure iur. & has omnes cauſas, & alias, in quibus iuramentum recuſari poteſt , refert Bart. in l. manifeſtæ.à n.4. Iaſ.à n.6.ff.de iure iur.

9 Poſtquam iuramentum fuerit parti delatum,& illa iurat,aut refert iuramentum, & ille, cui refertur illud recuſat ſine iuſta cauſa, aut iurat , propter quod iuramentū cauſa fuit deciſa , tunc poſtea denegatur actio, nec recipitur appellatio à tali deciſione, & ſententia, quia talis deciſio eſt irretractabilis, à qua appellari non poteſt. l. non erit,& l.nam poſtea quam, & l.ſi duo. §.idem Iulianus. vbi Bart. nu.4. ff.de iure iur.&

Digitized by Google

iur.& l.generaliter.in princ.& §.ſiue autẽ. vbi Doct. C.de reb.cred. & iure iur. Abb. in c.fin.nu.11.de iure iur. Iaſ.in rep.l.admonendi.n.42.ff.de iure iur.quia ſententia, ius iurandum, & confeſsio in iudicio habent executionem paratam. l.poſt rem. vbi Bart.& omnes.ff.de reiud.ſi tamen ille, cui iuramentum fuit delatum,iuſta de cauſa illud recuſauit, & nihilominus iudex reum abſoluit,eò quòd autor recuſauit iuramentum à reo relatum,bene poterit tũc autor appellare. d.c.fin. vbi Abb.num.11. de iure iur. & l.ſi quis ius iurandum. C.de reb.cred.gloſ.fin. in l.manifeſtæ. ff.de iure iur.

10 Si reus citatus, vt veniret ad iurandum, aut referendum iuramentum actori,noluit venire, neq; mittere procuratorem, vt in anima illius iuraret, aut referret iuramentum,eſt condemnandus,ac ſi iuramentum recuſaret, debet tamẽ iudex ad bonam deciſionem cauſæ referre iuramentum actori,& illo iurante condemnare reum, a qua ſententia appellandum non eſt. l.generaliter. §.his de præſentibus. vbi Bart. Bald. Ang.& omnes. C.de reb.cred.

11 Iuramentum delatum à parte parti operatur, vt nihil vltrà poſtea quæratur.l.non erit. §.dato iuramento. vbi Doct.ff.de iure iur. neq; iudex debet admittere probationem contra illud, quod iuramento eſt deciſſum, l.nam poſtea, & l.qui iuraſſe. ff.de iure iur. neq; propter inſtrumenta poſtea reperta eſt retractanda ſententia lata per illud iuramentum. l.admonendi.vbi Bart. Angel.Paul. de Caſtr. Lud.Roman. Fulg. Iaſ. & omnes. ff. de iure iurand.nec etiam prætextu periurij poteſt retractari ſententia lata cauſa iuramenti ab aduerſario delati, vel remiſsi, niſi in caſibus à iure expreſsis. l.1. vbi Cin. Bart. Bald. Angel. & alij. C. de reb.cred.aliud tamen eſt ſi cauſa fuit deciſa prætextu iuramenti à iudice delati ſine partis conſenſu, quia poteſt retractari ratione periurij, aut prætextu inſtrumenti nouiter reperti, vt tenet Bart. Bald. Ang.Paul.de Caſtr.Fulg.Iaſ.& communis, in l.admonendi.ff.de iure iur.& in d.l.1. C de reb.cred.& iure iur.

12 Iuramentum hoc litis deciſorium, non poteſt deferri niſi ab illo ,qui habet plenam bonorum adminiſtrationem, aut ab illo,qui poteſt alienare bona,ſuper quibus defertur iuramentum. l.ius iurãdum.§.pupillus,vbi gl.1.& Doct.ff.de iure iur. neq; procurator poteſt hoc iuramentum deferre, niſi habeat ſpeciale mandatum, aut ſit procurator vniuerſorum bonorum , cum libera, & generali adminiſtratione, aut ſit procurator in re propria. l. ius iurandum. §. procurator. vbi Bart. Bald. Angel.Lud. Iaſ. & alij. ff.de iure iurand. nec præiudicat hoc iuramentum, niſi illi,qui illud detulit, aut ſucceſſori illius. l. nam poſt. §. fin.vbi Doct.ff.de iure iurãd.& l.nec filius. vbi Bald.Ang.& Salicet.C.de reb.cred.

Iuramentum delatum à pupillo, ſiuè à parte pupillo, prodeſt illi, & non nocet, l.qui iuraſſe. vbi Bart. Alex. & Iaſ. & alij. ff. de iure iurand. & notant ſcribentes, in auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus. vend.

13 Iuramentum deueritate dicenda poteſt de quacumq; re deferri, quando ille, cui eſt delatum iurare noluerit, poteſt tamen ille, cui defertur, petere tempus ad deliberandum. l. ius iurandum, & ad pecunias. vbi Bart. Paulus de Caſtr. Fulg. Iaſ. & alij. ff.de iure iurand. poteſt tamen petere ille, cui iuramentum defertur,vt pars aduerſa prius iuret de calumnia. d.leg.ius iurandum, & ad pecunias. §.qui ius iurãdum. vbi Doctores. Gerip. conſil.36. numer.24.

14 Iuramentum ad ſupplementum probationis datur illi,qui habet ſemiplenã probationem , ſi à parte petatur, & in cauſa ciuili modica, & ille qui petit iuramentũ illud ſit bonæ famæ, & opinionis, c.ex inſinuatione. vbi Doct.de procurat. & c.fin. §. ſane. vbi Abb. n.15.de iure iurand.& c. fin. de teſtib. lib.6. & l.in bonæ. C.de reb. cred. & iure iurand.& l.ait prætor.§.quacumq;.vbi Doct.ff.de iure iurand.& glo.1. in c.mulieri. vbi Abb. n 6.eodem titul.gl. 2.in c tam litteris. vbi Abb.n.6. de teſt.& gl.ver.ex acto.in l.admonẽdi ff.de iur.iur. in cauſa tamen magnæ quantitatis,aut famoſa, ſeù ardua, ſiuè criminali non datur hoc iuramentum ad ſupplemẽtum probationis,quãuis pars illud petat.gl.ver.actori in c.cum ſint partium. vbi Doct.de regul. iur.lib.6. & gl.verb.decidi oportet. in l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.Bart.in l.ait prætor.n.1. Alex.n.12.Iaſ.n.19.& cõmunis.ff. de iure iur.idẽ Iaſ.in l.admonẽdi. n.100.ff. eod.ſpecul.in tit.de iuramẽt.delat.§.1.circa mediũ Hercul.deprobanda.negat.n.235 Marſil.in l.maritus. nu.12.ff.de quæſt. nec defertur iuramentum,quando ille,qui agit

Digitized by Google

habet præſumptionem iuris contra ſe glo. verb. præſumptioni. in l. fin. vbi Doct. ff. quod met. cauſ. & Bart. Bald. & alij. in l. 1. C. qui ,& aduerſus quos, Lud. Roman. conſil.8.

61 Iuramentum calumniæ ſi tacitè omittatur nō annullatur proceſſus, ſi vero exigatur, & pars non iurauerit, cadet à cauſa, & proceſſus erit nullus. c.fin. §.pœna vero. vbi Doct. de iurament. calumn.& cap. 1. §.propter. vbi gloſſ.& Doct.eodem tit. lib 6. & l.ius iurandum,& ad pecunias. §. qui ius iurandum.vbi gloſſ.verb.exigatur. ff. de iure iur. & l. de pupillo. §.qui opus nouum. ff. de noui oper. nunciat. & l. fin. §.quod ſi actor. C.de iurament.calumn. & auth. principalis. §.ſed quia. C.de iur.iur. propter.calum.& Iaſ.in l.ius iurandum.§. qui ius iurandū.nu.3.ff.de iure iur.Thom. ferrat. cautel.12. Marant.de ord.iud. 6.p. §. de iuramento. n.2.

62 Iuramentum calumniæ non adeo eſt de ſubſtantia exordij litis , quominus poſsit præſtari in quacumq; parte litis , & ideò vſq; ad concluſionem in cauſa præſtari poterit. c.1.& c.2. §.fin. vbi Doct. iurament. calumn.libr.6. Bald. in l.1. circa.fin. verſ. ſed nunquid. C.de iurament. calumn. Marant..6p. §.de iurament. n.3 gl.fin. in c.ex litteris. de iure iur. Iaſ. in rep.l.admonēdi. n.84.ff.de iure iur.

63 Iuramentum calumniæ tenetur ſubire quicumq; , etiam vniuerſitas, & ſindicus. l. ius iurandum, & ad pecunias. §. qui ius iurandum. ff.de iure iurand. & cap.Imperatorem, & cap,cum cauſam. vbi Abb.nu. 1. de iurament. calum. nec patrono, neq; parentibus remittitur, d. l.ius iurandum. d. §.qui ius iurandum,vbi Bart. Alb.& Salicet. ff.de iure iurand. idem Alb. Fulg. & Alex. in l.ſi patronus. ff. eodem. ſi tamen patrones;& patroni Sanctæ,& honeſtæ perſonæ videantur, bene remittitur illis hoc iuramentum calumniæ, ex gloſſ.verb.exigatur. in d. §. qui ius iurandum, vbi Iaſ. numer. 4. & Clericus etiam in ſuis cauſis iurat de calumnia. cap. cæterum. vbi Doct.de iurament. calumn.& etiam Epiſcopus quando per ſe litigat, poſitis tamē, non tactis Euangelijs. c.fin. vbi Doct.codem tit.

64 Iuramentum calumniæ poteſt alteri cōmitti , cum ſpeciali procuratione, aliter vero non , nec procurator generalis admittitur ad iurandum de calumnia. c. fin. vbi Dominic. Ioann.Andr. Franc. & alij. de iurament. calum.lib.6 gl.verb. vel paſciſci. in cap.qui ad agendum. vbi Doct.de procurat. lib.6. nec ab hoc iuramento calumniæ releuatur indiſtinctè principalis perſona. c. in pertractandis. de iurament. calum. & §.Ecce enim. inſt.de pœn.temere litig.

65 Iuramentum de calumnia , etiam datur in cauſis ſummarijs, clem. ſæpe. vbi notāt communiter. Doct. de verbor.ſignifi.& in ſpiritualibus etiam iuratur. de calumnia. c.1.§.quamuis.vbi Dominic.& Ioan.And. de iurament.calum. lib.6. Abb. in c.litteras. nu.4.eodem titul.in omnibus his, quæ requirunt probationem iuratur de calumnia, ſi à parte iuramentum exigatur , ſiue ſint cauſæ ciuiles, ſiue criminales. c.2.§.in omnibus. vbi Ioan.Monach.Dominic.Ioā. And.& alij. de iurament.calum.libr 6.& l. 1. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr. Salicet.& omnes.C.de iure iur.propter calum.

66 Iuramentum calumniæ, & deueritate dicenda præſtatur in cauſa appellationis, quamuis in cauſa principali iuratum fuiſſet. c. in appellationis. vbi gloſ.1.& Doct. de iurament. calum.lib.6. & etiam procurator datus poſtquam in cauſa fuit iuratū, de calumnia iurat iterum, vt in ipſo cuitetur calumnia. c.2. §. procurator. vbi gl. verb. ab ipſis. & Doctor. de iurament. calumn.

67 Iuramentum datum vni perſonæ , aut ſuper vna re,non extenditur ad aliam perſonam , neq; ad aliam rem de qua non eſt cogitatum, tempore quo iuratur.c.ad noſtram.20. & c.Clericus. vbi gloſ.verb.quod promiſit. de iure iur. & c.fin. de Eccleſijs ædificand. quoniam iuramentum præſtitū alicui, cum alteri eſſet præſtandum , non releuat iurantem , quin iuret ille , qui iurare tenetur. cap. ea te. vbi Doct. de iure iurand.

68 Iurans obſeruare ſtatuta edita , & poſtea per illud iuramentum aliter non iurando promiſit ſeruare edenda , ſeu poſtea edita, non tenetur ex vinculo iuramēti , quamuis ex fide promiſſa ſit aſtrictus. c. Clericus. vbi gloſſ. verbo, quòd promiſit. de iure iurand.& c.ad aures.de ijs,quæ vi metus ve cauſ.nec extenditur iuramentum illud ad ea,quæ de iure præſtāda non ſunt. c.dilecti.vbi Doct.de maior.& obed. quando actus eſt nullus nō impeditur reiteratio eiuſdem actus, ita iuramentū non legitime

Digitized by Google

legitime præſtitum habetur pro non præſtito, & ideo de nouo iurandum eſt. l. qui per ſalutem. vbi Bart. Lud. Rom. Iaſ. & alij. ff. de iure iur.

24 Iuramentum generaliter præſtitum ſemper intelligitur, vt non obuiet iuri, aliàs enim tanquam temerarium, & contra bonos mores non eſt obſeruandum c. ſicut ex litteris. vbi Doct. & cap. ad noſtram. 21. de iure iur. & c. non eſt obligatorium. de regul. iuris. lib. 6. vbi ſcribentes.

25 Iuramentum in foro iudiciali intelligitur ſecundum ius, & intentionem dantis, in foro vero pœnitentiali, ſecundum intentionem iurantis. c. venientes. vbi Doct. de iure iur. Abb. in c. veniens. n. 4. eodem titul. & in c. ex litteris. 6. de ſponſal. iurans tamen obedire Prælato, & Eccleſiæ, non intelligitur teneri toto clero, ſub prætextu illius iuramenti, ſed tantum Epiſcopo, tãquàm capiti. c. cum Clerici. vbi Doct. de verb. ſign.

26 Iurare poteſt quicumq; verbo tantum, ſed in iuramẽto, calumniæ, & in illo, quod datur teſti, aut defertur parti, iudici, procuratori, notario, vel in aliquo actu iudiciali, requiritur tactura Euangeliorum. c. quotiens. vbi Ant. de But. Hoſt. Abb. & alij. de purg can. & c. quoties. 1. quæſt. 7. glo. in ſumma. in 22. quæſt. 1. & glo. verb. tacta. in clem. 1. vbi Doct. de hæret.

27 Iuramentum fidelitatis, præſtant Papæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & omnes. qui nullo medio ſubſunt Papæ, aut ab illo aliquam recipiunt dignitatem, cap. ego N. vbi Doct. communiter. de iure iurand. & cap. antiqua de priuileg. & qui beneficium curatum accipiunt ab Epiſcopo, faciunt coram illo, ipſum iuramentum fidelitatis, d. cap. ego N. & cap. nullus. de iure iurand. & cap. legebatur. & cap. dilecti filij, de maior. & obed. & prouiſi de canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeù eius officiali, ſed etiam in capitulo, idem iuramentum facere tenẽtur, & ſi à die adeptæ poſſeſsionis intra duos menſes non fecerint hoc iuramentum fidei, in manibus Epiſcopi, vel eo impedito, coram eius Vicario Generali, ſeù officiali, non faciunt fructus ſuos, ex Tridẽt. ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. & forma huius iuramenti habetur in motu propr. Pij IIII. incipit. iniunctam nobis, fol. mihi 14.

28 Iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, ſeù homagium factum, à vaſallo, domino, tranſit ad ſucceſſores domini, & non tenetur ille vaſallus poſtquàm ſemel iurauit, iterum iurare cui cumq; ſucceſſori, forma huius iuramenti. eſt ego N. iuro tibi fidelitatem, & ſucceſſoribus tuis Catholicis, & hoc iuramentum eſt perpetuum, tam ipſi cui iuratur, quam illius ſucceſſoribus. cap. veritatis. vbi gloſſ. verb. compellantur. & Doctor. de iure iurand. & Bald. in l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. & in l. 2. C. plus. valet quod ag. Paul. de Caſtr. conſil. 65. & notatur in cap. Imperialem, & ibi Doct. de prohib. alienat. feud. & in cap. 1. de noua form. fidel. & iuramentum hoc tã coram Sũmo Pontifice, quàm coram Epiſcopo, ſeù domino, præſtari poteſt per procuratorem ſpecialem, tutorem, ſeù curatorem. ex Alex. conſil. 10. col. 3. lib. 2. homagium tamen non compellitur quis facere pro ſpiritualibus. c. fin. vbi gloſ. vlt. & Doct. de regul. iur.

29 Iuramentum non obligat, niſi in rebus licitis, & honeſtis, & poſſibilibus, neq; etiã obligat contra libertatem Eccleſiæ, licet iurans illicita, & impoſſibilia ſciens, aut ſcire debens, peccet mortaliter iurando. cap. cum iuramentum de homicid. & cap. 1. vbi Doct. de iure iurand. lib. 6. & c. cum quidam. §. illi vero. de iure iurãd. vnde iurans ſtare mandato alicuius, intelligitur de mandato iuſto, & honeſto. c. veniens, & c. quinta vallis. de iure iur. & c. 1. vbi Doct. eodem tit. lib. 6.

30 Iuramentum illicitum dicitur illud, quod fit de ueritate tacenda, c. olim. de accuſat. & c. fin. de teſtib. cog. & de non præſtando ſubſidium patri, aut matri, ſeù alicui coniuncto. c. cum quidam. §. illi vero, de iure iur. & c. inter cætera. 22. quæſt. 4. & præſtitum in præiudicium, ſeù fraudẽ alicuius Eccleſiæ, ſuperioris, vel cuiuscumq; proximi fidem Catholicam profitentis. c. veniens. 19. & c. ſicut. 27. de iure iur. & c. 1. vbi Doct. eodem tit. lib. 6. & ita in ſimilibus vnde iurans non denunciare maleficiũ, nõ tenetur obſeruare iuramẽtũ quia aperiret viam iniquitati ad delinquendum. gl. verb. ne dolus. in l. ſi vnus. §. illud. nulla. vbi Iaſ. num. 2. ff. de pact.

31 Iurans tamen aliquid licitum, & iuſtum, putans eſſe illicitum, & iniuſtum, tenetur illud adimplere, vbi primum ſciuit eſſe licitum, & iuſtum, aliter tamen ſi non fuerit licitum, & iuſtum, quoniam iuramentum

 non

Digitized by Google

non debet eſſe vinculum iniquitatis.c quã to. vbi Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Abb. & omnes. de iure iur. & c.inter cætera, & c. eſt etiam. & c.vnusquisq;.22.quæſt.4.& c. cum iuramento. de homicid.Paul.de Caſt. conſil.345. lib.1. Cald.conſil.8.in titul. de iure rur.

32 Iurans ſoluere vſuras,tenetur eas ſoluere,quamuis illicite recipiantur,poteſt tamen petere relaxationem à iuramẽto, aut poſt ſolutionem poteſt illas repetere. c.1. vbi glo.1.& c.debitores. vbi Doct. de iure iur.& ſi ille,qui ſoluit iurauit nõ repetere, nihilominus ex noua cauſa illas repetere poteſt, aut poteſt petere relaxationem illius iuramenti, quamuis iuraſſet illas non repetere. c.ad noſtram.20. vbi gloſſ.verb. repeterent. de iure iur.& gloſſ.verb. iuramenta. in c.1. eodem titul.lib.6.Iuramentum debet relaxari,quando in implementò illius cõtinetur turpitudo ex parte ſuſcipientis. cap.1. vbi Gofred. Ant.de Butr. Hoſt.Inn.Ioã.And.Abb.& oẽs.de iur.iur.

33 Iuramentum enim ſemper eſt obſeruãdum,ſi ſine detrimento ſalutis æternæ obſeruari poteſt,quamuis per metum ſit extortum c.ſi vero,& c.verũ.de iure iurand. & c.cum dilectus,& c.ad aures. vbi gl.ver. niſi forte. de his,quæ vi met & c.accepta. de reſt.ſpol.& cap.ſi aliquid.22.quæſt.4. ſi tamen iuramentem ſit per metum extortũ de rebus Eccleſiæ non repetendis , non obligat,cum nullus poſsit ſuper rebus Eccleſiæ pro voluntate ſua diſponere.c.2.vbi gl.verb.rebus.de iure iur.

34 Abiurans beneficium, ſi poſtea ad illud eligatur denuò , licite illud obtinere poteſt, ex illa noua electione.cap.cum inter. vbi Abb.n.7.& alij.de renunciat.

35 Iuramentum violans debet ſuſpendi ab officio,& beneficio,quoniam periurium eſt cauſa ſufficiẽs,vt quis repellatur ab officij clericalis executione,& à beneficio obtento, & obtinendo. c.peruenit de fid.iuſſ. & c.querelam, & c. cum quidam. de iure iur. & c.cum non ab homine.de iud. & c.preſbyter.81.diſt. non remanet tamẽ periurus priuatus ipſo iure , ſed eſt priuandus per ſententiam. vt probatur.in d.c.querelam. de iure iur.& in d. c. peruenit de fid.iuſſ. & in c.2.de reſcript. gl.1.in c.illud. de exceſſ.prælat.Abb.n.2.& Rip. n.13.in d.c.2. Cou.ru.in c.quamuis pactum.1.p.§.7.n.3. Menoch.de arb.caſu.319 num.4. Bernard. Dias. & Salz. c.92.n.3.& collatio beneficij facta periuro, poſtquam per ſententiã fuit condemnatus, eſt ipſo iure nulla. & c. accedens.de accuſat. Inn.in c.conſtitutus. 2.de appellat. Doct.in d.c.querelã.de iure iur.Dec.in c.dilecti.de except.Capell.Toloſan.dec.17.Reb.depacific.poſſeſſ.n.221. Cou.r.in c.quamuis pactum.1.p.§.7.nu.3. Bern.Dias.in pract.c.92.n.4.& Ign.de Salzed. ibidem.

36 Periurus eſt ille , qui voluntariè venit contra iuramentum.c.querelã.vbi Doct.de iure iur.& dicitur periurium, mendacium iuramento firmatum, ex Bald.in l.fin.C.de reb.cred.Boer.dec.305.Dec.conſi.48.n.30 lib.3.Menoc.de arb.caſu.319.in prin. Iul. Clar. lib.5. § periuriũ.in prin.Ioan.Vella. in tract.de pœn.delict.c.28.ver.vnde propriè Theolog.in 3.ſent.diſt.79.nullꝰ enim poteſt venire contra iuramentum , etiam prætextu appellationis.c.ad hæc.& c.quæſtioni. de appellat.

37 Periurus efficitur infamis de iure ciuili, ſi venit contra iuramentũ promiſſorium. l.ſi quis maior.vbi Doct.C.de trãſact.ſecùs autẽ in iuramento aſſertorio. ex. l.Lucius. ff.de his qui notant infam.& gl.verb.reperiatur.in c.quicumq;.6.q.1.Bart.Bal.Alex. & alij in d. l.ſi quis maior.& Abb.n.7.Fel. n.20.in c.teſtimoniũ deteſt. Iaſ.in l.ſi duo. §.fin.n.2.ff.de iure iur.Guid.Pap. dec.178. Cagn. in d.l.ſi quis maior. num.181. C.de tranſact.Cou.ru.in c.quamuis.1.p.§.7.n.4. Caſſan.in cõſuet.Burg.Rubr.10.§.12.n.26. Iul.Clar.lib.5.§.periuriũ.n.3.qui vero cõmiſit periuriũ in iuramento aſſertorio incurrit pœnam ſtellionatus,l fin.ff.de crim. ſtellionat.& d.gl.ver.reperiatur.in d.c.quicumq;.6.q.1.& punietur pœna arbitraria. l.2.ff.de crim.ſtell. & vſq; ad pœnam exilij poterit iudex arbitrari. l. fin. ff. de crim. ſtell.& Cou.r.in d.c.quamuis.1.p.§.7. n.4. Ioã.Vella.in tract.de pœn.delict.c.28.verſ. qui vero periurium,& priuabitur periurus omni honore,& dignitate. l.quoties. C.de dignitatib.lib.12.& in hoc iuramento promiſſorio cadet ab actione,& ſoluet pœnam contractus, & data reſtituet, & omne applicabitur aduerſæ parti tranſactionẽ obſeruanti. d. l. ſi quis maior.vbi Bart. Bald. Ang.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& omnes C.de tranſact.idem Iaſ.in §.itẽ ſi quis.n.63.inſt. de act.Selua.in tract.de iure iur.quæſt.vlt. & punitur pœna fuſtigationis, l.ſi duo §. fin.vbi Bart.Alb.Bald.Ang.Paul.de Caſtr. Alex.Iaſ.& cõis.ff.de iure iurãd.quæ pœna

obſeruatur

Digitized by Google

obſeruatur in noſtra Luſitania, licet alibi periuri mittentur. vt tenet Ang. in d. l. ſi duo. d. §.fin. & ibi Iaſ.n 6. Rip.in c.2.n.8. de reſcript.tiber. Decian. conſil.48. nu.3. libr.3. Petr.Greg. lib.50.ſintagm.c.11.n.2. Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.cap.28. verſ puniuntur,ſed hæc mitra ab antiquo imponebatur periuro fuſtibus caſtigato, qua iudicaretur ab omnibus obtemerariũ iuramẽtum fuiſſe punitum, vt tenet Ioan. Vella.vbi ſupra,& amplius non admittitur ad iurandum. c.teſtimonium, & c.ſicut.de teſt.& c.quicumq; 6.quæſt.1. & c.paruuli. 22.quæſt 5. & gl.verb.in reum.in l.3. §.lege Iulia.ff detellib. neq; ei defertur iuramentum, in ſupplementum probationis. iuxta. l. admonendi. ff. de iure iurand. vt tenet Socin. conſil.136. à nu.9. lib.1. Menoch. de arb.caſu.190. nu.12. neq; ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni, ex Iaſ.in l.1.ff.qui ſatiſd. cog. Maſcard. de probat. concluſ. 1158. n.2. Caſſan. in conſuet.Burg.Rubr. 10. §.12. n.29. & hæc pœna habebit locũ in periurio, licet per ſententiam non ſit condemnatus. vt tenet Bald. in l. ſi vteris. C.de fid.inſtr.Caſſan.vbi ſupra Petr.Greg. lib.50.ſintagm.c.11.n.4.

39 Iurans reſidere in Eccleſia non fit periurus, ſi ſe abſentauit in ſeruitio Eccleſiæ, quoniam abſens pro ſeruitio Eccleſiæ habetur pro præſente. c.ex parte.13. vbi gl. fin.& Doct.de Cler.non reſid.

40 Iurans non alienare bona de menſa Eccleſiæ, neq; etiam poteſt alienare illa de quibus dubitatur,vtrum ſint de menſa Eccleſiæ, vel non. C.vt ſuper. vbi Abb.num. 2. de reb. Eccleſ. alien. vel non iuras tamen non alienare feudum,vel emphyteuſim, non intelligitur de rebus, quæ infeudari, ſeù emphyteuticari ſolent,aut de illis redinte grandis, ſed tantum intelligitur de illis, quæ nunquam fuerint emphyteuticatæ,aut infeudatæ.cap.ex parte. defeud. & cap.per tuas. de donat. & Abb. in d. c. ex parte.n.3. & in c. vt ſuper.nu.9. de reb.Eccleſ.alien.vel non.

41 Iurans perſoluere nouum cenſum Eccleſiæ impoſitum,ſine auctoritate Summi Pontificis, aut vetus augere non tenetur adimplere iuramentum,ſed debet petere relaxationem ab illo. cap.ſignificauit. vbi Gofred. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes.& cap.grauis.de cenſ.ſemper enim relaxatur iuramentum, quando in implemento illius aliquid ex parte ſuſcipientis, turpe continetur. cap.vbi Doct.de iure iurand.

42 Iurans non eſſe contra aliquem, non intelligitur,quòd non poſsit eſſe contrà illũ pro defenſione iuris, & honoris ſui, aut ſuæ Eccleſiæ, quoniam in generali ſermone, perſona loquens intelligitur excepta. c.petitio. vbi gl.verb.ſpecialibus. & Ant. de Butr. Inn.Hoſt. Abb.& alij.de iure iur. l. qui inſulam. § fin. vbi Doct. ff locat.& l. Inquiſitio. vbi Bart.Bald. & communis. C. de ſolut.

43 Iurans ſoluere debitum creditori, ſine exceptione alicuius grauaminis, non auditur volens compenſare, ſed debet ſoluere omne debitum, & poſtquam integraliter ſoluerit, poterit repetere illud, cum quo compenſare volebat. c. ad noſtram.1. vbi Innocent. Hoſt. Abb. & alij. de iure iurand. non fit tamen periurus, ſi compenſet,quoniam qui iuſſus eſt dare,aut ſoluere, adimplet conditionem compenſando. l.ſi peculium. §.de illo, quæ. ff.de ſtat. lib. & l. ſi peculium. §. ſicut autem. ff. de pecul.leg. & l.etiã quod natura. ff.de cõp. Abb. in d. c. ad noſtram. nu.3.de iure iur. Bart. in l. amplius, num.8. ff. rem ratam. hab.

44 Iuramentum non tenetur quis obſeruare ſi altera pars non ſeruat conditionẽ, ſub qua iuratum, ſeù promiſſum fuit. nam fides non eſt obſeruanda illi, qui fidem non ſeruat. cap.3. vbi communiter. Doct. de iure iurand.& cap.ſi infidelis,28. quæſt. 2. & cap. ſicut. 29. §. Iuramentum de iure iurand. & l.ſi inſtituta, vbi Bart.ff. de in offic.teſt.& l.cum proponas. vbi Doctor. C. de pact.

45 Iurans contrahere cum muliere, non tenetur adimplere iuramentum, ſi poſtea ſuperueniat fornicatio,aut alij caſus, quibus ſponſalia diſſoluuntur. ſi tamen fornicatio præcedat, aut alius caſus, non excuſatur tunc, iurans quominus adimplere iuramentum teneatur. c.quemadmodum. vbi Doctor.de iure iurand. quoniam iuramentum, non frangit, qui illud ex noua cauſa ſuperueniente non adimplet, cum cauſa ſit talis, quæ excuſet ab implemento illius. cap. ad noſtram. 20. de iure iurand.

46 Iuramentum etiam non frangit,qui illud in melius cõmutat, quia tunc lex illud remittit. c.peruenit.2.vbi Doct.de iur.iur. & ſcripturæ.de voto.& c.beatus. 22. q. 2.

Digitized by Google

& c.mulier. 22.quæſt 4 & l.fin. ff.qui ſatiſdare cogant.& l.adigere. ff.de iure patr.& & l.fin.vbi Doct C.de non numer.pecun.

4 Iurans reſpondere ad interrogata poſt confeſsionem,auditur volens probare excuſationem, quæ non perimit confeſsionem. c. eum dilecti filij. vbi Gofred. Ant. Hoſt.Abb.& omnes de accuſat.

5 Iurans contrahere cum muliere ſponſalia de futuro timore mortis,non obligatur adimplere promiſſum , quoniam licet hoc iuramentum poſsit adimpleri,ſine detrimento ſalutis æternæ,contrahendo poſtea cum illa cum qua promiſit, non habet locum in matrimonio , vbi animus debet gaudere plena libertate. c. cum locum, & c.requiſiuit. vbi Doct.de ſponſal.& c.inter cætera. vbi gl.prima. 22.quæſt.4. Abb. in c.veniens.2.n.5. deſponſ.

Verbo Iuriſdictio.

1 IVriſdictio dicitur, à dictione , quod eſt, ius,& poteſtas,quaſi ius dicere,id eſt,iuſta,& legitima poteſtas, à iure publico introducta, & eſt triplex,alia contẽtioſa,alia voluntaria,alia ſtatutaria, gl.verb. iuriſdictione. in authent.de defenſ.ciuit.§.& agi. verſ.oportet. coll.3. Bald.& Salicet.in l.1. C.de emancipat.gl.verb.mixtum.in l.Imperium.vbi Bart. n.3.ff.de iuriſd.omnium iud.Abb.in c.quod Sedes.n.5.de offic.iud. ord. & ſumma Angel. verb. iuriſdictio. & & alij ſummiſtæ.

Iuriſdictio contentioſa dicitur illa, quæ redditur in inuitum. l.interſtipulantem.§. 1. vbi Doct.ff.de verb.obligat. & l.omnes. vbi gl.1.ff.de offic. pro conſ.& leg.& l.nec fœminæ, & l.ſi reus. ff.de procurat. Iaſ. in rep l.1.n.83.C.de ſumma Trin.iuriſdictio vero voluntaria dicitur illa , quam partes faciunt de volũtate tantum coram iudice, ad quam neceſsitari non poſſunt.l.omnes. vbi gl.1 ff.de offic.pro conſul.& leg.Iaſ. in d rep. l.1.n.83 C.de ſumma Trin.iuriſdictio ſtatutaria dicitur illa, quam habet quis faciendi leges, & ſtatuta, vt tenet Bald. & Salicet. in l.1. C.de emancipat.lib.

3 Iuriſdictione commiſſa , intelliguntur cõmiſſa omnia ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. c.1. vbi Doct. de offic. & poteſt.iud.deleg.& l.2.vbi gl.1. & Doct. de iuriſd.omnium iud.iuriſdictionem habens poteſt coercere renitentes, quoniam iuriſdictio ſine coercione, nulla eſt.c.paſtoralis.& c.ex litteris.de offic.iud.deleg.

4 Iuriſdictio delegata expirat re integra morte mandantis, c gratum, & c.relatum, & c.licet vndiq; de offi. iud.deleg.& c fin. §. officium. vbi Ioann.Monach.Dominic. Ioan.And.Petr.de Anch.& omnes.de offi. iud.deleg.lib.6. & c.fin.de offic. leg. & l.& quia.ff.de iuriſd.omnium. ſi tamen iam lis erat conteſtata,aut citatio facta,non expirat iuriſdictio. d. c. gratum. & c. relatum. vbi Doct.de offic.iud.deleg. & d. c. fin. de offic.legat. gl. in Rubric. vbi Doct. ff.de in ius,vocand. & gl.verb.perſonaliter.in extrauag.1.de dolo.& cont.intercões,& cap. me minimus de appellat.& d.l.& quia.vbi Bart.n.13. & Iaſ.n.58.ff de iuriſd.omnium iud.& gl.verb.vbi acceptum, in l.vbi acceptum. vbi Bart.nu.3. ff.de iud.& c.propoſuiſti, de foro comp. & l. ſi quis poſtea. vbi Doct. ff.de iud.Iaſ.in l.poſtquam.n.10. C.de pact.& etiam per mandatum citationis,aut per quemcumq; actum iudicialem, à iudice competente emanatum,perpetuatur iuriſdictio. c. licet. de offic.iud.deleg. & c.ſi à ſubdelegato eodem tit.lib.6.clem. fin. vbi gl.verb. ad partem. vt lit. pend. & l.vbi acceptum. ff.de iud.& d. l. & quia. ff. de iuriſd.omnium iud.Abb.in d.c.fin. nu. 11.de offic.legat. per actum tamen nullũ, non perpetuatur iuriſdictio , ſi enim dati fuerint plures iudices delegati, cum clauſula , vt omnes , aut duo, aut vnus eorum mandatum exequantur , ſi tunc vnus eorũ negocium inchoauerit, apud quem excipiatur,quod ſit iudex incompetens,& omnia ab ipſo agitata, ſeù proceſſus iudicetur nullus , & interim moriatur delegens, non fit tunc perpetuata iuriſdictio circa alias iudices, qui aliàs cognoſcere poterãt de negocio. c.cum plures.vbi gl.verb.quo poteſt.& Doctor.de offic.iud.deleg.libr.6. Abb.in c.ſignificauerũt.n.17.de iud. vide tamen,quæ dico verb.reſcriptum.§.48.

5 Iuriſdictio per citationem peruenitur, ita vt in caſibus mixti fori,ſi reus fuerit citatus à iudice Eccleſiaſtico,non poteſt poſtea conueniri à iudice ſeculari,& è cõtrà. vbi primum ex mandato iudicis ſecularis, fuerit citatus non poteſt poſtea conueniri à iudice Eccleſiaſtico,quoniam qui peruenit alium,quando gratiæ ſunt ęquales, ille obtinet.c.capitulum Sanctæ Crucis.de reſcript.& c.vt debitus.de appellat.& c.propoſuiſti. vbi gl.verb.citatus.de foro comp. & l.plu-

Digitized by Google

& l.pluribus ff.de procurat.& gl.verb.maleſactores, in c.cum ſit generale,vbi notãt ſcribentes. de foro comp.

6 Iuriſdictio inquiſitorum, non expirat morte Summi Pontificis,etiam quoad negocia non dum cæpta, neq; emerſa, quod conceditur in fidei fauorem. c.ne aliquid. vbi gl.verb. non cæpta, & Doct.de hæret. lib.6. Abb.in c.cum ex officij.num.21. de præſcript.

7 Iuriſdictio mandata expirat tempore elapſo, ita vt ſi alicui iudici cauſa ſit commiſſa,vt illam intra certum tempus determinet,& ille poſt lapſum temporis pronũciet,non valebit tunc iudicatum,nec pronunciatum. c.de cauſis.de offic.iud.deleg. & l.cum non eodem. C.quando prouocar. non eſt neceſſ.Abb.in c.ſignificaſti, n.2.de offi.deleg. nec extenditur iuriſdictio vltra illud, quod eſt conceſſum in data iuriſdictione. l. duo ex tribus. vbi Doct. ff. de re iud.& l.certa ratione, vbi Bart Bald. Salicet.Paul.de Caſt.& omnes.C.quando prouocar. non eſt neceſſ.& authẽt.vt iud.non expenſ.ſac.iuſſ.§.ſi autem duo. coll.9.

8 Iuriſdictio mãdata,etiam expirat poſtquam iudex mandauit ſententiam executioni.c.in litteris.vbi Gofred.Ant.de But. Hoſt.Inn.Abb.& omnes.& c.vno.de offic. iud. deleg. ſi tamen mandauit ſententiam executioni, & in effectu non eſt ſatisfactũ mandato, adhuc poteſt exercere iuriſdictionem, quia non expirat, niſi poſtquam executio habuit ſuum effectum. c. ſignificaſti. de offic.iud.delegat. & c.relatum. de cler. non reſid.& cap.hæc autem.de pœn. diſt.1. & l.1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iur.& glo.1.in c.in litteris.de offic. iud. delegat.

9 Iuriſdictio legati expirat finita legatione, quamuis ſtatuta ab ipſo edicta,ſint perpetua,& ita ſi cauſam committat alicui,& recedat à prouincia, expirat iuriſdictio, niſi antequam recedat præcedat citatio.c. fin. vbi gl.verb.expirat,& Abb. n.5.de offic.legat. & c.gratum, & c. licet. vbi Doct. de offic. delegat.

10 Iuriſdictio iudicis ordinarij, aut legati generalis adimitur,quãdo cauſa alicui ſpecialiter committitur, quatenus ad cauſam illam alteri ſpecialiter commiſſam. c.ſtuduiſti. vbi Doct.de offic.leg.& c.generi,de regul.iur.lib.6. & gl.1.in c.per hoc.de hæret.lib.6.& dixi ſupra verb.iudex.§.77.

11 Iuriſdictio poteſt conſequi per conſuetudinem, aut per præſcriptionem,aut priuilegium, c.cum contingat.vbi gloſſ.fin.& Doct.de foro comp. & c.delecti. de arb. & c.conquæſtus.9.quæſt.3. & l.1.& l.fin.C.de emancip.Abb.in c.1 n.10. vt lit.pend.idẽ Abb.in c.cæterum. n.5.de iud.Iaſ.in l.Imperium.num.20. ff. de iuriſd.omnium iud. Bald.in rep. l.1. C.de emancipat.lib. Inn. in c. dilectus. de cap.monach. Cou.ruu. in regula.poſſeſſor.2.p.§.3. Mombeler in ſuo libro prætorum. c.1. n.8. Auend.in lib.1. de exequend.mand.cap.1.attamen in hoc Regno Luſitaniæ,neq; conſuetudo aliqua, neq; poſſeſsio, etiam immemorialis ſufficit,vt quis poſsit acquirere iuriſdictionẽ, per ord.reg.lib.2. tit.45. §.10. & §.56.nec in Regno Caſtellæ aliter obſeruatur. imo iuriſdictio totius regni expectat ad Regẽ. l.6.& 7.tit.7. lib.1.ord. & optime probatur. & l.4.tit.1.lib.2.ord. vnde in tota noſtra Hiſpania nullus poteſt habere iuriſdictionem, niſi per priuilegium, ſeu donationem à Rege, conceſſam,quam oſtẽdere tenetur quotieſcumq; rex iuſſerit, nec cõtrariũ aſſerens debet audiri.vt tenet Boer. deciſs.8. Palat.in cap.per veſtras. §.ſed eſt pulchra dubitatio. n.47. verſ.hoc procedit Cou.r.quæſt.pract.1.n 9. licet in Regno Caſtellæ ſufficere conſuetudinem centenariam, & etiam quadraginta annorum, teneat Auend.in tract.de exequend.mand. c.1.fol.1. Cou.ru.in regula poſſeſſor. 2.p. §. 3. quæ opinio mihi non diſplicet, eò quod lex regni, contrarium expreſſe non diſponit, ſicut in noſtra Luſitania,in conſuetudine centennaria.per text.in c.ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb ſign. & l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua. quot. & æſtiu.& iura ſupra relata.

12 Iuriſdictio Epiſcopi,non deuoluitur ad Archiepiſcopum propter delictum, ſeu excõmunicationem Epiſcopi,ſed ad Summum Pontificem. c.Romana. vbi Doct.de ſuppl.negl.prælat.lib.6. Abb.in c.veniẽs. n.10. de præſcript.

13 Iuriſdictio Vicarij Generalis Epiſcopi remanet ſuſpenſa, ſi Epiſcopus eſt ſuſpenſus,aut excõmunicatus,aut moriatur, quoniam iuriſdictio Vicarij, non eſt ſeparata à iuriſdictione Epiſcopi,ſed eſt pars illius, c.1. vbi Ioan.Monach.Domin.Ioan.Andr. & omnes.de offi.Vicar.lib.6. Abb.in c.dilecti.n.3. de præſcript.& in c.licet. n.8.de offic.iud.deleg.

14 Iuriſdictio vendi, non poteſt, neq; emi,

quoniam hæc venditio tendit in damnum ſubditorum,ſed debet Vicarius Epiſcopi, iudex, ſeù quicumq; iudicator, habere ſalarium de camera illius, qui iuriſdictionē dedit,aut de publico. c.1.vbi Doct.& c.2. ne prælat.vic.ſuas.,auth. vt iud.ſine quoquo ſuffrag.inprin.vbi Bart.coll.2.& auth. de mād.prin.§.illud.vbi etiā Bart.coll.3.

15 Iuriſdictio cauſarum temporalium pertinet ad Principem ſeculare, in omnibus, quæ continentur ſubfinibus ſui Imperij, ſeù Regni. l.1. vbi Doct. ff.de conſt. princip. & Bart. in l.1.n.15.& Iaſ.n.18.& alij. ff.de iuriſd.omnium iud.Abb.in c.cauſam. nu.3. qui filij ſint legit. Hoſt. in c.ſi diligenti. præſcript. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rubric 9.§.1.n.5. Alciat.in l.1.nu. 15. ff. de acquir. poſſ. Valaſc. de iure emphyt.quæſt.8. n.21.

16 Iuriſdictio Eccleſiaſtica iuuatur aliquādo iuriſdictione ſeculari. c.2. vbi gl. verb. poteſtatem.& Doct. de maled.& c.quoniā in plerisq; de offic.ord. & c.nec licuit.17. diſt. & c.cum ad verum. 96.diſt.quoniam canones legibus iuuantur, & quando canones deficiunt,poſſunt iudices Eccleſiaſtici iudicare ſecundum leges cæſarias. c.1. vbi gl .verb adiuuantur. de noui op. nunciat.& c.lege. §.fin. 10.diſt. & c.ſi adiutorium. ibidem.& c.hiſtoria.33.quæſt.2. nec leges dedignantur ſacros canones immitari. c Clerici.vbi Doct.de iud.

17 Iuriſdictio poteſt prorogari de cōſenſu partium in illum, qui aliàs habet iuriſdictionem. C.de cauſis.& c.paſtoralis. §.fin. & c.cum olim.de offic.iud.deleg.& l.1.vbi gloſſ.1.& Doct.& l.pen.ff.de iud.& etiam poteſt prorogari. de quantitate ad quantitatem. l.de qua re. §. iudex. vbi Bart. ff.de iud.& l.pen. §.fin. ff.de iuriſdict. omnium iud. poſſunt tamen partes pœnitere, etiā conſentiant.ante litis conteſtationem. l.ſi conuenerit. vbi Doct.ff.eodem.

18 Iuriſdictio tamen delegati iudicis,prorogari non poteſt,etiam de conſenſu partium,in perſonis non contentis in reſcripto, & in hoc differt iudex delegatus ab ordinario, quia licet iuriſdictio ordinaria, prorogari poſsit. delegata vero nō poteſt. c.P.& G.vbi gloſſ.fin.& Doct.de offic.iud. deleg.

19 Iuriſdictio à Principe conceſſa alicui domino terrarum, cum poteſtate meri, & mixti imperij,ſimpliciter, non intelligitur, niſi de mero imperio minore, quod comprehendit modicam coercionem,non autem de maximo,nec maiore,nec magno, nec de paruo,ſed de minore,vt tenet,Abb. in c.quod ſedes.n.5.de offic.iud.ord.Bart. Ang.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ. & communis. in l.Imperium.ff.de iuriſd.omnium iud.

20 Iuriſdictio ſuſpenditur per appellationem, Interpoſitam, c. veniens. vbi Abb.n. 3.& omnes.de teſtibus. & l.intra vtile. vbi Bart.ff.de minor.& dixi ſupra verb. appellatio. à §.6.

Verbo Ius.

1 IVS eſt ars boni, & æqui. l.1. vbi Doct. ff.de iuſt.& iure gl.verb. ius dictum, in c.ius dictum de verb.ſign. & gl.fin.in Rubric.de regul.iur. lib.6. Abb.in d.c.ius dictū. de verb.ſign.ſummiſtæ.verb.Ius.Soto. de iuſt. & iur.lib.3. quæſt.1. art.1. col.5. & 6. ius tamen eſt nomen generale multas habens ſpecies,& dicitur ius,quia iuſtum. eſt.c. ius generale. diſt.1. & dicitur à iure poſsidendo,quando ſpecialiter applicatur ad certam rem. d. c.ius dictum.vbi gl.1.& Doct. de verb.ſign. & iuris præcepta ſunt tria, honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuiq; tribuere. §.1. vbi Doct. diſt.1.& §.iuris præcepta, vbi etiam notāt ſcribentes.inſt.de iuſt.& iur.Matth.c.7.

2 Ius aliud eſt publicum,& aliud priuatū, publicum namq; dicitur illud, quod expectat ad ſtatum, & vtilitatē Reipublicæ. d.§.iuris præcepta.& glo.1. in l.ius publicum. ff.de pact. & l.1. §.huius ſtudij. ff. de iuſt.& iur. & eſt cōmune. tàm ad res,quàm ad perſonas, ſeù ad actiones. §.fin. inſt. de iure nat.gent. & ciuil.& l. non videtur. C. de in integ.reſt. Dec.in l.nihil conſenſui, n.1.ff.de regul.iur.Gerip.conſil.24.n.28.

3 Ius publicum non derogatur pacto aliquorum priuatorum, cum ad vtilitatem communem expectet,nemo illud derogare poteſt,neq; remittere. l.ius publicum.vbi Doct. & l.inter debitorem. vbi Bart. ff.de pact.& c.cum tempore. de arb.& c.cōtingit. de ſent.excommunicat & l.1. & 2. C. ſine cenſ.vel reliq.& gl.1.in c. ſi diligenti. de foro comp. & dixi ſupra verbo. delictum. §. 9.

4 Ius autem priuatum eſt illud,quod principaliter ad ſingulorum vtilitatem pertinet. §. iuris præcepta. vbi Doctor. inſt. de iuſt. & iur. & l. 1. §.huius ſtudij. ff.de iuſt. & iur.

Digitized by Google

5 Iuri ſuo priuato, & ſuæ actioni, & exceptioni, & legũ auxilio poteſt quicumq; regulariter renunciare, cum id faciat ſine incommodo alterius, vel iuris publici. c. ſi diligenti, vbi gl. 1. & Doct. de for.comp. & c. 1. de reſt.ſpol. & l.fin. §.mulier. ff.ad ſenat.conſult.Vell. & l.fin. C.quand.mul.tut. offi.fung.poteſt. & auth.vt ſine proh.matr. deb. & cred. §.quia vero multã.coll.7. Alb. in l.licet. 1. n.3. C.de locat. Valaſc.de iure emph.quæſt.27.n.19. iuri tamen quod quis ignorat ſibi competere, non videtur renũciare in generali renunciatione, neq; eligit, quod putat ſibi competere. l. mater. vbi gl.verb. competere. & l. eum qui. ff.de inoffi.teſt. & l.de ætate. §.ex cauſa. vbi Bart. ff.de interrog.act. Iaſ.in l.ſi à ſubſtituto. n. 2. ff.de leg. 1. fallit tamen in quinq; caſibus hæc renunciatio iuris priuati. vt per Iaſ. in l.ius publicum. n.2. ff.de pact.

6 Ius diuitur in tres ſpecies, quoddã enim eſt ius naturale, quoddam ius gentium, quoddam ius ciuile. l.1. vbi Doct. & per totum. ff.de iuſt. & iur & inſt.de iure naturali. gent. & ciuil. c.ius autem. diſt. 1. & ſub illa ſpecie iuris ciuilis continetur ius humanũ poſitiuum, & ius canonicum, quatenus nõ continet legem diuinam, & euangelicam. gl.in c.ius naturale. 1. diſt. Bald. in c.licet vniuerſis. Verſ.item not.deteſt. Marant.de ord. iud.3.p.§.1.n.82.

7 Ius ignorari nõ licet, nec ignorantia illius excuſat, neq; prodeſt. alicui. l. 1. & l. iuris, & l.regula. vbi Doctor. ff.de iuris, & fact. & l.ſi Titius. ff.de fid.iuſſorib. & dixi late ſupra verb.ignorãtia. & ibi diſtinguo. à §. 2.

8 Vnde quæ contra ius fiunt non inducũt obligationem, & pro non factis habentur. c.quod latenter. de regu.iur. & c.quæ contrã ius. eodem titul. libr.6. & c.Imperiali. 25.quæſt.2. & c.non ſolum de regu.iur.lib. 6. & l.non dubium. vbi Doct. C.de leg. neq; præſtat impedimentum, quod de iure non tenet. c.non præſtat. de regul.iur.libr.6. & c.congregato. de elect. & c.cum in Apoſtolica. de ſponſal. & c. ſi verum. 31. quæſt. 2. & l.ſi dari ſtipuler. 25. ff.de verb.obligat. neq; ſunt trahenda in exemplum illa, quæ à iure, ſeu ratione exorbitant. c.quæ à iure de regul.iur. lib.6. & c.quod alicui eodem titul. & lib. & c. hinc eſt etiam, 16. quæſt. 1. & c.ſane de priuileg. & l. 1. vbi Doct. ff.de conſt. pecun. & l. quod contrà. ff. de regul. iur. fallit tamen. vt per gloſ.verb. nõ præſtat. in d. c. non præſtat. de regul. iur. libr.6.

9 Iuris correctio eſt euitanda, vbi non invenitur expreſſe, imo iura iuribus cõcordare expedit. c.cum expediat. vbi Doct. de elect. lib.6. & non eſt recedendum à iure antiquo, ſine iure nouo expreſſo: eſt tamen rigor iuris moderandus, vbi ius alicuius non fit deterius. c.ad hæc. de dolo. & contum. ſed ſemper æquitas eſt pereferenda rigori, & illa debet ſemper mouere animũ iudicis, vbi ius non eſt proditum, & ſuſtineri valet. c.paſtoralis. §.fin. & gl.vlt. ibi. de cauſ.poſſ. & prop. & c.fin. de tranſact. & l.in omnibus. vbi Dec. n.9. ff.de regul.iur. Abb.in c.magnæ. n.3. de voto. Iaſ.in l.placuit. C.de iud.

10 Iuris tamen beneficium nemini eſt auferendum ſine cauſæ cognitione, quod enim eſt à iure conceſſum non poteſt alicui, auferri. c.1. vbi gloſſ.verb.iudicem, & Doct.de iud.libr.6. & c.de ijs. diſt.28. & c. indultum de regul.iur. libr.6. & l.ſi ſe non obtulit. §.ſi quis condemnatus. vbi Doct. ff. de reiud. neq; etiam ſpes iuris, quæ alicui competit, illi eſt auferenda. l. ſi vſus fructus. ff.de vſu fruct.quemad.cau. gl.verb.innouata. in c. cum non ſolum de appellat. lib. 6. nemo enim debet priuari iure ſuo, ſine culpa. c.diſcretionẽ, & c.tuæ. & c.Iordanæ, de eo, qui cogn. conſang.vxor.ſuæ. & c.quanto. de diuort.

11 Iura plura competentia alicui, vno ſublato remanent alia, & ita ſi remittat vnũ non videtur aliud remiſſum indiuiſis, & ſeparatis. l.ſi domus tua. vbi Bart. ff.de ſeruit. vrb. præd. & l. quæro. §.Lucius. ff.de teſtam.tutel. & l.ſi hæres. ff.de conditionib. & demonſtr.

12 Iura ſubueniunt vigilantibus, & non negligentibus. l.veluti. ff. de edend. & l.non enim. ff.ex quib.cauſ.maior. & gl.fin.ad fin. in c.imputari. de fid.inſtr. & gl.vlt.in c.paſtoralis. de except. nec etiam ſubueniunt egenti ſua culpa. l.bona fides. ff.depoſit. & l.ſi fideiuſſor. §.ſi neceſſaria. vbi Doctor. ff. qui ſatisd.cog. & gl.verb.ad inopiam. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſt.

13 Iura ſubueniunt deceptis, ſed non decipientibus. c.cum vniuerſorum. vbi Doct. de rerum permut. & c.inter. de donat. & l. fœminis. C.ad ſenat.cõſul.vel. & l.ſi is. vbi Doct. & l.ſi alterius. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C.ſi minor. ſe maior. Merg.conſil. 63. n.6.

Iura

Digitized by Google

14 Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. c.ex litteris.de probat. & c. inter dilectos. de fid. inſtr. & l. proſpiciendum. vbi Doct.ff.de pœn.& l. arrianus. vbi Doct. ff.de act. & obligat. & Leo. in tract.noui oper.nunciat. c.6.n.24. Iaſ.in l.inter.2.n.5.ff.de reiud.quoniam in cauſarũ diciſione,magis fauetur reo, quam actori, gl.in c.ad ſedem.de reſt.ſpol. & gl. in c.cum ſint paria.de regul.iur. libr.6. & gl. in c. ex litteris. de ſponſal. Bart. Bald. Ang Paul.de Caſtr. Iaſ. & communis. in l. de die ponenda. ff.qui ſatiſd.cog.

15 Qui tamen Prior eſt tempore potior eſt iure in pari cauſa. l. quoties, vtriusq;. vbi Dec.ff.de regul.iur.& l.1.& 2.& l.ſi fundũ. vbi Doct.C.qui potior.in pign & l.potior. vbi notant omnes ff. eodem. Iaſ. in l. inter eas.n 9 ff de reiud.limitatur tamẽ hæc regula,vt in l.licet.& in auth.item poſſeſſor. C qui potior.in pign. & in gl.d.l.quoties. vtriusq;. ff.de regul.iur.

16 Ius non poteſt alicui cõpetere nomine alieno,ſi ſuo illi non competit, nam quod meo nomine mihi non licet , nec alieno, mihi licere debet. c.quod alicui.vbi Doct. de regul. iur. libr.6. & c.ſicut non ſuo.46. diſt. ſubrogatus tamen loco alicuius ſapit naturam illius, in cuius loco ſubrogatur,& fungitur eodem iure. cap.Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. 1.vbi gl.ver.ſucceſſerunt.vbi Abb. n.3. vt lite pend. & gl.fin. in c.cum tu. de vſur.& c.dilecto filio.de teſtib.& l.ſi iudex. vbi Doctor.ff.de iud.neq; poteſt plus iuris habere, quam ille, in cuius loco ſubrogatur, habebat. d. l.ſi iudex. in fin. ff.de iud. Abb.in c.nouit. n.6.de iud.

17 Ius petẽdi renouationem in re emphyteutica pertinet filijs , & deſcendentibus, ſeù aſcendentibus vltimi emphyteutæ. vt directus dominus in eorum perſona emphyteuſim renouet, aliàs illis faciet iniuriam. vt tenet Bart. in l.1. §.permittitur. n.1.ff.de aqua quot. & æſt.Rom. conſil.22. n.5. Alex.conſil.80. n.11.lib.1. Iaſ. conſil. 24. col.2.verſ.quinto facit. lib.3. Dec.cõſil.328. n.3. verſ. quibus tamen Gozadin. conſil.39. n.2. Grat.conſil. 86.n.7. lib.1.& conſil.79. nu.2. lib.1. & Boer.deciſſ.107. Rip. in tract.de peſte.in cap.1. de remed. præſeruand. n.160. Barb. in c.1. col 6. de locat. & in c. ex reſcripto. col.4.verſ.verũ autem.eodem tit.Curt.Sen.conſil.47.à nu. 7. Marſil.ſingul.419. Ruin.conſil.12.n.18. lib.1. Iul.Clar.§. emphyteuſim. quæſt.43. n.1. Abb.in c.bonæ. 2. n.28. de poſtul.& in re legata pertinet legatario , & hæredi vniuerſali in emphyteuſi non legato. arg. tex.in l quod in rerum. §. ſi vſum. vbi Iaſ. nu.8. ff de leg.1. Dec. conſil. 131. col.fin. verſ.& quamuis Bart.hoc tamẽ ius petẽdi renouationem, anno præſcribitur à tempore ſcientiæ , & elapſo anno non auditur vlterius agnatus, ſeù hæres,vel legatus. vt tenet Bald. in cap. ſi Titius. ſi de feud.fur. contr. Rom.conſil.22.n.6. Socin.Iun.conſil.9. n.17. in fin.lib.3. addit ad Bart. in d. l.1. d.§.permittitur.ff.de aqua,quot.& æſt. Iul.Clar.libr.4. d.§. emphyteuſim. quæſt. 43. n.3. verſ.quinimo. & eſt communis.vt per Gozad.conſi.71.n.2.& dixi ſupra verbo,emphyteuſim.§.31.

Verbo Ius Patronatus.

1 IVS Patronatus eſt ius honorificũ oneroſum,& vtile,alicui competens in Eccleſia, pro eo,quod de diœceſani conſenſu Eccleſiam conſtruxit, fundauit, vel donauit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit,vt tenet Ioann.Andr.& Abb.in Rubric. de iure patr. Arch.in c. veniens.16.quæſt.6.ſummiſtæ,verb patronatus.

2 Ius patronatus multis modis acquiritur, videlicet, aut ex fundatione Eccleſiæ facta de conſenſu Epiſcopi , quando dedit fundum, vbi Eccleſia ſita fuit. c. quoniam. vbi Doct. & c.nobis fuit,de iure patr.& c. monaſterium.16.quæſt.7. & c.auctoritate. vbi Monach.Dominic.Arch.Ioan Andr.& omnes.de priuileg lib.6.& c.Abbatem.18. quæſt.2. Trid.ſeſſ.24. c.12.de reformat. & ſeſſ.25.c.9.de reformat. aut ſi illam funditus diſtructam reparauit de conſenſu diœceſani, quoniam rem funditus diſtructam reparare & reædificare,per idem eſt,ac de nouo facere l.inter ſtipulantem.§.ſacram. verſ. & nauis. ff.de verb.obligat.& gl.ver. fundatores. ubi Inn.Hoſt.Ioan And. Abb. & alij. in c.quoniam de iure patr. Abb. in c. conſuluit. num.3 de Iudæ.& Sarracen. quod tamen non erit ſi tantum reædificauerit,vel reparauerit, cum omnino diſtructa non fuerit. d. gloſ.verb. fundatores,& ibi ſcribentes. in d. c. quoniã de iure patr. ſumma Ang.verb. ius patronatus §, 3, aut acquirit, ius patronatus, qui Eccleſiam ex proprijs facultatibus dotauit. c. filijs, 16, Abb.in d. c,quoniam. nu,10,de iure patr.

Trid,

Digitized by Google

Trid.ſeſſ.25. d.c.9.de reformat. aut illam conſtruxit de conſenſu Epiſcopi. d.c.monaſterium.16.quæſt.7. Abb.in Rubric.n.6. de iure patr.& in d. c.quoniam. n.9.codē, & ſumma Ang.d.verb.ius patronatus.§.2. aut per multiplicatas præſentationes, per ſpacium quinquaginta annorum in perſonis Eccleſiaſticis, ſeù conuentualibus. c. 1. vbi notant Doct.de præſcript. lib.6.debent tamen omnes præſentationes, factæ per illud ſpatium quinquaginta annorum eſſe continuatæ, & ſortiri ſuum effectum, quoniam aliter nō ſufficit illa præſcriptio. ex Trid. ſeſſ.25. c.9. de reformat.in laicis tamen patronis,requiritur tempus ex multiplicatis præſentationibus, de cuius curſu memoria hominum non exiſtat in cōtrarium. ex Trid.vbi ſupra.

3 Ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica de iure communi competit Epiſcopis in ſuis diæceſibus.c.ex frequētibus.vbi Abb. n.2. & c.cum veniſſent. vbi Abb.nu.10.de conſt.& c.cum ex iniuncto. in fin.de hæret.& c.nullus. 16.quæſt.7. & c. decretum. 10.quæſt.1. & gl.verb.aſsignauit.in c.referente de præb.poteſt tamen de iuris diſpenſatione, ſeù priuilegio,competere alicui Clerico,ſeù laico,collegio,ſeù vniuerſitati ius præſentandi in beneficio Eccleſiaſtico, & tunc diæceſanus habebit inſtitutionem illius, gloſ.in ſumma.vbi notant Doct.communiter, de iure patr.lib.6.facit text.in clem.1.de iure patronat.

4 Ius patronatus poteſt competere maſculo,aut fœminæ,aut poteſt eſſe apud plures patronos, tàm mares, quàm fœminas, quia tranſit ad hæredes per ſtirpes. c.1. & 2. vbi Doct.de iure patr. & c.dilecto filio. vbi Abb.n.2. de teſtibus.& c.fin.de cōceſſ. præb.& clem.2. vbi gl.ver.plures.in prin. & Doct. de iure patronat.Lambert.de iure patr.art.12.quæſt.1.p.1.n.5.ſumma Ang. verb.ius patronatus. §.6. non poteſt tamē ius patronatus diuidi inter hæredes, quoniam hoc ius patronatus non patitur diuiſionem, ſed eſt res ſimplex, & indiuiſibilis. c.1.vbi gl.1.& Abb.n.6.de iure patr. Hoſt.in ſumm.de iure patr.§.qualiter trāſferatur. circa prin.Bald.in c.quanto.col.1. de iud.& in l.cum ſecundum.col.fin. C.de fid.commiſſ.& Ioann.And. in regula.in re communi, col.1. in Mercurial. Iaſ.in l.cōmunis. n.2.ff. ſi quis in ius vocat. poſſunt tamen plures patroni conuenire, vt vnus præſent & vna vice,& alter altera,aut ſi habent plures Eccleſias de ſuo iure patronatus, poſſunt conuenire,vt vnus præſentet in vna Eccleſia, & alter in altera, quoniam hæc conuentio non facit diuiſionē in ipſo iure patronatus,neq; à iure eſt prohibita. clem.fin. vbi Doctor. de iure patr. Abb.in c.1. n.6. eodem tit.

5 Ius patronatus vendi ſeù emi non poteſt per titulum ſingularem, quoniam eſt annexū ſpirituali, vbi non cadit venditio, c.quia Clerici,& c.de iure.vbi Abb.n.2.de iure patr.gl.verb.connexa.in c.quanto.vbi Doct.de iud.& illud vendēs,aut emens,incurrit pœnam excōmunicationis,& interdicti,& exiſtit ipſo iure priuatus dicto iure patronatus. Concil.Trid.ſeſſ.25. d.c.9. de reformat.ſi tamen ius patronatus fuerit vnitum, ſeù annexum,& connexum alicui vniuerſitati,dominio,villæ,caſtro,ſeu fundo, tunc tranſit cū illa vniuerſitate,ſi vniuerſitas, dominium,villa,caſtrum,ſeù fundus vendatur, donetur, alienetur,vel confiſcetur, niſi ſpecialiter ſit exceptum, quia tunc videtur contractus initus ſuper illa re temporali, quam ſequitur illud ius patronatus tanquàm acceſſorium. c.ex litteris. vbi Doct.& c.cū ſeculum.de iure patr. & l. in modicis. ff. de contrah. empt. & l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum. ff. de act. empt. gloſ.verb.propinquis. in c.filijs.16. quæſt.7.Dec.nu.6.& Abb.nu.8. in c.decernimus. de iud. Citad. de iure patronatus. quæſt.20.decimæ part.princip.n.28.ferret conſil.179. à n.1. ſi tamen ius patronatus nullatènus vnitum,& connexū,aut acceſſorium ſit vniuerſitati, dominio,villæ,caſtro,ſeu fundo,ſed per ſe principaliter ſubſiſtat, non tranſit tunc, ſi vniuerſitas, villa, caſtrum, ſeu fundus vendatur, donetur, alienetur,ſeu cōfiſcetur,nec ſi pignoretur, c. cum Bertoldus. vbi Doct. de ſent. & re iud.Bald.in l.fin.nu.48. verſ.item ſi dono. C.de edict.Diui Adr.Rota,deciſs.1152.gl. verb. ſubiectæ, in clemēt.2. vbi Ioann. de Imol.& alij.de ſent.& reiud. Cicul.in cap. quanto. n.17.de iud.Gigas.de crimin.læſæ maieſt. quæſt.4. n.3. Cou.ru. lib.2. reſolut. c.18. n.3. Coſta, in c.ſi pater.2.part.verb. Trebelianice.in prin.nu.7. Iul.Clar.lib 5. §.fin.quæſt.78. n.8. Peregrin.de iure fiſci. lib.5.titul.1. n.72. verſ. contrariam. Lambert.de iure patr.art.8. n.20.

6 Tutor, ſeù curator cui eſt cōmiſſa vniuerſa adminiſtratio bonorum, poteſt præſentare,ſi pupillus,cuius eſt tutor habet ius

patrona-

Digitized by Google

patronatus,ſi tamen pupillus ſit maior ſeptem annis poteſt præſentare, & ſi forte concurrat illius præſentatio cum præſentatione tutoris, præualet præſentatio minoris, quamuis non accedat auctoritas tutoris, quoniam in re ſua poteſt exercere omnia,quæ conſiſtunt in facto tãtum, ſine auctoritate tutoris. l. poſſeſsionem. ff. de acquir.poſſ.Abb.in c.fin. nu.9.de conceſſ. præb.Prob.in c.fin. n.6.de iud.lib.6.Roch. lib.de iure patr.verb.competens.n.14.Selua. de benef.2.p. quæſt.6. col.3.ad mediũ. Palat.Rub.in cap.per veſtras. §.43. col.1. Reb.de nominat. quæſt.17. n.20. Cald.de nominat.quæſt.4.n.7.Rota antiqua.321. & Rota noua 422.

7 Ius patronatus cuiuscumq; laici, etiam Regis,ſi datum fuerit Eccleſiæ,ſeù perſonæ Eccleſiaſticæ, amittit naturam patronatus laicalis, & ſequitur naturam patronatus Eccleſiaſtici.c.dilectus. vbi gl.verb.ex donatione.vbi Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Innoc.Ioan.And.Abb.& omnes.de præb. & c.vnico. §. verum. vbi Doct. de iure patr. lib.6.Abb.in c.de Monachis.n 14.de præbend. ſi tamen aliquo modo ius patronatus deueniat ad exemptos, non præiudicatur diæceſano, neq; illi diminuitur, ſeù læditur ius ſuum.c.cum ſeculum.vbi Abb. n.2. de iure patr.& c.primo.16.quæſt.7.

8 Cognitio cauſæ iuris patronatus ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, ita quòd iudex laicus, neq; incidenter cognoſcere poteſt, quando agitur de validitate illius. c. quanto. vbi communiter Doct. de iud. Roch. d.lib.de iure patr.verb. ius.in prin. Mantua. conſil.5. à n.18. Syluan.conſil.32. n.5. Curt.de feud. 7.p. n.23.& 26.Coſt. in d. c.ſi pater. 2.p. verb. trebellianice. n.7. verſ.4. Molin.de primogen.lib.1. c.24.nu. 26. & dixi latè ſupra verb. cauſa. §.8.ſi tamen quæſtio fuerit ſuper villa, ſeu caſtro, aut fundo, cui ius patronatus eſt annexũ, & vnitum,aut ſuper donatione illius,tunc bene poteſt cognoſcere iudex laicus. gl.1. in c.filijs. 16.quæſt.7. & Abb.in d.c.quanto. n 9. & omnes.Card.& Fel. in c.ſignificauit. deteſt. Cou.ru.1. reſolut.c.18.à n.6. Lambert. de iure patr.lib.3. quæſt.8 art.8. n.6. Molin. de prim.gen.libr.1.c.24. n.26. & dixi. ſupra verb.cauſa.§.10.

9 Patronus nõ poteſt propria auctoritate Eccleſiam patronatam ſibi obtinere, aut alteri concedere.c.conſuluit,& c.cũ laici, & c.nullus. & c.ſuggeſtum, & c.fin.de iure patr.& cap.ad aures.de exceſſ. prælat.niſi tempore fundationis, ſeù donationis ſibi fuerit conceſſum à diæceſano. c.præterea. 23.vbi gl. verb.a locorum,& Abb.nu.3.de iure patron.& c. tributũ.23.quæſt.8.Abb. in c.1. n.1. de cenſ.

10 Nec poteſt patronus in Eccleſia ſui iuris patronatus obtinere partem aliquam ſuis vſibus,nec de poſſeſsionibus, & bonis illius diſponere pro arbitrio ſuæ voluntatis. c. vnico. vbi Doct. vt Eccleſ. benef. & c. præterea. de iure patron. & c.ſicut nobis. de ſupplend.negl.prælat. & c. in quibuſdam.de pœn.&patronus vendicans ſibi in Eccleſia ſui iuris patronatus plusquam iura permittunt, compeſcitur per cenſurã Eccleſiæ.c.in quibuſdã.vbi Doct.depœn.

11 Patronus habet honorabiliorem locum in proceſsione, in Eccleſia, vbi eſt patronus, ſi eſt Clericus inter Clericos,ſi eſt laicus interlaicos. c.nobis. §.profundatione, vbi Doct.de iure patron.& gl.ibi verb.modeſtè,& ſi vergat ad inopiam, alimentatur. de facultatibus Eccleſiæ,ſi remaneant redditus vltrà illos, qui ad neceſſaria Eccleſiæ expectant quoniam magis tenetur Eccleſia patrono ſuo pauperi, quã alijs pauperibus. d. c. nobis. vbi Abb.n.6. de iure patr.& c.quicumq;.30. 16.quæſt.7.

12 Patronus nõ poteſt ſe ipſum præſentare in Eccleſia, vbi eſt patronus, quoniam debet eſſe differentia inter præſentatum, & præſentantem,& inter dantem,& recipiẽtem c.per noſtras.vbi gl.verb.præſentare. & Doct.de iure patr.& c.fin. de conſt.& l. 1. ff. de aut.& conſenſ.tut.& l.prætor. vbi Doct. ff.de tut. & curat. dand. nemo enim poteſt ſuſtinere vices duorum,ſeu plurimorum, l.ſi plures. ff.de pact.& l.nemo.C. de aſſeſſorib.& l.fin. C.eodẽ.& l.quisquis. vbi Bald.C.de poſtul.& cap.presbyter. 16. quæſt. 1.& c.ſingula. 89.diſt.gl.verb.dantem. in c.fin. de inſt.niſi ſit ratione officij, quoniam licet ratione perſonæ impoſsibile ſit vnum ſuſtinere vicem pluriũ,quãdo tamen habetur reſpectus ad perſonam ratione officij, tunc ſi gerit plura officia, fungitur vice diuerſarum perſonarum. vt inquit Bart. in d. l. ſi plures. ff. de pact. & eſt text.in l.ſi conſul.vbi Bart.& omnes.ff. de adoptionib.

13 Patronus bene poteſt præſentare filiũ, ſeù nepotem, ſi eſt Idoneus, niſi ad illum effectum comparaſſet villam,ſeù caſtrum, cui ius patronatus eſt annexum. cap. quia Clerici.

Clerici, vbi gl.ver.filij,& DD.de iure patr. & l.illud.ff.quod cuiuſq; vniuerſit.& c.cõſuluit.vbi Abb.n.3.de iurepatr.idẽ Abb.in c.exore.n.2.de his quæ fiũt à maior part.

14 Patronus debet præſentare Clericũ idoneũ intra tẽpus Lateranenſis Cõcilij, aliàs deuoluitur poteſtas ad ſuperiorẽ. c. ſicut nobis,& c.licet,& c.litteras.& c.dilecto.de ſuppl.negl.prælat.& c.quia diuerſitatẽ. de conceſſ.præb.& c.vnico. vbi Doct.de iure patr.lib.6.& tũc Epiſcopus ad quẽ præſentatio fuit deuoluta habet ſex meſes ad præſentandũ, ſeù collandũ in illo beneficio,& illis elapſis, tranſit ad Sũmum Pontificẽ, vt tenet Abb.in c.fin.n.7.de iure patr.& tũc, quãdo Epiſcopus inſtituit aliquẽ Clericũ, eò quòd patroni propter controuerſiã infra illud tẽpus non præſentarũt, tenet ille inſtitutus poſt finitam controuerſiam patronorũ repræſentari ab ipſo vero patrono. c.ſi vero.vbi gl.fin.& Abb. n.4.de iure patr.quæ repræſentatio nõ fit, vt nouũ ius tribuat inſtituto, ſed vt verus patronus adipiſcatur poſſeſsionẽ præſentandi, & ſi ille patronus, qui obtinuit in lite, nõ vult præſentare inſtitutum per Epiſcopum, nihil illi nocet, quia iam habuit plenum ius, ex inſtitutione Epiſcopi, vt inquit Abb.in d. c.ſi vero n.4.de iure patr.

15 Patronus laicus debet præſentare infra quatuor menſes à die potẽtiæ & ſciẽtiæ. c. quoniam in quibusdã,& c.cũ propter diſcordias, & c.ſi vero de iure patr. & c.quia diuerſitatem de cõceſſ.præb. & c.vnico.§. fin.vbi notant cõiter Doctor.de iure patr. lib.6.& gl.ver.infr.in c.2.de cõceſſ.præb.

16 Patronus vero Eccleſiaſticus debet præſentare infra ſex menſes à die ſciẽtiæ,& potẽtiæ.c.cam te de iure patr.& d.c.quia diuerſitatem de conceſſ.præb.& c.vnico. §. fin.vbi Dominic.& Arch.Ioan.And.Anch. & oẽs de iure patr.lib.6.& dicitur patronꝰ Eccleſiaſticꝰ ille, qui habet præſentationẽ nomine Eccleſiæ, non autẽ ille, qui habet præſẽtationẽ nõie patrimonij, licet ſit Clericus. vt tenet Abb.in d.c.cã te.n.4 de iure patr.Merg.cõſi.62.n.26.Gerip.cõſi.3.n.8.

17 Patronus poteſt præſentare in Eccleſia, vbi eſt patronus, poſtquã is, qui eſt in illa inſtitutus aliud beneficiũ incõpatibile pacifice fuerit aſſecutus, quoniã per receptionem ſecundi beneficij, incõpatibilis vacat primũ. c.de multa.vbi Doct.de præb.& c. 1.de conſuet.lib.6.& clement.ſi plures.de præb.& dixi ſupra verb.beneficiũ.§.17.

18 Patronus poteſt præſentare per litteras ſui ipſius. c. ea noſcitur. vbi gloſ.verb.per litteras,& Gofred.Hoſt.Inn.& Abb.& omnes, de his, quæ fiunt a prælat. & etiam poteſt dare ſpecialem, ſiuè generalem procurationem præſentãdi, vt notatur in clement.1. de procurat. & in c.fin. vbi Abb. num.6.de conceſſ.præb.

19 Patroni plures de Collegio, ſeù Vniuerſitate debẽt omnes vocari ad præſentationem inſtituendam, & tunc præſentatus à maiore parte illorum præfertur, attamẽ ſi aliqui fuerint contempti, & nõ vocati, poterũt annullare præſentationem.c.quoniã in quibuſdam.vbi Abb.nn.14. poſt Ioann. Andr.& alios de iure patr.& c. quod ſicut, & c.bonæ de elect. & c.quia propter.eodẽ tit.ſi tamen præſentant, vt ſinguli, admittitur ille, qui eſt præſentatus à maiore parte illorũ, quamuis alij nõ præſentent, nec ſint requiſiti. vt tenet Feder.conſ.97.ſed cõtrariam opinionem veriorem exiſtimo, imo, quòd omnes, qui habent ius præſentandi ſint vocandi,& requirendi, & ſi oẽs præſentauerint, præfertur præſentatus à maiore parte,& ita ſi requiſiti noluerint præſentare, tunc valebit præſentatio facta ab illis, qui fuerint præſentes, vt tenet Abb. in d.c.quoniam. d.n.14.de iure patr.& in electione dixi ſupra verb.electio.à §.7.

20 Præſentatus à duobus prætendentibus ius patronatus diuerſo iure, non poteſt ſimùl vti illis præſentationibus, vt ex illis confirmetur. c. vt quis duas. vbi glo.verb. duas.& Ioan.Monach.& Ioã.And.& Anch. & omnes de elect.lib.6.

21 Patronus Eccleſiaſticus nõ poteſt variare, ſed ſi plures præſentat præfertur primo præſentatus,& ideo habet lõgius tẽpus ad præſentandũ, quã patronus laicꝰ.c.cũ autẽ vbi gl.ver.Eccleſia.& Doct.de iure patr.& gl.ver.minus.in c. cũ vos de offic.iud.ord. imo præſentatꝰ à patrono Eccleſiaſtico, ſtatim habet ius ad rẽ, ante collationẽ, quod non eſt à patrono laico, ni præſiſtat, in ſua præſentione.c.cũ Bertold.de ſent.& reiud. & c.fin.adfin.de cõceſ.præb.lib.6.& gl.ver. diſponere.col.22.in extrau.Io.22.de præb.

22 Patronus laicꝰ bene poteſt variare ante cõfirmationẽ ordinarij,& ſi plures præſentauerit, valet inſtitutio,& collatio illiꝰ, quẽ Epiſcopꝰ prius inſtituerit,& cõfirmauerit c.quod autẽ. & c.cũ autẽ,& c. cũ dilectus. & c.paſtoralis,& c.illud.& c.ſi.de iur.patr.

Præſentatus, à quocumq; patrono tene-

 tur ad

tur adire Epiſcopum intrà tempus ſupra relatum,vt illum confirmet. c. cū illud, & c.cū laici,& c.fin.de iure patr.& Epiſcopus illū debet confirmare, debet tamen prius inquirere de ſcientia , moribus , & vita præſentati. c.poſtquam,& c.venerabilem, & c.cum nobis.19. de elect. Trid. ſeſſ.25. c.9. de reformat. & ſi ante confirmationē appareat, quod præſentatus nō poſsit, aut nolit reſidere in Eccleſia requirente reſidentiam , non debet tunc per ſuperiorem inſtitui;nec confirmari, c.relatum, vbi notant cōmuniter Doct.de Cler.non reſid.

24 Præſentatus ad Eccleſiam curatā,debet admitti,etiā ſi non ſit in ſacris cōſtitutus, cū tamē ſit idoneus,ætate moribus vita,& ſciētia,ita vt poſsit promoueri ad illos ordines,quos Eccleſia requirit,& quāuis hoc erat diſpēſatiuè periura antiqua,c.prætererea de ætate,& qualit. hodie tamen eſt ius cōe. c.2. vbi notant Doct.de inſt.lib.6.

25 Præſentatus ad vnum beneficiū,ſi antequàm in illo fuerit confirmatus,aliud acceptet,quod cū illo tenere nō poſsit,videtur tūc renūciare primæ præſentationi, clem. gratiæ.vbi glo.1.& 2.& Ioan.And.Card.& oēs de reſcrip.Arc.in c.ſi pauper.depræb. lib.6.& idem eſt dicendū in illo,qui litigabat ſuper beneficio , & recipit ſecundum, quod cū altero tenere nō pōt.ex gl.2.cōiter approbata,in d.clem.gratiæ dereſcrip.

26 Patronus Eccleſiaſticus præſentans indignū,priuatur ipſo iure,pro illa vice poteſtate præſentandi,cū variare non poſsit, & Epiſcopus debet repellere indignū præſentatū à patrono,& prouidere Eccleſiam de Clerico digno,& benè merito.c.cū incunctis.§ inferiora.de elect.& gl.ver.minus,in c.cum vos.vbi Abb. nu.5.& alij.de offic.iud.ord.& Concil.Trid.ſeſſ.25.c.9.de reformat.patronus vero laicus non fit priuatus ipſo iure præſentans indignum , ſed infrà quatuor menſes poteſt alium dignū præſentare. d.gl.ver. minus. in d.c.cū vaſ. & Abb ibi.d.n.5.de offic.iud.ord.

27 Præſentatio patroni Eccleſiaſtici impedit ſecundam,quamuis non teneat, cū patronus Eccleſiaſticus variare non poſsit.c. cū incunctis.§.Clerici,& c.cū vintonienſi. & c.ſcriptum. ad fin.de elect. & c.licet. & c.fin.de ſupl.neg.prælat.& gl.ver.poſt modum, in c.inter dilectos. de exceſſ.prælat. aliter tamē in præſentatione patroni laici nam ſi præſentatio patroni laici nō tenet, non impedit ſecundam , cum ille variare poſsit. c. illud. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſ.Inn.Ioā.And.Abb.& oēs,& c.cū laici & c.ſuggeſtum, de iure patr.& gl.ver. poſt modū.in c.interdilectos de exceſſ.prælat.

29 Patronus,etiā Epiſcopus, qui habet ius præſentādi in Eccleſia alterius diæceſis,& præſentans Clericū etiā ſuæ diæceſis,non poteſt illum confirmare,ſed eſt confirmandus ab Epiſcopo illius diæceſis , in cuius territorio eſt Eccleſia patronata.c.ſignificaſti.vbi gl.1.& Doct.de iure patr. quoniā non pertinet ad patronum,niſi tantū præſentatio.c.fin. vbi Ant. de Butr. Hoſt.Inn. Ioan.And.Abb.& alij.de iure patr.

30 Patronus laicus,qui Clericos inſtituit,& diſtituit inEccleſijs ſui patronat⁹,aut bona illarū aliter adminiſtrat excōicatur.c.præterea.4.vbi Abb.n.1.& alij.de iure patr.& c.decimas.& c.per laicōs.& c.laicis.16 q 7 & Clerici , qui per laicos, ſine auctoritate Epiſcopi,talē inſtitutionē,aut diſtitutionē accipiunt,ſunt ſuſpendēdi,& priuandi,cōmunione fideliū,& fiunt in eligibiles. d. c. præterea.vbi gl.ver.cōmunione,& Doct.de iure patr.& c.quiſquis.de elect.ſi tamē patronus laicus inſtituit Clericū in Eccleſia. vbi eſt patronus,ſine auctoritate Epiſcopi & poſtea pœnitētia ductus aliū Epiſcopo præſentauit,eſt tunc cōfirmandus ille præſentatus,ſi infrà debitum tempus fuit præſentatus. c.illud.& c.cum laici,& c.fin.vbi Doct.de iure patr.& ita in patrono Eccleſiaſtico,quoniam licet præſentando indignū remaneat illa vice priuatus iure præſentandi non eſt ita ſi Eccleſiam concederet ſine auctoritate Epiſcopi, aliud namq; eſt concedere,& aliud præſentare. d. c.fin. vbi gl.ver.ex vi,& Doct.de iure patr.

31 Patronus, poteſt donare ius patronatus ipſi Eccleſiæ, cuius eſt patronus,& tūc erit patrona ſui ipſius.c.vnic.vbigl.ver.eidē.& Doct.de iure patr.libr.6. & etiā cuicumq; Eccleſiæ,vel loco religioſo, poteſt donare ius patronatus , ſine auctoritate Epiſcopi, d.c.vnico.vbi notāt oēs,de iure patr.lib.6. licet Clerico , ſeù laico illud donare non poſsit. c.quod autē,& c.illud.& c.nullus,& c.conſuluit.de iure patr.& dixi ſuprà.§.5.

32 Patronus nō poteſt nouum cenſum Eccleſiæ patronatæ imponere,neq; veterum augere.c.grauis.vbi Gofred.But.Hoſt.Ioā. Ant.Abb. & oēs.de cenſ. & ſi præſentatus iuret præſentāti augere cenſum,antiquū, debet remoueri ab Eccleſia.c.tua nos. vbi Doct.de iure patron.& d.c.grauis.de cēſ.

Præſen-

Digitized by Google

32 Præſentatio ab illo, patrono, qui eſt in quaſi poſſeſsione præſentandi, eſt valida, quamuis non haberet ius in proprietate.c. ingeneſi, de elect. & c. cum olim de cauſ. poſſ.& prop.& c.conſultationibus, & c.ex litteris. vbi gl.fin.& Abb.n.3.de iure patr. & etiam poſt motam controuerſiã de proprietate poteſt patronus præſentare, ſi eſt in quaſi poſſeſsione præſentandi,ſed inſtitutio præſentati debet differri, per ſuperiorem, vſq; ad cauſæ deciſionem,ex gloſ. verb.antequam.in c.ex litteris.vbi Abb.n. 8. de iure patr.ſi tamen cõtrouerſia ſit ſuper poſſeſsione,non poteſt tunc præſentare, nec talis præſentatio eſt admittenda.c. cũ veniſſent. vbi Doct. de in integ. reſt.& Abb.d.n.8.in d.c.ex litteris.de iure patr.

33 Patronus nouus, ſuccedens in Eccleſijs patronatis, nõ poteſt amouere inſtitutos, & confirmatos in illis Eccleſijs, neq; illos ex illorum poteſtate extrahere poteſt.cap. querimoniã.vbi gl.1.& Doct.de iure patr. & c.ſic quidam.& c.nouerint.10.q.1.

34 Patrono nullum fit præiudicium, in ſua præſentatione ſi aliquis ordinetur,ſine ei9 licentia,& conſenſu,ad titulum ſuæ Eccleſiæ patronatæ. c.poſtulaſti.vbi gloſ. & Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Innoc.Ioan.Andr. Abb.& omnes de iure patron.& Lambert. de iure patr.art.8. quæſt.5. part.3. lib.2.& art.6. quæſt.5. lib.3. ſed tamen ſi conſentiret intitulationi fieret ei præiudicium. arg.tex.in c.illud.4.quæſt.1.& gloſ.in d.c. poſtulaſti. de iure patron.

L I T T E R A L.

Verbo Laicus.

1 LAICVS Dicitur à Laos Græce,& Latine populus. c.duo ſunt genera. 12.quæſt.1.Iſid 7. Ethimol.ſumma Ang. verb. laicus,& eſt ille,qui poteſt vxorem ducere inter Latinos, & habere proprium. d. c.duo ſunt genera, vbi Doct.12.quæſt.1.ſummiſtæ. d.verb.laicus.

2 Laicus non poteſt tractare negocia Eccleſiaſtica, niſi de conſenſu Summi Pontificis.c.decernimus. vbi Doct.de iud.& gl. 1 in c.quamuis.de decimis.& gl.in c.contingit de arb.nec poteſt eſſe arbiter in rebus ſpiritualibus, niſi cum Clerico,& auctoritate ordinarij. c. per tuas. vbi Doct. & c.contingit.vbi gl.de arb.

3 Laicus tamen poteſt eſſe procurator ad agendum,& defendendum in cauſis ſpiritualibus,quia tunc nõ tractat negocia ſpiritualia ſuo nomine, ſed nomine procuratorio. c.1.vbi gl.ver.ſpiritualibus.& Doct. de procurat.lib.6.c.vnico.de Synd.Abb.in c.decernimus.n.9.& Dec.56.& Rip.147.& alij.de iud.Fel. in c.ad Apoſtolicæ.de except.Tiraq.de iure marit.gl.5.n.178. Rota noua.375.aliàs.27.n.3.in tit.de procurat.

4 Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi,in ſpiritualibus. c.in noua.16 quæſt. 7.& c.cõtingit.vbi gl.& Doct.de arb.Abb. in c.decernimus.n.12.de iud. & gl.ibi ver. laici.ſumma Ang.verb.laicus.§.3.& ita dicendum eſt de Clerico in minoribus,coniugato,quoniã exceptis his,quæ continentur in c.vnico de Cler.coniug. libr.6.& in Trid ſeſſ.23. cap.6 de reformat.reputatur pro laico. d. c.vnico. §. in cæteris.& Abb. in c.decernimus. n.12.Dec.n.15 Rip. n.2. & 64.de iud.Cou.r. in c.alma mater 1.p.§. 11.n.3.in rebus tamẽ prophanis,vbi Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem, bene poteſt illam cõmittere laico,& conſtituere illum iudicẽ generalẽ in prophanis.c.fin.vbi Doct.ne Cler.vel Monach.lib. 6.Abb.in d.c.decernim9.d.n.12.& ille laicus poterit exercere iuriſdictionẽ in tẽporalibus reb9, quæ ad iuriſdictionẽ ſecularẽ pertinent inter laicos,quoniã inter Clericos,non debet Epiſcopus cauſas Clericorũ ciuiles,laicis committere.vt tenet Ant.de Bub & Abb.n.7.in d.c.decernimus.

5 Laicus poteſt tractare negocia ſpiritualia nõ iudicando,nec imperando,neq; auctorizando,ſed obſequendo,& nudũ miniſterium illorũ exercendo,quoniã laici per eſſentiam non ſunt incapaces rerum ſpiritualium,& omnium Sacramẽtorum. ex gl. verb. ſpiritualia. in §. primo. 1.quæſt.1. & obſeruant Doct.in d. c.decernimus.vt per Dec. n.1.& 2. Rip.n.49.& 50 ibidem.Berous,in c.contingit.n.4.de arb.

Digitized by Google

6 Laicus nõ poteſt poſsidere ſpiritualia, nec illa præſcribere, quoniam ſpiritualia non cadunt in laicum.c.cauſam, vbi gl. verb.detinere, & Abb. in num.2.de præſcript. & cap.SacroSancta, & c.Maſſana.de elect.

7 Neq; decimas poſsidere etiam in vita donantis, neq; illas præſcribere. c.peruenit. de arb.& c.cauſam. vbi Doct.de præſcrip.& c quamuis.& c.prohibemus.de decim.& c.decimas.16.quæſt.7.Gofred.Ant. de Butr.Hoſt.Inn.Ioann.And.Abb.Fel. & omnes.in c.de quarta.depræſcript.

8 Laicus non poteſt inſtitui canonicus, neq; beneficiatus in aliqua Eccleſia. c. in Eccleſia. vbi Doct.de inſt.& l.qui ſubprætextu.C.de Sac.Sanct.Eccleſ.nec poteſt ſedere inter Clericos,nec in choro,aut inter cancellos dum diuina officia celebrantur, quoniam tunc diuidi debent Clerici à laicis, niſi illi, qui ſunt neceſſarij ad canendum, ſiuè adminiſtrandum. c.1.vbi Doct. de vita,& honeſt.Cler.& c.Sacerdotum.de conſecrat. diſt.2.

9 Nec poteſt laicus etiam per cõpoſitionem factã cum Prælato habere ius eligẽdi in Eccleſia Cathedrali, aut Colligiata, niſi ſit Imperator, aut Rex, aut in illis habeat competens ius patronatus.cap.cum Sacro Sancta.vbi Doct.de elect. Trid.ſeſſ.25.c.9. de reformat. neq; poteſt habere vocem in electione Summi Pontificis. c.Maſſana.de elect.

10 Neq; poteſt donare Eccleſiam,aut decimas alicui ſine auctoritate Epiſcopi,quamuis ſit Imperator, aut Rex, neq; ſi de facto donauerit, poterit donatarius præſcribere illo titulo. c.dudum,& c.prohibemus. vbi Doct.de decim.& c.illud.de iure patr.

11 Neq; poteſt prædicare, nec facere conuenticulam,nec reprehendere Clericos.c. cum iniuncto. vbi Doct. & c. ſicut de hæret.& Concil.Trid.ſeſſ.5. c.2.de reformat. & Nau.in Manu.c.25.n.143.

12 Nec poteſt publice, aut occultè de fide diſputare,quamuis ſit doctus,imo ſi diſputat incurrit maiorem excommunicationẽ. c.2. §.inhibemus. vbi Ioann.Monach. Dominic.Ioan.And.& alij.de hæret.libr.6. & l.nemo. C.de ſumma Trinit.

13 Laicus nõ poteſt accuſare Clericum de crimine,nec denunciare. c.cũ P. vbi Abb. n.6.& alij.de accuſat.& c.nullus, & c. laico, & c. laicos.2.quæſt.7. niſi proſequatur ſuam,vel ſuorum iniuriam,aut in crimine hæreſis læſæ maieſtatis, & ſimoniæ.cap.de cætero.vbi gl.verb.ſuam deteſt.& c.tanta. de ſim.& c.Sacerdotes. & c.oues. 2.quæſt. 7.c.& omnibus. 4.quæſt.6. & cap.ſanè.15. quæſt.3. & gloſ.verb. laicus.in d.c.cum P. vbi Abb.n.6. de accuſat,& gloſ.in ſumma. vbi Prapoſit. & Arch. Bellam. & Card.2. quæſt.7. Fel.in c.ex parte. nu.6. deteſt.aut quando in accuſatione verſatur crimẽ,ſiuè ius publicum,ex Ferret. conſi.183.n.3. Iul. Clar.lib.5.§.fin.quæſt.14.n.21.

14 Laicus de iure antiquo,non poterat teſtificari in crimine contra Clericum.c cætero.de teſt. & c. teſtes. 11.quæſt.7. hodie tamen poteſt teſtificari contrà Clericum in quocumq; crimine, quando crimen aliter probari non poteſt. c.tam litteris.& c. quoniam. vbi Doct.de teſtib. Abb.in d.c. cætero. n.3.de teſtib. Iaſ.in l.fin.n.9. C.de his quib.vt indign.Hyppolit.in l.Diuus.n. 9.ff.de quæſt. Ant.Gomez.3.tom. reſolut. c.12.n.9. Ign.de Salzed. c.128.n.2.in crimine tamen hæreſis,ſimoniæ, & læſæ maieſtatis, indiſtinctè admittuntur laici in teſtes cõtra Clericos.arg.tex.in c.ſane.15. quæſt.3.& in l.ſi quemquam.C.de Epiſc.& Cler.& in c.tanta. vbi gl.1.& Doct.de accuſat. & quando agitur de crimine ciuiliter, vt tenet Ferret.conſi.183.n.5. verſ.vltim.confirmatur.Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſ. 24.n.10. Ign.de Salzed.c.128. verſ.contra eos, attamen praxis obſeruat, vt laici admittantur in teſtes contra Clericos in quibuscũq; criminib⁹,ſine vlla diſtinctione.

15 Laici,quamuis ſint officiales, poteſtates iniijcientes manus in Clericum, aut illum comprehendẽtes, ſeù detinentes in cuſtodia publica, aut priuata,etiam ſine corporis læſione,ſine licentia ſui Prælati, incurrunt excommunicationem maiorem. c. ſi vero. 3.& c.vt famæ. vbi Doct & c.nuper. de ſent.excommunicat.c.ſi Clericos.eodẽ tit.lib.6 gl.verb.deprehenſus.in c.cum nõ ab homine, per text.ibi de iud.vbi notant communiter Doct. conſtitutum eſt tamen à Prælatis in ſuis conſtitutionibus Synodalibus, vt ſi Clericus inuentus fuerit à poteſtate ſeculari perpetrans aliquod delictum,poſsit comprehendi,per ipſam poteſtatem ſecularem,ita tamen, vt ſtatim,& vt cõmode fieri poſsit,illum tradat iudici Eccleſiaſtico,cũ omnibus armis,& veſtib⁹, ſicut inuentus fuerit,& licet nõ ſit conceſſum in conſtitutionibus Synodalibus,non incurrunt excõicationẽ officiales laici,qui

Clericum

Digitized by Google

Clericum capiunt inflagrāti delicto, ſi ſtatim illum tradunt iudici Eccleſiaſtico. tenet Fel. in d. c. ſi vero. n. 4. Aret. in d. c. cū non ab homine. n. 14. Iul. Clar. q. 28. n. 6.

16 Laici, poteſtates, ſeù officiales ſeculares, exigentes à Clericis, vel Eccleſijs tallias, aut pedagia, ſeù exactiones pro rebus, quæ ſine cauſa negociandi deferunt, vel ad id dantes conſilium, auxilium, ſeù fauorem, ipſo iure remanent excommunicati, a qua excommunicatione non poterunt abſolui, niſi à Romano Pontifice, & ſi fuerit Collegium, vel Vniuerſitas remanet interdictum, c. non minus. & c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. & c. quàmquàm. de cenſ. lib. 6. & c. Clericus. §. nos igitur. vbi Doct. de immunit. libr. 6. extrauag. 1. eodē titul. intercommunes. l. placet. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. auth. item nulla. C. de Epiſcop. & Cler. & clem. vnica. vbi Imol. Ioan. And. Card. & alij. de immunit. & Abb. in d. c. nō minus. n. 7. & clem. præſenti. de cenſ.

17 Laici Collectantes Clericos, ſeù Eccleſias, ſi moniti non deſiſtunt excommunicantur. c. non minus. vbi Abb. n. 7. & c. aduerſus de immunit. Eccleſ. & c. innouamus. vbi Doct. de cenſ. lib. 6. gl. verb. Eccleſia, in c. nouit. de ſent. excommunicat.

18 Reges, Principes, aut domini terrarum prohibentes ſuis ſubdictis, ne vēdant Clericis neceſſaria, aut ne ab eis emant, ſeù illis ſeruitia non præſtent, fiunt ipſo facto excommunicati. c. fin. vbi Dominic. Ioan. Andr. & communis. de immunit. Eccleſ. lib. 6. Anch. conſil. 11. Cerip. conſil. 23. n. 12. & conſil. 34. n. 3. Lap. allegat 92.

19 Laici vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam, bona, cenſus, ſiuè iura feudalia, ſeù emphyteutica, aut quaſcumq; obuentiones Eccleſiaſticas, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſsitates conuerti debent, puniuntur à iudice Eccleſiaſtico tanquàm ſacrilegi. c. conqueſtus. vbi Doctor. de foro comp. & ſi hoc vi, ſeù aliquo timore incuſſo perpetrauerint tàm laici, quàm Clerici ſubiacebunt excommunicationi, donec omnia reſtituant, & à Romano Pontifice obtinuerint abſolutionem, & ſi fuerit patronus illius Eccleſiæ, vbi illa bona vi vſurpauit, remanet ipſo iure priuatus iure patronatus, vltrà illas pœnas ſupra relatas, & ſi eſt Clericus remanet priuatus quocumq; beneficio obtento, & inhabilis ad aliquod obtinendum. ex Trid. ſeſſ. 22. c. 11. de reformat.

20 Laici ſtatuentes aliquid contra libertatem Eccleſiæ, ſeù ſtatuta edita non facientes delere infrà terminum iuris competētē remanent excōmunicati, & priuati feudis Eccleſiaſticis, ſi illa habent. c. nouerit. vbi gl. ver. infrà duos menſes, & c. grauem. vbi gl. verb. promulgare, & Abb. ibi. nu. 4. de ſent. excommunicat.

21 Laicus poteſt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, pro rebus Eccleſiaſticis, ſeu pro rebus Clerici, quando laicus Clericum ſpoliauit ſuis rebus. c cum ſit generale vbi gl. verb. malefactores. de foro cōp. & Abb. in c. ſi Clericus. n. 3. eodem tit. & c. peruenit. 2. de teſtib. cogend. Bart. in auth. item nulla. C. de Epiſc. & Cler. Old. conſil 83. incipit. an Epiſcopus. Fel. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. col. 5. de Conſt. Doct. in cōquæſtus. de foro comp. ſi tamen laicus negat rē eſſe Eccleſiæ, tunc non eſt conueniendus, niſi corā ſuo iudice, quia tunc actor ſequitur forum rei. cap. ſi Clericus. & c. cum ſit generale de foro comp. & l. fin. C. vbi in rē act. & l. quia etiā. ff. de alien. iud. mut. cau.

22 Laicus etiam ratione iuramenti fit de foro Eccleſiaſtico, vt ab illo compellatur obſeruare iuramentum. c fin. vbi Doct. de foro comp. lib. 6. & c. nouit de iud. & c. venerabilem. §. idem etiam de elect. c. fin. 22. quæſt. 1. Abb. in c. cum contingat. n. 15. de iure iur. in noſtra Luſitania tamen non valet contractus, vbi interuenit iuramentum promiſſorium, imo contrahentes puniuntur in amiſsione pecuniæ, quæ in contractu data ſeù promiſſa fuerit ex vna parte contrahentium, & altera pars punietur in tātundem, & notarius, qui in contractu tale iuramentum inſcripſerit amittet officium. per ord. Reg. lib. 4. titul. 73. ſed hæc ordinatio non habebit locum niſi in foro ſeculari, vnde nō obſtante illa ordinatione, poterit ille, qui iurauit cogi à iudice Eccleſiaſtico, vt adimpleat iuramentum, quia ſtatuta laicorum, non ligant Eccleſiam, nec perſonas Eccleſiaſticas, niſi à Summo Pontifice fuerint confirmata. c. quæ in Eccleſiarum. vbi Doct. de Conſt. & c. grauem. de ſent. excommunicat. & c. 1. diſt. 10. nec iudex Eccleſiaſticus tenetur iudicare per ord. Reg. ſed ſemper debet recurrere ad ius canonicum, vt reſoluit Corn. conſil. 32. lib. 1. Cald. de nominat. q. 7. n. 5. ad fin.

23 Laici poſſunt in cauſis ciuilibus eligere ſibi iudicem alterius territorij tacitè, vel expreſſè, non tamen in criminalibus. cap.

Digitized by Google

ſignificaſti. vbi gl.& Doct.de foro comp & c.ſi quis cum Clerico.11.quæſt.1.l.1.& Doctor.& l.2. ff.de iud. & l.1. vbi Bart. Bald. Salicet.& omnes. & l.incriminali.C.de iuriſd.omnium iud. aliter tamen eſt in Clerico,qui non poteſt ſibi eligere iudiem alterius teritorij, ſine licentia ſui prælati.d. c. ſignificaſti. de foro comp.Bart.in d.l.1. n.1. ff.de iud.nunquam tamen laicus videtur per errorem conſentire in iudice alterius territorij. l. ſi per errorem, vbi Bart. n.1.& alij.ff.de iuriſd.omnium iud.

24 Laicus tamen non poteſt conuenire laicum coram iudice Eccleſiaſtico , quamuis ſit pupillus,ſeù vidua, c.licet ex ſuſcepto, & c.ex tenore. vbi Doct. de foro comp. & c.cauſam quæ.7. qui filij ſint leg.Merg.cōſil.38.n.23.

25 Laicus conuentus coram iudicè laico, ſi efficiatur Clericus, eſt poſtea remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum , & coram illo eſt poſtea cauſa agitāda.vt tenet Abb. in c.vnico. n.4. de obligat. ad rat. Valaſc. conſult.48. n.6. Old. conſil.4. in fin. & ita obſeruat praxis in noſtra Luſitania in criminalibus tantum. per ord. lib.2. tit.1 §. 3.nam in ciuilibus eſt puniendus à iudice ſeculari. vt tenet Aufr.in clem.1.regul.1. n.19. de offic.ord.Cou.ru.pract.quæſt.32. n.4. dico verb lis.§.35.

Verbo Legatum.

1 LEgatum eſt quædam donatio relicta à teſtatore,& ab hærede præſtāda.prin. vbi Doct.inſt.de legat.& l.legatum.116.ff. deleg.1.& l.legatum.36.vbi Doct.ff.deleg. 2.& gl.2.in c.2.vbi Ioann.Andr.de teſtam. Iaſ.in l.1. n.6. ff. deleg.1.& legata facta in teſtamento, ſunt acceſſoria teſtamenti, & ſunt pars accidentalis,non autem ſubſtantialis teſtamenti, nec eſſentialis,nec prædicamentalis, nec ſubiectiua, nec integralis,quoniam teſtamentum ſine legatis conſiſtere poteſt. l.1. §. qui neq; legaturus.ff. de hæred.inſt.

2 Legatum relinquitur in teſtamento,aut in codicillo, vnde teſtari , & codicillari ad hoc equipollent , & qui poteſt teſtari, ſeù codicillari, poteſt legare,& relinquere fidei commiſſum , & qui non poteſt teſtari, nec codicillari, non poteſt legare.l.ſciendum. vbi Bart.Bald. Aret.Alex.Iaſ.& omnes. ff.deleg.1. & l.Diuus.§.codicillos.ff.de iure codill.& ille regulariter poteſt capere legatum, qui poteſt hæres inſtitui, quia lega tarius in re legata cenſetur quaſi hæres. l.id tempus. §. in re legata , vbi Doct. ff.de vſucap. & l.ſi ei cuius. ff. communia præd.& l.2. §.cum quis debitori.ff.de hæred. vel act. vend. Iaſ. in l apud Iulianum. n.10.ff.deleg.1. Paul.de Caſtr.in l.quod in rerum.§.1. ff.eodem.

3 Legare tamen poteſt pater filio,ſeù filiæ ſpuriæ ratione alimētorum quamuis illos hæredes inſtituere non poſsit, vt tenet Abb. & alij in c. cum haberet. de eo, qui dux.in matrim.idem Abb. conſil.115.n.7. lib.2. Bart.in auth.ex complexu. nu.3.C. de in cæſt. nupt. Bald. in l. fin. C. de his, quib. vt indign. Ioan.de Imol.in l.Lucius. §.1.ff.deleg.1.

4 Legatum relictum fratribus minoribus valet, cum intelligatur relictum pro concernentibus cultum diuinum,& aduictum, & alimentationē illorū.gl.verb.indirectè. in clem.dudum.de ſepult.Federic.de Sen. conſil.4. Bart. in clem. exiuit. col. vlt. de verb.ſign. Bald. in auth.ingreſsi. C.de Sacro Sanct. Eccleſ.Abb.conſil.63.n.2.lib.2. Cald. conſil.fin. Anch.conſil.369. Gemin. conſil.46.Old.quæſt.224.& 287.Bald.conſil.104. lib.1.

5 Legatum relictum ad pias cauſas valebit, licet hæres renunciet hæreditati , aut noluerit illam adire ,quoniam legatum ad pias cauſas non ſubiacet ſolemnitatibus iuris ciuilis,vt notat Abb. in c. relatum.1. n.6. de teſtam.Bart.in l.1. n.6. C.de Sacro Sanct. Eccleſ.Bald.conſil.287. lib.4.& cōſil. 20. lib.5. Dec.in l.ſi nemo.n.3. ff.de regul.iur. ſumma Angel.verb. legatum.2. §. 9. Bald. in auth. hoc amplius. col.2.C.de fid.cōmiſſ.& in rep.d.l.1. C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.col.18. verſ. ſuper noua Ang.& Iaſ. n.20. in l.cam quàm. C. de fid.commiſſ. & hoc eſt intelligendum quando hæreditas adiri poteſt ex teſtamento,vt tenet Angel. in l.ſi ſecundum. ff.de teſtam.milit.quoniā ſi teſtamentum deficeret propter defectū teſtium,aut aliomodo,non valerent etiam legata ad pias cauſas, niſi ſint illa, quæ cōfirmantur. per auth.ex cauſa. C. de liber. præter. vt tenet gl.verb. non ſint caſſa. in l.1. vbi Bart.n.3.C.de Sacro Sanct.Eccleſ. & dicam infra.§.29.

6 Legatum eſt recta via petendum ab hærede adita hæreditate , quoniam tūc ad legatarium tranſit dominium rei legatæ. l. Imperatores. ff. de pact. & l. ſi tibi, §.cum

ſeruus.

Digitized by Google

ſeruus. ff. deleg. 1. & l. talis ſcriptura. vbi Iaſ. n. 42. ff. deleg. 1. Bart. in l. cui fundus. n. 5. ff. de cond & demonſtr. licet enim dominiũ rei legatæ teſtatoris ipſo iure trãſferatur in legatarium debet tamen rem legatã capere de manu hæredis, l. 1. in prin. ff. quorum bon. imo ſi adita hæreditate per hæredem legatarius propria auctoritate caperet legatum, remaneret priuatus legato ipſo. l. non dubium. vbi communiter Doct. C. deleg & gl. pen. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. quando tamen ignoratur quis ſit hæres poteſt legatum peti à poſſeſſore bonorum hæreditariorum. gl. ver. pro parte. in l controuerſia. vbi Bart. Fulg. Paul. de Caſtr. Ang. Bald. Iaſ. & omnes. ff. de trãſact. ſi tamen legatum non reciperet dilationẽ temporis, bene poterit peti ante aditam hæreditatem, ſicut legatum pro ſepultura teſtatoris, vel pro ſubſtentatione infirmorum, aut inſimilibus, tunc enim nõ requiritur aditio, ex Cin & Bald. in l. fin. §. donec. C. de iure delib idem Bald. & Iaſ in l. cam, quam. C. de fid. cõmiſſ Ang. & Imol. in l. 1. & in l. hæc ſtipulatio. ff. vt leg. ſeù ſidei commiſſ. nomin. caueat.

7 Legatum non poteſt peti pendente accuſatione de falſo teſtamento. l. ſi teſtamẽtum. vbi Doct. ff. de pet. hæred. niſi vnus ſit qui falſum teſtamentum dicit, & alius qui petit legatum, quia tunc ſi legatarius, qui petit dederit cautionem, de reddendo legato, euicta hæreditate, eſt audiendus, & debet illi tradi legatum. l. ſi in fraudem, vbi Bart Bald. Alex Salic. & Iaſ C. deleg. d. l. ſi teſtamentum. vbi Doct. ff de pet. hæred. & l. qui hæredi. §. cũ hæreditas. ff. de cõd. & demonſtr. ſi tamen legatarius ſit ille, qui teſtamentum arguit de falſo, non poteſt petere legatum, etiã ſi cautionem præſtet, quoniam nõ poteſt vti duabus actionibus ſibi contrarijs, ſed potius ſuſcipiens legatum ex inofficioſo teſtamento ſibi præiudicat, & videtur illud approbare l. ſi pars. § illud. & l. nihil. ff. de inofficioſo teſt. & l. licet. vbi gl. ver. ignorares C. ad leg Corn. de falſ. & gl. verb. non eſt dandum. in l. ſi teſtamentum ff. de pet. hæred.

8 Aduocatus, qui ſcienter præbuit aduocationem pro hærede videtur approbare teſtamentum, vt illud poſtea de falſo arguere non poſsit. l fin vbi Doct. ff. de inoffic teſt & gl. 1. ibidem. ſi tamen ignorabat quod ſibi ex illo teſtamento aliquod ius competebat, non facit tunc illi aduocatio præiudicium, neq; videtur per illam aduocationem iuri ſuo renunciare. l inter officium. vbi Bart. ff de rei vind. & l. qui cum maior. § ſi patroni. ff. de bon. libert. & l. mater decendens. & l. filius non. ff. de inoffic. teſt. & l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indign. eligens enim quod credo habere non videor amittere, nec renunciare illi, quod habeo. d. l. decedens. vbi gl. verb. competere. ff. de inoffic. teſt.

9 Legatum etiam non poteſt peti ab hærede, dum hæres eſt conſtitutus intra tempus conficiendi inuentarium, moleſtari enim intra illud tempus non debet hæres, nec a legatarijs, nec à creditoribus. l. fin. §. donec. vbi Bart. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. C. de iure deliber. & idem Iaſ. in l. cam quam n. 20. C. de fidei commiſſ.

10 Legatario competit actio rei vindicationis, & perſonalis, & hypothecaria, quãdo teſtator legat rem ſuam, tunc enim dominium rei legatæ recta via tranſit ad legatarium. l. à Titio. vbi gl. vlt. in fin. & Doctor. ff. de furt. & l. 1. vbi Bart. Bald. Iaſ. & omnes. C. communia. deleg. & l. cum filijs. §. varijs. ff. deleg. 2. & l. legatum. 80 ff. eodem. §. noſtra inſt deleg ſpecul. in titul. de teſtament. §. in primis verſ. in actione autem ex teſtamento, & §. ſequitur. verſ. item nata Iaſ. in l apud Iulianum alias. l. cũ ſeruus n. 8. ff deleg. 1. Dec. in l. expreſſa n. 7. ff. de regul. iur. ſi tamen legatum non erat teſtatoris, non tranſit dominium in legatarium, niſi facta traditione, & tunc eſt petendum ab hærede, vt tradat legatum, aut æſtimationem illius. l. cum alienam. vbi gl. verb. peti poteſt. & Doct. C. deleg. & l. non dubium. ff. deleg. 3. & §. non ſolum. inſt de leg. aut quando eſt legatum in genere, l. apud Aufidium. vbi Doct. ff. de opt. leg aut in legato alternatiuè, ſeù electiuè, quia tunc non tranſit dominium in legatarium, niſi poſt electionem. l. huiuſmodi. §. ſtichum. ff. deleg. 1. & l. ſtatu liberum. §. ſtichum. ff. deleg. 2. aut in legato ſubconditione, quia tunc non tranſit dominium in legatarium niſi adueniente conditione. l. Sempronius. vbi Doctor. ff. de vſu fruct. legat. ſumma Angel. verb. legatum. 1. §. 55.

11 Legatum relictum ſubcõditione caſuali, non poteſt peti ab hærede, nec cõpetit legatario, pendente conditione, quoniam ſi legatarius moriatur, antequàm conditio adimpleatur, non tranſit tunc legatum ad hæredem legatarij. l. legata. ff. de cond. &

demonſtr. & l.ſi Titio, & l ſi poſt diem.§. ſed ſi ſubconditione. ff. quand. dies legat. ced.& l.vnica. §.ſin autem. vbi Bart. Bald. & omnes.C.de cad.toll. & l.tutor datus.ff. de teſtam. tut. & ſi ſub pluribus conditionibus ſit legatum relictum ſperatur nouiſſima conditio, niſi ſit in fauorem libertatis, quia tunc leuiſsima conditio expectatur. l.ſubdiuerſis. vbi Doct. & l.quod traditum. ff.de cond.& demonſtr.& l.ſi mihi, & tibi. §. in legatis,vbi Bart.Bald.Paul. de Caſtr.Iaſ.& omnes. ff.deleg.1. & Salicet.in l.Sancimus.C.de teſtam.

12 Legatum aliquibus re coniunctis ſubcõditione ſi antequam conditio adueniat aliquis eorum moriatur,debetur tunc legatũ totum illis, vel illi, qui tempore exiſtẽtis conditionis ſuperſtites ſunt,& nihil debetur hæredibus illorum, qui mortui ſunt ante aduentum conditionis. l.vnica. §.ſin autem.C.de caduc.toll.& l.cum filio familias, & l. ſi duobus. §.fin. ff. deleg.1. & l. ſi quis legàta. §. fin. vbi Bart. ff. de cond. & demonſtr.& l.re coniuncti. vbi Doct.ff.delegat.3. & l.hæredi cum poſtumo.ff.de acquir.hæred.& l.quo loco.§.ſi iam.ff.de hæred.inſt.& §. ſi eadem res.inſt. deleg gloſſ. verb.ex patruis. in c.Raynaldus.de teſtam. ſi tamen legatum relictum ſit duobus quorum vnus eſt incapax legati, non acreſcit tunc pars illius alteri,ſed remanet hæredi, l.ſi Titio,& ei. vbi Doct.ff.deleg.2.& l.plane.§.ſi coniunctim ff.delegat.1.

13 Legatum relictum incapaci, remanet hæredi, ſi reſpectu perſonæ incapacis ſit relictum. l.ſi in metallũ. ff de his,quæ pro non ſcript hab. & l.pater. §. fidei cõmiſit. ff.deleg.3.ſi autem non ſit legatũ incapaci reſpectu & cõtemplatione ipſius perſonæ incapacis,ſed reſpectu, & contemplatione animæ defuncti, tunc deficiente illa perſona debet legatũ conuerti ad aliud opus pium, vt volũtas defuncti in effectu adimpleatur. l.legatũ. vbi Doct. ff.de vſu fruct. leg. & c.nos quidem de teſtament. Bart.in l.pater filium.§.Tuſculanus. n.1. ff.deleg. 3.ſumma Ang.verb legatum.1.§.8.

14 Legatum tamen pluribus relictum, ſeù alicui ſubconditioue pertinet ad hæredẽ legatarij, ſi legatarius moriatur poſt conditionem adimpletam, licet antequam illud conſequatur.l.Sipontionilla. vbi Doct. & l.cum vxori,& l.fin.C.quando dies legat. vel fidei commiſſ. & l.pater filium. §.fidei commiſit. vbi Doct.ff.deleg.3.

15 Legatum nõ tenet, ſi legatarius præmoriatur, l.quidam referunt. ff. de codicil. & l.ſi ei cui,& l.Diui.§.fin. ff.de iure codicil. & l.vnica.C.de his.qui ante apert.& §.poſteriore. inſt. quib.mod.teſtam.infir.Abb. in c.nos quidem. n.14. de teſtam.& ſi fuerit legatum relictum illi,qui tempore teſtamenti mortuus erat pro non ſcripto habetur. l.ſi eo tẽpore.ff de his,quæ pro non ſcript.& l. ab omnibus. §.in teſtamento.ff. delegat.1.& l.vnica. §.ea etenim. C.de caduc. toll. ſi tamen proprietarius moriatur priusquam vſu fructuarius, non extinguitur proprietas. l.ſi patri, vbi Doctor.C.de vſu fruct.& hab.

16 Legatum relictum illi,qui captus eſt ab hoſtibus habetur pro non ſcripto, ſi non fuerit reuerſus. l.ſi ſeruo. §. ſi ei.vbi Bart. ff. delegat.1. quoniam captus in bello, & incaptiuitate mortuus fingitur mortuus ex hora captiuitatis.l.in bello.§.1.vbi Doctor.ff.de captiu.& l.lex Cornelia.ad fin.ff. de vulg. & pupill. imo poſtliminio carent, qui armis victi hoſtibus ſe dederunt. l. poſtliminio.ff.de captiu.attamen ſi reuertatur, videtur ſemper fuiſſe in ciuitate. vt inquit Bart. d.l. ſi ſeruo. d.§.ſi ei. ff.delegat.1.

17 Legatum etiam in fideicommiſſo relictum, remanet apud legatarium, & non apud hæredem illius, cui legatarius dare tenebatur ſi ille, cui legatarius dare tenebatur,præmoriatur,niſi legatarius ille eligeretur, vt miniſter illius legati. l. ſi quis Titio. vbi Doct.ff.deleg.2.& l. Iulianus. & ibi gl.verb.ſcium.ff eodem.& l.pater filiũ. §.fidei commiſit. ff. delegat.3. & l.filio. §. matri. ff.de adimend. leg. & l.Lucius. §.1. vbi Doct.ff.ad treb.

18 Legatum relictum perſonæ prohibitæ in tacito fideicommiſſo applicatur fiſco, & non remanet hæredi, puta quis habet filium ſpurium, cui non poteſt relinquere legatum vltrà illud, quod intra modum ſit ad alimentum, habet tamen amicum, cui relinquit illud legatum in tacito fidei cõmiſſo, vt illud filio eius ſpurio reſtituat, tale enim legatum applicatur fiſco,& neq; apud legatanũ, neq; apud hæredem teſtatoris remanere poteſt, quoniam tunc illo modo fit fraus legi. l.in tacitis,vbi Doct.ff. delegat.1. & l. non intelligitur. in prin. & §.tacita.ff.de iure fiſc. & l.cum quidam.§. in tacito. ff. de vſur. & l. prædonis. ff. de pet.hæred.& l.ex facto.§.Iulius.ff.de vulg. & pup.

Digitized by Google

& pup.& l.cũ tabulis. §.fin. ff.de his quib. vt indign.

19 Legatum, quod legatarius repudiauit remanet apud hæredem cum ſua obligatione. l. quædam ſunt. vbi Bart. ff.de reb. dub.& l.ſi ita legatum ſit. §.ille ſi volet.ff. deleg.1. ſicut eſt in legato directè relicto incapaci. l.pater meus. aliàs. l.celſus.ff.deleg.2. & l. ſi metallum, ff. de his,quæ pro non ſcript.hab.

20 Legatum, aut in totum eſt repudiandũ, aut in totum acceptandũ,non poteſt enim legatarius pro parte acceptare,& pro parte repudiare.l.Grege.& l.ſi cui.58.vbi Doctor.ff.deleg.2.& l.qui duobus.ff.de cond. & demonſtr. niſi pars legati ſit vſucapta viuo teſtatore, quia tunc poteſt legatarius pro parte adire legatum, l.qui hæredi.§.ſi pars.vbi Doct.& glo.fin.in l.qui duobus.ff. de cond.& demonſtr.& l.ſi ex toto.in prin. ff.deleg.1.

21 Legatum, quod diuidi poſsit, relictum duobus ſubconditione centum dandi, poteſt ab vno repudiari, & ab alio acceptari, & tunc ille,qui dedit quinquaginta, & pro ſua parte adimpleuit conditionem,habebit ſuam partem legati,& alius non,qui nõ adimpleuit conditionem. l. ſi quis legata. §. duobus. vbi Doct. & l. cui fundus. ff.de cond. & demõſtr.& l.legatarius.vbi Bart. Bald.Imol.Flor.Alex.Iaſ.& omnes.ff.delegat. 1. & l.ſi plures. vbi Doct. C.de cond. inſer. & l. ſi ita fuerit ſeruus. ff. de manu. teſtam.gl.verb.is, qui in ius. in c.is qui de regul.iur.lib.6. ſi tamen conditio ſit indiuidua, tunc in totum eſt adimplenda, & vnus illam adimplere poteſt, altero nolẽte, & tunc ille ſolus cõſequetur totum legatum, & ſibi proderit, & non alteri, qui conditionem non adimpleuit, l.ſi plures. vbi gl.verb.conditionem, Bart.Bald.Ang. Paul.de Caſtr.Salicet.& omnes.C.de cõd. inſert.& gl.pen.in l.ſi quis.§.fin. ff.de cõd. & demonſtr.

22 Legatum ſubconditione relictum non poteſt à legatario repudiari ante aduentũ diei, vel conditionis, quoniam ad eum nõ pertinet, legatum antequam cõditio exiſtat. l. ſi ita ſit ſcriptum.§.ſi ſubcõditione. vbi Doct.ff.delegat.2.& l.is qui hæres.ff.de acquir.hæred.& l.1. §.decretalis.ff.de ſucceſſ.edict.& l.ſi dies.ff.eodem.

23 Si tamen plura fuerint legata non tendentia ad vnum finem, neq; onus ſit vni iniunctum, bene poterit tunc legatarius vnum repudiare, & alterum amplecti. l. ſed duobus. ff.deleg.2.& l.ſi legatario.ff.de fideicommiſſ.libert.& gl.verb.non poteſt. in l.1. ff.de acquir.hæred Bart.in l.neminem. n.3. ff.deleg.2.

24 Legatum relictum alicui ſubconditione poteſtatiua,poteſt peti ab hærede,etiam ſi legatarius nõ impleret, quia tunc pro impleta habetur. l. ſi quis ita legauerit. vbi Doct.ff.de cond.& demonſtr. & gl.fin. in l. multa. ff.eodem.& l.Titia.§.ſi ea conditione. vbi Bart.& alij.ff.deleg.2.& l.Mæuia ff. de ann.legat.& l.1. C.delegat. & l.cũ quidam. vbi Doct. C. de cond. incert.& dixi ſupra verb.conditio.§.7.& §.10.

25 Legatum relictum ſubconditione impoſsibili, turpi, aut cõtra legem debetur, quamuis conditio non poſsit adimpleri, quia talis cõditio pro non impoſita habetur.l.ab omnibus.§.in teſtamento.vbi Doctor. ff.delegat.1, & l.obtinuit, vbi Bart.ff. de cond.& demonſtr. & l.non dubitamus. ff.eodem.& l.1.ff.de cond.inſt. & §.impoſſibilis. vbi notant ſcribẽtes.inſt.de hæred. inſt.& §.fin. inſt.delegat.neq; etiam hæres obligatur ſubconditione impoſsibili, aut contra iuris prohibitionem, ſiue contra honeſtatem, ſeù in oprobrium, vel turpitudinem, puta dixit teſtator, hæres meus, ſi cœlum digito non tetigerit, aut ſi non dederit inquilinum ſine prædio, aut ſi reliquias meas non proiecerit in mare,& ſimilia, dabit centum Titio, hæc conditio habetur pro non ſcripta,& hæres ad illam non tenetur,& releuat oneratum,quaſi per illum non ſtetiſſet.§.fin.vbi gl.ver. impoſſibilia. vbi Doct.inſt.delegat. & glo.1. vbi Bart.ff.de cond.& demonſtr. idem Bart.in l.1. à n.1.ff.de cond.inſt.

26 Legatum alicui relictum ſubcõditione ſi filio ſuo nupſerit, & ille filius moriatur antequam matrimonium contraheret,non poteſt peti,quoniam per mortẽ illius expirat legatum illud, cum teſtator aliàs nõ erat relicturus, quoniam ſi monſtraretur, quòd teſtator non reliquiſſet illud legatũ ipſi legatario contemplatione nubendi cũ filio ſuo, ſed illud relinqueret etiã ſi filio ſuo non nuberet, nòn expiraret tunc legatum per mortem filij. l. legatum.vbi gl. 1. & Doct. C.de cond.inſert. & dixi ſupra verb.conditio. §.11. & ita ſi filius ille noluiſſet nubere cũ legatario,quia tunc conditio habetur pro impleta. l. ſi poſt diem. vbi Doct.ff.quando dies legat.

Legatum

Digitized by Google

27 Legatum relictum mulieri ad nubendũ acquiritur patri illius, ſi ſub patris poteſtate perſiſtat, & illi eſt legatum tradendũ, attamen ſi emancipata exiſtat, ipſi mulieri acquiritur, & non patri. l. ſi vxorem. vbi Doctor. C. de cond. inſert. & l. ſi legati. ff. de pign. & hypoth. & l. ſi poſt diem. §. ſi cum dies. ff. quando dies leg. ced.

28 Legatum mulieri viduæ, ea cõditione, vt permaneat inuiduitate, valet tam relictum à viro, quam ab extranea perſona, & mulier tenetur de iure ciuili adimplere conditionem, l. non dubium. ff. delegat. 3. auth. cui relictum. vbi Doct. C. de in dict. viduit. & auth. de nupt. §. quæ vero. coll. 3. gl. ver. poſſe. in l. quotiens. vbi Bart. & alij. ff. de cond. & demonſtr. aliter tamẽ in primis nuptijs, nã ſi aliquis relinquat aliquod legatum mulieri virgini, aut illi quæ nunquam nupſit ea conditione, ne nubat, non valet talis conditio, & poterit nubere, & habere legatum, quoniam licet conditio valeat de permanendo inuiduitate, nõ valet tamen ad impediendum primas nuptias, l. hæres meus. §. quod in fraudem. vbi Doct. & l. quotiens, vbi gl. ver. poſſe. & l. cum tale. §. Mæuiæ. & l. Titiiæ. ff. de cõd. & demonſtr. & gl. fin. in auth. cui relictum. vbi Doct. C. de in dict. viduit.

29 Legata debentur, quamuis teſtamentũ ſit irritum expræteritione, aut ex hæredatione filiorum, ſeu parentum. authẽt. ex cauſa. vbi Doct. de liber. præterit aliter tamen in poſthumo præterito, quando pater mulierem prægnantem ignorabat. l. 1. vbi gl. verb. nihil. & Bart Bald. Salicet. Alex. & omnes. C. de poſthu. hæred. inſt. & l. qui vxorem. ff. de iniuſt. teſtam. & l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. Bart. in l. filio præterito. numer. 8. ff. de iniuſt. ruptoq; teſt. aut quando teſtamentum alia de cauſa non valet, & filius ſuccedit ab in teſtato, tunc enim neq; legata debentur. l. ſi quis teſtamento, vbi gloſ. verb. aliquo. vbi Bart. ff. delegat. 2. & l. eam qui. Doct. l. ſi veritas. & l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. & gl. ver. non eſt dandum in l. ſi teſtamento. ff. de pet. hæred. & quãdo legata debeantur de ſecundo teſtamẽto imperfecto. dico. ver. teſtamentum. §. 71.

30 Legatum reuocatur per ſuperuenientes capitales, ſeù graues inimicitias, & remanet apud hæredẽ, & qui cauſam ſtatus mouet contra teſtatorem remanet indignus legato, & applicabitur fiſco. l. ſi inimicitiæ. vbi Bart. ff. de his quib. vt indign. & l. 3. §. fin. & l. ex parte. ff. de adimend. legat. & l. fideicommiſſum. vbi Bart. Bald. Paul. Iaſ. & omnes. C. de fideicõmiſſ. & etiam fit legatarius indignus legato, & fiſco applicatur, ſi poſt mortem teſtatoris coiret cum muliere teſtatoris quia etiam poſt mortẽ illi facit iniuriam, vt tenet gl. in d. l. fidei commiſſum. vbi Bart. Paul. de Caſtr. & Iaſ. C. de fideicõmiſſ. & ſi has inimicitias, quis voluerit probare expreſſe, & vt vltimas voluntas tollatur per aliam voluntatem teſtatoris, eſt neceſſaria ſolẽnis probatio, quæ requiritur in factione cuiuscumq; teſtamenti, ſi tamen poſt legatum factum ſit orta inimicitia capitalis, ſeù grauis, inter hæredem, & legatarium, per quam præſumitur reuocari legatum, ſufficit tunc probatio per duos teſtes. vt tenet Bart. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. in d. l. fideicõmiſſum. C. de fideicommiſſ. & in l. filio, quem pater. ff. delib. & poſthu.

31 Legatum debet probari per illũ numerum teſtium, per quem teſtamentum probatur l. quæſtionem. §. ſiue. vbi gloſ. verb. oſtenditur. & Doct. C. de fid. commiſſ. & l. ſi non. C. de teſtam. & Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi iudex. n. 12. ff de rei vind. & in l. 2. n. 11. C. de bon. poſſ. ſecund. tab.

32 Legatum relictum per verba diffamatoria, aut contra formam legis, ſeù contra bonos mores non valet, ſi contineant aliquam ſpeciem turpitudinis. l. turpia. vbi Bart. Bald. Imol. Salic. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. & l. ſi quis inquilinos. §. ſi quis. vbi Doct. ff. deleg. 1.

33 Legatum non valet, quando ignoratur, cui teſtator legauit. l. ſi fuerit. vbi Doct. & l. quem hæredi, & l. ſi quis de pluribus. ff. de reb. dub. & l. ſi Titius. hæres. ff. de cõd. inſt. ſi tamen teſtator dicat lego centum Titio. vt illa det, illi perſonæ, quam ego illi dixi, valet tunc legatum, quia iam apparet cui teſtauit, & ſi teſtor dixiſſet lego centum Titio, vt illa det, illi, quem dixi Petro, & Antonio, ſi ille Petrus, & Antonius concordant, dabitur legatum Titio, qui illud tradet illi perſonæ, quam dicũt illi Petrus, & Antonius, ſi autem diſcordant, inſpicietur veriſimiliter de qua perſona teſtator ſentiebat propter affectionẽ, aut conſanguinitatem, aut ſimiliter aliàs remanebit legatum apud legatarium, qui propter in certitudinẽ circa aliũ tertium, retinebit ſibi, vt tenet Bart. in l. quem hæredi.

Digitized by Google

hæredi. n.2.ff.de reb.dub.Merg. conſil.46. n.24.ſi tamen legatum relictum ſit pro redemptione captiuorũ, ſeu ad pias cauſas, non eſt tunc neceſſe,vt appareat perſona, cui legatum ſit tradendum.l.nulli,vbi Doctor.C.de Epiſc.& Cler.& l.legatum. ff.de vſu fruct.legat.& c.nos quidem de teſtam. Bart.in l.pater filium.§.tuſculanus.nu.1.ff. deleg.3. ſumma Ang.ver.legatum.1.§.8.

34 Legatum etiam non tenet,quando deſinit eſſe in hominũ cõmercio, ſinè fraudè hæredis, & tunc hæres exoneratur, quia obligatio extinguitur,ſi res eximitur à cõmuni commercio. l. ſi alienum. & ibi Iaſ. ff.deleg.1.& l.inter ſtipulantem.§.ſacram. vbi Bart. Angel. Imol. Alex. Iaſ. & alij.ff. de verb.obligat.& l.mortuo.§.labeo.ff.deleg.2.& l.multum. ff.de verb.ſign. nec etiã debetur legatum, ſi non appareat. l.vxor. C.delegat.& l.ſi domus.§.fin. & l.cum res. §.ſed ſi, & l.ſi ſic.§.1. ff. delegat.1.& l.omnia.§.ſpecies. vbi Doct.ff.delegat.2. Iaſ.in d.l.cum res.n.30.ff.deleg.1.

35 Legata tamen ſpecie,ſi perierit,ſine culpa hæredis, peribit legatario. l.non amplius. §.1. vbi Doct.& l.ſi alienum, & l.cũ res.& l.huiuſmodi. §.ſi cui. ff.delegat.1.& §.ſi res.inſt.delegat.poſt moram tamẽ hæredis debetur æſtimatio,& fructus præcepti,& præcipiendi. l.apud Iulianum,aliàs. l.cum ſeruus. §.fructus. apud Doct. ff.delegat. 1.

36 Legatum alienatũ à teſtatore,antequàm moriatur non debetur præſtari ab hærede,ſi teſtator animo adimendi illud alienauit, aliter enim debetur æſtimatio. l. ſidei commiſſa,§.ſi rem. vbi Doct. ff.deleg. 3.& l.ſi ex toto.ff.delegat.1.& §.ſi rem ſuã. vbi Ang.inſt.delegat.Iaſ.in l.ſtichum.n.4. & in l.legato generaliter. nu.25.ff.delegat. 1.ſumma Angel.verb.legatum.1.§.26.Gerip.conſil.42. n.12.& ita ſi facto teſtatoris deſinat ſtare legatum. l.cætera. §. fin. vbi Iaſ.n.4.& Bart.in prin.ff.deleg.1. gl.verb. dedit. in l. qui poſt teſtamentum. vbi Iaſ. n.2. C.delegat.& l.rem legatam. ff.de adimeud.legat.dico verb.teſtamentũ.§.103.

37 Teſtator legans rem pigneratam creditori , non videtur in dubio, legare animo compenſandi,& cum nõ oſtendatur, quòd teſtator animo compenſandi legaret, poteſt legatarius petere pecuniam creditam, vltrà legatum, l.Imperator.§.ſi centum.& l.creditorem.vbi Doctor.ff.delegat.2.& l. Lucius.ff.delegat.1.& l.creditor. vbi Doct. & l.qui poſt.& ibi Bart.Bald.Salicet. Ang. Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& omnes.C.deleg.

38 Legatarius poteſt petere ab hærede vltrà legatum, illud,quod diſpendit cũ defuncto in illius infirmitate,ſeu funere.l.legatum.vbi Salicet.Paul.de Caſtr. & alij.C. de relig.& ſumpt.funer.aliter tamen in famulo,cui dominus ſalarium debebat. ord. lib.4. tit.31.§.11.

39 Legatarius petens legatum non tenetur edere teſtamentum,quamuis in libello faciat mentionem illius,quoniam teſtamentum debet eſſe apud hæredem,& nõ apud legatarium. l. 2. vbi Doct. ff.de edend.& l. procurator. vbi gl.verb morem.C.eodem. ſi tamen legatarius teſtamentum celauerit vt hæredem hæreditate ſua fraudaret,quia forte illud ſurripuit, aut aliquomodo in ſua poteſtate habuit, fit tunc indignus legato,& remanebit apud hæredem. l.ſi legatarius.vbi Bart.Bald.Ang. Salicet.Paul. de Caſt.Alex.Iaſ.& omnes. C.delegat.ſicut ille legatarius,qui vi,aut clam, aprehendit legatum poſt aditam hæreditatem per hæredem. l.non eſt dubium.vbi gloſ.& Doct. C.eodem tit. Iaſ. in d. l.ſi legatarius.nn.1. & dixi ſupra. §.6.

40 Legatum debet præſtari per hæredẽ vbi teſtator moriens illud relinquit.l.cum res. vbi Bart.Aret.Iaſ. & alij. ff. delegat.1. & l. quod legatur.ff.de iud.& gl.verb.exigatur. in l.cum ſeruus.ff.eodem.Cin.in l.1.C.vbi fideicommiſſ.peti deb. & ita ſi legatum ſit in loco longinquo, debet per quiri ſumptibus hæredis,quoniam non videtur teſtatorem voluiſſe, vt legatarius faciat ſumptus in per quirẽdo legatum ita vt inutile reddatur.l.c ũſeruꝰ.vbi gl.& Doct.ff.deleg. 1.& Bart. n.2. Iaſ.n.11. & alij,in d. l.cum res. ſemper tamen eſt inſpicienda voluntas, & intentio teſtatoris, vt habetur in d. l.cum res,& ibi notant ſcribentes. & l.qui concubinam. §.qui hortus. & l.his verbis. §.fin.ff.delegat.3. ſi autem legatum fraude & dolo hæredis alibi ſit tranſlatum, debet præſtari, tunc vbi petitur. l.quod legebatur. vbi Doct.ff.de iud.& Iaſ. in d.l.cũ res n.25. ff.delegat.1. ſi tamen ſine culpa hæredis,eſt diſtinguendum,vt per gloſſ.verb. exigatur.in d.l.cum ſeruus.ff.delegat.1.

41 Legatum pluribus relictum intelligitur pro partibus æqualibus, niſi ex teſtatoris voluntate aliud colligatur.l.legata.§.in legato.vbi Doct.ff.delegat.1.& l.quotiens.§. hæredes. ff.de hæred. inſt.& l. Titius. & l. interdum.

Digitized by Google

interdum.ff.eodem.& l cum quæſtio.§.fin. C.delegat.§.& ſi eadem res inſt.delegat.

42 Legata non debentur neq; ſoluuntur, niſi deducto ære alieno, vnde prius quam legata ſoluantur eſt deducendum æs alienum ex omni accruo.l.1.§.deniq;.vbi Doctor. ff.ad treb.& l.qui autem.§.pen.ff.quæ in fraud.cred.& l.vnica.§.igitur. vbi Bart. Bald.& Salicet C.de rei vxor.act.& gl.ver. in fraudem.in §.item ſi quis, inſt.de act.& ſi legatum vni ſit factum in quantitate diminuitur pro rata, per alia legata ſi hæreditas non ſit ſoluendo, & facultates illius non ſufficiant, quamuis aliter ſit in ſpecie legata. l.2.§.ſi quid. vbi Ang. Alex. & Iaſ. ff.de cond.indeb.idem Ang.in l. quærebatur.ff.ad leg.falc.& l.is qui ſola.vbi Iaſ.nu. 3.& alij.ff.delegat.1.& l.interdum. §.1.& l. clemens.ff de hæred.inſt. & l.ſi ita ſcriptũ ſit. ff.deliber.& poſthu. & §. ſi quis agens. inſt. de act.

43 Legatum ſi acreſcit,aut diminuitur poſt teſtamentum, acreſcit, aut diminuitur legatario. l.quod in rerum.§.ſi quis.& l.ſi ex toto. vbi Doct.ff.delegat.1.& l.ſi quis ſeruum.§.ſi quis.& l.cum fundus,& l.peculiũ. ff. deleg. 2. vnde legato grege vniuerſali venit tunc omne incrementum,& ſi diminuitur vſq; ad vnum pecus, illud tantum habebit legatarius. l. grege legato. vbi Bart.Alexãd.& Iaſ.& l. ſi grege. vbi Bart. Aret. Imol.Paul.de Caſtr.Iaſ.& omnes. ff. delegat.1.& l.peculium.vbi Doct.ff.deleg. 2.& §.ſi grex.inſt.delegat. reprobata opinione Bald.in c.Imperatorum.col.2.de iurament,calum.dicentis,quod ſi teſtator legat alicui gregẽ, & capita omnia ſint mortua,excepto vno, non debeatur illud, quia non poteſt ſupplere vicem aliorum mortuorum quia licet vniuerſitas facti nõ poſſit conſiſtere in vno,aliter tamẽ eſt in vniuerſitate perſonarum. l.ſicut.§.fin.vbi Doctor. ff. quod cuiusq; vniuerſit.& gl.verb. pauciores.in c.2.de poſtulat.prælat.

44 Lagata lana, aut maſſa,ſi poſtea fiat veſtis,aut ſciphus, tenet legatum, & debetur illud, quod extat, ſi teſtator non mutauit voluntatẽ. l.ſeruum. §.ſi pocula.vbi Bart. Alex.Iaſ.& alij.ff.delega.1 & l.lana. vbi gl. verb.conſiſtere.& Doct.ff.delegat.3.

45 Legato ſolo venit domus poſtea ædificata, & ita legata domo ſi poſtea diſtruatur,ſeù comburetur venit area tantum. l. ſeruum.44.§.ſi areæ. vbi Doct.& l.ſi ita.§. fin. & l.ſi Grege.ff.delegat.1. & l.ſi areæ.ff. delegat.2. & l.ſi chorus. §.area.ff.delegat. 3,& §.ſi grex.vbi Doct.inſt.delegat. & Iaſ. in d.l.ſeruum. §.ſi pocula.n.2 ff.deleg.1.

46 Legata domo ſimpliciter intelliguntur legata omnia ibi fixa ita vt alteri legari nõ poſsint, niſi in parua domo, quæ diſtrui poteſt. l.cætera. §. tractari, & § hoc ſenatus. verſ.item.& l.ſenatus. §.Marcellus.ff. delegat.1.& l.fundi nihil.ff.de act empt.& l.dolia.ff.de fund.inſtr. Bald.Ang.Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij. in l.1.C.de verb.ſign.

47 Legata domó videtur etiam legatus hortus domui contiguus, & cohærens, & ad vſum illius ſeruiens, ſi vero non ſit cohærens, nec ad vſum domus ſeruiens,non videtur legatus, niſi teſtator illud exprimat. l.prædijs. §.qui domum.vbi Doct.ff.deleg. 3. & l.olimpico.ff.de ſeruit. vrb. præd. & c.fin. vbi gl.12.quæſt.2. Ant.de Butr.Hoſt. Ioan.And.Abb.& alij. in c.Rainuntius de teſtam.Bald.Flor.Paul.de Caſtr.& Bart. in d. l.Olimpico,& Iaſ. in l.beneficium.n.14. ff. de conſt. prin. & etiam videtur legatus actus, iter, & acceſſus. l. ſi fundum. 81. §. qui ſundum. vbi Iaſ. n.6. ff.delegat.1. & l. teſtatrix.vbi Bart.ff ſi ſeruit.vind.& l.Gaurus Marcello. ff. de ſeruit.vrb.præd.

48 Legata aqua videtur etiam via legata ad illam hauriendam, ſeu ducẽdam. d.l.Gaurus. §.quia,& hauſtum. vbi Doct.ff.de ſeruit. vrb. præd. & l. item ſic. §. qui habet. vbi Bart.n.1.ff.de ſeruit.ruſt.præd.& l. refectionis.ff.cõmun. præd. aliter tamen in fundo vendito, quia tunc non venit via, iter,actus, & aquæ ductus, ſi dictum nõ ſit. l.in vendendo. vbi Bald. ff. de contrahẽd. emption. nec legato hortu domus contiguo, videtur legata ſeruitus per domum qua teſtator vtebatur, ſi noceat hæredi. d. l. Olimpico. vbi Doctor. ff. de ſeruit. vrb. præd.

49 Legata apotheca pannorum,ſeù alicuius mercimoniæ ſimpliciter intelligitur legata cum omnibus creditis,& debitis talis apothecæ,arg.text.in §.ſi grex.inſt. delegat.Bald.in l.prædia.C.de fideicommiſſ. idem Bald.in l.in legatis.C.delegat.& Angel.& Paul.de Caſtr.in l.certo generi ff.de ſeruit.vrb.præd.& pet.de Anch. & Ioann. de Imol.in c.indicante. de teſtam.& Alex. conſil.47. lib.1. incipit. circa primum de quo quæritur. Iaſ.in l.ſi res obligata.n.24. ff. delegat.1.

50 Legatum particùlare pigneratum, aut obligatum eſt liberandum ab hærede, qui debitum

Digitized by Google

debitum, pro quo legatum fuit obligatum ſoluere tenetur, & non legatarius, maxime ſi teſtator ſciebat, quòd legatum eſſet pigneratum, ſeù obligatū l.prædia, vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſ.& omnes. C.de fideicommiſſ. & l.ſi res obligata. vbi Iaſ.n.23.ff.delegat.1. & l.Mæuius. §.pen. ff.delegat.2. l. licet placeat. ff.de dot.prælegat. & §. non ſolum.inſt.delegat.

51 Si tamen teſtator legaret aliquid vniuerſale, puta dotem, peculium, & ſimilia, tūc tranſiret legatum cum ſuo onere, & ſi in illa vniuerſitate aliquæ res obligatæ inuenirentur, non teneret hæres ſoluere, ſed legatarius. l.ſi domus.§.fin.vbi Doct.ff.delegat.1. & l.cum pater. §. menſæ.ff.delegat.2. Bald.in d. l.prædia.C.de fideicommiſſ. Alex. & Iaſ. in l.ſi res obligata.ff.delegat.1.

52 Legato litigioſo alicui relicto, tenetur hæres proſequi iudicium, vſq; ad finem, & ſi vincat, tradet illud legatario, ſin minus liberabitur hæres ab obligatione ſoluēdi, auth.fin. vbi gl.1.& Doct. C.de litig.& l.ſi ſic.§.fin.ff.deleg 1.& auth.de lit. & decim. part. §.ideoq;.coll.8. & eſt ord.lib.4.titul. 10. §.11. & ſi quando res legata fuit iam erat litigioſa, tenetur tunc hæres ſuis ſumptibus proſequilitem, l.cum ſeruus.ff.delegat.1. & gl.verb.dominus.in auth.fin. C. de litig. poteſt tamē legarius aſsiſtere liti, in quacumq; parte voluerit aſsiſtere, ſi timeat collutionem, ſi autē poſtquā res fuit legata cæpit eſſe litigioſa, tūc litigabit hæres ſumptibus legatari, niſi hæres fuiſſet in mora, & res legata poſt morā fuit. litigioſa.l.ſi ſeruus legatus.vbi gl.1.ff.deleg.1. & gl.ver.dominus.in d.auth.fin.C.de litig. legata tamen actione, non tenetur hæres. niſi ad illam præſtandam.l.ſi ſic legatur.§. 1.& l.legatum.105.ff.deleg.1. & dico.verbo,res. §.8.

53 Legatis omnibus, non veniunt venalia, nec nomina debitorum, puta, teſtator reliquit vxori ſuæ omnia, quæ domi habebat, & in hac vniuerſitate, non veniunt, niſi illa, quæ vſui domus erant deputata, non autē frumentum, vinum, ſeù oleum, quod erat venale, & ſimilia, nec veniunt nomina debitorum. l.Gaius. vbi Doct. ff.delegat.2.& Bart.in Rubric. C.de verbor. ſign.& Iaſ.in l.1.n.1. C eodem.neq; etiam ſi legaſſe teſtator omnes ſuos pannos, aut omnes ſuos equos, intelligitur tunc legatum, quod eſt venale, ſed illud, quod eſt diſtinatum ad vſum domus, & illius teſtatoris.l.ſuos autē ſeruos. vbi Doct.ff delegat.3.Bart.in l.Diuus.n.4. ff.de bon.damnat.Paul.de Caſt. & Iaſ.in l.1.C.de verb.ſign. nec etiam futura videntur legata, quoniam legatum ſimpliciter relictū refertur ad tempus teſtamēti, l. ſi ita eſſet.vbi Doct.ff.de auro, & argent. leg.Abb.in c.quia circa. n.5.de priuil.nec ſi maritus legat vxori omnia illa, quæ ſunt parata ad illius vſum, intelliguntur legata, quæ ſunt ad vſum communem. l. legatis. vbi Doct. ff.delegat.2. & l. hoc legatum.ff. deleg.3.& l.quintus mucius.ff.de aur. & argēt.leg.& l.in lege.ff.de verb.ſign.& gl.fin. in c.cum in illis. vbi Ioan. Monach.& Ioā. And.de præb.lib.6.

54 Legans ſuos ſeruos tamen intelligitur legare tàm illos, qui ſunt in toto ſui.quàm in parte. l.ſi quis ſeruos.vbi Doct.ff.deleg. 3.&¶.ſerui electione.§.1.ff.deleg.1,& l.2.in fin.ff.de cond.inſt & l.pupillus. §.fin. ff de verb.ſign.& gl.verb.cū alio.in d.c.cum in illis.§.fin.de præbend.libr.6.quoniā, quod cōe eſt, meum eſt, quatenus ad diſpoſitionē partis meæ, vnde teſtator legans ſuos ſeruos, cōprehendit illos, qui ſunt ſui in totū, & partem ſuam in illis, qui ſunt cōes.& ſic ex ſeruis communibus, tenetur hæres præſtare partem illā, quæ erat teſtatoris, vt tenet Bart. Aret.Pau.de Caſ.Alex.Iaſ.& cōis. in d.l.ſerui electione.§.1.ff.delegat 1.

56 Teſtator in dubio videtur in re cōmuni legare partem, quam habet. l. ſerui. §.cum fundus.& l.quod in rerum.§.ſi vſum.& l.ſi domus.§.fin.vbi Doct.ff.deleg.1. & gl.1:in c.cum alienum.C.deleg.Abb.in c.Raynaldus.n.4. de teſtam.& ſi pars legata alicuius rei diuidi non poteſt, aut ſi poſsit pati diuiſionem, erit cū notabili damno debetur tunc æſtimatio ab hærede. l. non amplius, §.fin. vbi Bart. Bald. Alb.Imol.Aret.Paul. de Caſtr. Alex.Iaſ.& omnes.ff.deleg.1.

57 Si teſtator legaſſet prædium ſuis fratribus, & haberet plures fratres alios ex parte patris, & matris cōiunctos, & alios ex parte patris tantum, præferuntur tunc fratres illi, qui ex vtroq; parente ſunt coniuncti, & illi habebunt prædium, non autem alij ex patre tantum coniuncti, cum fratres ex vtroq; patre coniuncti proximiores ſint gradu. authentic. defuncto. C.ad ſenatus conſult. Tertul. Paulus. de Caſtr. & Iaſ. in leg. fin. C. de verborum ſignific. quando enim ſit relictum familiæ. ſimpliciter, non admittuntur omnes ſimùl ad tale

Nn legatum

legatum, ſed gradatim qui ſunt proximiores veniunt de gradu in gradum. l fin. vbi Bald. notab.2. & Iaſ.num.25.& alij. C.de verbor.ſign. ſi autem teſtator dixiſſet, relinquo prædium ſempronianum fratribus, meis, & fratri meo maiori natu oliuetum, habebit tunc ille maior natus oliuetum in ſolidnm, & ſuam partem prædij. niſi teſtator illum vocaſſet per aduerſatiuam, quia tunc ſolum oliuetum habebit. l.ſeruus cōmunis. vbi Doct. ff. de ſtipul. ſeru. & l.cū quæſtio. §.ſed & alſam. vbi Bart.Bald.Salicet. Iaſ.& alij. C.delegat.

57 Legans decem Titio, & Sempronio, nō intelligitur legaſſe vnicuiq; decem, ſed quinq;. l.ſi quis. 79. vbi Bart.& Iaſ.n.2.ff. delegat.1.& l.cum qui ita. vbi etiam Bart. ff.de verb.obligat. ſi tamen legaſſet in diuerſa oratione tunc vnicuiq; decem debētur, puta ſi teſtator dixiſſet decem lego Titio, & decē lego Sempronio, vt tenet Bart. in d.l.ſi quis.ff.delegat.1.

58 Si tamen quis ita legauerit, ſi quis filius naſcatur Titio centum lego, ſi tunc plures naſcantur, vnicuiq; centum debentur, niſi ex voluntate teſtatoris aliud colligatur, quoniam illa verba indiffinita, ſi quis filius naſcatur, equi pollent vniuerſali diſtributiuè, & attribuunt actum cuilibet in ſolidum. l. qui filiabus. §. ſi quis ita. vbi Bart. ff.delegat.1. idem Bart. in l.ſi pluribus. num. 7. ff. delegat.2. licet contrarium teneat Ioann.de Imol. in leg.ſi ita ſit ſcriptum. in princip. ff. delegat.2. dicens, iſta indiffinita eſſe apta equi pollere vniuerſali collectiuè, & diſtributiuè, & quòd in dubio debeat intelligi collectiuè, vt teſtator minus grauet hæredem, quàm ſit poſsibile, per text. in l.apud Iulianum. §. ſcio. ff delegat.1. & in l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. delegat. 2. quem ſequitur. Alex. & Iaſ. in d. l.qui filiabus. d.§.ſi quis ita. ff.delegat.1. quam opinionem amplector, & d. l. qui filiabus. d. §. ſi quis ita. videtur procedere examore filiorum tantum ſecundum veriſimiliter mentem teſtatoris.

59 Legatum de re aliena ſcienter factum valet, & hæres tenetur iuſto pretio redimere rem illam legatam, & illam tradere legatario, ſi poteſt, aliter autem tradet iuſtam æſtimationem. l.cum alienam. vbi gl. verb.peti, & Doct. C.delegat. & l. non dubium. in fin. ff.delegat 3. & §. non ſolum, & §. quod autem, inſt. delegat. & l. Titia. §.1. ff.de auro. & arg. legat. & gloſſ.verb. alieni. in c.filius noſter. vbi Doct. de teſtam. ſi tamen teſtator ignorabat, quòd res legata eſſet aliena, & ſuam eſſe putabat, non valet tunc legatum, niſi ſit factum perſonæ coniunctæ, cui teſtator aliàs erat legaturus, quoniam quando teſtator ſcienter legat rem alienam, intelligitur velle, quòd hæres illam emat, & tradat legatario, aut præſtet iuſtam æſtimationem, quod non intelligitur, quando ſuam eſſe putabat. d. l.cum alienam. vbi Doct. & d. gloſ. verb.alieni. in d. c.filius noſter. & gl.verb. obligatam. in l.verius. ff.de probat. legatario tamen incumbit probatio, quòd teſtator ſciebat rem legatam eſſe alienam, & non hæredi, quòd ſuam eſſe putabat. d. l. verius. ff.de probat. & §.& verius vbi Doctor. inſt.delegat. d. gl.verb. alieni, in d.c. filius noſter. de teſt.

60 Legatum debetur quamuis nudis verbis relinquatur. c.in dicante. vbi gloſ.1.& Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Inn. Ioan.And. Abb. & omnes.de teſtam. & l.1.vbi Doct. & l.fin. vbi Bart.Bald.Angel.Salicet.Fulg. Paul.de Caſt.Iaſ.& omnes. C.de fideicommiſſ.

61 Legatum fctum de re Eccleſiæ non tenet, quamuis teſtator ſciret, quòd res ſua non ſit. c.filius noſter.vbi Doct.de teſtam. nec de re, quæ non eſt in cōmuni comercio. l.apud Iulianum alias.l.cum ſeruus.§. conſtat.& l.quod in rerum.§.ſi vſum.ff.delegat.1.& l.monumenta. C.delegat.& dixi ſupra. §.34.

62 Legatum relictum ſeruo ſine libertate non tenet, neq; reconualeſcit, ſi poſt mortem teſtatoris efficiatur liber, quoniam quod à principio, non valet tractu temporis non conualeſcit. l. ſeruis. vbi Bart. Bald. Alex. Salicet. Iaſ. & omnes. C. delegat. & l. quidam. §. illo. vbi Doct. C.de neceſſ.ſeru.inſt. quamuis aliter ſit quando Dominus ſeruum hæredem inſtituit, ſine libertate expreſſe data, ſed illum ſimpliciter inſtituendo, quia tunc intelligitur illi tacite libertatem reliquiſſe. prin. vbi Doct. inſt.de hæred.inſt. Iaſ. in d. l.ſeruis. nu.1. C.delegat. & dico infrà verb.ſeruitus. §.64.

63 Legatarius, cui fuit legatum relictum, ea conditione, vt illo ſit contentus, videtur alijs rebus, ſeù hæreditati renunciare, ſi illud fuit amplexus. c. officij. vbi Doct. de teſtam.& l.ſi pars.§.illud. vbi Bart.& l.fin.

Legatum

Digitized by Google

§. vlt. ff. de inoffic.teſtam. & l.cum donationibus. C.de inoffic.donat. & l.parentibus. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr. Iaſ. & omnes. C. de inoffic.teſtam.

Legatum, ea conditione, ne alienetur,
64 impedit quominus in alium dominiũ tráſferatur,& numquam alienari poteſt.l.2.vbi Doct. C.de vſucap. pro empt.& l.fin.C.de reb. alien.& l.fin. §.ſin autem.vbi Doct.C. communia. delegat.& gl.vnica.in fin.in l. plerumq́; vbi Dec. num.1.ff.de regul.iur. neq́; poteſt permutari, quoniam ſi teſtator prohibuit, ne res immobilis legata alienaretur,ſed perpetuò remaneret in familia, propter identitatem rationis, nec permutari poteſt, vt tenet Bald.& Iaſ.in l. fin. ff.de cond. cauſa. dat. & idem Bald.& Angel. in l.cum hi. §.ſi cui. ff. de tranſact. nec etiam poteſt relinqui in teſtamẽto extra familiam de qua ſenſit teſtator. l.ea lege. vbi Doct.C.de cond.ob cauſ.& Abb.in c.Raynaldus.n.20.de teſtam.

65 Si ſeruus, quem legatarius elegerit, fuerit legatus, non poteſt hæres ante electionem legatarij aliquem ex ſeruis teſtatoris alienare,neq́; manumittere,& ſi forte ante optionem aliquem manumittat, aut alienet,non tenet talis manumiſsio,ſeù alienatio, quòminus legatarius eligere poſsit manumiſſum,ſeù alienatum.c.1.§.ſed extitit. vbi gl.verb. elegerit. Ioann.Andr. & alij.de conceſſ.præb.lib.6. & l.cum optio. ff.de option.legat.vbi notant ſcribentes.

66 Legatarius non poteſt inſcribere teſtamentum, vbi ſibi aliquod legatum ſit relictum, quamuis poſsit eſſe teſtis, & ſi forte ſcribat legatum in teſtamento,quòd ſcripſit, pro non ſcripto habetur. l. ſi quis ita, vbi glo.1. & Doct ff.de reb.dub.& l.ſenatus conſulto, & l.ſi teſtator. C. de his, qui ſibi aſcripſ. & l.quæ in teſtamento. C.eodem.& l.fin. ff. de his, quæ pro non ſcript. hab.& §.legatarius. vbi Ang.& alij inſt.de teſtam. & qua pœna puniatur tabellio, ſeù notarius ſibi aſcribens legatum in teſtamẽto,quod ſcripſit.dixi ſupra verb.inſtrumẽtum. §.39.

67 Legatum relictum Eccleſijs alicuius oppidi, intelligitur illis relictum,quæ tempore teſtamenti erant conſtructæ in illo oppido, & non illis, quæ poſtea fuerunt conſtructæ. facit tex. in l.cum ſtipulamur. ff.de verb.oblig & in clem.fin.de reſcript. Bald.Imol.Iaſ.& alij in l.qui filiabus.ff.de leg. 1.

68 Legatum ad pias cauſas intelligitur omne illud, quod reſpectu animæ teſtatoris relinquitur.gloſ.verb. vt miniſtrum.in l.ſi quis Titio. vbi Doct. ff.delegat.2. Abb. in c.nihil.nu.10.de præſcript.& dicitur relictum ad pias cauſas omne illud, quod pro honore Dei relinquitur, vel pro veneratione Sanctorum, aut pro animæ ſalute, ſiuè relinquatur Eccleſijs, ſiuè locis pijs, ſiuè pauperibus, ſiuè locis publicis, ſicut pro pontibus,fontibus, itineribus,& ſimilibus. l.ad inſtructiones.C.de Sacro Sanct. Eccleſ. vbi notant ſcribentes,& gloſ.verb. Deo. in l.1. §. admunicipium. vbi Bart. & alij. ff. ad leg. falc.

69 Legatum relictũ alicui Eccleſiæ ea conditione, ſi ibi ſepeliatur,debetur,quamuis aliqua de cauſa in illa ſepultus nõ ſit, quia aut mortuus fuit excommunicatus,aut ita remotus,vt in illa Eccleſia ſepeliri nõ potuerit, aut non fuit, qui cadauer ad Eccleſiam illam deportaret, cum factum legantis, aut hæredis, non debeat præiudicare fauori Eccleſiæ, cui legatum fuit relictum, niſi expreſſè colligatur,quod teſtator mutaſſet voluntatem.arg.text.in l.nulli.C.de Epiſcop.& Cler. & in l.miles. §.ream. vbi Bart. ff.ad leg. Iul. de adult. & Bald.in l. ſi quis ad declinandam. C.de Epiſc. & Cler. ſumma Ang.verb.legatum.1.§.10.

70 Legatum ad aliquod certum opus relictum, non poteſt in aliud conuerti,niſi ex iuſta cauſa interueniente auctoritate Epiſcopi,quoniam ipſe tanquã Sedis Apoſtolicæ delegatꝰ cognoſcit ſummariè, & extra iudicialiter de commutatione vltimarum voluntatum. ex Trid.ſeſſ.22.c.6.

Verbo Legatus.

1 LEgatus eſt ille cui à Papa certa patria, aut Prouincia committitur gubernãda,& gerit vices Papæ in his quæ illi committuntur,& habet ordinariã iuriſdictionem,quæ mortuo Papa non expirat.c.legatus. vbi Doct. de offic.legat.lib.6. ſumma Angel.verb.legatus. ſpirant tamen obſeruationes ab ipſo factæ finita legatione. c.præſenti. vbi Doct.de offic.legat.

2 Legatus Sedis Apoſtolicæ eſt recipiendus in Prouincia,ad quam miſſus eſt,& nõ valet conſuetudo in contrarium, & eius iuriſdictionẽ impedientes incurrunt ipſo facto maiorẽ excommunicationem.extrauag.vnica.vbi Doct.de conſuet.intercões.

Digitized by Google

3 Legatus in pluribus locis poteſt in quocumq; illorum exercere ſuam iuriſdictionem. c. nouit. vbi Doct. de offic. legat. deſinit tamen eſſe iudex ex quo cauſam retulit ad Summum Pontificem. c. licet de offic. legat nec ſe poteſt intromittere in cauſa à Papa ſpecialiter alicui delegata, c. 2. de offic. legat. & c. ad petitionem de accuſat.

4 Legatus non poteſt conferre Eccleſias Cathedrales, aut regulares, vel colligiatas, neq; poteſt committere alicui, vt recipiat reſignationem beneficij, aut illud poſtea cōferat. c. deliberatione. in prin. & §. prohibemus. vbi Doct. de offic legat. lib. 6. nec poteſt conferre aliqua beneficia, nec reſignationem illorum recipere, niſi ſpecialiter illi ſit commiſſum, aut ſit Cardinalis. c. 1. vbi Doct. de offic. legat. lib. 6. & c. dudū. de præb. lib 6. auditor tamen in Romana Curia, qui poteſt cognoſcere de beneficio poteſt illud conferre. clem. auditor. de reſcript. legatus tamen de latere poteſt conferre beneficium patronatum, cuius patronus eſt Clericus, non vero ſi fuerit laicus. c. dilectus. vbi Abb. n. 4. de offic. leg. & c. cum dilectus. vbi Doct. de iure patr.

5 Legatorum quam plures ſunt ſpecies, alij enim ſunt legati, Nuncij, & non iudices, ſicut ſunt illi, quos Papa mittit pro aliqua ambaſsiata, vel ad aliquod nudum miniſterium exercendum. c. ius gentium. diſt. 1. & c. 1. §. fin. & c. vlt. 97. diſt. Abb. in Rubric. de offic. legat. ſumma Ang. verb. legatus. §. 2. alij autem ſunt legati iudices, quos Papa facit ordinarios. in certa patria, aut Prouincia, & exiſtis, alij ſunt legati nati, & alij de latere, & alij nec nati, neq; de latere, vt colligitur, & notatur. in cap. excommunicatis. de offic. legat. Abb. in Rubric. eodem titul. Angel. verb. legatus. §. 2. legati nati, ratione ſuæ dignitatis, ſunt, qui dicuntur, nec nati, neq; delatere, & iſti non poſſunt abſoluere ab excommunicatione, pro violenta manuum iniectione in Clericum, à qua Epiſcopus abſoluere non poteſt. vt notatur. in c. 1. & ibi Doct. de offic. legat. legati vero nati ratione ſuæ perſonæ, poſſunt abſoluere ſuos ſubditos exiſtentes in ſua Prouincia, & ibi delinquentes, qui ratione delicti ſortiuntur forum, vltrà illam vero, nec ſubditos, neq; alios abſoluere poteſt, neq; illos, qui aliunde veniunt pro violenta manuum iniectione in Clericos, niſi ſpecialiter à Summo Pontifice illis ſit conceſſum. c. excommunicatis, vbi gloſſ. verb. commiſſum, & Abb. n. 3. de offic. legat. ſumma Ang. verb. legatus. §. 4. legati vero de latere, qui debent eſſe Cardinales. poſſunt abſoluere quoſcumq; pro violēta manuum iniectione in perſonas Eccleſiaſticas, tam ſubditas, quam extraneas, & tàm in Prouincia ſibi commiſſa, quàm extra illam, ineundo, & redeundo, non tamen in præſenti à Papa, c. excommunicatis, vbi gl. verb mittuntur, & Abb. n. 3. & c. quod tranſlationem de offic. legat. & tenet Doct. in c. 1. eodē tit. lib. 6. & c. ad eminentiam. de ſent. excommunicat. ſumma Ang. verb. legatus. §. 4.

6 Legatus delatere poteſt confirmare electionem Epiſcoporum, exemptorū. c. Abbatem. §. huiuſmodi. vbi Doct. de elect. lib. 6. non poteſt tamen vnam Eccleſiam Cathedralem, alteri vnire, neq; diuidere, neq; Epiſcopos transferre. cap. niſi, & cap. quod tranſlationem, de offic. legat.

7 Legato delatere præſente debet conquieſcere officiū minoris legati, & ille minor legatus debet demittere executionē illius. c. volentes. vbi gl. 1. & Hoſt. Ioann. And. Abb. & alij. de offi. legat. & c. antiqua. §. Dominicæ de priuileg. & c. deniq;. diſt. 21. & l. fin. ff. de offic. pro conſul.

Verbo Legitima.

1 LEgitima portio eſt triplex, videlicet duplex trebelianica, & falcidia, prima trebelianica debetur filijs, aut nepotibus de iure naturæ, & ſi ſunt quatuor filij, vel pauciores, legitima omnium eſt tertia pars totius hæreditatis, ſi vero ſunt quinq; filij, aut plures erit tunc medietas totius hæreditatis, quam equaliter diuident inter ſe. auth. nouiſsima. vbi Doct. C. de inoffic. teſt. ſumma Angel. verb. legitima. in prin. ſecūda trebelianica, ſic dicta à trebello, actore, debetur iure inſtitutionis, & eſt quarta pars totius hæreditatis, quando quis fuit inſtitutus hæres vniuerſalis, aut in quota parte, ita vt hæreditatem alicui reſtituat, iſte ſic inſtitutus habebit quartam partem totius hæreditatis, niſi ſit hæres inſtitutus in aliqua parte illius hæreditatis. §. ſed quia hæredes. vbi Doct. §. ſed quia ſtipulationes, vbi etiam notant ſcribentes inſt. de fid. commiſſ. hæred. & Bald. in l. 1. ff. ad leg. falc. ſumma Ang. verb. legitima. §. 3. Gerip. conſil. 34. n. 26.

Trebe-

Digitized by Google

Trebelianica ceſſat in tribus caſibus,
2 primò, in legatis ad pias cauſas. ex Abb.
in c. Raynaldus. num.18. de teſtam. Bart.
in l. Marcellus. num.5.ff.ad treb.& conſil.
6. & conſil. 55. Bald. & alij. in l.id, quod
pauperibus C.de Epiſc.& Cler.& conſil.6.
& conſil.88.lib.22.& cõſil.69. lib.3.& An-
gel. conſil.41. & conſil.59. Paul. de Caſtr.
conſil.130.lib.3.& conſil.82.& conſil.225.
& conſil.250. & conſil.297. licet contra--
rium teneat Ioan. And. in gloſſ.ſua.& Al-
bert.in l. ſi quis ad declinandum cum alijs
ibi. C.de Epiſcop. & Cler. ſumma Angel.
verb.legatum.2.§.5. primam tamen magis
pia exiſtimo, & hodie eſt in obſeruatione,
vt tenet Bart. in d.l.Marcellus. d. n.5.ff.ad
treb. Secũdò, quando teſtator prohibuit
ne trebelianica deducatur, vt in falcidia,
quia cum teſtator poſsit tollere falcidiam,
multo magis trebelianicam, quia minus
eſt, auth.de hæred.& falcid. §.hinc nobis.
verſ. ſi vero expreſsim. vbi Doctor.coll.1.
quamuis contrarium teneat gl.verb.ceſſat.
in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg.falcid.
Tertiò, ceſſat quãdo ſubſtitutio euaneſcit.
auth. niſi rogati. vbi Doct. C. ad ſenat.cõ-
ſult. treb.

3 Portio falcidia dicta à falcidio actore,
debetur iure inſtitutionis, & eſt quarta
pars totius hæreditatis deducto ære alie--
no ſi fecerit inuentarium, auth.de hæred.
& falcid.§.hinc nobis. verſ.ſi vero non fe-
cerit. coll.1. & l.imponenda. & l.irritum.
& l.quamquam. C. ad leg falcid. & l. quod
de bonis.§.cum fidei. ff.eodem & gl.verb.
beneficio. in c.Raynaldus.de teſtam.ceſſat
tamẽ falcidia in decem caſibus, quos refert
Ang in ſumma verbo legitima.§.5.

4 Legitima tamen filiorum, aſcenden--
tium, & deſcendentium in noſtra Luſita--
nia ſunt duæ partes totius hæreditatis, &
hæ ſemper filijs deſcendẽtibus, ſeù aſcen-
dentibus remanẽt liberæ, & de tertia par-
te totius ſubſtantiæ poſſunt parentes diſ--
ponere inter liberos, vel extraneos, quo-
modocumq; voluerint, aut relinquere le-
gata pro ſuo arbitrio, in duabus vero par-
tibus totius ſubſtantiæ, quæ eſt legitima,
non poſſunt parentes grauare filios aſcen-
dentes, vel deſcendentes, nec eis poſſunt
apponere fideicommiſſum, conditionem,
vel aliquod onus, & ſi apponant pro non
ſcripto habetur. l.omnimodo.vbi Doct.&
l.quæ nuper. C.de inoffic.teſtam.ord.libr.
4.tit.82.in prin.

5 Legitima enim filiorum, deſcenden--
tium, vel aſcendentium debetur iure na--
turæ, & eſt priuilegiata, & nullum graua--
men poteſt in illa apponi, imo ſi teſtator
prohibeat filio deſcendenti, vel aſcendẽti,
ne de fideicommiſſo detrahãt legitimam,
ſiue ſimpliciter illos grauet, vt hæredita-
tẽ reſtituant, non alienent, aliquid ſoluãt,
aut ſimilia, nihil valet, quia filij deſcen--
dentes, ſeù aſcendentes; debent habere
ſuam legitimam, ſine onere legati, fidei-
commiſsi, vel conditionis. c.Raynuntius,
& c.Raynaldus. vbi Doct.de teſtam. & l. ſi
qua mulier. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.& l.
1. & 2.vbi gloſſ.verb.incolumem. C de in
offic.donat.& l. quoniam in prioribus.vbi
Doct. & l.parentibus. vbi Bart. Bald. Sali-
cet. & omnes. C.de inoffic.teſtam.& auth.
de hæred. & falc. §. primum itaq;. & §. ſi
quis autem non implens. coll.1. Galiaul.
in rep. l.Centurio. n.407.Curt.Iun.conſil.
71. num.8.Iul.Clar. lib.3. §.teſtamentum.
quæſt.72. n.1. Thom.Ferrat.cautel.35.ita
vt illa, quæ pater voluntariè diſpendit pro
delicto filij, nõ diminuant legitimã illius,
dixi verb.filius.§.26.

6 Legitima filiorum non debetur ipſis fi-
lijs, niſi poſt mortem patris, ſeù matris. l.
1. §.ſi impubere. vbi Doctor. ff. de collat.
bon. Abb. in c.cum ſimus. num 6 de re--
gular.& tunc debetur deducto ære alieno,
& funerum impẽſis, & ſeruis libertate do-
natis. l. Papinianus. § quarta, vbi Bart.ff.
de inoffic.teſt. & l.ſubſignatum ff.de verb.
ſign. Iaſ. in auth. nouiſsima. num. 3. C.de
inoffic.teſtam.Ant.à Gam.deciſs.308. nu--
mer.1.

7 Legitima competit in omnibus rebus
totius ſubſtantiæ defuncti. l. ſcimus.§.re--
pletionem. vbi Doct. C.de in offic. teſt. &
l.Plautius. ff ad leg.falcid. fallit tamen in
re alteri legata, quia in illa non poteſt fi--
lius detrahere legitimam, niſi legatũ præ-
iudicet legitimæ, ex Bald. in Rubric. col.
1.in fin. ff de rerum diuiſ.& in l.non am--
plius.§.fin. ff. delegat.1. Alex.in l.in quar-
tam. num.16. ff.ad leg.falcid.& in l.filium
quem.nu.17.C familiercisc.& in l.ſcimus.
n.7. C.de in offic.teſt. Iaſ. in d. l.ſcimus.d.
n.7. Gam.deciſ.233.n.6. Mergund. conſil.
38. num.24.

8 Legitimam filiorum tamen poteſt pater
in teſtamento, aut in alia ſcriptura in vita
ſua aſsignare vnicuiq; filiorum in vna re
hæreditaria, & poteſt facere diuiſionem

Digitized by Google

inter filios ſuos, dum tamen ſua legitima vnusquiſq; non fraudetur. l. parentibus. vbi Bart. Bald. Iaſ.& omnes. C.de inoffic. teſt. & auth.de trient. & ſemiſſ. §. & quid ſæpe. vbi Doct.coll.3. Iaſ. in l. filium quẽ. C familierciſc. Rip.in l.in quartam.n.128. ff. ad leg.falcid. Menoch.de arb.caſu.163. n.1. Valaſc. conſult 69. n.24. Gam.deciſs. 103.n.3. vnde ſi pater, ſeù mater, quæ ſuperest altero defuncto, vendiderit aliquod prædium ante partitiones, & diuiſionem ſactam cum filijs, valet, & tenet talis venditio, ita vt filius non poſsit poſtea vindicare ſuam partem illius prædij prætextu partis ſuæ legitimæ, quonſam quando pater vendit prædiũ illud, videtur aſsignare in alio partem filio, vt reſoluit Valaſ.conſult.69. n.23.

9 Legitima tamen filij, quæ illi competit de bonis immobilibus non poteſt à parte aſsignari in pecunia, per text. in l.ſcimus. §.Sancimus. vbi Bald.Paul.de Caſtr.Salicet. Iaſ. & alij. C.de inoffic.teſt.Bart. in l. ſuus quoq;. nu.10. ff.de hæred. inſt. Paul. Pic. in l.in quartam.n.152. & Bereng. nu. 156. Rip.n.126. & alij.ff.ad legem.falcid. Iaſ.in l.filium quem habentẽ. C familierc. Menoch.de arb.caſu.163.n.8. Valaſc.conſult.69. n.23.

Verbo Lenocinium.

1 LEnocinium dicitur ab alliciẽdo, quod eſt allicere mulierem, ſeù hominem, marem, ſiue fœminam, vt alij ſe ſupponat. l. Palam.§.Octauenus.& §. lenociniũ, vbi gl.ver. proſtituunt,& Doct. ff.de ritu nupt. Iacob.de Belouiſ.in pract.titul.delenonib. nu.11. Petr.Greg. libr.36. Sintagm.c.11. Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict. c.20.in prin. & cõmittitur multis modis. Primò, qui mulieres quæſtuarias, aut ſine quæſtu proſtituunt,& ad id intercedũt. d.l.Palam. vbi Doct.ff.de ritu nupt.& gl.ver.vxorem, in §.crimen.32.quæſt.1.& l.mariti.§.quod ait lex.ff.de adult.Iacob.de Belou.in pract. Rubric.de lenonib. nu.14. Peguera.titul. quæſt.criminal.c.15.nu.5. Secundò, committitur à marito, qui adulterio vxoris cõſentit, neq; refert vtrum pro pecunia cõſentiat, aut ſine illa. l.mercalem, vbi Doct. C.de cond ob turp.cauſ.& l.2.§.lenocinij. ff.ad leg.Iul.de adult.aut quando deprehẽſam in adulterio retinuerit, ſeù duxerit, nõ tamen ſuſpectam. l. crimen lenocinij. vbi Bald.& l.caſtitati. C. de adult. & l. Palam. §. quæ in adulterio. ff.de ritu nupt.& l.auxilium. §. fin. ff.de minorib. & §. crimen. 32.quæſt.1. & c.ſi vir.de adult. vbi Abb.n. 1.& alij.& c.1.& c.in coniugio.& c.ſi quis vxorem.32.quæſt.1.& l.mariti.ff.de adult. eſt enim turpe carnale cõmercium marito cum vxore adultera, ſi à crimine non ſit emendata, nam ſi fuerit emendata à crimine, bene poterit maritus illam recipere in coniugio ſine metu lenocinij, quoniam in illius poteſtate eſt parcere mulieri ſi vult, non vero celare illius crimen, vt videatur patronus illius turpitudinis. c.ſi vir ſciens. vbi gloſſ.fin. Gofred.Inn.Ioan. And.Abb.& omnes.de adult.& c.quod autem.& c.non erit turpis.32.quæſt.1.Caiet. in ſumma verb. matrimonialis vſus. c.10. Cou.ru.in 4.decr. 2.p. c.7.§.2. n.4. Ioann. Vella.in tract.de pœn.delict.20.§.tunc autem dicitur. Tertiò, committitur ab illo, qui domum ſuã præbet, vt in illa fiat adulterium, aut ſtuprum, vel alia illicita fornicatio, quamuis amico gratuito faciat. l. qui domum ſuam, & l. & ſi amicis. ff. de adult. & l.auxilium. §.fin ff.de minor.& l. 1. ff.de extraord.crim. Quartò, committitur lenocinium à viro, vel fœmina, intercedente cum muliere vt cum alio fornicetur. l.Palam.§.lenociniũ.ff.de ritu.nupt. & l. mariti. §. plectitur. ff. de adult. quos ego curſores diaboli voco. Quinto, matres quæ accepta pecunia filias proſtituunt, hæ enim lænæ dicuntur, & grauiter ſunt puniendæ, ex Ioan. Vella. in d. tract.de pœn. delict.c.2. §.quod tamen.

2 Maritus leno expellitur ab accuſatione vxoris adulteræ per exceptionem lenocinij, ſi exceptio opponatur antequam recepta ſit inter reos. l. cum mulier. vbi Doct. ff.ſolut. matr. poſtquam tamen recepta fuerit inter reos, lenocinium viri nõ excuſat vxorem quamuis illum oneret. l.2. §.ſi ex publico. vbi Doct.& l.ſi maritus.15 §.præſcriptiones. ff.de adult. & l.adulterã. vbi etiam notant ſcribentes. C.codẽ tit.& licet maritus excludatur ab accuſando, ſi mulier excipiat de lenocinio viri ante litẽ conteſtatã, non debet tñ adulteriũ vxoris remanere impunitum.d.l.2. d.§.ſi publico cum ibi notatis Ioan.Vella.vbi ſupr. §.puniuntur autem mariti. Gerip.conſil.36. n. 8. quamuis apud nos ſi maritus non accuſat vxorem de adulterio, nullus admittitur ad accuſandum, imo etiam poſtquam fuerit

Digitized by Google

fuerit recepta inter reos,id eſt, poſt litem conte ſtatam,ſi maritus non accuſauerit,& illi parcat, in quocumq; termino litis,& ſi fuerit incarcerem detruſa,& etiā poſt ſententiam remanebit libera,ita vt ab alio accuſari non poſsit. ord. lib.5.tit.25.§.2.& Regno Caſtellæ.eſt l.2.tit.19.lib.8.recop.

3 Lenones,& lænæ fiunt infames. l.1. vbi Doct. & l.Athletas. §.ait prætor. ff.de his, qui notant infam,& puniuntur pœna mortis.auth.de lenonib.§.præconizamus.coll. 3. Iacob.de Bellouiſ.in pract.tit.de lenonib. n.12. Faller. in pract.1.p.2.p.verſ.itē quod fuit leno. n.8. & 10.Lud.Gome.in c. mulieres.n.23.de iud.lib.6.Peguelra.quæſ. crim.c.15. n.10. Guill.Bened.in c.Rainútius. verb.cuidam Petro.n.62. Menoch.de arb.lib.1. quæſt.88. nu. 16. Salaz.de vſu.& conſuet.Curiæ.c.1. n.91. ſed tamen hodie hæc pœna mortis non eſt in obſeruantia, ſed praxis obſeruat,vt flagellentur, & mittuntur in exilium extra oppidum. vt tenet Iul.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.68. nu.23. Ant. Gom.in l.80.Tauri.n.75. Peguelra.d.c.15. nu.13.Ioan.Vella.d.tract.de pœn.delict.c. 20. §.regio vero iure,eſt tamen pœna hæc arbitraria, & debent in hoc obſeruari cōſtitutiones vniuſcuiuſq; regionis.

4 Si mulierem vxoratam quis alliciat , vt cum aliquo fornicetur , aut conſentiat, vt domi ſuæ id faciat , & illis domū præbeat eſt puniendus mortis pœna. l. mariti. vbi Doct.ff.de adult.& auth.de lenonib. coll.3. & eſt ord.lib.5. titul.32. in prin. & ſi alliciat monialem , aut conſentiat , vt domi ſuæ fornicetur, flagellabitur , & relegabitur in perpetuū in braſilicam regionem,& priuabitur omnibus ſuis bonis , per ord. vbi ſupra. hæc tamen pœna non habebit locum , niſi ſi flagitium fuerit perfectum, quoniam ſi flagitium perfectum nō fuerit, in inſulam deportabitur. l.1. §.qui puero. vbi Doct.ff.de extraord.crim.apud nos eſt ord.vbi ſupr.§.7.

5 Si vero quis alliciat mulierem virginē, aut viduam honeſtam, quæ in bona fama, & reputatione habeatur, aut aliā quæſtuariam habeat,punietur in pœna relegationis extra vrbem,& condemnabitur in decem libras auri,& auth.de lenonib.vbi Doctor.coll.3. in noſtra Luſitania vapulabit, & relegabitur extra vrbem in perpetuō,& amittet omnia bona dimidiam partem accuſatori,& aliam dimidiam cameræ Regis, & ſi prima vice in hac pœna fuerit punitus,& iterum cōmittat maleficium huiuſmodi qualitatis,& amittet omnia ſua bona modo ſupra dicto , & relegabitur in perpetuū in braſilicam regionem.ord.vbi ſupra.§.1. quæ pœna ſupra relatæ poſſunt in foro Eccleſiaſtico imponi à iudice Eccleſiaſtico,eò quòd iuri communi non diſſonant.

6 Matres, ſeù patres, qui filias proſtituūt ad fornicandum, & id conſentiunt grauiſſime puniri debent, per arbitrium iudicātis, vt docet Afflict. in conſt.neapolit.lib. 3.Rubric.45.n.3. Ioan.Vella.in d.tract.de pœn.delict.c.20. §.quod tamē verum eſſe, & apud nos in noſtra Luſitania ſunt flagellandi, etiam filiæ virgines non ſint, cū funere in collo, & cum præconio per oppidū, & relegabuntur in perpetuū in braſilicam regionem , & amittent omnia ſua bona modo ſupradicto, & ſi fuerint perſonæ nobiles, in quibus non cadat pœna flagellationis, habebunt tantum pœnam relegationis. ord. d.lib.5. tit.32.§.4.& apud neapolitanos puniuntur truncatione narium. vt inquit Afflict.vbi ſupr. n.1.& falleriu,in pract. 1. p. 2. p. verſ. item quod fuit leno. nu.29. & alibi aliter ſecundum legem municipalem.

7 Maritus,qui vxorem ſuam alicui proſtituit,aut conſentit, vt cum alio fornicetur, debet flagellari,& trahi ad ignominiam cū mitra, & collo cornibus circundacto , vt tenet Ant.Gom.in l.80.Tauri. n.75. Salaz. de vſu,& conſuet. Curiæ. c.2.n.24.Auil.in c.præt. c.47.verb.manceba.n.3.Ioan.Vell. in tract.de pœn.delict. c.20. §. regio vero iure.

8 Et vbicumq; aliqua mulier fuerit condemnata de lenocinio, vbi illi pœna mortis non imponitur,aut relegationis in braſilicam regionem, debet portare aliquam inſigniam abominationis , ſicut in capite, extra domum , & ſi inuenta fuerit ſine illa calantica relegabitur in perpetuū in braſilicam regionem. ord. libr.5. d. titul. 32. §. 6.

Verbo Lex.

LEX eſt commune præceptum , rebus omnibus ordinem competentem imponens,& ligans homines ad ſui obſeruātiam. l.1. vbi Fulgoſ.Ang.Iaſ.& alij.& l.2. ff.delegib. & auth.de nupt.in prin. coll.3.

Digitized by Google

& c.erit autem lex.diſt.4. & eſt iuris ſpecies, nam ius eſt nomen generale,lex autem ſpecies illius.c.ius generale.diſt.1.vnde ſi ſtatutum, vel conſtitutio facta fuiſſet in odiũ alicuius particularis, poterit ab ea appellari,quamuis verbis generalibus fieret. l.1. §.fin. vbi gl.vlt. & Doct. ff.de doli mal.except. Bart.in l.omnes populi.n.53. ff.de iuſt.& iure. Iaſ.in d.l.1. num.4. ff.delegib.

2 Legis virtus eſt imponere, vetare, permittere, punire, vt illius metu humana coerceatur audacia, & boni inter malos. quietè viuere poſsint. c.1. diſt.4. & l.legis virtus. vbi Doct. ff.delegib.& c.prodeſt.& c. lex æterna. & c.non fruſtra. 23.quæſt.5. lex enim nõ cogitur aliquem bene facere, ſed male agere pro hibet. c. ad fidem.23. quæſt.5.

3 Lex eſt conſtitutio populi,& debet eſſe honeſta, iuſta, & poſsibilis, loco & tẽpori conueniens, neceſſaria, vtilis, & manifeſta. c.erit autem lex. 4.diſt. & c.ius gentiũ. diſt.1. & non debet eſſe obſcura, nec captioſa, ſed certa, & manifeſta. c. Abbate. vbi Doct.de verb.ſign.& nihil ſuperfluum debet contineri in lege. ex Bald. in l.Gallus. §.1. oppoſit.3. ff.delib. & poſthu.Dec. in l.regula eſt.n.2.ff.de regul.iur.

4 Legum inuentores primi fuerunt Moyſes Hebræis,ille enim fuit primus,qui gẽti Hebreæ leges diuinas explicauit. Phoronæus Græcis, Mercurius Triſmegiſtus Ægyptijs, Solon Athenienſibus, Lycurgus, Lacedæmonijs, Numa Pompillius,qui Romulo ſucceſsit primus Romanis leges edidit. c.1. diſt.7. vbi notat gl.in ſumma. & l.1. ff. de orig.iur.

5 Legem condere, & mutare poteſt Summus Pontifex in toto orbe terrarum, & Princeps in tota ſua Monarchia, c.tranſlato, vbi Doct.de conſt. & c. ſunt quidam. 25.quæſt.1.quoniam poteſtas condendi legem,dependet à iuriſdictione,& Imperio, in conditore, & in ſubiectione, circa eos, in quos ſtatuitur, & ideò quãtum quis habet iuriſdictionis, tantum habet auctoritatis legem condendi, ſeù ſtatutum, nec vlterius extenditur poteſtas. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. vbi Doct. de conſt. & c. bene quidem. 96.diſt.Inn.in c.1.de locat. Bald.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. & Doct.in l.1. ff.de iuriſd.omnium iud,ſumma Ang.verb.lex. §.2.

6 Legem poteſt interpretari ille,qui poteſt condere, quando dubium conſiſtit in intentione Principis, & nullo modo, aut ſine magna difficultate decidi poteſt,tunc enim illius eſt interpretari, cuius eſt condere. l.omni. C.de Sacro Sanct.Eccleſ.& l. leges.9. & l.cum de nouo,& l.ſi Imperialis. C.delegib.& c.inter alia de ſent.excõmunicat. & c.ſicut. §. ex his.11.quæſt.1.& l.in prætorijs. ff. de præt. ſtipulat. & c.ex parte.de verbor.ſign. ſi vero dubium legis poteſt decidi per rationem naturalem,aut per aliam veriſimilem, bene poteſt tunc interpretari per iudicem inferiorem, & etiam per quemcumq; Doctorem. l. non poſſunt, vbi Doct.ff.delegib. Cin.& alij.in l.non dubium. C.delegib. Abb. in c. cum veniſſent.n.3. de iud.

7 Illud etiam videtur diſpoſitum in lege, quod Legiſlator veriſimiliter diceret,ſi interrogatus fuiſſet. facit text. in l. ex facto. in prin. ff.de vulg.& pupill.& in l.Barbarius. ff.de offic.præt.gl.fin. in l.tale pactũ. §.pater. vbi Bald.& alij. ff.de pact.Doct.in l.fin. C.de poſthu. hæred.inſt.ratio tamen non eſt inquirenda, quando habemus claram determinationem legis. facit text. in l. Gallus. §.ſi eius. vbi Bart.nu.2.& Iaſ.nu. 15. & alij. ff.deliber. & poſthu.

8 Conſtitutiones decretorum, & legum anteponuntur ſingulis opinionibus, quoniam nullus debet inniti ſuæ prudentiæ, ne ſit ſapiens apud ſemetipſum. c.ne innitaris. vbi gloſ.verb.ne innitaris,& Gofred. Hoſt. Ioann.And. Abb. & alij de conſt.in tantum, vt lex canonica præferatur dicto cuiuslibet ſancti indeciſionibus cauſarum, quoniam vbi eſt canon Summi Pontificis, ceſſat omnis auctoritas Sanctorum Patrũ, & ad interpretationem iuris diuini, ſtatur dicto Summi Pontificis, & non Sanctorũ, nec Theologorum, quando opinio Sanctorùm, vel Theologorum contrariauerit legi canonicæ.facit tex.in c.1. cum ibi notatis.20.diſt. Ant.de Butr.& Abb. in c.tua & infra de decim. Fel.in d. c.ne innitaris. de conſt.

9 Lex ſuperioris non poteſt tolli,nec abrogari per inferiorem, quamuis inferior poſsit interpretari dubium legis. c. cum inferior, de maiorit. & obed.& c.inferior. 21. diſt. & clem.ne Romani. vbi Doct. de elect.& l.fin. C.delegib. quoniã,quicumq; iudex inferior à Principe nihil amplius eſt quam cuſtos legum. c.1. de conſt. & c. cap.omnia.§.ergo.25.quæſtion.& l. leges.

1. C.

Digitized by Google

l. C. delegib. & dixi ſupra verbo. iudex. §. 36.

10 Lex extẽditur de vno cõnexo ad aliud, quoniam illud, quod de vno dicitur, neceſſe eſt, vt de alio connexo intelligatur. c.tranſlato. vbi Ant.de Butr. & Hoſt. Inn. Ioan.Andr.Abb. & alij. de conſt.quoniam conceſſo vno, conceditur illud, ſine quo conceſsio ſtare non poteſt, nec ad illud vnum perueniri, & ſic cõceſſo principali, videtur conceſſum acceſſorium, & illud, per quod conceſsio habeat ſuum effectũ. c.præterea. vbi gl.fin. de offic.delegat.& l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. omnium iud. & l.item ſic. §. qui habet. ff.de ſeruit. vrb. præd. & l. refectiones. vbi gl.ſin. ff.communia. præd.

11 Extrauagantes, ſi in aliqua cauſa allegãtur,& iudex illas non habet,debet tunc cõſiderare, verum ſint conformes,& conſonantes iuri cõmuni, ſecundum allegationem illarum, aut diſſonantes nam ſi ſunt conformes debet ſecundum illas iudicare, ſi vero ſunt diſſonantes debet tunc conſulere Regem, ſeù Principem. c. paſtoralis. vbi Doct.de fid.inſtr.

12 Lex noua reuocat priorem,quamuis de illa mentionem non faciat. c.1. vbi Doct. de conſt. lib.6. Dec.in l.in omnibus.9.nu. 12. ff. de regul.iur.non tollit tamen conſuetudines,& ſtatuta rationabilia,niſi illud exprimat.d.c.1.& ibi ſcribentes.de conſt. lib.6. trahitur tamen ad ſuperiorem. l.non eſt nouum. vbi Doctor.& l.ideo. & l.ſed & poſteriores. vbi Bart. & reliqui ſcribentes. ff.delegib.

13 Lex quando promulgatur prohibet futura, ſed non præcedentia, niſi de illis faciat expreſſam mentionem. c.cognoſcentes,& c.fin.de conſt.& c.ſi eo tempore.vbi Doct.de elect.lib.6.& c.1.de conſt.eodem. lib.& l.leges.7. C.delegib. & auth. vt cum de appellat. cogn.in prin. vbi Ang coll.8. nec quando prohibet aliquid acquiri,vetat iam quæſitum. c.Iudæi.3.& c.conſuluit.de Iudæ.& Sarrac.Iaſ.in l.1. §. veteres. n.33. ff. de acquir. poſſ. itaq; ſi canon imponat priuationem beneficij obtinendi,non priuat iam obtento, nec è contra clem.1.vbi gl.verb.obtinenda,& verb.obtentis,& Doctor. de pœn.

14 Lex Principis nouiter promulgata, quæ ſine pœnæ adiectione præcipit vetera iura ſeruari ſtatim obligat, vbi primum in corpore iuris fuerit impoſita, ſi vero eſt iuris excluſiua, aut pœnalis obligat in ciuitate Romana, ſiuè in Curia poſt publicationẽ, in Prouincijs vero poſt duos menſes à die publicationis auth. vt fact. nou. conſt. in prin.& §. Sancimus. vbi Doct.coll.5.& gl. verb.anno in gl.fin. de regul.iur. libr.6. & gl.verb.de cætero in proœm.clem.& gloſſ. verb. infra duas. in c. nouerit. vbi Abb.n. 3. de ſent.excommunicat.& c.1. §.nec obſtaret.de præb. libr.6. & gl.verb.bononiæ. in proœm.decret. & Doct.in c.1. de conſt. in noſtra Luſitania tamen obligat in Curia poſt octo dies,in Prouincijs vero poſt tres menſes.ord.lib.1. tit.2.§.10.

15 Lex enim tollitur per aliam legem cõtrariam, aut per contrariam conſuetudinem,ſiuè per non vſum. l.de quibus in fin. vbi gl.vlt. & Iaſ.n.33. C. delegib. & §.ſed naturalia. vbi Doct.inſt.delegib. glo.verb. tanto tempore. in c. ſi de terra. de priuil. facit text. in l.2. in princ. vbi Bald. C. de conſt. pecun. & c. in iſtis. §. leges. diſt. 4. gl.verb.frangere,in c.1. de treug.ſi tamen nunquam euenit caſus,vbi ciuitas vteretur lege, vel ſtatuto, tunc non tollitur lex per mille annos, lege illa non vteretur, ſed oportet, vt plurimi caſus concurrant, in quibus non vtetur lege illa,& tunc per nõ vſum, & contrariam cõſuetudinem, abrogatur lex, vt tenet Cin. in l.fin. C. de iur. dom.imp.Ant.de But.in c.fin.de conſuet. Bart.in §.& antea,in proœm. ff. Iaſ.in d.l. de quibus.n.33. C.delegib. Doct.in c.Ioãnes. de Cler. non reſid.& in l.2. C.quæ ſit long. conſuet.

16 Lex alia eſt diæceſana,& alia iuriſdictionis, & differunt, licet aliquando lex diæceſana cõprehendat legem iuriſdictionis, non præiudicat, tamen res iudicata in vna agenti in alia cum ſint diuerſæ. c.dilectus. vbi gl.vlt.in fin.& Doct.de offic.iud.ord.

17 Conuocatio Synodi Epiſcopalis expectat ad legem diæceſanam, cui debent intereſſe Sacerdotes,& Abbates habẽtes populum, & Curam animarum,quãdo agitur in illa de tangentibus ad Curam animarũ, non habentes vero, non tenentur ad Synodum Epiſcopalem venire.c.quod ſuper. vbi glo.verb.diæceſana,& Doct.de maior. & obed. ſi tamen Synodus ſit agitanda,ad reformationẽ morum,& ad illa,quæ cõcernunt totũ ſtatũ Clericorũ,tũc oẽs Clerici. de Epiſcopatu ſunt vocãdi intra ſex mẽſes, & venire teneẽ.c.decernimus.18.diſt.Abb. in c.quod ſuper notab.1.de maior.& obed.

Lex

18 Lex eſt duplex,alia namq; eſt publica, & alia priuata,priuata eſt illa, quæ vocatur lex conſcientiæ, & eſt potentior lege publica,quæ eſt illa,quæ canonibus, & legib9 ciuilibus, à patribus eſt conſcripta. c.duæ ſunt.19 quæſt.2.& Abb. in c. inquiſitioni. n.3.de ſent.excõmunicat. & c.oẽs.diſt.1.

19 Lex, quæ ſine peccato in lege conſciẽtiæ obſeruari non poteſt, non eſt obſeruãda, neq; dicitur lex illa, quæ peccatum inducit. c.fin. vbi Ant.de Butr. Hoſt.Innoc. Abb & omnes depræſcript.& cap.licet, de iure iur.Bart.in l.omnes populli.nu.22. ff. de iuſt. & iur. & in l.fin. nu.2. C. ſi contra ius, vel vtil.publ.Abb.in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,n.11. de conſt.

20 Leges ciuiles non dedignantur immitari Sacros Canones,& è contra cap.1.vbi Doct.de iur.calum.& cap.ſuper ſpecula de priuileg.& c.fin.de ſecund.nupt. & c.1. de noui op.nunciat. vbi Doct.& auth.vt Cler. apud prop.Epiſc.§.pen.coll.6.& auth.quo mod. opor. Epiſc. §.fin. coll.1. & auth.de Eccleſ.tit.§.Sanciſmus. coll.9. & c.Clerici. & infrà.de iud.

21 Canones etiam legibus adiuuantur , & in caſibus Eccleſiaſticis poſſunt allegari leges , nec poteſt eſſe bonus canoniſta , ſi non fuerit bonus legiſta,& quãdo canones deficiunt, poſſunt iudices Eccleſiaſtici iudicare ſecundum legum diſpoſitionem. c. 1 vbi gl.verb.adiuuantur. & Doct.de noui oper.nunciat. & c.lege.§.fin.diſt.10.& c.ſi in adiutoriũ eadẽ.diſt.& c.hiſtoria.33.q.2.

22 Lex quando principaliter reſpicit ad ſuam diſpoſitionem obligat etiam in foro animæ , ſi vero principaliter reſpicit ad pœnam , non obligat in foro animæ , ſed tantum ad illam pœnam,ex Abb.in c.1.n. 9 de conſt. & cap.factæ.diſt.4. & l.1. ff. de iuſt.& iur. Nau.in Manu.c.23.nu.54. & de redditib.Eccleſiaſt.q.1. monit.73.n.1.

23 Lex pœnalis potius debet reſtringi,quã laxari. c. ſtatutum Felicis. de elect. libr.6. & c.is qui de ſent.excommunicat. d.lib.6. & c.pœnæ de pœn.diſt.1.& l.reſpiciendũ, & l hodie. & l. pen. ff.de pœn. odia enim, & ſtatuta contrà regulas iuris communis ſunt reſtringenda,nec patiuntur extenſionem,ſed reſumuntur tãtum in illis verbis, in quibus loquuntur.regul.odia.vbi Doct. de regul.iur. lib 6 & l.quod contra rationem. vbi Dec. n.4. & l.factum.§ in pœnalibus. vbi Doct. ff. de regul.iur. & l. quod vero.ff.delegib. & l.cũ quidam. ff.deliber. & poſthu. & auth. de non eligen. ſecund. nubent. §.cùm igitur. coll.2. & l at ſi quis. §.Diui.ff.de relig.& ſumpt. funer. Bald. in l. ſi duo. ff.de acquir.hæred.& in l.& ſi dotis.col.2. C.de iur.dot.

24 Lex tamen pœnalis patitur extenſionẽ, quando datur eadem ratio, quia tunc non dicitur extenſio,ſed idẽ ius,propter identitatem rationis. l.quædam. §. nummularios. vbi Bart. Bald. Ang. Fulg. Iaſ.& alij. ff. de edend. & l. ſi poſtulauerit. ff. ad leg. Iul.de adult.& gloſſ.verb. Italiæ. in c.1. de temp.ord. vbi Doct.lib.6. Bald.in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſd.omnium iud. Dec.in l.factum.§.in pœnalibus.num.16.ff.de regul. iur.

25 Lex pœnalis diſponens de Clericis, nõ extenditur ad laicos diſponens tamen cõtra obtinentes dominium temporale, extẽditur ad perſonas Eccleſiaſticas tale dominium habentes.cſem.2. vbi gl.verb.dominium. & Doct.de pœn.

26 Lex, aut ſtatutum quãdo aliquid requirit pro forma, annullatur factum in contrarium, quoniam tunc ad vnguem eſt obſeruandum,facit text.in l.qui per ſalutem. ff.de iure iur. & l. cum hi. §. ſi prætor. vbi Bart.Angel.Fulg.Iaſ. & alij. ff. de tranſact. Alex.& Iaſ.n.18.in l.2.ff.delib.& poſthu.

27 Lex aut procedit prohibitiuè , aut diſpoſitiuè , quando enim procedit prohibitiuè reddit actus in cõtrarium factos nullos, quamuis non dicat, quòd actus aliter factus ſit nullus. l.non dubium. vbi notant cõmuniter Doct. C. delegib. & l.cum lex. ff.de fid.iuſſ. Iaſ.in l.2. num.10. ff.delib. & poſthu. ſi autem lex, aut ſtatutũ procedat diſpoſitiuè , mandando aliquid fieri certo modo, non reddit tunc actus in contrariũ factos nullos, niſi expreſſe dicat, quòd factum in contrarium ſit nullum. l.hac lege, & l.ſtatutis, C.de ſent. expericul. recitãd. Iaſ.in d. l.2. num.10 ff.deliber.& poſthu. Alex. ſibi contrarius in conſil.24. libr. 4. col.1. ad fin. Bald. poſt alios.in l. ſi tutor. in fin.C.in quib.caſib.in integ.reſt.non eſt neceſſ. Salicet. in d. l. ſtatutis. C. de ſent. expericul. recit.

28 Lex ſi aliquid voluiſſet, facile id exprimeret. c.ad audientiam, vbi Doct.de decim. & l.ſi ſeruum. §.prætor ait. verſ. non dixit prætor.vbi Doct. ff.de acquir. hæred. & l.vnic.§.ſin autẽ ad difficiẽtis.C.de cad. tollend.Valaſ.conſult.94.n.1.Leo.in tract. noui op.nũciat.c.6.n.3.Merg.cõſi.46.n.24.

Lex

Digitized by Google

29 Lex non eſt fraudanda directè, nec indirectè, vt executio illius impediatur. cap. conſtitutus de conceſſ. præb. & l. ſi quis patrem familias. §. is autem. ff. ad ſenat. cõſult. Maced. nec licet recedere à propria ſignificatione verborum legis, vel ſtatuti, niſi mens legis, vel ſtatuti aliud ſuadeat, quoniam, vbi offenduntur verba legis, fit fraus legi. vt tenet Bart. n. 5. Iaſ. n. 41. in l. non dubium. C. de legib. & eſt text. in l. contra. ff. eodem.

30 Lex fraudatur, quando de directo fit contra legem, aut committitur in legẽ, aut fit frans legi, nam fraus quatuor modis fit legi, aut cõmittitur in legem, ſiue fit contra legem, primò, de perſona ad perſonã, quando quis non poteſt donare vni perſonæ, & ſupponit alteram, tunc talis donatio non valet, quoniam tunc donator facit fraudem legi. l. hæc ratio. §. videamus. vbi Doct. & l. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vx. & c. ſicut non ſuo. diſt. 46. Bart. Bald. Salicet. Fulg. Paul. de Caſtr. Aret. Iaſ. & omnes. in l. non dubiũ. C. de legib. ſecũdò, de re ad rem, quãdo eſt prohibitum alicui mutuare pecuniam, ſi dederit frumentum, vinum, ſeù oleum, vt illud vendat, & habeat pecuniam, tunc fit fraus legi. l. ſed Iulianus. aliàs. l. item ſi filius. §. mutui, vbi Doctor. ff. ad Maced. & c. ſunt non nulli. 1 q. 1. & c. plerique. 14. quæſt. 3. tertiò, de contractu ad contractum. Primò, modo quãdo aliquis non poteſt alicui donare, & vendit, tunc etiam fit fraus legi, & non valet talis venditio. l. ſi ſponſus. §. circa venditionem. ff. de donat. int. vir. & vx. & l. ſi quis donationis. ff. de contrah empt. quartò, de contractu ad contractum. Secundò modo, quando mulier pro alio, fide iubere non poteſt, & facit ſe principalem debitorem, in fraudem legis, & etiam hoc nõ valet. l. quamuis. §. ſi cum eſſem. vbi Doct. & §. illud. ff. ad ſenat. conſul. vel, & gl. ver. in fraudem. vbi Canoniſtæ. de priuil. indirectè fit fraus legi, quando aliquis eſt priuilegiatus, ne ſoluat gabellam, & illi prohibetur ne vendat ſuas merces, aut prohibetur alijs, ne illi emant, & in ſimilibus, quia tunc indirectè fit fraus ſuo priuilegio, quia non ſolum facit fraudem legi, qui venit contra verba legis, ſed etiam, qui facit cõtra mentem legis. ita, vt non habeat ſuum effectum. d. c. quanto. vbi gl. verb. in fraudem. & Abb. nu. 2. & c. Porrò. de priuil. & d. c. conſtitutus. de conceſſ. præb. & l. fraus. vbi Doct. ff. de leg. & dicam infrà verb. priuilegium. §. 45.

31 Legis auxilium inuocare nõ poteſt, qui facit cõtra prohibitionem legis, & in fraudem illius, nam fruſtrà inuocat auxilium, legis, qui committit in legem. c. fin. de immunit. Eccleſ. & c. quia fruſtrà. de vſur. & c. in audientia, de ſent. excommunicat. & c. certum eſt. de regul. iur. lib. 6. & l. 1. vbi Doct. C. de hæret. faciens enim infraudem legis. contra ipſam, legem facere videtur. l. contra legẽ, & l. fraus. enim fit. ff. de legib.

32 Lex quoties. C. de rei vind. habet locũ in re locata, & in emphyteuſi, & in feudo, gl. verb. dominium. in c. ſi facta. vbi Bald. n. 2. & Afflict. n. 2. & 3. ſi de feud. defunct. fuer. contr. inter. dom. Rota antiqua. 879. Cou. ru. libr. 2. reſolut. c. 19. col. fin. Alex. conſil. 122. col. 2. libr. 5. Gam. deciſ. 130. Guillel. in c. Raynuntius. verb. & vxorem. deciſ. 4. n. 7. Socin. conſil. 29. lib. 4. Valaſ. de iur. emph. quæſt. 14. n. 7. attamen Iaſ. in d. l. quoties. n. 32. tenet contrarium in re locata, quæ opinio mihi non diſplicet, vt dixi ſupra verb. emptio. & venditio. §. 17. in beneficijs tamen, non habet locum. d. l. quoties, quatenus ſi beneficium concedatur vni, & poſtea alteri, vt ille, qui prius conſecutus fuerit poſſeſſionem remaneat in beneficio, ſed prima conceſſio rectè facta præualebit. c. cum tibi abſenti. vbi Doctor. de præb. lib. 6.

33 Lex non ceſſat, ceſſante fine legis, quia lex non obligat ad finem, quem intendit, ſed ad illud, quod in illum finem præcipit, l. 1. vbi notant ſcribentes. ff. de minor. & Nau. in apolog. de redditib. Eccleſiaſt. quæſtion. 1. monit. 68. n. 1. D. Thom. 12. quæſt. 100. art. 9. & 10. ceſſante tamen ratione legis, ceſſat diſpoſitio ipſius legis. l. quod dictum. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. de pact. & l. adigere. ff. de iure patr. & c. cum ceſſante. de appellat.

34 Lex aut eſt diuina, aut humana, & in hoc concluduntur omnes leges de mundo. c. omnes. diſt. 1. in lege diuina comprehenditur omnis lex Sacræ Scripturæ, quæ habuit originem ab ipſo Deo, & ſub hoc mẽbro legis diuinæ comprehenditur ius naturale, & ius gentium, quia diuina Prouidentia fuit conſtitutum. d. c. omnes. diſt. 1. Abb. in c. fin. n. 8. de conſt. & gl. 1. in c. ius naturale. diſt. 1. lex vero humana dicitur illa, quæ ab homine condita eſt. pro vt eſt ius canonicum, & ciuile. ius enim canoni-

Digitized by Google

canonicum continetur in ciuili, quatenus non continet legem diuinam, naturalem, ſeù Euangelicam. facit text. in d.c.omnes. & gl.1.in d.c.ius naturale.diſt.1.& lex humana poteſt declarare, ſeù interpretari diuinam, cum Papa habeat poteſtatem declarandi, & interpretandi ius diuinum per ea, quæ notant Abb.& Fel.in c.quæ in Eccleſiarum.de Conſt. idem. Abb.in c.fin. n. 3. de conſuet. non poteſt tamen Papa diſponere contra ius diuinum diſt.5.in prin. & cap. quæ contrà mores. diſt. 8. & cap. ſunt quidam. 25. quæſt.1. & D. Thom. 22. quæſt.85. ar.1.ad 1.Nau.in apolog.de reddit. Eccleſ.quæſt.1.monit.67.n.3.

Verbo Libellus.

1 Libellus eſt breuis ſcriptura, continens petitionem actoris, & eius cauſam, ac actionem. demonſtransq; ſpeciem futuræ litis. l.edita.vbi Doct.C.de edend. ſpecul. tit.de libell.concept. §.1. in prin.Gofred. Hoſt.Ioan.And.Abb. & omnes.in Rubric. de libell.oblat. gl.1. in c.1.eodem tit. Cin. in auth.offeratur. C. delit. conteſt. ſumma Ang.verb.libellus.in prin.

2 Libellus eſt duplex alius conuentionis, ſiue poſtulationis, qui datur in ciuilibus quæſtionibus, & alius accuſationis, qui datur in cauſis, & actionibus criminalibus. gl.1. in c.1. de libell.oblat. vbi Abb. nu.6. Doct. in l.libellorum. ff.de accuſat. Merg. conſil.26. n.18.

3 Libellus poſtulationis in ciuilibus, debet ſpecificare rem petitam, & quantitatẽ quæ petitur, ſi eſt tota, aut pars illius, & qualitatem rei, & eius naturam, vt euitetur obſcuritas in eo, nec eſt proponendus generaliter. c. ſignificantibus. vbi Abb. n. 6. de libell. oblat.& cap.ſignificantibus.de appellat.& l.ſi in rem. vbi Bart. nu.1.ff.de rei vind.& §.tripli vero. vbi gloſ.verb. in libello, & Doct.inſt.de act.& auth.de litig. §.ad excludendas. coll.8. Iaſ. in l.1. n.2 ff. de edend.& ſi libellus non exprimat qualitatem rei, non tenetur reus illi, reſpondere. cap.dilecti. vbi Doct.de libell.oblat. Iaſ.vbi ſupr. & declaratio illa in libello eſt facienda in re immobili petita, cum duobus confinibus gl.verb vicinos.in l.forma. vbi Bart.ff.de cenſib.ſufficit tamẽ libellus continere effectum rei, in ſubſtantia, l.fin. & ibi Iaſ.n.1. C.de præcib.imper.offerẽd. licet illi confines non apponantur, quoniã ſi reus opponat, non eſt vlterius procedendum, donec actor faciat declarationẽ rei cum duobus confinibus, ſi vero non opponat, & conſtat de re. valet iudicium. ex d. gl.verb. vicinos.in d. l.forma. ff.de cenſib. Bart. in d. l.ſi in rem.n.2.ff.de rei vind.

4 Libellus accuſationis in actione criminali, debet continere nomen accuſantis, & accuſati, & crimen, & locum, vbi crimen fuit commiſſum, & menſem, quo fuit perpetratum, quamuis dies, & hora nõ ſit neceſſe, licet cauſa ciuiliter intentetur, & aliter eſt ipſo iure nullus, quamuis pars nihil opponat. l.libellorum.vbi Doct.ff.de accuſat. & l.in cauſis, vbi gl.verb.tempus.& gl. fin.C.eodem tit.& gl.verb. & in inſtituendis. in prin.inſt. de publ.iud. & Abb.in c. tuæ.n.2.de procurat. §.libellorum.2.quæſ. 8. & Bart.n.14. Iaſ.n.2.in l.1.ff.de edend. idem.Iaſ.in l.edicta.n.18.C.eodem.

5 Libellus eſt de ſubſtantia iudiciorũ, aut aliqua petitio, ſeù ſcriptura, ſuper qua iudex ferat ſententiam, quod nec tacite neq; expreſſe poteſt remitti. gl.1. vbi Abb.nu. 10. & alij, in c.1.de libell.oblat.& gl.verb. neceſſario. vbi late Ioan.And.in clem fin. de verb.ſign.& gl.2. in c.2. delit.cont.lib. 6.Bart.Bald.Paul de Caſtr. Salicet.& omnes.in auth.offeratur.C.delict.cont.

6 Libellus eſt porrigendus in ſcriptis.c.1. vbi Ant.de But.Hoſt.Inn.Ioan.And. Abb, & communis.de libell.oblat.& c.quoniam contra de probat.& auth.offeratur.vbi Doctor.C.delit.conteſt.& l.2. C.de probat.gl. verb.edere. in l.1. vbi Iaſ. n.9. ff.de edẽd. in cauſis tamen modicis, & vilium perſonarum non requiritur libellus in ſcriptis, authẽt.niſi breuiores. vbi Doct.C.de ſent. expericul.& gl.1. in c.1. vbi Abb.n.17.de libell.oblat. auth. de mand. princip. §.ſit tibi. vbi Bart. coll. 3. idem Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. & alij in d.authẽt. offeratur. C.delit. conteſt. neq; requiritur in cauſis ſummarijs, ſed datur petitio in ſcriptis, aut verbis, in actis per notariũ redacta. de qua fit parti exhibitio.clem. ſæpe.vbi Doct. de verbor.ſign.& d.auth.niſi breuiores. C.de ſent.expericul. Abb. in d. c.1.n.8.de lib. oblat. Marant.de ord.iud.4. p. diſt.9. n.12.

7 Libellans in inſcriptione ſui libelli, debet prius cõfirmare ius ſui clientis, & poſtea impugnare ius alterius partis. c.Abbate. §. multum, vbi gl.verb.multum, & Dominic.Ioan.Monach. Ioan.Andr.& alij.de

ſent.&

Digitized by Google

ſent.& re iud.lib.6.l.ram,& his.§.huius autem. vbi Bart.n.1. ff.de inoffic.teſt.

8 Libellans cautè dicit in libello peto talem rem,quæ mihi pertinet iure dominij, ſeù quaſi,quoniam ſi actor in certus ſit,ex facto alieno,tunc admittitur libellus alternatiuus,& quamcumq; partem actor probauerit, obtinebit. l.1. §. quia autem. vbi Bart.ff.quorum legat.& c.Abbate. vbi glo. verb.dominij.& Doct.de ſent.& reiud.lib. 6.Abb.in c.2.n.16 de libell.oblat.

9 Libellus ſemper interpretatur in fauorem libellantis. l. ſi quis intentione, vbi Doct.ff.de iud.& Inn.in c.cæterum.de iud. Doct.in c.2. de ord.cogn.Abb.in c.examinata.n.18. de iud.& in c.2.n.10.de in integ. reſt. quoniam ſemper illa actio videtur intentata, quæ ex verbis narratis colligi poteſt. facit text.in l.inter ſtipulantē. §.1.vbi Doct.ff.de verb.obligat.& in l. Gallus.§ quidam rectè. vbi Bart.n.12.Iaſ. nu. 51.& alij.ff.de liber.& poſthu.& l.quotiēs. 13.ff.de reb.dub.

10 Libellus attenditur in concluſione, & non inſpicitur quid,& quantum narratur, ſed illud,quod ex narratione concluditur, ex Inn.in c.ſuper litteris.de reſcript.Abb. in c.examinata. n.19.de iud.& in c.vnico. nu.22.delict.conteſt. Bald.in l.edita. C de edend. & in l.domum. C.de rei vind.& in l.nec qui quam.§.vbi Decretum. col.15.ff. de offic.pro cōſul.& leg.& in c.1.de exceptionib.gl.in c.hic quippe.3.quæſt.6. Iaſ.in l.1.n.14.ff.de edend.& ſufficit libellus cōcludere præſumptiuè, & inſpecto iure cōmuni, l.omnes. §.Lucius. vbi Doct.ff.quæ in fraud.cred. Abb.in c.dilecti. n.6.de libell.oblat.Bart.in l.1.n.7.ff.de edend.

11 Libellus incriminalibus procedit ſine concluſione,vt tenet Bart.in l.libellorum. n.19.ff.de accuſat.& in l.quid ergo.§.pœna grauior. num.8. ff.de his qui not.infam. Cin.Bald.& Salic.in l in cauſis.C.de accuſat.Ang.in l.edicta. C.de edend. Iaſ.in l.1. n.23.ff.de edend.Marian.in rep.c.qualiter. n.211. de accuſat.Alb.in l.interdum.nu.2. ff.de pub.iud.apponitur tamen ſuper quibus omnibus peto iuſtitiam fieri.ex Bart.l. 2.§.ſi publico.n.12.ff.de adult.

12 Libellans per optime facit ponēs infine concluſionis libelli, illam clauſulam, peto omnia ſupra dicta, & iuſtitiam mihi fieri omni meliori modo,& forma,qua poſſum, &debeo,quoniā ſi tunc narratur in libello, aliquid pertinens,& impertinens,non aſtringitur libellans,niſi ad illud, pertinens, vt notatur in c.cum dilectus.vbi Abb.n.52 & alij.de ord.cogn.idem Abb. in c.vnico. n.22. de lit.conteſt.& Iaſ.in l. naturaliter. §.nihil cōmune.n.191.ff.de acquir.poſſ.

13 Libellus poteſt proponi, ſaluo iure addendi, vel minuendi. c. inter dilectos. de fide inſtr.Abb.in c.ſignificantibus.n.28.de libell.oblat. Doct.in l.edicta. C.de edend. & vſq; ad litis conteſtationem poteſt libellus corrigi, & emendari, poſtea autem nihil poteſt mutari,addi, vel minui,§.ſi minus, vbi gl.ver.in eodē.& Doct.& §.ſi quis aliud.inſt.de act.& auth.de litig. §. omnē. vbi Bart.coll.8. gloſſ.verb. vſq; ad fin.in l. qui ſemel.& ibi Doct.C.quomod.& quād. iud. & l.edicta. vbi gloſ.verb.emendari. & Bart. Bald. Fulg. Salicet. Paulus de Caſtr. Alex.Iaſ.& omnes.C.de edend.& gl.vnica, poſt medium. in c.ſignificātibus.de libell. oblat. Merg. conſil.36. nu.24. nihil tamen operatur clauſula. ſaluo iure addendi,cum ob illam proteſtationem, poſt litem conteſtatam, libellus mutari non poſsit. ex Bart. in d.l.edicta.n.30. C.de edend.

14 Libellās tamen petens per errorē aliud pro alio,poteſt vſq; ad ſententiam mutare libellum. §. ſi quis aliud. vbi gl.verb.corrigere,& Doct. inſt.de act. non admittitur tamen libelli correctio, ſeù emendatio, vel mutatio, niſi actor prius ſoluat expēſas, vt tenet Bart.in l.edicta.nu.31. & Iaſ. nu.37. & alij. C.de edend.Ant.de Butr. in c.1. ad fin. de libell. oblat. Bart. in l.rura. C.de omni agr. deſert. libr.11. Abb. in c. 2. n.32.delib.oblat. Iaſ.in l.naturaliter. nu. 69.ff. de acquir.poſſ. & in l Sancimus. nu. 14.C.de iud.& tunc dantur nouæ induciæ, quia illud quod venit poſt litem conteſtatam, non videtur venire iniudicium, nec dicitur acceſſorium ad primum, in libello contentum, ſed opus eſt noua inſtantia. c. Abbate ſane. de ſent.& reiud. libr.6.l.non poteſt.vbi Doct.ff.de iud.noua enim emergentia, nouo indigent auxilio. c.fin. de in integr.reſt.& c.fraternitatis tuæ. de teſt. & l.de ætate. §.ex cauſa.ff.de in integr.reſt.& l.poſt litem. ff. de procurat. & gl.verb. de nouo.in c.paſtoralis.de except. & gl.verb. recuſare.in l.apertiſsimi.C.de iud.

15 Libellans quamuis teneatur exprimere rem petitam in libello,non tenetur tamen exprimere nomen actionis, dum modo colligatur ius agendi,c.examinata. vbi Doctor.de iud.& facit tex.in l.1.C.ſi per vim,

Digitized by Google

vel alio mod.gl.verb actio.in c.dilecti,vbi Abb n.1. de iud Angel.& alij. in §.namq; ſicut Inſt.de act.

16 Libellus ſuper poſſeſſorio, ſi contineat in narratione proprietatem,& tamen concludat in poſſeſſorio, non aggrauat libellantem in probatione proprietatis. cap.ex parte. vbi Abb. nu. 3. & c. conqueſtus. de foro cõp. & c. licet. vbi Gofred.Hoſt.Ioã. Andr.Abb. & alij.de probat.Gerip.conſil. 26. num.48.

17 Libellus in rebus incorporalibus, etiã non dicat, quaſi poſsider, non viciatur, licet practica libellandi in iſtis rebus incorporalibus ſit, vt dicat quòd actor eſt in quaſi poſſeſsione,vt notat gloſſ.verb.quaſi poſſeſsione. in c. conqueſtus. vbi Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Ioann.And.Abb.& omnes. de foro comp.& gloſ. in fin.in c.quis quis.diſt.84.

18 Libellus in actione furti debet declarare rem petitam, & colorem animalis, ſiuè quot amphoræ vini, aut modij tritici ſint, non tamẽ tenetur libellans declarare valorem rei furatæ, l.ſi in rem.6.vbi Bart. ff de rei vind. & l. in actione, & l.ſi quis §.ſi quis ſeruo,verſ ſed &ſi.ff.de furt.

19 Libellus non debet eſſe generalis, ſed clarus,& certus,vt teſtes deponentes ſuper illo certè,& clarè de ponere poſsint,& nõ obſcurè,vel confuſè,ita quòd ex dictis eorum, poſsit veritas declarari à iudice in ſententia c.cum clamor.de teſt.& c.conſtitutus. vbi Inn.de relig domib. & l.certum. vbi Doct.ff.de confeſſ.& l.ampliorẽ. §. in refutatorijs. C. de appellat. & auth. de teſt. imp. aparent. in fi. §. nos igitur. coll.8. Marant. de ord. iud. 6.p. de libell. oblat.memb.3. n.22.

20 Libellus tamen incertus procedit,quãdo incertitudo non cauſatur ex parte libellantis, & habet iuſtam cauſam ignorãtiæ. l.quæ de tota. §. in certæ. vbi Bart. ff. de rei vind. Abb in c.conquerente.n.4. de offic.ord.Iaſ. in l.poſsideri. §.in certam.n. 5. ff.de acquir. poſſ. & in l.air prætor. §.ſi iudex. nu.10. eodem. & etiam procedit in certus, quando petitur intereſſe, ſeù genus, ſiuè quantitas,quæ debet probari coram iudice,& reduci ad certitudinem,per iudicis ſententiam. l.vnicæ. §.in alijs autẽ caſibus. vbi Doct. C. de ſent. quæ pro eo, quod int.& §.curare. vbi gl.verb. vel rei. inſt.de act.Iaſ. in l.certi conditio. n.32. ff. de reb. cred. atq; etiam tenet libellus incertus. ſi pars non opponat. ſi ex multis. C. de annal.except.Iaſ.in l.cum quid. nu. 32. ff. ſi cert.pet.

21 Libellus incertus etiam, & generalis procedit in petitione hæreditatis, quia in illo ſufficit dicere peto talem hæreditatẽ, quia ſum hæres illius,cuius fuit hæreditas. l. ſi hæreditatem, & l. ſi quo tempore, & l. item videndus. §. ſi quis. ff. de pet hæred. & l.1. §.fin. vbi Doct.ff ſi pars hæred.pet. & gl.vnica,ad mediũ. in c.ſignificantibus. vbi Doct.de libell. oblat. neq; eſt neceſſe, vt hic libellus vniuerſalis cõtineat,aut exprimat ſpecialiter contenta in petitione. c.cõſtitutus. vbi Abb.n.3.de relig.domib. & in c.2. n.4. de ord. cogn. & Bart.in l.1. n.7. ff.de edend.& ord. noſtra.lib 3. titul. 66. §.3.

22 Libellus tamen in peculio,debet continere ſingulas res,quoniam vniuerſitas corporum,differt ab vniuerſitate iurium.l.vẽdicatio, vbi Doct.ff.de rei vend.& gloſ.ibi verb. ſingulas. & l.quod dicitur. vbi Bart. n.3. ff.de impenſ.

23 Libellus continẽs plus dibita quãtitate in parte ſummæ, ſiuè in parte rei,non põt negari in totum, ſed tenetur reus cõfiteri partem debitam,aliàs condẽnabitur in expenſis,quoniam qui totum petit,quã libet eius partẽ petere videtur.l.ſi cũ quis totũ. vbi Doct. ff. de except. rei iud. & l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi Bart.Ang. Imol.Aret.Alex. Iaſ.& alij ff.de verb.obligat.Abb in c.vnic. n.15. de plus pet.Dec.in l.non poteſt.99. n.2 ff.de regul.iur.licet contrarium teneat ſpecul.in tit.depoſit.§.7.verſ.11.&Bald.in d.l.1.d.§.ſtipulanti,ſed opinio illorum cõmuniter reprobatur,per tx.in l.qui ſeruũ. §.fin.ff.de interrog. act. ſi autẽ libellus eſt falſus in qualitate bene poteſt tot⁹ negari, facit tex.in l.ſi quis ducenta.§.verum.ff.de reb.dub.Abb.vbi ſup.& ſic debet intelligi opinio ſpecul.& Bald vbi ſup.& ſpecul. in tit.de lit.conteſt.§.nunc dicend.in prin.

24 Libellans in querela inoſſicioſi teſtamenti debet proponere petitionẽ in hunc modum,peto teſtamentum rumpi,quia immerens,& indignè fui præteritus,& ex hæredatus, & eo rupto, aut irrito, hæreditatem mihi reſtitui. l.nam & his.§.huius autem.vbi gloſ.verb.exercere ad fin.& Bart. n.1. & l.qui,de in officioſo. vbi Doct.ff.de inoffic. teſtam.

25 Libellans in petitione reſtitutionis in integrum, debet narrare, quòd ſit minor, & quòd

Digitized by Google

& quòd fuiſſet læſus ſua facilitate, & non ſufficit dicere ſimpliciter, quòd minor fuit læſus, quia tunc non concluderet libellus, non requiritur tamen, quòd declaret cauſam læſionis, ſed ſufficit allegare ſua facilitate fuiſſe læſum, vt tenet Bart. in l. verũ. §. ſciendum. n. 2. & in l. minor autem, §. 1. nu. 1. ff. de minor. & in l. fin. 3. C. de in integr. reſt. Ant. de Butr. in c. 1. de in integr. reſt. Anan. conſil. 48. Abb. conſil. 77. libr. 2. Dec. in l. nihil conſenſui. nu. 4. ff. de regul. iur. ſed contrarium obſeruat praxis, imo ſufficit dicere ſe eſſe minorem, & fuiſſe læſum. vt communem dicit Ioan. de Imol. in d. c. 1. de reſt. in integr.

26 Libellans petens reuocari attẽtata poſt appellationem, debet dicere peto reuocari omnia attentata, poſt, & contrà appellationem, vt tenet Doct. in c. cum dilecti. 2. & Abb. in c. conſuluit. 2. num. 7. de appellat. Anch. in c. ſunt quatuor. §. fin. 2. q. 7. Socin. conſil. 45. p. 1. coll. 2. Merg. conſil. 29. num. 32.

27 Articuli impertinentes, qui nec directè, neq; indirectè adiuuant ad probationem libellantis, non ſunt recipiendi, ſed tanquam inepti ſunt rejiciendi. l. ſi duo. §. idem Iulianus. vbi Bart. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & alij. ff. de iure iur. & l. ad probationẽ. 1. vbi gl. fin. & Bart. & Bald. C. de probat. idem Bald. in l. teſtium. col. 3. C. de teſtib. Angel. in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſt. ſi tamen articuli directè, aut indirectè adiuuarent ad probationem, ſunt recipiẽdi, quoniam iudex debet admittere omnem ſpeciem probationis, quæ aliquo modo adiuuare poteſt. l. iudicia. vbi Doct. C. de rei vend. & l. 1. C. de teſt. & clem. fin. de verb. ſign. & c. iudicantem. 30. quæſt. 5. & dixi ſuprà verb. iudex. §. 34.

28 Libellus debet eſſe bene formatus, cum articulis tantum, qui ad cauſam pertineãt, bene reſumentes ſubſtantiam rei petitæ, vt teſtes, illos, benè comprehendant ſciẽtia ſuæ mentis, vt clarè, & diſtinctè explanent ſuum teſtimonium, nec debet libellus continere ineptitudinem, aut notoriã iniuſtitiam, nam ſi contineat ineptitudinẽ, aut notoriam iniuſtitiã, tanquàm ineptus, & male formatus eſt rejiciendus c. 1. vbi Gofred. Ant. Hoſt. Inn. Ioann. And. Abb. & omnes. de offic. vicar. & c. examinata. vbi Abb. n. 19. de iud.

29 Libellus procedit porrectus per Prælatũ nomine proprio, quãuis nõ dicat nomine ſuæ Eccleſiæ, quando agit pro iuribus cõpetẽtibus ipſi Prælato, c. cum venerabilis, vbi Doct. de relig. domib. & c. auditis. de in integ. reſt. Inn. in cap. conquerente. de reſt. ſpol. Abb. in c. litteræ. nu. 6. de dilat. & in c. in litteris. nu. 31. de reſt. ſpol. & c. Abbate. vbi Doct. de ſent. & re iud. lib. 6. & ita quãdo agit de poſſeſsione recuperanda, quoniam ipſe fuit ſpoliatus. c. conquerente. de reſt ſpol. & c. in litteris, & c. item cũ quis. eodem tit. & c. præſentium. 7. quæſt. 1. Abb. in d. c. in litteris. nu. 3. & hoc idem ſi agat de poſſeſsione adipiſcenda. c. accedẽs. vbi Doct. de accuſat. Abb. in c. litteræ. nu. 5. de dilat. ſi autem agat pro iuribus particularibus ipſius Eccleſiæ, aut pro corpore illius, tunc debet formare libellum nomine Eccleſiæ, & non ſuo proprio, quoniam adminiſtrator eſt, & non dominus. c. inter dilectos. de fid. inſtr. & c. litteræ. vbi Abb. n. 3. de dilat. auth. ſed hodie. vbi Doctor. C. de Epiſcop. & Cler. Hoſt. in c. olim. 1. de reſt. ſpol. poteſt tamen libellus concepi in perſona procuratoris, nomine Eccleſiæ. d. c. inter dilectos. vbi Doct. de fid. inſtr.

30 Libellans cautè ponit in libello, quòd reus noluit ſoluere, aut noluit diſiſtere, cũ fuiſſet multoties requiſitus, quoniam ſi citatus veniat, & confiteatur, & antea non fuiſſet requiſitus, non condẽnaretur in expenſis, quamuis de neceſsitate non requiratur, quòd reus ſit requiſitus, antequã vocetur in iudicium, licet de vrbanitate requiratur. hæc requiſitio tamen eum conſtituit in culpa, vt ſtatim condemnetur in expenſis. l. debitores, vbi notãt ſcribentes. C. de pign. & hypoth. Ang. in l. ſi manumiſſori. C. de obſequi. patr. præſt. & in l. in fideicõmiſſi. ff. de vſur. Abb. in c. 2. n. 4. de accuſat. & in c. licet heli. n. 13. de ſimon.

31 Libellus requiritur, & alius ordo iudiciarius, quando petitur executio ſentẽtiæ per actionem iudicati, vel in factũ, facit tex. in l. 1. ff. de edend. & in l. minor annis viginti quinq;, cui fideicõmiſſum. ff. de minor. & in l. 1. C. quand. ex fact. tut. ſpecul. in tit. de execut. ſent. §. qualiter, in princ. Bart. in l. intra dies. n. 1. & Iaſ. n. 3. ff. de edend. ſi autẽ imploratur officium iudicis pro executione ſententiæ, non requiritur libellus, nec alius ordo iudiciarius, ſed proceditur ſummariè. l. à Diuo Pio. §. ſi verũ. verſ. ſed ſciẽdum. vbi Doct. ff. de re iud. & l. iudices. C. de iud. ſpecul. vbi ſup. Bart. Bald. Salic. Pau. de Ca. & alij. in l. 2. C. de execut. rei iud. Ang.

Digitized by Google

in l.ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. ff de re iud. Bart. Imol. Alex. Iaſ. & omnes in d.l.intra dies. ff. eodem quoniam officiũ iudicis eſt nobile, per quod petitur executio ſententiæ, & nõ de ſeruit principaliter alicui actioni intentatæ, quia nobile eſt. Bart. in l.iubere cauere. nu. 4. ff. de iuriſd. omnium iud. & in l.à Diuo Pio. §. ſententiam. nu. 2. ff. de re iud. ſi tamen imploraretur officium nobile iudicis, quod datur loco actionis, tunc requiritur libellus, & litis conteſtatio, & ordo iudiciarius ſicut in alijs actionibus. ex c. fin. de offic. iud. Bart. in Rubric. ff. de interrog. act. & in l. nequaquam. §. vbi Decretum. n. 6. ff. de offic. pro conſul. Iaſ. in l.intra dies, num. 4. ff. de re iud.

Verbo Lis.

1 LIS Dicitur à contentione. c. forus. de verbor. ſign. & eſt nomen generale, & aliquando ponitur pro inſtancia cauſæ, l. properandum. in prin. C. de iud. & l. cũ lite mortua. vbi Bart. n. 4. ff. iudicat. ſolu. aliquã do ſummitur pro ipſa cauſa deducta in iudicium. l. nulla, & l. licet. C. de procurat. & l. litis nomen. ff. de verb. ſign. & l. poſtquam liti, vbi Alex col. 1. C. de pact. & c. quamuis. de procurat. lib. 6. Alex. conſil. 22. libr. 1. & Marant. de ord. iud. 5. p. §. 1. n. 63.

2 Inſtancia cauſæ eſt exercitium iudicij à litis conteſtatione, vſq; ad finem. l. properandum. in prin. C. de iud. Paul. de Caſtr. in Rubric. C. de in ius vocand. & l. Græce. §. & poſt litem. ff. de fid. iuſſ. Iaſ. in l. poſtquam liti. n. 10. C. de pact. Marant. de ord. iud. 5. p. §. 1. n. 1.

3 Inſtantia litis inchoata cum defuncto tranſit ad hæredem vniuerſalem, quoniam ipſe fungitur perſona defuncti. & eſt ſucceſſor vitiorum. l. cum hæres. ff. de diuerſ. præſcript. & l. ſequitur. §. hæres, ff. de vſu. capion. & l. quod ipſis. ff. de regul. iur. & l. cum à matre. vbi gl. C. de rei vind. & auth. de iur. amot. præſt. coll. 5. & l. hæres abſens. ff. de iud. Abb. in c. quia V. n. 11. de iud. & quamuis non ſit hæres ſufficit, quòd ſuccedat in bonis, tàm ex ſucceſsione, quàm ex quocumq; contractu. l. tàm ex contractibus. vbi Bart. ff. de iud. & l. patri pro filio. ff. de minor. Abb. in d. c. quia. d. nu. 11. & etiã quando inſtantia fuit inchoacta cũ defuncto, nomine dignitatis, aut adminiſtrationis, aut nomine Eccleſiæ, bene tranſit tunc inſtantia in ſucceſſorem, quoniã in effectu agitur cum Eccleſia, ſeù dignitate, quæ nũquam moritur. c. dilecti filij. de foro cõp. & c. liberti. ſecundo. 12. q. 2. & c. pudenda. 14. q. 1. & c. ſi gratioſe. vbi Doct. de reſcript. lib. 6. Abb. in d. c. quia. nu. 10. de iud. ſi vero rector, vel ille, qui conſtitutus eſt in dignitate ageret nomine proprio, & nõ nomine Eccleſiæ, ſeù dignitatis, non tranſiret tunc inſtantia in ſucceſſorẽ dignitatis. c. 2. vbi gl. ver. in illo, & Doct. vt lit. pẽd. lib. 6. Inn. Hoſ. Abb. & alij. in d. c. quia. de iud. nõ trãſit tamen inſtantia in fiſcum quamuis ſuccedat in bona vniuerſalia, quia habet iudices ſeparatos. l. ſi conſtante. § fin. vbi Bart. n. 4. ff. ſolut. matr. Abb. d. c. quia. n. 11. de iud.

4 Lis ſemper eſt decidenda ſecundũ iura exiſtentia tempore controuerſiæ motæ, & non ſecundum priuilegium lite pendente impetractum, nec ſecundum legem, ſeù ſtatutum, poſtea editum, niſi de illa lite fiat expreſſa mentio in priuilegio, ſeù in lege, de proprio caſu. c. fin. vbi Hoſt. Inn. Ioan. Andr. Abb. & alij. vt lit. pend. & l. leges 7. vbi Bart. C. de legib. & l. ſi quis poſtea. ff. de iud. & authent. vt cum de appellat. cognoſcat. in prin. coll. 8. Bart. in l. omnes populi. n. 40. ff. de iuſt. & iure Iaſ. in l. non dubium. n. 10. C. de legib.

5 Lis dicitur mota, quando fuerit conteſtata, nam omnia antea acta ſunt præparatoria ad litem. c. vnico. vbi Doct. de lit. cõteſt. & c. relactum. de offic. iud. deleg. & c. ex parte. 30. vbi Abb. nu. 3. de verb. ſign. & l. 1. vbi Doct. C. de edend. & l. ſed & loci. §. poſt litem. ff. fin. regund. gl. verb. litis exordium. in c. ſuper quæſtionum. de offic. deleg. vbi Fel. col. 4. in fin. & Cin. Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. cauſas. C. de tranſact. Abb. in c. 1. n. 4. de iuram. calum. quamuis gl. 1. in d. l. cauſas. & Bald. ibi videantur ſentire, quòd lis dicatur ante conteſtationem, quòd puto procedere ſumendo litem lato modo, quia tunc incipit à citatione, vt tenet Paulus de Caſtr. in Rubric. C. de in ius vocand. additio. ad Abb. in c. vnico. n. 10. Littera B. de lit. conteſt.

6 Litis conteſtatio, eſt negocij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & ſubſecuta reſponſio, ſiuè negando, ſiuè cõfitendo, & hæc diffinitio eſt bona, vt tenet gloſſ. verb. reſponſiones, & And. Barb. in c. vnico de lit. conteſt. & apertè colligitur ex text. in l. 1. C. eodem. ibi. cum iudex per narrationem negocij, cauſam audire cæperit

cæperit

Digitized by Google

ceperit.& tenet gl.ver.litis conteſtationẽ. in auth. de exhib reis. §.illud.coll.5. licet Hoſt.Ioan.Andr.Abb. & communis aliter diffiniant,in d.c.vnico.delit.conteſt.

7 Lis non poteſt terminari, nec poſſunt teſtes recipi,ante cõteſtationem.c.1.& 2. & c.accedens.vbi Doct.vt lit.non conteſt. neq; proceſſus habitus ante litis conteſtationem, valet. c.dudum.2.§. licet.de elect. & d. c accedens, vt lit.non conteſt.& c.cũ dilectus. de purgat. canonic. & c.olim.de iniur.& damn. dat.& l.1.vbi communiter Doct. C. delit. cont. niſi quando timetur abſentia teſtium, aut propter illorum valitudinem. c. quoniam frequenter. §.1. & ſeq.vt lit.non conteſt.& dicam,infrà verb. teſtis.§.89.

8 Litis conteſtatio multos operatur effectus,primo perpetuat actionem, ne intereat. l.ordinata.vbi Doct.ff.de liberal.cauſ. gl.in l.non ſolet. ff.de regul.iur.Alex.in l. ſi cum. § qui iniuriarum. ff ſi quis caut.2. operatur, vt poſsit procedi ad diffinitiuã, ſententiam, quod alias non poſſet, ſi lis conteſtata non fuiſſet,vt d c.1.& 2.& c.accedens,vt lit.non conteſt.& d.c.olim.de iniur.& damn.illat.auth.de exhib.reis.§.illud ad fin.coll.5. tertio, percludit viam ad proponendas exceptiones dilatorias.c.cũ cauſam. 62. de appellat.& c.inter monaſterium. de ſent.& re iud. 2. l.qui procuratorem, & l.Pomponius. §. rati habitionis. vbi Bart.ff.de procurat. & dixi ſupra verb. exceptio.§.11. quarto,quia poſt litẽ conteſtatam variari non poteſt, litis enim cõteſtatio percludit potentiam variandi. l. ſi quis ſtipulatus ſit. 112. vbi Bart.num.3.& Iaſ. nu.9. ff.de verbor.obligat. gl. in l.non ſolet,& Dec. nu.2. ff.de regul.iur. quinto. litis conteſtatio conſtituit reum in mora, & in mala fide quoad fructus percipiẽdos. l.certum eſt. vbi Bart.Bald.& alij.C.de rei vind. & l. more litis, vbi Bald. & Saliceto. C.eodem.& l.cum poſtulaſſent. ff.de dam. infect.Bart. in l.litigator. nu.3. C.de fruct. & lit.expenſ.Alex.conſil.48.col.fin.libr.4. Abb. in c.ſignificauerunt. nu.6. de teſtib. ſexto. interrumpit praſcriptionem, ſi lis conteſtatur,& agitatur contrà præſcribẽtem.d.l.more litis. vbi glo.1.& Doct.C.de rei vind.& l.ſicut. vbi Bald.C.de præſcript. 30. annorum. & l.ſi poſt acceptum. ff. de rei vind.& l.vnica. C.de vſucap.tranſfor.& & l.1. & l.longi temporis. C. de præſcript. long.temp.& cap. illud de præſcript. alios quam plures operatur effectus,qui ſuis locis videri poſſunt.

9 Lis conteſtatur quando imploratur officiũ iudicis via ordinaria,non autẽ quando imploratur incidenter. c.fin.vbi glo.verb. alias ante, & Gofred.Hoſt.Innocent.Ioan. And.Abb.& alij.de offic.iud.Bart. in l. ne quaquã.§ vbi Decretum. n.6.ff.de offi.pro cõſul.& Iaſ.in l.intra dies. n.4.ff.de re iud. & dixi ſupra verb.libellus.§.31.

10 Lis conteſtatur in cauſa poſſeſſoria,quãdo petitur rei reſtitutio.c.conſultationib⁹ vbi gl.fin.de offi.iud.deleg.& c.accedẽs,vt lit.nõ conteſt.vbi gl.verb.contumaciam,& Abb.n.16.& gl.verb.momento. in l.1. vbi Bar.n.4.C.ſi de momẽt.poſſ.fuer.appellat. Bart.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.n.34. Iaſ.nu.165. ff.de acquirend.poſſ.Ang.in l. fin. C.qui legit.perſon. hab. ſtand. in iud. Bald.& Salic.in l.fin.C.ſi per vim. vel alio mod.Ang.in l.1.§ annũ.ff.de itiner.actuq; priuat.Alex.conſil.367. quod eſt conſil.2. lib.4. reprobata. gl.ver.plena.in c.iudicãte. 30.q.5. & Bald.ſibi contrarius.in q.16. quæ.incipit accuſatus.de vi turbatiua.

11 Litis tamen conteſtatio nõ requiritur in cauſis ſummarijs,vbi proceditur,de plano & ſine figura iudicij, nec offertur libellus in ſcriptis.clem.ſæpe.vbi Doct.de verbor. ſign.Bart.in l.ſi cõſtãte.n.81.ff.ſolut.matri. & in l.intra dies. ff.de re iud. & in extrauag.ad reprimend.& in l.fulcinius. §.cum hoc. ff. ex quibus. in poſſ. Iaſ. in l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.n.4.ff.de re iud.Abb. in c.venerabilis.n.22. de iud.limitatur tamen. vt per Bart.in l.ne quaquã.§.de plano. n.2. ff.de offic.pro conſul.

12 Lis etiam non conteſtatur,quãdo agitur per viam inquiſitionis,electionis,publicationis,ſiue denunciationis. c.nouit.de iud. & gl.verb. regulariter. in c.quoniam frequenter. vbi Doct.vt lit.non conteſt.

13 Neq; in cauſa beneficiali,dignitatis,perſonatus decimarum, vſuræ,electionis,officij,canonicatus, & his tangentium.c.vnico.vbi Doct.de eo qui mitt. in poſſ.libr.6. & c.quoniam. §. Porro. vt lit. non cõteſt. & clem.diſpendioſam. vbi notant omnes. de iud.

14 Neq; in cauſa tranſactionis,rei iudicatæ & litis finitæ,aut in exceptione per emptoria, aut in ſententijs interlocutorijs, & in emergentibus quæſtionibus. c.1.& c.2.vbi Doct.delit.conteſt.lib.6.Abb.in c.quoniã frequenter,n.4. vt lit.non conteſt.

Digitized by Google

15 Neq; in cauſa matrimoniali, quādo agitur de fœdere matrimonij, ſiuè ad impediendum, ſiuè ad derimendū, ſiuè ad illud declarandum. c.1. & c.quoniam. §. Porro. vbi Ant.de Butr.Hoſt.Ioan.Andr. Abb. & omnes. vt lit.non conteſt.clem.diſpendioſam, vbi glo.verb.matrimonijs. & Doct.de iud. ſi vero agatur de pœna matrimonij, eò quòd contractum fuit contra prohibitionem Eccleſiæ, & contrahentes inciderunt in pœnam, & quando conueniūtur ad pœnam ſoluendam eſt neceſſaria litis conteſtatio, aut quando agitur de crimine adulterij c. 1. vbi Doct. vt lit. non conteſt. & gl.verb. matrimonijs. & Doct. in d. clem. diſpendioſam. de iud.

16 Neq; conteſtatur lis quando reus confitetur ante oblationē libelli, & eſt paratus ſoluere, quia tunc non cogitur reus accipere iudicium. l.ſi reus. vbi Bart. nu.1. ff. de procurat. Abb.in c.dudum.2. n.25. de elect. ſi autem non ſit paratus ſoluere, ſed tantum confiteatur ante oblationē libelli, debet tunc iudex illi dare certum tempus ad ſoluendum, licet ſententiam diffinitiuam proferre non valeat. l.ſi debitori, vbi Bart. ff. de iud. gl.verb. reſponſionem. in c.dudum.2.de elect.

17 Neq; etiam lis conteſtatur quando quæſtio eſt de finibus agri tantum, & non de proprietate. gloſſ.pen. vbi Bart.n.2. in l.ſi quis ſuper. C.finium regund.& Abb. in c. quoniā frequenter.n.4. vt lit.nō conteſt.

18 Neq;, quando ius agendi non dirigitur ad certam perſonam, ſed ſolum iudex procedit ex officio, & quando actor poſt libellum oblatum ſe abſentauit, & eſt neceſſe exercere litem, vſq; ad finem. c. quoniam frequenter. §. ſunt & alij. vt lit. non conteſt. & c.cauſam, quæ. vbi Doct. de dolo, & cont. & c.ad noſtram.de iure iur. & auth. qui ſemel. vbi Bart.Bald.Salicet.& alij.C. quomod.& quand. iud.

19 Neq; quando offenditur aliquod publicum commodum. l.ne diu, vbi Bart. Salicet. & alij. C. de pœn.& c. cum nobis. de elect.& c.quia ca.3.quæſt.3. gl.1.in c.quoniam frequenter.vt lit.nō conteſt.Gofred. & Innocen.in c.ad noſtram. de iure iurād. Gerip.conſil.36. n.12.

20 Neq; in cauſa hæreſis, quia hæreticus, etiam poſt mortem accuſari poteſt.c.ſane. 2. 24.quæſt.2. gl.ver. regulariter.in c.quoniam. vbi Abb.n.4. vt lit.non conteſt.

21 Neq; in cauſis merè ſpiritualibus, quæ ſine incommodo alicuius tractantur. vt tenet Innocent.& Abb. in d. c.quoniam frequenter. vt lite non conteſt. Leo.in tract. noui oper. c.1. n.14.

22 Neq; quando minor iudice prouidente ſe vult abſtinere ab hæreditate.auth.ſi omnes. vbi Bart. Bald. & alij. C. ſi minor. ab hæred. ſe abſt.& auth. vt ſponſal.larg.§ ad hæc. vbi Bart.collat 9. Abb.in d.c.quoniā. n.3. vt lit.non conteſt.

23 Neq; quando agitur de grauamine articuli appellationis, ob quod grauamen fuit appellatum. c.interpoſita. §.ſane. vbi glo. verb.lite.& Ant.de Butr.Inn.Hoſt.Ioann. Andr.Abb.& omnes. de appellat.& auth. ei qui appellat. vbi Doct.C.de temp.reparand. Abb. in c.quoniam.nu.3. vt lit.non conteſt.

24 Neq; in reſtitutione trebellianicę.l.Sancimus. §.cum autem, vbi Bart.Bald. Salic. & omnes. C.ad treb.Abb.in d. c.quoniam. n.4. vt lit.non conteſt.

25 Et quando incidenter petitur reſtitutio in integrum, quoniam ſi principaliter petitur, & nō incidenter, tunc requiritur litis conteſtatio. c.2. vbi Doct. de offic.iud. in incidentibus enim nō requiritur. vt tenet ſpecul.in tit.de teſt. §. Hoſt. in ſumma. vt lit.non conteſt.§.de [illegible] Abb.in d.c.quoniam frequenter.n.3.vt lit.non conteſt.

26 Lis vtrum dicatur conteſtata, ſi in actis reperiatur, quòd reus conteſtatus eſt per clauſulam generalem, aut quòd reus conteſtatus eſt, non dicendo, per confeſſionē, aut per negationem, & videtur, quòd non, quia non colligitur, nec conſtat, ſi reus negauit, aut eſt confeſſus, & remanet ſic incertitudo, vnde talis conteſtatio fieri non debet, tanquàm incerta, quia ſemper incertitudo viciat actum. l.idem Pomponius.§. ſi plures. ff.de rei vind.& l.ſi fuerit, & l. ſi quis de pluribus. ff.de reb.dub. & veriorē opinionem eſſe in puncto iuris exiſtimo, & illam tenet ſpecul. in tit. de lit.conteſt. §.2. verſ.quidam autem lecta petitione, & Hoſt.in c.dudum.1. de elect. & in c.1. de lit.conteſt. attamē contrariam tenet Abb. & alij in d.c.1.de litis cōteſt.Bart.in l.ſciēdum. num.18. Alex.Iaſ.& communis.ff.de verb.obligat.Bart.Imol.Rom.& Aret.in l. quod ſi dubitet. ff.de acquir.hæred. Ioan. Andr.in addit.ad ſpecul. vbi ſupra, & pro hac opinione allegat.Iaſ.text.in c.cū cauſam. de iurament. calum. quem dicit eſſe rotundum.in d.l.ſciendum. n.44.ſed text. ille

Digitized by Google

ille mihi non probat contra primam opinionem, cum enim text. ille dicat. & lite coram nobis pleniſsime conteſtata, debet intelligi, quod lis fuiſſet conteſtata, negãdo, aut confitendo, quoniam ita pleniſsime conteſtatur, ſed tamen communis obſeruatur in praxi.

27 Lis ſemper eſt conteſtanda, vbi requiritur litis conteſtatio, aliàs totus proceſſus remanet nullus ipſo iure, nec iudex in cauſis ciuilibus, poteſt habere litem pro conteſtata, ſi reus conteſtari noluerit, quia ad litis conteſtationem opus eſt facto, & verborum expreſsione, auth hodie. §. patroni autem. C. de iud. Ant. de But. in Rubric. vt lit. non cont. & Cin. in l. 1. C. delit. conteſt. quæſt. 7. Ioan. de Imol. in d. Rubric. vt lit. non conteſt. in noſtra Luſitania tamen iudex habet litem pro conteſtata, & procedit in cauſa vſq; ad diffinitiuam, ſinè alia partis conteſtatione. ord. lib. 3. tit. 20. §. 5. quæ ordinatio ſolum habet locum in foro ſeculari, & non in Eccleſiaſtico.

28 Lis etiam eſt conteſtanda in criminalibus, cnm enim, agitur de grauiſsimo præiudicio ſtrictiſsime eſt procedendum, & nihil in ordinatè fieri debet. c. cum dilectis filijs de purgat. can. gloſ. verb. ciuiliter in c. quoniam. vbi Abb. n. 5. vt lit. nõ cõt. poteſt tamen iudex aſſumere, ſi vult, partes accuſatoris in cauſis criminalibus, & procedere parte abſente. vt tenet Bart. in l. is qui reus. n. 4. ff. de public. iud Bald. in l. 1. C delit. conteſt. in noſtra Luſitania habet iudex litem pro conteſtata, pro breuitate temporis. ord. lib. 5. tit. 124. in prin. & hoc apud iudicem ſecularem.

29 Litis tamen conteſtatio impeditur per exceptionem, per quam cõcluditur actionem ipſo iure eſſe ſublatam, aut per quam apparet delictũ eſſe impunibile, quia tunc non eſt iudicium inchoandum. vt tenet Bart. Bald. Angel. Salicet. Fulg. Alex. Iaſ. & communis. in l. ait prætor. 2. ff. de iure iur. ſpecul. in tit. de except. §. dicto. verſ. vt autem, & verſ. rurſus. itaq; exceptiones, quæ opponuntur ad impediendum proceſſum, eò quòd excipiens dicit domine iudex nõ poteſt procedere, quia habeo talem exceptionem, tales impediunt litis ingreſſum, & conteſtationem, ſi tamen non opponerentur ad proceſſum, ſed ad merita cauſæ, erit tunc lis conteſtanda. vt tenet Bart. in l. cum querebatur. n. 3. ff. iudic. ſolui. & in l. fin. ff. pro ſocio. & in l. vir. bonus. ff. iud. ſolui. & Bald. Ang. Lud. Rom. Alex. & Iaſ. in d. l. ait prætor. 2. ff. de iure iur. Bald. in l. eleganter. ff. de cond. indeb.

30 Lites potius ſunt reſtringendæ, quam relaxandæ, nec debent prorogari, vt fiant immortales. c. 2. de ſent. & reiud. & c. non nulli. §. cum autem de reſcript. & c. cum ceſſante. de appellat. & c. 1. vbi Doct. codẽ titul. libr. 6. & cap. finem. de dolo. & cont. & l. quidam. 21. ff. de reb. cred. & l. properandum. in prin. G. de iud. quamuis de cõſenſu partium, bene poſsint lites prorogari, c. de cauſis. & c. paſtoralis. & c. P. & G. de offic. iud. delegat. & l. diem pro ferre. ff. de recept. arb. & l. ſi conuenerit. vbi Doctor. ff. de iuriſd. omnium iud.

31 Litis non ſunt intricandæ diuerſis proceſsibus, nec exceptionibus dependentibus ab alijs cauſis, ne ordo iuris per vertatur in lite cæpta, & conteſtata. c. exhibita de iud. & c. tuam. vbi gl. verb. dependentẽ, & Doct. de ord. cogn. & c. prudentiam. §. ſextam. de offic. iud. delegat. & c. extenore de foro comp.

32 Lites non debent retardari friuolis exceptionibus, & impertinẽtibus ad cauſam. c. cum ceſſante. de appellat. & c. 2. & c. ſicut. 2. quæſt. 1. & l. adulterij. C. de adulter. calumnis enim hominum eſt occurrendũ. clem. 1. vbi Doct. de ſent. & reiud. Merg. conſil. 14. n. 23. & conſil. 32. n. 6.

33 Lites non debent ſurgere, nec oriri ex materia primæ litis, per iniquũ erit enim, ſi ex vna lite alia oriatur. c. paſtoralis. §. ſi verò de cauſa poſſ. & propriet. & l. ſi ſe obtulit. §. ait prætor. ff. de re iud. & l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. & gl. verb. ſuſcitantur. in c. contingit. de fid. inſtr. & gl. fin. in c. cum aliquibus de ſent. & reiud. vbi Abb. n. 12. & Iaſ. in l. intra dies n. 6. ff. re iud.

34 Litigantes ſunt releuandi à laboribus, & expenſis, quatenus fieri poſsit, & eius diſpendia ſunt coartandæ, c. vt litigantes, & ibi Doct. de offic. ord. libr. 6. & c. finem. de dolo, & cont. & c. ſuper quæſtionum de offic. iud. deleg. & c. 1. de appellat. libr. 6. & c. diſpendia. vbi Dominic. Ioann. Monach. Ioan. And. Anch. & omnes. de reſcript. lib. 6. & l. properandum. C. de iud.

35 Lis debet finiri, vbi cæpta eſt, quamuis ſuperueniat aliquod priuilegium. c. propoſuiſti. vbi Doct. de foro comp. & l. ſi quis poſtea. & ibi Bart. & l. vbi acceptum. vbi Doct. ff. de iud. fallit tamen quando aliquis poſt litem cæptam factus fuit Clericus, niſi

Digitized by Google

doloſe ſe feciſſet promoueri, ad fraudandum iudicium, vt euitet pœnam criminis in iudicio ſeculari. l.has accuſare. verſ.dũ non retractandi cauſa. ff de accuſat. Bart. in l.1 n.4.ff.de pœnis.Cou.ru.quæſt.pract. 32. nu.4. verſ.ſecunda concluſio. & Imol. conſil.119.n.1. Placa. lib.1. delict.c.35.n. 1. Valaſc.conſult.65.n.1. Old.conſil.4.in fin.licet reſpectu perſonæ.vbi primũ quis eſt conſtitutus in ſacris, aut habet beneficium Eccleſiaſticum , ſeù in ordinibus, In quibus gaudet priuilegio Clericali, ſtatim remaneat ſubditus iudicis Eccleſiaſtici, ex imiturq; à iuriſdictione ſeculari. vt excõmuni reſoluit Aufr.in clem.1. regula.1.n. 19.de offic.ord.Cou.ru. vbi ſupra.Placa.d. c.35.n.3 Boſſ.in tit.de pœn.n.38.Iul.Clar. lib.5. §.fin. quæſt.36. n.43. Viuius. in lib. communium.op. fol.22. verb.ordo Eccleſiaſticus.Gerip.conſil.28.n.14.fallit etiam in minori,& vidua,quia ratione ſui priuilegij, poſſunt declinare forum non ſolum in lite cum parentibus, vel marito cæpta, ſed cum alijs extraneis. per l. vnicam. vbi Doct.C.quando imp.int.pupill.& l.pupillus. & l.malum. §.viduam. ff.de verb.ſign. Valaſc. conſult.136.n.11. & alijs caſibus, vt dicetur ſuis locis. licet aliter obſeruetur in Clerico , qui fuit hæres alicuicus laici,cum quo iam lis cæpta erat.per ord. lib.2. tit.1.§.8.

36 Lis tribus modis finitur, videlicet per ſententiam,tranſactam in rem iudicatam. l.1.vbi gl.verb.accipit.& Doct.ff.de reiud. aut per tranſactionem , quoniã tranſactio imponit finem litibus, nec tranſigentes ab illa recedere poſſunt. l.fratris tui.vbi glo. verb. nullus, & Doct. C.de tranſact.& per iuramentum parti delatum, quoniam. iuramentum à parte parti delatũ habet ſpeciem tranſactionis,& maiorem habet auctoritatem, quam res iudicata. l.1.& 2.vbi gl. fin & Bart.Ang.Salic.Fulg. Lud.Rom. Alex.Iaſ.& omnes. ff.de iur.iur.

37 Lite pendente in quacumq; inſtantia, nihil poteſt innouari, nec poſſeſſor poteſt priuari poſſeſsione,nec res litigioſa allenari, neq; ſuper ea priuilegio priuari.c.1. & 2.& per totum. vt lit.pend.& clemẽt.2. eodem titul.& c.poſt appellationem.§.appellatione. 2.quæſt.6.& l.vnica. vbi notant ſcribentes.ff.nihil innouar.& gl.ver. conferendum ad medium. in c.beneficium de regul.iur. lib 6. appellatione tamen pendente fallit in caſibus. per glo.verb.nihil. in d.§ appellatione.ſi tamen aliquis fuerit condemnatus ex pluribus delictis , & ab vno appellauerit, & nõ ab alijs, exequetur tunc ſententia in pœna grauiori,in leuiori vero deferetur. l.vnica. §. ſi quis ex pluribus. vbi Doct.ff.nihil innouar. appellat. interpoſ.

38 Lis dicitur pendere poſtquam citatio emanauit à iudice competente, & peruenit ad partem citandam, ſi non fecit quominus ad ſe perueniat,quia tunc ſufficit,vt mandato iudicis ſit citata pars in perſona vxoris, familiaris, ſeù vicini, clem. 2. vbi gl.verb.ad partem. Imol.Ioan.And. Card. & omnes. vt lit.pend.& dixi ſupra verbo. iuriſdictio. §.4.

39 Lite pendente inter aliques ſuper aliquo beneficio, ſi conuentus moriatur,non poteſt ordinarius aliũ ſubrogare loco defuncti , niſi impetretur à Principe. c. ſi hi contra. vbi Ioan. Monach Dominic. Ioan. Andr.Anch. Phil.Franc.& alij,vt lit.pendent. lib.6. & ſi pendeat lis ſuper electione,& alter moriatur, aut liti renunciet,nõ poteſt ille qui illum elegit alterum, eligere dum lis finita non fuerit. c.1.vbi Doct. vt lit.pendent.lib.6. Abb.in c.cum ſuper. n.6. de cauſa poſſ.& prop.

40 Lis quando eſt agitanda cum pupillo, conuenitur tutor,quoniam cum illo eſt iudicium fundandum, & tutor poteſt defendere pupillum per ſe, aut ei defendẽti autorari, c.Raynuntius. vbi Abb. n.8.de teſtam.& l.1. § ſufficit, vbi Bart.& omnes.ff. de adminiſtr.tut.Bald.& Alex.in l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.obligat. & etiam poteſt iudicium agitari cum pupillo maiori ſeptem annis cum auctoritate tutoris. ex Bart.in d.l.1.§.ſufficit.n.1.ff.de adminiſtr. tut.Abb.in c.ſua nobis. n.1. de appellat.in qua tamen perſona citetur. dicit Bart. in d. §.ſufficit. Bald.in l pen.ad fin. C. ſi aduerſ.rem.iud.& dicã infrà ver.minor.§.8.

41 Liti ſe opponens debet illam ſuſcipere in eo ſtatu, in quo fuerit, quando opponẽs ſe admitti petit, c.2. §.fin.vbi gl.vlt.Ioan. Monach. Ioan. And.& alij.vt lit.pend.lib. 6,& dicam infrà verb. oppoſitio.§.4.

42 Liti renuncians debet condemnari in expenſis parti aduerſæ. l.deſtitiſſet.vbi gl. 1. ff.de iud. Abb.in c.1. nu.5. de collut.deteg.Bald.in auth. contra, qui propriam.2. notab. C.de non numer. pecun. Bald.col. fin.Iaſ. n.21. in l.poſtquam liti. C.de pact. idem Iaſ. in l.naturaliter. §.nihil cõmune. n.7. ff.

Digitized by Google

n.7. ff.de acquir.poſſ.quidquid dicat. Bart. in de l.diſtitiſſe. ff.de iud.

43 Lis ſuper electionibus,poſtulationibus, aut prouiſionibus,dignitatibus,perſonatibus,officijs,beneficijs quibuſcumq; Eccleſiaſticis, vel ſuper decimis, aut matrimonijs,ſeù vſuris,& his tangentibus,eſt ſummatim exercenda , & in his proceditur de plano,& ſine ſtrepitu,vel figura iudicij,nec obſeruatur in illis cauſis ordo iudiciarius, ſed tempore feriarum ob neceſsitatē hominum proceditur in illis, & abriuiantur dilationes, non recipiuntur exceptiones, nec appellationes dilatoriæ,& fruſtratoriæ , non ſic tamen iudex litem abriuiet, quin probationes neceſſariæ,& defenſiones legitimæ admittantur, nec excluditur citatio, & iuramentum calumniæ. clem.2. vbi Doct.de iud. & clem.ſæpe. vbi gl.1. & gl.verb.defenſiones. Ioann.Andr.Card. & communis. de verbor.ſign. & ita in cauſis poſſeſſorijs. l.in hac actione.§.ibidem.vbi Doct.ff.ad exhibend.& gl.verb.plena.in c. iudicātem.30.quæſt.5. Iaſ.in l.naturaliter. §.nihil commune.n.166. ff.de acquir.poſſ. & in alijs cauſis , quas in ſuis locis videre poteris.

Verbo locatio & Conducto.

1 Locatio eſt conceſsio facta ad vſum alicuius rei,vel perſonæ,mercede in pecunia interueniente , quia ſi pecunia non daretur,eſſet contractus in nominatus,do, vt des,facio: vt facias,aut do, vt facias, & facio, vt des, & daretur tunc actio præſcriptis verbis. l. 1. §. ſi quis ſeruum. vbi Bart.ff.depoſit. Valaſ.de iure emph.quæſt. 20. n.5.& quæſt.30.n.1.ſumma Ang.verb. locatio.in prin. & dicitur locator ille, qui recipit pecuniam pro re locata,& conductor ille,qui dat,vt inquit Bart.in d.l.1.§. ſi quis ſeruum. ff.depoſit.

2 Locator transfert dominium in conductorem,quando locatio fit ad longum tempus,tunc transfert vtile dominium in cōductorem, quoniā naturale ſemper remanet apud dominnum locatorē, vt notatur, in clem.1. de reb. Eccleſ. & Abb. in c. ad audientiam. n.3. de reb. Eccleſ. alien. Iaſ. in l.naturaliter.n.15. ff.de acquir.poſſ.Tiraq. 1. rettact.§.1. gl.14. n.79. & Valaſ.de iure emph.quæſt.29. n.2. nec maritus ſine conſenſu vxoris poteſt locare rem immobilem,vltrà decemnium attento iure Regio. ord.lib.4. tit.48. §.8. ſi tamen locatio fiat ad modicum, tempus, non transfertur dominium in conductorem , ſed remanet apud locatorem.l.nō ſolet. vbi Bart.Paul. & alij. ff.locat. & l.qui rem. vbi Bald.& Salicet. C.eodem. & l.cum manu ſata. §.fin. ff.de contrah.empt. Bald. in Rubric.nu.7. C.de locat. Alex. conſil.104. n.1.lib.3. Valaſc.de iure emph. quæſt.29. n.1. ſi tamen fieret locatio,de quo conductor teneretur reddere eiuſdem generis,tunc transfertur dominium in ipſum conductorem.l.in nauem. vbi Doct. ff.locat. & gloſ. in d.l.non ſolet. ff.eodem.Leo.in tract.noui op.nunciat. c.8. n.13.

3 Locari poſſunt omnes res , quæ vendi poſſunt , quoniam contractus locationis ſimilis eſt contractus emptionis,licet differat intraditione,& tranſlatione dominij. l.1. vbi Doct. & l. 2. ff. locat.& l. Sabinus. ff.de contrah.emph.& prin. inſt. de locat. & cond.& §.item quæritur.ibidem.

4 Seruitutes tamen prædiales, vt eſt iter actus, via, & ſimiles locari non poſſunt. l. locare. vbi gl.1. ff.locat.& gl.verb.dari nō poſſunt. in l.ſi is qui. §.fin. ff.de pign. Angel. ver.locatio. §.1.ſeruitutes tamen perſonales bene poſſunt locari, vt ſunt ſeruitutes vſus fructus,& ſimiles l.arboribus.§. vſu fructarius. vbi gloſ.verb. vel locare.& Doct. ff. de vſu fruct. & quemadmod. quis vtat. & §.minus. inſt.de vſu.& hab.& gloſ. ver.nemo poteſt.in d.l.locare.ff.de locat.

5 Locatio ab vſu fructuario facta extinguitur per mortem illius,& per maximam, & mediam capitis diminutionem, & per non vſum,tempore decem, vel viginti annorum. l.ſi ſocrus.vbi Doct.C.de iure dot. & l.corruptionem. vbi Bart.Bald.& alij.C. de vſu fruct.& hab.& §.finitur. inſt.de vſu fruct. Fulg.& Paul.de Caſtr.in l.ſi quis domum. §.idem quærit. ff. locat.Tiraquel.1. retract.§.11. gl.6. à n.3. conductore tamē mortuo ſuccedit hæres illius , in eodem iure.§.fin.vbi Doct.inſt.de locat.

6 Locans fructus alicuius Eccleſiæ ad certum tempus,ſi moriatur, nō relinquit ſucceſſorem obligatum, vt teneatur adimplere illud tempus, ſi locatio fuit facta ad cōmodum tantum , & vtilitatem ipſius locatoris , neq; tenetur ſoluere aliquid ſi forte cōductor dederat locatori præmortuo.c.2 vbi Doct.de præcar.& gl.verb.ſtatutum.in fin. ne prælat.vices.ſuas. Ant.de Bur.Hoſt. Inn.Abb.n.2. & alij in c.ad audientiam de reb.

Digitized by Google

reb.Eccleſ.nõ alien.ſi autem locatio facta fuit nomine Eccleſiæ,& pecunia conuerſa fuit inutilitatem Eccleſiæ, tunc teneretur. ſucceſſor ſtare locationis contractui. c.1. vbi Doct. de ſolut. & c.1. de depoſit. & c. Eccleſiæ Princeps.35.diſt.& c.hoc ius.§.& his creditur. 10.quæſtio.2. & c. hæc huius placiti,& c.quicumq; ſufragio.12.quæſt.2. gl.ver.ſtatutũ.in c.fin.ne prælat.vic.ſuas.

7 Locare nõ poteſt in perpetuum,nec ad longum tempus Prælatus, ſeù religioſus redditus, vel iura,aut poſſeſsiones Eccleſiæ, ſiuè monaſterij, vel aliarũ adminiſtrationum regularium,niſi neceſsitas,aut vtilitas Eccleſiæ,vel monaſterij,ſiue illius adminiſtrationis, hoc expoſcat, clem.1. vbi communiter Doct.de reb.Eccleſ.nõ alien. & Trid.ſeſſ.25.c. 11. de reform. ad modicũ tempus bene poteſt illos locare,quoniam prohibitus,alienare ad modicum tẽpus locare poteſt,& etiam poteſt delegare conductorem creditoribus. clem.1.vbi gl. verb.locationis. & Doct.de reb.Eccleſ.nõ alien.c.veſtra.de locat.& conduct.& l.pen. §.inſtituto.vbi Bart.n.3. ff.deleg.2.

8 Rector, aut quicumq; beneficiatus,alicuius Eccleſiæ poteſt locare decimas, aut redditus, tam perſonæ Eccleſiaſticæ, quã ſeculari per modicum tempus vſq; ad nouem annos. gl.verb.locationes,in clem.1. de reb.Eccleſ.non alien.Abb.in c.veſtra.n. 4.de locat.& conduct.Trid.ſeſſ.25.c.11.de reformat. ſi tamen beneficiatus ille moriatur, antequam tempus locationis finiatur, extinguitur tunc locatio,quoniam rector, aut beneficiatus non poteſt in ſui vtilitatẽ obligare beneficiũ, vltrà tempus vitæ ſuæ, vt tenet Abb.in c.querelam.n.6.ne prælat. vic.ſuas Imol. & Rom. in l.ſi filio. §. ſi vir in quinquenio.ff.ſolut.matr.Bald. & Salicet. in l. emptorem. C. de locat. & cond. Alex.in l.iubemus nulli. C.de Sacr.Sanct. Eccleſ. Bald. conſil.38. p.1. & conſil.225. p.3. & conſil.146.p.3. Petr.de Anch cõſi. 115. incipit. ſecundum ordinem dubiorũ Doct. in c.ex litteris. de probat. & ſi conductor ſoluiſſet penſionem beneficiato defuncto, non illam re habebit à ſucceſſore, niſi fuiſſet conuerſa inutilitatem Eccleſiæ, & beneficiatus mortuus locaret nomine Eccleſiæ, & nõ ſuo proprio, vt tenet Hoſt. in c.2. ne prælat.vic.ſuas.

9 Prohibitus alienare non poteſt locare in perpetuum,quoniam locatio in perpetuum in effectu eſt alienatio, ad aliquod tamen certũ tempus, bene poterit locare, quoniam tunc ſemper dominium directũ remanet apud ipſum locantem,& locatio ad quodcumq; certum tempus, nõ dicitur alienatio. c.nulli. vbi Doct.de reb. Eccleſ. non alien.& l.Sancimus. C.de reb.alien.& gl.fin. in c.veſtra.de locat.& cond.Abb. in c.ad audientiam. nu.3. de reb.Eccleſ.non alien. Acurt.in l.pen.§.inſtituto. ff.delegat.2. ad longum tamen tempus, vel longiſsimum, locare non poterit, nec etiã ad nouem annos, cum pacto, vt finitis illis nouem annis remaneat res locata prò alijs nouem annis,aut pro tribus nouem annis, vel pro tribus quinq; annis, quia hoc eſt alienare,contra prohibitionẽ, aut in fraudem legis, quod fieri non poteſt. auth.de non alien. aut permutan. §. quod autem. verſ. neq; illud.coll.2. Bart. in l.pen.§.inſtituto. n.3. ff.delegat.2. gl.verb.locationes.in clemẽt.1. de reb.Eccleſ. non alien. Abb in c.2. n.5. de locat. nec etiam valebit locatio ab illo, qui alienare nõ poteſt pro vno, vel duobus annis adiecto, quod illis finitis maneat res locata pro ſequentibus annis, quoniam tunc eſt ſpecies alienationis, & non tenet, ex Aret. in l.ſi quis ante. notab. 1. Socin. nu. 18. ff. de acquir. poſſ.& tenet Lapus allegat.12.& Iaſ.nu.7. in l.manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur.idem Iaſ.conſil.42. nu.2. libr.1. Fel. in c.quæ in Eccleſiarum.col.34. n.87. verſ.ſimiliter in locatione. Alex.conſil.68. libr.1.& conſil. 104.nu.6. libr.3. & in l.ſi filio familias.§.ſi vir.col.fin.ff.ſolut. matr. Tiraqu.2.retract. in præfact.n.11. Ruin.conſil.57. n.13.lib. 12.Angel.in d.§,quod autem. d. verſ.neq; illud.Valaſ.de iure emph.quæſt.29.n.15.

10 Locationis contractus traxit originem à iure gentium. l. ex hoc iure.vbi Doct. ff. de iuſt & iur.& l.1. ff.locat. Valaſc.de iure emph quæſt.20. n.1. & eſt cõtractus bonæ fidei. §.actionum.inſt.de act gl.verb.bonæ fidei.in cap.cum venerabilis. de except.& dixi ſupra verb.contractus.§.7.

11 Locatio conſiſtit tam in rebus mobilibus,quàm in immobilib. l.1. & per totum. ff.& C. de locat. & contrahitur locatio, & conductio ſolo cõſenſu,ſimul ac de pretio conuenitur inter contrahẽtes. l.1.& 2.vbi Doct.ff.locat.prin.inſt. de obligat. quæ ex conſenſ.vbi notant ſcribentes.

12 Locans vaſa vitioſa, ſeù aliam quamcumq; rem, tenetur ad intereſſe, ſi ex illa re locata, cum vitio, aliquod damnum ſequatur

Digitized by Google

ſequatur, puta ſi vinum effundatur, vel fiat olidum, ex vitio vaſis, nec ignorantia illū excuſat, quoniam, qui vaſa, ſiuè rem aliam locat, tenetur ſcire vitium illius, nec ſufficit illud in genere declarare, in ſpecie tamen ſufficeret, quod tamen aliter erit, ſi Paſcua locauerit, vbi ſunt herbæ peſtiferæ & locator ignorabat: tunc enim non tenebit ſi pecora mortua fuerint, aut deteriorata, penſionem tamen non petet. l. ſed addes. §. ſi quis dolia. vbi gl. ver. in quo herbæ. & Doct. ff. locat. & l. quiſquis. C. de reſcind. vend. & c. cum ſit ars. vbi glo. verb. de prehendi. de ætat. & qualit. & facit text. in l. 1. §. cauſa. ff. de ædilit. edict. Abb. in c. vnico. n. 22. de commod.

13 Conductor deteriorem faciens, ſeu deſtruens rem locatam, per dolum, latam, ſeu leuem culpam, tenetur ad intereſſe, tā ipſe conductor, quàm hæres eius. l. ſi quis domum. §. celſus. & l. ſi merces. §. qui calūniam. vbi Doct. ff. locat. & l. contractus ff. de regul. iur. & l. 1. §. ſi quis. ſeruum. ff. de poſit. & l. conductorem. vbi Bald. & Salic. C. de locat. & §. qui pro vſu. inſt. eodem. & l. & hæc diſtinctio. §. cū fundum. vbi Bart. Paul. de Caſtr. & Salicet. ff. locat. Iaſ. in l. ſi quis. §. res pignori. n. 2. ff. de reb. cred. nō tenetur tamē de caſu fortuito, nec etiam de culpa leuiſsima, puta ſi vtitur re locata ad illum vſum, & tempus, ad quod illam conduxit, & non vltrà, & res periit, aut fuit facta deterior, tunc enim ad nihilum tenetur. l. ſi in lege, & l. dominus. horreorum. ff. locat. & l. 1. vbi Doct. C. eodem. Bald. cōſil. 219. lib. 1. Dec. in l. contractus. nu. 34. ff. de regul. iur.

14 Conductor non poteſt pignerare, nec obligare, ſeu vendere, rem locatā, inuito domino. vel in ſcio. l. ſi in rem. vbi Doct. & l. nexum. C. ſi alien. res pign. & l. cum nemo. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de acquir. poſſ. quāuis alteri illam locare poſſit, ad illum vſum ad quem diſtinata erat, niſi aliter inter locatorem, & conductorē actum fuiſſet. d. l. nemo. vbi gl. ver. nemo. & Doct. C. de locat. & ita ſi ratione ſocietatis impediatur, quoniam ſi duo conduxiſſent domum, & vnus recedat, nō poteſt tunc alio inuito, alteri partem ſuā locare. gl. fin. in §. fin. inſt. de locat. Abb. in c. inter dilectos. n. 17. de fid. inſtr. ſumma Angel. verb. locatio. §. 8.

15 Conductor finito tempore locationis, non poteſt agere de proprietate, prius quā rem conductam reſtituat. l. ſi quis conductionis, & l. conductores. vbi communiter Doct. C. de locat. & l. cum nemo. C. de acquir. poſſ. nec ex aliquo nouo titulo ſuperueniente poteſt iuuari, quominùs rem locatam reſtituat locatori, niſi ille nouus titulus proueniat ab ipſo locante, vt refert Alb. in l. ſi quis fundum. §. fin. ff. locat. plotus. in l. ſi quando. n. 193 Iaſ. in conſi. 158. col. fin. verſ. quinto principaliter. lib. 2. & eſt ord. lib. 4. tit. 54. §. 3. aut ſi locator fuiſſet condemnatus per ſententiā, & in executione illius, victor illam conductori vēdidiſſet, quia tunc ex illa ſententia, & vēditione poterit conductor iuuari, quominùs illam rem locatam reſtituat locatori, quia tunc jam eſt finitum ius locatoris, facit text. in l. lex vectigali. ff. de pign. & hoc tenet Iaſ. conſil. 158. col. 1. lib. 2. Menoch. de recup. remd. 11. à n. 42.

16 Conductor non poteſt impedire domino locatori, quòd alteri non locet rem finito tempore conductionis, quoniam dominus non tenetur locare rem eidem conductori, finito tempore, niſi tempore conductionis cautum ſit in contractu. l. ne cui. vbi Bald. & Salicet. C. de locat. & l. dudum. vbi Latè Mantua. C. de contrahend empt. fallit tamen in prædijs fiſcalibus, quia in locatione illorum præfertur primus conductor, ſi tantum, quantum alius offerat. l. congruit. vbi Bart. Plat. Rebuf. & alij. & l. prædia. C. de locat. præd. ciuit. vel fiſcal. libr. 11. & etiam fallit in ſcholaribus. c. 1. vbi Doct. de locat. & cond. & gloſ. verb. locandi in l. ne cui. C. de locat.

17 Locatio tamen, & conductio videtur tacitè renouata in illo anno, & ſingulis, ſi colonus poſt finitam locationem remanet in re locata, & dominus ſcit, & pro eadem penſione, nec tunc amplius, quàm illud, quod in prima locatione fuit conuentum, locator petere poteſt. l. legē. vbi Bald. & Salicet. C. de locat. & qui ad certum. & l. item quæritur. §. fin. vbi Bart. n. 1. ff. eodem. & l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. ff. de reb. cred. Iaſ. in l. diem functo. num. 20. ff. de offic. aſſeſſ. ſi vero dominus ignorat, & colonus poſt finitam locationē percipit fructus, tenetur conditione furtiua. l. inficiendo. §. fin. ff. de furt. Iaſ. in l. ſi quis. §. res pignori. n. 1. ff. de rebus. cred. & ſi durante tempore conductionis aliquid per alluuionem accreſceret impetu fluminis, efficeretur eius, cuius ſolo accederet.

§. præ-

Digitized by Google

§.præterea. inſt.de rerum diuiſ. & trabes, & ligna, quæ per alluuionē ſunt aſportata in fundum alterius, nō acquiruntur ei,ſed remanent domino. vt decidit Bald.in Rubric. col.10. in fin. ff. de rerum diuiſ. Iaſ. in l.ſi quis.§.res pignori.n.4.ff.de reb.cred.

18 Cōductor colligens fructus immaturos, eò quòd finito tempore conductionis remanerēt domino rei, tenetur ad intereſſe, aut ſi non coluit agrum locatum,& dominus aliquod ſuſcepit damnum, tenetur ad reſarcionem illius. l. & hæc diſtinctio. §. cum fundum. vbi Bart.Pau.de Caſtr.& Salicet. ff.locat. gl.1. in l.pen.ff.de vſu fruct. legat. Iaſ. in l.ſi quis. §. res pignori. nu.2. ff. de reb.cred.

19 Conductor nunquā poteſt præſcribere in re locata,dum ſoluit penſionem,quoniā dominus poſsidet per colonos, & inquilinos.l.ſi id quod.§.& per colonos.vbi Bart. ff.de acquir. poſſ. & l.2. §.quod vulgo. ff. pro hæred. & l.plures. C. de fid. inſtr. & l. male igitur.C.de præſcript.30 vel 40.ann. Iaſ.in l.1. n.56. verſ. ſed.ff.de acquir poſſ. niſi conductor interuertat poſſeſsionem, & dominum nō admittat,quia tunc præſcribere poterit. gl.verb.vſurpet.in l.male igitur, vbi Doct.C.de præſcript.30.vel 40. ann. Bald. in l. 1. col.2. C. de iure emph. Aymon.Crauet.de antiquit.temp.4.p.à n. 116. Mench.2.tom. controuer.libr.1.c.4. nu.16. Valaſ.conſult.192.nu.3. & de iure emph. quæſt.20. num.12. Cald. de nouat. quæſt.15. n.49. ſi tamen non conſtet quòd res à principio fuiſſet locata, bene poterit præſcribere, per tempus 30. vel 40.annorum ſoluens vni formem penſionem, quòd tamen aliter erit ſi conſtet de locatione,quia tunc intelligitur re locatio,ſingulis annis, vt tenent Doct.in d.l.male igitur. Valaſc.& Cald.vbi ſupra.

20 Locator poteſt in quatuor caſibus expellere inquilinum ante tempus finitum conductionis, diminuta tamen penſione. c.propter.§ verum.vbi Doct.de locat.ſumma Ang.ver.locatio.§.15. primo,ſi ſuperueniat neceſsitas, vt locator in domo inhabitet, & alibi habitare non poſsit, nec talis neceſsitas eminebat tēpore locationis. l.æde. vbi Doct. C.de locat.& d.c.propter. d.§.verum.vbi gl.verb non imminebat.& Abb.num 6. de locat.2.ſi domus locata indigeat refectione,quia minatur ruina,quam tempore locationis non minabatur,& dominus illā reficere vult, & in iſtis caſibus. fit remiſsio penſionis pro rata. d. c.propter. d.§.verum, vbi gl.verb.non imminebat. & d.l.æde.vbi gl.verb.corrigere. & Doct.C.de locat. l.qui inſulā. vbi Bart. & l.& hæc diſtinctio.ff.eodem,facta tamen refectione, tenetur dominus iterum reponere conductorem in ipſa domo locata, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. c. cum ceſſante. de appellat. & tenet gl.verb. dominum. in l. ſi duo. §.cum inquilinus. vbi Bart. ff.vti poſsid. Rom in ſuis ſingul.232. tertio, quando cōductor peruerſè verſatur in domo. licet ſit abſq; damno rei locatæ, puta tenendo publicas meretrices, lenones, latrones, aut alias perſonas eiuſdem qualitatis, & tunc poterit conductor expelli, à domo locata ſine diminutione pēſionis,& ſi vtatur male re locata,cum dāno illius rei, puta intromittendo porcos in ſolarium arbores cædendo, non collēdo agros ſuo tempore, & ſimilia faciendo, tunc poterit expelli diminuta tamen penſione pro rata, agebit tamen dominus ad intereſſe cōtra conductorem.d.c.propter. d. §. verum. de locat. vbi Hoſt. Abb. & omnes. d. l.æde. C.de locat.Nau.in Manu. c.17. n.194. Valaſ.de iure emphyt. quæſt. 23. quarto, quando res locata fuit in plus quam quinq; annos,& conductor per biennium non ſoluit penſionem,aut quando in minus tempus locauit,& die præſtito parum plus, vel minus non ſoluit. d. c.propter. §. verum. vbi gl.pen.& vlt. de locat. l.quæro. §.inter locatorem. vbi Bart. n.2. & l.cum domini, & l. colonus. vbi etiam Bart. n.2.ff.locat.gl.ver.ſoluiſti in d.l.æde. & Doct.C eodē.Imol.in d.§.verum.nu.23. Abb. n.10. de locat. Anan. in c.potuit. n. 22 de locat.Iaſ.in l.2.n.37.C.de locat.Dec. in auth.qui rem.n.17. Iaſ.n.12. C.de Sacro Sanct.Eccleſ.Riminald.conſil.212.n.8. lib.2.& eſt communis.

21 Conductor etiam ſimiliter propter neceſsitatem ſuperuenientem poteſt dimittere rem locatam, ante tempus locationis finitum puta ſi propter peſtem, ſeù bellū inhabitare non poſsit domi conductæ,aut non poſsit in ire agros,aut illos collere, & ſimilia,nam ratio, quæ datur in locatore, non debet deficere in conductore. vt tenet gl.verb.ſtatim agere. in l. ſi in lege. §. ſi domus. ff.locat.Vincent. Ioann.Andr. & Abb. nu.7. in d. c. propter de locat.Bapt. de Sanct. ſeuer.in rep. l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſ.Roman.conſil.482.

Si con-

Digitized by Google

22 **Si conductor vtatur re locata,& cõtin-** gat ſterilitas in fructibus, vtrum ſit penſio diminuenda? eſt diſtinguendum, nam aut illa ſterilitas euenit ſine culpa coloni, aut cum negligentia, & propter culpam illius, primo caſu fit remiſsio pro rata, ſi vbertas anni præcedentis, vel ſubſequentis non compenſetur cum ſterelitate illius anni, aut aliter ſit actum. c. propter. vbi gl. 1. & Doct. de locat. & l. ex conducto. §. 1. & §. Papinianus. ff. locat. & l. licet certis. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de locat. eſt tamen hæc remiſsio petenda à colono, antequam fructus colligat, & ſeparet à terra, d. l. ex conducto. §. 1. vbi Doct. ff. locat. & l. item quæritur. §. exercitu. ff. eodem. Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa. nu. 14. verſ. ſexto ſignanter. ff de verb. obligat. Ioann. Bapt. in rep. l. diem functo. nu. 56. verſ. conſulto. ff. de offic. aſſeſſ. debet tamen hæc ſterilitas eſſe totius fructus, aut maioris partis illius, vt hæc remiſsio habeat locum, aut ſi ita modici fructus ſunt recollecti, vt conductor ſoluendo penſionem remaneat deceptus vltra dimidium iuſti pretij, facit tex. in d. l. ex conducto. §. 1. vbi Doct. ff. locat. Bart. in d. l. licet. C. eodem. & de iure noſtro Regio, ſi nulli fruct⁹ percepti fuiſſent, diminueretur omnis penſio, & remanebit conductor exautoratus. ſi tamen omnes fructus amiſsi non fuerint erit tunc in electione conductoris, vtrum velit colligere fructus, & ſoluere penſionẽ, aut relinquere omnes fructus locatori, & ſi ſterilitas contingat in terra frumentaria, ſuſcipiet ſibi ſemina, & omnes alios fructus relinquet domino locatori ord. lib. 4. tit. 27. in prin. & §. 1. ſi autem ſterilitas contingat ob culpam coloni, tenetur tunc ad integram pẽſionem. d. l. ex conducto. d. §. 1. ff. locat. & d. c. propter. vbi gl. verb. vitiorei, & Doct. eodem tit. & l. ſi merces. §. culpæ. vbi Doct. ff. eodem. Boſſ. in tit. de remiſſ. merced. nu. 39. & 97. Bart. & Fulg. in d. l. ex cõducto. §. vis maior. ff. locat. ord. vbi ſupra §. 1.

23 Et ita quandocunq; ſtetit pro conductore, quòminus vtatur re locata ſua culpa, tũc nihilominus ad totam penſionẽ tenetur. l. colonus. §. nauem. vbi Doctor. ff. locat. ſi vero fiat per voluntatem locatoris, quòminus conductor vtatur re cõducta, tunc locator tenetur ad intereſſe conductori, & ſi pœna fuiſſet impoſita teneretur ad pœnã. l. ſi defundo, vbi gl. 1. & Doct. C. de locat. & l. ſi fundus. §. fin. vbi Bart. ff. eodem.

24 Conductor non poteſt ſine iuſta cauſa relinquere rem conductam, niſi ſoluat integram penſionem totius temporis cõductionis. l. dñs horreorum. §. qui contra vbi Bart ff. locat. & l. qui Romæ. in prin. vbi gl. ver. obtulerit. ff. de verb obligat. & gl. fin. in l. qui pecuniã. vbi Bart. n. 2. ff. de reb. cred.

25 Duo conductores, ſeù plures vnius rei, tenentur pro parte ſua vnusquiſq;, & non vnus pro alio. Abb. in c. cõſtitutus. n. 9. de relig. domib. Ang. in l. duo fratres. ff. de acquir. hæred. Ioã. And. in addit. ad ſpecul. in titu. de iud. in 4. p. §. ſequitur. in addit. magna. Iaſ. in l. 1. n. 28. C. qui teſt facer. poſſ.

26 Locans fundũ ad mediũ ſimpliciter, nulla facta mentione de arboribus, nõ intelligitur arbores locare, nec tunc veniũt arbores in locatione illa, vt tenet ſpecul. in tit. de locat. in prin. Iaſ. in l. 1. n. 104 C. de iure empt. quamuis aliter ſit de fundo vẽdito ſimpliciter. l. fundi. §. fundo vendito. ff de act. empt. & l. cum fundus. ff. communia prædior. ſumma Ang. verb. locatio. §. 19. & dixi ſup. ver. emptio. & vẽdit. §. 49.

27 Venditio rei locatæ impedit, quòminus colonus ſtet in re conducta, vſq; ad tẽpus cõductionis, quoniã ſucceſſor particularis non tenetur ſtare colono, vel inquilino, niſi illo pacto cõtraxiſſet, attamen locator tũc teneretur ad intereſſe conductori. l. ſi merces. §. qui fundum, vbi Bart ff locat. & l. qui fundum. ff. eodẽ. & l. emptorem. vbi gl. 2. & Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de locat. & cõd. & l. nihil proponi. §. omnibus. ff. deleg. 1. & l. arbores. ff. de vſu fruct. & l. Iulian. § ſi fructus. ff. de act. empt. Abb. in c. quoniam. n. 7. de iure patr. hoc tamen non habet locum vbi ipſamet res locata inſtrumento locationis fuerit ſpecialiter, ſeù generaliter hypothecata pro ipſo contractu locationis, vt tenet Bart. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. nu. 7. ff. de cond in deb. & in l. qui fundum n. 1. ff locat. iden Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & alij in l. emptorem. C. de locat. Abb. in c. fin. n. 8. ne prælat. vices. ſu. Duenn. regul. 204. n. 7. Guid. deciſs. 480. ſi tamẽ particularis ſucceſſor voluerit ſoluere intereſſe conductori habenti hypothecam, poterit eum cogere, vt dimittat rẽ hypothecatã, non obſtãte hypotheca illa, ex Bar. in l. vectigalia. ad fin. n. 3. ff. de publ. vectig. Imol. Paul. de Caſt. & alij in l. ſi filio familias. §. ſi vir. ff. ſolut. matr. & Salicet. & alij in d. l. emptorẽ. C. de locat. & cõd. & in l. mancipia. C. de reb. alien. nõ alien. Alex. in

l.qui abſenti.§.fin.col.2.ff.de acquir poſſ. & in d. l. ſi filio familias. §. ſi vir. ff.ſolut. matr. Iaco.Botric. in l.ſi merces.§.ſi fundũ. ff.locat. Alex.in d.l.ſi filio familias.§.ſi vir. nu.4.ſi tamen locatio fiat ad longũ tẽpus, nõ poterit tunc ſingularis ſucceſſor expellere conductorẽ,quia tunc fuit vtile dominium tranſlatũ in ipſum conductorem. l. fin. ff.ſi ager vectig. & l.1.§ quod ait prætor. ff.de ſuperficieb.gl.verb: colono.in d. c.emptorem. C.de locat. dixi ſupra.verb. hæreditas. §.14.

28 Succeſſor tamen vniuerſalis tenetur ſtare colono, ſeù inquilino tàm modici, quã lõgi temporis. l.cum in plures. § hæredẽ, & l.ſed addes. §.ex conducto.ff.locat.& l. ſi ſocrus.C.de iure dot.& l.viam veritatis. vbi Doct. C de locat. Valaſ.conſult.76.n. 3.& dixi ſupra verb hæreditas.§.14.

29 Si dominus rem duobus ſeparatim locauerit, & diuerſis temporibus, & ille qui poſterius conduxit, prius fuerit poſſeſsionem rei locatæ conſecutus , tunc videtur quòd non ſit præferendus primo conductori, nec in hoc caſu debet habere locum lex quoties C. de rei vind.& in hoc debet differre locatio à venditione, & iſtam opinionem tenet Iaſ. in d. l.quoties. nu.32. & in puncto iuris verior mihi videtur, nam in emptione, & venditione principaliter venit traditio , in locatione vero principaliter venit factum. facit text. in l.1.ff.de act. empt. Bart. & omnes. in l.1. ff. locat. contrariam tamẽ opinionem tenet Alex. conſil.122. col.2. libr 5 Socin. conſil.29. lib.4. Cou.ruu.2. reſolut. c.19. col.vlt. ex Rota.antiq.879. & antiquior de locat. deciſs.1. Valaſ.de iur. emph. quæſt.14.nu.7. & eſt communis. & dixi ſupra verbo.emptio,& venditio.§.17.

30 Colonus,ſeù inquilinus poteſt repetere expenſas, quas neceſſario, & vtiliter fecit in re conducta, aut auferre illud, quod fecit,ſi ſine læſione rei id facere poteſt. l.colonus,vbi Bart.n.1.ff.locat.Iaſ in §.actionum. nu.183. inſt.de act. Paul.de Caſtr.& alij. in auth.qui rem. n 6 C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.Menoch. de recup. poſſ.remed.15. nu.155. & Valaſc.de iure emph.quæſt.25. n.32. Gam.deciſs.306.& deciſs 365.& poteſt retinere rem locatam, donec ſibi dominus ſoluat expenſas. vt reſoluunt ſuprà relati.

31 Colonus parciarius eſt ille,qui pro quota parte fructuum agrum colit,& cum hic non ſit propriè conductor, magis accedit ad contractum ſocietatis, & eius naturam ſequitur. gl.verb.qui nummis. in l.ſi apes. ff. de furt. Bart.in l.ſi merces. §.vis maior. n.3.& 9. ff.locat. Abb.in c.propter.nu.14. de locat.Bald. in l.emptorem. nu.7. C.eodem Ang.in prin. n.4. inſt.de locat.Anan. in d.c.propter.n.18. Valaſc.de iure emph. quæſt.30.n.3. Merg.conſil.34.n.12.

32 Colonus dicitur in agro, ſiue nummis colat,ſiue parciarius ſit,inquilinus dicitur in ciuitate.l.res pignoris ff.de acquir.poſſ. & gl.verb.colonus. in l.fin. C.eodem.& gl. verb colono.in l.emptorem. C.de locato. & cond.

Verbo Ludus.

1 LVdus dicitur illud,quod ſeriũ non eſt, & eſt actus principaliter factus ad animum per voluptatem recreandum, vnde ſi eo vtamur ad relaxandum animum defeſſum, nullum crimen committimus, vt docet D.Thom.22. quæſt.168. art.3. Nau. in Manu.c.20. nu.2. Petr. Greg. lib.39. Syntagm.c.2.Parlad.tom.2.rerum.quotidian. c.7.Ioan.Vell.in tract.de pœn. delict.c.22. in prin. appellatur tamen crimen quia ludentes communiter excedunt modum. vt refert Cagn.in §.fin.in proœm.ff.vnde dicitur illud vulgare Prouerbium , tot vitia ludus producit, quot ſunt in taxillis puncta,vt inquit Hoſt.in ſumma tit. de exceſſ. prælat.§.Clericus.Florent.2.p. ſummæ titul.1.c.23.§.6. col.1.& 2.& Petr.Greg. d. lib.39.c.2.n.10. Caſialup. in tract.de lud. in prin.Menoch.de arb.caſu.399. nu.1. & ideo ludus prohibetur.auth.alearum vſus. vbi Doct.C.de relig.& ſumpt.funer.

2 Ludus alearum,& azardi,eſt prohibitus. c.Clerici officia.vbi glo.& Doct.de vita,& honeſt.Clericor.& l.alearum vſus.& etiam ibi notãt Doct.C.de relig.& ſumpt.funer. Corn.conſil.101.lib.2.Iul.Clar.lib.5.§.ludus.n.1.& ita omnis ludus cõſiſtens in fortuna,aut infortuna,& ingenio, vbi luditur animo lucrandi,eſt prohibitus,quia quam plurimi hoc faciunt tanquàm per viã mercantiæ: vt tenet Abb. in c. Clerici officia. n.12.& Imol.n.16.de vita & honeſt. Cler. vbi Clerici nec ſpectatores eſſe poſſunt.d. c.Clerici offic.vbi gl.ver.ad aleas.& auth. interdicimus.C.de Epiſc.& Cler. ludus tamẽ qui tantum cõſiſtit in ingenio,nulli eſt prohibitus,nec Clericis,nec laicis,facit tx.

ni l. ni

Digitized by Google

in l.in quibus,& in l.ſin.ff.de aleat. gl.ver. ad tabulas. in authent.interdicimus. C.de Epiſc.& Cler.c.lator.1.vbi Inn.de homic. Arch. in c.1. diſt.35. Abb. in d. c. Clerici officia.n.4. de vit.& honeſt.Cler. Iul.Clar. d. §. Ludus. n.2. Viuius. libr.2. op.163.& ſeq Doct in d.l.alearum vſus.

3 Ludi pœna eſt arbitraria,& debent puniri ludentes ludum prohibitum,ſecundũ legem regiam, ſeù conſtitutionem vniuſcuiusq; loci, aut extra ordinem pro arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarum ludentium,& ludi, & ſumma pecuniæ. ex Iul.Clar. d.§. ludus. n.6. Caccialup.in tract.de lud.n.60.

4 Puniuntur etiã ludẽtes,vt is,qui mutuã pecuniam dedit alteri ad ludendum illam repetere non poſsit, ſi ſecũ ludenti dedit. l.1. ff.de aleat.& l.alearum. vbi Doct.C.de relig.& ſumpt. funer. Abb. in d. c.Clerici officia.n.15. ſed hoc in praxi non obſeruatur,imo repetitur hæc pecunia mutua in ludo,etiã ſi ſit mutuata ſecũ ludenti, vt tenet Auguſt.ad Ang.de malef.verb.metitur de malidadi.n.15. Iul.Clar.d.§.ludus.n.8. ſi tamen alteri dedit, & non ſecum ludẽti bene repetitur.gl.ver. ſimpliciter.in l.1.ff. de aleat. Abb.in d.c.Clerici officia.nu.15. Coſt.in tract.de lud.art.6. princ.n.1.Ioan. Vella.in tract.de pœn.delict. c.22. §.ſecus autẽ & domus, vbi datur publica tabulla ludi,eſt publicanda.d.l.alearũ.vbi Doct.C. de relig.& ſumpt.eſt tamen hoc intelligẽdum in illo, qui habet domũ paratã ad ludendũ,quia ſi ſemel,& incidẽter id eueniſſet,non incurreret in dictã pœnã. vt tenet Paris.deput.in tract.de lud.n.46.Menoch. de arbitr.caſu.399.n.18.Ioã. Vella.d.tract. d.c.22.verſ.ſecus autẽ.& qui domum dat,ſi ibi verberetur, aut iniuriam patiatur non aget de iniuria ſibi illata,nec iniurians punietur,nec ſi tempore, quo domi illius luditur aliquid ſit ſublatum,dabitur actio ad illud repetendum. l.1. vbi Bart.ff.de aleat. Bald.in Rubric.ibidem. Petr.Greg. d. c.3. nu.4. Menoch. d. caſu.399. nu.23.& caſu. 400. num.16. Cæpol. cautel.55. ſed praxis etiam hoc non obſeruat.

5 Cõtractus celebratus in ludo inter ludẽtes ad inuicẽ, non tenet nec ex illo poteſt quis obligari.vt tenet Abb.in d.c.Cler.officia.n.16.de vita & honeſt.Cler. Bart. in l. ſi quis cũ ſciret.n.2.ff.pro empt.nec vendẽs in ludo tenetur de euictione.l.ſi filio familias.§.1.vbi Doct.ff.quar.rer.act.nõ dat.

6 Ludens cum ſeruo,aut filio familias,aut cum alio quocumq;, qui bonorum adminiſtrationem non habet, non poteſt retinere, quod ab illis lucratur, imo pater,dominus, aut ſuperior illud repetere poteſt. l.fin.vbi Doct.ff.de aleat.& gl.ver. ad aleas. vbi Abb.n.13. in d.c.Clerici officia.de vit. & honeſt.Cler.& gl.verb.non omnimodo. in l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minor. & etiam repetitur illud, quod per fraudẽ lucratur in ludo,quoniam ſi ſine fraude lucretur ab illo,qui habet adminiſtrationem bonorum, non repetitur, & ita obſeruat conſuetudo,quæ habet vim legis.l.fin. vbi Doct.C.quæ ſint long.conſuet.Abb.in d.c. Clerici officia. n.13.de vit.& honeſt. Cler. niſi ſit in ludo reprobato,quia tunc vincens tenetur omne lucrum reſtituere victo. gl. fin.in l.vlt.ff.de aleat. Ang. de malef.n.23. Caccialup. in tract.de ludo.nu.40.quamuis vbi eſt conſuetudo,vt aleis,& taxillis ludetur, excuſat illa conſuetudo, victorem victo reſtituendo. vt tenet Barb. conſil. 66. n.7. libr.3. Caccialup.d.tract.de ludo. n.79.Iul.Clar. d.§.ludus.n.7.

7 Si luſor per vim,aut blandicijs,vel ſuaſionibus ſocium compellat ad ludendum, punitur pœna arbitraria, aut in vincula publica deducẽdus eſt. l.1.§.fin.vbi Doct. ff.de aleat.Menoch.d.caſu.399. n.14.Ioan. Vell.d.c.22.verſ.eademq; pœna,& tenetur tunc reſtituere pecuniã in foro animæ. vt tenet Cou.r.in regul.peccatũ.2.p.§.4.n.7.

8 Clericus publicus aleator,aut habẽs domi ſuæ publicã tabullam ludi,repellitur à promotione beneficij obtinendi, & ſi illi fiat collatio,nõ tenet, tãquàm facta perſonę vili,& indignę.c.interdilectos,vbi Abb. n.6.de exceſſ.Prælat.gl.verb.ad aleas.in d. c.Clerici offici.de vit.& honeſt.Cler.& c.1. diſt.34.Menoc.de arb.caſu.399.n.3. Bern. Dias,in pract.c.70.n.2.& Salz.ibid.n.1.Pet. Greg.d.c.3.n.14. ſi tamẽ iã eſt beneficiat9 quando ludum publicum exercebat,punitur mitiori pœna, quæ eſt arbitraria, niſi monitus non deſiſtat,quia tunc priuabitur beneficio. c.1. diſt.35. gl.verb. ad aleas.in d.c.Clerici offic.de vit.&honeſ.Cler.Abb. in d.c.interdilectos. n.6.de exceſſ.Prælat. Domin.&Præpoſit.in d.c.1.diſt.35.Bern.& Salz.vbi ſup.Ioã.Bap.intract.de ludo.q.1a ſũm.Sylueſ.ver.lud9,verſ.quarto quærit.

9 Ludi theatrales,& in honeſti,non debẽt fieri in Eccleſia,nec à perſonis Eccleſiaſticis c.cũ decorẽ. vbi DD.de vit.& honeſ.Cler.

Digitized by Google

LITTERAM M.

Verbo Maioratus.

1 MAIORATVS Eſt ius ſuccedendi in bonis, ea lege relictis, vt in familia perpetuò conſeruentur, & deferantur proximiori primogenito, per ordinem ſucceſsiuum, vt reſoluit Lud. Molin. de prim gen. lib. 1. c. 1. n. 22. & de hac primogenitura loquitur Præpoſit. in cap. ius naturale. col. 4. in fin. diſt. 1. Bald. in l. cum in antiquioribus. nu. 11. C. de iure delib. Abb. in conſil. 85. nu. 3. p. 1. Paul. de Caſtr. conſil. 164. libr. 2. Socin. conſil. 47. lib. 3. Rom. conſil. 29. Paris. conſil. 72. nu. 80. lib. 12. Xuarez. in quæſt. maiorat. nu. 8. Ioann. Licer. in tract. de prim. gen. libr. 1. quæſt. 1. n. 4. & quæſt. 2. n. 1. & 2. Tiraquel. de prim gen. quæſt. 1. num. 14. & in præfactione. n. 1. & 2. Lucas de pœn. in l. 1. C. de priuileg eorum qui in Sacr. Palat. Mil. libr. 12. Carl. Mol. in conſuet. Pariſien. libr. 1. §. 8. gloſ. 3. num. 2. licet aliter, & maledeci dat. ord. lib 1. tit. 62. §. 53. & ſi inſtitutio ſuccedendi dirigatur in ſecundogenitum, aut alio modo, quòd non ſit in maiorem natu, non dicitur tunc propriè maioratus, ſed impropriè. vt reſoluit Ludouic. Molin. de prim. genit. libr. 1. cap. 1. num. 23.

2 Maioratus, ſeù Capella poteſt tàm à laico, quàm à Clerico inſtitui, ſine licentia Regis, de bonis liberis patrimonialibus, quia nulla lege prohibetur, neq; hæc cōſtitutio eſt de prohibitis. l. cum prætor. vbi Bart. & l. ſolemus. ff. de iud. & l. filius familias. ff. de donat. & tenet Gam. deciſs. 341. num. 1 & etiam de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis poteſt Clericus primogenitum inſtituere, & alicui maioratui illa vinculare, cum ipſe Clericus ex generali conſuetudine bona illa valeat donare, & ex teſtamento relinquere cuicunq; voluerit, poteſt etiam maioratum inſtituere, ex his, quæ tradit Ludou de Molin. de prim. genit. lib. 2. cap. 10. à num. 53. quamuis in noſtra Luſitania non poſsit Clericus inſtituere Capellam, vel maioratum de bonis ab ipſo emptis, & alium Clericum in eo ſine licentia Regis inſtituere, licet poſſit laicum. per ord. lib. 2. tit. 18. §. 5.

3 Maioratus non poteſt inſtitui de bonis, quæ tangunt legitimam filiorum, ſed de bonis, ex quibus parentes diſponere poſſunt, ſine præiudicio legitimæ filiorum, aſcendentium, vel deſcendentium, quod in noſtra Luſitania eſt tertia pars totius ſubſtantiæ facultatis, cum enim parentes pro arbitrio de illa diſponere poſsint, tàm inter liberos, quàm inter extraneos, vt dixi ſupra verbo. legitima §. 4 ita in illa tertia parte bonorum poſſunt inſtituere maioratum, & bona illa vinculare, & ponere, & adijcere in illis quaſcumq; conditiones, dum tamen à iure non ſint prohibitæ. l. legem quam, & l. donatio. C. de donat. & l. 1. ff. de donat. & l. ſi rerum. vbi Doct. & l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. & l. 1. ff. de ſolut. & conditiones appoſitæ in illa inſtitutione maioratus ſunt ad vnguem adimplendæ, & pœna adiecta vt quaſi ſemper apponitur in omni inſtitutione cuiuscumq; maioratus, quòd ſi maioratus poſſeſſor conditionem non adimpleuerit, maioratus ſucceſsio tranſeat ad ſequentem ſucceſſorem ita, vt ſi primus ſucceſſor mortuus fuiſſet, quæ pœna ademptionis valida, & iuſta eſt, ad conſeruationem ipſius maioratus. l. vnica. vbi Doct. C. de his, quæ pœn. nomine ſcrib. & l. 1. & 2. ff. eodem. Imol. in l. Titia. col. 3. ff. de verborum obligatio. Paris. conſil. 19. num. 134. lib. 2. Emmanuel. à Coſt. Luſitanus in rep. l. cum tale. §. ſi quis arbitratu. ampliat. vlt. num. 37. ff. de cond. & demonſtr. Ludouic. Molin. de prim genit. lib. 2. cap. 12. num. 32. qui autem non habet deſcendentes, nec aſcendentes poteſt inſtituere maioratum, & adijcere quaſcumq; conditiones in tota ſubſtantia ſuorum bonorum, quæ libera fuerint, & ſine aliquo vinculo, vt probatur per iura ſupra relata.

Maioratus

Digitized by Google

4 Maioratus nõ inducitur, quando aliqua res relinquitur cum onere miſſarum anuatim, etiam ſi teſtator dicat, quòd res illa legata de veniat tali ſuo conſanguineo, & ſi ille ſine liberis diſceſſerit, veniat ad proximiorem conſanguineum, tunc enim cẽſetur fideicommiſſum in perpetuum, & res illa tranſit cum ſuo onere in perpetuũ, & nunquam finitur. l. anuam. & l. anua. & l. pen. vbi notant Doct. ff. de annuis legat. Bart. in l. ſi vſus fructus. n. 2. ff. de vſu fruct. legat. Gam. deciſs. 30. nu. 3. & deciſs. 345. nu. 1. Guid. Papa. deciſ. 576. licet aliter. ord. lib. 1. tit. 62. §. 53.

5 Maioratũ inſtituens debet dicere, quòd res maiorates ſint vnitæ, & nunquam diuidantur, ſed integræ remaneant, & debet facere prohibitionẽ alienationis ad conſeruationem agnationis, vel ſaltim familiæ, & in hac indiuiduitate conſiſtit ſubſtantia maioratus, quia omnes maioratus, præcipuè noſtræ Hiſpaniæ ſunt indiuidui, & nõ poteſt, niſi vnus in eis ſuccedere, ex Tiraquel. de prim. gen. quæſ. 4. n. 16. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 44. Lud. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 3. n 6. & c. 5. & c. 11. num. 5. Menoch. de arb. lib. 2. caſu. 496. nu. 9. Dec. conſil. 481. libr. 5. Ruin. conſil. 109. libr. 2. Gam. deciſs. 345. n. 1. Valaſ. conſult. 82. n. 7. & ſemper forma inſtitutionis maioratus eſt attendenda, ita vt aliquomodo ab illa nõ ſit recedendum, vt tenet Bald. in c. 1. in fin. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. deniq; n. 1. quæ fuẽr. prim. cau. benef. amitt. in vſ. feud. per alt. in Rubric. nu. 108. ff. de hæred. inſt. Curt. Sen. conſil. 50 n. 5. Alb. cõnſil. 2. n. 24. Celſ. conſil. 26. nu. 13. Tiraquel. in rep. l. ſi vnquam. verb. libertis. n. 8. C. de reuocand. donat. Lud. Molin. de prim. gen. libr. 1. c. 2. nu. 27. Gam. deciſs. 341. nu. 1. ord. lib. 4. titul. 100. §. 3.

6 Ducatus etiam, Marchionatus, comitatus, & aliæ ſimiles dignitates, ſunt ex natura ſua indiuiſibiles, c. Imperialem decet. §. firmiter. verſ. præterea. Ducatus de prohib. feud. alien. per fed. in vſib. feud. vbi notant ſcribentes. Tiraquel. de prim. gen. q. 4. à n. 13. & Lud. Molin. libr. 1. de prim. gen. cap. 11. num. 6.

7 Maioratus bona, ſeù Ducatus, Marchionatus, comitatus, ſunt de ambulatoria in vna tantum perſona, & ſemper maiornatus intelligitur vocatus, niſi inſtituens aliter diſponat, ſemper enim ſenior iuniori, & maſculus fœminæ, & ingenus libertino præfertur. l. fin. ff. de fid. inſtr. & l. ſemper. ff. de iure immunit. & Angel. conſil. 281. & conſil. 287. num. 8. Arēt. conſil. 262. col. 3. Alex. conſil. 4. à n. 4. lib. 4. Curt. conſil. 66. col. 10. verſ. capio illam. per alt. in l. ſi quis ſeruum. §. inter duos. n. 9. ff. de leg. 2. Xuar. in l. quoniam in prioribus. ampleat. 10. col. 20. n. 26. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. nu. 7. & 59 Dec. cõſil. 1. n. 4. Tiraquel. de prim. gen. in præfact. nu. 122. & quæſt. 4. nn. 31. Lud. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 11. n. 9. Valaſ. conſult. 82. num. 5. Cald. de nouat. quæſt. 17. num. 16. & dixi ſupra verbo. filius. §. 71.

8 Succeſſor maioratus debet eſſe de prole primi fundatoris, quia licet ſit proximior vltimi poſſeſſoris, non ſufficit, cum non ſit de prole primi inſtituentis, quia ſucceſsio maioratus illos, ſolos vocat, qui deſcendũt de prole, & familia primi inſtitutoris. ex Tiraq. de prim. gen. in præfat. n. 1. & 2. Molin. de prim. gen. lib. 3. c. 9. n. 2. Socin Iun. conſil. 126. lib. 1. Alex. conſil. 30. n. 4. lib. 4. Rip. in l. ex facto. n. 6. in prin. ff. ad treb. & in l. filius familias. §. diui. n. 31. ff. de leg. 1. & Cald. cõſil. pen. ſub. titul. de feud. Dec. cõſi. 478. ad fin. Iaſ. in conſil. 215. in prim. libr. 2. & conſil. 159. lib. 4. Ioan. dilect. de art. teſt. titul. de ſubſt. caut. 21. Valaſc. conſult. 121. à nu. 7. & eſt communis, nec de hoc eſt dubitandum.

9 Vtrùm tamen nepos filius ex filio primogenito, ſuccedat in maioratu, aut filius ſecundogenitus, eſt magnum dubium, & quòd vbi ſit filius non ſuccedat nepos, licet ſit de filio ſeniori, patet, quia pater poſſeſſor maioratus interim dum viuit, pleno iure dominus eſt. l. generaliter. §. ſubconditione ff. qui & à quib. vnde filius, qui præmoritur in eius vita non poteſt tranſmittere in nepotẽ ius moratus, quod non habet, ſed tunc filius remanet verus ſucceſſor maioratus, eò quòd ſit proximior, quàm nepos, & ita tenet Eman. à Coſt. de Regni ſucceſsione. pag. 102. Pinel. in l. 1. part. 1. num. 69. C. de bon. mater. & in l. 3. num. 23. C. eodem. Cald. de nominat. quæſt. 17. num. 1. Valaſc. conſult. 122. num. 6. & ita ord. lib. 2. titul. 35. §. 1. quando maioratus fuerit de terris, & bonis coronæ, & à Rege donatis. ſi autem maioratus fuerit inſtitutus de bonis patrimonialibus. tunc nepos, filius primogeniti ſuccedere debet, quamuis pater illius moriatur viuente auo poſſeſſore maio-

Digitized by Google

maioratus, & ita in quocumq; poſſeſſore. per ord. libr.4. titul.100. in prin. & ita eſt obſeruandum in Regno Caſtellæ, per ord. l.5. tit.7. libr.5. per quam reſoluit Molin. de prim.gen.lib.1.cap.3. n.10. quòd ſicut mortuo filio maiori in vita patris, filius, vel filia eiuſdem filij maioris, filio ſecundogenito in Regni ſucceſsione præfertur, ita erit dicendum in cuiuscumq; maioratus ſucceſsione, & ita tenet Thom.Gram. deciſs.1.nu.17. Iacob.à Sa. in libello. de patruo, & ne pote. Socin. conſil.252.nu.15. quod eſt obſeruandum in noſtro Regno Luſitaniæ, & in Regno Caſtellæ, per ord. Reg. ſupra relat. quamuis in puncto iuris prima opinio ſit verior. dixi verbo. filius. §. 72.

10 Fœmina nunquam conſequitur maioratum, niſi deficiẽte maſculo, quia ſi ſit maſculus, qui ſuccedere poſsit, ipſe ſuccedit, quamuis ſit iunior fœmina. ex Ang.conſil. 183. n.1. Aut.Gom. in l.40. Taur.n.61.& 63. Bald. in l. in multis. ff. de ſtat. hom. Aret. in l.pater filium.§.quindecim. ff.de leg.3. Rom. conſil.68. Palat. Rub. in rep. Rubric.§. 69. n.24. de donat.inter vir. & vxor. Tiraq.de prim.gen.quæſt.10.nu.20. Cou ru.2. reſolut. lib.3. c.5. num.5. Lud. Molin.de prim.gen.lib.3. c.4. n.4.Cald.de nominat.quæſt.17. n.16.& quæſt.18.n.33. & facit doctrina Bart. in l. vt ius iurandi. §.ſi liberi.n.5. ff.de oper.libert. & ſi tamẽ fœmina ſit ſuſpenſa in ſucceſsione maioratus, nõ cenſebitur perpetuò excluſa, ſed ſolũ durante cauſa excluſionis. vnde maſculo deficiente, erit fœmina admittenda, ac ſi excluſa non fuiſſet, nec propter maſculos remotiores excluditur fœmina, ſed propter illos, qui ſunt in eodem gradu, & linea. ita tenet Bald. cõſil.275.lib.2.Anch. conſil.339. n.7. Alex.in l.ſi dotali. nu.5.ff. ſolut.matr. & in conſil.204. n.16. lib.4.& Paul.de Caſtr.conſil.47.à n.1.lib.1. Corn. conſi.125.n.1.lib.4.& conſi.119.n.37.lib. 2.Socin.cõſi. 30.n.25.lib.1.Dec.conſil.451 n.3. Tiraq.de prim.gen.quæſt.10.n.25.

11 Maioratus transfertur ad ſequentẽ ſucceſſorem, ſi ille, qui ſuccedere debebat, fiat incapax, facit text.in l.1.C.de hæred.inſt. & tenet Guill.Bened.in c.Raynũtius.verb. condidit.2. n.16.de teſtam. quoniã incapax, pro mortuo reputatur. l.1. § ſed & ſi patruus. ff.de cong.cum emancip. lib. l.ſi necem. §. de portatus. ff. de bon. liber. & tunc locus ſit primo vocando, ac ſi ille incapax non fuiſſet. l.1. § qui habebat. ff.de bon.poſſ.cõtr.tabul. Lud.Molin.de prim. gen.libr.1.c.9.n.28.& facit doctrina.Bart. in d. l.1.§.qui habebat.

12 Filius ſecundus habilis concurrens in primagenitura maioratus, cum primogenito inhabili, eſt præferẽdus, in ſucceſsione, vt tenet Iacob.de Bellouiſ.in c.Imperialem. §.præterea ducatus. vbi etiam notat And. de Iſern. de prohib. feud. alien. per fed. in vſib. feud. Lucas depen. in l. Tirones. col.6. num.10. C. de Tiro. libr. 12. Bald. in l.ſi quis prioris. §.talem. verſ. ſed pone. C.de ſecund.nupt.& in l.omnes populi. col.10. verſ. eſt, & aliud exemplũ. ff. de iuſt.& iure, & in auth. hoc amplius. n.10. C.de fideicommiſſ. Præpoſit.in c.1. col.3.verſ.quãdo vero rex de feud.March. Rip.in l.nemo poteſt. nu.4.& 5.ff.delegat. 1.Corn. conſil.42. n.8.lib.4. Ioan. Lup.in l.40. Tauri.n.14. vbi Ciſuent.n.17.

13 Furioſus, quando furor eſt naturalis, & perpetuus, & omnino mente captus, non poteſt ſuccedere in iure primægenituræ, ſed tunc filius ſecundogenitus habilis admittitur, ex Bald. in c.1. in prin.nu.10.de ſucceſſ.feud. vbi Præpoſit.& Afflict.& etiã tenet Felin.in c.prudentiam.n.3. verſ.vbi vero eſt dignitas de offic. deleg. Aret.in l. ex duobus. in prin.col.3. verſ. & ad hunc ſecundum caſum. ff.de vulg.& pup.Lup.in rep. c.per veſtras. §.26.n.7. de donat. inter vir.& vx.Boer.deciſs.204. n.34. ſi autẽ ex incidenti efficiatur furioſus ille primogenitus, tunc nõ ſufficit ille furor quòminus ſuccedat in maioratum, licet ante maioratus ſucceſsionem ille furor superueniat, cum eo inſtanti, quo ſanæ mentis natus fuit illud ius primogenituræ fuerit radicatum in perſona illius, & erit illi dãdus coadiutor, facit tex.in c.grandi.de ſuppl. negl.prælat.libr.6. Tiraquel.de prim.gen. quæſt.23.à n.2. Lud.de Mol.de prim.gen. Hiſpan.lib.1. c.13. n.30. & idem dicendũ erit ſi furor ſuperueniens poſtea ſit perpetuus ante delatam ſucceſsionem, niſi furioſus habuerit filium ſanæ mentis, quia tunc non admittetur filius ſecundogenitus ad ſucceſsionem maioraaus, ſed filius furioſi primogeniti, ex perſona patris, vt tenet Bald.in c.vnico.n.1, an mutus, vel aliàs imperf. feud. reſt. & in conſil. 389. col.2. verſ. item pone primogenitum eſſe furioſum.lib.2. Socin.conſil.47.n.10.lib.3. Tiraquel.de prim.gen.quæſt.23.nu.34.Greg.

Lop.in

Digitized by Google

Lop in l.2. titul.15. part.2. in gloſſ.verb. *Siendo hombre para ello*, ſi tamen nepos, ex filio furioſo primogenito naſcatur, poſtquam filius ſecundus fuit conſecutus ſucceſsionem maioratus non admittetur, nec ille filius ſecundogenitus excludetur, propter ius iam ſibi radicatum. arg. text.in l. non oportet.ff.delegat.2.& in l.interuenit. ff.delegat.præſt. & in l.ſi cognatis. vbi Socin.n.29. ff.de reb.dub.Alex.conſil.184.n. 2. lib.2.Curt.Iun. conſil.57.à n.11.& cōſi. 58.à n.15. Ruin.conſil.88.nu.2.lib. Paris. conſil.83.à n.11.lib.2.& conſil.88. n.31.d. lib.2.Gozad.conſil.36.n.7. Aymon.conſil. 212.n.6.Bertr. conſil.166.n.4.lib.1.

14 Mutus, & ſurdus à natiuitate ſuccedit in maioratu, qui ex ſolis bonis patrimonialibus conſtat, & nulli, dignitati, aut iuriſdictioni eſt annexus, vt cōmuniter notant Doctor.in c.vnico.an mutus, vel aliès imperfect. feud. ret. Molin. de prim. gen. lib.1.c.13.n.40. ſi tamen mutus,& ſurdus eſſet boni ingenij, & intellectus, vt poſſet ſupplere defectum auditus, & loquelæ, bene admitteretur ad ſucceſsionem maioratus, cui dignitas,& iuriſdictio eſſet annexa, excluſo ſecundogenito quādo iuriſdictionem per alium exercere poſſet. ex doctrina Bart.in l.1.n.7.ff.de verb.obligat.& reſoluit Lud.Molin.d.lib.1.c.13.n.64.

15. Cæcus poteſt admitti ad ſucceſsionem maioratus, tàm in illo, qui conſiſtit in bonis patrimonialibus, quam in illo, qui cōſtat ex dignitate., vel iuriſdictione, licet enim cæcus ſit repellendus à iuriſdictionis exercitio, eò quòd per ſe iudicare non poteſt, per alium tamen bene poteſt. l.cæcus. vbi gl.1. & Bart. ff.de iud. & etiā poterit iuriſdictionem acquirere, vt tenet Bart.Iacob.Paul.de Caſtr. Angel. & alij in d.l.cæcus.Ioan.de Plat.in l.1.C.qui morb. ſe excuſat. lib.10. Abb. conſil.47.n.2 p.1. Boer.deciſs.204.n.35.

16 Clericus videtur nō poſſe ſuccedere in maioratu, cui dignitas, aut iuriſdictio eſt annexa, quia Clericus, non poteſt ſe immiſcere negocijs ſecularibus, nec habere officium vice Regis, ſeù vice cōmitis, nec poteſt habere iuriſdictiones ciuitatum, Regis, ſeù Principis ſubſe, neq; poteſt eſſe iuſticiarius, nec locum tenens, & Clericus in ſacris, qui talia commiſerit incidit in excommunicationem,& eſt deponendus à miniſterio Clericali. c. ſed neq;, vbi Abb. nu.7. & c.Clericis. vbi idem Abb. nu.5. ne Cler. vel Monach. imò eò ipſo, quòd quis efficitur Clericus deſinit eſſe comes, vel Imperator. glo.verb.comite in c.præſens. 20. quæſt.3. Bart. in auth.de Sanct. Epiſc. §.ſed neq;. nu.3. coll.9. vnde tanquàm incapax non poteſt ſuccedere in maioratu, cui iuriſdictio eſt annexa. ſed contrarium eſt verius imo poteſt ſuccedere in quocūq; maioratu, etiam ſi in eo ſit annexa dignitas, aut iuriſdictio, quoniam ſupra relata non habent locum, quando iuriſdictio eſt annexa dignitati, quia tūc bene poteſt Clericus illam per ſe exercere, dummodo pœnam mortis, aut membrorum, mutilationem nō inferat,& ratione patrimonij poteſt quis eſſe comes,& Epiſcopus, vt tenet Abb. in c.interdilectos. n. 2. de fide inſtr. vbi Fel.n.3.Id ipſum tenet Barb.de Præſt. Card. 1.p.1.quæſt.princip. nu.13.& illam iuriſdictionem, quam Clericus per ſe exercere non poteſt, poteſt illam delegare ſine vllo metu irregularitatis, quamuis ille, cui cauſam ſanguinis delegauit, pœnam mortis, ſeù membrorum mutilationis, in delinquentes infligat. c.fin. vbi Doctor.ne Cler. vel Monach. libr.6. vnde nullum dubium reſtat, quòminus Clericus in maioratu, cui annexa eſt iuriſdictio, ſuccedere poſsit, & ita tenet Ioan.Licer.de prim.genit. libr.1. quæſt.24. Ant.Gom.in l.40. Tauri, nu.66. Lud.Molin.de prim.gen.Hiſpan. libr.1.c. 13.n.97. niſi ſit maioratus de bonis coronæ, in noſtra Luſitania, per ord.lib.2.titul. 35.§.10.

17 Monachus autem, aut monialis, verum poſsit ſuccedere in maioratu, dupliciter eſt diſtinguendum.alius namq; eſt maioratus, qui tantùm conſtat ex bonis patrimonialibus,& alius cui eſt annexa dignitas, & iuriſdictio,& alius eſt monachus profeſſus in religione capaci ſucceſsionis in communi,& alius profeſſus in religione incapaci ſucceſsionis, vnde ſi monachus fuerit profeſſus in religione incapaci ſucceſsionis, nullum dubium eſt, quòd non poſsit ſuccedere in maioratu, & ſit locus ſequēti vocato, ac ſi monachus ille in rerū natura non fuiſſet, quia pro mortuo mundo habetur. l. 1. §. ſi pater. ff. de coniung. cum emancip. lib. ſi autem monachus ſit profeſſus in religione capaci ſucceſsionis in communi, bene poterit ſuccedere in maioratu, cui non eſt annexa aliqua iuriſdictio temporalis, ſed ſolum ex bonis patrimonialibus conſtat, quoniā monaſterium

Digitized by Google

poteſt capere ſucceſsionem mediante per-
ſona monachi, c.in præſentia. vbi Ant.de
Butr.Inn.Ioan.And Bald.Imol.Abb.Aret.
Fel.Dec. Ber.& reliqui ſcribentes.de pro-
bat. & auth. ingreſsi. vbi cōmuniter Doct.
C.de Sacro Sanct.Eccleſ. & auth. de mo-
nach. § illud. collat.1. & c. cum ad mona-
ſterium.de ſtat.monach.imò monaſterium
habetur loco filij.vt reſoluunt Doct.in lo-
cis ſupra citatis Rip.in l.ex facto. §.ſi quis
rogatus.1. n.37. & in l.ſi vnquam. n.39.C.
de reuocand. donat. Iaſ.in l.ſi qua mulier.
nu.8. & nu.18. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.
Mench.lib.3. de ſucceſſ.pro ingreſſu.§.26.
n.41.& lib.3. de ſucceſſ.creat.§.21.n.166.
Ant.Gabriel.lib.10.comm.opin.verb.mo-
naſterium.Melch.Pais.de maiorat. 2.part.
quæſt.3.n.13.Roxas.de ſucceſſ.c.29.n.41.
& Cou.ruu.lib.1. var.cap.19. Emmanuel.
Ecoſta, Luſitanus. in c. ſi pater. 1.p. verſ.
ſi abſq; liberis.n.62.Moli.de prim.gen.lib.
1. c.13.n.95. Tiraquel. de vtroq; retract.
titul.1. §.1.glo.8. nu.20.Lud.Rom.ſingul.
159. Ant.Gom.1.tom.var.c.5. n.34. ſi autē
maioratui ſit annexa aliqua iuriſdictio tē-
poralis, tunc monachus in eo ſuccedere
non poteſt, licet ſit profeſſus in religione
capaci ſucceſsionis in communi, eò quòd
monachus eſt incapax iuriſdictionis ſecu-
laris. c.1. & per totum.ne Cleric.vel Mo-
nach.& c.recolentes.vbi Doct.de ſtat.mo-
nach. nec par credere eſt, quòd inſtitutor
maioratus ad conſeruationem ſuæ gene-
rationis velit, vt ſua iuriſdictionalia tran-
ſeant in monaſterium cum ſuo maioratu,
& ſemper in maioratuum diſpoſitionibus,
pro diſpoſito habetur omne illud, quod
inſtitutor diſpoſuiſſet,ſi de illo interroga-
tus fuerat. l. Titius. §. Lucius. ff. delib. &
poſthu.& glo.verb.per exceptionem,in l.
tale pactum.§.fin. ff.de pact.Tiraquel.in l.
ſi vnquam.in prin. nu.55. C. de reuocand.
donat. Molin. de prim gen. lib.1. c.13. n.
90.& certè hæc ratio etiam militat in ma-
ioratu, cui nulla iuriſdictio annexa eſt,nec
conſuetudo obſeruat, vt monachus ſucce-
dat in maioratu, cui iuriſdictio eſt anne-
xa,& in his maioratus ſucceſsionibus de-
bet obſeruari ordo, qui legibus Regni diſ-
ponitur,aut illud,quod vniuerſali conſue-
tudine comprobatur. quælibet enim diſ-
poſitio, eſt interpretanda, & accipienda
ſecundum regionis cōſuetudinem, l.num-
mis. ff. delegat.3. l.ſi ſeruus. plurium.§.1.
ff.delegat.Iaſ.in l.vt liberis. n.7. C.de col-
lat. idem Iaſ.in l.certi conditio. §.ſi num-
mos.n.6. ff.ſi cert.pet. Fel.in c.cum M.Fer-
rarienſis. à n. 6. de conſt. Molin. de prim.
gen.lib.1. c.13. n.94.

18 Milites tamē Domini noſtri Ieſu Chriſti,
Sancti Iacob, Sancti Benedicti,Sancti Ioā-
nis Calatrauæ, Alcantaræ, licet verè ſint
religioſi,quia omnia tria vota ſubſtantialia
emittunt, ſuccedunt in quocumq; maio-
ratu, tàm in illo,qui conſtat de bonis pa-
trimonialibus tātum, quam in illo, cui an-
nexa eſt dignitas,& iuriſdictio,& poſsidet
bona patrimonialia, & regales dignitates,
caſtra, oppida, & cætera omnia tanquam
laici. imò in omnibus, laicis æqui paran-
tur, vt tenet Molin. de prim.gen.libr.1.c.
13. n.98. ſolent tamen aliquando inſtitu-
tores maioratuum adijcere,quod in eis nō
ſuccedant furioſi, ſurdi, muti, cæci Mona-
chi, vel moniales Clerici, milites,qui ma-
trimoniū contrahere non poſſunt,& tunc
diſpoſitio inſtitutoris eſt obſeruanda in
forma ſpicifica, vt dixi ſupra. §.3. & circa
illos qui matrimonium cōtrahere nō poſ-
ſunt apud nos eſt ord.lib.2.tit.35.§.11.

19 Succeſſor maioratus in gradu, & linea
æquali, debet eſſe maiornatus, ita vt ſi in-
ter plures exiſtentes in eodē gradu ſit cō-
trouerſia, de maioratus ſucceſsione, is qui
inter eos maiornatus fuerit,in eius ſucceſ-
ſione, potior erit, quamuis ſit filius illius
filij, aut filiæ iunioris,ea námq; eſt primo-
genitorum natura,vt in illis,is,qui primo-
genitus fuerit, & ætate maior, cæteris ex-
cluſis, ſuccedere debeat. vt reſoluit Eue-
rard.conſil.228. Tiraquel.de prim.gen. in
præfact.à n.3. Ang.conſil.281.Aret.cōſil.
162.Alex. conſil.4. n.4. lib.4. Cou.ru.lib.
3. reſolut.c.5. nu.3. Emmanuel.à Coſt.de
ſucceſſ.regn.pag.184.ad fin.Molin.de prim.
gen.lib.3.c.1.n.1. Cald.de nominat.quæſt.
17. n.51. in Regno tamen Caſtellæ obſer-
uabitur in filio filij primogeniti, quod diſ-
poſitum eſt per l.5. titul.7.lib.5. ſicut dixi
ſuprà. §.9. & ita in noſtra Luſitania, quod
diſpoſitum eſt, per ord.lib.2. titul.35.§.1.
& lib.4. tit.100.in prin.& §.4.

20 Si autem duo filij naſcantur eiuſdē ven-
tris,& non conſtet, quis eorum primo na-
tus fuiſſet,& ambo ſunt maſculi,aut ambæ
fœminæ,tunc poteſt pater gratificari,cui-
cumq; voluerit, in nominatione maiorā-
tus,& ſi forte pater non diſpoſuit in teſta-
mento, tunc fiet diuiſio maioratus,ſi diui-
ſionem pati poteſt, aliter ſuccedet, quem
ſors

Digitized by Google

ſors elegerit, arg. tex. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſthu. & in l. qui quadraginta. ff. ad leg. falc. & notat Alb. Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & alij. in l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſ. dat. Bald. in auth. ex teſtamento. col. 14. & col. fin. C. de collat. & in l. in quibus. C. de ſecund. nupt. in Regno tamen Caſtellæ eſt deciſum, vt vterq; ſuccedat in maioratu, & tunc quaſi propter neceſsitatem patietur diuiſionem. l. 12. titul. 33. part. 7. & ita tenet Tiraquel. de prim. gen. quæſt. 17. Molin. de prim. gen. lib. 3. tit. 1. n. 20.

21 Maioratus bona, nec diuiduntur, neq; conferuntur, vt tenet Oin. in l. ſi viua mater. Bald. in auth. ex teſtamento. nu. 16. C. de collat. Abb in c. licet. num. 9. & alij. de voto. Guill. in rep. c. Raynuntius. verb. in eodem teſtamento relinquens. 1. n. 144. de teſtam. Tiraquel. de prim. gen. quæſt. 51. n. 1. Mench de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 26. à n. 91. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 11. n. 2.

22 Maioratus poſſeſſor non poteſt præiudicare ſucceſſori in aliqua re maioratus omittendo vendendo, alienando, & ſimilia faciendo, quoniam ſucceſſor non capit à proximiore poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore. l. eum qui. vbi Doct. ff. de interdict. & relegat, & l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. vbi Bart. ff. delegat. 2. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 48. C. de bon. mater. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. l. ſi arrogator. ff. de adopt. c. 1. de ſucceſſ. feud. Curt. conſil. 25. Dec. conſil. 445. à n. 23. Gozad. conſil. 75. Afflict. in §. quid ergo. in tit. de inueſt. de re alien. fac. n. 21. Cou. ru. libr. 3. reſolut. c. 6. n. 10. verſ. tertio. Palat. in Rubric. §. 16. de donat. inter vir. & vxor. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 87. Ant. à Gam. deciſs. 59. n. 5. Valaſ. de iure emph. quæſt. 10. n. 3. & conſult. 132. num. 37.

23 Bona maioratus non poſſunt alienari, propter prohibitionem primi inſtituẽtis. l. filius familias. §. diui. vbi Bart. Paul. de Caſtr. Ioan. de Imol. Alex. Iaſ. & alij. ff. de leg. 1. & l. peto. §. fratre. vbi Bart. & l. cum pater. §. quindecim. ff. delegat. 2. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 3. n. 17. Valaſc. de iure emph. quæſt. 29. nu. 11. pro redemptione tamen ſucceſſoris maioratus captiui, poterunt bona maioratus alienari, quæ ſuſficiant ad illum redimẽdum, ſi de fructibus, aut de aliqua locatione illius redimi non poſsit, ſicut in fideicõmiſſo tenet Paul. de Caſtr. in auth. ſi captiui. nu 6. C. de Epiſc. & Cler. & ita iudicatum fuiſſe in ſenatu noſtræ Luſitaniæ, inquit Valaſc. conſult. 30. num. 16.

24 Si poſſeſſor maioratus alienauerit aliqua bona maioratus ipſius, non poterit in vita ſui ipſius bona illa vindicare, ſed ſucceſſor. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. vbi glo verb. eius. & Doct. ff. delegat. 2. & l. ſeruo legato. §. 1. ff. delegat. & l. ſi duobus. §. ſin autem auaritiæ. C. communia. deleg. Alex. conſil. 65. lib. 5. Dec. conſil. 208. col. 3. Corn. conſil. 120, n. 3. lib. 3. Afflict. in c. 1. §. hoc quoq;. n. 5. de ſucceſſ feud. Paris. conſil. 26. num. 1. lib. 2. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 54. Iaſ. in l. cum proponas. nu. 11. C. de pact. Hyppolit. de Marſil. in l. fin. nu. 74. ff. de iuriſd. omnium iud. Cald. de nouat. quæſt. 16. n. 35. niſi emptor ſciat, quòd res illa ſit vinculata, & emat contra legẽ, & contra prohibitionem inſtitutoris maioratus, quia tunc ab ipſo venditore, vel ab eius ſucceſſore vindicari poteſt. l. quemadmodum, vbi Doct. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11. Paul. de Caſtr. in l. filius familias. §. diui. nu. 3. ff. delegat 1. Tiraquel. de retr. lign. §. 26. gl. 2. n. 6. Dec. conſil. 142. à n. 4. & conſil. 174. in fin. & Peralt. in Rubric. n. 57. ff de hæred inſt. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 73. C. de bon. mater Alciat. in l. tranſactione finita. in prin. C. de tranſact. vbi etiã notat Curt. n. 5. Paris. conſil. 31. nu. 10. lib. 4. Baeça de non meliorand. filiab. cap. 11. n. 82. Mench. de ſucceſsion. creat. §. 10. nu. 248. Cald. de nouat. quæſt. 16. n. 32.

25 Poſſeſſor maioratus non poteſt denuo emphyteuticare res ipſius maioratus in perpetuum, ſeù in vitas, cum illa emphyteuticatio excedat vitam ipſius poſſeſſoris, qui emphyteuticauit, tenet Palaez, in tract. de maiorit. 4. p. quæſt. 25. in prin. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 63. C. de bon. mater. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 48. Molin. de prim. gen. lib. 2. c. 21. n. 31. & lib. 4. c. 1. n. 10. Valaſ. conſult. 95. n. 2. Cald. de nouat. quæſt. 16. n. 2. licet contrarium iudicatum fuiſſe in noſtra Luſitania in emphyteuſi cõceſſa in tertia generatione dicat Gam. deciſ. 16. n. 3 ſed male, ſi tamen bona maioratus per longiſsimum tempus conſueta erant emphyteuticari, tunc bene poterit poſſeſſor facere renouationem, vſq; ad tertiam perſonam, per extrauag. Paul. 2. de reb. Eccleſ. & in feudo eſt tex. in cap. 2. vbi Abb. num. 1. de feud. Cald. de nouat. quæſt. 16. num. 71. Valaſc. conſult. 95. num. 9. verſ. ad allegata.

Neq;

Digitized by Google

26 Neq; tenetur ſucceſſor maioratus ſtare colono ad lõgum tempus, ex locatione facta à ſuo prædeceſſore, quoniã in nihilo poteſt defraudari ab illo, à quo non ſuſcepit, imo fecit contra præceptum inſtituẽtis de non alienando, & ſicut bona vinculata maioratui non poſſunt alienari, l. ſi filius familias § Diui. vbi communiter Doctor. ff. delegat. 1. & l. peto. § prædium, & § fratre, & l. cum pater. § quindecim. ff. delegat. 2. & dixi ſupra. §. 23. ita ad longum tempus locari non poſſunt. vt tenet Bald. in l. quæcũq; n. 1. C. de bon. quælib. Imol. in l. quod dicitur. in fin. ff. de verb. obligat. Ant. Gom. in l. 40. Tauri n. 84. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 65. C. de bon. mater. Meneſ. in l. vnũ ex familia. § 1. num. 12. ff. delegat. 2. Greg. Lop. in l. 2. tit. 8. part. 5. Molin. de prim. genit. libr. 1. cap. 21. numer. 28. Valaſc. de iure emph. quæſt. 29. n. 11. Cald. de nouat. quæſt. 16. n. 18. finito enim iure dantis, finitur ius accipientis, nec poteſt quis plus iuris in alium trãsferre, quàm ipſe habet. c. nuper. de donat. inter. vir. & vxo. & l. lex vectigali. ff. de pign. & l. nemo plus. ff. de regul. iur. & l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. & c. quod autem, & c. cura de iur. patr. & c. daibertum. 1. quæſt. 7. Dec. in l. ſi ſocius. nu. 6. ff. de reb. cred. Gozad. conſil. 75. n. 3. Pinel. in d. l. 1. p. 3. nu. 72. C. de bon. mater. Cald. d. quæſt. 16. n. 18.

27 Succeſſor maioratus nõ tenetur ſoluere expenſas neceſſarias ad ſuſtinendas res ipſius maioratus, quamuis magnæ fuiſſent, neq; ſumptus factos in litibus, neq; pecuniam datam in tranſactionibus, nec hæres prædeceſſoris illa petere poteſt, quia hæc omnia fieri debent ex fructibus maioratus. arg. tex. in l. 1. vbi Doct. C. de bon. mater. & Mench. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 5. n. 13. Gracia. in tract. de expenſ. c. 13. num. 44. & Valaſ. conſult. 116. n. 8. & ego ita iudicarẽ, licet nonnulli Doct. diſtinguant inter modicas, & magnas expenſas, & inter illas, quæ fiunt in reficiendo res maioratus, quæ culpa poſſeſſoris factæ ſunt deteriores, & inter illas, quæ ſine culpa illius deteriorãtur, reſoluentes ſucceſſorem maioratus teneri ad magnas expenſas factas inutilitatem, & refectionem rerum maioratus, quæ ſine culpa poſſeſſoris factæ ſunt deteriores. ex Carol. Ruin. conſil. 14. num. 3. libr. 1. Palat. in Rubrica. § 62. num. 15. de donat. inter. vir. & vxor. Molin. de prim. gen. lib. 1. cap. 17. nu. 6. ſed ego nunquam vidi hoc obſeruari in praxi. ad alias vero non teneri aſſerunt.

28 Succeſſor furturus maioratus, poteſt poſtulare in vita patris, vel cuiuscunq; poſſeſſoris, vt declaretur ſucceſſor poſt mortem poſsidentis, ſi aliquam timet poſtea controuerſiam, aut ſi pater, ſeù alius quicumq; poſſeſſor alienat, aut diſsipat bona ipſius maioratus, aut facit aliquid in fraudem illius ſucceſſoris, & vt interim alienatio interdicatur. l. Imperator. vbi Bart. ff. ad treb. & l. Titius rogatus. ff. eodem, & Socin. in l. ſed eſt quæſitum col. fin. ff. delib. & poſthu. & reſoluit Valaſc. conſult. 184. à n. 2. Doct. in l. 1. C. de bon. mater. & etiã poteſt cogere poſſeſſorem diſsipantẽ maioratus bona ad ſatisdandũ de bonis maioratus ſoluendis poſt mortem. l. ſi creditores. vbi Doct. ff. de priuileg. cred. & l. peto. § fratre. vbi Paul. de Caſtr. Imol. & alij. & l. vnum ex familia § ſed ſi fundum. ff. delegat. 2. & l. fin. in fin. C. deleg. Ant. Com. in l. 40. Tauri. n. 78. & Valaſc. conſult. 184. nu. 14. & non ſolum hæc ſatiſdatio poteſt per futurum ſucceſſorẽ peti à poſſeſſore, quando bona maioratus diſsipat, ſed etiã ſi ille futurus ſucceſſor inſtantem dilapidationem timeat, vt impediat ne fiat dilapidatio. ex l. 3. vbi Bald. n. 3. C. qui bon. ced. poſſ. & in l. ſi ſuper. n. 2. C. de tranſact. Bart. in l. fin. in prin. n. 3. ff. quod met. cauſ. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. n. 5. ff. de noui op. nunciat. Paul. de Caſtr. in l. in omnibus. n. 2. ff. de iud. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 15. n. 11. reſoluunt tamen ſupra relati, hoc eſſe intelligendum in maioratu ex teſtamento inſtituto, & non in maioratu inſtituto in contractu irreuocabili, ex Palat. Rub. in rep. c. per veſtras. §. 44. à n. 2. de donat. inter. vir. & vxor. Ant. Gom. in l. 4. Tauri. nu. 78. Lud. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 15. n. 7. & 8. Valaſ. conſult. 184. n. 16. quia in illo non petitur ſatiſdatio ex ſuſpitione dilapidationis, ſed quãdo poſſeſſor in effectu bona dilapidat. ſed in hoc caſu obſeruat praxis, vt poſſeſſori fiat expreſſa interdictio alienationis, pro qua ſententia facit tex. in d. l. Imperator. ff. ad treb. vbi notant Doct. & Pinel. in l. 1. p, 2. n. 33. C. de bon. mater. Valaſc. d. conſult. 184. n. 10. & quando datur ſatiſdatio debet eſſe idonea, & fideiuſſoria. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ. legat. & l. 1. & per totum. ff. vt leg. ſeù fideicommiſſ. nomin. cauet. & l. quoties. ſi. quis ſatiſd. cogant. ſed

Digitized by Google

ſi ex magna rerum maioratus æſtimatione non poſsit dari idonea ſatiſdatio, eſt tunc præſtanda illa, quæ boni viri arbitrio præſtari poſsit, facit text. in l. decreationibus. C. de Epiſcopal. aud. & in l. fin. §. ſin autem. C. de curat. furioſ. & in l. mulier. C. de iure dot. & Bald. in l. fin. n. 3. C. de magiſtr. Cõuend. Caſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 6. §. 4. verb. caucion. num. 4. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. de feud. col. 1. Molin. de prim. gen. lib. 1. c. 15. nu. 9. Palat. Rub. in rep. c. per veſtras. §. 44. n. 5. Merg. conſi. 38. n. 11. Laud. in tract. de offic. domin. q. 4.

Verbo Maledictio.

1 MAledictio humana eſt imprecatio mali, alicui facta, ſubratione mali, ab illo, qui ignorat peccantis effectus. cap. Deus. 24. quæſt 3. & lato modo accipitur pro blaſphemia Dei, vel Sanctorum. cap. 2. vbi Doct. de maled. quoniam omne conuitium, ſeù maledictum prolatum in Deũ, Beatam Virginem Mariam, vel Sanctos, eſt blaſphemia, prolatum vero in hominem, eſt dicere aliquid mali de præterito, vel præſenti, vt inquit Bart. in l. item apud. §. ait prætor. n. 4. ff. de iniur. Ang ad Ang. de malefic. verb. verba iniurioſa. num. 13. Cou. ru. in rep. c. quamuis. n. 8. de pact. lib. 6. Boer. deciſs. 301. à prin. Iul. Clar. §. blaſphemia. n. 1.

2 Maledicens Summo Pontifici eſt puniẽdus pœna arbitraria, ita tamen, vt pœna illius terrorem alijs incutiat, ne alia ſimilia audeant facere, & maledicens compeſcatur à ſua temeritate. c. 1. vbi gloſſ. 1. & Ant. de Butr. Inn. Ioann. And. Hoſt. Abb. & & omnes. de maled.

3 Maledicens Epiſcopo ſuo eſt deponendus, vt eſt text. in c. ſi quis Sacerdotum, & c. ſtatuimus. 11. quæſt. 1. & quamuis tx. tx. illi dicant, quòd tradatur Curiæ, non intelligas de Curia ſeculari, quia tẽpore illo non erat inuenta Curia ſecularis ad punitionem Clericorum, ſed fiebat traditio Curiæ Eccleſiaſticæ, & Cõgregationi Clericorum, cui delinquẽs ſeruire cogebatur, vt habetur. in d. c. ſtatuimus. vbi Doct. 11. quæſ. 1. hodie tamen eſt pœna arbitraria.

4 Maledicens Principi, Imperatori, Regi, ſeù Domino non recognoſcenti ſuperiorẽ in temporalibus, ſi id leuitate faciat, contemnenda eſt maledictio illa, ſi inſania miſeretur illius, ſi vero per iniuriam remittitur ad Principum, vt ab illo puniatur. l. vnica. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. ſi quis Imp. maled. & l. famoſi. vbi gl. verb parcendum. ff. ad leg. Iul. Maieſt. & gl. verb. à temeritate. vbi Abb. n. 4. de maled. Inn. in c. ex parte. 1. de verb. ſign. Aret. in l. vnica. C. ne quis in ſua cauſ. & eſt ord. lib. 5. titul. 7.

5 Maledicens Deum, ſeù Virginem Mariam, aut aliquem Sanctum Dei, ſi eſt laicus de iure canonico ſeptem diebus Dominicis præforibus Eccleſiæ publicè, dum diuina Miſſarum ſolemnia celebrantur, exiſtat, vltimo eorum Dominico, ſine pallio, & ſine calceamentis, & cum corrigia circa collum, & ieiunet ſeptem præcedentibus diebus ſextis ferijs in pane, & aqua, & reficiat aliquos pauperes, ſeù vnum, ſecundũ illius facultatem, antequam Eccleſiam ingrediatur, & multetur pœna quadraginta ſolidorum, ſiue minori, ſi diues non fuerit, ſecundum facultatem illius. c. fin. vbi Ioã. And. Abb. & alij. de maled. Hoſt. in ſumma titul. de maled. §. blaſphemãtes, ſi vero eſt Clericus per ius antiquum deponebatur ab ordine, in quo initiatus erat. c. ſi quis per capillum Dei. 22. quæſt. 1. hodie vero eo ipſo, quòd delicto huiuſmodi fuerit cõuictus, multatur amiſsione fructuum beneficij vnius anni, qui fructus applicabũtur in fabricam Eccleſiæ ipſius beneficij, aut in pauperũ eleemoſynas pro prima vice, qua palam, ſeù publicè maledixerit, aut blaſphemauerit Deum, ſeù Virginem Mariam, aut aliquem Sanctũ Dei, & ſi ſecunda vice ita deliquerit, & conuictus fuerit, ſi vnum tantum habuerit beneficiũ, illo priuabitur, ſi autem plura priuabitur illo, quo maluerit ordinarius, ſi vero tertio conuictus fuerit eo ipſo exiſtat priuatus omnibus officijs, beneficijs, & dignitatibus, & reddetur inhabilis ad illa retinenda, & illa poterunt à quocumq; impetrari, & conferri, ſi vero beneficium non habuerit, erit puniendus pro arbitrio iudicantis, & ita Decretum eſt in Lateranẽſi Concilio. ſub Leone. 10. celebrato. ex Cou. ru. in c. quamuis. 1. p. §. 7. num. 8. Bernard. Dias. & Ign. de Salz. c. 110. nu. 2. Cautera. 2. p. c. 3. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 4. fol. 21. verſ. ego vero.

6 De iure vero ciuili blaſphemans Deũ, ſeù Virginem Mariam, & Sanctos Dei, ſi hoc habeat de conſuetudine multiplicata, punitur pœna mortis. authẽt. vt non lux. homines,

homines.vbi Doct.collat.6.Ang.in §.item ſi quis poſtulante. inſt.de act.Bald.& Salicet.in l.2. C de reb.cred. Iaſ.in l.ait prætor. §.iurari.n.11.ff.de iure iur.& etiam de iure diuino,ex Liuitico. cap.24. lapidibus obrutus ab vniuerſa multitudine necabatur, qui tamen blaſphemauit, ſed non habet multiplicatam conſuetudinem,eſt puniendus per arbitrium iudicantis,conſiderata qualitate blaſphemiæ, perſonæ, tempore,& loco, quia hodie iam pœna mortis pro blaſphemia non eſt in vſu, refert Lucas de pen.in l.omnes. col. 3. verſ. ſecũdo quæritur.C.de delat.lib.10.Angel.ab Ang. de malefi.verb. verba.iniurioſa.n.14 Cou. ru.in c. quamuis pactum. p.1.§.7. nu.8.de pact.libr.6. Menoch.de arb.caſu.365. Iul. Clar.§.blaſphemia.n.3. Ioan.Vell.in tract. de pœn.delict. c.4 fol.19. verſ.puniuntur. eſt tamen hodie in vſu, vt iſti blaſphemãtes Deum , & Sanctos eius, fuſtigentur , & exeant in publicum cum ligno ligato in ore,quod vulgo dicimus *Mordaça*, poſtquam aliquo tempore retenti fuerint incarcere, vt refert Iaſ. in l. ait prætor.§ iurari. n.14.poſt alios.ff.de iure iur.alibi per foratur lingua blaſphemantis. ex Afflict. ſuper tertia part. conſt. Regn. Rubric.54. n.7.alibi amputatur lingua illius,qui blaſphemat Virginem Mariam,& Sanctos Dei, & mittitur in exilium, vt refert Marc. deciſs.509. & Iul.Clar. d.§ blaſphemia. n.3. Ioan.Vella d.tractat.de pœn.delict. cap.4. fol.21. verſ. pro ſecunda. ſeruanda tamen ſunt in hoc ſtatuta quorumcumq; locorũ, ſicut eſt in noſtra Luſitania. ord.lib.5.titu. 2. per totum, in Regno Caſtellæ,eſt l.2.titul.8. lib.8. ordinamenti , & l.5.& 6.& 7. titul.4. lib.8. recopilat.

7 Blaſphemia propriè dicitur quando aliquis dicit aliqua verba in contemptũ Dei, aut Beatiſsimæ Virginis Mariæ , vel alicuius Sancti , aut negat quod Deo competit, aut illi tribuit quod ei non cõuenit, ſeù turpia ſcelera in eum profert vt ſi dicat ad deſpectũ Dei,aut maledicatur Deus, & ſimilia. gl.verb. blaſphemiam. in c.qualis.diſt.25.Hoſt.in ſumma titul.de malefic. §.blaſphemantem. Bald.& Ang.in l.vnica. C. ſi quis imp.maled. Abb.Socin.& alij in c.2, de maled.Bart.in l. apud Labeonem. §.ait prætor.nu.4.ff.de iniur. Imol.in l.his verbis. §. 1. ff. de iure iur. Alphonſus de Caſtr.lib.1.de iuſt.hæretic.punit.c.12.Sylueſt. in ſumma verb.blaſphemia.§.1.Ang. ibidem.in prin. Cou.ru.in c.quamuis pactum.1.p.§.7.n.8.de pactis.lib.6. Simãch. de Cathol.inſt. c.8. Iul.Clar. in §.blaſphemia. n.1. Roxas. de hæret.2.p.n.167.Ant. Gom.3.tom. variar.c.1. nu.3. Menoch. de arb. caſu. 365. Salam. de vſu, & conſuet. Curiæ. cap. 5. nu. 27. & 326. Paz in pract. 1.tom.p.8. c.vnico. n.14. Ioan.Garcia.regula.55.n.41.Bernard.Dias,& Ign.de Salzed. in pract.c.110. Auend. de exequend. mand.c.20. ad fin. Auil. in c. præt. c.25. à n.2. Ioan.Vell.in tract. de pœn.delict.c.4. verb. blaſphemiæ. verſ. eſt autem. Conra. Brun. de hæret. lib.2, c.2.& lib 5.c.20.Albert.de Agnoſc. aſſert. quæſt.26. Cantera. 2.p.c.3.Squilacens.de fide Catholica.c.16. D Thom.22. quæſt.13. art.1. Soto libr.2. de iuſt.quæſt.3.art.11,& lib.5.quæſt.2.art. 1. & quæſt.8. art.3.

Verbo Mandatum.

1 MAndatum dicitur quando aliquis ad ſatisfactionem ſuæ volũtatis aliquid imponit alicui, & fit ad commodum mandantis, nam ſi eſſet ad vtilitatem illius, cui mandatum committitur, nõ diceretur tũc mandatum, ſed perſuaſio, vt tenet Bart. in l.non ſolum.§.ſi mandato. nu.2. ff.de iniur.Leo.in tract,noui oper. nunciat. c.1.n. 8.ſumma Angel.verb. mandatum.in prin. Merg. conſil.32.n.6.

2 Mandans, aut auctoritatem præſtãs,per idem eſt, ac ſi ipſe feciſſet. c. mulieres. §. illi vero de ſent.excommunicat.& c.ad ſedem.de reſt.ſpol.& c.qui facit.de regu.iur. lib.6. & l.quod iuſſu.& l.is damnum,& l. hoc iure.§.deijcit. ff.de regul.iur.& l.hæc verba.ff.de adult. & l.aut qui aliter. §.hæc verba. ff. quod vi, aut clam. Bart. in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap. Abb.in d.c. mulieres. n.9. Iaſ.in l.1. §.per procuratorem.n.3.ff.de acquir.poſſ.poteſt enim quis facere per alium,quod per ſe facere poteſt ſicut vulnera,homicidia,& cætera eiuſmodi. c.poteſt de regul.iur.libr.6.& c.fin. de procurat.eodem. lib.6. & l. Arethuſa ff.de ſtat.homin.& l.1. §.2. ff.de procurat.fallit tamen in caſibus,vt per gloſſ.in d.c.poteſt de regul.iur.libr.6.& per Abb.in d.c.mulieres. n.8.de ſent.excommunicat.

3 Mandans facere aliquod delictum punitur, ſicut faciens, quoniam qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur. c. quoties de purgat.can.& l.non ideo.vbi gl.fin.

C. de

Digitized by Google

C.de accuſat.& l.non ſolum.§.ſi mandatu. vbi Bart.n.17.ff.de iniur.& l.aut qui aliter. in fin. ff.quod vi aut clam.& l.1.§.deieciſſe.ff.de vi,& vi armat.& Abb.in c.licet.n.3 de decim.& c.qui facit de regul.iur.libr.6. & l.quod iuſſu.ff.de regu.iur.Dec.in l.is dãnum.n.2.ff.eodem,nec eſt facienda diſtinctio vtrũ mandatarius aliàs erat facturus delictum,aut non,quia licet hæc diſtinctio à nonnullis admittebatur, hodie eſt communiter reprobata, vt tenet Iaſ.in l.1.nu. 22. C. de ſeru. Fug. Iul.Clar. libr.5.§.fin. quæſt.89.n.1. quia hæc diſtinctio non cadit indelictum perpetratum,vt tenet Bart. in d.l.non ſolum. d.§.ſi mandatu.nu.19.ff. de iniur. Gomez. in §.pœnales. n.10. inſt. de act.Curt.Iun.conſil.237.n.5. Iaſ.vbi ſupra,& in l.ſi quis mihi. §.ſed quid ſi mandauit.n.16. ff.de acquir.hæred.Cou.ruu.in rep. clm. ſi furioſus. fol.291. verſ.hæc vero diſtinctio. Iul.Clar. vbi ſupra. ſi tamen mandatarius tenebatur obedire mandãti, bene excuſatur in leuioribus delictis, non autem in atrocioribus. l.liber homo.ff.ad leg.acquil.& l.ad ea. ff.de regul.iur.& glo. fin in l.non ideo.C.de accuſat.Bart.in l.nõ ſolum.§.ſi mandatu.n.6.ff.de iniur. & dixi ſupra ver.factũ.§.6. ſecus tamen in eo,qui conſiliũ dedit dixi ſupra ver. conſil.§.3.

4 Mandans percutere Clericum incurrit excõmunicationem,ſi mandatum fuit ſecutũ,tanquàm ille,qui percuſsit.c.mulieres.§.ſi illi vero.vbi Doct.de ſent.excõmunicat,& quamuis reuocet mandatũ,& pœniteat,ſi Clerico illi non intimauit, quoad Eccleſiã incurret excõmunicationem. gl. 2.vbi notant Doct. in c.cum quis. de ſent. excõicat.lib.6.Iaſ.in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.n.4.ff.de cond.cau.dat.& ſi mandatarius poſt multum temporis curriculũ exequatur delictũ nihilominus tenetur mandans,niſi tacitè vel expreſsè reuocaret mãdatum ſciente mandatario,puta,quia fecit pacẽ cùm inimico, aut coniunxit cũ illo, ſeù cum filio,filia vè, aut nepote eius filiũ, vel nepotem, licet tamen per breue tẽpus non ſufficiat reuocatio mandati,ſi reuocatio parti non fuerit intimata , poſt multũ vero temporis ſpacium ſufficeret.arg.tex. in l. quod ſi iterum. ff. de adimend. leg. & gl.verb.nuda.in l.3.§.non ſolum.vbi Bart. nu.1. ff.eodem.Inn.in c.ad audientiam.de homicid.Bald.in l.non ideo. C.de accuſat. ſumma Angel.verb.mandatum.§.4.

5 Approbare poteſt quis delictum ſuo nomine factum , non autem factum nomine alterius, & tunc ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur.c.cum quis.de ſent. excõmunicat.lib.6.& c.ratihabitio.vbi notant cõmuniter Doct de regul.iur.eodem. libr 6. & l.1. §.deieciſſe.& §. ſed & ſi. vbi Bart.n.1.ff.de vi,& vi armat.& quando delictum eſt perpetratum nomine meo,& illud approbo poſſum puniri pœna extraordinaria, propter ratihabitionem,in illis delictis, quæ principaliter cõmittuntur ad offenſam,& iniuriã alterius,ſicut ſunt vulnera,homicidia, percutiones,& ſimilia,nõ autem in illis, quæ ſolent cõmitti principaliter ad libidinẽ delinquentis,ſicut ſunt adulteria, ſtupra, & ſimilia , niſi appareret adulteria,ſeù ſtupra,non tantum fuiſſe cõmiſſa propter libidinem, ſed etiã propter iniuriam mariti,ſeù patris puellæ.ex Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.num.9.de offic. pro conſul.Aret.conſil.165.n.3. Salicet.in l.non ideo.n.31. C.de accuſat. Placa.libr. 1.delict.c.18. nu.2. Iul.Clar. lib.5.§.fin.q. 87.n.5. Curt.Sen.conſil 21.n.6.

6 Mandans tamen non punitur pœna ordinaria,quando lex,ſeù ſtatutum dirigitur tantum in perſonam facientẽ, puta punitur Clericus qui perſonaliter exercet officium carnificum, & ſimiliter,ſi vero aliquẽ mandaret exercere officium illud,non puniretur , niſi Clericus exercens , quoniam lex non dirigitur, niſi in perſonam facientem, videlicet dicens , ſi quis occiderit, ſi quis vulnerauerit,& ſimilia,clem.1.vbi gl. ver.publicè,& Doct.de vit.& honeſt.Cler. & Abb.in c.mulieres.n.15.de ſent.excõicat. & Angel. in l.ſi pater. ff.quæ in fraud. cred.Doct.in l.non ideo minus.C.de accuſat.ſi autẽ lex,ſeù ſtatutũ diſponat per verba in rẽ cõcepta, puta dicẽs pro furto vulnere,homicidio, ſit pœna mortis,aut ſimiliter tunc cõprehenditur mãdans,& mãdatarius, vt tenet Bart. in l. aut qui aliter. §. hæc verba. n.3.ff quod vi,aut clam & in l. ſed & ſi vnius.§.ſeruus,à n.2.ff.de iniurijs. Dec.in l.ſi quis id quod.nu.38.ff.de iuriſd. omnium iud.& in l.is dãmnum dat.n.3.ff. de regul.iur.Alex.in l.1.in prin. n.23.ff.de verb.oblig.Iaſ.in l.ſi is qui proemptore.n. 136.ff.de vſucap.& in d.l. ſi quis id,quod. n.36 ff.de iuriſd.omnium iud.Curt.Iun.in l.2.§.ſi procurator num.4. ff.quod quiſq; iur. Villalp.in rep.l.22.c.99.num 6. Ang. ad Angel.de maleſic. verbo Sempronium. n.33.Boſſ.in tit.de pœn.n.14. Placa.lib.1.

Digitized by Google

delict.c.1.n.8.& c.15.n.22. Iul Clar.lib.5. §.fin.quæſt.89.n.2.Bologn. conſi.34.col.4. verſ.quod autē cōſtitutio.Merg.cōſi.3.n.2.

7 Mandatū ad aliquid faciendū eſt adimplendum ſecundū intentionem mandātis, & ſunt fines mandati adimplendi in forma ſpecifica, nec poſſunt trāſgredi ad maius, vel ad minus,quamuis res ſe bene garet.c. cum olim.de præb.& c.quia ſæpe. eod.tit. lib.6.& c.examinata.de confirmat.vtil.vel inutil.& c.bonæ.2.de poſtul. & c.cum dilecta.de reſcript.& c.cū in veteri.de elect. & c.venerabili,vbi gl.verb.mandati de offic.iud.deleg & c.cui de non depræb.lib.6. & l.ſi vltra.ff.de fid.iuſſ.& l.3.§.miles.ff.de remilit.& l.diligēter.vbi Bart.ſub.l.præterea.ff.mād.& l.cū mādati. vbi Bald.C.mād. §. is,qui exequitur.inſt.de mandat.nec extenditur ad caſus non expreſſos.d.c.cū dilecta.de reſcript.& d.c.cui de nō.& d.l.diligenter. ff.mand. per æquippollens tamen bene poteſt mandatum adimpleri. l. fin. ff.mand. Bald.in auth. ſi omnes.col.2. C.ſi vt ſe ab hæred.abſt.Iaſ.in l.1.n.15.ff.de liber.& poſthu.

8 Si mandatum non obſeruatur in forma ſpecifica,omnia geſta ab illo,qui mandatū ſuſcepit,ſunt inualida,& proceſſus nullius eſt momenti.c.venerabili.de offic.iud. delegat.& c.examinata.de confirmat.vtil. vel inutil.& c.fin.depræbend.& l.cū mandati, vbi Bald.& Salicet. C.mand.& l.diligēter. ff.mand.l.item eorum.§.ſed ſi ita,vbi Bart. ſub.l.illud.ff.quod cuiuſq; vniuerſit.Iaſ.in l.qui quartam.n.4. ff.delegat.1.

9 Mandatum ſuſcipiens debet illud cautè adimplere, aliàs tenetur ad intereſſe, & ſi per dolum illud non adimpleuit, efficitur infamis, licet enim in re ſua quis ſit moderator,& arbiter,in aliena tamen exercēda exactiſsime ſe habere debet. l.in remādata.vbi Bald.Salicet.& alij. C.mand. & l. 1.§.qui.pro ſocio.vbi gl.verb. qui pro ſocio.& Bart.7.ff.de his qui notant.infam.

10 Mandatum tamen ceſſat , ſi re integra moriatur mandans. l.mādatum.vbi Doct. C.mand.& l.fin.vbi Paul.de Caſtr.ff.de ſolut. & §. item ſi adhuc vbi Angel. inſt. de mānd. ſi enim ceſſat cauſa mandati,nō eſt mandatum adimplendū,quoniam ceſſante cauſa ceſſat effectus. c. cùm ceſſante. vbi Doct.de appellat. & c. ſi pauper. depræb. lib.6. ſi autem debitor mandato creditoris ſe alteri obligauerit ad ſoluēdum, tenetur tunc ſoluere,non obſtāte, quòd antequàm ſoluiſſet moriatur creditor , quoniam per illā promiſsionem fuit ius acquiſitū illi alteri,cui facta fuit promiſsio, ita vt iam nō finiatur per mortem mandantis. l. fin. vbi Bart.Paul.de Caſtr.& alij.ff.de ſolut.

11 Mandatum,quod fit tantum in gratiam mandantis, & ad vtilitatem illius poteſt re integra reuocari,& ſine iuſta cauſa,ſed ſolum vetante mandatore. cap.in cauſis.vbi gl.verb.cum res nō eſſet,& Doct.de elect. & l.ſi vero,§. ſi mandauero, vbi Doctor.ff. mand.& l.ſi pater. vbi Bald.Paul.de Caſtr. & alij. C.mandat. & l.1. §.ſi ſic.ff.depoſit. & §.rectè inſt.de mand.ſi autem mandatū ſit tantum inutilitatem mandatarij,quamuis hoc propriè non dicatur mandatum, vt dixi ſupra.§.1.aut ſit factum invtilitatem vtriuſq; tam mandantis,quam mandatarij, non poteſt tunc reuocari inuito aliquo contrahentium. l. ſi mandauero. 22. §.ſicut. ff mand.& l.incommodato.§.ſicut. ff.commod. & l.ſicut initio. & ibi Bald. & alij. C.de obligat.& act.& l.quamuis.C.de pact.& l.de contractu.C.de reſcind.& l.nō id circo.in fin.C.de contrah.empt.& l.cuius bonis,in prin.ff.de curat. furioſ. & l.1. §.1. ff.naut. caup.& l.interdum.§.ſenator. ff.de iud.Tiraquel.de retract.tit.1.gl.1. §. 30.n.33.Gam.deciſ.267.Ant.Gom.2.tom. c.8.n.4. Molin.de prim.gen. lib.1.c.12.n. 8.& ita re non integra. nam re nō integra non poteſt reuocari mandatum, niſi interueniat aliqua iuſta cauſa. d. c.in cauſis.vbi gl.verb.cum res.& Doct.de elect. l.ſi pater. vbi gl.verb.re integra. C.mand.& c.2. vbi Doct.de procurat.lib.6. gl.verb.propter ſuſpicionem. in cap. ex parte decani. vbi Inn. Abb. Fel. & alij. de reſcript. & l. procuratoribus. vbi Bart.Bald.Salicet.Iaſ. & omnes.C.de procurat.

12 Mandans eligere, cum conſilio alicuius, obligat mandatarium ad illud requirendū & ſufficit illud requirere,quamuis non ſequatur,ſi tamen fiat electio illo non requiſito,non valebit talis electio. c.cum in veteri. vbi Abb.nu.8. de elect.& c.cum olim de arb.& l.quidam. §.Papinianus.ff.de adminiſtr.tut.Bart.in l.1. §. ſi plures.à n.2.ff. de exercit. act.

13 Mandatum ſimpliciter duos,ſeù vniuerſitatem includens, non aſtringit vnū ſolū, ſed omnes de vniuerſitate,& è cōtra,directum ad vnum non aſtringit alios. c. cū in in illis.§.ſi vero.vbi Ioan. Monac.Domin. Ioan.And.Franc.& alij.de præb.lib.6.&.c.

fin.vbi

Digitized by Google

fin.vbi etiã notant Doct.eodem tit.Bart.in l.1. §.ſi plures.n.1.ff.de exercit.act.

14 Mandatũ ſpeciale derogat generali primo obtento,quoniã genus per ſpeciem derogatur.c.1.& c.paſtoralis.de reſcript.& c.ſtuduiſti. vbi Doct.de offic.iud.deleg.& c.quamuis tibi. vbi Ioã.And.de præb.lib.6.& c.generi.vbi notant omnes de regu.iur.eodem.lib.6.hoc tamẽ non procedit poſtquam ius iam eſt parti quæſitum. l.ſi generaliter.vbi Bald.& Salicet.C.qui potior.in pign.hab.Bart.in l.quæſitum. §.fin.à n.11. limitat regulam generi derogari per ſpeciem nõ procedere in ſpecie ſubiectiua.

15 Mãdato iudicis faciens,nõ videtur dolo facere,ſi iudex exercens officiũ ſuum mãdauit. c.quod quis mãdatu.de regu.iur.lib.6.& l ſi quis id.vbi Doct.ff.de iuriſd.omniũ iud.& l.non videtur.§.iuſſu.vbi Dec.n.1.ff.de regul.iur.& gl.verb.imputandũ.in l.ait prætor.ff.de minor.quoniã mandatũ iudicis eſt adimplendũ à ſubdito,quando iudicialiter iubet,nã ſi mandaret aliquid,quod ad eius officium non expectaret,non valeret tanquam iudiciale, ſed tanquam factũ ab aliquo particulari. c. ea, quæ.vbi Doct. de regul.iur.libr.6. & l.1. §.ſin vero. ff.de fer.& l.1.C qui pro ſua iuriſd.

16 Mandatum tamen iudicis officium ſuũ exercẽtis habet vim legis,& magnæ eſt autoritatis. l.ſi quis id quòd.ff.de iuriſd.omnium iud.& l.ius autem. §.ius prætorium. ff.de iuſt.& iure.& §.prætorum. vbi Doct. inſt.de iure nat.gent.& ciuil.

17 Mandatũ ſimpliciter de prouidendo aliquẽ in aliquo beneficio,vel quocumq; munere,à Summo Pontifice conceſſum,aut a Principe,non afficit poteſtatem ordinarij Collatoris, quòminus valeat Collatio alteri facta, ſi mandatum non affert clauſulam irritandi , puta decernentes irritum, & inane quidquid in præiudicium mãdati noſtri factum,attentatumq; fuerit, aut ſimilia,ſiuè tempus adiectum ſit. clem.vnica.vbi gl.1.& Doct.de conceſſ.præbend.

18 Mandans artifici,vt aliquod faciat opus, & intret in fundum alterius,tenetur ex dãno,& non ipſe artifex, niſi prius illi fuiſſet denunciatũ, quòd opus nõ erat mãdantis, quia tunc nõ excuſabitur.gl.ver. deſcẽdit. verſ.itẽ an Faber.in l.in rem.§.tignũ. ff.de rei vind.& tenet Alb.in l.ſi quis id.col.pen. verſ.itẽ facit.ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.1. in prin. verſ. & bene facit iſta littera. ff. de eo per quẽ.fact.Bart.in l.non ſolũ.§.ſi mãdatu.n.5.ff.de iniur.Bald.& Salicet.in l.nõ ideo.C.de accuſat.idẽ Bald.in auth.ingreſſi.col.2.verſ.quod dico de medico.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. Socin. in l.rẽ, quæ nobis. col.vlt.ff.de acquir.poſſeſſ.& conſi.54.lib.4. Imol. Lud. Iaſ.& alij in l.de pupillo.§.nunciationẽ.ff.de noui op.nunciat.Ang.in auth.vt om.ob.iud. § quibus. col.4. coll.5. & in d.l.in rem.d.§.tignũ.ff.de rei vind. & Purpurat.in l.quod te.n.86.ff.de reb.cred. Dec.in l.velle non creditur.n.8.ff.de regu.iur.Rip.in c.decernimus.n.61.de iud.

Verbo Maritus & Vxor.

1 MAritus eſt caput vxoris,quãuis vir,& vxor vna caro ſint effecti.c.1.vbi Abb.n.3.de frig.& malef.& c.1.de cõiug.leproſ.& c.gaudemus. de diuort. & c.cum caput. 33.quæſt.5. & vir non habet poteſtatem ſui corporis,ſed mulier,& è conuerſo.cap. non debet.vbi Doct.de conſang.& affin.& c.cum cauſam de rapt.& c.quidã intrauit, vbi Abb.n.2.de conuerſ.coniug.

2 Cõiugati publicè inter quos eſt aliquod impedimentũ occultũ debent ab Eccleſia tollerari, propter ſcandalum. c.quia circa. vbi Doct.de conſang.& affin.attamẽ ſi mulier,aut vir pro certo ſciat, quòd ſit impedimentũ inter vtrumq;,nõ debet reddere debitũ alteri petenti,licet illi excommunicatio imponatur, quòd tamen non erit, ſi ignorauerit , quia tunc poterit reddere, & exigere. c.inquiſitioni, vbi gl.1. & Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Inn.Ioã.And.Abb. & omnes. de ſent.excommunicat.

3 Coniuges non ſunt ſeparandi à cõiugio propter leprã,ſeù morbũ alicuius eorũ ſuperuenientẽ,imò ad iunicẽ tenẽtur reddere debitũ,& licet aliqua grauiſsima infirmitas contagioſa ſuperueniat alicui eorũ, non excuſatur alter , quòminus debitum reddere teneatur,quoniam licet hæc ſufficiant ad ſponſalia diſſoluenda, non ſufficiunt ad impediendã obligationẽ reddẽdi debitum. c.2.vbi gl.verb.lepra.& Doct.de coniug.leproſ.& c.quemadmodum.§.quòd ſi poſt de iure iur.& c.hi qui matrimoniũ. 32.quæſt.7. & c.ſi vxorem.32.quæſt.5.

4 Coniuges , qui ad inuicem continentiã promiſerunt, & religionem profeſsi ſunt, non poſſunt poſtea redire,nec vnus poteſt alterum repetére,c.dudũ. vbi notãt Doct. de conuerſ.cõiugat. & ſi alter continentiã vouiſſet, nihilominus tenetur redere de-

bitum alteri petẽti,quamuis ipſe, qui vouit petere non poſsit.cap.clariſſimus. vbi Inn.Hoſt.Abb.& alij de cõuerſ.coniugat.

5 Vnus coniux poteſt de licentia alterius ingredi religionẽ dummodo alter ſimùl profiteatur,aut ſit ſenex inquo nulla ſit ſuſpicio incontinentiæ, aliter verò, qui poſt matrimoniũ ratum,& conſummatũ ingreditur religionem eſt ab altero reuocãdus, quoniã non ſufficit licentia vnius cõiugis, ſi alter nõ profiteatur, aut ſit in tali ætate, vt ſine dubio,viuat continẽter.c.1.vbi Abbas.n.4.& c.cum ſiſ.& c.vxoratus.de conuerſ.coniugat. Abb.in c.cũ cauſam.n.3.de rapt.non cõpellitur tamẽ ille,qui licentiã dedit ingredi religionem,ſi continẽs ſit.c. ſignificaſti,vbi Doct.de cõuerſ.coniugat.

6 Coniuges,bene poſſunt religionẽ profiteri,iurare tamen, vt alter alterũ non requirat,& non contineri,ſed vt vnuſquiſq; alteri nubat,non licet nec tale iuramentũ valet.c.veniens.vbi Abb.n.4.de regu.& trãſeũt.ad reli.& c.tua nos.vb.DD.de iur.iur.

7 Coniugatus non eſt ordinandus ad ſacros Ordines, aut in Epiſcopum,niſi vxor continentiam profiteatur,nec etiã ad minores Ordines promoueri poteſt, nam cõiugatus non eſt promouendus, ſed potius ſi beneficium obtineat, debet illo priuari. c.coniugatus.vbi gloſ.1.Ant.de Butr.Hoſt. Ioan.And.Abb.& alij,& c.ſane ſi cõiugati, de conuerſ.coniugat.& c.diuerſis fallacijs. vbi Doct.de Cler.coniugat.

8 Coniux,qui altero inuito religionẽ profitetur,& poſtea ei reſtituitur debet ad bene eſſe redire ad monaſterium,altero mortuo,non poteſt tamen cõpelli,quoniã profeſsio illa non tenuit,ſi autẽ poſtea contrahat nõ poterit petere debitũ, propter votum caſtitatis,ſed tenetur reddere.c.quidã intrauit.vbi Abb.n.4.& c.placet de cõuer. coniugat.licet gl.ver.nõ exigere in d.c.quidam intrauit,reddat in dubiũ, vtrum tale matrimonium teneat,aut nõ,& ita Ant.de Butr.ibid.ſed verius eſt,quòd matrimoniũ tenuit eò quòd profeſsio fuit nulla,& impedimentũ non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.c.illud de iure patr.& c. non præſtat de regul.iur.lib.6.& l.dari ſtipuletur.ff.de verb.obligat.ſi vero facta fuit profeſsio altero ſciente,& diſsimulante,& dum,vixit remanere in ſeculo profeſſus nõ fuit reſtitutus,cõpelliter remanere in monaſterio,& ſi matrimoniũ contraxerit,non valebit. c.ex parte Abbatis. & c.conſuluit. vbi Abb.n.1. de conuerſ.coniugat. ſi autẽ altero ignorante profiteatur religionem,& propter id, reducatur de monaſterio, non cogitur illo mortuo redire ad illud, quoniam votum illud non tenuit eò quòd ſe tunc obligare nõ potuit, c.placet.vbi DD. & c.Apoſtolicam de conuerſ.coniugat.

9 Coniux,qui dedit alteri licentiã ingregrediẽdi religionẽ,nõ poteſt illũ repetere, licet non contineat,& dolo ſit inductus.c. veniẽs,& Abb.ibi.n.1.de conuerſ.cõiugat. ſi autem metu compulſus licentiam dedit, bene poterit alterũ à monaſterio reuocarẽ c.accedens,& ibi Doct.de cõuer.cõiugat.

10 Quicumq; coniux poſt matrimoniũ ratum,& non conſummatum poteſt ingredi religionẽ altero inuito,& contradicẽte, & ille,qui remanet in ſeculo poteſt ad ſecundas nuptias tranſire, ſi continere noluerit, poſtquã ingreſſus religionẽ fuerit profeſſus.c.verũ.vbi Abb.n.2.& c.ex publico.vbi Gofred.Ant.Hoſt.Abb.& omnes.de cõuer. coniugat.& c.vnic.vbi Dominic.Arch Ioã. And.&omnes.de voto.lib.6.creditur tamẽ mulier,ſeù vir dicens,quòd inter illos interueniſſet copula,& ſtatur illius cõfeſsioni donec probetur contrariũ,vt alter non poſsit inuito altero ingredi religionẽ.c.cũ cauſam.vbi gl.fin.& Abb.n.6 de rapt.

11 Vir,aut vxor non eſt credendus,ſi dicãt quòd non conſenſiſſent in matrimonium, cum in facie Eccleſiæ contraxiſſent, nam cum Eccleſia non iudicat de occultis,non ſtatur illorum confeſsioni,in præiudicium matrimonij, & in contrarium illius, quòd publicè geſtũ fuit,quãuis ſi reuera non cõſenſiſſent,in foro interiori,nõ eſſet matrimoniũ,ſi tamen allegarent metũ cadentẽ in virum conſtantem debent audiri. c.conſultationi.vbi gl.1.& Doct.deſponſal.

12 Neq; creditur coniugibus dicentibus, quòd antequam contraxiſſent, erat inter illos cõſanguinitas, aut affinitas quia ſi talis confeſsio admitteretur, faciliter malicioſi coniugati inuenirent occaſionem, vt à matrimonio ſeparari poſſent,& facerent contra conſcientiam,ſi tamẽ aliunde probaretur,quòd conſanguinitas,aut affinitas perſiſteret, ante matrimonium, tunc bene admitteretur probatio ad diſſoluendum matrimonium.c.veniens.vbi gl.1.& Doct. de regul.& tranſ.& c.de illo.vbi glo.fin. & Ant.Inn.Hoſt.Abb. & alij.& c.ſuper eo.de eo,qui cogn.conſang.vxor.

13 Mulieri,quæ iurauit aliquem eſſe virum ſuum,

Digitized by Google

ſuum,& quòd contraxiſſet cum illo,& ſuccubuit,poſtea nō negatur, nec datur licētia cū alio contrahendi,quia ſi reuera cōtraxerat, non poteſt in foro interiori contrahere cum alio, quamuis ille defacto cōtraxiſſet cum alia, ſed Eccleſia de hoc non poteſt credere ſoli mulieris iuramēto,vnde relinquitur conſcientiæ illius, vtrum vellit nubere, aut non. c.mulieri. vbi Inn. & Abb. num. 10. de iur.iurand.hoc tamen intelligitur in matrimonio de præſente,& non in matrimonio de futuro.

14 Vxoratus,quantūcumq; alter ſit abſens, aut defacto cū alia contrahat, non poteſt cū ſecunda nubere,dum non eſt factus certior de morte primi coniugis.c.in præſentia.deſponſal.& c.perlatū.qui fil.ſint legit. & c.dominus.de ſecund.nupt. & auth.hodie. C.de repud.& auth. vt liceat matr. & auiæ.§.quod autem.coll.8. Abb. in d. c.in præſentia.n.3.& in d.c.dominus.n.2.Nau. in Manu.c.22.n.53.poteſt enim maritus ſe abſentare ab vxore dummodo diutius non ſit abſens,quia ſi in aliqua regione ſine iuſta cauſa abfuerit, poterit compelli,vt redeat ad cohabitandum cum vxore. ex Abb.in c.1.n.7.de coniug.lepros.

15 Mors mariti ſufficit probari per præſumptionem vrgentem,& famam,quādo teſtes dicūt eſſe publicum,& notorium,quod ſit mortuus, quando agitur de bonis tantum conſequendis.gl.verb.functa eſt in l.ſi quidem.vbi Bart.n.2.C.ſolut.matr.& in tract. de teſt.n.38.Abb.in c.quoniam frequēter. §.porro.n.12.& alij,vt lit.nō conteſt.Bart. in l.& ſi certus.§.ſi vnus. nu.1. ff.ad Silan. Angel.in l.2. §.dubitetur. ff.quemadmod. teſt.aper. Caſt.in l. ſi duo. §.cum in bello. verb.perijſſet.nu.3. Marant.in l.is poteſt. n.64. ff.de acquir.hæred.Cou.r.deſponſal. 2.p.c.8.§.11.n.6.Sebaſt.Medic.in tract.de morte.n.91. Valaſ.conſult.71.nu.4.quoad matrimonium tamen contrahendum cum alio,eſt neceſſaria certa, & ſufficiens probatio de morte alterius coniugis,coartata loco,& tēpore, nec ſufficit captiuitas, vel abſentia per longiſſimum tempus,nec alia qualiſcūq; vrgentiſſima præſumptio,quia tunc agitur de grauiſſimo præiudicio, & melius eſt quòd quis non nubat,quam nubens inualidè viuat in peccato. c.in præſentia. vbi Doct. de ſponſal.& c.dominus. de ſecūd.nupt.auth.hodie.C.de repud.gl. verb.præſumitur in c.quoniam frequēter. §.porro.vbi Abb.n.12. vt lit.non conteſt, licet Ant.de Butr.in d.c.in præſentia. deſponſal.& Syluest verb matrimonium.8.§. 13.verſ.4. & Nau.in Manu.c.22.n.53.teneant,quòd ſola fama ſufficiat,ſed hæc opinio non eſt ſecura,& miror certè Nau.hāc amplectari,quia indubio ſemper ſecuriorē partem eſt ſecutus.

16 Mulier tamē putans maritum eſſe mortuum,& defacto contrahens cum alio,non cōmittit adulterium,quoniam adulterium non cōmittitur,niſi per dolum.c.dominus. de ſecund.nupt.& c.cum per bellicam.34. q.2.& l.pen.vbiDoct.ff.ad leg.Iul.de adulr. gl.ver.præſumitur.in c.quoniam.§.ſi autē vt lit.non cōteſt.gl.2.in d. c. in præſentia. vbi Ant.de But.Inn.Hoſt Ioan.And. Abb. & omnes.de ſponſal.ſi tamen contrahat,& dubitet de morte mariti per probabiles conjecturas,non exiget debitū, ſed petēti reddet.c.dominus.de ſecūd.nupt.pro leui tamen præſumptione non tenetur ſe abſtinere à debiti petitione,& quando decerto ſcierit,nec petet,nec reddet. c.inquiſitioni. vbi Doct.de ſent.excommunicat.

17 Maritus, cuius vxor cōmiſit adulteriū, poteſt illa inuita,ingredi religionē,& profiteri, & promoueri ad Sacros Ordines, quoniā tunc iam vxor amiſit ſeruitutē,quā in viro habebat,nec illa, quæ fornicata eſt poteſt petere reſtitutionem viri. c.ſignificaſti.vbi Doct.de diuort.& c.agathoſa.27. quæſt.2. & c.licite. 32.quæſt.7. Abb.in c. fin.n.6. de adult.& in c.cum ſiſ.nu.4.& in c.conſtitutus.n.5.de conuerſ.coniugat.

18 Maritus poteſt emittere votum vltramarinum, ſine conſenſu vxoris, non vero è contra. c.ex multa.§.in tanta.vbi gl.ver. viri præter.& Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Abb.& alij.de voto. & vxor poteſt illum ſequi,ſi voluerit,non poteſt tū ad id cogi. d.c.ex multa.§.quod autē.vbi Doct.de vot.

19 Maritus habet res mulieris in dominio ſuæ adminiſtrationis, quāuis ſint dotales. l.fin.vbi Doct.C.de ſeru.pign.dat.ſi tū vergat ad inopiā, debet præſtare cautionem, quā præſtare potuerit de dote ſoluenda,& aliter deponetur dos apud aliquē mercatorē,vt de lucro iuſto,& honeſto ſuſtineatur onus matrimonij,quoniā aliter nō eſt auferēda adminiſtratio bonorū à viro, cui enī traditur corpus mulieris, tradit dos,quod eſt minꝰ.c.per veſtras vbi Doct.de donat. inter vir.& vx Bart.in l.ſi cum dotē. §. ſin autem.n.4. ff.ſolut.matr.Nau.in c.ſi fœneraueris.§.noto decimo quarto.n.31.14.q.3.

Digitized by Google

20 Maritus tenetur alere vxorem, etiam indotatam, quamuis ſit furioſa, aut aliqua graui infirmitate oppreſſa, & illi tenetur præſtare omnia neceſſaria, ſecundum qualitatem illius, & facultates ipſius mariti, l.ſi cū dotem. §.ſin autem.vbi glo.verb.ſecundū, & Bart nu.1.ff.ſolut.matr. Abb.in c.accedens. n.6.de procurat.& ibi addit. Littera D. Alex.& Iaſ.in l.ſi donatarius.§.ſi quis indebitam.ff.de cond.cauſa dat. ſi autem illi ſit dos promiſſa, & non ſoluta, tunc nō tenetur illam alimentare, nec etiam illam domum ducere tenetur, antequàm dos illi ſit ſoluta, l.fin.vbi Doct. C ad vell.gl.verb. onera. in auth.de uon eligend. ſecū d.nub. §.fin.coll.1. Cin.Bald.& Salicet. in l.quod in vxorem.C.de negoc.geſt. & in l.de diui ſine. ff.ſolut.matr. Iaſ.in d. l.ſi donatarius. §.ſi quis indebitam. n.2.ff.de condit. cauſa dat.

21 Mulier ſubdita eſt viro. c.mulierem.33. quæſt.5.& debet verſari in obſequio viri.l. ſicut, vbi Doct. ff. de oper.liber. & tenetur ſeruire marito, inſpecta conditione, & nobilitate illius, & conditione ſuæ perſonæ, c.eſt ordó. & c.ſatis. 33.quæſt.5. Abb.in c. litteras.nu.27.de reſt.ſpol. Dec.in l.fœminæ.n.52. ff.de regul.iur.

22 Maritus non poteſt alienare bona dotalia vxori, nec etiam illa conſentiente.l.fundus.vbi Doct.& l.lex Iulia. ff.de fund.dotal.& auth.ſiuè à me.vbi etiam notant ſcribētes.C.ad vellian.& auth. vt immob.ant. nupt. §.1. coll.5. & prin. vbi Angel. inſt. quib.alien.licet.& c.ex parte. vbi gl.verb. alienat.& Ant.de Butr.Hoſt.Alb.& alij de conſuet. gloſſ.verb. exequentur, in §.eſt & aliu 1.inſt.de donat.niſi ſit pro redemptione filij captiui, quia tunc ſi pater non habet aliunde, bona ad filium captiuum redimēdum bene poterit alienare bona dotalia.l.quamuis.vbi Alex.& l.ſed &ſi ideo. ff.ſolut.matr.Paul.de Caſt.conſil.44.1. Valaſ.conſult.157. nu.28. aut in cauſa primi pilarij, in qua bona mulieris, & filiorum, etiam poſtquam fuerint emancipati, & licet nō ſint hæredes patris ſunt tacitè obligata, pro culpa mariti, & patris, & ſunt diſtrahenda, ſi bona mariti non ſufficiant. l. fin.vbi Doct.C.de prim.pili. lib.12.& l.ſatis notum. vbi Bart. Bald. & omnes, C. in quib.cauſ.pign.tacit.contrah.gl.ver.alienat.in c.ex parte.vbi Abb. n.5. verſ.in gl. de conſuet.

23 Maritus non poteſt vendere donare, ſeù alienare aliqua bona immobilia, neq; ad longum tempus locare, ſine expreſſo conſenſu vxoris. l.diſtrahente.vbi Doctor.& l. nemo. & l.fin. C.de reb.alien. Gam.deciſs. 226.n.4. Valaſ.conſult.85. à n.1.& eſt ord. lib.4. tit.48. mobilia vero poteſt maritus alienare, ſine conſenſu vxoris, nec vxor habet actionem ad illa recuperanda, niſi alienatio eſſet immenſæ donationis, quod relinquitur in arbitrio iudicantis, cōſiderata ſubſtantia bonorum ipſius viri, atq; perſona, & qualitate illius, vt tenet Gam.vbi ſupra. n.3.& eſt ord.libr.4. tit.64. nec etiam maritus poteſt hypothecare, bona immobilia, ſine conſenſu vxoris.d.l.fin.vbi gloſſ. verb.vel hypothecam.Bald.Salicet.& alij. C.de reb.alien.non alien.non alien.hoc tamen per noſtram.ord.lib.48.§.8.nō habet locum, niſi in contractu, per quem tranſitur dominium, & id ipſum videtur ſentire Bart. in d.l.fin. nec etiam quando maritus fide iubet pro aliquo, vt eſt ord.lib.4.titul. 60. quia tunc partem ſuam poteſt in bonis immobilibus obligare.

24 Maritus poteſt acquirere bona emphyteutica, & etiam alia quæcumq; bona, tam mobilia, quàm immobilia, ſine conſenſu vxoris, licet enim bona immobilia diſtrahere non poſsit ſine conſenſu vxoris, acquirere tamen poteſt, quia conditionem illius meliorem facit in acquirendo. l.ſoluendo. vbi Bart.n.1. ff.de neg.geſt.& l.ſeuerus, vbi Doct. C.de pact.& l.fin.C.de acquir.poſſ.Cald.de nominat. quæſt.15.n.17 Gam.deciſs.257.n.4.

25 Maritus dicitur extraneus, quoad ſucceſſionem in bonis vxoris, vbi ſunt cōſanguinei illius, & ita vxor in bonis mariti, ſi autem non ſint conſanguinei, tunc maritus excludit fiſcum, & ita vxor. l. 1. vbi Bart. Bald.Salicet.Alex.& alij. C.vnde vir.& vx. & l.conſtat. vbi Doct.C.quorum bon.Gerip.conſil.36.n.23.

26 Maritus iure mariti tenetur corrigere vxorem ſuam, & illam corrigere poteſt, & leuiter caſtigare, ſi opus fuerit, non tamen ſæuerè, nec inhoneſtè, puta ſi illam vapularet, in partibus vere cundis, publicè, aut ſecretè, aut ſi illam percuteret, ita, vt vita illius incurrat periculum, hoc enim facere non licet, attamen illam flagellis, aut fuſtibus cædere poteſt, cum tamen modum nō excedat, ſicut tali mulieri conuenit, ſecundum ſuam nobilitatem, aut ruſticitatem, c.duo iſta nomina.23.quæſ.4.& l.cōſenſui, C.de

Digitized by Google

C de repud.& aut h. vt liceat matr.& auiæ.
§.ſi quis autem.coll.8. gl.fin.in c.quemad-
modum.§.illud autem, vbi Abb. nu.15.de
iure iur.& gl.1.in c.ſicut alterius. 7.quæſt.
1.& gl.verb.cognita.in §.in poteſtate.inſt.
de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.Abb.in c.
extranſmiſſa. n.3. de reſt.ſpol. & Dec.in l.
fœminæ. n.52.ff.de regul.iur.ſi enim mo-
dum excedat ſæuiendo inuxorem, poterit
tunc ſeparari à viro,propter ſæuitiam.d.c.
extranſmiſſa. vbi Abb.n.4. & c.litteras. §.
fin.de reſt.ſpol.& c.de benedicto.32.quæſt.
1. Abb.in d.c.litteras. n.23. & dicam infra
verb matrimonium.§.27.

Mulier non poteſt recedere à viro pro-
27 pria auctoritate,& ſi ſua temeritate diuer-
tatur à viro,eſt illi reſtituenda,ſi vir pro-
bauerit,quòd inter illos fuiſſet matrimo-
nium, & mulier iam ab illo eſſet cognita,
niſi vir illam odio capitali perſequeretur,
quia tunc non erit viro reſtituenda , ſed
tradetur alicui probæ,& honeſtæ mulieri,
& ſi alia ſit proba , & honeſta conſangui-
nea , ipſi potius eſt tradenda,quam alteri,
c.extranſmiſſa.vbi Doct.& c.litteras §.fin.
& c.ex conquæſtione.& c.ex parte de reſt.
ſpol.

Maritus tamen petens reſtitutionẽ vxo-
28 ris, debet præſtare ſufficientem cautionẽ,
per pignora , ſeù fideiuſſores , vt vxor ſit
ſecura à ſæuitijs,quamuis timor procedat
ex culpa vxoris. d. c.extranſmiſſa.vbi no-
tant omnes. & d. c.litteras.vbi Abb.n.23.
de reſt.ſpol. & c.de benedicto.32.quæſt.1.
& l.ſi mandatu Titij.§.fin.vbi Bart.ff.mād.
& l.ergo.§.addici.ff.defidei.cōmiſſ.libert.

Mulier ſi receſsit à viro propria aucto-
29 ritate,tenetur ad illum redire,quamuis di-
cat eſſe conſanguinitatem, aut affinitatem
inter ipſos,& etiam ſi maritus incidiſſet in
hæreſim tenetur ad illum redire,poſtquàm
maritus fuerit ab hæreſi reuerſus,ſi tamen
mulier à viro ſeparata incontinenti pro-
bāret cōſanguinitatem,aut affinitatẽ præ-
cedentem,inter illam, & ipſum virum,erit
audienda ante reſtitutionem. d. c.litteras.
vbi Doct.de reſt. ſpol. aliter enim ſemper
eſt reſtituenda, niſi ſeparata ſit per ſentẽ-
tiam iudicis Eccleſiaſtici. c.de illa, vbi gl.
fin.Gofred.Ant.de But.Hoſt.Inn.Ioā.And.
Abb.& alij.de diuort.Merg.conſi.62.n.46.

Mulier ſeparata à viro , propter ſæuitiā
30 viri , eſt alimentanda ab ipſo viro , ſi ipſa
non habet vnde ſe alimentare poſsit , nec
illi viro aliqua dos tradita fuit, quia ſi vir
non habet dotem mulieris ſub ſua admi-
niſtratione, & mulier habet vnde ſe ſuſti-
nere valeat, non tenetur tunc maritus illi
præſtare alimenta,aliter tamen tenetur.c.
per veſtras cum ibi notatis à doctoribus.
de donat.inter vir.& vxor.& l.1.G.de pact.
conuent.tam ſuper dot.quam ſuper donat.
Abb.in quæſt.3. n.9. Cin.in l.ſi vxor. C.de
cond.inſert.Alb.Angel.Paul.Salicet. Alex.
Iaſ.& alij.in l.1. C.delegat.idem Alex.cō-
ſil.31. n.10. lib.6. Roman.conſil.517. So-
cin.conſil.84. lib.5. Corn.conſil.145.libr.
2.Ruin.conſil.139. lib. 4. Afflict.deciſs.10.
n.3. licet Bald.in l.de alimentis.C.de trā-
ſact.teneat,quòd maritus tenetur præſtare
alimenta vxori ſeparatæ à viro,etiā ſi vxor
aliunde poſsit viuere , ſed doctrina illius
debet intelligi quando maritus apud ſe ha
bet dotem mulieris,& aliter nō tenebitur,
ſi illa aliunde habet vnde viuere poſsit.

Et etiam dum lis pendet, tam ſuper ſæ-
uitijs,quam ſuper adulterio, ſeù alia qua-
cumq; cauſa, ad ſeparationẽ matrimonij,
tenetur maritus præſtare alimenta, & ſum-
ptus litis,vt tenet Abb.in c.ex parte.n.10.
& alij.de accuſat.ſpeculat.in tit. de inqui-
ſit. §.fin. verſ.ſi matrimonium. Alber. in l.
fin.2. C de ord.cogn. Palat. Rub. in c.per
veſtras.§.39. n.5. Lara.in rep.l.ſi quis à li-
beris.§.ſi vel parens.n.64.ff.de liber. agn.
Afflict.deciſs.10.n.4. Valaſ.conſult.1.n.4.
ſeparata tamen mulier à viro per iudiciũ
Eccleſiæ,propter adulterium perdit dotẽ,
& bona paraphernalia , niſi poſtea ſit viro
reconciliata. c.plerumq;. vbi Hoſt.Ioann.
And.Abb.n.8. & alij.de donat.inter vir.&
vxor.ſumma Angel.verb. dos.§.18. & dixi
ſupra verb.adulterium.§.7. Boer.dec.338.
n.2. Iul.Clar. §.adulterium.n.16.

31 Maritus non tenetur alimentare vxorẽ,
à qua ſeparatus eſt propter quòd ipſa cō-
miſit adulterium,nam licet lite pendente
teneatur illi præſtare alimenta,& ſumptus
litis,poſt ſententiam tamen in cauſa adul-
terij latam, non tenetur illam alimentare,
& ita in fornicatione ſpirituali, & vbicũq;
mulier perdit dotem , cum ipſa dos con-
ſtituta ſit pro matrimonij oneribus ſuſti-
nendis. l.pro oneribus. vbi Doct.C.de iure
dot.& l.pater.ff.de doli mal.except. & l. ſi
cum dotem.§.ſin autem in ſęuiſsimo.ff.ſo-
lut.matr.& l.ſi quis pro vxore.ff.de donat.
inter vir.& vx.ſumma Angel.verb.dos. §.
20. contrariam tamen opinionem tenet
Card.& Alexand.in c.ex parte de ſponſal.

Digitized by Google

Iul. Clar. libr. 4. §. adulterium. num. 17. ſed videtur, quod allucinétur, ſi enim mulier propter adulterium perdit dotem, & de hoc nõ eſt dubitandum, vt ſupra diximus, quò iure erit alimentanda à viro, cui fidē matrimonij non ſeruauit, attamen contrarium obſeruatur. vt dixi ſupra verbo. alimenta. §. 6.

33 Maritus, qui propter adulterium dimiſit vxorem, tenetur caſtè viuerè, aut illam reconciliare, & ad id cogi poteſt, ſi caſtè non vixerit, licet lata ſit ſententia diuortij. c. ex parte. vbi gl. fin. & Abb. n. 4. deſponſal. & c. dixit 32. quæſt. 1. & c. licite. 32. quæſt. 7. poteſt tamen maritus, qui dimiſit vxorem propter fornicationem, illa mortua cum alia contrahere, non tamen cum illa, cum qua contraxit viuēte prima, ſi cõſcia fuit, quòd viueret prima, quãdo cum illo contraxit. c. ex litterarum, vbi gloſſ. verb. aliam, & Abb. n. 1. de eo, qui duxit in matrim. quam polu.

34 Maritus poteſt accuſare vxorem ſuſpectam de adulterio, etiam poſt pœnitentiã, & in accuſando præfertur cæteris. c. ſi vir. vbi gl. verb. debet. & c. maritus. vbi Abb. n. 1. de adult. idem Abb. in c. litteris. nu. 3. de præſumpt. & c. admonere. 33. quæſt. 2. Doctor. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & ſi maritus retinet vxorem adulterã, dicitur particeps in delicto vxoris, & incurrit crimen lenocinij, niſi poſtquàm à crimine fuerit emēdata, & egerit pœnitentiam, d. cap. ſi vir. & Abb. n. 1. de adult. & l. mariti lenocinium. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. 2. vbi Bald. C. eodem. imo debet maritus recipere vxorem de miſſam, quæ fecit pœnitentiam, & eſt emendata hoc tamen vi directiua, non autem vi coactiua, c. intelleximus. vbi Doct. de adult.

35 Maritus iurãs non accuſare vxorem ſuper aliquo crimine, facit temerarium iuramentum, & pactum inualidum, c. quemadmodum. §. illud autem, vbi Abb. nu. 14. de iure iurando, & l. ſi vnus. §. pacta. vbi Bart. ff. de pact. & gl. verb. crimine. in d. §. illud autem de iure iurand. ſi tamen iurauit illã non accuſare de adulteriõ, aut de alio crimine iam commiſſo tenetur obſeruare iuramentum, quoniam ſuper crimine iam commiſſo paciſci poteſt. d. c. quemadmodum, §. ſuper expreſſe de iure iurand. & d. l. ſi vnus. d. §. pacta. vbi Doct. ff. de pact.

*

Verbo Melioramenta.

1 Melioramenta alia ſunt neceſſaria, & alia vtilia. l. plane. vbi Bart. ff. de pet. hæred. & l. domum. C. de rei vind. impēſæ tamen ſunt quam plures eiuſdem generis, ſed non dicuntur melioramenta, quoniam ſæpiſsime fiunt impenſæ in fundo, attamē fundus non melioratur, vnde impenſæ non dicuntur melioramenta, ſed fiunt, vt fundus melioretur. l. vtiles. vbi Doct. ff. de hæred. pet.

2 Bonæ fidei poſſeſſor deducit expenſas, quas fecit in melioramentis, tam vtilibus, quam neceſſrrijs. d. l. plane, & Bart. ibi. ff. de hæred. pet. & d. l. domum. vbi Doct. C. de rei vind. Ioann. Gracia. de meliora. c. 2. col. 2. & 3. Valaſ. conſult. 83. n. 18. malæ fidei poſſeſſor tamen non deducit, niſi expenſas, quas fecit in melioramentis neceſſarijs, quæ illi officio iudicis competunt, invtilibus vero conceditur illi abraſio, ſeù ſeparatio, ſine læſione rei melioratæ. d. l. plane. vbi Doct. ff. de hæred. pet. & d. l domum. C. de rei vind. Bart. in l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem ff. de pet. hæred. Ioan. Gracia. vbi ſupra. c. 5. n. 1. & hoc intelligitur in expenſis ſumptis in reficiendo, quoniam expenſæ infaciendo denuò, & nõ in reficiendo, non ſoluuntur malæ fidei poſſeſſori, nec ex officio iudicis, ſed debet illas omnino perdere. vt tenet Bart. in l. in fundo. nu. 11. ff. de rei vind. quoniam licet deducat poſſeſſor malæ fidei expenſas neceſſarias indiſtinctè, in vtilibus vero datur hæc diſtinctio, quòd illas non repetat, quia videtur illas donare niſi haberet cauſam à domino, ſicut eſt colonus, ſeù inquilinus. d. l. domum cum ibi notatis. C. de rei vind. Bart. d. l. in fundo. d. n. 11. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. domum. Ang. in §. certè illud. col. 2. in prin. inſt. de rerum diuiſ. Menoch. de recup. remid. 15. nu. 540. Valaſc. vbi ſupra. n. 19. in noſtra Luſitania tamen non obſeruat praxis illam abraſionem, vt in iure communi obſeruatur, ſed ſoluũtur expenſæ neceſſariæ, & vtiles quas expēdit poſſeſſor etiam malæ fidei, recompenſando cum fructibus, ord. libr. 4. tit. 48. §. 7. & ita iudicatum fuiſſe ſæpiſsime, refert Valaſc. vbi ſupra.

3 Melioramentorum expenſæ compēſantur cum fructibus perceptis, & tunc ſoluũtur impenſæ iudicis officio, ſi fructuum percepto-

Digitized by Google

perceptorum impenſæ ante litem conteſtatam ſummam excedant, non computatis fructibus melioramentorum in bonæ fidei poſſeſſore. l.ſumptus. vbi Bart. & omnes. ff. de rei vind. & l. ſuper empti. vbi Bart. Bald.& alij. C.de euict. Cou.ruu.lib.1.reſolut.c.8.n.4. verſ.quid igitur praxis tamē obſeruat in noſtra Luſitania, vt non fiat compenſatio à bonæ fidei poſſeſſore, niſi de fructibus ex re ipſa ſecundum antiquū ſtatum, & non ex fructibus meliorationū, quas ipſemet bonæ fidei poſſeſſor fecit, quoniam ipſi non veniunt incomputationem, quam praxim videtur approbare Neguz.de pign.4.memb.5.p.n.20. poſt Paul. de Caſtr.conſil.386. Valaſc.de iure emph. quæſt.25. n.26. & qui poſſeſſor bonæ fidei teneatur compenſare fructus, cum meliorationibus dixi ſupra verb.expenſæ.§.2.

4 Poſſeſſor tamen malæ fidei compenſat etiam fructus melioramentorum, vt tenet Acurt.Ang. & Fulg.in l.cæterum. ff.de rei vind.idem Acurt.in l.quod ſi artificem.ff. eodem. Bart.in l.In fundo.num.9.ff.de rei vind.& Rom.ſingul.333.Neguz.de pign.4. memb.5.p.n.20. Cou.ru.lib.1.reſolut.c.8. n.4. contrariam tamen opinionem tenet Afflict.deciſs 87.n.7.imo quod etiam poſſeſſor malæ fidei nō teneatur compenſare fructus ſuorum melioramētorum ſequitur Ant.Capicis.deciſs 93.n.10. & hæc eſt ſecurior in foro conſciētiæ, ne cogatur quis de ſuo ſoluere, & aliquis fiat locupletior, rebus alienis. vt tenet Valaſc. conſult.85. n.20. & de iure emph. quæſt.25. n.26. qui tamē facit meliorationes, tanquam dominus in re ſua, quam iuſto titulo poſſedit cū bona fide, non tenetur compenſare cum fructibus. vt tenet gl. verb. ſuperfluum in l.emptor.ff.de rei vind.& dixi ſupra.in verbo.expenſæ.§.2.

5 Melioramenta debent æſtimari iuxta valorem prædij exiſtentis meliorati, vt tenet Bart.Paul.& Alex.in l.domos.ff.delegat.1. Bald.in c.1.§.ſi vaſallus.n.4.in tit.hic finitur lex.deind.& in auth.excipitur.nu.2.C. de bon quælib.Neguz.de pign.4.memb.5. p.n.16. Iul.Clar.lib.4.§.feudum.n.2.contrariam tamen opinionem, imò quod debeant æſtimari rudeta, ſecundum tempus præterium, & vt ſoluatur quantū quis expendit in meliorando, & nō quantum nūc meliorationes valent. tenet Abb.in c.1.n. 4.de reſt.in integ. Fel. in c.cum cauſa. nu. 28. de reiud. dicit communem Berous. q. 96. n.4. & hanc probat text.in l in fundo. vbi gl.ver.plus pretio.ff.de rei vind.Corn. conſil.69. in fin.lib.1. & dixi ſupra verbo. expenſæ.§.8.& hanc obſeruat praxis, vnde ſi quis plantet vineam oleuetum, aut ſimilia, & illi ſint melioramenta ſoluenda, non habebit, quātum hodie valet, ſed quod expendit in plantando, & nutriēdo, vt tenet Fel.in conſil.28. n.9. nec ſi expendit centum, & non meliorauit, niſi in viginti, habebit, niſi illa viginti, in quibus prædium meliorauit. vt tenet Abb. & Fel.vbi ſupra Ant.à Gam.deciſs.137. n.2.

6 Melioramēta facta per Prælatum in rebus Eccleſiæ, cedunt illi dum viuit, ſed tamen non poteſt de illis teſtari, nec hæres Prælati petere poteſt expenſas, melioramentorum, quia omnia melioramēta, tam neceſſaria, quam vtilia, fieri debent ex fructibus Eccleſiæ. c.fin.vbi notant commu-
11 niter Doct.de pecul.Cler.

Verbo Metus.

1 Metus, eſt inſtantis, vel futuri periculi trepidatio mentis. l. 1. vbi Doct. ff. quod met.cauſ. ſummiſtæ verbo. metus. & differt metus à vi, metus enim eſt vis conditionalis, videlicet quando minax dicit interficiam te, ſi hoc nō feceris, & ſimilia, tunc inducitur metus, vis autem eſt coactio, qua quis ligatus, & aſtrictus cogitur ad aliquid faciendum, vel promittendum, ſeù patiendum, & eſt impetus maioris rei, qui repelli non poteſt. l.vis autem.ff.quod met.cauſ. Abb.in c. ſacris. notab.2.de his, quæ vi met.ſumma Ang.ver.metus.§.16.

2 Metus eſt duplex, alius namq; dicitur leuis, & alius iuſtus, qui dicitur probabilis, qui poteſt cadere in virum conſtantem. l. continet. §. ſed vim, & l.metum.1. & 2. & l.nec timorem. vbi Doct.ff quod met.cauſ. & ille dicitur metus leuis, ex quo leue malum timetur, aut ille, quē minatur ille, qui minam adimplere non valet, nec metus ille poteſt cōtinere mortem, ſiuè corporis cruciatum.cap.cum dilectus.de his, quæ vi met.& l.nec timorem, & l.fin. §.ſi fœnerator.vbi Bart.ff.quod metus cauſ.metus autem iuſtus, & probabilis eſt ille, qui poteſt cadere in conſtantem virum, & continet periculum mortis, aut corporis cruciatum vel ſeruitutem ſeù ſtatus ſubuerſionē, ſiuè bonorum omnium, vel maioris partis, illorum amiſsionem. d. c. cum dilectus. vbi

gl.verb.

Digitized by Google

gl.verb.metum.& Abb. n.2. de his,quæ vi met.& c.presbyteros.50.diſt. & l.Illi quidem. ff.quod met.cauſ.& l.1. §.quæ onerādæ.ff.quarum rer.act.non dat.

3 Metus tamen non excuſat à peccato, quantumcumq; iuſtus, & probabilis ſit, vt quis facere poſsit contra illud,quod eſt de iure diuino, nam potius debet quis mori, quam Deum etiam leuiter offendere.c.ſacris.vbi Doct.de his quæ vi met.& c.ſuſcepimus. de homicid.& c.in primis.2.quæſ. 1.& c.ita ne.32.quæſt.5.

4 Metus excommunicationis,quando iniuſtè comminatur dicitur iuſtus metus, cū ſit grauiſsimum malum homini probo cōuerſari inter homines,& carere hominum commercio ſine culpa. gloſ.fin. in c.olim inter.de reſt ſpol.Hoſt. Ioan.And. & Abb. n.6. in c.dilectus. de his quæ vi met. ſi tamen excommunicatio eſt iuſta,non dicitur iuſtus metus,imputet enim ſibi, qui talem ſe redidit, vt excommunicari poſsit,& ita ad reſcindendum cōtractum propter metum excommunicationis eſt videndum, vtrum excommunicationis timor ſit appoſitus propter excommunicationem iuſtam,aut iniuſtam, nam in primo caſu non eſt ſufficiens cauſa ad reſcindendum contractum per actionem quod metus cauſa, in ſecundo vero ſic. gl.1.& Abb. n.6. in c. cum dilectus. de his quæ vi met. ſumma Ang.verb.metus. §.4.

5 Contractus celebratus ex metu iuſto, & probabili,eſt ipſo iure nullus,quando cōtractus requirit liberū conſenſum ex ſubſtantia ipſius contractus, vbi vero non requiritur liber conſenſus, non eſt cōtractus nullus ipſo iure, ſed eſt annullandus per actionem quod metus cauſa,vel officio iudicis.l.ſi mulier.§.ſi dos.cum ſeq.vbi Bart. ff. quòd metus cauſ. Abb. in c.olim inter. n.10. de reſt ſpol.& in c.Abbas.n.2.de his quæ vi met.ſumma Ang.verb.metus.§.7.

6 Metus iuſtus, & probabilis adèo excuſat,vt non appellans habeatur pro appellante, præcipuè ſi fuerit proteſtatus intra tempus ad appellandum,& exprimat cauſas appellationis coram iudice à quo,aut ſi copiam illius habere non poteſt, in præſentia bonorum virorum. cap.ſi iuſtus.vbi Abb.n.5.de appellat.& l.2. vbi Bart.Bald. Paul.de Caſtr.& omnes. C. de his qui permet iud.non appellar. & l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.vbi Doct. ff. de noui op. nunciat. non ſufficit tamen dicere,& proteſtari, quòd propter metum non appellaſſet,ſed debet probare,quòd propter metum iudicis non appellauit, quia ſibi minatus fuit carcerem , aut aliquod peſsimū flagitium, ſi à ſua ſententia appellaret,aut ſi ille iudex ſolebat incarcerare illos , qui appellabant à ſententia illius,aut quid ſimile , aut propter metum partis aduerſæ, quia illi minabatur aliquod periculū mortis , ſeù corporis cruciatum, ſi à ſententia illa appellaret,& erat perſona,quæ probabiliter exequeretur minas ſuas, vt colligitur,ex l.metum.vbi Bart.Bald.Salice.Alex. & alij C.de his,quæ vi metus ve cauſ.Abb. in c.ſi iuſtus.n.4.de appellat. ſi quis tamen non audet proteſtari etiā in præſentia bonorum virorum, eò quòd timet, quòd illi boni viri reuelent ſuam proteſtationem, & propter id cadet in comminatum periculum, bene tunc audietur, licet non proteſtetur contra quemcumq; contractum, ſeù in cauſa appellationis. c. Abbas. & c. ad aures. vbi Doct. de his quæ vi met. ve cauſ. Iaſ.in l.qui in aliena. §.celſus.nu.46. ff.de acquir.hæred.

7 Metus probatur per coniecturas, & indicia indubitata, ex Anch. conſil. 299. in prin.Gerip.conſil.36. n.12. & Paris.cōſil. 58. lib.4. Dec.conſil.219.n.2. Cou.ru.deſponſal. 2.p.c.3. §.5. nu.10. Ant. da Gam. deciſs.346.n.2. & metus probatus per ſufficientem numerum teſtium facit ; vt non admittatur probatio , quòd adueniſſet libera voluntas,nam cum voluntas ſit interior non poteſt cognoſci , niſi à ſolo Deo, qui ſolus ſcrutator eſt cordis , vnde magis creditur duobus teſtibus affirmātibus metum interueniſſe,quam viginti deponentibus de libera voluntate . vt tenet Inn.& Abb. n.34.in cap.ſuper hoc de renunciat. Bald.in tract.ſchiſmat. col.10. Ang.in l.1. & in l.fin.ff.quod metus cauſ.Iaſ.in l.interpoſitas. n.5. C.de tranſact.Dec.in cap.vlt. col.fin.de appellat.Cou.ru.& Gam.vbi ſupra , ſi tamen teſtes deponentes de libera voluntate adijcerent qualitatē,ex qua iuris præſumptione metus expelleretur , tunc admitteretur teſtimonium illorum,& plures numero præualerent, l.non eſt veriſimile. in prin.ff.quod metus cauſ.& l.tranſactionem.vbi Bart. Bald.Salicet.& alij.C. de tranſact. Angel. in l.fin. ff. quod met. cauſ. Iaſ. in l. interpoſitas. numer.05. C. de tranſact. Boer. deciſsio. 100. à numero. 7.

8 Metus cadens inconſtantem virum,ſiuè inconſtantem mulierem facit,quod matrimonium tali metu contractum nõ valeat, ſi poſtquàm contrahentes fuerant conſtituti in ſua libertate nõ cõſenſerunt, quod tamen non erit, ſi vanus, ſeù leuis metus interueniat. c. de muliere. vbi Doct. & c. conſultationi,& c.veniens.13. & c.veniẽs. 15.& c. cum locum, & c. ad. id deſponſal. metus tamen qui non cadit inconſtantem virum,nõ prodeſt illi, qui metum patitur. c.cum dilectus. vbi Abb.n.3.de his,quæ vi met.& l.nec timorem.ff.quod met.cauſ.

9 Minor metus tamen excuſat mulierem, quàm virum,gl.verb.metus. in c.cum locum.deſponſal. Abb.in c.conſultationi n. 4.eodem tit.& in c.cauſam.n.2.de offi.iud. delegat.& in c.cum dilectus.de his,quæ vi met.Cou.ru.deſponſal.2.p. cap.3.§.4.n.9. Gam.deciſs.346 n.1.

10 Metus tamen leuis,qui non continet ſalutis periculum, aut corporis cruciatum, & qui cadit in hominem vecordẽ, & meticuloſum, non excuſat, nec reſcindit cõtractum. d. c.cum dilectus,& ibi Doct. de his quæ vi,metus ve cauſ.& l.metum.1.& 2.& 3.& l.nec timorem. ff.quod metus.cauſ. & l.metus autem.ff.ex quib.cauſ.maior. & l.ſi quis ab alio.ff.de reiud.& l.vani timoris.ff. de regul. iur. & l. interpoſitas. C. de tranſact.ſumma Ang.verb. metus. §.13. Gam. deciſs.250.n.3.

11 Metus etiam non excuſat illum,qui culpa ſua incidit in talem metum, ita vt iuſtè contra illum procedi poſsit,puta ſi mulier contra patronum ſuum fuit ingrata,& patronus minatur illi reductionem ad ſeruitutem, propter quod aliquid dedit, vel promiſit patrono, tunc nõ excuſatur propter talem metum,eò quòd promiſsio facta metu iuſtè illato non reſcinditur. l.ſi mulier. vbi Bart. ff.quod metus cauſa.& c. fin.vbi Dominic.Ioann.And.& alij de homic.lib.6.& gl.verb.imputari.ad medium de regul.iur.lib.6. Abb.in c.dilectus.nu.6. de his quæ vi metus ve,ſi vero timor iniuſtè incutitur, quoad eum iuſtus eſt metus, puta ſi quis in furto,vel adulterio, vel alio flagitio deprehẽſus,aliquid dedit,vel promiſit, ne interficeretur, reſcinditur promiſsio, quia timẽs periculum mortis promiſit,aut timens vincula, non enim omnis adulter põt interfici, nec õnis fur,qui telo ſe nõ defendit. l.nec timorem. §.proinde. ff.quod metus cauſ.& c.inter hæc.33.q.2.

12 Metus non præſumitur In actibus corã iudice factis. l.non eſt veriſimile.vbi Doct. ff.quod metus. cauſ. & ſic in Curia Principis,quoniam vbi Princeps, ibi ſecuritas. l.1. vbi Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Salicet.& omnes. C.de his, qui per met.iud. Abb in c.ſuper hoc.n.29. de his quæ vi metus ve. & dixi.de actibus coram iudice factis. ſupra verb.iudex.§.86.

13 Metus purgatur per approbationem illius, cui metus fuit incuſſus, poſtquàm in ſua perfecta libertate poſitus fuit, nam ſi metum patiẽs ratificaret per aliquem actũ approbatorium promiſsionem metu factã cenſetur tunc purgatus metus. l.2.vbi Doctor.C.de his,quæ vi metus,& c.ad id.deſponſal. Inn. in c.ſuper eo de renunciat. & Abb.in c.fin.n.1.de rapt. ſi tamen non interueniat aliquis actus approbatiuus, non cenſetur purgatus metus per alicus temporis taciturnitatem. d. c.ad id.deſponſal. & c.quia ſunt cu'pæ.diſt.28.& gl.ver.proceſſu.in c.accedens. de conuerſ. coniug. & ſumma Ang verb.metus.§.11.

14 Metum inferens tenetur reſtituere omnia,quæ ex tali metu extorſit, & omnia in quibus damnificauit illum, qui metum paſſus fuit,l.item ſi cum.§.poſt annum.vbi Bart.& l.pedius. ff.quod metus cauſ.Innocent Hoſt.& Abb. in cap.fin.de his quæ vi metusve,& hoc ſimplum datur vltra annũ contra metum inferentem, qui intra annũ vtilem tenetur in quadruplum, quoniam prætoriæ actiones quoad pœnam ſunt tẽporales,& durant tantum per annum. d.l. item ſi cũ. §.ſi quis non reſtituat,vbi Bart. & l.ſi mulier. §.qui poſſeſsionem. ff. quod metus cauſ.& l.1.§.annus.ff.de vi,& vi armat.& prin.inſt.de perpet.& tẽp act.ſumma Angel.verb.metus. §.14. Merg conſil. 26.nu.38. & probato metu, probantur res amiſſæ per iuramentum illius,qui fuit metum paſſus, in odium illius,qui metum intulit. c.fin. vbi Doct. de his quæ vi metus ve,& l.ſi quando. vbi Cin.Bart.Bald.Fulg. Ang.Paul.de Caſt.Salicet.Iaſ.& omnes.C. vnde vi,& gl.fin.in c.dilecti.de foro cõp.

Verbo Minor.

1 MInor dicitur multis modis, & ex diuerſis cauſis,alius enim dicitur minor ſeptẽ annis,alius quatuor decim, alius decimo ſexto, alius decimo octauo, alius vigeſimo, alius vigeſimo quinto, & alius trigeſi-

Digitized by Google

trigeſimo,& aliquibus modis,vt infra ſigilatim dicemus, & dicitur minor ille , qui non attingit, ſeù compleuit ætatem à iure requiſitam,vt notatur per totum de minor & alibi.

2 Minor ſeptennio, non poteſt cōtrahere ſponſalia de futuro,maior tamen ſeptēnio bene poteſt cōtrahere ſponſalia de futuro, aut approbare illa ſponſalia , quæ ante ſeptennium contraxit , & tunc valebunt ex nunc,& non ex tunc c.1. vbi Doct. & c.ad diſſoluendum, & c.duo. & c.litteras, & c. acceſsit,& c.ex litteris.de deſponſ.impub. & gl.verb infra ſeptennium.in c.Gemma. vbi Abb.n.6.deſponſal.& dicā infrà verb. ſponſalia.§.10.

3 Maior ſeptennio poteſt nominare,ſi habet ius nominandi, & præſentare, ſi habet ius præſentandi,& ſi maior ſeptennio vnū præſentauerit , & tutor illius alium præſentet,eſt tunc præferendus à pupillo præſentatus,cum ſit dignus,quoniam pupillus eſt dominus illius iuris,vt tenet Ioan.And. in c.ex eo.de elect.lib.6. Abb.in c.fin.nu. 9.de conceſſ.præb.prob.in c.fin.num 7.de iud.lib.6. Roch.in ſuo lib.de iure patr.verbo.competens.n.14. Selua.de benefic.2.p. quæſt.6. col.3. ad medium.Reb.de nominat.quæſt.17.n.20.Cald.de nominat.quæſ. 4.nu.7. Palat.in c.per veſtras. §.43. col.1. Corraſ.lib.de ſacerd.4.p.c.fin.n.17.Baeça. lib.de decim. tut. c.23.à n.19. Rota antiqua.321.& Rota noua.422.

4 Maior quatuor decim annis maſculus,& fœmina maior duodecim poſſunt contrahere matrimonium de præſenti, quoniam legitima ætas contrahendi matrimonium de præſenti eſt quatuor decim annorum in maſculis,& duodecim in fœminis,& debent anni eſſe completi,nec ſufficit illum vltimū annum attingere niſi malicia ſuppleat ætatem. c.puberes.vbi Doct,de deſponſat.impub.& c.1.§.idem quoq;.vbi gl. verb.ſupplebit,& Ioan.Monach. Dominicus,Arch.Ioan.And. Anch.& omnes.eodē tit.lib.6.Theolog.in 4.ſent.diſt.27.

5 Minor quatuor decim annis maſculus, & fœmina duodecim nō poteſt facere teſtamentum,nec relinquere libertates, poſtquam tamen maſculus attigerit decimū quartum annum , & fœmina compleuerit duodecimum, poſſunt facere teſtamentum & relinquere libertates in ſuo teſtamento. l.qua ætate.vbi gl.& Bart.ff.de teſtam.& l. ſi frater Bald.Angel.Salicet. Fulg. Paul.de Caſtr.Lud.Alex. Iaſ.& omnes. C.qui teſt. facer.poſſ.auth.vt ſponſ.larg.§ hoc.vbi gl. verb. teſtari. & Bart.coll.9. & §.præterea. vbi Aret. inſt. quib.non eſt permiſſ.facer. teſt.Pet.de Anch.Imol.& alij in c.2.de teſt.

6 Neq; poteſt minor quatuor decim annis obtinere beneficium Eccleſiaſticum , nec habere aliquod regimen Eccleſiæ, quia ad id non reputatur idoneus. c. in decorem. vbi Abb.nu.3. de ætat, & qualit. & c.ſuper inordinata. de præb. & dign. & Concil. Trid.ſeſſ.23. c.6. de reformat.

7 Minor quatuor decim aunis maſculus, & fœmina duodecim nō poteſt teſtificari. l.teſtium.§.lege Iulia.vbi glo.verb. impuberes, & Doct. ff.de teſt. & §.teſtes autem. inſt.de teſtam. & l.inuiti. 2. ff.de teſt.Bald. in l.teſtium. col.2. C.de teſt. Ang.in auth. de teſtib.§.1.coll.8.Dec.in l.fœminæ.§.itē impubes. nu.9. ff.de regul.iur. & l. videamus. ff.de in lit.iurand. factus tamē maior poteſt teſtificari de his, quæ percepit ante ſupradictam ætatem niſi ius requirat maiorem ætatem tempore celebrationis contractus.gl.verb.in pueritia.in c.relatū.diſt. 37. & glo.verb.impuberes.in d. l.teſtium. d.§.lege Iulia.ff.de teſt.& gl.verb.neq; impubes. in d. §.teſtes autem inſt.de teſtam. ſpecul.in titul.de teſt. §.oponitur,verſ.ſed nunc.n.6. de præſcript.Hoſt.& Abb.nu.3. in c.fin.de ſent. excommunicat. Dec.in §. item impubes.ff.de regul.iur.Iul.Clar. lib. 5.§.fin.quæſt.24.n.17.

8 Minor quatuor decim annis,nō citatur in cauſa,ſi eſt reus quando contra illū agitur de aliqua cauſa in iudicio , ſed ſufficit, quod citetur illius curator,qui à iudice eſt dandus,vt illum minorem defendat,maior tamen quatuor decim annis debet citari, aliàs non valebit proceſſus factus contrà maiorem quatuor decim annis,non citatū & ſi eſt actor ſufficit , quòd curator agat, ſine procuratione minoris quatuor decim annis,ſi autem ſit maior quatuor decim annis,debet conſtituere procuratorem cum auctoritate curatoris, & aliter non valebit proceſſus,nec ſententia lata contra illum, quamuis pro illo teneat. l.nec tutores.vbi gl.verb.interueniente.& Bart.à nu.10.& l. non eo minus. vbi Bald.Salic. Alex. & alij. C.de procurat.& l.in rebus.& l.momentaneæ.vbi Doct.C.qui legit.perſ.ſtād.in iud.

9 Minor decimo ſexto anno non poteſt facere profeſsionē in aliqua religione approbata , tam virorum , quam mulierum, poſt

Digitized by Google

poſt decimum tamen ſextum annum expletum, bene poteſt profiteri, & ſi de facto quis ante decimum ſextum annum profiteatur, nõ valebit talis profeſsio. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de regul. & munial. & dicam infr. verb. regularis. §. 9.

10 Minor vigintiquinq; annis, maior tamen quatuordecim poteſt agere per ſe, & per procuratorem, & defendere in cauſis ſpiritualibus, quia in illis, & in dependentibus ab eis cenſetur maior, ante decimũ tamen quartum annum per ſe agere non poteſt, nec defendere, ſed per ſuum curatorem datum ad litem. c. fin. vbi gl. verb. ſi annum. & Doct. de iud. lib. 6. & c. ex parte. vbi gloſſ. verb. quamuis. vbi enumerantur quam plures caſus, pro quibus minor vigintiquinq; annis poteſt ſtare in iudicio, agere, & defendere, & conſtituere procuratorem de reſt. ſpol.

11 Minor quatuordecim annis poteſt trahere ſuum aduerſarium extra prouinciam, ille autem ab alio trahi non poteſt. l. vnica. vbi Doct. C. quando imper. int. pupillum. & l. pupillus. ff. de verborum ſignifi. hoc tamen hodie eſt correctum quia nullus poteſt trahi extra prouinciam ſuam, neq; iudex vnius prouinciæ habet iuriſdictionem in perſonas alterius prouinciæ, ratione priuilegij minoris quatuordecim annis, viduæ, aut illarum, quæ nunquam habuerunt virum, & honeſtè viuunt, ſeù perſonarum miſerabilium. vt docet Bart. in d. l. vnica. C. quand. imperat. inter pupill. poſſunt tamẽ ſupradictæ perſonæ per ſtatutum Regni trahere ſuum aduerſariũ ad curiam, ſi coram iudice ſui territorij illum conuenire noluerint, & in curia eũ conuenient coram prætore curiæ, aut coram iudice nouarum actionum. ord. lib. 3. titul. 5. §. 3.

12 Minor vigintiquinq; annis, maior tamen viginti, poteſt dari iudex delegatus, & de conſenſu partium, ſeù à Principe poteſt dari iudex delegatus, factus tamen maior decem, & octo annis: & etiam poteſt Princeps dare iudicem delegatum puberem maiorem quatuordecim annis, & etiã iudicem ordinarium cum tamen ex certa ſcientia illum faciat. cap. cum viceſimum. vbi Abb. 3. notab. de offic. iud. deleg. & l. quidam conſulebat. vbi Doctor. ff. de re iud.

13 Minor quatuordecim annis, quamuis ſit Rex, aut Princeps, non poteſt exercere iuriſdictionem ſui Regni, ſed eſt illi dandus tutor, qui debeat omnia exercere, vt probatur ex cap. grandi. vbi Doct. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Abb. in cap. cum viceſimum. numer. 3. de offic. iud. delegat. Bald. in l. fin. & ibi Iaſ. numer. 3. C. de teſtam. mil. quoniam minor quatuordecim annis iudicio caret, & non poteſt diſcernere illud, quod Rex, ſeù Princeps iubere, & ordinare tenetur, nec vel poteſt illa maturitate, quæ requiritur in Rege gubernante tot populos magis ad malum, quàm ad bonum delabentes. cap. infamis. § tria. 3. quæſtio. 7. & l. cum prætor. §. non autem. ff. de iud. & gloſſ. verb. ætatem. in cap. viceſim. de offic iud. delegat. attamen poſtquàm fuerit maior quatuordecim annis, poterit exercere illa, quæ ſunt iuriſdictionis, ſed non illa, quæ concernunt adminiſtrationem Regni, quoniam illa debent exerceri per ſuum curatorem, ſeù illius actoritate, neq; in his finitur officium curatoris vſq; ad vigeſimum quintum annum Bart. in l. quidam conſulebant. nu. 13. ff. de re iud. Abb. in cap. cum viceſimum. num. 3. de offic. iud. delegat. Bald. & Iaſ. nu. 3. in l. fin. C. de teſtam. milit.

14 Minor vigintiquinq; annis non poteſt aſſummi ad aliquam adminiſtrationẽ Reipublicæ, neq; eſſe de conſilio Regis, ſufficit tamen quòd annus vigeſimus quintus ſit cæptus. l. ad Rempublicam. vbi Doct. ff. de munerib. honor. & gloſſ. 1. vbi Abb. numer. 4. in cap. cum viceſimum. de offic. iud. delegat. & gloſſ. 1. in l. de ætate. ff. de minorib. niſi Princeps ex certa ſcientia illi magiſtratum dederit, nam tunc bene poterit minor 25. annis, admitti ad Reipublicæ adminiſtrationem, ſiuè ad alium honorem, ſeù quodcumq; munus. l. quidam conſulebant. vbi gloſſ. fin. & Doct. ff. de re iud.

15 Neq; poteſt minor 25. annis dari tutor, auth. de hæred. ab inteſt. §. ex his, coll. 9. qui enim bonorum ſuorum adminiſtrationem tenere non valet, minus poteſt habere adminiſtrationem aliorum bonorum, facit text. in l. 1. ff. de minor. & l. fin. ff. de cond. & demonſtr. & dico. verbo. tutela. §. 8.

16 Minor capax iniuriæ, tenetur ex delicto. l. ſed & ſi quemcumq;. §. ſed & ſi infans. ff. ad leg. Aquil. & l. impuberem. vbi Bart. ff. de furt. & l. impunitas. vbi Doct. C. de pœn.

Digitized by Google

&l. ſi quis te. vbi Bald. C. ad leg. Corn. de ſicar. & l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & l. pupillū. ff. de regul. iur. & §. pen. vb. Angel. inſt. de obligat. ex delict. Placa libr. 1. delict. c. 32. n. 6. non ſolet tamen puniri, niſi ſit proximus pubertati. ex Ang. ad Ang. de maleſic. verb. ſcienter, & doloſe. n. 6. Merg. conſil. 241. n. 38. ſemper tamen mitius agitur cū minore, quàm cum adulto. itaq; ſi fuerit minor 17. annis, nunquam habebit pœnā ordinariam, neq; condemnabitur in pœna vltimi ſupplicij, quāuis lex imponat pœnam vltimi ſupplicij pro illo delicto, ſed punietur mitiori pœna pro arbitrio iudicantis conſiderata qualitate delicti, & malicia delinquentis. ſi autem fuerit maior 17. annis, minor tamen 20. erit tunc in arbitrio iudicis illi dare pœnam ordinariā, aut mitiorem cōſiderata perſona minoris, & qualitate delicti, & forma, modo, atq; malicia delinquendi, maior tamen 20. annis debet puniri pœna ordinaria, quamuis enim non ſubueniatur minoribus delinquentibus, mitius tamen puniuntur, cum non dum perueniant ad ætatem, in qua agnoſcunt grauitatem delicti, vt probatur in cap. fin. vbi Abb. num. 4. de delict. puer. & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum, & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. Bald. in l. & ſi ſæuerior. C. ex quib. cauſ. infamia irrog. Angel. in l. nec impuberes. ff. de in ius vocand. Dec. in l. fere omnibus. ff. de regul. iur. Grammat. deciſs. 23. num 12. Placa. libr. 1. delict. cap. 32. num. 11. & quamuis nonnulli Doct. teneant, quòd minores 25. annis mitius puniantur, licet ſint maiores 20. annis, & hoc in puncto iuris ſit verius, per iura ſupra relata, in noſtra Luſitania tamen obſeruat praxis, vt maior 20. annis, puniatur pœna ordinaria, quamuis ſit minor 25. annis, quoniam Rex noſtræ Luſitaniæ iam in ſuis conſtitutionibus arbitratus eſt pœnam ordinariam. vt deciſum eſt per ord. lib. 5. tit. 136.

17 Minor impubes doli capax, ſi Clericum percutiat incurrit excommunicationem maiorem tanquàm adultus, attamen mitius punitur, quia non mittitur ad Summum Pontificem, ſed abſoluitur ab Epiſcopo, nec maior factus reincidit in eandem excommunicationem, vt teneatur ſe præſentare Summo Pontifici. cap. 1. vbi gloſſ. verb. excuſat, & Doct. & cap. quamuis. & cap. fin. de ſentent. excommunicat. Abb. in cap. fin. n. 4. de delict. puer. Merg. conſil. 16. n. 24.

18 Maior quatuordecim annis ſi committat adulterium, aut vxorem tradat ad adulterandum, ſeù conſentiat in adulterio illius, ſiue domum præbeat ad ſtuprum, ſeù adulterium committendum puniri debet pœna ordinaria, nec ab illa excuſatur ob minorem ætatem. l. ſi minor. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. & l. auxilium, §. in delictis. ff. de minor. ſed contrarium eſt verius imo etiam in his caſibus non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori. tenet Gom. cap. 1. de delict. num. 60. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 60. n. 3. Plac. de delict. c. 32. n. 11. dicit communem Grāmat. deciſs. 23. n. 12.

19 Pueri tamen infantes, qui doli capaces non ſunt, ſicut furioſi non puniuntur ob delicta, quia intellectu carent. l. Diuus. ff. de offic. præſid. & l. quod infans. ff. de rei vind. & l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & clement. vnica. vbi Doct. communiter de homicid. Placa. libr. 1. delict. cap. 32. nu. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 1. & facit text. cum ibi notatis in l. pupillum ff. de regul. iur. & in c. 1. de delict. puer. vbi notant ſcribentes.

20 Minor tamen, vel furioſus, non excuſantur à muneribus patrimonialibus, neq; vbi ex re actio venit, quia tunc per curatorem agit, aut defenditur. l. furioſus. vbi Doctor. ff. de act. & obligat. & l. neq;. & l. etiam minores. vbi Bart. C. de munerib. patrim. & l. ad rem publicam. ff. de muner. & honor. gloſſ. fin. in l. furioſo. vbi Iaſ. n. 9. ff. de reiud. Bart. in l. ſi pupilli. n. 2. ff. de neg. geſt.

21 Minor 25. annis non poteſt adminiſtrare res ſuas, quoniam conſilium ætatis illius eſt fragile, & infirmum, nec ſufficiens ad multas captiones, & hominū inſidias, quibus eſt ſuppoſitus ille, qui bona temporalia ſub ſua adminiſtratione habet. l. 1. vbi notant Doctor. ff. de minorib. & l. fin. vbi Bart. ff. de cond. & demonſtr. poteſt tamē minor 25. annis & maior 20. ſi eſt maſculus, & fœmina maior 18. annis impetrare veniam ætatis à Principe, vt res ſuas adminiſtrare poſſit, oſtēdens, quòd ſit aptus, & ſufficiens ad adminiſtrationem rerum ſuarum, & tunc poſtquam veniam impetrauerit, & iudici intimauerit, & res illi ſint traditæ, non poterit impetrare auxilium reſtitutionis in integrum, ſi res

male

Digitized by Google

male adminiſtrauerit. l. 1. vbi gloſſ. verb. impetrauerunt, & Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de his, qui veniam ætat. & l. ea quæ. in prin. vbi Doct. C. de temp. in integ reſt. licet non poſsint illa impetrata alienare, ſeù hypothecare bona immobilia l. omnes. vbi Doct. & l. eos. C. de his qui veniam ætat. imp.

22 Minor 25. annis ſi probat ſe læſum ſua facilitate emendo, vendendo, locando, permutando, aut in alio quocumq; contractu, reſtituitur, ſeù vbicumq; egerit in aliquo ſuo negocio. l. ait prætor. vbi Doct. & l. quod ſi minor. §. non ſemper. vbi Bart. & l. patri. §. 1. & 2. ff. de minorib. debet tamen minor ille petere reſtitutionem intra quadrienium, poſtquã fuerit maior factus. cap. conſtitutus. vbi gloſſ. verb. tempus. & Doct. de in integ. reſt. & clement. vnica. vbi etiam notant ſcribentes. eodem titul. & l. interdum. vbi gloſſ. verb. plusquam. vbi Bart. num. 3. ff. de minor. & l. fin. vbi Bart. Bald. & alij C. de tẽp. in integ. reſt. & datur hæc reſtitutio in integrũ cõtra quẽcumq; ad quẽ res minoris. peruenit, quamuis cũ minore non contraxiſſet. l. in cauſæ. 13. §. interdum. vbi Bart. n. 1. ff. de minorib.

23 Minor tamen ſi factus maior 25. annis tacuit per quinquenium, non reſtituitur in rebus immobilibus à ſe titulo oneroſo diſtractis, indiſtractis vero titulo lucratiuo, excepta donatione propter nuptias requiritur taciturnitas longi temporis. l. ſi quando. vbi Bart. Bald. Gofred. Salicet. & alij. C. ſi maior fact. alienat. fact. ſine decret. Dec. in l. quod initio, nu. 11. ff. de regul. iur. & in conſil. 209. & conſil. 232. nu. 4. Alex. conſil. 117. incipit. viſo proceſſu. num. 2. libr. 5. Bald. conſil. 45. & conſil. 183. libr. 2. & Roman. ſingul. 177. Corn. conſil. 36. libr. 2. & conſil. 207. libr. 3. Gam. deciſs. 275. num. 1. quia licet præſcriptio currat contra maiorem 14. annis. datur illi tamen hoc remedium reſtitutionis intraquadrienium poſt 25. annum, ex ord. lib. 4. titul. 79. §. 2. poteſt enim minor 25. annis factus maior approbare tacitè, vel expreſſè illa, ad quæ reſtituenda admitteretur. l. 1. & 2. vbi notant Doct. communiter. C. ſi maior. fact. hab. Gam. vbi ſupra. num. 2.

24 Et ita maritus, qui cum vxore minore 25. annis aliquid vendiderit ſine auctoritate iudicis, poterit etiam facta maiore, intraquadrienium petere eandem reſtitutionem, iuxta ſupra. §. proximo allegata, & ord. libr. 1. titul. 86. §. 28. & libr. 3. titul. 42. §. 4.

25 Minor non reſtituitur in actionibus cõpetentibus ad vindictam pro delictis, nec pro dolo. l. auxilium. vbi Bart. num. 2. & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minorib. & l. 1. vbi Doct. C. ſi aduerſ. delict. Dec. in l. ferè omnibus. nu. 3. ff. de regul. iur. nec aduerſus dolum præſumptum de futuro. licet de præterito ſic. ex Doct. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui oper.

26 Neq; reſtituitur contra libertatem datã, ſeù contra ſententiam libertatis, & hoc ſtatutum eſt in fauorem libertatis. l. in integrum, & l. ſi mulier. vbi Bart. & l. minor. §. minor. vbi etiam notat Bart. ff. de minorib.

27 Nec reſtituitur aduerſus ſoluta creditoribus, nam rectè factum, non debet reuocari, cum in hoc minor ſuam conditionẽ deteriorem non faciat. l. ſi mulier. & l. naturaliter. §. item quod. vbi Bart. & l. repetitio. ff. de cond. ind. & l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. & l. ſi non expedierit. §. ſi pupillus. vbi Doct. ff. de reb. aut iud. poſſ. ſeù vend. & l. ſi vt proponis. C. de confirmand. tut.

28 Neq; quando minori illi pecunia ſit ſoluta, auctoritate Iudicis, cum debitor coactus neceſsitate ſoluat iudice mandante. l. ait prætor. §. permittitur. vbi gl. verb. auditurum. ff de minorib. & § at ex cõtrario. vbi Ang. Inſt. quib. licet alien. vel non. & l. quod ſi minor. §. reſtitutio. in fin. ff. de minorib. ſecùs tamen in prædio minoris vendito cum auctoritate iudicis, ſine auctoritate tutoris. l. ſi quidem. C. de præd. & alijs reb. minor. & gl. verb. auditurum. in l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de minor. & gl. verb. ſecuritas. in d. §. at ex contrario. Inſt. quib. alien. licet. vel non.

29 Neq; reſtituitur in emptione, & venditione, in illo, quod factus eſt locupletior, quod attenditur tempore litis cõteſtatæ. l. ait prætor. §. pupillus. & l. ſi pupilli, & l. litis. ff. de neg geſt. & l. verum. § ſciendum. ff. de minor. & l. contra impuberes. vbi Doctor. C. de neg. geſt. & l. in pupillo. vbi Bart. ff. de ſolur.

30 Neq; reſtituitur quando emit rem ſibi neceſſariam, licet res ipſa poſtea pereat, quoniam pupillus emens rem ſibi neceſſariam, & faciens illud, quod facit quicumq; pater familias, non videtur circũ-

Digitized by Google

ſcriptus, neq; in tali caſu iura illi ſubueniunt, l. verum. §. ſciendum. ff.de minor. & l.non videtur. vbi Doct. C. de in integ. reſt.minor.

31 Neq; quando falſo probauit ſe maiorem eſſe, quia tunc non reſtituitur, licet male conſummat pecuniam ſibi ſolutam, imò tenetur ad illud, in quo ſe obligauit. l. minor. 32. vbi Doct. & l. de ætate. ff. de minor, & l. ſi is qui. vbi Salicet. & l.ſi alterius. vbi Bart. Bald. & alij. C. ſi minor ſe maiorem dixerit.ſi autem dolo alterius, & non ſuo proprio, ſe maiorem fecit, non negabitur illi reſtitutio, & ita ſi per errorem, quoniam iura ſubueniunt errantibus, & non decipientibus. l. 1. & 2. & 3. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. ſi minor, ſe maior.dixer.

32 Minor reſtituitur etiam contra præſcriptionem, & vſucapionem, quæ fuit cæpta contrà ſuum prædeceſſorē, & impleta dum ipſe minor erat in vtero, priusquam naſceretur. l. etiam ei. 45. vbi Doct. ff. de minor.

33 Minor poteſt petere reſtitutionem contra tutorem, qui res eius fraude diſtraxit, priusquàm contra contrahētem, ſi voluerit, quoniam in eius electione eſt agere contra tutorem, aut contra debitorē, quomodo ſibi melius placuerit. l.etiam ei, qui. vbi gloſ.fin. ff.de minor, & l.fin. vbi Bart. Salicet. & omnes. C. ſi tutor. vel curator interuen.

34 Maior 25. annis non reſtituitur, ſi minorem conſtituit procuratorem, aut illum in aliqua taberna diſponat, & facilitate illius fuit læſus, tunc enim non poteſt agere contra illum, qui cum tali procuratore contraxit, imò ſibi imputet, qui talem conſtituit procuratorem. l.cum mandatu. vbi gloſſ.verb. audiri. & Doct. ff.de minor, & cap.ex parte. vbi gloſſ.verb.quamuis.de reſt.ſpol. vnde ſi pater familias filiū ſuum inſtituat adminiſtratorem non poteſt agere ex læſione prouenienre à facilitate filij minoris. ex d. l. cum mandatu, quoniam licet minor reſtituatur in quantum eſt obligatus, maior qui illum mandauit non reſtituitur. vt tenet Bart.in d.l.cū mandatu. ff.de minor.

35 Minor poteſt ſine tutoris auctoritate ſuam conditionem meliorem facere, deteriorem vero non poteſt, vnde contrahens cum minore, remanet obligatus ipſi minori, dum contractus reſpicit commodum minoris, minor tamen non remanet obligatus ſine tutoris auctoritate. l. neq;. vbi Doct. C.de contrah. & committ. ſtipul.& l.1.vbi gl.1.& Doct.C.de aut præſt. prin. inſt. de auctorit. tut. & §. pupillus. vbi Aret.inſt.de inutil.ſtipulat. & l.contra iuris ciuilis. vbi Bart. Bald. Iaſ.& alij.ff.de pact. & l. non eo minus. C.de procurat. & l. Iulianus. §. ſed cum in facto. ff. de act. empt.

36 Minor 25. annis nō poteſt res ſuas alienare ſine tutoris auctoritate, nec debita à creditoribus accipere, nec ſi pecuniā mutuam dederit, fiet accipientis. l.ſi forte. §. pupillum. vbi Doct. & l.pupillo. ff.de ſolut.& l.ait prætor. ff.de minor. & l.nouare. §.pupillus. vbi gl.1. & Paul.de Caſtr. ff.de nouat. & deleg.& l.non omnis. §.ſi pupillus. vbi Bart.Bald. Alb. Ang.Salicet.Paul. de Caſtr. Lud. Imol.Alex.Iaſ.& omnes.ff. ſi cert. pet. & §.ſed ex diuerſo, & §.nunc admonendi. vbi Doct. Inſt.quib.alien.licet vel non Merg. conſil.34.n.24.

37 Minor 25, annis poteſt factus maior repetere pecuniam, quam ſibi debitor ſoluit ſine decreto iudicis, & auctoritate tutoris, ſi illam diſsipauit, nec debitor ille ſe tueri poteſt ex ſolutione illa, quam fecit minori, quod tamen non erit, ſi ille minor pecuniam ſaluam haberet, aut factus eſſet locupletior, quoniam tunc liberatur debitor, aut quādo auctoritate tutoris ſoluiſſet. l. pupillo. vbi Doct. & l.in pupillo. vbi Bart. ff. de ſolut. & §. at ex contrario, vbi gl.ver.ſoluerit.& Doct.inſt.quib.alien. licet vel non, nec tenetur in foro animæ pro pecunia diſsipata.ex Innocent.in cap. quia pleriq; de immu.Eccleſ.Abb. in cap. nouit.n.33.& n.49.de iud.

38 Pecunia minoris debet deponi iudicis mandato in æde aliqua, & ibi debet obſeruari, vt minori facto maiori tradatur ſine vlla controuerſia, & ne debitor cum vſuris oneretur, aut fiat non ſoluendo, & minor in ſua pecunia damnificetur. l.ait prætor. §. ſed & ſi. vbi Doct. ff.de minor.& l. 1. §. ſi pecunia in fin. ff.depoſit. & in noſtra Luſitania deponitur pecunia minoris in quadā arca tribus clauibus clauſa, apud quendam depoſitarium abundātem facultatibus, in quocumq; oppido deputatum, ex quibus clauibus vnam habebit iudex orphanorum, aliam depoſitarius, & aliam ſcriba orphanorum, & nunquam arca illa aperietur ſine præſentia iudicis

Digitized by Google

Iudicis. depoſitarij, & ſcribæ, qui omnes conuenient, cùm pecunia depoſita minori ſit tradenda, ex ord. lib.1. titul.87. §.31. & §. 39.

34 Minor deceptus à filio familias, aut ſeruo, reſtituitur contra patrem, ſeu dominũ, in peculio, ſiue in illo, quod ad illos peruenit, ſi autem ex neutro ſatisfiet, & interuenit dolus ſerui, aut erit verberandus, aut dabitur pro noxa, filius vero familias ſoluet quando habuerit, ſi vero vterq; ſit minor melior eſt conditio accipientis l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. vbi Bart. ff. de minor. Leo. in tract. noui oper. c.2. n.23.

35 Minor non poteſt obligari ſoluere ſuo creditori, ſi pecuniam diſsipauit, aut emit carius, quam pater familias erat empturus, quoniam non tenetur creditori in quocumq; læſus fuit. l. patri pro filio. §. ſi pecuniam. vbi Bart. ff. de minor. & l.1. & 2. vbi Doct. C. ſi aduerſ. cred. & l. vnica. vbi Barth. Bal. l. Salicet. & alij. C. de reputationibus, quæ fiunt in iud. in integ.

36 Minor, quãdo reſtituitur de prædio, ſeù alia re à ſe vendita, tenetur reſtituere pecuniam, pro qua rem vendidit, ſi illam habet, aut ſi illam conſumpſit in vſus neceſſarios, ſiuè pecunia illa emit rem ſibi neceſſariam, aut ita locupleƈtior factus eſt, cum enim illam non diſsipaſſet, ſemper tenetur illam reſtituere diſſoluto contractu. l. patri pro filio. §. ſi pecuniam. vbi Bart. ff. de minor, & l. in pupillo. ff. de ſolut. & l. fin. vbi Doctor. C. de vſucap. pro empt. & l. non ſolum. C. de præd. minor. & l.1. C. de reput. & §. nunc admonendi. inſt. quibus alien. licet. vel non.

37 Minor reſtituitur, vbi pater emit fundum ſubconditione, vt ſi certo tempore non ſoluat pretium, ſeu partem illius fundus ſit inemptus, ſi enim ante illud tempus pater deceſſerit, & filius remanſit in pupillari ætate, eſt reſtituendus, licet venditor denunciaſſet tutori illius l. æmilius. vbi Doct. ff. de minor. & colligitur, ex notatis in c. conſtitutus. de in integ. reſt. quoniam minor, & Eccleſia ſemper reſtituitur etiam ſi læſa fuerit, & certet de lucro captando. vt tenet Abb. nu.5. in d. cap. conſtitutus.

38 Minor reſtituitur, vt iterum inducat allegationem, ſeù probationem, ſi illam omiſit, & toties quoties læſus fuerit. l. minor autem. §. ſin autem, & l. minor vigintiquinq; annis omiſſam. vbi Bart. ff. de minor. & l. per emptorias. vbi Doct. C. ſent. reſcind. non poſſ. & l. 2. & 3. vbi etiam notant ſcribentes. C. ſi ſæpius. in integr. reſt. poſt. & etiam teſtibus publicatis poteſt minor vti beneficio reſtitutionis, vt ad nouam probationem admittatur. ſi forte illam omiſit. vt notat Bart. in d. l. minor 25. annis omiſſam nu.2. & hoc quando nullos produxit teſtes, quia ſi aliquos produxit, qui non probauerunt, tunc non reſtituitur ad alios producendos, niſi ſubſit aliqua iuſta cauſa ex Innoc. in c. auditis, & c. coram felicis de in integ. reſt. & Doct. in l.1. §. nuntiatio. ff. de noui oper. & etiã reſtituitur aduerſus ſententiã cuiuſcumq; iudicis ſi forte læſus fuerit. c. ex litteris. vbi gloſ. verb ad plenum, & Doct. de in integr. reſt. & gl. verb. reſtituimus. in c. auditis. eodem tit. & eſt ord lib.3. tit.41. in prin. & §.1. & etiã ex cauſa omiſſæ allegationis, vel procurationis aduocati reſtituitur minor aduerſus ſententiã Principis, l. minor. 18. §. ſin autem. vbi Bart. ff. de minorib.

39 Minor etiam contra ſuam cõfeſsionem reſtituitur, ſi forte per illam confeſsionẽ lædatur. l. certum confeſſus. §. in pupillo. vbi Doct. ff. de confeſſ. & c.2. vbi Doct. de reſt. in integr. lib.6. Alex. in l. nam, & poſtea. §. ſi minor. ff. de iure iur. & conſil.116. lib.2. Afflict. deciſs. 208. n.5. Gram. conſil. 16. Iaſ. conſil.133. libr.1. & Corn. conſil. 196. lib.4. Cæſar. Vrſ. deciſs. 208. n.2.

40 Minor poſtquã ſe immiſcuit hæreditati, poteſt illam repudiare, ſi viderit, & intelligat, quòd ſibi ſit dãnoſa, niſi ſit ſeruus hæres neceſſarius. vbi Doct. ff. de acquir. hæred. & ſic ſi illam repudiauerit, poterit poſtea reſtitui, quoniam ſicut minor reſtituitur in quacumq; cauſa, vbi læſus fuerit, ita in repudianda hæreditate. l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & l. etiam ſi patre. §. ſi hæreditate. ff. de minor, & l. ſi mulier eodem tit. Gam. deciſs. 263. n.3.

41 Minor poteſt agere in poſſeſſorio, ſine tutoris auctoritate, quamuis in petitorio non poſsit. l. momentaneæ. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. & alij. C. qui legit. perſon. ſtand. in iud. & l.1. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. ſi per vim vel alio mod. quælibet enim perſona, tam pupillus, quam ſeruus agere poteſt ſuo proprio nomine, aƈtione recuperendæ, aut retinendæ poſſeſsionis. d. l. momentaneæ. vbi gloſ. verb. per quamcumq; & Doct. C. qui legit. perſon.

47 Minor vigintiqninq; annis poteſt eſſe procurator ad negocia. l.cum mandatu.ff. de minor.& l 1.§.itẽ acquirimus vbi Bart. Paul.Iaſ.& alij. ff.de acquir.poſſ.& l.ſed & ſi quis. & l.ſed ſi pupillus. cum alijs. ff. de inſt.act.& l.1. §.cuius autem.ff.de exercit. act.Bald.& Alex.in l.exigendi. C.de procurat.ſpecul.in tit. de procurat. §.1.verſ. item quod eſt minor.gl.verb. non eſt.in l. minor 25. annis, vbi Doct.ff de procurat. & ſi minor rem malegeſſerit,imputet ſibi qui talem inſtituit procuratorem. vt dixi ſupra.§.35.

48 Minor ſi renunciet beneficio Eccleſiaſtico non reſtituitur,quoniam in ſpiritualibus habetur pro maiore.gl.ver.quamuis. in c.ex parte.vbi Abb.n.14.de reſt.ſpol.& gl.ver.quid aliud.in l.ait prætor. vbi Bart. ff.de minor.ſumma Ang.ver.minor.§.3.

49 Pupillus non debet educari,nec cõmorari apud eum, qui ad illius ſucceſsionem aſpirat, & excluſo illo qui ad ſucceſsionẽ aſpirat, eſt educandus, & commorandus apud virum idoneum eligendum prætoris arbitrio ex propinquis ſecundum cõditionem perſonæ minoris ipſius. l.1.vbi Doct. & l pen.ff.vbi pupill.educar. vel mor.debeat.& l.2. vbi Bart.Salicet & alij.C.eodẽ titul.& c.fin.vbi gloſſ.verb. incidenter.de conuerſ.infidel.& gloſſ.verb. fratrem in c. grandi.de ſuppl.negl prælat.lib.6.

50 Minor poteſt reſtitui poſt venditionem rerum ſuarum factam in ſubbaſtatione, vt iterum admittatur licitatio,ſiuè ſubhaſtatio,ſi graue damnum patiatur in illa venditione iam facta. l. & ſi ſine dolo. aliàs. l. ait prætor.§.hodie.vbi Bart.& omnes.ff.de minor.nam minor poteſt reſtitutionẽ petere aduerſus duas ſententias conformes, licet vna illarum ſit eiuſdem Principis ex cauſa omiſſæ allegationis,aut aduocati prę uaricationis. l. minor autem magiſtractus. §.1. vbi Bart.Bald.& alij.ff.de minorib. & ſpecul.in titul. de in integr.reſt. §.videndum.verſ.& nota quod ordinarius Doct.in c.cum ex litteris.de ſent.& reiud.& in l.1. C. ſi aduerſ. rem iud. & etiam contra tres ſententias conformes datur reſtitutio minori,ſi conſtat de noua cauſa,ob quam minor fuit læſus. ex Bald.in l.1. col.vlt.verſ. ſed nunquid, contra ſententiam. C.ne liceat teſt.prouocar. deciſ.Rotæ.1.in nouis. & 2.in antiq.& Gam.dec.110.n.11.

*

Verbo Miſſa.

1 MISSA eſt Hoſtia,& Sacrificij oblatio, quæ per Sacerdotem, qui inter Deum,& populum mediator eſt,ad Deum mittitur,vt tenet Sot.in 4.ſent. diſt.3.q.2. art.1.& Titelmannus. de Sacramẽt.Euch. c.5. Hug.lib.2. de Sacrament.p.8. cap.14. Bart.ab Ang.Dial.5. §.16.& hanc amplectitur. D.Thom.3.p. quæſt.83. art.4. ad 9. Sylueſt.verb.Miſſa.1.§.1.id ipſum in effectu ſentit Angel.verb.Miſſa.in prin.

Miſſa fuit ordinata,& inſtituta à Domino noſtro Ieſu Chriſto Sacerdote in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech,& ſumpſit initium vbi Dominus Corpus,& Sanguinẽ ſuũ conſecrauit, & tradidit Diſcipulis ſuis,iuſsitq; hæc fieri in eius commemorationem. vt tenet Hug.lib.2.de officijs Eccleſ.c.11. Sanct.Ant.3.p.titul.13. c.5. ante. §.Sot.in 4.ſent. diſt.13. quæſt.2. art.4. Petr.Sot.lib.de inſtitut.Sacerd.& Sacram.Euch.lect.1. Durand. lib.4.c.1.Bart. ab Ang. Dial.5. §.25. & bene contemplato inueniemus, quòd tota Vita Chriſti eſt repræſentatio vnius Miſſæ, vt notat Bart. ab Ang.vbi ſupra. §.24.

3 Miſſa non poteſt celebrari, niſi ab illo, qui rite Sacerdos fuerit ordinatus. c.1.§. & hoc vtriq; vbi gl.ver.Claues,& Gofred. Ant.de Butr.Inn.Ioann.And.Hoſt.Abb.& omnes.de ſumma Trin.& cap.2.§.ſi autem de conſecrat. diſt.1. & ille, qui antequam ſit presbyter ordinatus Miſſam celebrauerit,ſit inhabilis ad poſtea ordinãdum preſbyterum,& eſt deponendus,& relegandus in quinquenium ad triremes.c.1.vbi Doct. de Cler.non ordinat.& obſeruat praxis in noſtra Hiſpania pœna enim triremium,nõ tantum laicis,ſed etiã Clericis imponitur, debet tamen Clericus prius ſaltim verbaliter degradari,ex Franc.Pegn.ad direct.inquiſit. libr.3.Schol. 65. fol.185. Iul.Clar. quæſt.70. num.5.

4 Miſſa vna tantum eſt dicenda in die, à quocumq; Sacerdote, niſi die Natiuitatis Domini, ſeù propter aliquam magnã neceſsitatem. c.conſuluiſti.de celebrat.Miſſ. & c.te referente. eodem tit. & c.ſufficit de conſecrat.diſt.1. & gl.verb. Salua.in c.ſignificatum. de præb. & dign. & dixi late verb Clericus.§ 12.

5 Miſſa poteſt celebrari omnibus diebus totius anni. c.viſum de conſecrat.diſt.1.& c.iterum.

Digitized by Google

c.iterum de cõſecrat.diſt.2.Nau.in Manu. c.25.n.88. Bart.ab Ang.Dial.5.§.230.feria ſexta tamen hebdomadæ Sanctæ,non celebratur Miſſa,nec publicè, nec ſecretè, ſed solũ ſuſcipitur Hoſtia,quæ ex præcedente die remanſit conſecrata, ſecundum ordinem Romani Miſſalis. c.Sabbato.de cõſecrat.diſt.3. & gl.verb. excipitur.in d.c.viſum de conſecrat. diſt.1. Nau. & Bart. ab Ang vbi ſupra.Soto.in 4.ſent. diſt.13.art. 2. in feria autem quinta eiusdem hebdomadæ conſuetudo eſt,vt vna tantum Miſſa celebretur. ſed dico, quod bene poterit quicumq; Sacerdos Miſſam celebrare,quoniam id nullo iure prohibetur, & id videtur ſentire Sot.vbi ſupra,& Nau. d.nu.88. Bart.ab Ang.d.Dial.5. §.133. Sabbato etiã hebdomadæ Sanctæ per antiquiſsimã conſuetudinem poteſt dici Miſſa hora conſueta, quamuis ex collecta Miſſæ illius dici, quæ incipit Deus, qui hanc Sacratiſsimam noctem,colligatur, quòd ſit Miſſa dici Reſurrectioni,attamen iam conſuetũ eſt dici hora competente,& ita obſeruat praxis.vt ſentit Sot.in 4 ſent.diſt.13. quæſt.2. art.2. licet Nau. vbi ſupra. & Bart. ab Angel. d. Dial.5. §.235. aliud ſentiant.

6 Sacerdos poterit obligari per institutionem beneficij ad Miſſam quotidie celebrandam,poteſt enim eſſe beneficiũ,cui ſit impoſita hæc obligatio de Miſſa quotidiana,quæ tamẽ obligatio debet interpretari,vt Sacerdos ille teneatur quotidie celebrare,niſi aliqua infirmitate, ſeù neceſsitate ſit detentus , ſeù aliquo peccato mortali,quis enim erit tam felix quòd ſit diſpoſitus, vt quotidie celebrare poſsit , qua propter non poteſt hæc obligatio perſiſtere, niſi quòd teneatur Miſſam celebrare, quam frequentius potuerit ſalua ſua honeſtate,& debita deuotione,ita vt non poſsit celebrare in alia Eccleſia extra illam , in qua eſt inſtitutus, cum illa obligatione de Miſſa quotidiana. c. ſignificatum. vbi glo. verb.Salua.& Doct.de præb.& dignit.ſumma Angel.verb.Miſſa.§.45.

7 Miſſa de feſto debet dici quãdo dies feſti celebratur, & non debet dimitti Miſſa diei illius Sancti, cuius feſtum celebratur, propter aliquam Miſſam ſpecialem. c.quidam.vbi Doct.de celebrat. Miſſ. & dicitur Gloria in excelſis Deo, in omnibus feſtis, vbi in Matutinis horis dicitur , Te Deum Laudamus,diebus autem feriatis, non dicitur, Gloria in excelſis Deo, neq; quãdo in horis Matutinis non dicitur , Te Deum Laudamus. c.conſilium. vbi notãt omnes. de celebrat. Miſſ.

8 Miſſam celebraturus , non poteſt ſtare ad altare cum baculo, nec capite cooperto,& qui habet aliquem defectum corporis, quòd nõ poſsit ſtare ad altare ſine baculo,aut capite cooperto, eſt inhabilis ad celebrandũ, imo debet Sacerdos celebrare magna cum reuerentia,& deuotione,capite diſcooperto, oculis dimiſsis, magna cũ modeſtia , & grauitate , vt interius, exteriusq; deuotionem oſtendat. c.nullus. vbi Doct.de conſecrat.diſt.1. & cum indumẽtis debitis, videlicet Calceamẽtis , Amito, Alba,Singulo, Manipulo,Stola,Caſula,ſiue Planeta, quæ omnia debẽt eſſe benedicta, exceptis Calceamentis,& etiam Singulum poteſt eſſe non benedictum quamuis ſecurius,& rationabilius ſit, vt benedicatur.ex Hug. lib.2. de Sacrament.p.8. c.45. Sanct. Ant.3.p.tit.13. c.6.§.5. Sylueſt. verb.benedictio.§.5.Nau.in Manu.c.25. n.85. Tabian.verb.Miſſa.nu.10. Ang.ibidem.§.35. Armil.§.6. Soto.in 4.ſent. diſt.13.quæſt.2. art.4. & diſt.24.quæſt.2. art.4. & Petr. de Palud.relatus. per Sanct.Ant.3.p. titul.13. cap.6. §.5. & tit.14. c.16. §.10.Ricard. in 4.ſent. diſt.13. art.3. quæſt.4. Innocent.in libro.de officio Miſſæ.1.part.c.10. Scot.in 4.ſent. diſt.13.quæſt.2. Bart. ab Ang.Dial. 5.§.264. Ioan.de Lap.c.5.

9 Veſtimenta ſupra dicta,vaſa, & corporalia, in quibus celebrandũ eſt debent eſſe munda,& mundè obſeruari,& decenter,& qui huiuſmodi veſtes immuudas tenent, & eis vtuntur in ſacrificio Miſſæ puniuntur pro arbitrio iudicis,conſiderata indecentia, & immunditia illarum. c. 2. vbi Doct. de cuſt.Euch. & c. quod principaliter.14. quæſt.1. Sylueſt.verb. Miſſa.1.§.2.& verb. vaſa. §.1. Ang.& Tab. ibidem. in prin. & Ioã.de Lap.c.5.Bart.ab Ang.Dial.5.§.267.

10 Veſtimenta ſemel benedicta , non ſunt iterum benedicenda, quãuis aliquis ſchiſmaticus cum illis celebraret. c.à nobis, & ibi Doct.de Sacrament. non iterand. licet Syluest.verb.veſtis.& Bart.ab Ang. d.Dialog.5. §.275. verſ.gl. aliud ſentiant,& Sacerdos qui ſine veſtibus benedictis celebraret , peccaret mortaliter , & punietur pro arbitrio iudicantis , attamen non fiet irregularis, ſiuè hoc faciat ſcienter, ſiuè ignoranter,quia hoc non inuenitur in iure poſitum,vt tenet Ricard.in 4.ſent.diſt.13. quæſt.3.

Digitized by Google

quæſt.3 art.4. & Ioann.de Lap.cap.5. §.4. Nau.in Manu.cap.25.n.83. & nu.84.Bart. ab Ang.Dial.5. §.270.

11 Miſſa, & alia diuina officia audiuntur à Clerico fornicario, & peccatore, dum tolleratur ab Eccleſia,& nõ habet operis euidentiam. c.veſtra, & c. illud. vbi Doct. de cohab.cler.& mul. quamuis ille Sacerdos, qui in peccato mortali ſe ingerit in diuinis,aut celebrat,peccet mortaliter,& apud Deum grauiſsime delinquat, quia in ſolẽnijs Miſſarum effunduntur preces ad Deũ, & requiritur, quòd ille,per quem mittuntur, vt ita dicamus, ſit mundo corde, & etiam eò quòd eſt ſumpturus Corpus, & Sanguinem Chriſti,debet ſe ipſum probare, priuſquam illum ſumat, qui enim mãducat,& bibit indigne,iudicium ſibi manducat,& bibit, nõ diiudicans Corpus Domini,vt inquit D.Paul.ad Corint.1.c.11.

12 Miſſam celebrans tenetur miſcere aquã cum vino, in parua tamen quantitate, ne aqua vinum corrumpat,quod tranſubſtãtiatur in Sanguinem, quoniam ex latere Chriſti exiuit Sãguis,& Aqua. c.cum Marthæ. §.quæſiuiſti. vbi Doct. & c. in quadã. §. per hoc autem. vbi Ant.de Butr. Hoſt. Abb.& alij.de celebrat.Miſſ.dico infra verbo.de Sacramento Euchariſtiæ.§.2.

13 Miſſam celebrans debet purificare poſt ſumptam Euchariſtiam, niſi aliam Miſſam ſit celebraturus,quia tunc non poteſt ſumere aliquid vini,aut aquæ, antequam poſteriorẽ celebret Miſſam, taliter enim debet eſſe ieiunus,qui Euchariſtiæ Sacramẽtũ eſt ſumpturus, vt ex media nocte nihil ſumpſiſſet,quantumcumq; minimum,quãuis ſit ſpecies, aut lectuarium, ſiue medicina,quoniã canon omne cibum,potumq; licet minimum vetat ante Euchariſtiæ ſumptionem. c.ex parte.vbi glo.verb.niſi. & Abb.num.6. de celeb.Miſſ.& c. nihil.7. quæſt.1.& c.à parentibus.75.diſt.& cap.vt ieiuni. de conſecrat.diſt.5.

14 Miſſa poteſt celebrari in omni loco ab Epiſcopo cõſecrato, ſeù benedicto,ad celebrandũ ordinato, & deputato. c.1. & c. Miſſarum,& c.placuit,& c.Clericus,de cõſecrat. diſt.1. extra illum vero locũ ad celebrandum ordinatum nemo celebrare poteſt,d. c.Miſſarum Nau.in Manu. c.25.nu. 81.Bart.ab Ang.Dialog.5. §.617. & Trid. ſeſſ.22. de obſeruand. & euitand. in celebrat.Miſſ.& Miſſam celebrans extra Eccleſiam, aut Oratorium ad id deputatum, & ordinatum,eſt puniendus pro arbitrio iudicantis,& quamuis ex c.Clericos.de conſecration.diſt.1.videatur colligi,quòd Clericus, qui in Oratorio, aut alio loco, ſine licentia Epiſcopi celebrauerit,ſuſpẽdatur, & lex Caſtellæ. l.4. titul.10. p.1. imponat pœnam ſuſpenſionis, & perpetui carceris, non debet ita puniri, quia hæc pœna non inuenitur expreſſa iure canonico in eo, qui altari viatico conſecrato, extra Eccleſiam celebrauerit vnde pœna eſt arbitraria & mitior quam depoſitionis. vt tenet Ign. de Salzed.cap.39.nu.2.

15 Miſſa celebrari non poteſt, niſi ſuper altari conſecrato,ſiuè ſit ſtabile,ſiuè portatile.c.nullus.de conſecrat.diſt.1.& Sanct. Ant.3.p. tit.13. cap.6.§.4. ſumma confeſſ. libr.3.tit.24. quæſt.131. Ricard. in 4.ſent. diſt. 13.art.3. quæſt.1.& art.4. quæſt.2.& Sylueſter.verb.Miſſa.1.§.5. Tabian.ibidẽ. §.8. Angel §.39. Piſan.§.5 Bart.ab Angel. Dial.5.§.369.& celebrans ſuper altari non conſecrato ſcienter grauiter peccat, & eſt deponendus ab ordinibus.d.c.nullus.cum alijs. de cõſecrat.diſt.1. Sot.in 4.ſent.diſt. 13.quæſt.2. art.3. Nau.in Manu. cap.25.n. 83. Ign.de Salzed. c.37.n.2.

16 Miſſa poterat celebrari extrà Eccleſiam cum altari portatili de licentia Epiſcopi ex antiquo iure, vt habetur in c.concedimus.de conſecrat.diſt.1.& erat communis, vt referunt ſupra relati.hodie tamen per Trid. ſeſſ.22. de obſeruand.& euitand. in celebrat. Miſſ. non poteſt Epiſcopus talẽ concedere licentiam, nec Summus Pontifex eam licentiam concedit Epiſcopis in vrbe commorantibus,nec alijs, quàm cardinalibus. vt refert Nau.in Manu. cap.25. n.81. Salzed.c.39.n.9.Bart ab Angel.Dial. 5.§.618. Licet cum aliqua magna neceſsitate etiam hodie poterit celebrari extrà Eccleſiam,cum altari portatili, in loco tamen honeſto,& decenti,puta ſi vrgeret neceſsitas ad infirmum cõmunicandum, qui inhabitat in agro ita ab Eccleſia remoto. vt ex illa Sacramentũ Euchariſtiæ portari licitè non poſsit, & in ſimilibus, tunc poterit Sacerdos celebrare extrra Eccleſiam, cum altari portatili, & omnibus alijs neceſſarijs ornamentis,vt Euchariſtiæ Sacramentum ori infirmi infundatur. vt tenet Nau.in Manu.cap.25.n.82. Bart.ab Angel. Dialog.5. §.619. & ita dicendum in primis Miſsis Sacerdotũ, ad quas conuenit tanta multitudo gentium,vt illã Eccleſia capere

non

Digitized by Google

non poſsit, vt tenet Nau.in Manu.cap.25. n.82. Bart. ab Ang. Dialog.5. §.619. verſ. & ita dicendum.

17 Miſſa nõ poteſt dici in Eccleſia polluta, aut interdicta, & ille, qui celebrat ſcienter in Eccleſia polluta, vel coram aliquo excommunicato, peccat mortaliter, & debet ſuſpendi ab officio, & beneficio, non fit tamen irregularis. c.tuarum, & ibi gl.ver. ad reconciliationem. & Abb. nu.5. de priuileg. & c.is qui. vbi Doct de ſent.excõmunicat.lib.6. celebrãs autem in loco interdicto ſcienter, aut faciens celebrare remanet prohibitus ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenſus ab officio, & beneficio, & fit irregularis, c.tuarum. vbi gl.verb. pœna ſuſpenſionis. & Doct.de priuileg. & c.Epiſcoporum. eodem tit.lib.6. & c.is cui, & c.is qui. §.is vero. vbi Ioan.Monach.Dominic.Ioã. And.& alij de ſent.excommunicat. libr.6. & c. paſtoralis. §. quæſiuiſtis. vbi Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Abb. & omnes de Cler. excommunicat. celeb. dixi verb. interdictum. §.7.

18 Miſſa regulariter celebrari non poteſt nocte, ſed die, tũ quia Chriſtus Dominus in hoc ſacrificio eſt præſens, qui dixit me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quãdo nemo poteſt operari, Ioan.cap.9. & quamuis verba hæc in alio ſenſu ſumantur, ad hoc tamen accõmodari poſſunt, tum etiam quia hoc ſacrificium Miſſæ deſignatur ad tempus gratiæ, & figuratur per diem, iuxta illud Paul ad Rom.13. nox præceſsit, dies autẽ appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. ex D. Thom.3.part. quæſt 83. art.2. ad 4.Sanct. Ant.3.part. titul.13. cap.6. §.4. & ſumma Ang. verb. Miſſa. §.42. & ſumma confeſſ. lib.3. tit.24. quæſt.129. Sot. in 4.ſent.diſt. 13. quæſt.2. art.2. Sylueſt.verb. Miſſa.1.§. 6. Tabian.ibidem. §.5. Ioann.de Lap.c.4. art.1. dubio.1. Bart.ab Ang.Dial.5.§.646. & dies in hoc ſenſu intelligitur ſole ad horizontem appropinquante, non eſt enim neceſſe, vt ortus ſit ſuper omne hemisferium noſtrum itaq; nõ eſt expectandus ſolaris corporis aſpectus, ſed ſufficit aurora, quando ſolis ſplendor apparere incipit, tũc enim poterit quicumq; Sacerdos Miſſam celebrare, vt docet D. Thom. 3.parte quæſt.83.art.2. Sot.in 4.ſent.diſt.13.quæſ. 2.art.2. Sanct.Ant. 3.part.titul.13.cap.6.§. 4. ſumma confeſſ.lib.3.titu.24.quæſt.129. Sylueſt.ver.Miſſa.1.§.6. & alij ſupra relati. de ſolemnitate tamen in Natali Domini celebratur vna Miſſa nocte, propter magnum feſtum, & lætitiam, quæ habetur nocte illa, qua Chriſtus natus fuit. c.nocte. de conſecrat. diſt.1. D.Thom. 3.p. quæſt.83. art.2. ad 4. Sanct.Ant. vbi ſupra Soto in 4. ſent.quæſt.2.art.2.ad 4.Bart.ab Ang.d.Dialog.5.§.648. alias vero duas Miſſas Natalis Domini non poteſt Sacerdos celebrare ante lucem. vt tenet ſumma Angel.verb. Miſſa. §.46. Sylueſt. vbi ſupra. §.6. & 7.& Nau. in Manu.c.25. n.87. Bart. ab Ang. d. Dial.5.§.149. poterit tamen Miſſa celebrari nocte ab illo, qui ad hoc habet priuilegium, aut ſi veniat neceſsitas, vt aliquis infirmetur ad mortẽ, & non poſsit haberi Sacramentum Euchariſtiæ, ad illud cõmunicandum niſi conficeretur ante auroram, vt tenet Nau.in Manu. cap.25. n.85. & ſupra relati, & aliter non exiſtimo, quòd ſecurè poſsit Sacerdos celebrare ante lucẽ, quanuis Nau.& Bart. ab Angel. & alij ſupra relati dicant, quòd propter aliquos caſus ſit conſuetudo in aliquibus regionibus, vt ante lucem Miſſæ celebrentur, quæ conſuetudo videtur contra decretum Trid.ſeſſ. 22. de obſeruand. & euitand. in celeb. vbi prohibetur Sacerdotibus, ne alijs, quam horis debitis celebrent.

19 Miſſa itaq; celebrari debet ab initio auroræ vſq; ad meridiem, vt tenet D.Thom. & Sanct.Ant.vbi ſupra Armil.verb Miſſa. §.2. Sot.in 4.ſent. diſt.13. quæſt.2. artic.2. Bart.ab Ang. d. Dialog.5. §. 654. propter aliquam neceſsitatem non condemnarem ad mortale peccatum, nec in alia pœna illum, qui poſt meridiem parum plus, vel minus celebraret, etiam ſine licentia, puta ſi eſſet infirmus ad mortem propinquus, & tunc Sacerdos celebraret propter Euchariſtiæ Sacramentum infirmo communicandum, aut quãdo iter facit, & poſt meridiem peruenit ad locum, vbi poteſt celebrare, & eſt dies feſtꝰ, quo tenetur Miſſam audire, aut dicere, quia tunc ſi eſt ieiunus poteſt Miſſam celebrare, licet aliquantulum ſit poſt meridiẽ, aut ſi celebret, vbi non eſt horarium, & putet eſſe vſq; ad meridiem parum plus, vel minus. ex D.Tho. 3.part. quæſt.83. art.2. Sanct.Ant. 3.part. titul.13. cap.6. §.4. in vlt. Soto. in 4. ſent. diſt.13 quæſt.2 art.2. Armil.& Bart ab Angel.vbi ſupra Nau.in Manu.cap.25. nu.85. Salzed.cap.46.nu.3.

Miſſam

Digitized by Google

20 Miſſam celebrans extrà horas debitas eſt puniendus pœna arbitraria, aut illa, quã Prælati in ſuis conſtitutionibus Synodalibus ſtatuerint, cum nec ius canonicũ, nec Concilium Trid. aliquam certam pœnam imponat, & quando certa pœna à iure nõ exprimitur, punitur tunc delinquens per arbitrium iudicantis, conſiderata qualitate delicti, cauſa, & modo delinquendi. cap. de de cauſis. §. illis. vbi notant Doct. de offic. iud. deleg & l. 1. ad fin. ff. de iure deliberãd.

Verbo Moneta.

1 MOneta debet tria habere, videlicet ponderis quantitatem, & publicam formam, atq; eſſe ex probata materia, aliter enim dicitur falſa moneta l. 1. vbi Doctor. ff. de contrah. empt gl. verb. patris. in c. quanto. vbi Abb. n. 11. de iure iur. & l. 1. C. de veter. numismat. poteſt. lib. 11. Bart. in l. qui falſam. à num. 2. ff ad leg. Corn. de falſ. Ign. in l. neceſſarios. §. non aliàs 2. p. num. 109. ff. ad Syl'an. Lucan. in tract. de fiſco. 2. part. princip. nu. 2. Afflict in conſtitut. neapol. libr. 3. Reg. 40. Boſsius. in pract. titul. de falſa monet. nu. 6. Boer. deciſ 254. nu. 12. Gramat. 74. Guid. Pap. deciſs. 341. Cou. ru in collat. numismat. c. 8. Menoch. de arb. caſu. 316. Petr. Greg. libr. 36. Syntagm. c. 2. Lud. Pegue. deciſs. criminal. cap. 46. Ioan. Gra. regul. 55. num. 21. Fallerius. in pract. in Fragment. nu. 293. Caſſan. in conſuet. Burg regul. 1. nu. 48. & regula. 2. §. 1. nu. 21. Iacob. de Bellouiſ. in pract. iudiciar. cap. 1. & de iniur. à n 101. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict c. 11. in prin. & quamuis alijs modis poſsit quis falſum circa monetam committere, vt refert Iul. Clar. lib. 5. § falſum. nu 46 omnia tamen ad illa tria ſupra relata reducũtur.

2 Monetam cudere poteſt Summus Pontifex, Imperator, Rex, & Princeps non recognoſcens ſuperiorẽ, aut ille, cui ſpeciali priuilegio eſt conceſſum, ſeù præſcriptione, cuius memoria in contrariũ non exiſtit. c. 1. quæ ſint regual de feud. gl. verb. cudendæ. in l. 2. C. de falſ. monet. Acurt. in Rubric. C de veter. numismat. lib. 11. ign. in d. l neceſſarios. §. non alias. 2. part. nu. 94. ff. ad Syllan. Mar. Lud. in tract. de moneta. n. 1. Hug. in tract. de offic. præt. C de muner. excuſat. n. 6. Abb in c. quanto. n. 6. de iur. iur. Curt. in tract. de moneta. n. 1. Ioã. Vell. in tract. de pœn. delict. c. 11. in prin.

3 Monetam falſam fabricans punitur pœna ignis, & bona illius fiſco applicantur. l. 2. vbi Doct. C de falſ monet. & domus, ſeù fundus, in quo falſa moneta fabricata fuit, etiam ſi aliena ſit fiſco applicatur, licet dominus ignoret, ſi eſt in loco propinquo, l. 1. vbi Doct. C. de falſ monet. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 11. §. puniuntur. & eſt ord. lib. 5. titul. 12. in prin. & §. 1. & verum hæc pœna intelligatur in fabricãte falſam monetam, omnium illorum qui monetam cudere poſſunt, dixi ſupra verb. falſarius, & ibi de radente, ſeù mutilante, & falſam monetam diſpendente. à §. 17.

4 Monetam vſualem, & probatam. tenetur recipere vnusquiſq; contrahens, & ſi pro ſolutione cuiuscumq; contractus, ſeù debiti illam accipere recuſaret, erit puniendus pœna arbitraria, vbi per aliquod ſtatutum, ſeù conſtitutionem municipalem certa pœna non ſit conſtituta. l. 1. vbi Doctor. C. de veter. numiſmat. poteſt. lib. 11. Afflict. in conſt. neapol. libr. 3. Rubric. 40. n 3. Ioan. Vella. in d. tract. d. c. 11. §. fin. & in noſtra Luſitania eſt arbitrata pœna carceris, & verberationis in vilibus perſonis, & abiectis. in nobilibus vero, eſt pœna carceris, & relegationis ad aliqua loca Affricæ. ord. libr. 4. tit. 22. niſi ſolutio offeratur in minuta pecunia, quia tunc obſeruabitur illud, quod ſtatutum eſt in ord. lib. 4. titul, 21. à prin.

Verbo Mora.

1 MOra incurritur, quando quis nõ facit illud, quod facere tenetur, eo tempore, quo pollicetur, vel dies interpellat. l. magnam, vbi Doct. C. de contrah. & cõmitt. ſtipulat. & colligitur ex text. in c. fin. vbi Abb. n. 5. de locat. & l. mora. vbi gloſ. verb. difficilis, ff. de vſur. & alia eſt mora communis, & alia ſpecialis, quamuis vtraq; fiat multis modis, cuius effectus in mora communi eſt, vt veniat intereſſe in contractibus bonæ fidei, à tempore moræ. l. mora. §. in bonæ fidei. vbi Bart. & l. videamus. ff. de vſur. & l. vbi exigitur. & ibi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de edend. & l. cum res. ff delegat. 1. & ita in legatis, & fideicommiſsis. l. qui ſolidum. §. etiam. & l. ſi quis ſeruo. ff. delegat. 2.

2 Mora etiam facit, vt intereſſe æſtimetur officio iudicis à tempore moræ, vſq; ad ſatisfactionem, l. in hac actione. vbi Doct. ff.

de cond.

Digitized by Google

de cond.trit.& l.datio. §.ſi per venditionẽ. vbi Bart.n.1.ff.de act.empt.& l.ſi calendis. ff.de reiud.& l.in re furtiua ff.de cond.furtiu. & l.quotiens in diem. ff.de verb.oblig. quoniam moroſus debitor ſemper tenetur de periculo,& de interitu rei. l.cũ res. §.fin. vbi Bart.& l.apud Iulianum,aliàs. l. cum ſeruus. §.fructus.vbi Doct.ff. de leg.1. & gloſſ.verb.reſtitui.in c.1. de reſt.ſpol.& auth.de depoſit.denunciat.§.1.coll.6.

3 Moroſus hæres in ſoluendo legitimam filio relictam, punitur in tertiam partem eius,quod filio debetur,ſi vſq; ad ſententiã perſeuerauerit. l. ſi quis ſuo. vbi Bart. & alij. C.de inoffic.teſt.

4 Moroſus tamen non dicitur ille,qui habet iuſtam cauſam litigandi, & aliqua exceptione ſe tueri poteſt, nec tunc tenetur de interitu rei, aut de caſu fortuito,ſi non eſt in culpa interitus illius.l.vtiq;.§.culpa. vbi Doct. ff. de rei vind. & l. ſi pactus. vbi notant omnes. ff.de pact.& l lecta eſt §.ſed cum. ff.de reb. cred.& l. nulla intelligitur. vbi Dec.ff.de regul.iur. & c.non eſt in mora de regul iur.lib 6.

5 Mora etiam non committitur in non liquidis, vnde ſi debitor interpellaretur à creditore, & diceret faciamus liquidationem, & quod conſtiterit me tibi debere, paratus ſum ſoluere, & ita reuera ſit paratus,ſine aliquo dolo,ſeù malicia tũc enim non conſtitueretur debitor ille in mora, facit tex.in l quod te. vbi Iaſ n.8 ff de reb. cred.Bald.in l.acceptam. C.de vſur.& in l. 1. C.ne liceat tert.prouocar. & in c.1.§.1. de leg.Corrad.in vſib. feud. Bart. Imol. & alij. in l.prætor ait. §.ſi quis paratus. ff. de noui op. nunciat. idem Imol.in l.ſi mora. ff.ſolut.matr.nota tamen quòd non ſufficit ſimpliciter dicere ſum paratus ſoluere,ſed eſt neceſſe venire cum denarijs in manu, vt inquit Bart.in d.§.ſi quis paratus.

6 Mora ſua vnicuiq; eſt nociua. c. mora. vbi gloſſ. & Doct.de regul.iur. libr.6. & l. mora. ff.de vſur. & l.in condemnatione.§. vnicuiq;. vbi Dec.ff.de regul iur. admittitur tamen moræ purgatio intra modicum tempus, ſi ius alterius non eſt factum deterius c potuit. vbi Abb. n. 6. de locat. & l.& ſi poſt tres vbi Doct.ff ſi quis caut.& l. interdum § fin & l.ſi ſeruum § ſequitur.ff. de verb obligat. & l. 2. §. confeſtim ff. ad ſenat.conſ.Tertul & l.ſancimus. vbi Bald. C de fil.iuſſ. & l 1. ff de pericul.& commod. rei vend. & gloſſ. fin. in cap. vltim. de elect.& glo.verb. celeri. in d.c.potuit. de locat.

7 Mora tamen purgari nõ poteſt,vbi dies præfigitur à canone, vel à lege pœnã ipſo iure imponente,quoniam pœna ſemèl cõmiſſa non purgatur, niſi aliqua lege, ſiuè canone caueatur,quòd illo caſu mora purgari poſsit, ſi tamen pœna ipſo iure non committitur bène poterit mora purgari, etiam in pœnali diſpoſitione. l. magnam. vbi Doct. C.de contrahend.& commit.ſtipulat. & l. traiecticiæ. ff.de act.& obligat. gl.verb. mora ſua.in c.mora. de regul.iur. lib.6. Abb.in c.potuit.n.6.de locat.

8 Mora ſpecialis dicitur multis modis, vt refert gl.verb. difficilis. ad fin. in l. mora. ff.de vſur.poteſt tamen mora ſpecialis cõtracta in perſonam patris, continuari in perſonam filij.ex tex.in l.æmilius.ff.de minor. & in l. ea, quæ à patre. c.de in integ. reſt. Anch.in c.conquæſtus.de vſur.

9 Moroſus poteſt quis dici ante denunciationem, quando dies eſt appoſitus obligationi, & die adueniente non ſatisfacit illi rei,cui eſt obligatus,quando enim dies interpellat pro homine, non requiritur denunciatio, ſeù monitio. c. fin. vbi gl.verb. ſtatuta,& Abb. n.5. de locat. & conduct.l. magnam. vbi Bart.Bald.Salicet. & omnes. C de contrahend. & committ. ſtipul.& l. pecuniæ. §.vſurarum. vbi Doct.ff.de vſur. & l.ſi fundus. §.fin. ff.de leg.commiſſ.& l.2. §.fin C.de iure emphyteut.& l.Thais.§.intra. ff de fid commiſſ.lib. & l. creditor. C. de pign.ſi autẽ dies non eſt appoſitus obligationi, nec aliqua conditio, tunc requiritur denunciatio, ſeù admonitio, & ante illam non dicitur quis moroſus. l.in fideicommiſsi. ff de vſur. & l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.obligat.Hoſt.Ioan.Andr.Abb.& alij in c. licet heli. de ſim. Bald. in l. non ignoret. & C.de fruct.& lit.expenſ.& Angel.in l.ſi manumiſſori. C.de obſequ patr. præſt.& notatur in l.debitores. præſentes. C.de pign.& hypoth. ſumma Angel.verb. mora. §.1.

Verbo Mulier.

1 MVlier propter fragilitatem ſexus eſt deterioris conditionis. l. & primo. §. verba itaq;. ff ad Vellean. & l.ſi mulier. 22. vbi Doct. C eodem.& c.ex parte.13.de priuileg. & Dec. in l. fœminæ. num.43. ff. de regul. iur. vnde regulariter in iudicio conten-

Digitized by Google

contentioſo aſsiſtere nõ poſſunt mulieres, nec debent ſe immiſcere in hominum cõſortio. l.1. §.ſexui. ff.de poſt.& d.l.fœminæ. ff.de regul.iur.vbi notant Doct.

2 Mulier non poteſt ordinari, quia eſt incapax ordinis Clericalis, nec poteſt tonſurari, etiam de raſura capillorum, præcipuè remanens in ſeculo. cap.vxoratus,vbi Abb.num.4.de conuerſ.coniug. & c.quæcumq;.30.diſt. & gl.verb. & cornutis. vbi Doct.in clem.attendẽtes.de ſtatu monach. & Abb.in c.noua. nu.1.de pœn. & remiſſ. Neq; poteſt exercere ſpiritualia,neq; tangere ſacra vaſa, vel ſacras pallas, ſeù corporalia, aut deferre incenſum circa altare. c.ſacratas. 23.diſt. ſumma Angel.verb. fœminæ. in prin. & c.in ſancta. & c.veſtimenta de conſecrat.diſt.1. Dec.in l.fœminæ. n.4. ff.de regul.iur. gl.verb.prædicare in c.noua. de pœn.& remiſſ. Bart.ab Ang. Dialog.4. §.293. Neq; poteſt accedere ad altare, vt presbytero miniſtret,nec ſedere intra cancellos Eccleſiæ dum diuina celebrantur. cap.1.§.prohibendum.de cohab. cler.& mul. & d.c.ſacratas, & d.c.in ſancta Anch.in c.hoc quoq;. de conſecrat.diſt.1. Dec.in d. l.fœminæ. nu.40.ff.de regul.iur. Nec poteſt prædicare, neq; publice docere quamuis ſit docta,& ſancta,quoniã hoc eſt officium ſacerdotale. c.mulier.23. diſt. & c. adijcimus.16.quæſt.1. & c.mulierem. 33.quæſt.5. & c.noua. vbi glo.verb. prædicare.de pœn.& remiſſ. Neq; poteſt audire confeſsiones, nec alijs benedicere,nec legere Epiſtolam,aut Euangelium ad altare, nec actum alicuius ordinis exercere. d. c. noua.& d. gl.verb.prædicare. & Abb. n.1. de pœn. & remiſſ. & c.dilecta.de maior. & obed.

3 Mulier poteſt tamen habere ius patronatus, & appræſentare Clericos idoneos in Eccleſijs vbi habet ius patronatus. c. fin.vbi Doct.de conceſſ.præb.& c.ex litteris.de iure patr.& Cald.in clem.fin.quæſt. 7. eodem tit. & in conſil. 4. in tit. de iure patr. Abb.in c.1. n.3.de iure patr. & in d. c.fin. nu.2. & in conſil.54.n.4. part.1.Dec. in l.fœminæ. n.42.ff.de regul.iur.Roch.de Curt.in tract.de iure patr.verſ.cõpetens.

4 Mulier non poteſt fungi aliquo officio Reipublicæ,ſiuè aliquo magiſtractu illius, nec iudicare,nec arbitrium in ſe ſuſcipere, quoniam fœminæ à publicis officijs ſunt remotæ. c.dilecti filij. vbi Doct.de arbitr. & c.mulierem. 33.quæſt.5. & c.infamis.§. tria.3.quæſt.7. & l.cum prætor. §.fin. ff.de iud.& l.fœminæ. vbi Doct. ff. de regul.iur. & l.fin. Bart.Bald.& alij. C.de recept.arb. quamuis extrà iudicium bene poſsit eſſe arbitrix,& facere amicabilem compoſitionem, vt tenet Abb.in d. c.dilecti filij.n.3. & Doct.in d. l.fin. C.de arb.ſi tamen princeps ſcienter cauſam mulieri delegauerit, tunc poterit in cauſa illa iudicare,& ferre ſententiam. c.mennam. 2.quæſt.5. & c.cũ deuotiſsimam. 12.quæſt.2. & c.ſi quis.23. quæſt.4. & gl.verb.ſint remotæ.in d.c.dilecti filij.de arb. & gl.verb. mulieres. in §. primo.15.quæſt.3. & gl.verb. ad honores. in l.1. C.de mulierib. in quo loco.libr.10. Bart. & Dec.nu.5.in d.l.fœminæ. ff.de regul. iur.

5 Mulier tamen de conſuetudine præſcripta poterit habere iuriſdictionem,& illam per ſe exercere, iudicare,& ferre ſententiam,cum enim mulieribus non ſit prohibitum iudicare, & habere iuriſdictionem propter incapacitatem, ſed propter honeſtatem, bene poteſt conſuetudo illi iuriſdictionem concedere. c.dilecti filij.vbi gl. verb.ſint remotæ.& Abb. num.3.de arb.gl. verb.prædicare.in cap.noua.de pœn.& remiſſ.& gl.verb. mulieres.in §.1. 15.quæſt. 3.& gl.fin. in cap. cum deuotiſsimam. 12. quæſt.2. Bald. in l.fin.in prin. C. de arb. & in l.de quibus. ff.delegib. Dec. in l.fœminæ. n.4.ff.de regul.iur.& facit text. in l.cũ prætor. §.fin.ibi non quia non habent iudicium, ſed quia receptum eſt,vt ciuilibus officijs non fungantur. ff.de iud.vnde iudex creari non poteſt, vt dixi verb.iudex. §. 3. attamen poteſt habere aliquam iuriſdictionem,& illam per ſe exercere.

6 Mulier poteſt eſſe tutrix, & gerere tutelam filiorum, ſeù nepotum, ſi velleiano renunciauerit, & omni legum auxilio, & ad ſecundas nuptias non tranſeat, de alijs vero extraneis nõ poteſt eſſe tutrix. auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. ex his. vbi Doct.coll 9. & l.2.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes. C.quand.mul.tutel.offic fung. non poteſt. & c.ex parte.vbi gl.verb.ſub poteſtate.de appellat. & gl.verb.ſint remotæ.in c.dilecti de arb.& l.fin. ff.de Tutel.Bart.in l.ſi quis ſubconditione. nu.5. ff.de teſtam. Tutel.Dec. in l. fœminæ. n.18.ff.de regul. iur. mulier tamen tranſiens ad ſecundas nuptias. etiam de facto, deſinit eſſe tutrix filiorum, c.ex parte.vbi gl.verb ſubpoteſtate,& Abb.nu.5. de appellat.auth.vt ſine

prohi-

Digitized by Google

prohib. matres. §. quia vero. coll. 7. Bald. in c. ex parte. M. col. 7. de appellat. Iaſ. in l. vbi pactum n. 24. C. de tranſact.

7 Mulier non poteſt. poſtulare, nec procurare iniudicio pro cauſis alienis, ne cõtra pudicitiam ſexui congruentem, alienis negocijs ſe immiſceat, & in verecundè magiſtratum inquietet, vt illa mulier ciphurnia faciebat. l. 1. §. ſexum. vbi Doct. ff. de poſtul. & l. fœminæ. vbi Bart. & Dec. n. 9. ff. de regul. iur. & l. quia abſente. & l. alienã. C. deprocurat. glo. verb. prædicare. in d. c. noua. de pœn. & remiſſ. Abb. in c. cũ dilecta. nu. 17. de confirmat. vtil. vel inutil. & l. nec fœmina. ff. de procurat. & §. his ita. 15. q. 3. poteſt tamen mulier eſſe procuratrix in cauſa ſuæ Eccleſiæ, d. c. cum dilecta. vbi gl. & Abb. n. 17. & gl. verb. ſint remotæ. in d. c. dilecti filij. de arb. Dec. in l. fœminæ. n. 15. ff. de regul. iur. & Iaſ. in d. l. alienam n. 2. verſ. ſeptimo. C. de procurat. & ita in cauſa ſua propria. d. l. quia abſente. vbi Doct. C. de procurat. & l. 1. §. ſexum. ff. de poſtuland. & Dec. in d. l. fœminæ. 9. ff. de regul. iur. ſumma Ang. verb. fœmina. ad negocia tamen bene poteſt eſſe procuratrix, quamuis ad iudicialia non poſsit. l. ait prætor. §. 1. vbi Doctor. ff. de neg. geſt. & l. ſed & quis. §. parui. ff. de inſt. act. & l. idemq́;. §. ſi cui mandauero. ff. mand. & l. mulier. ff. ad treb. Abb. in d. c. cum dilecta. nu. 17. de confirmat. vtil. vel. inutil. Iaſ. in l. alienam. nu. 2. C. de procurat. Alex. in l. quamuis. §. nihil. ff. ad treb. Bart. & Dec. nu. 14. in d. l. fœminæ. ff. de regul. iur. & etiam mulier poteſt eſſe procuratrix pro parentibus, & cauſam eorum agere, & defendere in iudicio, ſi parentes illius morbo, ſeù ætate fuerint impediti, & nõ habeant perſonam idoneam, quæ illos defenderet. l. fœminis. vbi communiter Doct. ff. de procurat. & l. 1. §. fin. ff. quod cuiusq; vniuerſ. & etiam poteſt eſſe procuratrix in iudicio volũtariæ iuriſdictionis. l. 1. §. illud quoq;. vbi Doct. C. cõmun. de manumiſſ. Iaſ. in l. alienã. nu. 2. verſ. octauo. C. de procurat. & Dec. in d. l. fœminæ. n. 15. ff. de regul. iur. & quando eſſet procedendũ de æquitate, vbi non attenduntur apices iuris. vt tenet Iaſ. in l. alienã. n. 2. C. de procurat. Dec. in d. l. fœminæ, n. 16. ff. de regu. iur. vnde infertur, quod in cauſis tangentibus periculum animæ poſsit mulier eſſe procuratrix, quoniã in tangentibus periculum animæ non diſputatur de apicibus iuris, vt tenet Arch. in c. ſcriptum. 6. q. 3. Iaſ. in d. l. alienam n. 2. C. de procurat. & Dec. poſt alios in d. l. fœminæ. n. 16. ff. de regul. iur.

8 Mulier non poteſt filiũ ſuum in iudicio defendere, cũ filius ſit in pupillari ætate, quoniam hoc eſt officium virile, & extrà ſexum muliebrem, ſed debet petere tutorẽ filio pupillo. l. alienam. vbi gl. verb. tutorẽ. & Bart. Bald. Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. de procurat. & l. ſcient. C. de legit. hæred. ſi tamen filius non potuerit bene defendi per tutorem, aut aliquo modo ſit indefenſus, tunc poterit mater admitti. vt reſoluunt communiter Doct. in d. l. alienam. & in d. l. fœminæ. ff. de procurat.

9 Mulier eſt remouẽda ab officio procurãdi in caſibus, vbi procurare nõ poteſt, ante litis conteſtationẽ, nã ſi hæc exceptio non apponatᷣ ante litẽ conteſtatã, cũ ſit dilatoria, nõ poteſt poſtea apponi, ſed omnia geſta valebũt. l. ita demũ. vbi gl. 1. & DD. C. de procurat. Iaſ. in l. alienã. n. 2. C. eod. tit.

10 Mulier non poteſt ſtare in iudicio, & aliquem accuſare, niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam. l. 1. & l. 2. & ibi Doct. ff. de accuſat. & l. vxor tua. vbi Bald. & Salicet. & l. ſenatus. & l. non ignorat. C. de his, qui accuſar. non poſſ.

11 Mulier non poteſt cõueniri ex cõtractu mariti, nec ex debito illius obligari poteſt. l. 1. & 2. vbi Doct. C. ne vxor. pro marit. & l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vx. & l. 1. C. ad leg. Iul. de vi, & l. ſancimus. C. de pœn. & quamuis mulier conſentiat obligationi viri, non ſibi præiudicat, quando dotẽ repetit, niſi in quo probatur eſſe verſum in vtilitatem illius, aut ſi ex parte mulieris detur dolꝰ. auth. ſi qua mulier. vbi Doct. C. ad ſenat. cõſult. velleian. ſpeculat. in tit. de obligat. & ſolut. §. ante omnia. verſ. ſed pone, & l. mulier. C. de diſtract. pign. auth. vt nulli iud. §. & illud. vbi Bart. coll. 9. & Ioan. de Imol. in rep. c. cum contingat. de iure iur. Afflict. deciſs. 209. nu. 4. Bald. in l. 1. C. de duob. reis. Cæſar. Vrſ. deciſs. 109. n. 1. fallit tamen in cauſa primipili, vt notant gloſſ. 1. in d. l. 2. C. ne vxor. pro mar. & dixi verb. maritus. §. 22.

12 Mulier non poteſt donare dotem ſuam conſtante matrimonio in mariti præiudicium. l. conſtante. vbi gl. 1. & Doct. C. de donat. & l. ſi prædium. vbi Bart. Bald. Salic. & oẽs. C. de iure dot. & l. vnic. vbi auth. ſed quamuis. §. & cum lex. C. de rei vxor. act.

13 Mulier vendens fundum ſimùl cum vi-

Digitized by Google

ro, metu viri compulſa poteſt poſtea reſcindere contractum, ex Bart.in l.1. §.quæ onerandæ. n.4. ff. quar.rerum act.non dat. Cin.& Bald.in l.1.C.de bon.matern.Alex. in l.interpoſitas.C.de trāſact. Fel.in c.cauſam. de offic. delegat. præcipuè in noſtra Luſitania,vbi bona tam mobilia,quam immobilia ſunt communia inter virum, & vxorem, & ſufficit, quod mulier illa metu cōpulſa,coram honeſtis perſonis proteſtetur,ſe metu mariti conſenſiſſe in illa venditione,& non ſponte, vt tenet Iaſ. in l.in aliena. §.celſus. n.44. ff.de acquirend.hæred.Gerip.conſil.29. n.38.

14 Mulier fideiubens cū viro poteſt iuuari velleiano, vt colligitur ex auth. vt nulli iudic.§.& illud. coll 9.& lege. antiquæ.C. ad ſenat.conſult.velleian.Angel.in §.eſt & aliud Inſt.de donat. Gam.deciſs.131.nu.1. Doct.in auth.ſi qua mulier. C ad velleian. poteſt tamen mulier renunciare illi beneficio velleiani.l.iubemus,& l.fin. §.pen.ff. ad velleian.& gl.1.in c.ſi deligenti.de for. comp. in noſtra Luſitania tamen nō valet talis renunciatio,per ord.Reg.lib.4.titul. 61. § 9.dixi ver. fideiuſſor.§.10. aliquibus tamen caſibus non gaudet mulier velleiano, quos recenſet.gl.verb.ceſſante.in l.fin. C.ad velleian.& ord.lib.4. tit.61.à §.1.

15 Mulier non poteſt priuari ſua dote,nec remanere indotata propter delictum viri, licet ſit delictum læſæ maieſtatis, ſiue hæreſis,ſi quando cum viro contraxit ignorabat eum eſſe hæreticum. c. ex litteris. vbi Abb.n.2.& alij.de pign. & c.decreuit. vbi Doct. de hæret.libr.6. & l.res vxoris,C.de donat. inter vir. & vxor.& l.2. C.ne vxor. pro marit.& l.quisquis.§.vxoris. C.ad leg. Iul.Maieſt.& l.ſi quis 9.vbi Bald.Salicet.& alij. C de bon.proſcript.non debent enim grauari mulieres in bonis ſuis, ob maritorum delicta. l.ſi marito. ff.ſolut.matr. & l. 1. C.de priuileg.fiſc.

16 Mulier poteſt agere pro ſua dote contra quemcumq; poſsidentē bona mariti,quoniam omnia illius bona ſunt tacitè obligata pro dote mulieris. c. ex litteris. vbi Doct. de pign. & præfertur mulier in hac reali hypotheca omnibus poſterioribus creditoribus. l.1.vbi Doctor. ff.qui pot.in pign.hab.& l.cum tibi. vbi Bart.Bald.Salicet.& alij. C.eodē tit.in perſonalibus vero actionibus pro dote etiam anterioribus præfertur. l.aſsiduis.§.nos itaq;.vbi Doct. C.qui potior.inpign.hab.& l.fin.C.depact. conuēt.tam ſuper dot.quàm ſuper donat. & l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxor.act. aliter tamen eſt dicendū in rebus donatis propter nuptias,ſeù.in rebus paraphernalibus quoniam in ipſis obſeruatur ordo ſui temporis. d. l.fin. C.depact.conuent. tam ſup.donat.& l.aſsiduis. §. hæc autem. vbi Doct.C.qui potior.in pign.hab.&gl.ver.obligat.in c.ex litteris.vbi Abb.n.9.depign.

17 Mulier iurans ſine fraude,vel dolo, non reuocare alienata à marito de bonis dotalibus, ſeù propter nuptias donatis tenetur de iure canonico obſeruare iuramentū. c. cū contingat.vbi Abb.n.6.de iure iur.& c. licet mulieres. vbi gl.verb.de iure canonico.& Doct.eodem tit.lib.6. Ioan.Andr. in c.cum laicus.de foro comp. Fel.in c.1. de iure iur.Roman.ſing.498.incipit iuramentum.& 499.incipit tuſcis.de iure ciuili ſecùs eſt dicendum. d.c.cum cōtingat.& d. c.licet mulieres.vbi gl.verb de iure canonico. Cum enim leges ciuiles prohibeant alienationem fundi dotalis, & rei donatæ, propter nuptias. vt eſt text.in l.lex Iulia & l.Iulianus. ff.de fund. dotal. & auth. ſiuè à me.vbi Doct.C.ad velleian.& l.vnica.§.fin. C.de rei vxor.act.& prin.inſt. quib. alien. licet, vel non.videtur iuramentū non obſeruandum contra legem præſtitum, & ita obſeruatur de iure ciuili, ſed cum ius canonicum præcipuè conſideret vtilitatem animæ, eſt in hoc caſu potius obſeruandū, quam ius ciuile, quod tantum conſiderat illud, quod corpori erat vtile, & honeſtū, & cum anima pretioſior ſit,& præferenda corpori,cūctisq; rebus, illud potius debet obſeruari, quod reſpicit animæ vtilitatē, quàm illud,quod reſpicit vtilitatem corporis. facit tex.in c.præcipimus. 12.quæſt. 1.& c.cum infirmitas. §.cæterum de pœn. & remiſſ.& gloſ. verb. animæ. in §. publica.inſt.de publ.iud.

18 Mulier tamen ſine iuramento non obligatur ciuiliter, nec naturaliter vendendo rem dotalē,cum lex huic alienationi reſiſtat. vt eſt text.in l.1.& per totū.ff.defund. dotal.& l.vnica. §.fin. C.de rei vxor.act.& auth.ſiuè à me.C ad ſenat.cōſult.velleian. neq; etiā ſi fideiuſſor in hac vēditione interueniat,tenetur de euictione,quāuis aliter ſit in marito,qui ſi vendiderit interueniente fideiuſſore,& ipſe, & fideiuſſor tenetur. vt tenet Bart.in l.cum lex.n.2.ff.de fid.iuſſ.Abb.in c.cum cōtingat.n.2.de iure iur, nec mulieris conſenſus in venditione

rerum

Digitized by Google

terum dotalium eſt obligatorius. d.c.cum contingat.& d.auth.ſiue à me. vbi Bald.& Salicet.C.ad Velleian. & gl.in c.peruenit, Abb.n.2.de empt.& vend.

19 Mulier ſecundo nubens,& habens filias ex primò matrimonio nihilominus recuperat bona dotis, & de illis poteſt donare ſecundo viro,ſalua tamen legitima filiorũ. l.2.vbi Bart.Bald.Salic.& alij.C.de donat. cauſ.mort. & valet donatio inter cõiuges collata in tẽpus ſoluti matrimonij.l.ſicum. §.fin. & l. quia in hoc. & l. ſed interim. in prin. ff. de donat.inter vir.& vxor. Socin. cõſil.114.n.8.Dec.cõſil.260.col.2.nec etiã prohibetur reciproca donatio inter coniuges. l.quod autem. §.1.verſ.ſi vir.& vxo. ff. de donat. inter vir. & vxor. Rom. 146. Iaſ. in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſt. Nouell. de dote. 6. part. pri. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb.donatione largitus.nu.108. C.de reuocand.donat.Gam.deciſ.231.n.3. Valaſc.conſult.178.n.14.

20 Mulier quinquagenaria habens filios,& ſecundo nubens, non cõmuuicat bona cũ ſecundo marito,niſi tertiam,quæ in noſtra Luſitania eſt libera, vt quicumq; filios habẽs de illa diſponere poſsit pro arbitrio. vt tenet Gam.deciſ.320.n.1. Valaſ.conſul. 103.n.10.& conſult.190.n.2.

21 Mulieribus quibus caſibus ſubueniatur propter ignorantiam recenſet gl. vlt. in l. fin.C.de iuris,& fact.Ign.& ibi Iaſ.à n.4.& etiam excuſantur à dolo præſumpto de præterito,quamuis aliter ſit in dolo de futuro,ne detur occaſio delinquendi.facit tx. in l.1.§.fin.ff.de edend.& gl.verb.niſi dolo in l.vbi exigitur,& ibi Iaſ.n.6.ff.eodem.

22 Mulier nubens infra annum lugubrem, non incurrit infamiam de iure canonico, quoniam mortuo viro ſoluta eſt à lege viri ſui, c.ſuper. vbi Doct. & c. fin. de ſecund. nupt.de iure vero ciuili ſit infamis,& non poteſt donare ſecundo viro,niſi tertiã partem bonorum ſuorũ,nec poteſt capere aliquid ex teſtamento alicuius , tam ex iure legati,quã inſtitutionis,ſed ſi illi ab aliquo bona aliqua fuerint relicta,fiunt inutilia,& remanent hæredi illius,qui ea reliquit.l.1. vbi Doct.ff.de his qui notant.inf.& l.1.vbi Bart.Bald.& alij.C.de ſecund.nupt.& idẽ erit dicendũ in illa,quæ infrà tẽpus lugubre parit,& nõ eſt ex primo marito. auth. eiſdem pœn.vbi Doct.C.de ſecund.nupt. ſed praxis obſeruat ius canonicum.

23 Mulier poteſt parere duos filios ex vno ventre, & aliquando tres, & vſq; ad ſeptẽ ex vno vẽtre poſſe mulierem parere dicitur.vt eſt tex.in l.antiqui.vbi Doct.ff ſi pars hæreditat.pet.& l.verum ita.ff.de reb dub. Gellat.lib.10.c.2.Plin.nat.hiſt.lib.7.c.3 & poſt ſex menſes,& vnũ diem poteſt mulier parere filium legitimum,enumerãdo à die Conceptionis,& inde vſq; ad decimũ mẽſem,& duos dies.l.ſeptimo. vbi gl.& Bart. ff.de ſtat. homin. & l.inteſtato. §.fin. ff.de ſuis & legit.hæred.& l.Gallus. §.1. ff.delib. & poſthu.& auth.de reſt. & ea,quæ par. §. vnũ ſi quidem.verſ.mulier.coll.4.& ſtatim poſt partum poteſt mulier ingredi Eccleſiã,nec tenetur abſtineri per illos dies,quibus per antiquam legẽ Moiſaicam tenebatur.c.vnic.vbi Doct.de purgat.poſt part.

24 Mulier,quæ partũ ſuppoſuit, aut habet filium adulterinum , non eſt repellenda à confeſsione Sacramentali, ſed potius abſoluenda , nec tenetur id reuelare , ſi inde notetur infamia,quamuis per id noceat patri putatiuo,aut alijs hæredibus,cum fama ſit maioris qualitatis , quam bona temporalia, & res familiares. cap.officij.vbi Innocent. Gofred. Hoſt. Abb. & omnes. de pœn. & remiſſ. Caietan. tom. 1. opuſcul. opuſcul.31.reſp.14.Scot.in 4.diſt.15.quæſtion.2. poſt.art.4.in reſp.art.Sanct.Ant.2. part.titul.1. cap.18. §.8.in fin.& titulo.2. cap.7.§.4. Nau.in Manu.cap.19.n.43.& in c.inter verba,11.quæſt.3.

25 Mulier interficiens ſponte filiũ de iure canonico debet detrudi in monaſteriũ, & ibi perpetuò agere pœnitentiam. c.1. vbi Doct.& c.2.de his,qui fil.occid.de iure vero ciuili,punitur pœna accerrima, quoniã hoc delictũ perpetratur extrà illud , quod parentes ex iure naturali tenentur, & ideo inſuta inculleo, cum cane,& gallo,vipera, atq; ſimia proijcitur in mare,aut in flumẽ. l.vnica.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C. de his qui parẽt.vel liber.Abb in c.1.n.3. de his qui fil.occid.& dixi ſup.verb homicidiũ.& tenet Iaſ.in l.ius ciuile. n.28.ff.de iuſt.& iur. Placa.de delict. c.22.Cou.ru.in clem.ſi furioſus.2.part.in inicio.n.12.Ioã. Vell.in tract.de pœn.delict.c.27.§.hæc autem pœna.Pet.Greg.lib.36.ſintagm.c.24.

26 Mulier concubans cum proprio ſeruo punitur pœna capitali.l.vnic.vbi Doct. C. de mulier,quæ ſe prop.ſeru.&quãuis pœna capitalis tripliciter cõſideretur,aliquando enim ſummitur pro morte naturali,aliquãdo pro ciuili,aliquãdo pro amiſsione ciuitatis

Digitized by Google

tatis.l.2.in prin. ff.de pœn.& l.2.ff.de public.iud.& l. ſed ſi quis. §.1.iuncta gl. ff.ſi quis caut.& gl.verb.capitalis.in l.hos accuſare. §.omnibus.ff.de accuſat.& gl.verb. capitali.in l.tranſigere. vbi Padilla.nu.32. C.de tranſact. & quoties ſimpliciter in lege fit mentio pœnæ capitalis, nõ eſt intelligendum,niſi de minore. ex gl.verb.capitali.in l.1.C.ne Chriſt.mancip. & gl.fin.in l.vlt.C.quæ res vend.non poſſ. Imol.in d. l.2.n.3.ff.de publ.iud.Abb.in c.atſi Clerici. nu.38. de iud. Fel. in c.ex litteris. nu.21. Dec.nu.13. de Conſt.Alciat. de præſumpt. regula 3.præſumpt.45.nu.9.in hoc tamen caſu de morte naturali eſt intelligendũ, vt colligitur ex d.l.vnica.& ibi Salicet.Ioan. Vell.in tract.de pœn.delict.c.36. & ſeruus verberatus eſt comburendus, & filij illorũ ſunt ſpurij, d.l.vnica.vbi Doct.Petr.Greg. lib.14.Syntagm.c.3.n.5.Ant.Gom.in l.80. Tauri.n.23. Iul.Clar.lib.5. § fornicatio.n. 20.Ioan.Vella.vbi ſup.§.ſeruus autem.

27 Mulier filia nobilis,contrahens cũ plebeo amittit dignitatem.l.cum te.vbi gl.1. & Doct.C.de nupt.& l.fœminæ.vbi gl.ver. donec.& Bart. ff.de ſenat. ſi autem mulier plebea contrahat cum nobili conſequitur nobilitatem, dum viuit maritus, aut eſt inuiduitate, & ſequitur forum, & domicilium illius, ſi tamen illo mortuo cõtrahat cum alio inferioris conditionis; amittit nobilitatem prioris viri, quòd non eſt in muliere nobili ex ſua progenie, nam illa ſemper remanet nobilis, dum non contrahit cum plebeo. d.l.fœminæ. & ibi Bart.ff. de ſenat.& l.cũ te.vbi Bald.Salicet.& alij. C.de nupt.& l.fin.C.de in col.libr.10.& l. mulieres. C.de pign.libr.12.& authent.de nupt.§.non tamen.coll.4.& l.filij. §.vidua. ff.ad municip.& c.is qui. § mulier.vbi Doctor.de ſepult.libr.6. Abb.in c.ſuper eo.2. n.3.de teſt.Iaſ.in l fin.C.de verb.ſign.Dec. in l.fœminæ.n.7.ff.de regul.iur.

28 Mulier vxorata cum milite armatæ miliciæ,aut cum doctore,ſeù ſenatore, poteſt vocari domina(quòd lingua noſtra Luſitana dicitur dom.) quamuis ab ipſo marito vocari non debeat nec ipſe maritus eam dominam vocare tenetur. vt notat Bart.in l.ſi poſt mortem.nu.3.ff.de bon.poſſ.contra.tab.& in l.amiciſsimos. §.fin. ff.de execut.tutel.Dec.in l.fœminæ.n.7.ff.de regul. iur. Abb.in c.ex parte. n.15.de for.comp. inuito enim marito non poteſt illo vti priuilegio. vt reſoluunt ſupra relati.

29 Mulieres,aut perſonæ delicatæ, aut quæ nõ ſunt ſui iuris,ſicut ſeruus,& monachus, percutientes Clericum,non ſunt mittendæ ad Curiam Romanam, ſed abſoluuntur ab Epiſcopo diœceſano, quamuis in delicatis perſonis relinquatur in arbitrio Epiſcopi, ſi periculũ non ſit in mora,& conſiderabit Epiſcopus vtrum poſsint ſuſtinere laborẽ itineris,aut non c.mulieres. vbi gloſ.verb. laborem Ant.de But. Hoſt.Inn.Ioan.And. Abb. & omnes.de ſent.excõmunicat. Dec. in l.fœminæ.n.80.ff.de regul.iur.

30 Mulieres non ſunt inuitæ trahendæ ad iudicium,nec virorum cœtibus immiſcendæ, ſed ſi teſtimonium illarum ſit neceſſarium,tunc aut iudex ad eas ibit,aut mittet expenſis producentis. c.mulieres.vbi glo. verb.idoneam, Ioann. Monach. Dominic. Ioã.And.& alij.de iud.lib.6. l.1.vbi Doct. C.de offic.diuerſ.iu l.Merg.cõſil.32.n.24.

31 Mulier,quæ inſcijs parentibus cõtraxit, aut fecit ſponſalia,& ſponſus illam petit in vxorẽ,& timet,ne à parentibus moleſtetur aut aliqua ſibi fiat violentia,eſt auferẽda à poteſtate parentũ, & collocanda in aliqua domo tuta,& honeſta,ſiue in aliquo monaſterio monialiũ,dũ cauſa diſcutit ex tex in c.cũ locũ.vbi Abb.n.5.deſpõſ.& c.cauſam matrimonij.deprobat.quotiescũq; mulier petitur,in matrimoniũ,debet per iudicem conſtitui in libertate, & loco tuto,dũ cauſa diſcutitur,præcipuè ſi timetur violẽtia, & tunc cõſtituet procuratorẽ ad ſuã cauſam defendã.c.accedẽs.vbi Doct.de procura.& c.cũ locũ.vbi gl.fin.& Doct.deſpõſ.& c.hortamur.3.q.9.& c.ſiue.33.q.2. nec intereſt vtrũ mulier illa ſit min.25.ãnis,aut maior.

32 Mulier nõ poteſt detineri incarcere pro debito ciuili, ſiue carcer ſit publicus, ſiue priuatus, nec etiam in caſu,in quo maſculus incarcere detineri poteſt. auth.hodie. vbi Doctor.C.de cuſt.reor.& auth.vt nulli iud.§.neceſſariũ. vbi Bart.coll.9. c.mulieres de iud. libr.6.Imol.in c.potuit. col.16. de locat.& cõd.Iaſ.in l.fin.n.93. C.de iure emph.idem Iaſ.in l.pleriq;. nu.34.ff.de in ius vocand.Franc.in d.c.mulieres.Barb.in c.lator.de pign. Dec.in l.fœminæ. n.72.ff. de regul.iur.Boer.in rep.l.conſentaneum. num.144. C.quomod. & quand. iud. mulier tamen meretrix, & quæ non eſt vxorata,nec honeſtè viuit,bene poterit incarcerari pro cauſa ciuili, ſi talis ſit cauſa, quæ hoc exigat.vt tenet Angel.poſt alios, in l. conſentaneum, col. fin. C. quomod. & quand.

Digitized by Google

& quand. iud. Dec. in d. l. fœminæ. d. nu. 72. & etiam mulier obligata pro adminiſtratione alicuius tutelæ poterit incarcerari, vt tenet Bart. in l. ſi quis ſubconditione. nu. 18. ff. de teſtament. tutel. & in auth. matri, & auiæ. n. 13. C. quand. mul. tutel. offi. fung. pot. & Dec. in l. fœminæ. n. 74. ff. de regul. iur. pro delictis tamē bene poteſt mulier de conſuetudine capi, & carcerari, cū ſit ponenda in carcere ſeparato à carcere virorū. vt tenet Imol. in c. 2. n. 16 de pign. Boer. deciſ. 349. n. 5. Gram. deciſs. 33. n. 11. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 28. nu. 3. & dixi verb. carcer. §. 6.

33 Mulier non poteſt adoptare ſine licētia Principis. l. ſi ſuſpecta. §. quoniā. vbi Doct. ff. de inoffic. teſt. & l. mulierē. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de adopt. & §. fœminæ. vbi Ang. inſt. de adopt. idem Ang. in §. ſed hodie. eodem titul. Abb. in c. veniens. n. 3. de cogn. ſpiritual. Dec. in l. fœminæ. nu. 50. ff. de regul. iur. Neq; poteſt legitimare filiū. vt tenet Bal. in l. mulierē. in fin. C. de adop. Ang. Aret. in §. fęminæ. inſt. eod. Dec. in l. fęminæ. n. 51. ff. de regu. iur. Merg. cōſi. 26. n. 4

34 Mulier non committit furtum in rebus mariti viuentis, neq; poſt mortem illius, licet teneatur ille, qui vxori alicuius opē, aut auxilium dedit ad res mariti ſubtrahendas. l. ſi quis vxori. vbi Doct. ff. de furt. & l. hæres viri. ff. de neg. geſt. & dixi ſupra verb. furtum. §. 34.

L I T T E R A N.

Verbo Naufragium.

1 NAVFRAGIVM Eſt, nauefracta, ſubmerſio rerum, & corporum, hominum, & plerumq; contingit vi tempeſtatis, aut maris, ſeù fluminis, aut in curia nauclerorum. l. ſi laborante, & per totum. ff. de leg. Rhod. deiact. & l. quotiēs. vbi Doct. C. de naufr. lib. 11. ſumma Ang. verb. naufragium.

2 Qui bona Chriſtianorū perdita in naufragio capit, & illa non reſtituit, ipſo iure ſit excommunicatus. c. excōmunicationi. vbi gl. ver. nouerint, & Doct. de rapt. & eſt caſus Bullæ Cœnæ, & committit furtum, ſi bona illa non reſtituit, quia Dominus illa perdere nō vult. & nō habuit pro derelictis. l. qua ratione. §. fin. vbi DD. ff. de acquir. rerum. dom. & d. c. excommunicationi. vbi gl. verb. nouerint. de rapt. & gl. verb. delapidatione. in c. cum dilecti. de accuſat. & ſi infrà annum nō reſtituat, tenetur in quadruplum, & poſt annum in ſimplum, & poteſt criminaliter accuſari. l. 1. & Doct. ff. de incend. ruin. naufrag. & l. in eum, vbi Bald. Salicet. & alij. C. de furt. & de ſeru. corrupt. d. gl. verb. nouerint. in d. c. excommunicationi. de rapt. ſi tamē res illæ erant habitæ pro derelictis, tunc illas capiens non cōmittit furtū, nec incurrit alias pœnas, imo res fiunt illius, qui eas prius occupauit, quod colligitur ex coniecturis, vtrum habeantur pro derelictis, aut non. cōſiderata re, modo naufragij, qualitateq; rei. l. falſus. §. ſi iactum. ff. de furt. gl. verb. committit. in d. l. qua ratione. §. fin. & Abb. in c. cum dilecti. n. 21. de accuſat. exiſtimo tamen, quòd ſemper ille, qui res ſuas projicit in mare facit ad euitādum periculum naufragij, & ſi poſtea illas inuenire poſſet, ſummopere, gauderet, nullus enim eſt qui res ſuas perdere vellit. vt eſt text. in l. cum de indebito. ff. de probat. & l. qui leuandæ. ff. de leg. Rhodea. deiact.

3 Quando aliquæ res alicuius perſonæ, ſiuè mercatoris projiciūtur in mare, leuādæ nauis gratia, tenentur alij, quorum merces ſaluæ ſunt, pro rata contribuere ad ſarciēdum damnum. l. 1. & 2. §. cum in eadem. & l. nauis. ff. de leg Rhod. deiact. ſi res illæ, quæ proiectæ fuerunt, non pereant, ſed pereant illæ, quæ in naui remanſerunt, non tenetur tunc Dominus illarum contribuere cum alijs dominis rerum illarum, quæ in naui perierunt, quoniam alia eſt ratio de proiectis in mare cauſa leuandæ nauis, & alia de illis, quæ in naui remanſerunt. l. nauis ò nuſtæ. vbi Doct. ff. de leg. Rhod. deiact.

4 Hæc actio de rebus proiectis in mare, cauſa leuandæ nauis, datur contrà magiſtrū nauis, & magiſter habet actionē cōtra cæteros, & etiā retētionē merciū, donec fiat cōtributio de reb9 perditis. l. ſi laborāte. vbi DD. ff. de leg. Rho. deiact. & l. qui ſeruādarū. vbi gl. ver. nulla, & DD. ff. de præſcrip. verb. pōt tñ damnū paſſus recta via agere cōtra alios ſi voluerit. gl. ver. agere. in d. l. ſi laborāte, & gl. ver. in factū. in d. l. qui ſeruādarū.

Digitized by Google

5 Naufragiorum cauſa eſt ſummaria, in qua iudex procedit ſummatim, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & in omnibus illius dependentijs, & contra ſurripientes bona naufragij, quando nauclerus vult probare naufragium ad ſui defenſionem, quoniam ſi ageretur criminaliter, aut contra alios procederetur via ordinaria. l.quotiens.vbi Bart.& l.de ſubmerſis.vbi Doct.C.de naufrag.lib.11. & quando nauta teneatur de furto, & damno facto in naui dixi ſupra verb.furtum. §.19.

Verbo Neceſsitas.

1 NEceſsitas dicitur tripliciter, alia namq; dicitur extrema, qua vita corporalis ſuſtineri non poteſt, alia oportuna, qua vita hominis commodè ſuſtineri nō valet, alia eſt proficua, qua vita vtiliter ſuſtineri non poteſt, & illa extrema neceſsitas non ſubiacet legi humanæ. c.conſilium.vbi Doctor. de obſeruat. ieiun. & c.ad limina.30. quæſt.1. & c.Sanctum de conſecrat.diſt.4. & l.quæ propter.vbi Dec.nu.2.ff.de regul. iur.Alex.& Iaſ. in l.ſi ex toto. ff.delegat.1. & idem Iaſ. in l.1. nu.75. ff. de offic. eius. cui mand. Rochi. de Curt. in rep. cap.fin. notab 3. de conſuet.

2 Neceſsitas aliquādo facit licitum, quod aliàs non eſſet, ſi neceſsitas non vrgeret.c. quod non. vbi Doct.de regul.iur. libr.6.& c.ſicut non. de conſecrat. diſt.1. & c.licet. vbi Abb.num 1.defer.& l.Diuus Pius. vbi Bart.ff.de pet hæred. Fel. in c.cum acceſſiſſent. col. 8. verſ. tertio reſtringitur. de conſt. & in cap.ſignificauit. in fin.de iud.& Dec in l.quæ propter. n.2. ff de regul.iur. non tollit tamen neceſsitas diſpoſitionem iuris in totum, ſed ſuſpendit illud, dum vrget neceſsitas. l.caſus. vbi Bart.Bald Salicet. Alex. & alij. C. de teſtam. Dec.in l. quæ propter. n.3.ff.de regul.iur.

Verbo Negotium.

1 NEgotium dicitur vbi negatur otium, negotium, id eſt, ſine otio.cap.forus. de verb.ſign.& multa ſignificat, aliquando dicitur pro actu alicuius rei, aliquādo pro actione alicuius cauſæ, aliquando pro negociatione alicuius mercantiæ, & omne illud, quod fit pro lucro conſequendo, & milicia, & procuratio cauſarū, & cætera huiuſmodi ſummuntur pro negotio.c.forus. de verb.ſign. gl.verb.ſine culpa in c.qualis.25.diſt. Merg.conſil.32.n.28.

2 Negotia aliena gerens habet dominum obligatum, quamuis ſint negotia furioſi, & datur illi gerenti actio contra dominum in illo, quod vtiliter in re domini expendit, aut ſe obligauit, & tenetur reddere rationem negotiorum geſtorum itaq; vltro citroq; obligantur. l. ſi quis abſentis. vbi Doctor. & l. ait prætor. & l. ſi pupilli.ff.de neg geſt. & §.2. vbi Arct. inſt.de obligat.quæ ex quaſi contr.naſc.

3 Negotia abſentis poteſt quis gerere, ſine mandato illius, vbi non requiritur cauſæ cognitio inter litigantes, nec mouetur cōtrouerſia apud iudicem, & ita remanet dominus obligatus in illis, quæ in rem eius vtiliter expenduntur, ac ſi ipſe mandaret. l.2. vbi Doct. & per totum. ff.de neg geſt. ſi tamen dominus ſpecialiter prohiberet alicui, ne ſua negotia gereret, tunc nō remanebit obligatus illi gerenti poſt prohibitionem, ſed potius ſi aliquid expenderit illud perdet, & repetere non poterit. l.fin. vbi Bart. Bald. Salicet. Alex. & alij. C. de neg geſt.

4 Negocium, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. c ad hoc.§.fin. de offic Arch. & c. Archiepiſcopus. de temp. ord.& c.Archiepiſcopus 66.diſt.& c.quod omnes tangit.de regul.iur.lib.6. & eſt requirendus conſenſus omnium, quos negotium tangit, quando agitur de alienatione, aut tranſlatione iuris alterius, ſeù quando lædi poſſunt. c.humilis, vbi gl.verb.Prælatorum. Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Abb.& omnes. de maior. & obed.& l.in concedēdo.ff.de aqua plu.arcend.& l.nā ita Diuus. ff. de adopt. & l.fin. C.de aut.præſt.quod tamen nomine meo geſtum non eſt approbare non poſſum. c.cum quis de ſent. excommunicat. lib.6. & c.ratum.vbi gloſſ.& Doct.de regul.iur.eodem.lib.6.

Verbo Notorium.

1 NOtorium eſt illud, quod publicè conſtat, & apparet, vt omnes videre poſſint, c.euidentia.vbi Doct.de accuſat.Bald. in auth.quod locum. C.de collat.& in l.cū fratrem.C.ad Syllan.ſumma Ang. verb.notorium.verſ.de notorio.& eſt dicendū notorium, in triplici modo, nam aliud eſt notorium iuris, aliud notorium facti, aliud notorium præſumptionis, vt notat gl.verb.

notorium

notorium.in cap. veſtra. de cohab. cler. & mul.& ibi Abb.nu.14. ſpecul.in tit.de notor.crim. Cin.Salicet. & alij.in l.ea quidē. C.de accuſat. Ant.Gomez.in 3.tom.var. c. 1. Iul.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.9.n.2.

2 Notorium iuris dicitur illud,quod conſtat per ſententiam irreuocabilē,per iuſtā diffinitionem, & manifeſtam,& clarā probationem, & per confeſsionem in iure factam. c.veſtra. vbi gloſſ.verb.notorium,& Abb.n.14.& c.fin.de cohab.cler.& mul. & c.cum olim.de verb.ſign.& l.Ingenuum.& l.fin.ff.de ſtat.homin.& l.1. ff. de reiud. & l.2. §. ſi publico. ff.de adult.

3 Notorium facti eſt illud crimen, ſeù factum,ita conſpectui populi clarum,& manifeſtum,ſurgens ex euidētia rei,vt aliqua tergiuerſatione celari non poſsit. cap.tua nòs,& c.fin.de cohab.cler.& mul.& c.cum dilectus filius.de purg.can. & c.euidentia. de accuſat.& c de manifeſta.2.quæſt.1.Archid.ibidem.& Abb.in d.c.veſtra.n.14.de cohab.cler.& mul.ſumma Angel.verb.notorium. triplex eſt tamen notorium facti, quia aliud eſt notorium rei permanentis, ſicut eſt haſta in foro , quæ in loco illo eſt notoria permanens,quoniam omnes illam videre poſſunt, quia ibi facta fuit, vt omnibus eſſet notoria,& ita inſimilibus.cap. euidentia. vbi Doct. de accuſat. & Abb.in c.veſtra.n.15.de cohab.cler.& mul.ſumm. Angel.verb. notorium.aliud eſt notorium facti tranſeuntis , & non redeuntis , ſicut quando aliquis fuit interfectus incōſpectu populi, aut edictū fixum fuit in albo prætorio, ſeù in haſta fori , aut fuit vox præconij coram populo,& in foro publico, & inſimilibus,hæc enim notoria fuerunt illo tempore , ſed nunc poſſunt eſſe in obliuione, quia fuit notorium tranſiens, facit text.in auth. qui ſemel. vbi gl.ver.paucis. C. quomod. & quand. iud. & tenet Abb. in cap. veſtra. num.15. de cohab. cler. & mul.Bart.in l.ciues.num.2. C.de appellat. aliud eſt notorium facti interpolatim. & dicitur interpolatim quamuis habeat actū continuum reſpectu aptitudinis,tamen eſt diſcontinuum reſpectu operationis.l.ſi ſic. ff.quēadmod.ſeruit.amitt.& Abb.vbiſup.

24 Notoriū præſumptionis eſt illud, quod ius ex coniecturis vehementer præſumit, ex actibus extra iudicialibus , & dicitur tunc notorium ex præſumptione iuris. vt in paternitate, & filiatione. c.conquerēte. de fil.præsbyt. & l.quia ſemper. vbi Doct. ff.de in ius vocand.& gl.verb.notoriūm.in d.c.veſtra. vbi Abb.n.14.de cohab.cler.& mul. ſumma Angel.verb.notorium.

5 Notorium,& manifeſtum,& fama differunt,fama enim quandoq; ex ſcientia,quādoq; ex ſuſpicione procedit, & aliquando ex certo autore , & aliquando ex incerto, c. Sanctum eſt de conſecrat. diſt.4. & dixi ſupra.verb.fama,manifeſtum autem eſt illud,quod procedit ex ſcientia, & certo autore , & quod manifeſtè probari poteſt.c. eorum, qui accuſantur cauſas.11.quæſt.3. & l.hæres palam. ff.de teſta. & qui teſtam. facer.poſſ.& gl.verb.notorium.in d.c.veſtra.ſpecul.in tit.de notor.crimin. §.1.& §. iam de manifeſto. Cin. in l.ea quidem. C. de accuſat.Bart.in l.ciues.n.2.C.de appellat. notorium vero eſt illud, quod conſtat publicè,& apparet,vt omnes videre poſſint. vt reſoluunt ſupra relati , & dixi ſupra. §.1.

2 In notorio facti requiritur citatio , & ſententia, vt eſt text.in c.eorum,qui accuſantur.11.quæſt.3.& gl.fin.in c.euidentia. de accuſat.& l.hæres palam.ff.de teſtam.& qui teſtam. facer.poſſ.ſumma Angel.verb. notorium.§.2. Albert.in d.l.ea quidem.n. 14. in fin. C. de accuſat. Aret. conſil.163. n.7. Boſſ.in tit.de denunciat.n.9. & in tit. quomod.proced.in crim.notor.n.6.in notorio tamen vbi conſtat nullam parti defeſionem competere,neq; cōpetere poſſe, non requiritur citatio , ſed ſine illa fertur ſententia, & ſine ordine iudiciario,cap.ad noſtram.21. vbi glo.verb. obſeruandus,de iure iurand.Abb.in c.cum olim. nu.20.de ſent.& reiud.& in c.cum venerabilem.nu. 10. de elect. Flor. inter conſil. Curt. Sen. 21.n.5. ſi autem certum eſſet defenſionē competere,aut eſſet dubium, tunc requiritur citatio, nec de facili præſumi poteſt, quòd reo defenſio competere non poſsit, quoniam multoties in notorio crimine defenſio competere poteſt, ex his,quæ notāt Doct.in l.vt vim.ff. de iuſt.& iur. Plac.lib. 1. delict.cap.28. n.3. Doct.in clem.ſi furioſus.de homicid.

10 Notorium facti permanentis non indiget probatione, nec accuſatore , ſed iudex officio profert ſententiam,& imponit pœnam illam,quàm crimen poſtulat. cap.tua nos. vbi Abb.n.3.de cohab.cler.& mul.& cap.euidentia.de accuſat.& c ad noſtram. 21. de iure iur.& c.de manifeſta. 2.quæſt. 1.& l. nullum. C.de teſtib. & gloſ.fin.in d.

c.euidentia.de accuſat. & c. ſuper eo. vbi Doct.de teſt. cog.

8 Notorium vero facti trãſeuntis indiget probatione, quoniam ſufficit ad illam exigendam, quòd reus neget delictũ.c.veſtra. de cohab.cler.& mul.& c.2.de verbor.ſign. lib.6. & c.eorum.11.quæſt.3. & l. qui ſententiam.vbi Bald.Salicet.& alij.C.de pœn.

Verbo Nunciatio Noui Operis.

1 NVnciatio noui operis eſt prohibitio, ne quid in futurum, in re præſenti, & immobili fiat, quòd nobis noceat. l. 1. §. nunciamus.vbi Doct.ff.de noui oper.nunciat. & Hoſt. in ſumma iſto titulo. ſumma Angel. verb. nunciatio. Mainer. in l. quo tutela.§.vi factum.ff.de regul.iur. Duer.in Metod. tract.de nunciat.noui oper.cap.2. & Corrat.in Rubric.eiuſdem titul. num.2. Leo.in tract.de noui oper.nunciat. cap.1. num.1. licet Bald.conſil.112.libr.1.& Iaſ. in l.1.num.2.ff.de noui oper.nunciat.aliter diſtinguant.

2 Nunciatio noui operis aut fit gratia, & cauſa iuris proprij conſeruandi, aut dãni depellendi, aut iuris publici tuendi. l.1.§. nunciatio. vbi Paul.& l.de pupillo.§.belle ſextus. vbi Bart.ff.de noui oper.nunciat.& ſumma Angel. verb. nunciatio. §.1.& non pertinet, niſi aduerſus opera futura, nõ autem ad præterita, & in operibus, quæ ſolo fiunt, vel ſolo coniuncta ſunt. l.1. §. hoc autem edictum, vbi Bart.Alex. Iaſ. & alij. ff. de noui oper.nunciat. & gl.ver.nunciatum, in c.2.de noui oper.nunciat.

3 Nunciatio nõ fit illi, qui ædificat vetus ædificium, aut fulcit, arborem ſuccidit, vineam putat, & ſimilia facit, quoniam hoc opus nouum non eſt. l.1. §.arborem, & §. ſi quis ædificium. vbi Bart.nu.2.& Iaſ.n.6. ff.de noui oper.nunciat. & l.inde etiam.§. reficere. vbi gl.verb.alius.& Doct.ff.de itiner.actúq; priuat.& l.intra vrbem.C.de op. publ.& l.1.§.pen.ff.de mort.inf. & l.fin.C. de Iudæ.& Cælicul.& c.conſuluit.vbi glo. ver.reædificent de Iudæ.& Sarracen. Abb. in c.ex ininncto.nu.9.de noui oper.nunciat.ſi tamen ædificando aliquid ex vetere ædificio de trahit, vel mutat, cõpetit nunciatio noui operis, quia iam tunc aliquid noui fit, aut ſi ædificiũ vetus funditus deſtructum ædificetur, quia tunc poteſt nunciari nuuum opus ædificanti, eò quòd de nouo facere dicitur.d.l.1.§.inde quæritur. ff.de noui oper.nũciat. & l.hactenus.alias. l. vſu fructu legato. §. hactenus. ff. de vſu fruct.& quemadmod.quis vt Iaſ.in d.l.1.§. ſi quis ædificium. num.6. ff. de noui oper. nunciat. reſpectu tamen demoliendi, & deſtruendi ædificata poſt denunciationẽ, bene reſpicit nunciatio præterita. l.prætor ait. §.hoc interdictum. vbi Doct. ff.de noui oper.nunciat.& Iaſ.in l.1. §.hoc interdictum.nu.1.ff.eodem.

4 Nunciatio noui operis fit tribus modis, videlicet per prætoris inhibitionem, aut inhibendo per ſimplex verbum, quando quis extrà iudicium aduerſario denũciat, aut periactum lapilli proijciẽdo lapidem in ipſum nouum opus. l.de pupillo. §.meminiſſe. vbi Bart. Dueren. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff. de noui oper.nunciat. Corrat. in Rubr.huius titul. & tenet Ruin. num.32. Alciat. num. 50. in l.1. ff.eodem. Ant.Gom.in l.46. Tauri. num.31. ſumma Angel.verb.nunciatio. §.5. Iaſ. in l.1. §.in operis. nu.1. ff.de noui oper.nunciat.Leo. in tract.noui oper. c.1.nu.8. Mainer. in l. quo tutela.§.vi factum.n.9.ff.de regu.iur.

5 Nunciatio noui operis, quæ fit per ſimplex verbum, quando quis extra iudicium denũciat aduerſario, ne quid ex inde noui operis faciat, aut quæ fit periactum lapilli, quando quis in opus cæptum proijcit lapillum, prohibendo nouum opus, poteſt fieri omnibus diebus, cum non ſint feriati in honorem Dei. l.1. §.nunciatio.vbi Doctor.ff.de noui oper.nunciat.& l.dies feſtos. C.deferijs.

6 Nunciatio vero noui operis, quæ fit per prætorem diebus feriatis fieri non debet, nam quando quis non audet per ſe denũciare, fortè propter potentiam aduerſarij, aut aliqua de cauſa, impetrat à prætore, vt per litteras, aut per nuncium inhibeat, & iubeat nũciare aduerſario ne quid in nouo opere ædificet, & hoc agi non debet diebus feriatis.vt tenet gl.verb.omnibus diebus. in l.1.§. nunciatio. ff. de noui oper. nunciat.& facit text. in l.1. & per totum. C. de fer.

7 Nunciatione noui operis facta ſiuè iure, ſiue iniuria, non poteſt ille, cui nunciatio facta fuit amplius ædificare, & ſi ſpreta nunciatione aliquid ædificet, totum deſtrui debet, & demoliri expenſis conſtructis, nec eſt audiẽdus de iure ſuo, quia fecit

contra

Digitized by Google

contra denunciationem, donec omnia reducat ad priſtinũ ſtatum. c.1.& c.2.vbi Doctor.de noui oper. nunciat.& l.1. §. ſed ſi is.vbi Doct.& l.prætor ait.in prin.& §.interdictum.vbi Paul.de Caſtr.ff.de noui oper.nunciat.& Iaſ.in l.patre.n.37.ff.de his qui ſunt ſui. ſi tamen iſte talis fuerit ad miſſus poſtquam ædificauit ſpreta denunciatione, & iudex illum admittat,& pars non opponat, quod demoliatur prius omne illud,quod poſt nunciationem fuit ædificatum,ceſſat tunc demolitio operis. vt tenet Bald.conſil.113.col.2.libr.1. Iaſ.in l.patre furioſo. num.37. ff.de his, qui ſunt ſui,vel alien.

8 Nuncians nouum opus poteſt ſtatim docere de iure ſuo, aut vſq; ad tres menſes,ſi nouum opus impedire vult.& ſi infrà illos tres menſes non docuerit de iure ſuo,poterit tunc dominus operis procedere in ſuo ædificio, data cautione de opere demoliendo, ſi ius ædificandi non habeat, ſi vero ante lapſum trium menſiũ dominus illius noui operis offerat cautionẽ de opere demoliendo, ſi iuſtè non ædificaret, eſt tunc in optione denunciantis,vtrum velit docere de iure ſuo ceſſante ædificatione noui operis,aut recipere cautionem c.ſignificantibus.vbi Abb.n.2.& c.fin.vbi gl. 1 & Doct.de noui oper.nunciat.& l.vnica. vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes. C.eodem titulo.

9 Nunciatio noui operis poteſt fieri domino operis,ſeù procuratori,ſeruo,ſeù fabris,opificibus,& miniſtris, licet dominus ſit abſens,ita tamen,vt illi denunciari poſſit, & facta ſit nunciatio in re præſenti, & illo loco, vbi opus fit, nam extra locum illum fieri non poteſt,nec valet ſi fiat,quoniam hæc nunciatio fit in re,& non in perſona. l.de pupillo. §.nunciationem.vbi gl. verb.nunciationem,& Bart.Paul.de Caſtr. Imol.Lud.Roman.Alex.Iaſ.& omnes.ff.de noui oper.nunciat. & l.operis noui.ff.eodem.& c.2. vbi gl.verb.nunciatum,& Doctor.de noui oper.nunciat. nunciatio tamen facta fabris, ſeù opificibus nõ aſtringit dominum ignorantem ad expenſas,ſed opefices cum fuiſſent in culpa, ſed tamen ad patientiam de moliendi opus, poſtquã ad notitiam illius peruenit bene aſtringitur ad omnia. l. non ſolum, & l. cui opus, vbi Paul. ff. de noui oper. nunciat. & l. ſi alius. & l. deniq; §.ſi colonus. ff qui vi,aut clam.gl.verb. nunciationem factam. in l. de pupillo.§.nunciationem,& Doct.ibidẽ. & Iaſ.in d. l.de pupillo. §.ſi quis forte.nu. 3.ff.de noui oper.nunciat. Ant.Gome.poſt multos, quos ipſe refert.in l. 56. Tauri.numer.29.

10 Nunciatio noui operis facta vni ex pluribus conſortibus rei ſufficit ad ligandum omnes ſocios, cum fiat in re ex parte nunciantis, & ſi non fuerint ignorantes,aſtringuntur ad opus demoliendũ, & ad expenſas, ſi autem ignorauerint ad opus tantum demoliendum patientiam habere aſtringuntur, & ad expenſas tenentur illi, qui fuerint in culpa. l.de pupillo.§.ſi plurium. vbi Doct.& l.ædibus.vbi Paul.Iaſ.& alij.ff. de noui oper.nunciat. & Abb.in cap.cum deputati. num.10. de iud. ex parte tamen nunciantis nouum opus eſt perſonalis nũciatio,& non ſufficit,quòd vnus ex pluribus ſocijs nunciet, ſed opus eſt, vt omnes nuncient.l.de pupillo.§.plurium.vbi Bart. Lud.Rom.Alex.Iaſ.& alij. ff.de noui oper. nunciat.& Abb.in d.c.cum deputati.num. 10. nam ſi vnus ex ſocijs nunciat alijs non prodeſt.

11 Nunciatio noui operis poteſt fieri furioſo,& infanti,& tunc erit in præiudiciũ illorum,ſi intelligant,& referãt tutori, vel curatori,quia rei fit nunciatio,ſi autem furioſus, ſeù infans non intelligant,vt referant tutori, ſeù curatori, fiet tunc fabris.ſi operis. vbi gloſſ.verb.infanti.& Alb Bald. Paul.de Caſtr.Iaſ.& omnes.& l.cuilibet.ff. de noui oper.nũciat. Alex.in l.de pupillo. §.nunciationem.ff.eodem.

12 Nunciare nouum opus poteſt dominus, cui rés pertinet,cauſa iuris ſui conſeruãdi, aut damni repellendi. l.1. §. iuris noſtri. vbi gl.verb. pertinet.& Bart.Paul.de Caſt. ff.de noui oper.nunciat.& gl.verb.nunciatum.in c.2. vbi Doct.de noui oper.nũciat. Et ſuperficiarius, qui habet vtile dominium.l.in prouinciali.vbi Doct.ff.de noui oper.nunciat. Et emphyteuta, & creditor pro re pignerata. d. l. in prouinciali. §. ſi ego. & l.creditori. vbi Doct.ff.de noui op. nunciat.& gl.verb.nunciatum.in d.c.2.eodem titul. & Leo.in tract. noui oper. c.1. n.6. Et quicumq; de populo admittitur ad nunciandum,quando in publico ædificatur. d. l. in prouinciali. §.ſi in publico. vbi Bart.Bald. Paul.de Caſtr.Angel. Imol. Alex.Iaſ.& omnes.ff.de noui oper.nũciat. Et vſufructuarius etiam poteſt nunciare nouum opus, dum tamen non ſit contra domi-

Digitized by Google

dominum, cum dominus ædificando vſum fructum deteriorem non faciat, quoniam ſi illum faciat deteriorem, etiam contra illum poteſt vſufructuarius nouum opus nunciare. l. 1. §. ius habet. ff. de remiſſ. & gl. verb. nunciatum. in c. 2. de noui oper. nunciat. & gl. verb. nunciari. in l. inter. ff. de ſeruit. vrb. præd. Et etiam ille, cui debetur ſeruitus vrbana altius non tollendi, & ſimilia poteſt nouum opus nunciare. l. ſi priusquam. vbi Bart. nu. 2. & Iaſ. n. 15. ff. de noui oper. nunciat. & l. vnica. § ius. habet. ff. de remiſſ. & l. inter ſeruitutes. ff. de ſeruit. vrb. præd. & dicam verb. ſeruitus. §. 33. & 34. & 35.

13 Nouum opus non denunciatur illi, qui ſeruitutem viæ debet, ſed agitur contra illum, ſi ædificat in via, vt ſeruitutem viæ conſtituat. l. qui viam. vbi Bart. Bald. Ang. Alex. & Iaſ. ff. de noui oper. nunciat. cum enim ille, qui debet ſeruitutem viæ, illam poſsit variare, & mutare, ſine incommodo illius, cui ſeruitus debetur. vt probat tex. in l. 2. §. ſed ſi nō min⁹. ff. de relig. & ſumpt. funer. & gl. verb. non liceret, in l. ſi cui ſimpliciter. ff. de ſeruit. non habet locum nūciatio noui operis, ſed erit inutiliſis, & dominus prædij dominantis debet vindicare ſuam ſeruitutem per actionem confeſſoriam. l. 2. & l. loci corpus. §. ſi quis. ff. ſi ſeruit. vind.

14 Seruus non poteſt ſuo nomine nouum opus nunciare, quāuis illi poſsit nunciari. l. de pupillo. §. ſeruo autem, vbi Doct. ff. de noui oper. nunciat. & l. prohibere. ff. quod vi, aut clam. nomine Domini tamen bene poteſt ſeruus nouum opus nunciare. d. l. prohibere. vbi Bart. & gl. verb. non poteſt. in d. l. de popillo. §. ſeruo autem.

15 Excommunicatus non poteſt nunciare nouum opus, licet enim excommunicato non negetur neceſſaria defenſio, volūtaria tamen bene illi denegatur, & cū hæc nunciatio noui operis ſit voluntaria defenſio negatur excommunicato. vt tenet Bart. in l. de pupillo. § ſeruo. nu. 3. & Iaſ. nu. 5. ff. de noui oper. nunciat. & datur in hoc caſus, vbi nunciatio poteſt contemni, & eſt licitum ædificare illa nunciatione excommunicati ſpreta. vt tenet Iaſ. vbi ſupra.

16 Nunciatio non tenet facta illi, qui in ſuo ſolo ædificat, nec immittit in ædes nunciātis, nec illi nocet tollendo lumen ſuarum ædium, quoniam in ſuo fundo, & à ſe poſſeſſo bene poteſt quicumq; ædificare, nec tunc eſt neceſſaria noui operis nunciatio. l. de pupillo. §. ſed & ſi. & §. meminiſſe. vbi Doct. ff. de noui oper. nunciat. & l. altius. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de ſeruit. & aqua. & Leo. vbi ſupra. c. 3. n. 12. & dico verb. ſeruitus. §. 35.

LITTERA

LITTERA O.

Verbo Obedientia.

1 OBEDIENTIA Eſt virtus inclinans in reuerentiam exhibendam, & in mandatum ſuſcipiẽdum, & in iudicium ſubeundũ. glo.verb. obedientiam.in §.1. diſt.93.& obedientiam· in reuerentia tenetur præſtare minor maiori in ſedẽdo, & in ſurgendo in quocumq; loco, niſi ille minor ſit poſitus in aliqua maiore dignitate, ſeù adminiſtratione, in mandato vero ſuſcipiendo, & in iudicium ſubeundo non tenetur obedire, niſi ille, qui ſubeſt reſpectu alicuius iuriſdictionis, ſeù adminiſtrationis, vel dominij. c. perlectis. 25. diſt.& §.1. vbi glo.verb.obedientiam.diſt. 93.& c.ne Dei Eccleſiam. vbi Doct.de ſimonia.

2 Omnis publicus miniſter, ſeù executor tenetur adimplere mandatum ſui ſuperioris,& illud mandare ſuæ debitæ executioni,& ſi eſt executor tenetur exequi ſentẽtiam ſui ſuperioris, quamuis ſciat illã eſſe iniuſtam,eò quòd ſit lata contra ius litigatoris,nihilominus exactis, & ſecundũ publicam fidem iuſta eſt, licet iniuſta ſecundum priuatam ſcientiam executoris, quã ille publicus miniſter deponere debet, & ſe qui illam publicam fidem. c. paſtoralis. §.quia vero. vbi gl.verb.& ſi ſciat.de offic. iud.delegat.& l.ſi vt proponis.vbi Doct.C. de execut.rei iud.& l.ſi prætor.75.vbi Bar. num.3. ff. de iud. Abb. num.1. & omnes. in d.§.quia vero.ſi vero ſciat,quod ſententia ſit lata auctoritate falſarum litterarum, aut per falſa inſtrumenta, aut per dolum, & calumniam aduerſarij,aut per iudicem, qui non habebat iuriſdictionem,aut continetur magnum ſcandalum in executione alicuius mandati,ſeù aliquid iniuſtum,aut durum,ſeù aſperum apparet,tunc executor,ſeù inferior debet ſuperſedere in executione ſententiæ, ſeù mandati,& reſcribere ſuperiori,ob quam cauſam non exequitur mandatum, non reſiſtet tamen violenter, ſed precibus inſtabit. c. ſi quando. vbi Gofred.Ant.de Butr.Hoſt. Ioan.Andr. Abb.& omnes.de reſcript. & c.ſi quando. de offi.iud.delegat.& c.de cætero.de ſent. & reiud. & l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. & l.fin. C.ſi ex falſ.inſtr.& gl.fin. in c. 2.de fil.presb. Pallat.de benef. in cur. §.4. cum ſeq.Sylueſt. in ſumma verb.obedientia.§.5.Angel.§.2.Reb.ad leg. Gall. 2.tom. art.1.in tit.de reſcript. Cou.ru.pract.c.35. num.fin. & in regula peccatum. 1.part. in prin.nu.5.Soarez.allegat.12.num.50. cum ſeq.Padill.in l.cauſam.nu.4. C.de tranſact. facit text. in c.cum teneamur. de præb. & in auth. de mand. prin.§.deinde competens. vbi Doct. coll.3. & in auth. vt nulli iud.§.& hoc vero.vbi Bart.coll.9.

3 Obedire debet vnusquiſq; ſubditus legibus ſui Principis,quæ latæ ſunt pro Dei veritate,& aliter debet grauiſsimè puniri, conſiderata qualitate cauſæ, & inobedientia,& contumacia illius:ſi tamen leges fuerint iniuſtæ, & contineant peccatum, non tenetur ſubditus obedire,ſed meretur non obediendo. c.Imperatores.diſt.9.& c.Imperatores.11.quæſt.3.& l.1. vbi Doct.ff.de offic.eius cui mand.eſt iur.& c.qui reſiſtit. 11.quæſt.3.quoniam ſubditi debent humiliter obedire ſuis ſuperioribus in mandatis iuſtis, & honeſtis, & tamen ſuperiores incorrectione ſuorum ſubditorum debent procedere cum charitate,& quando neceſſitas, & vtilitas Eccleſiæ, ſeù Reipublicæ poſtulauerit.extrauag.1.vbi Doct.de offic. iud.ord.intercommunes Trid.ſeſſ.23.cap. 1. de reform.

4 Obedire non tenetur ſubditus quando ſuperior aliquid iubet contra ſuum priuilegium, niſi ille ſuperior ſit,qui conceſsit priuilegium, quoniam tunc videtur illud derogare,iubendo aliquid ex certa ſciẽtia contra tenorẽ priuilegij. c.ſane. vbi Doct. de exceſſ.prælat.Bal.in l.ſi cui Paulo poſt. poſt prin. C. de non numer. pecun. quia priuilegium per modum gratiæ cõceſſum poteſt quandocumq; reuocari à concedẽte,non tamen conceſſum per modum cõtractus. vt tenet Bald.in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Iaſ.in l.non amplius. §. ſi certũ. num.14. ff.delegat.1.

15 Obedientia ſemper in iuſtis & honeſtis, intelligitur debita ſuperiori, ita vt ſubdit⁹ nõ poſsit præſcribere quominus teneatur obedire

obedire Summo Pontifici, Epiſcopo, Imperatori, Regi, atq; Principi, cum enim nemo ſibi poſsit imperare, debet obedire illi ſubcuius finibus reſidet, c.cum non liceat. vbi Abb.nu.14.de præſcript.& l.ſi de re, vbi Doct.ff.de recept.arb.reſidens tamẽ ſubfinibus alicuius Principis recognoſcẽtis ſuperiorem, poterit præſcribere obediẽtiam, per tempus cuius initij memoria non ſit in contrarium, gerendo ſe pro non ſubdito, & perſiſtẽdo in quaſi poſſeſsione, vt tenet Iaſ. in l.is qui putat. num.13.ff.de acquirẽd.hæred.& etiam poteſt quis præſcribere libertatem, vt ſit exemptus ab vno Epiſcopo, & ſubſit altero, aut ſit ſubditus immediatè Summo Pontifici. c.cum olim. vbi Doct. de priuileg. & c. cum perſonæ, vbi Ioan.And.de priulleg.lib.6 & l.poſsideri. §. ſi ſeruus. ff.de acquirend.poſſ. & l. præſtat. vbi Salicet. C. de præſcript. long. temp.quæ pro lib. & Abb.in c.cum nõ liceat. n.15. de præſcript.aliter tamen ſuffraganei debent obedire ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ, & quæ obſeruitur in Metropolitana Eccleſia, debẽt obſeruari in ſuffraganeis.cap.1.depoſtul.prælat.& cap.de ijs. diſt. 12.

6 Obedientiam præſtare tenentur presbyteri, & capellani capellarum Cardinalatus ipſi Cardinali, qui fuit in Eccleſia, vbi capellæ illæ ſunt ſubiectæ, & ab eo poſſunt excommunicari, & corrigi. c.his quæ. vbi Ant.de Butr.Hoſt. Ioan.And.Abb.& omnes. de maior. & obed.Ioan.Monach.in c. vnico.eodem titul.lib 6.

7 Inferior nõ poteſt imponere legem ſuperiori, nec ſuo pari, nec illum ligare, nec abſoluere. c.cum inferior. vbi gl.verb ligare, & communiter Doctor. de maior. & obed.& c.inferior. & c. ex inſinuatione de appellat. & Abb.in c.1.n.12.de rapt.ſi tamen ſuperior ſe ſubmittat iuriſdictioni inferioris, aut æqualis tunc poterit inferior ligare ſuperiorem, & aduerſus eum ius dicere. c.nos ſi incompetenter.2.quæſtion.7.& l. eſt receptum. vbi Bart. Bald. Bald.Ang.Fulg.Paul.de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes.ff.de iuriſd.omnium iud.

Verbo Oblatio.

1 OBlatio dicitur omne illud, quod Chriſtianus offert Eccleſiæ, ſiuè in vita, ſiuè in morte, & ſiuè in Miſſa, ſiuè extra Miſſam. c.cauſa. vbi Abb.num.2.& c.cum inter vos. & ibi notant Doct.de verb.ſign. & c.in noſtra. de ſepult. & c.videntes. 12. quæſt.1.ſumma Angel. verb. oblatio. §.1. quæ oblatio dicitur tripliciter, videlicet inter viuos facta Deo, vel Eccleſiæ, aut donatio cauſa mortis, quæ pro anima offertur miniſtris Eccleſiæ, & oblatio, quam fideles faciunt ad Miſſam, & hæc omnia dicuntur oblationes. ex Syluestr. verb. decima. §.1. Valaſ. conſult.14. nu.2.

2 Oblationes non poſſunt à laicis poſsideri imo laicus, qui oblationes accipit, & illas laico tradit, committit ſacrilegium & furtum, & punitur pro furto, ſecundum quantitatem oblationũ, & pro ſacrilegio, quia bona Eccleſiaſtica rapit, & inuadit.c. cauſa. vbi gloſſ.fin.& Doct.de verb.ſign.& c. conquæſtus. de foro comp. & c. nulli liceat.12.quæſt.2. & c.quid ergo. 23.quæſt. 4. vnde inquit Hoſt. & Abb. in cap.fin. ne prælat.vices.ſu. quòd ſi laicus locaret oblationes Eccleſiæ, non poſſet ipſe per ſe recolligere, ſed debet ponere Clericum pro illis colligendis,

3 Oblatio, vt propriè dicatur oblatio, tria requiruntur puta vt ille, qui offert ſit Chriſtianus, nam Eccleſia non recipit propriè oblationẽ ab infidelibus, ſed quod ab illis recipit, eſt æſtimatio oblationum, pro intereſſe, vt probat.tex.in c.quanto.de vſur. Abb.in c.cauſ.n.1.de verb.ſign.ſũm.Ang. ver.oblatio. ſecũdò, quod ſit Eccleſia, cui oblatio offertur, ſi enim aliquid datur priuatæ perſonæ, dicitur donatio, & non dicitur oblatio, vt habetur per totum de donat. Abb.in d.c. cauſa. nu.1. de verb.ſign. ſumm Ang.ver.oblatio. tertiò ex parte rei oblatæ, requirite, quòd ſit res iuſtè acquiſita, Eccleſia enim non debet recipere oblationem de illicitis acquiſitis. cap. ex tranſmiſſa. vbi gl.verb.licitè.de decim. & c.quia in omnibus. vbi Doct. de vſur. & c. ſuper eo. ad fin.de rap. & c. miror.17.q.4. Abb.in d.c.cauſa.& ſumma Ang.vbi ſup.

4 Oblationes ſoluuntur ſecundum cõſuetudinem vniuscuiusq; regionis, vbi enim eſt cõſuetudo, vt parochiani ſoluant oblationes in die Natalis Domini & die Paſchæ, & Penthecoſtes, & in Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis, & die Beati Petri, & Pauli, & die omnium Sanctorum, ita eſt obſeruandum, ſiuè in alijs feſtiuitatibus, quoniam illa, quæ ſolita ſunt tribui Eccleſiæ, ſeù miniſtris illius, non debent aliquo modo mutari, neq; auferri, quoniam talis conſue-

Digitized by Google

conſuetudo eſt bona, & laudabilis, vt eſt text. in c ad Apoſtolicam, vbi Doct. de ſim. & in cap. omnis Chriſtianus. de conſecrat. diſt. 1. Abb. in c. abolendæ. n. 6. de ſepult. & in c. cauſa. nu. 2. de verb. ſign. ſumma Ang. verb. oblatio. §. 1. Bart. in l. priuilegia. n. 3. C. de ſacro. Sanct. Eccl.

5 Oblationes, quas fideles offerunt alicui Capellæ, ſeù imagini pictæ in muro, ſiuè in domo alicuius parochiæ, cedunt rectori illius parochiæ, infrà quam eſt ſita Capella, ſeù imago. c. ex tranſmiſſa. vbi Abb. n. 3. de præſcript. idem Abb. in c. quoniam. n. 1. de decim. & tenẽt communiter Doct. in c. paſtoralis. de his, quæ fiunt à præl. ſumma Ang. ver. obligatio. §. 2. & ver. Eccleſia. §. 9. Valaſ. conſul. 14. n. 4. Merg. conſi. 38. n. 12.

6 Oblationes etiam, quæ fiunt Clerico celebranti in alterius parochia, cedunt Rectori illius Eccleſiæ, vbi offeruntur, quoniã parochialis Eccleſia habet ſuã intentionẽ fundatã de iure cõmuni. In omnibus oblationibus, quæ intra illam offerũtur, vt probat text. in c. paſtoralis. vbi Abb. n. 2. de his quæ fiunt à præl. idẽ Abb. in c. nimis. 1. n. 3. de exceſſ. prælat. ſumma Ang. ver. Eccleſia. §. 9. niſi celebrans ſit Epiſcopus in aliqua Eccleſiã ſuæ diœceſis, aut Archiepiſcopus in tota Prouincia, cum illam viſitat, tunc enim oblationes cedunt Epiſcopo, aut Archiepiſcopo, quoniam tota diœceſis cẽſetur parochia Epiſcopi, & tota Prouincia cenſetur Eccleſia Archiepiſcopi, vt probatur in c. 1. §. fin. de cenſ. lib. 6. & in c. in Archiepiſcopatu. de rapt. aut ſit Clericus celebrans primam Miſſam, quoniã tunc omnes offerunt oblationes reſpectu Clerici celebrantis, & non reſpectu Rectoris Eccleſiæ, vel in Miſſa alicuius cõfraternitatis, quia in illis eſt conſuetudo, præcipuè in noſtra Luſitania, vt oblationes, quæ tunc offeruntur, ſint Clerici primã Miſſam celebrantis, aut cõfraternitatis, neq; eſt aliquis Rector ita auarus, vt hoc cõtradicat, & hæc conſuetudo eſt obſeruãda. c. ad Apoſtolicã de ſim. vbi tamen hæc conſuetudo nõ fuerit obſeruata à tempore de cuius initij memoria non extat in contrarium, omnes oblationes, etiam in primis Miſsis, & pro quacumq; deuotione, ſeù confraternitate, cedunt Rectori Eccleſiæ, in cuius parochia offeruntur. vt eſt in c. nimis. 16. & ibi. Doctor. de exceſſ. prælat.

7 Oblationes funerales debentur Eccleſiæ parochiali propter labores, quos Rector, & Clerici illius ſuſtinent in Sacramentis miniſtrandis, & diuinis celebrandis, & ille panis, & vinũ, & candelæ, quæ offeruntur pro defuncto, dicũtur pes altaris, & ab illis debet Rector totũ habere, aut ſuam partẽ ſecundũ ſuam conſuetudinem, quamuis non aſſociet, nec ſit præſens in officijs, niſi aliud ſit de conſuetudine, quoniã hæc offerũtur reſpectu Sacramentorum, & officiorũ diuinorum, quæ omnia Rector defuncto adminiſtrauit, dum vixit, & ſenſit onus illorum, & qui ſentit onus, commodum ſentire debet. c. qui ſentit cũ ibi notatis. & gl. in ſumma. de regu. iur. lib. 6. & c. certificari. de ſepult. illud autem quod ſuſcipitur pro aſſociando defuncto, aut pro cantando officio illius, non obueniet, niſi illis, qui laborauerint, quoniam illud datur ob illud diuinũ officium, ſeù ob illam aſſociationẽ, & qui non interfuerint, non poſſunt conſequi illud, quod datur reſpectu officij, ſeù aſſociationis illius defuncti, facit text. cum ibi notatis, in c. vnic. de Cler. non reſid. lib. 6.

8 Oblationes illorum, qui habẽt larem in vna parochia, & lectum in alia debent diuidi inter illas Eccleſias parochiales, gloſ. verb. perſonales. in cap. ad Apoſtolicæ. vbi Abb. n. 4. de decim. & Gerip. conſil. 46. n. 8. niſi aliud ſit de cõſuetudine præſcripta, quoniam parochus vnius Eccleſiæ, poteſt præſcribere contra alium per ſpaciũ quadraginta annorum, cũ titulo, & bona fide, & ſine titulo per tempus immemoriale, cap. 1. vbi notant communiter Doct. de præſcript. libr. 6. & c. de quarta, vbi etiam ſcribentes, & c. ad aures. vbi gl. verb. quadragenalis. vbi Gofred. Ant. de Butr. Innocent. Ioan. And. Abb. & alij de præſcript.

9 Artifices tamẽ, ſeù mercatores, qui cauſa ſuæ negociationis, aut officij, habent officinã in vna parochia, & habẽt domiciliũ, & ſuã familiam in alia, & ibi recipiunt diuina Sacramenta ratione domicilij, nõ eximuntur à iuriſdictione illius Rectoris, in cuius parochia habent domiciliũ, & oblationes illorũ cedunt Rectori parochiæ domicilij, vbi ſuſcipiunt Sacramenta diuina. arg. tex. in c. cõquæſti. 16. q. 1. & tenet Abb. in c. ad Apoſtolicæ. n. 4. de decim.

10 Oblationes defuncti ſepeliti in aliquo monaſterio diuiduntur inter ipſum monaſterium, & Eccleſiam parochialem, vbi ille defunctus ſuſcepit diuina Sacramenta, & audiuit Sacra. c. 2. vbi Doct. de ſepult. & Eccleſia parochialis habebit quartã partem

Tt de om-

Digitized by Google

de omnibus obligationibus, aut quod fuerit conſuetudo. c.certificari. de ſepult.& clement.dudum,vbi notant omnes.in §.verũ Eccleſijs.de ſepult.gloſſ.in ſumma.in c.qui ſentit de regul.iuris.lib.6.

Verbo Obligatio.

1 OBligatio eſt iuris vinculum, quo neceſsitate aſtringimur ad aliquid dãdum,vel faciendum,prin.vbi gl.verb.obligatio.& Doct.inſt.de obligat.& eſt triplex, alia namq; eſt naturalis tantum,& alia ciuilis tãtum,& alia ſimul naturalis, & ciuilis;naturalis tantum eſt illa,quæ contrahitur per cõſenſum inter quemcumq; capacem rationis,& hæc obligatio nõ obligat, niſi ex æquitate naturali,qua tenetur vnusquisq; adimplere promiſſa.l. cũ amplius. §.is natura. vbi Dec. n.2. ff.de regul.iur.& l.1. vbi Doct. ff.de conſt.pecun. Abb in c. quia pleriq;.n.11.de immunit.Eccleſ.Bar. in l.ex hoc iure.à n.9.ff.de iuſt.& iur.

2 Obligatio naturalis eſt duplex,quædã eſt inducta ratione naturali,vel gentium,quæ ex cõuentione,ſeù promiſsione oritur,l.cũ amplius.§.is natura.vbi Dec.n.2.ff.de regu. iur.& l.fideiuſſor.obligari §.fideiuſſor.vbi Paul.de Caſt.ff.de fid.iuſſ.& iſta eſt tripliciter,quædam eſt roborata à iure ciuili, vt poſsit actionem producere,vt eſt legitima conuentio. l.legitima.vbi Doct.ff.de pact. quædam eſt obligatio naturalis nõ corroborata à iure ciuili, quæ fit ad liberandũ, quãdo creditor facit pactũ de non petẽdo, & ex iſto pacto obligatur naturaliter debitori,ne ab eo petat.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact quædã eſt obligatio naturalis ſola,inducta ad obligandũ,ſicut quãdo tibi pacto nudo promitto centũ,attamen iſta naturalis obligatio nõ eſt potens ad agendũ.l.iuris gentium. §.igitur nuda. vbi Doct.ff.de pact.ſed eſt potens ad excipiendũ,d.l.iuris gentiũ.§.ſed cum nulla.vbi gl.verb.igitur. ff.de pact.Abb.in c.1,n.4. de pact. Aret.in §.in perſonã.col.fin.inſt.de act. ſecũda eſt obligatio naturalis,quæ cauſatur ſolùm inſtinctu naturæ, propter ſeruitia,ſeù beneficia,& ita naturaliter obligamur bene facere benefacienti nobis. l.ſed, & ſi lege.§. conſuluit.ff.de pet.hæred.& l.ſi non ſortẽ. §.libertus. ff.de cond.ind.& l.ſi nõ remunerandi. §. inde Papinianus.ff.mand.& gl. verb.compellitur.in c.illud.8.quæſ.2.alios etiam operatur effectus,quos refert Iaſ.in l.ex hoc iure.n.53.ff.de iuſt.& iur.

3 Obligatio naturalis cadit etiam in perſonam ſeruilẽ, l.naturaliter.& l.ſi id,quod. vbi Bart.nu,2.ff,de cond.indeb. & l.hæres a debitore. §.ſeruo ſuo. vbi Doct. ff.de fid. iuſſ.& etiam cadit inter patrem,& filium. l.frater à fratre. vbi Doct. ff.de cond. ind. Dec.in l.cum amplius. §.is natura.num.2. verſ.ſecundo.ff.de regul.iur.

4 Obligatio ciuilis tantũ eſt illa, qua quis iure ciuili tantum eſt aſtrictus,& nõ æquitate, & effectu naturali , ſicut quando quis ſpe futuræ numerationis,fecit inſtrumentum, in quo confitetur ſe recepiſſe mille, & tamen non recepit , hic talis iure ciuili tantum remanet obligatus. l.1. & per totum. C.de non numerat pecun.& Abb. in c. quia pleriq;.nu 48. de immunit.Eccleſ. ſumma Angel.obligatio.§.2.

5 Obligatio ſimùl naturalis,& ciuilis dicitur,quando quis ſe obligat cum iuris ſolẽnitate,& ſe poteſt obligare, & tunc tenetur obſeruare illud,ad quod ſe obligauit. l.1. §.item ſi quis. vbi Doct.& per totum.ff.de verb.obligat.& inſt.de obligat. & aut contrahitur obligatio ſimul naturalis,& ciuilis ex contractu inito inter contrahentes, ex vẽditione,emptione,locatione & huius modi,aut ex quaſi contractu,videlicet quãdo quis geſsit negotium alterius ſine eius mãdato,nã tũc remanet obligatus ex quaſi contractu,aut ex maleficio,ſcilicet,cũ quis non directe deliquit,ſed quaſi,quia fuit in culpa , vt aliquis mihi noceret , nam licet tunc mihi non remaneret obligatus ex delicto, quod alter fecit , ex illo dolo tamen quaſi ex delicto fit obligatus , vt colligitur per totum.ff.de verb.oblig.& inſt.de obligat.quæ ex delict.& quæ ex quaſi delict.

6 Obligatio contrahitur ore, & verbis, vt in mutuo,commodato,depoſito, & ſtipulatione,ſiuè huiuſmodi,aut in litteris,quãdo contractus requirit ſcripturam,aut quãdo quis confitetur ſe recepiſſe aliquid ſpe futurę numerationis,aliquando tamẽ obligatur quis ſolo conſenſu,vbi non requiritur ſcriptura de ſubſtantia contractus, ſed ſufficit,vt contrahentes per ſe conſentiãt, aut per nuncios, ſiuè per Epiſtolam, nam tunc vbi primum conſtat de conſenſu illorum,ſtatim vnusquisq; remanet obligatus. l.1.& per totum. ff.de verb.obligat. & prin.& per totum.inſt.quib.mod. recontrah.obligat.& inſt.de verb.obligat.

Digitized by Google

7 Obligatio, quæ ſolo conſenſu contrahitur, diſſoluitur ſolo conſenſu contrario, quoniã res per quaſcumq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. c.1. vbi gloſſ. 1. & Doct. de regul. iur. & l.1. C. quãdo liceat ab empt. diſced. & l. ſicut initio. vbi Doct. C. de act. & obligatio verborum tollitur verbis. l. nihil tam naturale. vbi Doct. ff. de regul. iur. fallit tamen in obligatione, quæ conſenſu in Sacramentis contrahitur, quoniam hæc obligatio non diſſoluitur, ſicut in baptiſmo. c. maiores. de baptiſm. & in ordinibus, & in matrimonio, quoniam Sacramenta ſemel ſuſcepta nunquam conſenſu diſſoluuntur. c. quod quidam. 1. q. 1. & Abb. in c. 1. n. 2. de regul. iur.

8 Obligatio ſemèl extincta reuiuiſcere non poteſt, ſed oportet vt alia fiat. l. inter ſtipulantem. §. Sacram. vbi Bart. Ang. Alex. Iaſ. & alij. ff. de verbor. obligat. & l. qui res ſuas. § aream. ff. de ſolut. & l. cum ex cauſa. vbi Doct. C. de remiſſ. pign. fallit tamẽ quãdo ſeruus indefenſus condemnatur abſente domino tunc enim eſt actio reſtituenda domino, quamuis ſit perempta. l. ſed alio. §. fin. vbi Doct. ff. ſi ex noxal. cauſ.

9 Obligatio in operas in perpetuũ nõ valet, cũ enim hæc obligatio ſit ſpecies ſeruitutis, nõ poteſt ſubſiſtere, quia homo liber natus ſe ſeruũ facere non poteſt de iure, quod hodie obſeruamus. l. Titio centũ. § Titio. 2. vbi Doct. ff. de cõdit. & demõſtr. & l. nec ſi volens. vbi Bald. & Salicet. C. de liberal. cauſ. Abb. in c. inter. n. 11. de donat. Valaſc. de iure emph. quæſt. 37. nu. 9. Paul. de Caſtr. in l. itẽ quia. §. idem Iuliano. ff. de pact. licet obligatio perpetua ad ſeruiendũ in aliqua Eccleſia, ſeù Hoſpitali, bene valeat, quia obligatio Deo facta ad illum ſeruiendũ, non dicitur ſeruitus, ſed laudanda libertas, vt tenet Abb. in d. c. inter. nu. 11. de donat.

10 Obligatio ad impoſſibile nõ valet, quoniam regula generalis eſt, vt nemo ad impoſſibile obligetur. cap. nemo. vbi notant cõmuniter Doct. de regu. iur. lib. 6. & l. impoſſibilium, & l. vbi repugnãtia. § quæ rerum. ff. de regul. iur. vbi notant omnes.

11 Obligatio generalis non comprehendit illud, quod quis in ſpecie nõ eſſet cõceſſurus. l. obligatione generali. vbi Doct. & l. deniq; ff. de pign. & l. creditor. §. fin. ff mãd. & l. qui peculij. ff. de pecul. & l. 1. vbi Bart. Bald. & alij. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & l. pen. C. de priuil. cred. ſumma Ang. verb. obligatio. §. 4. nec vnquam cenſetur obligatio contracta vltra intentionem contrahentium, imò ex illorum intentione accipit contractus ſuum eſſe. c. contractus. de regul. iur. lib. 6. & l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de poſit. & l. contractus. vbi Doct. ff. de regu. iur. Paul. de Caſtr. in d. l. 1. d. §. ſi conuenerit. & Dec. in l. impoſſibilium. n. 6 ff. de regul. iur. Afflict. dec. 293. n. 3.

12 Obligatio generalis ſemper cenſetur cõtinere tacitam conditionem, ſi res in eodẽ ſtatu perſiſtat, quo erat tẽpore contractus, ita vt obligatio generalis non obliget ſi nouus caſus ſuperueniat, de quo non fuit dictum, nec cogitatum, l. quod ſeruius. ff. de cond. cauſ. dat. & l. quæro. §. inter locatorem. vbi Bart. ff. locat. & l. cum quis in princ. ff. de ſolut. & c. 2. de renunciat. & c. quemadmodum de iure iur. & c. nec is. ad fin. 22. quæſt. 2. Alex. conſil. 107. n. 15. lib. 3. Anch conſil. 402. n. 3. Fel. conſil. 33. n. 8. Aymon. cõſil. 95. n. 3. & cõſil. 233. n. 3 quoniã obligatio nõ intelligitur contracta quãdo ſuperuenit caſus inopinatus. ex Ruin. conſil. 79. col. fin. lib. 1. Gam. dec 349. n. 7.

13 Obligatio non inducitur ex illo, quod per vim, aut clam fit, ſed potius debet occurri calliditati illorum, qui vi aut clam aliqua moliuntur. c. quod latenter. vbi Doctor. de regul. iur. lib. 6. & l. 1. vbi etiam notant ſcribentes. ff. quod vi, aut clam. & c. in iuſtum. 11. quæſt. 3. Leo. in tract. de noui oper. nunciat. c. 3. n. 24.

14 Obligatio nõ naſcitur ex pacto, ſeù promiſſione, vbi turpitudo verſatur, quamuis nõ interueniat, niſi tantũ ex parte ſuſcipiẽtis, quoniã ſi lex reſiſtit etiã vni ex contrahentibus, nõ tenet obligatio. c. debitores. vbi Ant. de But. Hoſt. Io. And. Innoc. Abb. & alij. de iure iur. & l. cũ lex. vbi Doct. ff. de fid. iuſſ. & l. fin. C de fid. iuſſ. min. & l. & ſi is. C. de præd. minor, ſi tamẽ interueniat iuramentũ, & nõ verſetur turpitudo, niſi ex parte recipiẽtis, tenet obligatio ex parte dãtis ratione iuramenti, quod Deo fecit, quia iuramentũ ſemper eſt obſeruãdũ, cũ ſine detrimẽto ſalutis æternæ obſeruari põt. d. c. debitores. vbi Doct. & c. ſi vero de iure iur.

15 Obligatus ad certã pecuniæ quantitatẽ, ſub certa pœna, ſi certo die nõ ſoluerit, tenetur de rigore iuris ciuilis ad totã pœnã, quãuis partem pecuniæ ſoluat. l. hæredes. §. idem iuris. ff. familierc. & l. ſtipulationũ. §. ſi ſortem. & l. in executione. §. item ſi ita. vbi Bart. Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. & alij. ff. de

verb oblig.de æquitate tamẽ iuris canonici ſi partem ſoluerit non tenetur ad integram pœnam,ſed tantũ pro parte illa,quã non ſoluit.c.ſuam ad nos.vbi Ant.de But. Hoſt.Innocent.Ioan.And.Abb.& cõmunis de pœn.& dicam infra verb.pœna.§.11.

16 Adminiſtrator,ſeù ambaſiator datus ſimpliciter poteſt obligare cõtrahentes ad pœnã pro obſeruatione illius contractus,quẽ gerit,quamuis ad hoc non habeat ſpeciale mandatum. c.dilecti ad fin,vbi Doct.de arb.& Abb.in c.2.nu.3.de præcar.& Rom. conſil.94.Anch.cõſil.74.ſumma Ang.ver. obligatio.§.12 Merg.conſ.24.n.32.

17 Obligatio,aut incipit ex die,aut confert in diẽ.l.obligationũ.2.vbiDoct.ff.de act.& obligat.& illa,quæ confertur in diẽ,nõ diſſoluitur lapſo die, ſi obligatus ſe non exoneret,ſed tunc dies illũ cõſtituit in mora. l.magnã.vbi Bart.Bald.Salicet.& alij.C.de contrah.& committ.ſtipulat.ſi tamen dies apponatur ad finiendam,ſeù limitandam obligationem, tunc lapſus termini liberat ab obligatione,ſi per obligatum non ſtetit quominus in termino obligationem adimpleret. l.obligationũ.2. vbi Doct.ff.de act. & obligat.Abb.in c.ſicut ex litteris. n.11. deſponſal.ſumm.Ang.ver.obligatio.§.7.

18 Obligatus tenetur ex die termini,ſi certo termino ſe obligauit,& ante diẽ termini non tenetur adimplere illud , in quo ſe obligauit. l.magnã.vbi Doct.C.de cõtrah. & cõmit.ſtipul.& c.potuit ad fin.de locat. &ſi nec dies,nec terminus eſt appoſitus,in obligatione,tenetur in præſenti die,ſed nõ cadit in pœnam, niſi poſt admonitionem. l.ſi ex legati cauſa.& l.cum qui.§.quotiens. vbi Doct.ff.de verb.obligat. & l.in omnib⁹ obligationib⁹.vbi Dec.n.6.ff.de regu.iur.

19 Obligatus ad ſeruiendũ aliquod officiũ per annũ,ſi propter aliquod impedimentũ illud non exerceat, etiã ſine culpa,non poteſt petere, vt ſibi reintegretur tempus illud, quo non exercuit officium, aliud eſt enim exercitiũ officij vnius anni,aliud alterius,quoniã plerumq; finito tẽpore finitur ius,& aliquando hominis robur,& ętas mutat cauſam. l.ſi nõ ſortem.§.libertus.ff. de cond.indebit.& l.ſi vſus fructus mihi.ff. de vſufruct.legat. Abb.in c.ſignificauerũt, n.8.de iud.ita vt ſi dati ſint partibus arbitratores , qui certo termino cauſam arbitrentur,& partes non notificarunt arbitratoribus,& lapſus eſt terminus, nõ poſſunt tunc arbitratores arbitrari , quia per hoc videntur receſsiſſe ab eorum arbitrio. vt tenet Bart.in l.ſiquis arbitratu.nu 9. & Iaſ. num.25. ff.de verb.obligat.

20 Obligatus tamen ad aliqua opera faciẽda vbi factũ non diuerſificatur ex tẽpore,tenetur illa facere termino elapſo, & ſi ſine culpa lapſum eſt tempus redintegratur tẽpus,quod ſine culpa obligati tranſiuit,ſi tñ ſua culpa trãſiuit terminus infecto opere, tenetur adintereſſe. l. & ideo hæſitatur. & l.quotiens.81.vbi Doct.ff.de verb.obligat. & l. ſi Calendis. vbi Bart.Ang Paul.Imol. Iaſ.ff.de reiud.& l.cum qui.ff.de iud.

21 Obligatio ciuilis non cadit in perſonam ſeruilẽ,neq; in filium familias, quãuis pro delicto naturaliter obligetur. l. ſerui. vbi Doct.ff.de act.& obligat. & l.in perſonam. vbi Dec.n.1.ff.de regul.iur.& l.nec ſeruus. ff.de pecul.& l.1.§.cum ſeruus.ff.de his qui deiece.vel effud.aut quando pater, ſeù dominus habet pecuLiũ ipſius filij, aut ſerui, tũc enim tenetur de peculio,deducto illo, quod pater,ſeù domin⁹ de peculio habere debet.l.ſed &ſi damnũ.§.fin.vbi Doct.ff.de pecul.& §.cũ autem.vbi Aret.inſt.quod cũ eo.aut ſi verſum eſt inutilitatẽ patris, ſeù domini, puta,ſi accepit pecuniã mutuã, vt ſe veſtiret ſecundum qualitatem ſuam,aut augeret rem domini,ſeù patris, & faceret alia huiuſmodi. l. quod ſi ſeruus. §.in rem actum.vbi Bald.& §.ſed ſi ſic accepit. ff.de in rẽ verſ.& §.præterea.vbi Ioã.de Lapid. Ang.& alij.inſt. quod cũ eo,aut ſi iuſſu patris,ſeù domini ſe obligauit,quia tunc pater,ſeù dominus ex iuſſu remanet obligatus, quodam enim modo cũ eo contraxit, qui iubet contrahere.l.1.vbi Doct.ff.quod iuſſ.& §.ſi igitur.vbi Aret.inſt.quod cũ eo, & ita ſi pater, vel dominus poſuit filiũ,aut ſeruum inſtitorem alicuius officinæ , ſeù tabernæ, vel nauis , quoniam tunc videtur pater, vel dominus iubere contrahere cõ ipſo,quod filium, aut ſeruum præpoſitum, aut inſtitorem habet generaliter in illo munere. l.1. & per totum. ff.de inſtitut.& l.1. ff.quod iuſſ.& l.1. vbi Doct.ff.de exercit.act. & §.eadem ratione. & §. introduxit. vbi Aret.inſt.quod cum eo.

Verbo Officium.

1 OFficium eſt nomen generale,comprehendens onus,ad quod quis tenetur, & eſt aſtrictus, ſiue in rebus Eccleſiaſticis, ſiue in prophanis,tàm publicis,quàm priuatis,

Digitized by Google

natis,& pertinet ad magiſtratus,gubernationem,ſeù honorem ,& aliquando habet nudum miniſterium,facit text.in l.2. ff.de his quib.vt indign.& gl.ver.ſi ex officio in l.legatis.§.ſi ex officio ff.delegat.3. Dec.in l.fœminæ.n.2. ff.de regul.iur.Doct.in Rubric.de offic.iud.Gam.deciſ.353.n.1.

2 Officium aliud eſt publicū, & aliud priuatum,vt notat gl.1.& Dec.n.2.in l.fœminæ.ff.de regul.iur. & officiū ciuile dicitur genus,& ſub eo cōprehenditur officiū publicum,ſeù priuatum,& habet ſe tanquam genus,& ſpecies. l.1.& l.ei qui.§.quamuis, & l.munerum. ff. de munerib. & honorib. & l.1.ff.ad vellcian.& l.1. vbi gl.verb.ciuilia.C.de profeſſ.& med.lib.10.& gloſ.1.& Dec.n.2.in l.fœminæ.ff.de regul.iur.neceſſarium autem officium eſt illud,quod vtilitate,& auctoritate Reipublicæ dicitur publicum,& illud non poteſt recuſari.l.munerū.vbi Doct. ff.de munerib.& honorib. Dec.in l.inuitus.n.8.ff.de regul.iur.

3 Officia publica, ſiuè Reipublicæ adminiſtrationem,aut munera,quæ patrimonij non ſunt , exercere non poſſunt minores vigintiquinq; annis incæptis.c.cum incūctis.§ inferiora.vbi Doct.de elect.l.ad rem publicam.ff.de munerib.& honor. Abb.in c.cum viceſimum. n.4. de offic iud.deleg. & gloſ.1.in l.de ætate. ff.de minor. & dixi latè. ſupra verb.minor.§.14.

4 Officium temporale Reipublicæ,aut honorē,non debet quis pretio acquirere,ſed ad id ſumendus debet eſſe probatæ vitæ,& non ambitioſus, & ille, qui pretio acquirit officiū temporale Reipublicæ,ſeù honorē nō tantum fit indignus , propter ambitionem,ſed mittendus eſt in exilium. l.vnica. & ibi Doct.C.ad leg.Iul.de ambit.& l.quisquis.vbi Bald.& Salicet.C.ſi cert.pet.& notatur in l.vnica.ff.ad leg.Iul.de ambit.& licet quis verbis tantum ſolicitet, vt crearetur officialis temporalis , ſiuè perpetuus, vbi officium eſt dandum promeritis perſonæ,& non pro pretio,ſicut ſunt iudices, ſenatores,conſules, & ſimiles adminiſtratores Reipublicæ,hic talis fit indignus illo officio propter ambitionem, & non debet ad illud admitti,& ſi fortè antequā illa ambitio detegatur,admittatur,debet illa probata deponi ab officio tanquàm indignus, quoniā officiū Reipublicæ negandū eſt petēti,& dandū fugiēti,ſi eſt dignus.c.inſeripturis.8.q.1.& c.ante omnia. 40.diſt.& l.ſi quemquā.vbi Bart.Bald.Salic.& omnes.C. de Epiſc.& Cler.& gl.verb.ex ſe in c.cū in iure de elect.ſi tñ ſit officiū perpetuū,ſicut officium tabellionatus,circuitoris,& aliud ſimile, vbi conſuetudo eſt, vt publicè aliquid detur prohabendo officio perpetuò, & etiā temporali,bene poteſt tunc aliquid dari dum modo ille, qui petit ſit idoneus, & det publice,& non ſecretè. l.1.& 2.vbi Doct.ff.de pullicit.& gl.ver.pœna.in l.quis quis C.ſi cert.per.Gem.in c.1.de homicid. lib 6.ſumma Ang.verb. officium. §.2. nec officia procurata præſtant immunitatem. Iaſ.in l.ſi ſeruus.§.ſi quis.n.6.ff.deleg.1.

5 Officiales temporales Reipublicæ regulariter non poſſunt contrahere per ſe, nec per interpoſitam perſonā,nec nubere, nec pecuniā mutuā dare,vel accipere in loco, vbi ſunt officiales, imò debent vacare vtilitati Reipublicæ,& non ſe occupare mercimonijs. l. principalibus. vbi Doct. ff.de reb.cred.& l.non licet.ff.de cōtrah. empt. & l.vnica. C.de cōtr.iud.vel eorū.qui ſunt circ.& l.eos qui officia, & l. quisquis. C.ſi cer.pet.Iaſ.in l.2.C.de ind. vid.tollend. & l.ſi quis officium. ff.de ritu nupt.& cōtractus ab ipſis initi ſunt nulli,& nullius momēti,ita vt finito officio conualere nō poſſint , ex conſenſu tacito , vel expreſſo ab vtroq; ex contrahentibus interpoſito. d. l. vnic.§.nec ratum.vbi Doct.C.de cōtr.iud. & l.aufertur. ff.de iure fiſc. Iaſ.in l.principalibus. n.1.ff.de reb. cred. & ita eſt ord. lib.4.titul.15.in prin.

6 Officiales temporales,qui contraxerint, vbi exercent aliquā iuriſdictionē, & exercent ſuū officium, punientur in amiſsione rerū,in quibus contraxerint,in quadruplū fiſco applicandarum.l.non licet.vbi Doct. ff.de contrah.empt.& l.aufertur. §.quod à præſide. ff. de iure fic.per noſtrā ord. Reg. lib.4.tit.15.§.1. puniūtur tantū in ſimplo. ſi autē officialis temporalis nullā habet iuriſdictionē,ſed tantū eſt illi cōmiſſa aliqua adminiſtratio rerū publicarū,bene poterit emere, & contrahere, cum non ſit vigore illius adminiſtrationis, & aliqui metus nō interueniat.vt tenet Bart. in d.l.aufertur. d.§.quod à præſide.ff.de iure fiſc.& ita officialis , qui in ſua patria gerit officium, quoniam ille bene poteſt emere,& contrahere cum omnibus illius patriæ , cum hoc faciat ſine fraude, ſeù dolo, vt tenet Bart. Guill.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& cōmunis in l.principalib?.ff.de reb.cred.Bald.in l.quis quis.C.codē,& ita obſeruat praxis in tota

Digitized by Google

noſtra Luſitania, quamuis contrarium de-
fendat Ang.& Lud.Rom.in d.l.principali-
bus dicentes,quòd ratio,quæ datur in iu-
dice, vel officiali temporali,qui gerit offi-
cium extrà ſuam patriam , ne forte cogat
contrahentes aliquando non libere,& reſ-
pectu officij contrahere , & quòd debeat
vacare vtilitati Reipublicæ,& non merci-
monijs,militat in officiali gerenti officiũ,
in patria ſua,quorum fundamentum mihi
non diſplicet.

7 Officialis vero qui contrahit cum non
ſubditis,non incurrit aliquam pœnã, quia
in eis non militat ratio, quæ datur in ſub-
ditis, & ideo bene poterit emere, & ven-
dere à non ſubditis, vt tenet gl.verb. fœ-
nus,& Doct.in l.eos qui officia,& gl.fin.in
l.quis.vbi Bald.& Salicet. C.ſi cert.pet. &
Bart.Bald. Paul.Alex.Iaſ. & alij.in l.prin-
cipalibus. ff.de reb.cred.& l.milites. ff. de
re mil.neq; quando cõtrahit,ſeù emit cau
ſa neceſsitatis, puta,conducendo domum
ad habitandum , aut quando illam reficit,
ſeu emit victualia , & ſimilia. l. vnica. vbi
Doct.C.de contract.iud. Guill. Bart. Alex.
Paul.de Caſtr.Iaſ. & alij in d.l.principali-
bus. ff. de reb. cred. & Bald. in l. ſolent.§.
fin.notab.4 ff.de offic.pro conſul,

8 Neq; quando venduntur à fiſco res pa-
tris illius officialis , ſiuè ab alio, quia tunc
propter affectionem rerum paternarum,
conceditur officiali Reipublicæ, vt illas
emere poſsit. l.qui officij, vbi gl.1.& Do-
ctor.ff.de contrah.empt.Iaſ.in d. l.princi-
palibus. nu.2.ff.de reb. cred. Merg. conſil.
32. num.24.

9 Neq; quando emit palam , & bona fide,
aut cum auctoritate alterius adminiſtrato-
ris,ſicut dicitur in tutore circa rẽ pupilli,
vt tenet gl.verb.non poteſt. in l.ſi in em-
ptione.§.fin. vbi Doct.ff.de contrah.empt.
Angel.in l.principalibus.ff.de reb.cred. &
l. cum ipſe, vbi Bald. Salicet. & alij. C.de
contrah.empt Bart.in l.aufertur. §.quod à
præſide.ff.de iure fiſc.contrarium tamẽ, &
verius tenet gl.verb. Prouincias. in l.1.C.
de contract.iud. Bald.& Salicet. in l.quiſ-
quis. C. ſi cert. pet. Iaſ. & alij moderni in
d.l.principalibus. ff.de reb.cred.

10 Si tamen Princeps illi officiali præſtet
auctoritatem emendi,ſeù contrahendi,nõ
incurret aliquam pœnam , cum enim hæc
prohibitio à iure ciuili ſit ſtatuta , poterit
princeps, ſi ſibi placuerit præſtare aucto-
ritatem ſuo officiali , vt res mobiles , ſeù
immobiles emat in Prouincia , vbi gerit
officium publicum, vt eſt text. in l.vnica.
vbi Doct.C.de contract.iud.Iaſ.in d.l.prin
cipalibus.n.2. ff.de reb.cred.

11 Officiales temporales non poſſunt reci-
pere donationes ab aliqua perſona de pro-
uincia ſuæ iuriſdictionis, niſi à ſuis aſcen-
dentibus, vel deſcendentibus,aut cõſan-
guineis , ſeù affinibus. l. vnica. vbi Doct.
C.de contract.iud. aut quando donatio eſt
remuneratoria,quia illa poteſt fieri officia-
li temporali durante officio, & non fit ir-
rita,quoniam donatio remuneratoria non
dicitur propriè donatio. l. Aquilius,regu-
lus,vbi Doct.ff.de donat. Iaſ.in d.l.princi-
palibus.n.2. ff.de reb. cred.

12 Officialis temporalis bene poteſt inſtitui
hæres , & illi legatum relinqui , quoniam
licet contrahere non poſsit cum ſuis ſub-
ditis viuis, hoc nõ habet locum in vltimis
voluntatibus, & ratio,quæ datur in cõtra-
ctibus inter viuos, ceſſat in vltimis volun-
tatibus. l.non dubium. vbi Doct.C.de teſ-
tam. & facit text.in l.ſi quis,& in l.cũ hæ-
redes. C.qui teſtam. facer. poſſ. Bald. in l.
teſtamentum non ideo. C.de teſtam.Iaſ.in
d.l.principalibus. n.2. verſ. pro alia. ff.de
reb.cred. & in l.quæ delegatio.num.27. ff.
delegat. 1.

13 Officialis perpetuus bene poteſt cõtra-
here, emere, & vendere in Prouincia, vbi
gerit officium, cum hoc faciat ſine fraude,
& dolo,quoniam licet detur in illo illa ra-
tio,quæ datur in officiali temporali,dare-
tur aliud maius inconueniens , quod erat
priuare illum omni commercio, ſi perpe-
tuò non contraheret in Prouincia,vbi cõ-
moratur , quapropter in illa contrahere
poteſt,emere,& vendere.l.præſidis.& Bart.
Bald.Angel.Salicet. Lud.Roman. Paul.de
Caſtr.Alex.Iaſ. & omnes. in d.l.principali-
bus. ff.de reb. cred. idem Bart. in l.aufer-
tur. §.quod à præſide. ff. de iure fiſc. & eſt
communis,vt inquit Merg.cõſil.23.n.12.

14 Officialis publicus alicuius temporalis
magiſtratus, cõſulatus,ſiuè præfectus,præ-
tor,pro conſul,& omnes,qui cum Imperio
ſunt, & aliquem coercere poſſunt,regula-
riter non poſſunt aliquem conuenire, nec
ab aliquo conueniri , durante eorum offi-
cio. l.pars litterarum,& ibi gloſſ.1. Bart.&
omnes.ff.de iud.& l.2. vbi gl.2. Bart.Bald.
Iaſ.& alij. ff.de in ius vocand.& l.nec ma-
giſtratus. ff.de iniur.& l.ſi reus.ff.iud.ſolu.
& l. ſi adulterium. §. fin. ff. ad leg. Iul. de
adult.

Digitized by Google

adult.& Abb.in c.legebatur.n.3.de maior.& obed.& c.prohibeantur.2.quæſt.1.Bart.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.nu.8. ff.de noui oper.nunciat.poſſunt tamen officiales ſupra relati citari durante officio, vt compareant eo finito. l.ſi adulterium.§.fin.ff.de adult. Bart.Bald.Iaſ. & alij in d.l.2.ff.de in Ius vocand.aut ſi vnusquiſq; eorum delinquat in officio, quia tunc bene poterit conueniri durante officio pro delictis in illo commiſsis, l.iubemus. vbi gl. verb. vel adminiſtrante, & Bald.& Salicet. C.ad leg.Iul.repet.& gloſ.verb.Imperium. vbi Iaſ. num.2. ff. de in ius vocand. Lud. Rom. conſil.415. & auth.vt iud.ſine quoquo. ſuffr.§.ſi quis. vbi Bart.& Ang.coll.2. & etiam ſi officialis furtum commiſerit durante officio,nam tàm fœtidum,& abominabile eſt furtum in hominibus conſtitutis in dignitatibus, & honoribus, vt pro illo durante officio,ſeù magiſtratu poſsint conueniri,& accuſari. authent.vt iud. ſine quoq;.ſuffr.§.illud.2. coll.2. & authent. vt diff. §.ſi vero coll 9. & gl.verb.Imperium. in l.2. ff.de in ius vocand. vbi Iaſ. nu.2. & Angel.in §.ſi quis. auth. vt iud.ſine quoq; ſuffr.coll.2. aut ſi actio eſſet peritura,nam tunc vt actio non pereat bene poterit officialis temporalis conueniri durante officio ſaltim vſq; ad litis conteſtationem, vt tunc cauſa perpetuetur. l.ſenatus.vbi gloſ. verb.inuito Bart.& alij. ff.de offic. præſid. & gloſſ.verb.qui ſine.in l.nec magiſtratus. ff.de iniur. Abb. in c.legebatur. num.3. de maior.& obed. & ita ſi officialis inferior aliquid fecerit contra iuriſdictionem ſuperioris, tunc enim bene poterit durante officio conueniri. l.ſi appellationem. vbi Doct.C.de appellat.Iaſ.in d l.2.nu.3. ff.de in ius vocand. vbi tamen ius ponit pœnã remotionis ab officio poterit tunc officialis ille accuſari,& conueniri durante officio,quoniam ſi aliter diceretur,fruſtrà imponeret ius priuationem officij, vt tenet Bald.in titul.de pace conſtan. in verſ.credentia.ad fin.Iaſ.in d.l.2.nu 3. ff.de in ius vocand.

15 Officialis tamen temporalis bene poterit conuenire,& conueniri in loco,vbi nõ eſt officialis durante officio,quia ſupra reſoluta non habent locum, niſi in officiali conuento in loco,vbi exercet officium.ex gloſſ.1.in l.ſi præſens. C.de Epiſcop.audient. Iaſ.in l.2.n.3. ff.de in ius vocand. & Doct.in l.ſenatus.ff.de offic.præſid.

16 Officialis autem qui habet dignitatem ſine adminiſtratione,poterit cõueniri durante officio. l fin. C. vbi ſenat. vel clariſſ. Gem.in c.prohibetur. 1.quæſt.1. Abb. in c.legebatur.n.3.de maiore.& obed.Bart.in l.nec magiſtratibus.ff.de in iur. Iaſ. In l.2. nu.3.ff.de in ius vocand.

17 Officialis,qui eſt inſtitutus ad bene placitum,bene poteſt conueniri à quocumq;, & etiam ipſe poteſt quemcumq; cõuenire, quoniam talis perpetuo æquipparatur, vt tenet Cin.& Bald. in l.quiſquis. C.ſi cert. pet.Bart.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori. n.12. ff.de noui oper.nunciat. Angel. Iaſ.& alij in d.l.2.ff.de in ius vocand.Ant. de Butr. & in c.cæterum de iure iur. Abb. in c.legebatur. n.3.de maior.& obed.Bald. in l.pars litterarum. ff.de iud.

18 Officialis alicuius ciuitatis, collegij,cõfraternitatis,non poteſt illam obligare ex mutuo,quod nomine ciuitatis, collegij,ſiuè confraternitatis accepit,niſi inutilitatẽ illius ſit conuerſum. l.ciuitas. vbi Doct ff. de reb.cred.& l.ſi is qui. vbi glo.1.& Bart. ff.de pign.ſi tamen haberet ſpeciale mandatum à Republica, ad pecuniam mutuam recipiendam, bene obligaretur Reſpublica, quamuis inutilitatem eius verſum eſſe non probetur. vt tenet Barr.in d.l.ciuitas. nu.7. Iaſ.nu.12. & alij.ff.de reb.cred.tenetur tamen officialis, qui pecuniam mutuã accepit,& non cõuertit inutilitatem illius Reipublicæ,de ſuo ſoluere creditoribus.d. l.ciuitas.vbi Bart.Bald.Iaſ.& alij.

19 Officialis nouiter creatus non tenetur pro debito ſui prædeceſſoris. l.prouidendũ.vbi Barr.C.de decurionib.lib.10.quoniam illud, quod quis facit tanquam negociorum geſtor, vel procurator, vel intuitu pietatis, dicitur ad eum pertinere ratione officij vt in tutore, & procuratore, & tunc remanet dominus obligatus in his,quæ in rem eius vtiliter expenduntur.l.2.vbi Doctor.& per totum.ff.de neg.geſt.aliter tamen eſt in ſuſceptore in officio,quoniã hic non tenetur pro debito ante contracto,vt tenet Iacob.de Belouis.in authent.vt nulli iud.§.hoc vero iubemus.coll.9.Dĩn.in l.in colas. ff.ad municipal. niſi debitum ſit verſum inutilitatem vniuerſitatis, quia tunc tenebitur nomine. d. vniuerſitatis.vt tenet Bart.Pau.de Caſtr.Salicet.Alex.Iaſ.& omnes.in d.l.ciuitas.ff.de reb.cred.

20 Officiales plures ſimùl exercentes officium Reipublicæ,reſpectu ſuæ adminiſtra-

Digitized by Google

ſionis, tenentur omnes, & alter pro altero, l. cum alicui, vbi gloſſ. fin. & Doct. ff. de negot. geſt. & l. Lucius. §. Sempronij. vbi etiã notant ſcribentes. ff. de adminiſtr. tutor. quoniam officialis Reipublicæ obligatur ex mala adminiſtratione. l. Imperitia, vbi Doc. & alij. ff. de regul. iur. & l. qua actione. ff. ad leg. Aquil. & non tantum tenetur officialis Reipublicæ ex ſua negligentia, ſed etiam ex negligentia illius, quem adminiſtratorem ſubrogauit ſuo loco. l. ad Commentarienſem. vbi Bald. & Salicet. C. de cuſt. reor. Iaſ. in l. periculum. ff. de reb. cred. & hoc etiam procedit quando ſubrogatus fuit electus ab eo officiali, & ex publico, cũ tamen ille fuiſſet conſcius fraudis, & aliter non l. ex facto. vbi Doct. ff. de neg. geſt. Iaſ. in d. l. periculum. n. 1. ff. de reb. cred.

21 Officialis itaq; , qui ex negligentia, aut ex imperitia, aliquit deliquid, vel deteriorauit, tenetur ſarcire omne damnum, quod ex ſua negligentia euenit, ſicut medicus, qui ſua imperitia ſeruum deteriorauit, quoniam imperitia culpæ adnumeratur. l. imperitia. vbi gl. verb. imperitia. Doc. & alij. ff. de regul. iur. & l. illicitas. §. ſicuti. vbi Doctor. ff. de offic. præſid. l. qua actione. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & l. ſi medicus. ff. de var. & extraord. cogn. & l. ſi quis fundum alias. l. ſi quis domum. §. celſus. vbi Bart. ff. locat. & ita in iudice, qui per imprudentiã male iudicauit. l. ſi iudex. vbi gl. verb. per imprudentiam, & Doct. ff. de var. & extraord. cogn. & in quocumq; artifice, qui imperitia ſua aliquid damnificauit. d. l. ſi quis fundum alias. l. ſi quis domum. §. celſus. vbi Bart. & l. item quæritur. §. ſi gemma. ff. locat. gl. 1. in l. imperitia. ff. de regul. iur. Din. in l. imperitia. ff. de regul. iur.

22 Officialis, qui in illa arte, qua peritus eſt male æſtimauit, tenetur ex mala æſtimatione. l. 1. vbi Doct. C. de diſcuſſ. libr. 10. fallit tamen in menſore agri, qui ſi male menſus fuerit, non tenetur, niſi de dolo, quoniam hic non eſt obligatus ex officio, ſed à partibus eſt eligendus, vnde ſibi imputet, qui illum elegit. l. 1. §. hæc actio. vbi Doct. ff. ſi menſ. falſ. menſ. dix. & l. 1. §. is quoq;. ff. de act. & obligat. & §. præterea. inſt. quib. mod. recontr. obligat. gloſ. 1. in l. imperitia. ff. de regul. iur.

23 Officialis Reipublicæ, qui in aliqua obligatione illius Reipublicæ, ſeù in rebus, vel adminiſtratione pupillorum non recepit ſatisdationem idoneam, tenetur ſatis facere de ſuo, pro intereſſe illius Reipublicæ, aut pupillorum. l. fin. vbi Doct. C. vt in poſſ. leg. & l. contra. vbi Bart. C. de adminiſtr. publ. libr. 11.

24 Officialis, qui deliquit in officio non poteſt amplius aſſumi ad illud exercendum, nec valet prouiſio poſtea à Rege, ſeù Principe impetrata ad illud exercendum, poſtquam de falſitate, vel delicto aliquo in illo commiſſo eſt conuictus, niſi de delicto fecerit expreſſam mentionem. l. ſi aliquid, vbi Bart. C. de ſuſcept. præp. & arcar. libr. 10. & l. iudices. vbi Doct. C. de dignit. lib. 12. & l. vnica. vbi Bald. C. ſi quacũq; præd. poteſt, & l. null⁹. vbi Bart. C. de Palat. Sacr. & larg. lib. 12. & c. non poteſt. 2. quæſt. 7. & c. accepimus. vbi gloſſ. verb. reputari. de ætat. & qualit. valent tamen ab illo geſta dum toleratur in officio quamuis iam cõmiſiſſet delictum in officio, ob quod ſecuta fuit condemnatio, & depoſitio. §. verũ. 3. quæſt. 7. & l. ſi quis argentarius. §. 1. vbi gl. verb. de fide. & Doct. ff. de edend. Abb. in c. fraternitatis. n. 3. de hæret. Bart. in l. eadem lege. §. hac lege. nu. 4. ff. ad leg. Iul. repetund. cõmunis error facit valere omnia geſta ab officiali, qui habet poteſtatem ab illo, qui illum officialem conſtituere poteſt, & propter aliquem defectum non poterat eſſe officialis, hic enim talis dum toleratur in officio, & publice pro officiali reputatur poteſt officium exercere, & geſta ab illo valent, ſi vero nullam habet poteſtatem à ſuperiorẽ, ſed eſt homo priuatus non valent ab illo geſta, quamuis publicè pro officiali reputetur, & ita intelligitur. l. Barbarius. ff. de offic. præt. Abb. in c. 1. n. 3. verſ. duodecimo. de fid. inſtr.

25 Officialis quicumq; poteſt remoueri ab officio propter negligentiam, vel cõtumaciam, ſicut enim honorabile eſt cuicumq; officiali, ſuum gerere officium cum magna fidelitate, ita eſt abominabile in illo remiſſè, & negligenter ſe habere, & propter illam negligentiam ab officio amoueri debet. l. eum qui res. vbi Bald. Salicet. Salicet. Paul. de Caſtr. Ang. Fulg. Iaſ. & alij. C. de procurat. & l. ſi quos. vbi Doct. C. de offic. præfect. prætor. ord. & illir. & c. grandi. vbi Gem. Ioann. Andr. & omnes. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Abb. in cap. 1. num. 1. de offic. cuſt.

26 Officialis Reipublicæ electus nõ poteſt deſerere officium Reipublicæ neceſſariũ, ſed poti⁹ ſi poſtquã electus fuerit noluerit

acceptare,

Digitized by Google

acceptare, & aufugerit, erit condemnãdus ad ſeruiendum duplex tempus, & bona illius ſunt interim applicanda illi, qui in illius locum fuerit ſubrogatus. l.ſi ad magiſtratum. vbi Bart.& expenſis ipſius officialis fugientis erit reuocandus, l.circenſium, vbi etiam notat Bart.& l. ex omnibus. vbi Doct.C de decurionib.lib.10.& ſi poſtquã officialis ille fuerit electus ſe transtulerit in aliam regionem, ſeù locum,& bona ſua vendat, talis venditio non valebit, tanquã facta in fraudem Reipublicæ, imo emptor conſcius multabitur in pretio. l. hi, qui. vbi Bald.& Salicet. C de reſcind.vend.

27 Officialis, qui eſt conſtitus in vno officio, non poteſt durante illo officio ad aliud incompatibile aſſumi, nam duplici officio incompatibile nemo fungi poteſt. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff.ad treb. & l.nemo ex his. C.de aſſeſſor. & domeſt. & l.1. vbi Doct.C.quemadm.ciuil.mun.lib.10.c.1.& 2.4.quæit.4.& gl.verb admittit in c.in ſuper.de teſt. Abb. in c.qualiter.2. nu.7. de accuſat. ſingula enim officia ſingulis perſonis ſunt committenda ad bonam Reipublicæ adminiſtrationem. c.ſingula.diſt. 89.& c.presbyteros. 16.q.1. & l. ſi plures. ff.depact.gl.ver.admittit.in d.c.in ſuper.de teſtib.Bar in l.1.n.1.C.de præpoſit.lib.11.

28 Officialis nouiter creatus debet in officio illo nouiter creato obſeruare, quod obſeruatur in vicinis ciuitatibus, ſi certum non ſit per ſuum ſtatutum, ſeù aliquod regimentum, quod obſeruare debeat.cap.ſuper eo.vbi gloſ.verb.in vicinis,& Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Ioan.And.Abb.& omnes.de cenſ.& c.cũ olim.vbi Doct.de conſuet.& c.cum Eccleſia Vlterana.de elect.& c.2. de Capell.Monach. & cap.ſuper eo.de cogn.ſpiritual.

29 Officialis poteſt ſubrogari loco alterius ſi ſit æquè idoneus, vt tenet Bald. in l.Parabolani. C.de Epiſc.& Cler.l.1.vbi Bart.n. 2.C.de præpoſit.agent.in reb.lib.12.Iaſ.in l.ſi eum. §. qui iniuriarum.nu.25.ff.ſi quis caut. & officialis ſubrogatus tenet locum in ordine, quem tenebat ille, in cuius locũ ſubrogatur, & omnia poteſt exercere, quæ poterat ille, in cuius locum fuit ſubrogatus, l.comperimus. vbi Bart. num.4.C.de proxi ſacr. ſcrin. ſpecul. in titul.de comp. iud.§.1. verſ.ſed qualem. Abb.& Socin in c.pen.de offic.ord.Iaſ.in l.ſi eum.§.qui iniuriam. num.25. ff.ſi quis caut.hæc tamen ſubrogatio eſt facienda inſcriptis continẽs nomen, & ſubſcriptionem ſubrogantis. d. l.comperimus.vbi Doct.C.de prox.& ſacr. ſcrin. & quando ſubrogatus cõſtituitur ab ipſo officiali, non gaudet priuilegijs, quibus officialis gaudebat aliter tamen ſi ab vniuerſitate conſtituatur Bart.in l.filius.ff. delegationib.

30 Officialis tamen non poteſt alteri committere illud, quod ſibi ratione perſonæ committitur, niſi de conſenſu illorum, quibus negocium tangit, & quorum intereſt. c.fin.§.is autem. vbi gl.verb.vt perſonaliter. de offic. & poteſt iud. delegat. & l.inter artifices. vbi Bart.Bald.& alij.ff.de ſolut.& l.nullus.60.vbi Doct.C.de decurionib. lib.10.

31 Officialis Reipublicæ non poteſt ſuum exercere officiũ, niſi in illis, quæ ad ipſum ſpectant, & ſi in alijs illud exerceat, nihil magis habent firmitatis,& roboris, ac ſi ab aliquo priuato geſta fuiſſent. c.ea, quæ fiũt. vbi gloſſ.1. & Doct.de regul.iur.lib.6.& l. factum à iudice.vbi Dec. n.1.poſt alios.ff. de regul.iur. & l.fin.vbi notant ſcribentes. ff.de iuriſd.omnium iud. & l.1.ff.de fer. & l.vnica. vbi Bart.Bald.& Salicet.C.qui pro ſua iuriſd.

32 Officiali poteſt impune reſiſti, ſi excedat modum,& exerceat illa, in quibus non habeat iuriſdictionem, nam ſi habeat iuriſdictionem, quamuis ſentẽtiam nullam exerceat, non poteſt illi impune reſiſti. gl.ver. denuncietis.in c.ex litteris.vbi Abb.nu.2. de offic.delegat.& l.contra. vbi gloſ.verb. prouinciali, & Bart.C de execut.& exact. libr.12.& l.prohibitum.C.de iure fiſc.libr. 10.& l.deuotum. C.de metat.& epedimet. lib.12. Alex.in l.de pupillo. §.qui opus.ff. de noui oper.nunciat.Claud.in l.vt vim.ff. de iuſt.& iur.in 2.lect glo.1. adit.ad Abb. in d. c. ex litteris.Littera.B.de offic.& poteſt.iud.delegat.

33 Officialis quicumque tenetur oſtendere litteras ſui officij, ſeù dignitatis ſuæ, aliter enim nullus eſt credendus, quòd ſit officialis alicuius miniſterij, ſeù iuriſdictionis antequàm litteras oſtendat. extrauag. 1. vbi Doct.de elect.intercommunes.& l.vnica.vbi Bald.& Salicet.C.de mand.princip. & l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſcop. & Cler.& l.prohibitum. vbi Bart.C.de iure fiſc. libr.10. & l.1. C. de exact.trib. libr.10. nec creditur officiali niſi in his, quæ pertinent ad eius officium.l.ſi quis decurio. vbi gloſſ.verb. autorem, & Salicet. C. ad

Digitized by Google

nobis perſuadere; vult quoniam illa lex. 1. C. de fil. offic. mil. qui in bello. mort. lib. 12. quam ipſe refert ad probandũ, quòd Rex teneatur concedere officia officialium morientium filijs illorum, non loquitur, niſi in illis, qui deceſſerũt in bello: vt ibi notat gl. & Doct. & de illis dixi. §. ſupra proximo.

42 Officialis Epiſcopi, ex generali cõmiſſione non poteſt inquirere, corrigere, & punire exceſſus aliquorũ, niſi ſpecialiter ſibi ſit commiſſum, & hoc differt à Vicario generali, quoniam Vicarius generalis Epiſcopi poteſt inquirere, corrigere, & punire. c. licet. vbi Doct. de offi. Vicar. lib. 6. Guill. in clem. 1. eodem titul. Feder. conſil. 302. col. fin. nec officialis habet poteſtatẽ circa actus ſpirituales extraiudiciales; quia illud pertinet ab Vicariam generalem in ſpiritualibus, inter nos tamen ſolent Epiſcopi creare Vicarium generalem, qui dicitur officialis Epiſcopi, & ſic idem eſt dicere officialem, quòd Vicarium, vnde dimittenda eſt iſta diuerſitas inter officialem Epiſcopi, & Vicarium generalem, vt inquit Ioan. And. in addit. ad ſpecul. in Rubric. de offi. Vicar. Gerip. conſil. 34. nu. 14. Ign. de Salzed. c. 3. n. 1. Barbat. in clem. & ſi principalis. col. 1. de reſcript.

43 Officialis Archiepiſcopi non poteſt excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere Epiſcopum ſufraganeum, dum Archiepiſcopus eſt præſens, vel circa propter reuerentiam, quæ illi debetur, quamuis ſi illum excommunicaret, teneret excommunicatio. c. 1. §. officia. vbi Ioann. And. & alij de offic. ord. lib. 6.

44 Officialis Delegatus ab aliquo nõ dicitur facere actum auctoritate propria, ſed auctoritate illius, qui illũ inſtituit, ſeù delegauit. c. 1. §. ne pro eo. vbi Ioan. Monac. Dominic. Ioan. And. & alij. de offic. ord. lib. 6. & c. ſi Apoſtolicæ. vbi Doct. de præb. lib. 6. & gloſſ. verb. recuſaſtis. in c. dilecto. 40. de teſt.

45 Officium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, non expirat morte concedẽtis, etiam in negocijs non dum cæptis. c. ne aliqui, vbi gloſſ. 1. Dominic. Ioan. And. & omnes. de hæret. libr. 6. Arelat. in tract. de hæret. verſ. 4. & in hoc differt à iuriſdictione, in alijs cauſis delegata, quæ expirat re integra morte concedentis.. c. gratum. & c. relatum. & c. licet vndiq; vbi notant Doct. de offic. iud. deleg. & c. fin. §. officium. eodem tit. lib. 6. dico tamen verb. reſcriptũ. §. 48.

46 Officium Camerarij Papæ & officium pœnitentiariorũ, nõ expirat mortuo Papa, qui concedit, ſed ſi Sede vacante aliquo modo deficere contingat, poſſunt Cardinales alios pœnitentiarios ſubrogare ad tẽpus vacationis, aut amplius, Camerarium vero ad tempus tantum vacationis. clem. 2. §. eo tamen. vbi Ioan. Monach. Dominic. Arch. Ioan. And. & omnes de elect. lib. 6.

47 Officium Sacriſtæ eſt officium theſaurarij, ad quẽ ſpectat cuſtodia, & cura vaſorũ, & veſtimentorum, & theſauri Eccleſiæ, & quæ ad luminaria ſpectant, & omnia illa, quæ in Eccleſia cuſtodienda ſunt. c. vnico, vbi Gofred. Ant. de But. Innoc. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. de offic. Sacriſt. idem Abb. & alij in Rubric. eodem tit.

48 Officialis foraneus eſt ille, qui in aliqua parte diæceſis eſt conſtitutus, vel ad certos actus limitatos, vel in decanatu, ſeù archidiaconatu rurali, & quamuis ibi habeat vices Epiſcopi dicitur tamen foraneus cum ſit in decanatu, ſeù archidiaconatu. clem. 2. vbi gl. verb. foraneus. & Doct. de reſcrip. Innocẽt. & Hoſt. in c. 1. de offi. ord. lib. 6.

49 Officialis alicuius miniſterij, qui promiſit facere opus ad certum diem, & non fecit, tenetur die elapſo ad intereſſe. l. eum qui. vbi Doct. ff. de iud. & l. ſi Calendis, & l. ſi quis ab alio. §. ſi quis. ff. de re iud. & l. & ideo hæſitatur. & l. quotiens. 81. ff. de verb. obligat. & dixi ſupra verb. obligatio. §. 20.

50 Officium tabellionatus de iure ciuili eſt vile, & abiectum, quoniam tabellio vocatur ſeruus publicus. l. non aliter. vbi gloſ. verb. ſeruo publico. ff. de adopt. & l. ſi pupillus. ff. rem. pupill. ſalu for. & l. impuberem. C. de adopt. gloſſ. 1. in l. vniuerſos. vbi Bart. & Ioan. de Plat. C. de decur. libr. 10. Palat. Rub. in rep. c. per veſtras. notab. 3. §. 10. n. 7. nec excuſat officium tabellionatus à muneribus perſonalibus. l. fin. §. pen. vbi Doct. ff. de muner. & honor. attamen hodie in tota noſtra Hiſpania reputatur officium tabellionatus pro nobili, & omnes illi, qui tale officium exercent viuunt honorabiliter, & per regias ſanctiones tenentur habere arma, & equos, ſicut milites. ord. libr. 1. tit. 57. & in Regno Caſtell. & l. 14. tit. 19. part. 3. l. 3. tit. 8. libr. 1. fori. Ioann. Vell. in tract. de pœn. delict. c. 24. §. hinc primo.

51 Officia publica, & munera ſecularia ſunt prohibita neophitis, & Iudæis, vt fuit ſtatutum in Concilio Toletan. 4. cap. 63. & in Concil. 3. cap. 14. & facit text. in c. nulla, diſt. 54.

Digitized by Google

tertio. l. Is à quo fundus. vbi Bart. & l. à quo ſeruus. ff.de rei vind. Bart.in l.ſi alienam. num 4. ff.ſolut.matr. Bald. in C.veniens.2.col.4. de teſt. Iaſ. in l.ſi à furioſo. num.5.ff.de reb.cred. ſi tamen ille tertius opponatur ante ſententiam, non traderur tunc res illi,qui petit, vt tenet Bart.Bald. & Iaſ. vbi ſupra.

7 Opponens defectum ſcientiæ,ſeù perſonæ, contra illum,qui vult promoueri ad aliquam dignitatem, officium,ſeù beneficium, & deficit in probatione, repellitur, & punitur ad intereſſe, & damnum, & iniuriam illius,qui erat promouendus, conſiderata qualitate perſonæ,damno,iniuria, & intereſſe. c.ab eo,qui contra. vbi Ioan Monach.Arch.Domin Ioan.And.de elect. libr.6. damnum enim tenetur ſatisfacere, cuius culpa, ſeù malicia damnum eſt datū. cap.fin.de iniur. & damn.illat. & cap.1.de offic.ord.lib.6.& l.fin, in prin. ff.de eo per quem fact.eſt & §.illud non ex verbis Inſt. de leg. Aquil.

8 Opponens plures actiones, aut exceptiones peremptorias , quarum vna ſufficit ad victoriam conſequendam,non aſtringitur ad omnes probandas,ſed ſufficit vnam probare. cap.inter cæteras vbi notant cōmuniter Doct.de reſcript. & l.interpoſitas. vbi Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.Alex. Iaſ.& alij. C de tranſact. gloſſ.fin ad fin.in l. circa.ff.de probat.& l.ſcire. §. ſcire.& l. propter litem. §. 1. ff.de execut. tut.Bart. in l. Diuus Adrianus. n.5.ff.de reiud.

9 Opponens nullitatē ſententiæ,eò quòd non fuit citatus, non tenetur probare exceptionem illam, ſi citatio non conſtat in actis, ſed ſtatim impeditur executio ſententiæ , aut quando in continenti poteſt probare illam exceptionem vt tenet Bart. & Alex.Iaſ. & omnes. in l. ſi ſe non obtulit. ff.de reiud.& Bart. in l.hi qui ad ciuilia.num.4. C.de appellat.& Doct.in l.2.C. de errore aduocat. & in cap. 1. de ſent. & reiud.

10 Opponens contrà teſtes productos cōtra ſe, quod ſint infames, præiuri criminoſi,& habeant alios defectus,vt teſtificari non poſsint, proteſtando ſe hoc non dicere animo iniuriandi , ſed cauſa ſui iuris conſeruandi , releuatur ab iniuria , ſi hoc verum ſit, & oſtendatur quod cauſa ſui iuris conſeruandi, hoc dixiſſet, aliter autem proteſtatio non releuat, tanquam contraria facto. vt tenet Bald. Ang. & Salicet. in l.fin. ff.quod quiſq; iur.Iaſ.in l.non ſolum. §. morte eius. nu.47. ff.de noui oper nunciat. Doct.in l.apud Labeonem.§.ait prætor. ff.de iniur.

Verbo Ordinarius.

1 Ordinarius aut habet iuriſdictionem ex lege,aut ex conſuetudine,aut ex Principis priuilegio.c.duo ſimul.vbi Hoſt. Innocent.Abb.& omnes. de offic.iud.ord. & c.conquæſtus.9.quæſt.3. & c.primo.18. quæſt.1.& ordinarius qui poteſt abſoluere ab excommunicatione poteſt illam abſolutionem alij committere. c.fin.vbi Doct. de offic.iud.ord.

2 Ordinarius ſubiectus Epiſcopo,ſi proferat excommunicationem , & cenſuram in ſibi ſubditos, tenetur Epiſcopus illam obſeruare.c. cum Eccleſiarum. vbi Abb num. 3. de offic. iud. ord. ſi vero ſit iniuſta optimè faciet Epiſcopus, ſi illam relaxet, & excommunicatum abſoluat,quod facere non debet ſi ordinarius iuſtè procedat, ſi tamen relaxet,& excommunicatum abſoluat,valebit abſolutio,licet ordinarius iuſtè proceſsiſſet,quoniam ſuperior eſt,attamen malefaciet. d. cap.cum Eccleſiarum. vbi gloſſ.fin. & Abb. num 3. de offic. iud. ord. & cap.de perſona.11.quæſt.1.

3 Ordinarius ſciens aliquem eſſe criminoſum, & commiſiſſe aliquod delictū, vel ſibi delinquens ſit confeſſus, ita quòd non ſciat vt homo, ſed ſicut Deus , non poteſt illum nominatim arguere, nec publicè remouere ab Euchariſtiæ Sacramento ſuſcipiendo,quoniam nec Chriſtus remouit iudā, ſed poteſt indeterminatè eum arguere, & dicere nemo ſe ingeret ad Sacramentū Euchariſtiæ ſuſcipiendum , ſi non fuerit confeſſus, & abſolutus,& ſimilia.cap.ſi Sacerdos. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Ioan.And.Abb & alij de offic.iud.ord.

4 Ordinarius poteſt reuocare in priſtinā excōmunicationem illum,qui ex malicia, ſeù decidia alicuius delegati,ad quem litteras imperrauit, fuit abſolutus,ſed remiſit in peccato, & delicto,pro quo fuit excommunicatus, nam licet quis abſoluatur à delegato ab excommunicatione , quam incurrit, pro delicto,& contumacia,ſi non pœniteat, ſed poſtea reuerſus ſit ad peccatum, poteſt tunc iterum excommunicari. c.ſignificauit.vbi Innocēt.Ioan.And.Abb. & alij.de offic.iud.ord.delicta enim toties

Digitized by Google

puniuntur, quoties iterantur. c. 1. de pœn. & auth. vt nulſ. iud. §. ſi quis vero. coll. 9. Abb. in c. ſicut nobis. n. 3. de teſt. & in d. c. 1. num. 1. de pœn. Gramat. deciſs. 16. n. 7. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 84. n. 6.

5 Ordinarius habens reſcriptum Apoſtolicum generaliter, vt Clericos ſuæ diæceſis corrigat, & emendet, non intelligitur per illam generalem cōmiſsionem poſſe procedere contra exemptos quoniam per generale mandatum non derogatur priuilegium ſpeciale, exemptionis cum de illo mentio nō habeatur. c. graue gerimus. vbi gloſſ. verb. litterarum, & Doct. de offic. iud. ord.

6 Ordinarius loci, debet ſupplere negligentiam Abbatis, non reuocantis ſuū monachum, vagabundum. c. quanto. vbi Innocent. Hoſt. Abb. & alij. de offic. ord. & debet procurare clauſuram in monaſterijs ſubiectis propria auctoritate, & in exemptis auctoritate Apoſtolica, cap. 1. §. quoniam. vbi Doct. de ſtat. regul. lib. 6. ordinē tamen nouum regionis, nec create, poteſt ſine licentia Sūmi Pontificis, nec nouum habitum ſummere. c. 1. vbi communiter Doct. de relig. domib. & extrauag. vnica. Ioan. 22. de relig. domib.

Verbo Ordo.

1 ORdo quamuis quàm pluribus modis dici poſsit, dupliciter tamen hic illū ſumimus, alius enim dicitur ordo iudiciorum, & alius ordo, quatènus eſt Sacramentum, de quo dicam infra verbo Sacramentum. hic autem agam de ordine iudiciorum, quoniam ſicut actor naturæ in mundi creatione, omnia ſuo ordine compoſuit gens. c. 1. ita in rebus terreſtribus gerendis, & in cauſis iudicialibus agitandis, & terminandis, debet ordo obſeruari, aliter enim omnia periclitabuntur, & iudicium ſine ordine obſeruato, comparabitur illi, quod eſt in loco, vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Iob. c. 10.

2 Ordo iudiciarius requiritur de ſubſtantia iudicij, vt offeratur libellus, & lis conteſtetur, & iuretur de calumnia ſi petatur, & depoſitiones teſtium conſcribantur, & publicentur, & ſētētia feratur in ſcriptis. ſi enim hic ordo non obſeruetur, aut peruertatur, non valebit iudicatum, nec tenebit ſententia. l. prolatam. vbi gl. 1. & Bart. Bald. Ang. & omnes. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. auth. offeratur. vt lit. cōteſt. & gl. in caſus poſitione ad medium. in c. exceptionem de regul. iur. lib. 6. niſi ſententia lata ſit per confeſsionem partis dixi ſupra verb. confeſsio. §. 38.

3 Ordo iuris non ſeruatus reddit proceſſum, & ſententiam nullam. c. ad petitionē. de accuſat. & c. exhibita. vbi Doct. de iud. & l. 1. vbi Salicet. Paul. & alij. de execut. rei iud. & l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & l. prolatam. vbi gl. & Doct. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & c. per venerabilem, qui fil. ſint leg.

4 Ordo iuris etiam in inquiſitionibus generalibus eſt obſeruandus, ſicut in alijs iudicijs ordinarijs. cap. ad petitionem. vbi gloſſ. verb. non ſeruatum Abb. numer. 2. & alij. & cap. qualiter. 2. §. debet de accuſat. niſi inquiſitio fiat circa regulares, quia tūc proceditur de plano, & ordine iudiciario non ſeruato. cap. qualiter. 2. §. fin. vbi gloſſ. & Doct. & gloſ. verb. non ſeruatum. in cap. ad petitionem de accuſat.

5 Ordo ſcripturæ eſt obſeruandus, quādo aliter ſpecialiter diſpoſitum non inuenitur. cap. ſi quis iuſto. §. 1. de elect. lib. 6. & c. mandato. vbi gl. verb. ſcripturæ, & Doct. de præbend. lib. 6. & cap. ſit rector. 43. diſt. & l. quotiens duobus. vbi Bald. ff. de vſu fruct. & quemadm. quis vt Dec. in c. quoniā Abbas. de offic. deleg. quoniam ordo ſcripturæ deſignat ordinem volūtatis, & proceſſus. vt reſoluit Peralt. in l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 155. ff. delegat. 3. hypol. in Rubric. nu. 9. inſt. quib. alien. lic. Fel. in c. cum dilecta. verſ. ordo ſcripturæ, de reſcript. Bart. in l. 2. §. prius. num. 7. ff. de vulg. Aymon. conſil. 297. Solon. conſil. 27. nu. 21. Iaſ. in d. §. prius. nu. 20. Bald. in auth. hoc amplius, num. 22. C. de fid. commiſſ. & primus vocatur in ordine ſcripturæ, cenſetur magis dilectus. l. publicus. §. fin. vbi Paul. de Caſtr. nu. 3. & Imol. nu. 4. ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. Gallus. ff. etiam ſi parentes. num. 5. ff. de liber. & poſthu.

LITTE-

Digitized by Google

LITTERA P.

Verbo Pactum.

1 PACTVM Eſt nomē generale, cōprehendens omnē conuentionem, & eſt pactio duorum, pluriumuè, in idem placitum, & conſenſus. l. 1. vbi Doct. ff. de pact. & l. pactum. ff. de pollicit. & gl. fin. in c. pactum ff. de pollicit. & gl. fin. in c. pactū. de verb. ſign. Abb. in c. 1. nu. 4. de pact. & Iaſ. in Rubric. n. 4. ff. de verb. obligat. & pactum dicitur à pactione, & appellatur nomine pacis quoniam eſt actus pacis, & concordiæ. d. l. 1. vbi Bart. & alij. ff. de pact. & c. pactū. de verb. ſign. Abb. in c. 1. nu 4. de pact. & ideo generaliter loquendo omnis contractus dicitur pactum, ſed cum habeat nomen ſpecificum non denominatur à ſuo genere, ſed à ſua ſpecie, quoniam quando datur nomen ſpecificum, melius eſt vt denominetur à ſua ſpecie, veluti quando vēdo tibi rem meam dicitur venditio, & ſimiliter, vnde licet pactum comprehendat omnes contractus, & conuentiones, denominatur pactum à ſuo ſpecifico nomine. l. 1. §. conuentionis. vbi Doct. ff. de pact. & Abb. in c. 1. n. 4. de pact.

2 Pactum in quantum eſt pactio duorum, vel plurium in idem placitum, & conſenſus, intelligitur de pacto veſtito, non autē de pacto nudo, quoniam pactum nudum poteſt intelligi cum his, qui erant abſentes, & non conſenſerunt. vt tenet Bart. in l. ſi creditores. n. 5. C. de pact. Alex. in l. 2. col. 1. eodem tit. ſumma Ang. verb. pactū. in prin. verſ. adde.

3 Pactum aliud dicitur veſtitum, & aliud nudum, vt probat text. in l. Labeo ait, & in l. poſtquam pignus. ff. de pact. Abb. in c. 1. n. 4. de pact. ſumma Angel. verb. pactum. §. 2. Iaſ. in Rubric. nu. 4. ff. de verb. obligat. idem Iaſ. in l. poſt venditionem. n. 5. poſt Cin. & Bart. ibidē. C. de pact. Merg. in conſil. 8. n. 22.

4 Pactum veſtitum dicitur multis modis, aliquando enim veſtitur verbis, puta per ſtipulationem præcedente interrogatione, & ſecuta reſponſione. l. 1. vbi Doct. & l. ſtipulationum aliæ. ff. de verb. obligat. §. fin. inſt. de obligat. Abb. in c. 1. nu. 4. de pact. aliquando veſtitur litteris. d. § fin. vbi Angel. & alij. inſt. de obligat. prin. inſt. de litter obligat. & gl. verb. re contrahitur obligatio. in prin. inſt. quib. mod. recontrah. oblig. aliquando conſenſu, vt contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur. d. §. fin. inſt. de obligat. & d. gloſſ. re contrahitur. aliquando cohærentia contractus, puta vendo tibi domum eo pacto, vt ibi inhabitem per annum, & ſimiliter: quoniam pactum, quod tempore contractus celebratur ratum habetur. l. tempore. vbi Doctor. C. de pact. int. empt. & vend. & l. petens. vbi Bart. num. 2. & Iaſ. numer. 12. & alij. C. de pact. & l. iuris gentium. § qui nimo. ff. de pact. aliquando interuentu rei, veluti promiſi tibi aliquid dare, vt tu aliquid mihi dares, aut faceres, & ſimulac dedi eſt pactum veſtitum ex parte mea, & tunc poſſum te obligare, vt facias, quod promiſiſti. prin. vbi Doct. inſt. quib. mod. recontrah. obligat. & gloſſ. ibidem verb. recontrahitur.

5 Pactum nudum eſt illud, quod eſt in meris, & puris finibus conuentionis, ſine aliquo veſtimento, puta promitto tibi dare centum, ſine aliqua interrogatione præcedente, nec litteris, nec aliquo ex ſupra relatis, & tu conſentis, tunc dicitur pactū nudum. vt notat gloſſ. verb. igitur. in l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. vbi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff. de pact. Abb. in c. 1. nu. 4. de pact. ſumma Angel. verb. pact. §. 3.

6 Pactum nudum de iure ciuili non parit obligationem, bene tamen exceptionem. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla vbi gloſ. verb. igitur. & Doct. ff de pact. & Abb. in c. 1. n. 4. de pact. & Aret. in §. in perſonam. col. fin. inſt. de act. Salicet. in l. legem. C. de pact. de æquitate tamē iuris canonici parit actionē, obligationem, & exceptionē, quoniā de iure naturali, & diuino tenetur vnus quiſq; adimplere illud, quod licitè promiſit, & ita obſeruat ius canonicū obligās ad

Digitized by Google

obſeruationem pacti nudi.c.1.& c.qualiter. vbi Canoniſtæ de pact.Fel.& moderni in cap.quæ in Eccleſiarum. de conſt.Alex. conſil.41. lib.3.Rom.conſil.76.& communiter Doct. in d.l.iuris gentium. §.igitur. ff. de pact.licet Aret.in d. §. in perſonam, inſt.de act.& Salicet.in d. l.legẽ.C.de pact. tenẽant contrarium.

7 Pacta legitimè veſtita,quæ nec dolo malo ſunt inita, neq; contra leges,nec in illis fraus aliqua fiat, vtiq; obſeruabuntur, niſi aliquo nouiore pacto tollantur.c.Eleuterius. 18.quæſt.2. & c. puellæ. in fin. 20. quæſt.1. & c.Innocens. 22.quæſt.4.& l.iuris gentium. §.ait prætor. vbi Ang. Fulg. Paul.de Caſtr. Alex. & alij. ff. de pact. & l. pacta nouiſsima. vbi Doct. C.de pact. & l.tempore contractus. vbi Bald. & Salicet. C.de pact.int.empt.& vend.

8 Pactum tamen per vnum actum in cõtrarium factum videtur renunciatum, & receſſum à primo pacto. l. ſi creditor. vbi gloſ.1.Bart.Bald.& Salicet.C.de iure dom. impetr.& l.ſi fundus. §.eleganter.ff.de leg. commiſſ. & l. poſt diem. ff.eodem. & l.ſi hominem. §. quotiens. ff. depoſit. & l. qui ſemiſſes.in prin.& l.cum quidam.§.Diuus. ff. de vſur. & l. commiſſoriæ. C. de pact. int.empt.& vend.& l. cum te C.quod met. cauſ.& tunc redditur ad primam actionẽ. c.cum pridem. de pact. gloſ.verb.vtramq;. in cap.conſtitutus. de pœn. vbi Abb. numer.4.

9 Pactum aliud eſt reale,& aliud perſonale, quod ex verbis,ſeu ex mente conueniẽtium colligitur, nam quando pactio dirigitur in rem, dicitur reale, quando autem dirigitur in perſonam dicitur perſonale. l. iuris gentium. §. pactorum autem, vbi Doct.ff.de pact.

10 Pactum perſonale non excedit perſonam, nec extenditur ad hæredem. l. iuris gentium. §. pactorum. vbi Doct. & l.idem in duobus. §.perſonale. ff.de pact. vnde ſi pactum tecum faciam in aliquo contractu quòd non admittar cũ aliqua exceptione, aduerſus contractũ,niſi prius debitum,ſeù aliquam pecuniæ quantitatem in manu tua deponam, aut ſtante ſtatuto, quòd cõtra inſtrumentum publicum, non poſsit opponi, niſi exceptio ſolutionis, ſed debeat ſtatim executioni mandari, ſemper intelligitur, quando agitur contra illum, cum quo factum eſt inſtrumentum,& non cum hærede,ſeù tertio poſſeſſore,quia ille poteſt opponere quaſcumq; exceptiones,quoniam pactum factum cũ vna perſona non extenditur ad alias. l. ſi vnus §. ante omnia. vbi Bart. Ang. Iaſ. & alij. ff. de pact. Imol.in l.fin. circa antepen.chartam. verſ.aduerte tamen. ff. à quib.appell. non licet Iaſ.in l. iuris gentium. §. prætor ait. nu.9. ff.de pact. Imol.in clem.1. col.4. de reiud.

11 Pacta in ſpiritualibus non valent, tanquàm illicita. c.cum pridem, & c.pactiones. vbi Doct.de pact.& c.præterea.de trãſact.& c.ſuper eo. eodem titul. & c.tua.de ſim.& c.niſi eſſent.de præb.& c.quam pio. 1.quæſt.1.nec in re turpi,ſeù quando continent aliquod animæ detrimentum.c.fin. vbi gl.verb.legitimas, & Abb.n.2.de pact. & l.generaliter. ff.de verbor.obligat. & l.ſi vnus.§.pacta.vbi Doct.ff.de pact.& l.pacta quæ. C.de pact. & §.quod turpi. vbi Ang. inſt.de inutil.ſtipulat.

12 Pactum contra legem, ſeù cõtrà bonos mores, nullius eſt momenti. l. pacta quæ. vbi Bart.Bald.Salicet. Paul.de Caſtr.Alex. Iaſ.& omnes. C.de pact.& l.alia. §.eleganter. vbi Alex. ff.ſolut.matr. & l.ſtipulatio hoc modo. vbi Doct.ff.de verb.obligat. & gl.verb.legitimas. in c.fin.de pact. & dicitur contrà legem, quãdo lex expreſſè prohibet pactum fieri, quoniam ſi lex nõ prohibeat expreſſè pactum fieri,& tunc ſi diſpoſitio legis reſpicit fauorem partis,bene poterit fieri pactum in contrarium. l.paciſci. vbi gl.1. Bart.Ang.Paul.de Caſtr.Iaſ. & alij.& l.pactum. vbi Doct.ff.de pact.ſecùs tamen ſi diſpoſitio legis reſpicit fauorem publicum, ſeù publicam vtilitatem. l. iuris gentium. §.ſi paciſcar.& §.& generaliter. vbi Doct. ff. de pact. quia pacta, quæ continent turpem cauſam, aut contra publicam vtilitatem non ſunt obſeruanda. l. ſi vnus. §.pacta,quæ turpem. vbi Bart.Bal. Paul.de Caſtr.Iaſ.& omnes.ff.de pact.

13 Pactum in re impoſsibili de iure,vel de facto, non valet. c.fin.vbi gloſ.verb.legitimas, & Doct. de pact. & l.impoſsibilium. ff.de regul.iur.& l.impoſsibilis, & l. ſi ſtipulor. vbi Doct. ff.de verb.obligat.& c.nemo poteſt de regul.iur.lib.6.

14 Neq; in rebus,quarum comercium per rerum naturam habere non poſſumus. l. quod nullius eſſe, & l. impoſsibilium. ff.de regul.iur.& l.ſi ſtipulor.ff.de verb.obligat. & prin.inſt.de inutil.ſtipulat. gloſſ.pen.in c.fin.vbi Doct.de pact.

Pactum

Digitized by Google

15 Pactum quod beneficium Eccleſiaſticum per pecuniam reſignetur, ſiuè liti ſuper illo habitæ renuncietur, non valet, quoniam reſignatio beneficij per pecuniam eſt ſimoniaca, aut quando quis renunciat liti ſuper beneficio, & ſuſcipit pecuniam pro illa renunciatione, quia non poteſt aliquis recipere pecuniam pro renunciatione litis, ſuper beneficio Eccleſiaſtico, nec illam dare, niſi habeat ius clarũ, & pecuniam non det pro renũciatione litis ſuper beneficio, ſed pro redimenda ſua vexatione. c.cum pridem.vbi gl.verb.non diximus.& Abb.n.8.de pact.

16 Pactum dolo initum non valet, quoad doloſum. c.cum vniuerſorum,vbi Gofred. Ant.de Butr.Hoſt.Ioan.And. Innoc.Abb, & omnes de rerum permut. & l. aduerſus. vbi Bald. & Salicet. C de except.& præſcript.gl.verb. pacta.in c.1.de pact.ſumma Ang verb,pactum.§.6.ille tamen qui vult reſcindere pactum,debet probare dolum, l.quotiens. §.qui dolo. vbi notant Doct.ff. de probat.gl.fin.in c.Sedes.de reſcript.

17 Neq; valet pactum quando alicui eſt captioſum n.l.id quod pure.in fin.vbi gl.fin. & Doct.ff de reſcind.vend. gl.ver.pacta in c. 1.de pact.lib.6. ſumma Ang.verb.pactum, § 6 & licet pactum dolo initum,aut alicui captioſum non valeat quoad doloſum nõ eſt intelligẽdum ipſo iure,imo pactũ dolo initum valet ſed eſt reſciendum.l.dolo,vel metu, vbi Doct.C.de inutil.ſtipul.Iaſ.in l. cum poſtea quam. n.4.C,de pact facit doctrina Abb.in c.quiſquis n.5.de elect.

18 Pactum in conuentionibus nominatis non obligat,ſi ille cum quo quis contraxit ex parte ſua non adimplet contractũ,quoniam fides non eſt obſeruanda illi,qui fidem non ſeruat, & tunc poteſt rediri ad primam actionem. l. cum proponas.2.vbi Bart. Bald. Odofred. Salicet. Alex. Iaſ. & omnes. C de pact. & l.naturalis. §. ſi quidem. ff.de præſcript. verb. & l.ex placito. C.de rerum permut. & l. quæro. §. interlocatorem. vbi Bart. ff. locat. C. peruenit. 2.vbi Doct. de iure iur.Bald. in l.inciuile. C.de rei vind. vnde ſi mihi debebas centum, & fecit pactum tecum, quòd ſi intra 20. dies quinquaginta ſolueres, eſſem cõtentus,aliàs totum debitum ſolueres,& tẽpore præfinito non ſoluiſti, teneris ad totum debitũ.l.emptor.vbi Doct.ff.depact.

19 Pactum initum à filia cum patre, vt ſit contenta ſua dote, & nõ ſuccedat in bonis paternis, non valet, niſi iuramento ſit firmatum.c quamuis pactum.vbi gl.1.& Doctor.C de pact.lib.6.& l.pactum dotali.vbi Doct.C.de collat. hoc tamẽ obſeruatur de iure canonico,quoniã de iure ciuili pactũ de non ſuccedendo,non firmatur iuramẽto.l.non dubium.in fin. C.deleg.& gl.ver. improbatur.in d.l.pactum. vbi Doct.C.de collat.& ita per ord.lib.4 tit.73.in prin.

20 Pactum de futura ſucceſsione nõ valet, ſed potius eſt reprobatum à lege.d,c.quãuis pactum.vbi gl.verb.improbet.& Doct. de pact.lib.6. & l.pactum quod dotali.vbi Bart.Bald.Alex.Iaſ.& alij,& l.fin.vbi Doct. C..de pact. & l.ſtipulatio hoc modo. ff. de verb.obligat.& l.pactum dotale. vbi etiam notant ſcribentes. C.de collat.ſi tamẽ ille, de cuius hæreditate agitur conſentiat in pacto illo,de ſuccedendo,vel non ſuccedẽdo, & ante mortem non reuocet facta in pactione,in qua conſentit,bene tenet pactũ, d.l.fin. vbi Doct.C.de pact & l.hæreditas.C.de pact.conuent. Abb in c.2.n.10. de conceſſ.prab.pactum itaq; de non ſuccedendo ſine conſenſu illius, de cuius ſucceſsione agitur, non tantum eſt inualidũ, ſed etiam non tollit ius agendi ad ſupplementum. l.ſi quãdo §.illud. vbi Doct.C.de inoffic.teſtam.& l.pactũ. C.de collat.factũ tamen,cum creditoribus, vt poſt mortem patris minus ſoluatur valet.ex Bald.Paul. Alex,Iaſ.& alijs.in l.iuris gentiũ. §.ſi ante. ff. de pact.

21 Si tamen pater filium legitimaret,eo pacto, ne ſuccederet in hæreditate paterna, benevaleret tale pactũ,aut ſi haberet mixturam delicti. l. 1. §. parens. vbi Doct. ff ſi à Patre quis manumiſſ.Paul.de Caſt.Alex. & Iaſ.in l.pactum,C.de collat.Ant.de But. in c. per venerabilem. col.30. verſ.ſed eſt dubium an pater.qui fil.ſint leg Ioan.And. in addit. ſpecul.in tit.de ſucceſſ. ab inteſt. § fin. Card.& Alex.in d. c.peruenerabilem Paul.de Caſtr.in l.ſolet.ff.de iuriſd.omniũ iud.Late Roſal.in tract.de legitimat.

22 Pactũ tamen à patre initũ cũ filio,vt nõ ſuccedat in hæreditatem filij,valet,quoniã non ita debetur hæreditas filij patri, ſicut debetur hæreditas patris filio, vnde licet pactum initũ à filio de non ſuccedendo in hæreditatẽ patris,non valeat, tamen pactũ initũ à patre cũ filio tenet. l.1. §.ſi parens. ff.ſi à patr.manumiſſ.& gl.verb. lex.in d.c. quãuis.de pact.vbi Doct.lib.6.& gl.ver.grauari.in l.ſi quãdo.§.illud.C.de inoffi.teſt.

23 Pactum tamen de hæreditate alicuius mortui, vt quicumq; ita, aut ita ſuccedat, bene tenet, quoniam non dicitur pactum de hæreditate viuentis, vt probat tx. à contrario ſenſu. in d.l.fin. C.de pact. Iaſ. in l.pactum.n.4. C.de collat. ſi tamen paciſcens tantum ex pacto accepiſſet, quantũ illi ex ſucceſsione ſuæ legitimæ eueniret, valeret tunc pactum, quoniam tunc nõ fit læſus, gloſſ. verb. grauari. in l.ſi quando.§. illud. vbi Doct. C.de inoffic. teſtam. Bart. in l.1.§.ſi parens. ff.ſi a parent. quis manumiſ. Abb. in conſil.116. n.2. part.2. Iaſ. in l.pactum.n.4. C de collat.

24 Pactum ne aliquis pro delicto teneatur, non valet, nec eſt alicuius momenti, quoniam inuitaret homines ad delinquendũ, & aperiret tale pactum viam iniquitati, & ad delicta perpetranda, quòd fas non eſt, vnde tale pactum valere non poteſt. l. ſi vnus. §.illud. vbi gl. ver. ne dolus, & Doct. ff. de pact. & l. illud conuenire, vbi etiam Doct. ff.de pact. dotal. & l. nec ex prætorio. ff.de regul. iur. Bald. in c.1.§.item Sacramenta. col. fin. de pace iur. firmat. in vſib. Innocent. in c. ad noſtram.3. de iure iur.

25 Pactum de non cedendo bonis, non valet, quando debitor ita eſt pauper, quod ſoluere non poſsit creditori, quia tunc videtur paciſcens carceribus ſe obligare, vt tenet Abb. in c.fin. nu-3. de pact. Feder. conſil.58. Bart. in l. alia cauſa.§. eleganter. nu.14. ff. ſolut. matr. Doct. in l.1. ff. qui bon. ceder. poſſ. ſumma Ang. verb. pactum.§.9. Rota antiq. deciſ.67. part.2. attamen Alex. & Imol. tenent contrarium. in c. cum contingat. ſed prima opinio eſt verior.

26 Pactum initum per errorem nullius eſt momenti, nec tollit actionem, nec aliquã inducit obligationem, quoniam in errante nullus datur conſenſus. l.ſi cũ te. vbi Bart. Alb. Bald. Salicet. Ang. Paul. de Caſt. Fulg. Iaſ. & omnes. ff.de pact. & qui errat aliud pro alio putat. c. in quibus. 22. quæſt.2. & c. quamuis. diſt.38. Dec. in l. nihil conſenſui. §. nihil videtur. nu.2. ff.de regul. iur. & dixi ſupra verb. error. §.1.

27 Pactum initum contra ſubſtantiam cõtractus non valet, licet tamen contra accidentalia contractus benevaleat. l. pacta conuenta. vbi Doctor. ff.de contrah. empt. Abb. in c. fin. nu.4. de præcar. & in c. vnico nu.6. de commod. & licet pactum rumpat leges, & contractus det leges, vt eſt tex. in l. contractus. vbi Doct. ff.de regul. iur. & gl. verb. contractus. in c. contractus. de regul. iur. non poteſt tamen perſiſtere cõtra ſubſtantiam ipſius contractus, nec poteſt trãſire in alium contractum, quia verborum ſignificatio hoc non patitur, vt tenet Bart. in l. vbi ita donatur. nu.1. ff.de donat. cauſa mort.

28 Pactum in venditione appoſitum, vt in re vendita aliquid fiat, vel non fiat valet, & emptor tenet illud adimplere, aliter enim poteſt venditor repetere rem venditam, reddito pretio. l. cum te. vbi Bald. & Salicet. & l. fin. vbi Doct. C.de pact. inter empt. & vend. pacta namq; partiũ faciunt leges inter ipſos paciſcentes. l. contractus. vbi Doct. ff.de regul. iur. & l. legem quam dixiſti. C.de pact.

29 Pacta conuenta in contractu emphyteutico, ſunt obſeruanda adunguem. l.2. vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & omnes. C.de iure emph. gl. verb. per biennium. in c. fin. vbi Abb. nu.11. de locat. & Burſat. conſil.122. Natt. conſil.49. nu.18. vol.1. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. libertis. n.8. C.de reuocand. donat. Cald. de nouat. quæſt.8. nu.9. Valaſ. de iure emph. quæſt.39. numer.4. verſ. in vtroq; & conſul.123. nu.11. vnde pactum illud inter dominum, & emphyteutã quòd finitis tribus perſonis emphyteuſis remaneat libera, & ſine vlla exceptione directo domino ſine vlla iudicij controuerſia, eſt obſeruandum quia nihil contra legem, ſeù contra bonos mores continet. l. pacta, quæ contra. vbi Doct. C.de pact. Gam. deciſs. 41. num.6. & deciſs.326. nu.8. Valaſc. conſult.123. n.12. & eſt cauſa ridendi videre, quod noſtri accumulant in cõtrarium volentes, pacta in hoc peccare, nec leges hoc diſponentes valere, ſed ratio eſt quia tàm ipſi ſcribentes, quàm eorum cõſanguinei, & affines multas emphyteuſes ab Eccleſijs, ſeu dominis conceſſas poſsident, qua propter ad ſuum commodum loquuntur volentes, vt pacta ad commodum directi domini non valeant, & ad commodum emphyteutarum obſeruenda ſint adunguẽ, non aduertentes, quod non ſit admittenda acceptio perſonarum in iudicando, c. nouit. de iud. & c. qualiter. 1. de accuſat. & c. in iudicijs. de regul. iur. lib.6. nec pauperi miſerendo, gl.1. in cap.2. de mut. pet. Exod. cap.23. & non eſt ius vni auferendum, & alteri dandum. l. iuſtitia. ff.de iuſt. & iur. cum tamen emphyteuſis à tempore immemoriali fuiſſet renouata auis, &

paren-

Digitized by Google

parentibus illius, cui competit renouatio, debet illi fieri,& non alij.

30 Pacta nouiſsima valent,& derogãt prioribus eis contrarijs. l.pacta nouiſsima. vbi Bart.Bald.Salicet. Paul.de Caſtr. Alex.Iaſ. & omnes.C.de pact.inter empt.& vend. & l.ſi vnus. §.pactus, ne peteret. vbi Doct. ff. de pact. niſi ſi primum pactũ haberet verba derogatoria ad ſequentia pacta, quia tunc non tollitur per ſequens, niſi ſpecialiter ita cautum fuiſſet. l. ſi quis in principio.ff.delegat.3.& gl.verb. pact.in l.pacta nouiſsima.vbi Iaſ. n.1. C.de pact.

31 Pactum ſuper principali contractu initũ non extenditur ad appendices.facit tx. in l. in his rebus. §. mancipia. vbi Bald. & Angel.ff.ſolut.matr. Iaſ.in l.fin. §.Lucius. nu.2.ff.de cond.ind. nec pactum de dando aliquid ex bonis, ſeù redditibus Eccleſiæ tranſit in ſucceſſorem, quoniam eſt tantũ prouiſio perſonalis. c.niſi eſſent. vbi Abb. nu.2.de præb.

32 Pactum priuatorum non derogat iuri publico,quoniam iuri communi nemo renunciare poteſt, vt Reipublicæ, ſeù alteri præiudicet. l.ius publicum, vbi gloſſ.1. & l.inter debitorem, vbi Bart.ff.de pact.& l. neq; piguus, & l.nec ex præcario.vbi Dec. nu.1.ff.de regul.iur.& c.ſi diligenti.vbi gl. verb.pacto.de foro comp. & c.cum tẽpore de arb.& c.contingit.de ſent.excommunicat. & licet ſecundario ius publicum lædatur,per pactum tolli non poteſt à priuatis initum,quoniã iuri publico,licet principaliter inutilitatem priuatorum introducto,& ſecundario ius publicum concernenti, per pactum renunciari non poteſt. d. l.ius publicum. vbi Bart. n.3.ff.de pact. Ioan.de Imol. & Alex. in l.nemo.poteſt.ff. delegat.1.Gam.deciſs.383.n.11.

33 Pacta inita per fratres Prædicatores,aut minores, ſeù alios quoſcumq; mendicantes,cum Rectoribus Eccleſiarum parochialiũ ſuper iuribus parochialibus,vel alijs, quibuſcumq; articulis, valent,& ſunt obſeruanda,ſi ſunt licita,& fiant ab ipſis Rectoribus cum Prioribus,& Guardianis,vel approbata ex ſuorum conſilio, vel aſſenſu,quãuis non interueniat licentia ſui Generalis,ſeù Prouincialis, ſiuè ipſorum Capitulis ſint approbata, & licet quoad fratres minores, non interueniat auctoritas Summi Pontificis. c.quia ex eo. vbi Ioan. Andr. Dominic. Anch. & omnes.de pact. lib.6. ſumma Ang.verb.pactum.§.7. & ita in pacto. inter quoſcumq; Monachos, & Rectores parochialium Eccleſiarũ,de non recipiendis ad ſepulturam, niſi certis parochianis ipſarum Eccleſiarum.cap.1. vbi Doct. de pact.lib.6. gloſ.verb.ſepulturam. vbi Ioan. And.in c.1. de ſepult.d.lib.6.nec facit contra hoc. d.c.1.de ſepult.lib.6. dũ punit illos, qui inducunt aliquem ad iurãdum, vouendum, ſeù promittendum, vt eligat ſepulturam in ſuis Eccleſijs,aut electam nõ mutet, quia licet nec parochiani poſsint induci ad ſepulturam non mutandam, aut eligendam,nec parochi,aut Rectores, ſeù Monachi, illos ad id inducere poſsint, non prohibentur tamen Eccleſiæ inter ſe paciſci, vt non recipiantur in vnaquaq; niſi certæ perſonæ, vt notat gloſ. verb ſepulturam.in c.1.vbi Ioann.And.de ſepult. lib 6.

34 Pacta vbi expectatur conſenſus, & auctoritas ſuperioris poſſunt ab ipſo ſuperiori validari quocumq; tempore, quoniã licet pacta tunc ab initio non teneant, per ratihabitionem ex nunc validãtur. c.quotiens. vbi glo.verb.ratihabitio. & Doct.de pact. & c.1. vbi gloſſ.verb. auctoritate.de tranſact. & l.obſeruare, in fin. vbi Doct.ff. de offic.procuſul.

35 Pactum appoſitum in donatione, vt altero ex donatarijs mortuo, donatio reintegretur, & reuertatur ad illum, qui viuit, eſt validum,& conditio in illo appoſita eſt adimplẽda,quamuis ille, qui ex donatarijs mortuus eſt,haberet filios. l.1.vbi gl.verb. actio: vbi Bald. C. de donat.cauſ.mort. ita tamen vt legitimæ filiorum donatio non præiudicet. l. quoniam in prioribus. vbi Doct.C.de inoffi.teſtam.& l.ſi qua mulier. C.de Sacro Sanct.Eccleſ.& l.1. C.de inofficdonat.& auth.de hæred.& falc.§.primũ itaq;. & §.ſi quis autem non implens.coll. 1.& c.Raynuntius, & c.Raynaldus.de teſtam.Valaſ.conſult.153.n.20.

36 Pacta à Principe inita cum ſubitis ſunt obſeruanda,licet Princeps abſolutus ſit à lege. l.digna vox.vbi Doct.C.delegib.quoniam iniquum eſſet Principem contra pactionem ſuam venire. c.1.vbi notant ſcribẽtes.de probat Dec.in l.nec ex prætorio. nu.10.ff.de regul.iur.

37 Pactum initum cũ procuratore de quota lite nõ valet,& procurator qui tale iniuit pactum debet priuari officio tanquam deprædator. l. ſumptus.vbi Bar.ff.de pact. & l.ſi qui.vbi. Bart. Bald. Paul.de Caſtr.&

V v 4 alij.

Digitized by Google

alij. C de poſtul. & l.litem.& l.licet. C.de procurat.& l. ſi contra.vbi Doct. C.mand. & l.ſalariũ. ff.eodem. ſi tamen aliqua quãtitas ex lite promittatur, vel aliquid extra litem nomine ſtrenarum, in caſum victoriæ, non diceretur tunc pactum de quota lite. ex Doctrina Paul.& Oroſ. in l.ſumptus. ff. de pact.Alex.in d. l.litẽ.C.de procurat.. Salicet.in l.ſi vero 1.§.maurus.& in l.ſeq.ff.mand.Paris.conſil.19. nu.53. lib.3. Valaſc. de iure emph. quæſt.12. nu.10. ad fin. nec etiam valet pactum de quota lite initum cum Republica,ſeù cum fiſco.l.cũ allegas.vbi Doct.C.ne fiſc.vel Reſpub.

38 Pacta obſcura, vel ambigua interpretãtur contra illum,qui illa appoſuit,& potuit.apertius declarare ambiguitatem pacti,& conuentionis; l.veteribus.vbi Doct. ff.de pact.& l.labeo.21. ff.de cõtrah.empt. & l.ſi arborem. §. hæc lex. vbi Bart. ff. de ſeruit. vrb. præd. ſemper enim verba ſunt interpretanda contra illum, qui legem dicere potuit. c. contra. vbi Doct. de regul. iur.lib.6. & l.cum quæritur.ff.de reb.dub. gl.fin. in c.petitio. de procurat.Doct.in l. ſi quis teſtamento. ff.delegat.1.

39 Pactum legis commiſſoriæ in cõtractu venditionis eſt illa pactio, & conuentio, quæ apponitur inter cõtrahentes,vt quod venditum eſt reddatur inemptum, ſi non obſeruetur, quod eſt promiſſum, & tunc venditor volens poteſt vti hoc pacto. l.1. vbi Bart.& l.2. & l.3. ff deleg. commiſſ.& gl.verb.commiſſoriæ in c.ſignificante. de pign. & antequàm exiſtat conditio, facit emptor fructus ſuos, ſed ipſa conditione exiſtente,tenetur illos reſtituere, ſi conditioni non paruerit. l. lege. vbi Doct. & l. delege. ff.deleg.commiſſ.

40 Pactum legis commiſſoriæ in pignore fit ſic.ſi in certum tempus, pecuniam non ſolueris, ſit mihi pignus pro ſoluto. vt notat. l.1. & ibi Doct. C.de pact.pign.& cap. ſignificante. de pign. ſumma Angel.verb. pactum.§.17. & pactum hoc legis cõmiſſoriæ in pignore eſt reprobatum,& nõ valet. l.1.& l.fin.vbi Bart.& Salic.C.de pact. pign. & c. ſignificante. vbi Doct. de pign. Cou.ru. lib.3.var.cap.2. ſi tamen interueniat iuramentum valet pactum legis commiſſoriæ in pignore. vt probat.text. in d. c.ſignificante, & ibi communiter Doct.de pign & gloſ.verb.debent in c.cum contingat. de iure iur.

41 Pactum legis commiſſoriæ in vẽditione valet. l.1.& l.2.& per totum.ff.deleg.commiſſ & l.2. C de pact.pign.& gl.ver.commiſſoriæ.in d. c.ſignificante. vbi Abb.nu.6. de pign.videtur tamen renunciatum à vẽditore pactum legis commiſſoriæ, ſi poſt diem recipiat partem pretij, aut agat ad pretij ſolutionem,& non ad inemptionẽ. l.de lege. §. poſt diem, & l.poſt diem, vbi Doct. ff.deleg. commiſſ.& l. commiſſoriæ. C.de pact.inter empt.& vend. vbi notant Bart.Bald.& Salicet.& l.Æmilius.vbi Bart. num.1. ff.de minor.

Verbo Papa.

1 PApa dicitur à nomine Græco, quod eſt pater omnium, & eſt interiectio admirantis,quia vices Dei interris gerit,& eſt Vicarius Chriſti, c.inter corporalia, & c.quanto. de tranſlat. Epiſcop.& clem.vnica.in prin.de iure iurand.& clem.1.de magiſtr.& c.vnico. vt Eccleſ.benefi.& extrauag.Ioan.22. de ſent. excommunicat.& gl. verb. Papa.in proæmio.clement. Rat.diuin.lib.2. cap.1. nu.17. Corrat in Micell. lib.5. cap.15.clem.1 de maior.& obediẽt. inter cõmunes, & dicitur Summus Sacerdos,& Pontifex Maximus, quia eſt Princeps Sacerdotum, & primus,& maior omnibus Patriarchis. c.cleros.diſt.21.& c.Sacroſancta,& c.renouantes.& c.fin.22.diſt. & c.antiqua.de priuileg. & auth.de Eccleſiaſt.titul.§.ſancimus.vbi Doct.collat.9.

Papa quomodo eligatur.dixi ſupra verbo. electio. ex ſola tamen electione iuſtè, & rectè facta ante aliam confirmationem fit perpetuus, vt tenet Paul.in l. beneazenone. col.2. C.de quadr.præſcript. gloſ.in proæm.regul. Cancel.col.2. Ant.de Roſal. de poteſt.Papæ,& Imperatoris. §.2.nu.21. nullus tamẽ poteſt eligi Papa,niſi ex Cardinalibus. c. oportebat. & c.nullus.79.diſt.

2 Papa habet vtrumq; gladium. c.nouit. vbi gl.verb. iuriſdictionem,& Abb.nu.11. de iud.& extrauag.1.vbi Doct.in §.in hac. de maior. & obed. intercommunes, & ibi gloſſ.verb. vterq;. & c. quia præſulatus.1. quæſt.4. gl.verb. cœleſtis. in c.1.diſt.22.& eſt iudex ordinarius ſingulorum, & nullus poteſt declinare eius forum. c.antiqua.de priuil & c.cuncta per mundum.9.quæſt.3. c.fin. vbi gl.verb. compelli.de foro comp. & extrauag.1.vbi Doct.de maior.& obed.

3 Papa eſt iudex Imperatoris, Regum, & omnium illorum, qui non recognoſcunt ſuperio-

Digitized by Google

ſuperiorem. c.grandi. vbi Doct. de ſuppl. negl.prælat. lib.6. & c. nouit. de iud. & c. peruenerabilem. qui fil.ſint leg.clem. paſtoralis.§.nos quoq; de ſent.& reiud.& cap. non eſt nobis. deſponſalib. Ant.,de Butr. Hoſt.Innocent. Abb. & alij. in c.expoſita. de arb.idem Abb.in c.1. n.5. de probat.& in c.ex geſtis.n.3.ad fin.de Cler.non reſid. gl.1.in c.ad Apoſtolicæ.de ſent. & reiud.& illis poteſt dare coadiuctorem , tutorem, ſeù curatorem , ſi neceſsitas illud expoſcat. d. c.grandi. de ſupp.negl. prælat. & ſi legitima vrgeat cauſa,poteſt deponere Imperatorem. cap.2. vbi notant omnes.de re iud. lib.6.

5 Papa eſt omnibus ſuperior,& à nemine poteſt iudicari, nec accuſari. c. patet,& c. nemo, & c.cuncta per mundũ. 1.& 2.in 9. quæſt.3. & c.ſi Papa.diſt.40. & c.nunc autem.21.diſt. ſi tamen Papa ſe alicui ſubmittat tunc ab illo poterit iudicari. c.nos ſi incompetenter.2.quæſt.7. & gloſ.verb.à nemine. in d.c.ſi Papa.diſt.40.& gloſ.in c. nemo.9.quæſt.3. in cauſa vero hæreſis bene poterit Papa à congregatione Cardinalium accuſari,& deponi, cũ ſit hæreticus. c.ſi Papa.vbi gl.verb.à fide.diſt.40.& gl.in c.nemo.9.quæſt.3.& ibi tenent omnes.Iaſ. conſil.95. col.3. Simanc.de hæret. cap.11. n.12. Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.35.n.4.

Papa habet Cardinales, tanquàm coadiutores, ad legem condendã, & aliqua dubia ardua diſcernenda. c.peruenerabilem. §.ſunt autem,qui fil.ſint leg.& c.fundamẽto decet.vbi Ioan.Monach.Dominic.Ioan. And.& omnes. de elect.lib.6. Abb.in cap. quæſiuit. num.3. de his,quæ fiunt à maior. part.cap.

6 Papa quicumq; dicitur ſucceſſor Petri, quamuis plures fuiſſent in medio. c.1. de homicid. libr.6. vbi notant Doct. & c.vbi periculum. §.cæterum, de elect. lib.6.& c. in teſtamento. 21. diſt. Dec. in l. qui per ſucceſsionem. nu.2. ff.de regul.iur.& omnes Papæ habent poteſtatem Petri , quoniam quando Chriſtus dixit tibi dabo claues Regni Cœlorum, quodcumq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcumq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cœlis , fuit dictum Petro , & ſucceſſoribus ſuis,in perſonam eiuſdem.c. quodcumq;, & c. hæc fides. & c. loquitur. 24.quæſt 1.& extrauag.5. Ioann.22. col.6. Matt c.16.cũ enim Dominus voluit nobis manifeſtare illa, quæ ventura erant ante finem mundi, dixit Apoſtolis, erunt ſigna in Sole, & Luna,& cætera,& vos cum hæc videritis, ſcitote quod prope, & in ianuis eſt finis. Matt.cap.24. Luc.c.16. vnde manifeſtè apparet,quòd in perſonam Apoſtolorum dictum erat illud illis, qui illa ſigna ſunt viſuri prope finẽ mundi, & ita Chriſtus loquendo cum Petro, clarè & manifeſtè cõſtat, quòd loquebatur cum omnibus Papis locum Petri tenentibus.

7 Papa poteſt renunciare Papatui, præſertim ſi ſe videat inſufficientem , ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ,& ad Summi Põtificatus onera ſuſtinenda. c. 1. vbi Doct. de renunciat. lib.6. & gl.verb.vt non ſuccedant. ad fin. in c. non autem. 7.quæſt.1. quamuis pauci ſint , qui hæc interſe perpendant , imo vnusquiſq; ſe ſapientem facit ad regimẽ cuiuscumq; miniſterij,ſed ego magis volebam , quod vnusquiſq; de ſe putat, quam quodquiſq; intelligit,attamen aduertere quicumq; debet illud Salomonis, ne initaris prudentiæ tuæ,in omnibus vitijs tuis cogita Deum,& ipſe diriget greſſus tuos , ne ſis ſapiens apud temetipſum,time Deum,& recede à malo.lib.Prouerb. cap.3.

8 Papa mortuo tenentur omnes fideles in omnibus ciuitatibus,& locis inſignibus celebrare eius exequias ſingulis diebus, donec de alio ſit prouiſum. c. vbi periculũ. §. quia vero. vbi Doct. de elect. libr.6. & mors Papæ facit , ne Eccleſiæ parochiales dicitur vacare in Curia Romana.c.ſi Apoſtolica Sede. vbi Doct.de præb.lib.6.

9 Papa cum ſit ſuperintendens in omnibus diœceſibus, poteſt,ſi opus fuerit vnam in duas,ſiuè in plures diuidere,ſiuè plures in vnam vnire , & Eccleſias Cathedrales erigere,& illis limitata territoria aſsignare, vt tenet clem. vnica. vbi gl.verb. ereximus. & Doct. de offic. deleg. intercommunes. & poteſt reſeruare, ſeù pro tempore deputare fructus beneficiorum vacãtium , pro neceſsitate Eccleſiæ Romanæ, ſiuè Cameræ Apoſtolicæ , extrauag. cum non nullæ.1. & 2. vbi Doct.de præb.inter communes.

10 Papa poteſt tollere iuriſdictionẽ vnius Eccleſiæ , & dare alteri. c. nunc vero. & c. per principalem.9.quæſt.3.& gl.verb.ſpeciali, & Abb.ibi.num.4. in c.duo ſimul de offic.iud.ord. non debet tamen hoc facere ſine cauſa,nam cum Papa debeat vnicuiq; ſua iura inuiolata obſeruare, vt probat tx. in c.

Digitized by Google

in c.mandatum.de reſcript. & c.quia monaſterium.de relig.domib. non debet tanquàm bonus paſtor, & pater familias tollere vni,& dare alteri ſine iuſta cauſa.cap. nullus,& c.ecce.9.diſt.& c.de Eccleſijs.25. quæſt.2.& gl.verb.iniuſtitiam. in c.1.diſt. 22. Abb.in cap.duo ſimul.de offic.iud.ord. habet tamen Papa plenam diſpoſitionem Eccleſiarum.dico verb.penſio.§.2.& verb. renunciatio.§.6.

12 Papa debet conſeruare perſonas Eccleſiaſticas in quieto,& proſpero ſtatu,vt notatur in clem.2. vbi Doct. de pœn.nec in dubio aliquem grauare intelligitur, & debet curare, ne Eccleſiæ vacantes patiantur detrimentum in diuino cultu, aut in miniſtris illarum extrauag.vnica.vbi Doct.ne ſed.vacant.intercommunes.

13 Papa in dubio non intelligitur aliquem grauare. c.mãdatum.vbi Doct.de reſcript. & c.quia monaſteriũ de relig.domib.Abb. in c.1.n.20. de iud. imo intendit vnicuiq; ſua iura inuiolata obſeruare (vt probant iura ſupra relata, vt æqualitas inter omnes conſeruetur)tanquàm bonus gubernator, cui omnes Chriſtiani de neceſsitate obedire tenentur, & illi ſubſunt, extrauag.de maior.& obed.intercommunes.

14 Papa in cauſis, quas diſcernit,& in ſententijs, quas profert debet obſeruare ordinem iuris, & æquitatis rigorem ad exemplum, vt cæteri iudices ita faciant, quamuis diſpoſitiuè, ſi aliter ſibi putet eſſe ordinandum, poteſt iudicare ordine iuris nõ ſeruato. c.in cauſis. vbi gloſ.1. & Doct. de ſent.& reiud.& notatur.in l.leges.& in l.ſi Imperialis. C. deleg. quia Papa eſt ſuper ius poſitiuum,& etiam ſuper ius ciuile ratione peccati, nam ratione peccati poteſt Papa tollere ius ciuile. c. nouit. vbi Doct. de iud.& gl.verb. quam ciuilis. in c.fin. vbi Abb.n.1.de præſcript.

15 Papa quando aliquid concedit ex certa ſciẽtia debet eſſe certificatus de omnibus, quæ illum mouere poſſunt ad negandum, aut concedendum, aliter enim non diceretur concedere ex certa ſcientia , ſed per ignorantiam, & ſubreptionẽ. c.paſtoralis. §.præterea. vbi Abb.num.4.de offic.& poteſt iud.deleg. & c.cum olim. vbi Doct.de ſent.& reiud.& ex narratis in ſupplica apparet vtrum Papa ſit certificatus,& habeat noticiam ad concedendum ex certa ſcientia,aut per ignorantiam, vel ſubreptionẽ, nec opus eſt in ſupplicatione plus inſerere,quàm illud,quod Papæ rem aperiat in ſubſtantia,& in effectu.l.fin.vbi Bald.& Salicet.C.de precib.imper.offer.Abb.in cap. paſtoralis.§.præterea. n.4. de offic.iud.delegat.Fel.in c.cum inter. col.1.de except. & in c.non nulli. col.14. de reſcript. Dec. in c.venerabiles. de confirmat. vtil. Doct. in l.quidam conſulebant.ff.de reiud.

16 Papa licet ex certa ſcientia aliquem nominet titulo alicuius dignitatis,non intelligitur illum approbare ad illam dignitatem , nec ſi communicet excommunicato verbo,aut oſculo,ſeu litteris videtur illum abſoluere, niſi exprimat illum abſolutum haberi. clem.fin.vbi gl.verb.ſi ſummus,& Ioan.And.de ſent.excommunicat.

17 Papa cõmittens cauſam alijs iudicibus appellatione remota, ex certa ſcientia,reuocat iuriſdictionem priorũ iudicum, ita vt nec per ſe, nec per alios poſsint ſentẽtiam executioni mandare. c. paſtoralis. §. præterea. vbi Doct. de offic. & poteſt iud. delegat. appellatione enim remota inhibetur omnis appellatio,quæ à iure non indulgetur expreſſè , quoniam omnia tunc videntur prohibita, quæ non inueniuntur expreſſa. c.paſtoralis.vbi gl.1.de appellat. fallit tamen. vt in d.gl.1.

18 Papa poteſt ex cauſa decimas Eccleſiaſticas laico concedere, & tunc ex conceſſione Summi Pontificis illas recipere poteſt. clem.2. vbi Doct.de decim.aliter autẽ illas poſsidere non poteſt, nec etiam in vita donantis,nec illas poteſt præſcribere. c. peruenit de arb.& c.cauſam. vbi Abb.n.1. de præſcript.& c.quamuis. & c. prohibemus.de decim.& c.decimas.16.q.7.

19 Papa concedit licentiam Epiſcopo renunciãdi Epiſcopatui,& illum à cura eximit, ſi ibi ſine vitæ detrimento morari nõ poſsit. c.ad ſupplicationem. vbi Doct. & c. niſi de renunciat. & vocat Patriarchas, Archiepiſcos, & Epiſcopos fratres Reges autem,& alios laicos: vocat filios, & Cardinales etiam filios vocat. c. quam graui. de crim.falſ.& c.Raynaldus.de teſtam.

20 Papa ſemper , & vbiq; vtitur pallio in Miſſarum ſolemnitatibus quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis. cap.ad honorem. vbi Doct.de auctorit. & vſu poll. & quibus caſibus Papa diſpenſare poteſt, dixi ſupra verb. diſpenſatio. à §. 3.

Digitized by Google

Verbo Paries.

1 PArietem commununem habentibus, non poteſt vnus illum diſtruere,& reficere ſi alter prohibeat, quoniam in re cõmuni, potior eſt conditio prohibentis. cap.in re communi, vbi Doct.de regul.iur. libr.6. & l.parietem,& l.in re communi,vbi Doct.ff. de ſeruit. vrb.præd.& l.Sabinus. vbi Bald. ff.communi diuid.& l.an vnus. ff.ſi ſeruit. vind. neq; poteſt aſportare columnas, ſeù tegulas, vel alia fixa ad aliam domum. l. cætera. §.hoc ſenatus.verſ.item,quæri,vbi Bart.Bald. Florean.Paul.de Caſt.Imol.Iaſ. & alij.ff.delegat.1.& l.ſi quis poſt hanc. C. de ædifi. priuat. ſi tamen non intereſt ſocio, prohibere, nec illi nocet, bene poterit alter illo in vito in cruſtare,vel de pingere, ſeù ſcalas iuxta prietem imponere.l. quidam hiberus. §.parietem,vbi Bart.& l. fiſtulam. §. iuxta communem. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l.ſi vt proponis. vbi Doct. C. de ædific. priuat. aut quando res cõmunis ob hoc eſt quæſita,vt opus fiat tunc poteſt alter,altero in vito ædificare. l. ſi ædes. ff. communi diuid. & l. cum duobus. §.item mela.ff.pro ſocio. & gl.1. in c.in re cõmuni. vbi Doct.de regul.iur.lib.6. & gl.verb. conſtat in d.l.Sabinus.ff.communi diuid.

2 Parietem cõmunem poteſt vnus in vito altero reficere,in quacumq; domo,ſeù ædificio ad antiqnam formam,& priſtinũ ſtatum, & expenſas pro parte conſequetur, ſi communi nomine refecit. l. ſi ædes. vbi Doct.& l.in reficiendo. ff.de damn. infect. & ſi vt proponis.vbi Bald.C.de ædific.priuat. & l.pro ſocio. §.ſi tectũ. ff.pro ſocio. & dixi late.ſupra verb.ædificare.à §.14.

3 Parietem communem poteſt ſocius meliorem facere deteriorem vero non poteſt. l.ſi fortem. §.fin.vbi Bart. ff.ſi ſeruit.vind. & poteſt ſuper illo pariete communi ædificare, dum tamen ſocio non noceat. l. ad certam. ff.de ſeruit. & l. hoc quod. §. ſi ex tribus. vbi Bart. ff.de ſeruit.vrb.præd.

4 Paries ſuperior quando reficitur,eſt reficiẽdus à domino ipſius,quoniam fultura parietis ſuperioris, non pertinet ad inferiorem vicinum, ſed ad dominum, cuius eſt paries ſuperior. l.ſicut.vbi Doctor. ff.ſi ſeruit. vind.& ſi paries ſe inclinauit ſuper ædificium vicini, eſt reducendus ad priſtinum,& dominus ædificij poteſt cogere dominum parietis, per actionem negatoriã, ne ita parietem habeat. l.ſi cum meus,& l. ſi quando. vbi Bart.ff.ſi ſeruit. vind.Gerip. conſil.32. num.2.

5 In ſepulchro communi bene poteſt ſocius ſepeliri, quamuis alter ſocius prohibeat. l.vel quod pater familias,& l.ſi plures. ff.do relig.& ſumpt.funer.& §.religioſum. vbi Doct.inſt.de rerum diuiſ.& gloſſ. verb.conſtitutum.in c.cũ omnes.de conſt. & gl.verb.in re communi,in c.in re communi. de regul.iur.lib.6. & gl.verb.cõſtat in l.Sabinus. ff.communi diuid.

6 Si tamen donator faciat rem cõmunem cum donatario bene poterit in illa aliquid deſtruere,& reficere, quoniam regula illa, quæ habet,vt in re cõmuni potior ſit conditio prohibentis, nõ habet locum in donatore habente rem communem cum donatario. l.ſancimus. §.ne autem.C.de donat. & glo.verb. in re communi, in c. in re communi.de regul.iur. lib.6. & gloſ.verb. conſtat.in l.Sabinus.ff.communi diuid.

Verbo Parochia.

1 PArochia dicitur locus,in quo degit populus deputatus,& certis finibus limitatus alicui Eccleſiæ baptiſmali. c. paſtoralis. de his, quæ fiunt à prælat. &.c.Epiſcopi,diſt.80. & c. Eccleſias. 13.quæſt. 1. & c.ſuper eo. vbi Doct.de paroch.& aliquando parochia ſumitur pro toto Epiſcopatu. c.nullus. vbi gl.fin. & Doct. de paroch. & c.1.de rapt.

2 Parochialis Eccleſiæ ius,conſiſtit in pluribus rebus, puta vt populſus audiat Miſſam in ſua propria parochia diebus Dominicis,& Feſtiuitatibus,nec illis diebus debet parochus admittere parochianos alterius Eccleſiæ,qui proprio præsbytero cõtempto, ibi Miſſam vellint audire. cap.vt Dominicis, vbi Abb.n.2.de paroch. Et in decimis præcipiendis, quoniam decimæ perſonales debentur Eccleſiæ parochiali, vbi parochiani recipiunt Sacramenta,prædiales vero debentur ſecundum conſuetudinem. c.ad Apoſtolicæ. vbi gl.verb.perſonales. & Doct.de decim. & c.fin.de paroch. & quæſt.c.16.quæſt.1. Et in oblationibus. c. quia Sacerdotes. & c. Sanctorum. & c.fin.10.quæſt.1. Et in adminiſtrandis, & præſtãdis Sacramẽtis. c.omnis vtriusq; ſexus. vbi notant omnes.de pœn.& remiſ. Et in ſepulturis mortuorum, & in recipiẽdo canonicam portionem pro mortuis.

c.1. &

c.1. & 2 & per totum de ſepult. & c. placuit. 13 quæſt. 2. ſumma Angel. verb. parochia. §. 1.

3 Parochianus dicitur ille qui de facto inhabitat in parochia cum animo ibi manēdi, ita vt ibi verè ſit tranſlatus, & non iuris fictione, c. ſi quis iam tranſlatus. 21. quæſt. 2. & Abb. in c. extirpandæ. §. quia vero. nu. 11. in 4. lect. poſt Fed. de ſen. de præb. & facit text. in l. ex facto. ff. de hæred. inſt. & poteſt vnusquiſq; prolibito voluntatis mutare domicilium. l. nihil. & l. domiciliũ. ff. ad municipal. & tenet Bart. Angel. Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. Claud. & omnes. in l. cum quædam. ff. de iuriſd. omniũ. iud. vnde ſi maritus contraxit matrimonium animo commorādi cum vxore, poſtea attenditur ad domicilium vxoris, quod ibi ſortitus eſt vir, & è contrà, ex Bald. in l. fin. C. ſi à non comp. iud. Gagn. in l. exigere. à num. 13. ff. de iud. bapt. in l. cunctos populos. col. 23. limit. 2. C. de ſumm. Trin. Dec. conſil. 273. col. 5. licet ord. lib. 2. titul. 56. §. 2. requirat quatuor annos in mutāte domicilium, ſed hæc ord. habet locum in foro ſeculari tantum.

4 Parochianus, qui mutat domicilium, nō per ſoluit iura Epiſcopalia primo Epiſcopo, decimas tamen prædiales ſic. niſi aliud ſit de conſuetudine. c. fin. de paroch. & c. ad Apoſtolicæ. vbi Doct. de decim. nec ſi in alia Eccleſia ſepeliatur, habebit Eccleſia Cathedralis, niſi quartam partem de funeribus, excepto. ſi de conſuetudine aliud obſeruetur. c. cum ſuper. vbi gl. verb. quarta. & Doct. & c. in noſtra de ſepult. & dicam infra verb. ſepultura. §. 3.

5 Parochiani tenētur ad fabricam Eccleſiæ, quando talis eſt conſuetudo, aut ſi nullus redditus eſt deputatus ad fabricam, & redditus non ſufficiunt ad commode ſubſtentandum Rectorē Eccleſiæ, & ad illā fabricandam, tunc enim vltimo loco compelluntur parochiani, eò quòd in illa recipiunt diuina Sacramenta, & audiunt Miſſam. arg. tex. in c. ad Apoſtolicam. de ſim. & tenet Abb. in c. quicumq;. à n. 3. de Eccleſ. ædific. & dixi latè. ſup. verb. Eccleſ. §. 27.

6 Parochus debet eſſe vigil in admittēdo ſuos ſubditos, ad matrimonium contrahēdum, ſi fortè inter illos ſit aliquod impedimentum, propter quod contrahere non poſsint, & ſi per vnum teſtem conſtet aliquod impedimentum non debet illos ad matrimonium admittere, nec cognoſcere poteſt, verum validum ſit impedimentum, aut non, quoniam cognitio illius competit ad iudicem Eccleſiaſticum, qui admittet impedimentum per vnum teſtem tantùm, niſi ſponſalia fuiſſent iurata, quoniam tūc magis neceſſe erit obſeruare iuramētum, quàm ſtare dicto vnius. c. præterea. 2. vbi Doct. de ſponſal. & c. de illis. vbi gl. verb. iudicio Eccleſiæ, & Ant. de But. Hoſt. Ioā. And. & alij de ſponſ. impub.

7 Et parochus, qui matrimonia interdicta non prohibet, aut illis intereſt, ſuſpenditur ab officio per trienium, & grauius pro arbitrio iudicantis punietur, ſi exceſſus culpæ id exigat. cap. cum inhibitio. §. fin. vbi de Cland. deſponſal. & proprius parochus, qui ſubditos in matrimonio coniungere poteſt, eſt Epiſcopus, qui in tota ſua diæceſi eſt ordinarius, & eius Vicarius Generalis, qui etiam eſt ordinarius, & proprius Sacerdos vtriuſq; coniugis, ſi contrahentes ſint diuerſarum parochiarum, nam tūc vterq; cōtrahens efficitur ſubdit9 vtriuſq; parochi, cum vnus ſine altero coniungi nō poſsit, vt reſoluit Segur. in direct. iud. Eccleſ. c. 15. nu. 47. Merg conſil. 8. nu. 26. Salzed. c. 73. col. 292. §. decimoquarto.

8 Parochus, aut alius Sacerdos, qui admittit non ſubditos ad matrimonium, aut ad alia Sacramenta, ſeù illos benedicit, debet grauiſsime puniri, & in hoc debent obſeruari conſtitutiones Synodales cuiuſcumq; Epiſcopatus, nec tunc valet factum à tali parocho, ſeù Sacerdote, tanquàm factum à priuata perſona, facit text. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. & c. cum contingat de foro comp. & cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœn. & remiſſ. & c. de cauſis de offi. deleg.

9 Parochus cuius culpa, ſeù negligentia infirmus moritur ſine Sacramentis Eccleſiæ, debet ſuſpendi ab officio quoniam fit reus animæ illius. c. ſi presbyter, & c. cognouimus. 26. quæſt. 6. & gl. verb. ſine confeſsione, in c. officiũ. de offic. Archipresb. & c. quicumq;. de conſecrat. diſt. 4.

Verbo Pars.

1 PARS alia dicitur pars rei, & alia pars aduerſa in aliqua litè, & pars rei continetur in toto, quoniam pars toto cedit. c. in toto. vbi Doct. de regul. iur. libr. 6. & l. ſi quis cum totum. ff. de except. rei iud. & l. in rem actio. §. ſed & id. ff. de rei vind. & l. in toto, & pars, & l. ſemper ſpecialia. vbi Doct.

Doct. ff.de regul.iur. vnde ſi peto à te decem, tu dicis non debeo, & iuras, attamen debes quinq; falſum iuras quoniam etiam ſi non deberem petere, niſi illa quinq;, tu tamen debebas dicere te quinq; debere, quia interrogatio de toto intelligitur de qualibet eius parte, & ita reſponſio intelligitur de toto ex qualibet eius parte. d.l. ſi quis cum totum. ff.de except. rei iud. & l.pupillus. §.fin. ff.de verb.ſign.& l.qui ſolidum.in prin. ff.delegat.2. Bart.in l.1.§. ſi ſtipulanti. num.2. ff.de verb.ſign.& in d. l.ſi quis cum totum. nu.1. ff.de except.rei iud.

2 Pars aduerſa in aliqua lite, dicitur vterq; illorum qui contendunt, & qui prouocat debet citare partem aduerſam ad iudiciũ competentem, nam ſi fuerit citata, vt veniat extra locum, vbi iudex eſt deputatus, non tenetur ire, quoniam talis citatio eſt ipſo iure irrita. c.ſtatutum.§.in nullo. vbi gl.verb. citet, & Ioan. Monach.Dominic. Ioan.And.& alij de reſcript.lib.6. & ſi per talem citationem aliquis fiat proceſſus nullius eſt momenti. d. c. ſtatutum. §.fin. vbi Doctor.

3 Partes non ſunt fatigandæ laboribus, & expenſis quatenus fieri poteſt. c.pia.de except.lib.6.& cap.vt litigantes.de offic.ord. lib.6. & cap.1. de appellat.d.lib.6. & cap. ſuper quæſtionum. de offic.iud. delegat.& c.finem. vbi Ant.de Butr.Hoſt.Ioan.And. Abb. & omnes. de dolo,& contumac. imò ſi partes interſe concordant in cauſis ciuilibus, tunc iudex debet ferre ſententiam ſecundum partium voluntatem,& cõcordiam,ſi earum concordia,& conuentio aliquem iuris errorem non contineant. l.ſi conuenerit. vbi Bart. Paul.de Caſtr.Iaſ. & alij.ff. de reiud.

4 Partes tamen in criminalibus,non poſſunt diſponere, nec paciſci, nec iudex in illis debet ſequi partium concordiam,ſeù voluntatem,quoniam incriminalibus cauſis vertitur publicum intereſſe, & eſt ius publicum, quod partiũ conuentione tolli non poteſt. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. vbi Doct. & l.ius publicum. ff. de pact. & l.fin. vbi Bald.C.de abolit. & gl.verb prohibitum. in l. tranſigere. vbi Doct. C. de tranſact. Iaſ.in l.ſi conuenerit. n.2. ff.de re iud.nec etiam in alimentis futuris relictis in teſtamentis debet iudex ſequi concordiam,voluntatemq; partiũ,ſed illud,quod ex voluntate teſtatoris colligitur.l.cum hi, vbi Bart.Alb.Fulg.Iaſ & alij ff.de tranſact. & l.de alimentis.vbi Doct. C.eodem titul. ſpecul.in titul.de arb. §.reſtat videre.verſ. ſed nunc compromiſſum ſuper alimentis. Iaſ.in l.ſi conuenerit.n.3.ff.de reiud.

5 Pars vna ſi renunciat ſuis allegationibus, non præiudicat alteri, quominus ſuis vti poſsit, dum tamen intra tempus diffinitum illas proponat, aliter enim iudex iudicabit ſecundum diſpoſitionem iuris, abſq; partium allegationibus.auth.vt cum de appellat. §.ſed hoc. vbi Bart. Angel. & alij.coll.8. Merg.conſil.27. n.8.

Pars vna poſtquam ad curiam venerit cum ſua appellatione, non tenetur aliam partem expectare, niſi per viginti dies, illis enim tranſactis proceditur in negocio, non obſtante cuiuscumq; partis abſentia. c.1. §.ſed pars. vbi Doct.de elect.lib.6.per noſtram ord. lib.3. titul.68. §.5. non tenetur expectare niſi tres dies.

Verbo Pater & Mater.

1 Pater alius eſt carnalis, alius ſpiritualis, & alius legalis, ex gloſſ.verb.quandiu, in cap.vnico.de cognat.legat. Nau.in Manu. cap.22. nu.35. & dicitur pater carnalis ille, qui filium generauit, licet in lata ſignificatione appellatione patris veniant omnes aſcendentes, & è conuerſo appellatione filij veniant omnes deſcendentes, c.nam,& Rex.vbi gl.verb.patres. de verb. ſign.& l.ſi dotali. ff.ſolut.matrim.& l.liberorum. vbi Doct. ff.de verb. ſign. & l.iuris conſultus.ff.de grad.& affin.Iaſ.in Rubric. nu.1. ff.de liber. & poſtu. pater ſpiritualis dicitur ille,qui alium baptizauit,ſeù à fontè baptiſmali eum leuauit, vel confirmauit,ſeù confirmatum tenuit.c.quamuis,vbi Doct.de cogn.ſpiritual.lib.6.Abb.in Rubr. de cognat.ſpiritual.& c.1. & per totum.ibi Trid.ſeſſ.24. c.2.de reformat.matr.Nau.in Manu. c.22.nu.36. legalis vero pater dicitur ille,qui aliquem in filiũ adoptauit,ſeù arrogauit. c.vnico. vbi glóſ.1.Abb.& omnes.de cognat.legal.& l.1.& 2.& per totũ. ff.de adopt.& inſt.eodem per totum.

2 Socer etiam habetur loco patris, & illi debetur à nuru eadem reuerentia, & honor, quæ vero patri debetur cum vir, & vxor vna caro ſint facti, datur hoc beneficium. l. rei iudicatæ, §. fin. vbi Doct. & l.quia parentis. vbi gl.fin. ff.ſolut.matrim.

& l.ſi filia. §.ſi filius. ff.familiceriſc.vnde filius non poteſt citare patrem,& vocare ad iudicium, ſine venia ita nurus non poteſt ſine venia citare ſocerum,nec eum vocare in iudicium,dum inter eos durat affinitas. l. generaliter. vbi gloſſ.fin. ff.de in ius vocand.& §.ſocrum.inſt.de nupt.ord.libr.3. titul.9. §.2.

3 Pater non poteſt retinere vxorem filij, ſiuè filiam cõtra voluntatem mariti illius, ſed potius per cẽſuram Eccleſiaſticam debet compelli , vt illam marito reſtituat, quoniam licet pater habeat filios in poteſtate, maritus tamen habet maiora iura in perſonam vxoris , quibus à patre priuari non poteſt. cap,non eſt vobis.vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes. deſponſal. & poteſt maritus petere vxorem à patre, ſeù ſocero tàm coram iudice Eccleſiaſtico , quàm ſeculari , cum enim agitur de vxore exhibenda, & nõ de ſubſtantia matrimonij,vterq; iudex eſt cõpetens , vt illam reſtitui iubeat , vt notat gloſ.verb.vxoris. in d. c.non eſt vobis.vbi Abb.nu 6.deſponſal.& Ioan.And. in addit. ſpecul.in tit.qui fil ſint leg.§.1.

4 Pater poteſt contrahere ſponſalia pro filio impubere minore quatuordecim annis in maſculo , & duodecim in fœmina, pro adulto tamen non poteſt, niſi ille cõſentiat, & quando pater contraxit ſponſalia pro filio minore , tenetur filius factus maior de honeſtate illa adimplere,non autem de iuris neceſsitate. c.1. vbi gl.fin. & Abb. n.7. de deſponſal.impub.

Parentes poſſunt litigare de matrimonio filiorum, ſi ipſi filij conſentiant aliter autem non fiet præiudicium ipſis filijs. gl. fin. in cap.accedens de procurat,ſed filius familias poteſt in ſpiritualibus eſſe in iudicio ſine patris conſenſu. cap.fin.vbi Doctor. de iud. lib.6. & in cauſis beneficialibus, vel caſtrenſibus , ſeù quaſi, & in alijs inquibus patri nihil quæritur, & tunc cum ſit maior quatuordecim annis maſculus, fœmina duodecim poteſt ſtare in iudicio perſe, aut per procuratorem, minor tamẽ per procuratorem. c. ſi annum. vbi Doct. de iud. libr.6. & l.miles. §.actionem.ff.de caſtrenſ. pecul. auth. vt liceat matr. & au. in princ. collat.8. & l. filius familias. ff.de procurat.& l.ſi longius. §. ſi filius familias. vbi Doct. ff.de iud. Ang.in §.actiones autem.col.pen.inſt. de act. & Paul.de Caſtr. conſil.54. ſpecul.in tit.de act. §.1. verſ.ſed nunc filius. & Ioan.And.in addit.ad ipſum ibidem. in verſ. verum tamen.Innoc.in c. conſuetudinem.de conſuet. Alex.de Imol. conſil.106. lib.1. & Guid. Papa.deciſs.54. Afflict.deciſs.180.nu.3.

6 Pater poteſt facere teſtamentũ filio impuberi.cap.1. vbi Doct.de teſtam.libr.6.& l. Papinianus. §. ſed nec. ff.de inoffic. teſtam. Abb. in cap.Raynaldus.nu.2.de teſtam. & poterit in illo teſtamento , quod fecit pro filio priuare matrem portione iure naturæ debita,quod eſt mirabile,quia filius pubes faciens teſtamentum illam priuare non poteſt. cap.1. vbi gloſſ. verb. non poſsit,& Doct.de teſtam.lib.6.& l.Papinianus. §. ſed nec impuberis. vbi Bart. num.3. & alij. ff. de inoffic.teſtam. Gerip. conſil.23. num.42.

7 Pater non poteſt priuare filium,ſeù deſcendentem ſua legitima,debita iure naturæ, c.Raynuntius. & c.Raynaldus.vbi notant omnes ſcribentes. de teſt. & authẽt. vnde,vbi Bald.Salicet.Paul.de Caſt.& alij, & l.parentibus, & l. ſi pater. C. de inoffic. teſtam. & l.1. vbi Doct.& per totum.ff.eódem. ita vt ſi ingrediatur monaſterium cum filio impubere,& ibi ſe, & filium cum bonis obtulerit , poterit filius factus maior exire, & petere ſuam legitimam. cap. cum ſimus. vbi Doct.de regular.nec etiam faciens teſtamentum, in quo ſe faciat debitorem alterius,præiudicat filio in ſua legitima, ſi debitum aliter nõ probetur, aut confeſsio non ſit facta præſente parte, ſeù perſona publica ſtipulante, vel non ſit iurata. l.Lucius. §.quiſquis mihi hæres erit. ff.delegat.2.& l.qui teſtamentum.vbi Bart. ff. de teſt.idem Bart. in l.cum quis. §.codicillis.num.1. ff.delegat.3. Abb. in c.fin. n.19. de ſucceſſ.ab inteſt. Iaſ.in l.1.n.4.ff. de eo per quem fact.& in auth.vnde,nu.3. C.de inoffic.teſt.

8 Pater tamen poterit exhæredare filiũ, & priuare legitima iure naturæ debita, propter cauſas ingratitudinis , quas hic tranſcribo. puta ſi filius in parentes manus intulerit , aut ſi grauem iniuriam eis fecerit , ſi criminaliter eos accuſauerit de cauſa , quæ non ſit aduerſus Principem , vel Rempublicam , ſi cum maleficis , vt maleficus verſetur , aut ſi maleficus efficiatur , ſi vitæ parentum ſit inſidiatus , ſi vxori , vel concubinæ patris ſe immiſceat , ſi ex delapidatione filij graue diſpendium parentes tulerint,

ſi pro

Digitized by Google

ſi pro perſona, vel debito eius in quantum poteſt fideiubere noluerit, hoc tamen de fideiuſsione ad filios maſculos tantum pertinet. Item ſi prohibuit eum facere teſtamentum, ſi contra voluntatem parentum inter arenarios, & mimos perſeuerauerit, cum pater non fuerit illius profeſsionis, ſi filia vitam luxurioſam egerit, cum parentes vellent eam propoſſe dotare, niſi neglexerint eam maritare vſq; ad vigeſſimum quintum annum, ſi parentibus furioſis debitam curam non impenderit, ſi parentem captum de carcere eripere neglexerit, ſi parentes captiuitate detentos redimere neglexerit, cum poſſet, ſi filius fuerit hæreticus, authent. vt cum de appellat. §. aliud quoq;. verſ. cauſas. & §. ſi quis. 1. & §. ſi vnum, & §. ſi quis. 2. coll. 8. gl. verb. exhæredaret. in c. quintauallis, de iure iurãd. & hæc omnia habent locum in auo, vel auia. d. §. aliud quoq;. vbi notant ſcribentes.

9 Pater ſicut propter cauſas ſuprà relatas, poteſt filium exhæredare, ita ex alijs, quæ ſint ſimiles, vel maiores illis, quoniam in ſimilibus, vel maioribus datur eadem ratio ingratitudinis erga parentes, quos honorare debemus. vt tenet Guill. in authẽt. non licet. C. de liber. Præt. & Guill. de Bened. in cap. Raynuntius. 1. part. rep. nu. 19. Rip. in Rubric. num. 20. de iud. Angel. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. Iaſ. in d. authent. non licet. num. 6. Crotus conſil. 115. num. 19. libr. 2. Curt. Iun. conſil. 182. nu. 10. & in d. authent. non licet. num. 23. verſ. circa iſtud. Gerip. conſil. 6. num. 12. Iul. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 41. nu. 2. & eſt communis, àqua non eſt recedendum in iudicando, & conſilium dando licet Alex. teneat contrarium. in d. authẽt. non licet.

10 Etiam propter iniuriam verbalem, ſi iniuria ſit nimis grauis, poterit pater filium exhæredare, vt tenet Ioann. Andr. in cap. fin. col pen. de donat. Iul. Clar. libr. 3. §. teſtamentum. quæſtion 41. num. 3. & eſt communis, ex Curt. Iun. conſil. 147. num. 1. non eſt tamen intelligendum, niſi de iniuria verbali, ex qua pater grauiſsimè offendatur.

11 Parentes tamen debent inſerere nominatim in ſuo teſtamento cauſam ingratitudinis, propter quam filium exhæredant, & debet probari ab hærede, quòd ſit vera, aliter enim non valet exhæredatio, & teſtamentum ſit irritum, & inualidum. d. §. aliud. gl. verb. nominatim, & Doct. in authent. vt cum de appellat. cogn. coll. 8. & authent. non licet. vbi Bald. Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. de lib. Præter.

12 Et ſi pater multas ingratitudinis cauſas in teſtamento expreſſerit, attamen nõ eſt verum, quod filius in omnibus deliquiſſet, ſed tantum vna eſt vera, nec hæres poteſt probare, niſi vnam tantum cauſam ingratitudinis, illa tamen ſufficit, vt valeat exhæredatio. d. auth. vt cum de appellat. cogn. §. ſiue igitur. vbi Doct. & §. ſi tales. coll. 8. l fin. C. de reuocand. donat. Bald. & Iaſ. nu. 11. in auth. non licet. C. de liber. Præter. Innocent. in c. in præſentia. de renunciat.

13 Si tamen pater faciat teſtamentum in quo filium exhæredet propter aliquã cauſam ingratitudinis, & poſtea filius reconſilietur cum patre, videtur tunc adempta exhæredatio. l. ſi quis ita. §. fin. & Bart. ibi num. 6. ff. de adimend. legat. & l. quod ſi iterum. vbi Doct. ff. eodem. Iaſ. in authẽt. non licet. num. 14. C. de liber. Præter. & etiam ſi filius efficiatur monachus, purgat cauſam ingratitudinis, vt eſt text. in c. non liceat. vbi gl. verb. ingratitudinis. 19. quæſ. 3. & gl. verb. quaſi gratum in l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. attamen gl. ver. maculam in auth. de Monach. in prin. coll. 1. tenet contrarium, & Cin. & Bald. in d. l. Deo nobis. Iaſ. in d. auth. non licet. nu. 4. C. de liber. Præter. quod verum exiſtimo, quoniam ingreſſus monaſterij nõ purgat cauſam ingratitudinis, licet alia purget, vt tenet Iaſ. vbi ſuprà.

14 Pater tenetur præſtare alimẽta filijs, niſi ipſi ex ſe per aliquam artem, ſeù officiũ, aut laborem, ſi ſunt illius qualitatis, vt laborare poſsint, viuere valeant, quia tunc exoneratur ab illa obligatione, quando filij per ſe viuere poſſunt. cap. ius naturale, diſt. 1. & l. 1. §. ius naturale. vbi Doct. ff. de iuſt. & iur. & l. ſi quis à liberis. §. deniq;. & §. ſed ſi filius. vbi Bart. ff. de lib. agn. & l. cum non ſolum. §. ipſum autem. vbi Doct. C. de bon. quæ lib. & Dec. in l. iura. num. 3. ff. de regul. iur. & petuntur alimenta officio iudicis, conſiderata qualitate patris, & illius facultatis. d. l. ſi quis à liberis. vbi Doct. ff. de lib. agnoſc. Abb. in c accedens. nu. 6. de procurat. & Doct. in l. fin. C. de alend. lib.

15 Pater tamen poteſt negare alimenta fi-

Digitized by Google

lijs in omnibus caſibus, in quibus illos exhæredare poteſt. l. ſi quis à liberis, §. Idem index. vbi gloſſ. verb. detulerat, & Doct. ff. de liber. agn. & l. Diuus. ff. ad legẽ Pomp. de Parric. & l. ſi patrem. C. de aled. liber. Abb. in c. quintaualis, nu. 5. de Iure Iur. Dec. in l. iura ſanguinis. num. 3. ff. de regul. iuris.

16 Pater tenetur filiam maritare, & illi dotem præſtare, ſecundum qualitatem, & facultates ipſius, quod officio iudicis diſcerni debet. l. qui liberos, alias. l. capite. vbi Bart. ff. de rit. nupt. & leg fin. §. vtramq;. vbi Doctor. C. de dot. promiſſ. Abb. in c. accedens. num. 6. de procurat. gloſſ. verb. intelligi. in l. fin. vbi Bald. & An. C. de dot. promiſſ. Palat. Rub. in cap. per veſtras. §. 69. col. 2. de donat. inter vir. & vxor. Iaſ. in §. fuerat. numer. 100. Inſt. de act. Bald. Innouell. in tractat. de dot. 6. part. priuileg. 3. Rip. in l. 1. num. 54. ff. ſolut. matr. Corrat. in d. l. qui liberos. numer. 95. & ſi filia nupſerit ſimpliciter nulla dote promiſſa tenetur tunc maritus illam de ſuo alere, ſecundum qualitatem illius. authent. quib. mod. nat. effici ſui. §. quoniam autem. vbi Doctor. coll. 6. Innocent. in c. veſtras. de donat. inter vir. & vxor. Abb. in c. accedens. num. 6. de procurat. & quod non poſſit poſtea agere contra patrem ad illi dotem præſtandam, licet idoneum eligat virum. tenet Bart. in l. obligamur. num. 1. ff. de act. & obligat. & Abb. vbi ſupra ſed contrarium tenet Ioan. And. in d. cap. accedens. de procurat. gloſſ. verb. lege obligamur. in leg. obligamur. ff. de act. & obligat. & gloſ. ver. parentum. in cap. hoc Sanctum. 32. quæſt. 2. & gloſſ. verb. excuſata. in cap. de raptoribus. 26. quæſt. 1. Bald. Imol. & Alex. in l. 1. ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. ſi donaturus. §. ſi quis in debitam. numer. 5. ff. de condit. cauſa dat. Gam. deciſ. 376. num. 1. & hoc eſt verius in illa, quæ poſt vigeſimum quintum annum nupſit, contra patris voluntatem, quia ſi pater fuit negligens ad illam maritandam, potuit poſtea maritum contra patris voluntatem accipere, nec ob hoc debet priuari dote, quæ loco alimentorum à patre eſt præſtanda, & pater tenetur ad duo, videlicet filiã nuptui tradere, & illam dotare. l. qui liberos, vbi Doctor. ff. de ritu nupt. & ceſſante vna obligatione non ceſſat altera. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt.

17 Mater tamen non tenetur filiam maritare, nec illam dotare, quoniam hoc eſt officium paternum, & non maternum, niſi alia rationabilis cauſa ad id matrem aſtringat. l. neq; mater. vbi Doct. C. de iure dot. gloſſ. verb. paternum. in l. fin. C. de dotis promiſſ. Valaſc. conſult. 92. num. 7. & Gam. deciſ. 376. num. 1. ſi tamen pater puellæ fuiſſet mortuus, aut inops, & mater diues, tunc erit cauſa rationabilis, ob quam mater teneretur filiam dotare, ex d. l. neq; mater. vbi Salicet. C. de iure dot. Rip. in l. 1. num. 79. ff. ſolut. matr. Corra. in l. qui liberos. num. 112. ff. de ritu nupt. Bald. Innouell. de dote. 6. part. 3. priuileg. num. 3. Ioann. Campeg. in tract. de dote. 1. part. quæſt. 22.

18 Mater tenetur alere filium triennio de ſuo lacte, nec debet contemnere nutrire filium ſuum, quamuis nobilis ſit, poſt triennium tamen tenetur pater eum alere, cap. ad eius. diſt. 5. & leg. nec filium, vbi gloſſ. verb. triennio, & Doct. C. de patr. poteſt. & l. 2. C. de Infant. expoſ. & cap. fin. vbi notant ſcribentes de conuerſ. infid. gloſſ. ver. materna. in l. alimenta. C. de neg. geſt. gloſſ. fin. in cap. cum haberet. vbi Abb. num. 9. de eo qui dux. in matr. gloſſ. verb. filios. in §. illud. in authent. vt liceat matr. & auiæ, coll. 8. Palat. Rub. in cap. per veſtras. notab. 3. §. 22. num 8. de donat. inter vir. & vxor. Cou. ruu. deſponſal. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 13. Molin. de prim. genit. libr. 2. cap. 15. numer. 3. & Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. num. 1. & Lara. numer. 2. ff. de liber. agnoſ. Paleot. de not. & ſpur. cap. 42. & dixi ſupra verb. filius. §. 37.

19 Mater, quæ filium alimentauit, dum pater abundabat, poteſt petere expenſas à patre. leg. ſi quis à liberis. §. ſi mater. vbi Bart. Albert. Odofred. Lara. & alij. ff. de lib. agnoſc. idem Bart. in tractat. de aliment. num 9. Alex. in l. alimenta. num. 5. C. de neg. geſt. Vital. in tract. clauſul. pag. 941. & hoc tam in filijs legitimis, quam naturalibus, vel ſpurijs, ſecundum magis æquam, & veriorem opinionem, vt refert Gabriel. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 48. pagin. 306. Valaſc. conſultat. 92. numer. decim. tert. ſi tamen pater pauper, & egens fuiſſet, & mater diues teneretur tunc mater alere filios vltra triẽnium, nec poterit tunc repetere expenſas alimentorum. l. ſi quis à liberis. §. verum. verſ. ego; & ma-

Digitized by Google

& matrem.ff.de liber.agnoſ. auth.ſi pater. C.de diuort. fact. Bart. in d.tract.aliment. nu.6. Abb.in c.fin. nu.4. de conuerſ.infid. Cou.ru.deſponſal.2.part.c.8.§.6.n.13.Molin.de prim.gen.lib.2. c.15.n.3.Padilla in auth. res,quæ n.60. C.cōmun.deleg Lara. in d.§ ſi mater. nu.10. Rojas. in Epitome ſucceſſ.ab inteſt. c.22.n.15.l.4.tit.19.

20 Mater, quæ in negocijs filij, aut in eius alimentis,aliquid expendit, quando pater non tenebatur. illa repetere nō poteſt,niſi fuiſſet proteſtata. l.ne ſennius vbi Bart.ff. de neg geſt.idem Bart.in l.ſi quis aliberis. §.ſi mater.ff.de lib.agn. Leo in tract noui oper.cap.2.n.26.ſi tamen mater teneretur alere pupillum, quia eſt intra trieniū, ſeù alia de cauſa, tunc nō repetit etiam ſi fuerit proteſtata, d.l. ne ſennius. vbi gl. fin. & Doct. ff. de neg. geſt & l. alimenta. vbi Salicet.Alex & alij C de neg.geſt.aut quādo mater cauſa pietatis,ſeù affectione materna, ſiuè aliqua neceſsitate cauſatiua,fecit expenſas, puta petendo tutorem filio, aut facit remouere ſuſpectos, ne perdat ſucceſsionem. l 1.vbi Doct.C de neg geſt. & l 2 §.ſi mater.ff ad ſenat conſult.Tert. ſi autem circa perſonam pupilli,in eo ducēdo, & redeundo ad ciuitatem,vbi negocia illius geruntur, fecerit expenſas, aut in procuratoribus,ſcripturis,& in ſalarijs aliquorum officialium, ſoluendis, bene repetuntur hæc omnia licet non repetantur à matre expēſæ, quas ipſa circa perſonam ipſius. fecit ineundo, & redeundo, & in ſimilibus, ſi tamen onus alimentandi non expectabat ad ipſum filium, ſed ad patrē, bene poterit tunc repetere expenſas,quas fecit in filio alimentando, quamuis non fuiſſet proteſtata,ſicut eas poteſt imputare filio non tenente patre,quando negocia filij gerebat, quoniam ſi illa non gerebat, non poteſt repetere, niſi fuiſſet proteſtata. l. ne ſennius. vbi Bart. nu.7 ff.de neg. geſt. & d.l alimenta.vbi Doct C.eodem.

21 Mater eſt praferenda in educatione filiorum, niſi tranſierit ad ſecunda vota,aut in continens viuat,quoniam tunc non debēt habere filios in poteſtate, quia periculum eſt, filios illius educari apud vitricum, ne vitam eorum ab licet, vt hæreditatem illorum capiat, l. 1 vbi gloſſ. verb. ſi non vitricum, & Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. vbi pupill.educar.deb. & præfertur mater in tutela filiorum omnibus, præter quàm teſtamentarijs tutoribus, vt tenet Cin. Alb. Salicet. Odofred in auth. matr. & auiæ. C. quand. mul. tutel. offic. fung.poſt Caſſan in conſuet Burg.Rubric. 6 §.4. num.4. Afflict. deciſs.281. num 3. Corneus. conſil.129. in fin. libr.1. Socin. conſil.20. nu.6.lib.1.Cæſar.Vrſ.deciſ.281. nu.1. ſi tamen ad ſecunda vota tranſierit priuabitur tutela illorum, aut ſi in continens viuat. l. matres. vbi Doct. & authēt. matri,& authēt. Sacramentum,& l.fin. C. quand.mul tut.offic fung.& auth.de nupt. §.eiuſdem. vbi Bart.coll.4. Abb.in c.vxoratus. n 2. de conuerſ.coniug.Gramat.cōſil.51. Corn.conſil.113.vol.4. Gozad.conſil.18.n.3. Sylua. nupt.libr.2.n.50. Cæſar. Vrſ.deciſs.281.nu.3.

22 Pater in bonis maternis filiorum, quos in poteſtate habet,& in his, in quibus habet vſum fructum, eſt legitimus adminiſtrator, & procurator in re propria, & circa bona illa, poteſt omnia agere, tanquàm ſi perfectè dominus eſſet, & poteſt procuratorem in illis conſtituere ſine filiorum conſenſu, cuiuſcumq; ſint ætatis licet illa alienare non poſsit in præiudicium filiorum. l. 1. vbi Doctor. C. de boñ. mater. & authent.idem eſt in his. §. non autem. vbi Bart. Salicet. & alij. C. de bon. quæliber. idem Bart. in l.fin. §. vbi autem. C eodem Imol. in l.fin. §. pupillus. num.3. & Aret. num.5. ff. de verborum obligat Gam.deciſs.373. numer.1. Valaſc. conſult 57. §. præterea, & conſul.116. num.4. & in his bonis, & hæreditate filij familias poteſt pater conuenire,& conueniri,tanquam legitimus adminiſtrator. l. filius. §. ſeruus. vbi Doct. & l.ſi à domino. ff. de pet. hæred. & l.1. vbi etiam notant ſcribentes.C. de bon. mater. & gloſſ.verb. non prohiberis. in l. cum à matre. C de rei vind. Gam. deciſs 77. numer.2. & poteſt etiam tranſigere ſuper rebus filiorum, in quibus ipſe vſum fructum habet,ex gloſſ.in de re. ff.de tranſact. Bald. in l. 1. numer.2. C.de bon. mater. dum tamen pater retineat rē ſuper qua tranſigit, vt tenet Bart. in l.nulli. ff. de tranſact. & aliter non quia tunc eſſet alienare res filiorum, quod pater facere non poteſt. vt ſupra reſolutum remanet.

23 Pater habet vſum fructum in bonis filiorum, tàm maternis, quàm aduentitijs, quorum ratione habet adminiſtrationem illorum, dum filios in poteſtate habet. l.1. vbi Bart.Bald.Paul.de Caſt. Fulg.Pinclus.

Digitized by Google

2.part.n.63. & l. quidquid. vbi Salicet. C. de bon. mater ad ſecunda vota tranſeat non amittt vſum fructum in bonis maternis, ſeù aduentitijs filiorum, quos in poteſtate habet. l.fin. vbi Doct.C.de bon.matern.& auth. de nupt. §.quoniam omnino. vbi Bart.coll.4.

24 Pater tamen habet vſum fructum in bonis filiorum, quos in poteſtate habet, in multis caſibus. Primò, ſi teſtator, qui bona filio reliquit, prohibeat, ne pater in bonis illis vſum fructum habeat, quoniam contra voluntatem teſtatoris, aut contrahentis, pater non acquirit vſum fructũ. auth. excipitur. vbi Doct. & auth. item hæreditas. vbi gl.fin. C.de bon.quælib. & auth. vt liceat matri & auiæ, in prin.coll.8.& ſecundò, in bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus. l. cum oportet. vbi Doct. C. de bon. quælib.& auth. de nupt. §. quoniam omnino. vbi gl.verb. caſtreſium.vbi Bart. coll.4. & tertiò, in bonis filij emancipati. l. ſi viua mater. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij.C.de bon.matern. quartò, quando papater ſuccedit vna cum filio in hæreditate fratris, vel ſororis, auth. item hæreditas. vbi Doct C.de bon.quælib.& auth.de hæred.ab inteſt.venien. §.ſi igitur.verſ.ſi vero. vbi Bart. coll. 9. quinto, in rebus, quæ filius lucratus eſt poſt diuortium, quando pater temerè, repudium miſerit, & ſine cauſa ſoluit matrimonium.auth.ſed nouo. §.ſi vero filio.C.de repud.& auth.idem eſt. vbi Bald. C.de bon.quælibet. & authẽt.vt nulli iud. §. quia vero aliqui. vbi Doctor. coll.9. gl.verb. parentibus. in auth. vt liceat matr. & auiæ, in princ. coll. 8. ſextò, quando pater remittit vſum fructum, & noluit illum retinere, ſed voluit, vt apud filium, ſeù filiam remaneret, auth.idem.§. ſin autem. vbi Doct. C.de bon.quælib. ſeptimo, quando filius adiuit hæreditatem patre nolente, tunc enim ſicut patri nullũ præiudicium generari poteſt, ita non acquirit vſum fructum. l. fin. §.Sancimus. & §.ſin autem. vbi Doct. C. de bon.quælib. octauò, quãdo ſeruus legatur filio familias eo pacto, vt illum ſtatim manumittat. l. fin. §.vlt. C.de bon.quælib. & gl.ver.vſum fructum. in §.2. inſt. per quas perſon.nobis acquir. nonò, quando vſus fructus, legatur filio familias, tunc non poteſt pater habere vſum fructum, quoniam non datur vſus fructus de vſu fructu. l.1. ff. de vſu fruct. legat. & gloſſ.1. in auth.idem eſt.C. de bon.quælib. & gloſſ. verb parentibus.in auth.vt liceat matri & auiæ, in prin.coll.8. decimò, quando Imperator, Rex, aut Regina, donauit filio familias, quia talis donatio non acquiritur patri, neq; quoad vſum fructum, ſicut bona caſtrenſia. l.multa.vbi Bald.& Salicet. C.de bon.quælib. vndecimò, quando pater contraxit inceſtas nuptias. auth.de nupt. §.1.coll.4. gloſ.verb. vſum fructum.in §.2.inſt.per quas perſon. & alios caſus in quibus pater non habet vſum fructum in rebus filiorum, quos habet in poteſtate refert. d. gloſſ.verb.vſum fructum, & Ang.ibi in d. §. 2.inſt.per quas perſonas.

25 Pater tamen dilapidans, & male adminiſtrans bona filiorum, remouebitur ab illa adminiſtratione, & refrenabitur prodigalitas ipſius, & bona traduntur filio, ſi fuerit perfectæ ætatis, aliter namq; tradẽtur curatori, qui tunc filijs datur. l. Imperator. vbi Bart. ff ad treb. & idem Bart in auth. idem eſt. §.non autem. num.2. C. de bon. quælib. Iaſ. in l. ſi conſtante matrimonio. n.195.ff.ſolut.matr.& Abb.in c.de his.n.7. de ſepult. Bald.in l.quamuis.C.de fid.commiſſ.& Socin.conſil.34. col.9. verſ.3.concluſ. vol.1. Marant. de ord. iud.6.part. in prin.n.70. & hæc dilapidatio probatur per euidentiã rei, aut per coniecturas.vt notatur in c.licet heli.vbi Abb.n.7.de ſimon.

26 Pater licet non poſsit alienare bona filiorum, quos in poteſtate habet, in præiudicium ipſorum filiorum. l. 1. vbi notant omnes.de bon.matern. ſi tamen æs alienũ ſit in hæreditate, poteſt tunc pater vẽdere bona filiorum, quos habet in poteſtate ad illud æs alienum ſoluendum, aut res, quæ hæreditati ſunt oneroſæ. l.fin. §.autem æs alienum. vbi Doct. & §.ipſum autem. vbi Bald.& Salicet. C. de bon.quæliber. Gam. deciſ.77. num.2.

27 Mater vero non poteſt dare rem filij, in ſolutum, pro debito ipſius filij propria auctoritate, quoniam nec adminiſtrationem, nec vſum fructum habet in bonis filiorum, niſi interueniat cõſenſus filij, & ratam habeat ſolutionem à matre, ex re ipſius filij, factã. l.mancipia.vbi Doct.C.de reb.alien. non alienand. & l. mater. vbi Bart. Bald. Salicet.& omnes. C.de rei vind.

28 Pater bene poteſt expendere de rebus filij in honorem ipſius filij, quod in dubio præſumitur, patrem de bonis filij expendiſſe, ſi aliqua bona ad filium pertinentia,

in po-

Digitized by Google

in poteſtate habet, & tunc repetit illud, quod expendit, quando hæreditatem filij reſtituit, & ſic fit cõpenſatio, de illo, quod iure naturæ debetur. l.fin. vbi Doctor.ff.de pet.hæred.& l.etiam quod.ff.de cõpenſat.

29 Pater tamen non tenetur pro filio familias facto officiali, Reipublicæ, quando ex officio ſit debitor, ſi pater contradicit, & neq; tacite, nec expreſſè approbauit electionem de filio factam, quoniã ſi præſens fuit, illi electioni, & non contradixit, videtur approbare illã, & tunc pro filio obligatur. l.quotiẽs. vbi Doct.ff.ad municipal. & de incul.& l.1. C.quod cum eo.& l.ſi filius. vbi Bald.& Salicet. C. ne fil.pro patr. & l.1. vbi Bart. n.1. C. de decurionib.lib. 10. & l.1. vbi Doct. C.de fil.famil.libr.10. pro filio tamen emancipato nunquam pater obligatur, quamuis expreſſè conſentiat, vt officialis conſtituatur. d. l.1. vbi Bart.C de fil famil.lib.10. neq; pro debito illius. l.1.vbi Doct.C.ne filius pro patr.de peculio vero tenetur pater pro filio, in quo ipſe filius familias factus fuerit obligatus pro adminiſtractione officij. l. licet. §. ex furtiua. vbi Fulgos, & §.fin. vbi Bart.ff.de pecul.Dec.in l.ex pœnalibus. num.6. ff. de regul.iur.

30 Pater non tenetur pro negotijs à filio geſtis niſi de peculio, aut de in rem verſo. l. ſi filius familias. vbi Bart. ff. de negot. geſt. & l.patri pro filio. ff.de minorib.& §. actiones autem. vbi Doct. inſt.de act. & §. illud in ſumma. vbi Aret.& alij.inſt. quod cum eo. & l.1.& per totum.ff.quod iuſſu. & in rem verſ. Boer.deciſs.221.n.11.part. 2.Marant.de ord.iud.4.part.diſt.22.n.20.

31 Pater tamen tenetur pro debito, ſeù negotio à filio geſto, quando illum iuſsit cõtrahere, aut illum habuit inſtitutorem, ſiuè exercitorem alicuius officinæ, aut mercimoniæ, ſeù nauis, quoniam tunc iuſſu patris intelligitur filiũ contrahere, aut ſi pro eo fideiuſsit. l. ſi inſtitutorem. vbi Bart. & Iaſ. ff.de reb.cred.& l.eius qui.ff.eodem.& l. ſed,& ſi. § ſed, & ſi. ff. ad ſenat. conſult. Maced. & l.ſi mandator. vbi Paul.de Caſt. C.quod cum eo. & l.Macedoniani. §.ſanc. C.ad Maced.& §.illud in ſumma. vbi Doctor. inſt. quod cum eo, aut ſi pater ratum habuit. l.fin. vbi Bald. Salicet. & alij. C.ad Maced. & §.ſi igitur. & §.fin. inſt.quod cũ eo,& c.ratihabitionem. vbi gl.verb. ratihabitionem. de regul.iur. lib.6. aut ſi fuit in ſtudio, vel in aliqua legatione, quoad ſumptus. l.Macedoniani. C.ad ſenat.conſult.Maced. l. ſed Iulianus. alias. l. item ſi filius. §. proinde. verſ. quod dicitur. ff. ad ſenat. conſult. Maced. & in caſibus, quos refert glo.verb ſenatus.in §. illud propriè. inſt.quod cum eo.qui alien. poteſt.

32 Pater etiam tenetur pro filio familias, quando ipſe filius iniuit aliquem contractum, ſeù mercaturam, patre permittente, vidente,& conſentiente. l. ſi permittente. vbi Bart.Bald.Paul. & omnes. C.ad ſenat. conſult Maced. & §. introduxit. vbi Doct. inſt. quod cũ eo,qui in alien. poteſt Boer. deciſ.221. part.2. nu.11. & ita in filio familias, fullone, ſarcinatore, ſutore, textore, & huiuſmodi. l. 1. §. licet. vbi notant omnes. ff.de trib.act. & hæc omnia habẽt locum in ſeruo circa dominum, vt notant iura ſupra citata non tenetur tamen pater pro pecunia filio familias cõmodata contra voluntatẽ ipſius patris, nec datur actio illi, qui crediderit, contra patrẽ, nec contra filium, in poteſtate conſtitutũ, aut poſtquam emancipatus, vel ſui iuris factus fuerit. §.illud propriè.vbi Doct.inſt.quod cũ eo,qui in alien.

33 Pater non tenetur ex delicto filij, nec etiam ad legitimam. c.2. & ibi Abb. nu.3. de delict.puer. & l.ex pœnalibus.vbi Dec. n.1.& gloſ.ff.de regul.iur.& gloſ.verb.poſt litem.in l.tam ex contractibus.ff.de iud. & l.1. §l ſi filius familias. ff.de his, qui effud. vel deijciunt.ſi tamen pater ex filij delicto fuiſſet factus locupletior cũ iactura alienã, tunc teneretur ex delicto filij. l.licet. §.ex furtiua. vbi Doct. ff.de pecul.& l.1.ff. de his, qui effud. vel deijcit. & l.1. §.fin. ff. de vi,& vi armat. gloſſ.in l. ex pœnalibus. vbi Dec.nu.4. ff.de regul.iur. Leo.in tract. de nou.oper.nunciat. cap.3.n.8.imo poſt mortem patris habebit filius ſuam legitimam, licet pater aliquid diſpenderet pro delicto filij.

34 Pater tenetur corrigere exceſſus filiorum, & filius tenetur obedire parentibus, in licitis, & honeſtis,& ſi filius familias nõ agnoſcat pietatem patri debitam, poterit pater illum caſtigare, iure patriæ poteſtatis. c.duo iſta. 23.quæſt.4. & c.non poteſt. 23.quæſt.5.& §.neceſſe.diſt.47.& l.ſi filius. vbi Doct. C.de patr.poteſt,& gloſ.verb.de familia.in c.cum voluntate. de ſent.excõmunicat.Abb.in c.licet hyli. nu.2. de ſim. non poteſt tamen excedere modum in eos verberando, & caſtigando ſed ſi filius

Digitized by Google

perſeuerauerit in contumacia, & opus ſit acriori remedio debet pater illum iudici offerre, vt dicat ſententiam, quam pater voluerit. d. l. ſi filius. vbi Doct. C. de patr. poteſt, & gl. verb. corrige. in c. ad audientiam, de homicid.

35 Pater non poteſt agere contra filium familias, quem in poteſtate habet, ſibi furtũ facientem, cũ illum caſtigare poſsit, quoniam patria poteſtas naturaliter impedit agitari actionem furtiuam inter patrem & filium. l. nec cum filio. vbi Doct. & l. ſerui & filij. vbi Bart. & l. qui ſeruo. §. item placuit. ff. de furt. quamuis, qui illum induxerit ad furandum, aut illi opem tulerit, teneatur de furto. d. l. qui ſeruo. d. §. item placuit. vbi Bart. & l. ſi quis vxori. vbi Doctor. ff. de furt. ſi tamen filius, qui eſt in poteſtate patris, habeat bona caſtrenſia, ſiuè quaſi caſtrenſia, & fecerit furtum patri, bene poterit tunc pater agere contra illum de furto. cum tunc habeat vnde patri ſatiſfacere poſsit. l. ſi quis vxori. §. ſed filius. ff. de furt. & gloſſ. in l. nec cum filio. ff. eodẽ. & ita ſi filius fuerit emancipatus, tunc cõtra eum pater de furto agere poteſt.

56 Pater nõ poteſt regulariter donare filio in poteſtate conſtituto cuiuscumq; ſexus ſit. l. donationes, quas parentes. vbi Doct. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & omnes. C. de offic. donat. fallit tamen in quibuſdã caſibus, quos refert gl. verb. ex duabus. in d. l. 2. & dixi ſupra verb. donatio. § 86.

37 Pater legans in teſtamento filio, ſeù filiæ illud, quod in dote promiſerat intelligitur quod animo compenſandi legaſſe. l. huiuſmodi. §. cum pater. vbi Doct. ff. delegat. 1. & l. Titia. §. qui in vita. & l. cum pater. §. pater filiæ. vbi Bart. nu. 2. ff. delegat. 2. & l. 2. ff. de dote prælegat. & l. ſi cum dotem. §. ſi pater. vbi Bart. Alex. & alij. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in d. l. huiuſmodi. §. cum pater. n. 2. ff. delegat. 1. aliter tamen in marito, nam quando maritus legat vxori in dubio. non intelligitur legare pro dote, imo mulier habebit vtrumq;. l. vnica. §. primum itaq;. vbi Doct. C. de rei vxor. act.

38 Pater poteſt diuidere hæreditatem ſuã inter filios ſuos, ſeù hæredes, dum tamen nullum de fraudet in ſua legitima, & illa diuiſio habet vim vltimæ voluntatis, l. ſi filia nupta. §. ſi pater. vbi Doctor. ff. familiercisc, & l. quotiens. vbi Bart. & l. ſi cogitatione, & l. inter omnes. C. eodem tit. & l. parentibus. vbi Doct. C. de inoffic. teſt. & ſemper obſeruanda eſt diuiſio, quam pater inter filios facit, cum filijs in legitima non fiat præiudicium, quoniam pater non poteſt filijs in ea præiudicare. l. quoniam in prioribus. C. de offic. teſtam. Dec. cõſil. 81. n. 7. Valaſ. conſult. 53. n. 7.

39 Pater quamuis non poſsit inſtituere filium ſpurium hæredem, poteſt tamen inſtituere nepotem ex illo filio, ſi illum contemplatione filij ſpurij non inſtituat, & ita vt filius ille ſpurius non habeat vſum fructum in hæreditate illa. vt tenet Bart. in l. Gallus. § quod ſi is. nu. 1. & Iaſ. nu. 21. ff. de liber. & poſthu idem Iaſ. in l. hæreditas. à n. 6. C. de his, quib. vt indign. & Corn. cõſil. 1. col. 16. libr. 3. Berous. quæſt. 127. circa prin. Iul. Clar. lib. 3. §. teſtamentum. quæſt. n. 2. & dixi ſupra verb. filius. §. 35.

Pater poteſt in teſtamento dare tutorẽ filijs ſuis, & etiam nepotibus, quos in poteſtate habet, ſi poſt eius mortem nõ ſint recaſuri in eorum parentum poteſtatem. §. permiſſum. vbi Doct. inſt. de tutel. & l. fin. vbi Doct. C. de confirmãd. tut. & prin. inſt. quib. mod. ius patr. poteſt ſol. & datus debet legitimus confirmari. vt tenet Bart. in l. nec per Epiſtolam, & in l. naturalibus. C. de confirmand. tut. & dicam infra verb. tutela. §. 3.

40 Pater ſeù mater, non admittitur in teſtem, quando filia petit aliquem in virum, qui nobilitate, aut diuitijs, potentior eſt, quàm ipſa filia, quoniam ſi æqualis ſit, aut agatur ad impediendum matrimoniũ bene admittitur pater & mater, ad teſtificandum. c. ſuper eo. 22. vbi Abb. nu. 8. Hoſt. Innocent. & alij. de teſtib. mater tamẽ dicens ſe habere filium ab aliquo, & poſtea iurans non eſſe filium illius, vt contrahat cum conſanguineo illius, cuius filius reputabatur, non creditur, cum nimis indignum ſit, vt quod quiſq;, delucidè ſua voce proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio teſtimonio infirmare valeat. cap. per tuas. vbi gloſſ. verb. in firmare, & Abb. nu. 9. de probat.

41 Pater & filius pubens ſimùl morientes in vno naufragio, præſumitur quòd pater præmoriatur. l. qui duos. §. cum bello. vbi Doct. ff. de rebus, dub. aliter tamen in filio impubere, & tunc ille, qui dicit aliquem deceſsiſſe ſine liberis, haberet ſuam intẽtionem fundatam, ſi pater & filius impubes ſimùl perirent, & neſciretur quis prius deceſsiſ-

Digitized by Google

deceſsiſſet, quoniã tunc præſumitur, quod filius præmortuus fuiſſet propter fragilitatem ætatis. d.l.qui duos. §.fin.vbi Doct. ff.de reb.dub. & ita in matre. l.cum pubere. vbi Doct. & l.ſi mulier. ff.eodem. Bart. in d. l.qui duos. §. cum bello. ſi autem libertus cum filio ſimùl periret, præſumitur patrem ſuperuixiſſe. d. l. qui duos. §. cum bello.

Verbo Peccatum.

1 PEccatum eſt dictum factum, aut cõcupitum contra legem Dei, & eſt opus Iniquitatis.gl.verb.operatrix.in c.ille Rex. de pœn.diſt.3.& Exod.c.32. Nau.in Man. prælud.7.n.5. & omne prohibitum à lege diuina dicitur peccatum.c.nam concupiſcentiam. de conſt.& peccatum tribus modis impletur puta ſuggeſtione, delectatione,& conſenſu. c.ſed penſandum.diſt.6.& c. ſicut tribus. de pœn. diſt.2. & ex Diuo Auguſt.& Greg.docet Caniſ. in Cathecismo.cap.5. de peccat. §.5.

2 Peccatum aliud mortale,& aliud veniale,& dicitur mortale eò quòd animam necat,quòad fruitionem æternæ beatitudinis veniale autem dicitur,eò quòd eſt dignum venia,& dimittitur per benedictionẽ prælati deuotè ſuſceptam, aut per generalem confeſsionem,aut per dominicam orationem, aut per aſpertionẽ aquæ benedictæ, aut per eleemoſynam, aut per ieiuniũ, aut per ſumptionem Euchariſtiæ, aut per extremam vnctionem, aut per deuotam pectoris tunſionem, vt notat gl.verb.benedictionem in proœm.lib.6.

3 Peccatum mortale eſt duplex, aliud namq; eſt originale,aliud actuale.c.maiores.§.verum. vbi Doct. de baptiſm.originale autem peccatum eſt illa macula, ſeù ſordes, quæ ſuſcepta fuit in primo parẽte, & transfunditur per virtutem ſeminalem in omnes tàm mediatè, quàm immediatè ab illo genitos, vt notat Innocent.& Abb. num.2. in d. c. maiores. §.verum.de bapt. D.Tho.12.quæſt.81.& 82.& 3.part.quæſt. 77. art.1. & ad Rom.5. lect. 2. col.2.& 3. Nau.in Manu.prælud.8. nu.1.& colligitur ex Trid.ſeſſ.5. §.ſi quis paruulos.& c.peccatũ.de pœn.diſt.4.& contrahitur peccatum originale ſine conſenſu,& ita ſine cõſenſu dimittitur per baptiſmum. d.c.maiores. §.verum. vbi Doct.de baptiſm.& c. ſi iudas.de pœn.diſt.4.

4 Peccatum actuale,vt inquit Auguſtinus, eſt volũtas cõſequendi, quod iuſtitia vetat Amb. autem in lib de Parad.ait peccatum eſt legis diuinæ præuaricatio,& inobediẽtia mandatorum cœleſtium, & diffinitur per tres diuiſiones, in peccatum videlicet cogitationis, cordis, & operis, ex D.Tho. 22.quæſt.162. art.4. & notatur.in c.ſuper tribus. de pœn. diſt.1. Anſelm.in lib.de ſimil. c.24.& alij quos refert Nau.in Manu. Prælud.9. num.2. Ouand.in 4.ſent.libr.2. diſt.35. prop.2. & non dimittitur niſi in charitate,c.maiores.de baptiſm.nec datur venia peccati, niſi correcto. c.peccati,vbi notant omnes.de regul.iuris.lib.6.nec illi, qui non reſtituit ablatum. c.peccatum. de regul.iur. lib.6. qui non abſtinetur à delictis, neq; reſtituit alienum,non eſt in charitate, nec eſt dignus venia peccatorum. d. c.maiores. vbi Doct.de baptiſ.

5 Peccatum non debet quis committere, nec etiã quòad effectum,vt aliquẽ liberet à morte, quoniam nulli eſt ſubueniendum cum damno, & proprio detrimento, nec veritas teſtimonij eſt corrũpenda pro aliquo commodo temporali, ſeù pro ſalute alicuius. c. primum. vbi notant Doct.22. quæſt.2.& glo.1. in c.ne quis arbitretur.eadem cauſa & quæſt.& etiam peccatum veniale non eſt committendum, quin potius quis mori tenetur.c.ſacris.vbi Doct.de his quæ vi met. & c. Lotharius. 31.quæſt.2. & c.ita ne.32.quæſt.5. nullus itaq; debet cõmittere peccatum veniale, vt aliquis euitet mortale.c.ſuper eo.vbi Abb.num.3.de vſur.& c.1.vbi glo.in ſumma.diſt.14.Abb. in c.qui ſcandalizauerit.n.1.de regu.iur.

6 Peccatum non dimittitur eò quòd quis peccauit ſpe veniæ, quoniam illa ſpes non minuit peccatũ. c.illud. vbi Doct.de Cler. excommunicat,nec diuturnitas temporis, ſed potius illud grauat. c. fin. de conſuet. & c. cum haberet. de eo qui dux. in matr. quam poll.& c.nõ ſatis,& c.cum in Eccleſia.de ſim.& c.non debet.de conſang.& affinit.

7 Peccatum contra naturam vide infra in verbo ſodomia.

Verbo Pœna.

1 Pœna eſt omnium delictorum coercitio, & eſt nomen generale, vt probat text. in l.allud.131. vbi Doct. ff.de verb.ſign.& eſt duplex, alia pecunia, & alia corporalis. d. l.

Digitized by Google

d. l. aliud. vbi gl. verb. coercitio. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q 67. n. 1. ſtrictè tamen loquendo, pœna eſt illa dumtaxat, quæ eſt corporis afflictiua, & ſtrictè non venit in pœnæ appellatione pœna pecuniaria, nec alia extrà illam, quæ eſt corporalis lato tamen modo appellatione pœnæ venit pecuniaria, vt probat text. in c. inter alia. vbi Abb. num. 4. de immunit. Eccleſ. & etiam pœna corporalis dupliciter conſideratur, alia enim eſt capitalis, & alia non capitalis, & etiam capitalis tripliciter dicitur. nã alia eſt vltimum ſupplicium, alia amiſsio ciuitatis, & libertatis. alia amiſsio tantum ciuitatis, ſicut quando quis deportatur. vt refert Iul. Clar. vbi ſupra.

2 Pœna differt à multa, quoniam multa ponitur iudicis arbitrio, pœna vero à lege, vel conſtitutione, & multa ſemper eſt pecuniaria, pœna autem aliquando eſt pecuniaria, aliquando corporalis, multa non infamat, pœna tamen plerumq; infamat, à multa non appellatur, à pœna vero poteſt appellari, multa ſi ponatur extramodum non tenet, pœna autẽ tenet, multa datur fiſco, pœna ſæpe datur parti. has omnes differentias notat text. in l. aliud. 131. ff. de verb. ſign. & ibi gl. verb. competit. & notant Doct. in c. 1. de offic. iud. delegat. Merg conſil. 32 num. 6.

3 Pœnæ in canonibus conſtitutæ ſunt variæ, quædam enim ſunt illæ, quæ inducunt degradationem, & curiæ ſeculari traditionem. c ad falſariorum. vbi Abb. num. 3. de crimin. falſ. & c. ad abolendam. de hæret. & c. nouimus. vbi Doct. de verb. ſign. & c. ſi quis Sacerdotum. 11. quæſt. 1. cum multis alijs. quædam inducunt priuationem officij, & beneficij perpetuo. d. c. ad falſariorum. vbi Abb. nu. 1. de crim. falſ. & d. c. ad abolendam. de hæret. & c. ſi quis à modo. & c. ſi quis Sacerdotum. & c. eos etiã. diſt. 81. & c. 1. de homicid. lib. 6. quædam inducunt priuationem ad tempus tàm officij, & beneficij, quàm honoris. cap. presbyter. diſt. 82. & c. plauit. 21. quæſt. 2. & c. presbyterum. diſt. 28. quædam priuationem beneficij tantum. c. 1. de tranſlat. Epiſc. & c. de multa. de præb. & c. ſi quis de ordine. 7. quæſt. 1. & c. incunctis. de elect. quædam degradationem, & dutruſionem in monaſterium. c. ſi Epiſcopus. diſt. 50. quædam depoſitionem tantum modo, vt in homicida poſt promotionem. c. ſi quis viduam, diſt. 50. & c. ex litteris. de exceſſ. prælat. & c. ſententiam, ne Cler. vel Monach. quædam ſuſpenſionem ſolum modo, vt in presbytero infamato, donec ſe purget, & in concubinario. c. nullus, & c. presbyter. diſt. 32. & c. ſi mala fama, & c. presbyter. 2. quæſt. 5. & c. licet de pœn. quædam excommunicationem. c. ad falſatiorum. vbi Doct. de crim. falſ. & c. ad abolendam. de hæret. & c. ſi quis ſuadente. vbi Doct. 17. quæſt. 4. & c. 1. de homicid. lib. 6. quædam priuationẽ tantum communionis. c. presbyter. diſt. 82. & c. placuit. 21. quæſt. 2. & c. an omnia. diſt. 35. & c. nullus. diſt. 55. & gl. verb. in canonibus in c. ad reprimendam. de offic. iud. ord. & Innocent. & Fel. in c. qualiter. de accuſat.

4 Pœnæ in legibus conſtitutæ, varijs modis accipiuntur, aliæ enim ſunt capitales, aliæ non capitales, & dicuntur capitales illæ, ex quibus pœna mortis naturalis, aut ciuilis, ſiuè exilij venit, non capitales verò ſunt illæ, ex quibus venit pœna pecuniaria, aut aliqua in corpus coercitio. l. publicorum. vbi Bart. num. 1. ff. de publ. iud. aliæ tamen multæ pœnæ erant conſtitutæ per leges antiquas, quæ hodie per deſuetudinem abierunt, ſicut erat damnatio ad beſtias, vt inquit Angel. in l. 1. §. legis Corneliæ. n. 1. ff. de ſicar. & præcipitatio, quæ fiebat de ſaxotarpeio. l. ſi diuturno. §. fin. ff. de pœn. & damnatio ad metallum, ſiuè ad opus metalli, vt tenet Mantua. in l. trãſigere. num. 5. C. de tranſact. & interdictio ignis, & aquæ. l. 2. §. conſtat. ff. de pœn. l. 3. in prin. ff. ad leg. Iul. pecul. Ioannes Villamar. in rep. l. Diuus. nu. 41. ff. de ſicar. & pœna, per quam imponebatur perpetua ſeruitus, ſed loco illius ſuccedit pœna triremium, quamuis etiam hodie quis poſsit damnari, ad perpetuò exercendum in Republica officium carnificis, vt tenet Ang. in l. 1. C. de pœn. nec deportatio eſt hodie in vſu. vt refert Imol. in l. 2. num. 2. verſ. & aduerte. ff. de publ. iud. & Alex. conſil. 55. n. 1. lib. 7. Gramat. deciſ. 23. ad fin. Roland. conſil. 38. n. 14. libr. 1. & loco eius ſuccedit decapitatio. ex Ang. in l. 1. §. legis Corneliæ. num. 1. ff. de ſicar. Rom. ſingul. 568. Angel. de malef. verb. falſario. num. 48. alij autem dicunt loco deportationis ſuccedere bannum perpetuum. vt tenet Guid. Papa deciſs. 422. col. 1. verſ. alio etiam, & deciſ. 423. n. 2. & deciſ. 427. n. 5. Grauet. conſil. 220. n. 13. & cõſil. 224. n. 1. Cuman. conſil. 139. nu. 4. Gramat. voto. 19. nu. 10.

attamen

Digitized by Google

attamen certum eſt quòd hodie loco de portationis, poſsit iudex imponere pœnã triremium, ſeù exilij, ſecundum qualitatẽ delicti, & perſonæ, & ita obſeruat praxis, licet in aliquib⁹ partibus hodie illa pœna deportationis ſit in vſu: vt refert Mantua. in d. l.tranſigere. nu.5. ff.de tranſact. Capic. deciſs.153. nu.2. nec etiam hodie eſt in vſu pœna relegationis,vt tenet Innocẽ. in c.qualiter, & quando.nu.6.de accuſat.& loco pœnæ illius ſuccedit pœna exilij,etiã de iure canonico, ſecundum praxim hodiernam,quamuis Alciat.in c.cum non ab homine. nu.110. de iud. dicat hodie Eccleſiam nõ inferre pœnam exilij, ſed loco pœnæ illius detrudantur Clerici in monaſterium, imò hodie non eſt in vſu illa detruſio in monaſterium, & loco illius ſuccedit pœna exilij, vt refert Foller.in pract. crim. canon. fol.287. n.122. Merg.in conſil.26. num.12.

5 Pœna quæ imponitur à iure canonico, dicitur pœna canonica, & quæ imponitur à iure ciuili, dicitur legalis,& hæc quando eſt pecuniaria poteſt exigi, tàm à Clericis, quàm à laicis. c.ſi quis contumax.& c. quiſquis, & c.ſacrilegiũ. 17.quæſt.4. Abb. in c.dilecti.nu.6.& nu.12. de arb.& etiam pœna iudicialis poteſt peti tàm à laico, quàm à Clerico. cap.grandis. vbi Doct.de reſt. ſpol. & c.olim.de iure iur.Abb.in d.c. dilecti. nu.12. de arb. ſumma Angel.verb. pœna. §.10.

6 Pœna alia eſt conſuetudinaria, & hæc etiam ſi fuerit in vſu poterit peti à quocumq; tàm laico,quàm Clerico,etiam religioſo. c. dilectus. vbi Doct. de offic. iud. ord. & c.2. de delict. puer. Abb.in c.dilecti. de arb. ſumma Angel.verb. pœna.§.8. vnde quando inſimilibus delictis eſt conſuetudo, vt certa pœna imponatur, tenetur iudex ſequi pœnam conſuetudinariã, & ceſſat arbitraria. l. ſi quis reum. ff. de cuſt. & exhib. reor. & gl.verb. modo. in l. hodie. ff.de pœn. Bald. in l.quicumq;.col. 4. verſ. ſcias tamen. C. de ſeru. Fulg. Fel. in c.de cauſis. col.1. de offic.iud. delegat. Abb.in c.inquiſitionis. num.9. de accuſat. Alex. conſil.5. col.fin. & conſil.111.col.4. lib.1. Paris.in tract.Synd col.12. verſ.cõpoſitio. in cap. an ſi delinquens, & in c.an ſi poteſtas.col.4.& 5.

7 Alia pœna dicitur punitiua cõtumaciæ in pecunia, & hæc licitè imponitur à iudice habente poteſtatem, l. vnica. vbi Doct. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.& l.2. in fin. ff.de iud.& c.1. de homicid.lib.6. & c. licet. vbi Doct.de pœn.non debent tamen iudices hanc pœnam ſibi exigere, ſed debent illam conuertere in pias cauſas. vt colligitur ex tex. in d. cap. licet. & tenet Abb.in c.dilecti. nu.12.de arb.& Doct.in cap.vt Clericorum de vita & honeſt.Cler. Angel. in auth.vt nulli iud.§.quoniam.in fin.coll.9. Barba.conſil.21. vol.3.& quamuis pars non poſsit hanc pœnam pecuniariam exigere pro contumacia, poterit tamen quatenus ad ſuum intereſſe agere ad ſatisfactionem. c.1. de dolo. & contumac. & c.quoniam. §. in alijs. vbi Doct. vt lit. non conteſt.& l.ſancimus. vbi Bald. & Salicet.C.de iud.Abb.in d.c.dilecti.num.12. de arb.& c.olim.vbi gl.verb banniuerat,& Doct.de inur.& damn.illat.ſumma Angel. verb pœna.§.9.

8 Alia eſt pœna compromiſſaria, & hæc poteſt peti à quocumq;, qui cõpromiſſum non obſeruauerit. c.dilecti. vbi gl.ver.per pœnam. & Abb.num.13. & c.per tuas.vbi Doct.de arb.

9 Alia namq; eſt pœna conuentionalis, quàm partes inter ſe extra iudicium imponũt, & hæc peti poteſt,quatenus pars prætendit intereſſe. l. prædia. vbi Doct. ff. de act. empt. Ant.de Butr. Hoſt. & alij. in c. dilecti filij.de arb. & etiam ſi excedat intereſſe, poteſt peti, dum tamen non excedat quantitatem , nec ſit poſita infraudem vſurarum: vt tenet Innocent. in c.ſuam de pœn.Abb. in d.c.dilecti filij, n.14.de arb. ſumma Angel.verb.pœna. §.12.Geripard. conſil.24. nu.38. gl.verb.excedit in l. Iulianus.§.ibidẽ Papinianus. ff.de act.empt. & dicam infra. §.14.

10 Ille tamen qui propter impotentiã non fecit illud ad quod tenebatur ſubpœna iuris, vel ſtatuti, euitat pœnam, ſi culpa non præceſsit, vt tenet Abb.in c. P.& G. nu.8. de offic.iud.delegat. vbi etiam notat Ant. de Butr.Innocent.Hoſt.& alij. & Fed. cõſil.93. Old. conſil.276.ſumma Angel. ver. pœna.§.13. Merg.conſil.8.n.26. facit text. in l.pecuniam. vbi Doct. C.de cond. cauſ. dat.

11 Pœnam integram non ſoluet ille , qui ſubcerta pœna erat obligatus ad aliquid dandum, ſeù faciendum, quãdo pro parte adimpleuit in re diuidua,& pro parte non ex culpa ſua ſoluet tamen pro illa parte, pro qua non impleuit. ſi tamen res erat indiui-

Digitized by Google

Indiuidua,tunc ſoluet totam pœnam,quãuis pro parte adimpleret, niſi aliter inter partes conueniatur. c.ſuam ad nos.vbi gl. 1. ita intelligenda. & Doct. de pœn. & l. hæredes. § an ea ſtipulatio. ff.familiercíſc. & l.eadem. §. cato. vbi Bart. Bald. Angel. Paul.de Caſtr. Aret. Alex. Iaſ.& omnes.& l. in executione. vbi etiam notant. Doct.ff. de verb.obligat.ſi tamen creditor poſt terminum percipiat ſortem principalem, videtur eò ipſo,quòd ſortem recepit,renũciaſſe pœnæ niſi fuiſſet proteſtatus. l.fin. vbi gloſſ.vlt. ff.de eò quòd cert. loco. & l. poſt diem. ff. de leg.commiſſ.gl.verb. per ſoluit.in c.ſuam nobis. vbi Abb.num.4.de pœn.

12 Pœna itaq; appoſita in contractu poteſt peti ab vtraq; parte, ſi vtraq; venit contra contractum. cap. conſtitutus, vbi Doct. de pœn. ſi tamen vnus tantum venit contra contractum ipſe tenetur ſoluere pœnam. d. c. conſtitutus.de pœn. & l.cum pater.§. libertis, vbi Bart. n.7. ff.delegat.2.& l.qui Romæ. §.duo fratres. vbi Bart.Bald.Paul. de Caſt Iaſ.& alij ff de verb.oblig.& Alex. in l.ſemel mora col 1.& 2. ff. ſolut.matr. Dec.in l.cum par. §. illi debet.num.2.ff.de regul.iur.ille tamen qui vult agere ad pœnam debet prius ex parte ſua adimplere contractum, vt tenet Ang. conſil.44. Dec. in l.cum proponas 2. C.de pact.& in d. l. cum par. §.illi debet,num.3.ff.de regul.iuris. Corn. conſil.354.lib.1.

13 Pœnæ legales aliquando dantur in ſimplum, aliquando in duplum,aliquando in triplum, aliquando in quadruplum,& non vltra. §.omnes autem. vbi gl.ver.vlterius. & Doct.inſt.de act.gl.verb.proferuntur.in l. vnica. vbi Bald. Bart. & alij. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. vbi tamen agitur de pœna imponẽda alicuius ſpecialis conſtitutionis oportet, vt verificentur omnes qualitates expreſſæ in ipſa conſtitutione, & aliter delinquens nõ erit puniendus pœna illa, vt tenet Ioan. Andr. in c.1.de homicid. lib.6. Alex.conſil.166. in fin. libr.7. poteſt tamen iudex ex cauſa minuere pœnam à iure impoſitã,ſiuè agatur de pœna à iure impoſita,vt tenet ex-communi. Dec.in c.de cauſis.n.18.de offic.iud.delegat.Viuius in lib.cõmun.opin. verb.iudex vbicumq;. Merg.conſil.24.nu. 15.& alij plurimi, ſiuè agatur de pœna à ſtatuto impoſita: vt tenet Aret.in c.qualiter. & quando,2.nu.24. de accuſat.& Dec. vbi ſupra.Gou.ru.in libr.2. reſolut.cap.9. nu.8. Placa lib.1. delict.c.33.n.5.Mench. controuerſ.illuſtr. cap.14.nu.4. Tiraquel. de pœn.in præfactione.nu.22. & hoc ſimpliciter eſt intelligendum in omnibus magiſtratibus, ex cauſa cohærente delicto,nã tunc omnes poſſunt diminuere pœnã ſtatutariam, ſicut illam,quæ à iure communi eſt impoſita, quoniam ex cauſa intrinſeca non poteſt deminuere, nec alterare pœnã ſtatutariam, niſi ille, qui poteſt ſtatutum derogare ex doctrina Bald. in auth.hodie iurant. C.de iud. Boſſ.in tit.de pœn. n.10. Dec.in d.c.de cauſis.n.19.de offic.deleg.

14 Pœnæ vero conuentionales dantur in quantum placet contrahentibus,cum moderamine tamen competenti,ne excedant quantitatem principalem. l.vnica. vbi gl. verb. proferuntur. & Doct. C.de ſent.quæ pro eò quòd intereſt. & l.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verb.obligationib.& l.Iulianus. § ibidem, vbi gloſ.verb. excedit,ff.de act. empt.& l.ſi quis argentum. §.ſed in his.C. de donat.& c.in pœnis. vbi gloſſ.de regul. iur. lib.6. & §.pœnæ de pœnit.diſt.1.& §. alteri. vbi gloſſ.verb. quæ ſit quantitas. & Doct.inſt.de inutil.ſtipulat.& ita obſeruãdum eſt in noſtra Luſitania,ſine vlla diſtinctione. per ord lib.4. tit.70. & ita tenent Canoniſtæ in c ſuam. de pœn.quibus ſtandum eſt. vt in l.ſtipulatio iſta. §.alteri.tenet Bart.nu.11. Iaſ.nu.22.ff.de verb.obligat. licet Bart. Ang. Paul. de Caſtr. Imol. Lud.Rom. Alex. Iaſ. & communis teneãt in d. §.alteri, quòd vſq; ad duplum poſsit peti pœna conuentionalis ab illo, qui fœnerati non conſueuit,& ita Bart.in l.ſi dictum. ff.de euict.

15 Pœna tamen appoſita in contractu nullo, & qui ipſo iure non tenet, ſiuè per ſententiam iudicis fuit reuocatus,non eſt ſoluenda, quoniam vbi principale non tenet, nec acceſſorium. l. ſi ſeruus. vbi Doct. ſi quis caut. & c.2. vbi gl.2. & Doct. de precar. & l. cum principalis. ff. de regul.iur. & c.ſi diligenti.de foro comp.& l. non dubium. C.de legib.& l.1.C.de cond.ob cauſ. dat.& c.primo.15.quæſt.6. ſumma Angel. verb.obligatio. §.12.& verb. pœna. §.20. & ord. libr. 4.titul.70. §.3. & dicam infra verb.principale. §.3. quia lex puniens facientem actum, non comprehendit factũ nullum. l.1. §.hæc autem. vbi Ang.Iaſ. & alij.ff.quod quiſq; iur.

16 Pœna ob legem violatam non obligat in foro

Digitized by Google

in foro animæ, niſi poſtquam fuerit iudicata, quamuis talis ſit, quòd ipſo iure incurratur. gl. communiter approbata. in c. fraternitas. vbi Doct. 12. quæſt. 2. & in c. 1. de Conſt. Fel. in c. audiuimus. de ſim. verſ. ſubdit hic eleganter. & Bald. in l. quibus diebus. §. dominus. in fin. ff. de cond. & demonſtr. & in l. data opera. verſ. item ſi proprias. C. qui accuſar. nõ poſſ. & in l. id quod pauperibus. verſ. ſed pone. C. de Epiſc. & Cler. Imol. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. 4. ff. de verb. obligat. Berous. in cap. dilecti filij. n. 61. de arb. & in c. quoniam contra. nu. 226. de probat. & in d. c. 1. nu. 232. de Conſt. Gomez. in §. ex maleficijs. n. 14. inſt. de act. Alex. conſil. 105. lib. 5. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 5. Iul. Clar. lib. 5 §. fin. quæſtio. 80 num. 7. & eſt communis. licet contrarium teneat Anch. in regula poſſeſſor. verſ. tertio quæro. de regul. iur. libr. 6. Dec. in c. 1. lect. 1 n. 20 & lect. 2. n. 10. de cõſt. & in d. c. quoniam. n. 31. de probat.

17 Pœna adiecta in l. cõmiſſoria venditionis, ſeù alicuius contractus, non tranſit in hæredẽ, aut in ſecũdũ emptorẽ, niſi illa adhæreat hæreditati. l. at vbi vi, vbi gl. 1 ff. de petit. hæred. & l. vẽditor ex hæreditate, vbi Doct. ff. de hæred. vend. pœnalis enim actio non tranſit cõtra hæredes lite non conteſtata, nec de commiſſo emphyteuſis, vt tenet Caſſad. de locat. deciſ. 2. & 3. Ioachin. Centur. 3. obſeruat. 97. Curt. de feud. 4. part. principal. col. pen. Cuman. conſil. 166. Ruin. conſil. 159. num. 12. lib. 1. Gam. deciſ. 17. n. 2. Merg. conſil. 23. n. 181.

18 Pœnæ ſunt odioſæ, & non habent locũ, niſi in caſibus à iure expreſsis, l. & ſi quis. §. Diuus autem. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Bald. in l. 3. C. de Sac. Sãct. Eccleſ. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. n. 9 ff. de regu. iur. & omnes caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & in illis nulla fit extẽſio, & potius ſunt reſtringendi, quàm ampliandi. l. perſpiciẽdum. vbi Doct. & l. hodie. & l. interpretatione. ff. de pœn. & l. generaliter. ff. de decurionib. & l. in quorũ. ff. de pign. & l. factũ cuiq;. §. in pœnalibus. vbi Dec. n. 5. ff. de regul. iur. & c. pœnæ. de pœn. diſt. 1. & c. odia. vbi notant oẽs. de regul. iur. lib. 6. Bart. in l. in teſtamento. 1. in prin. ff. de cond. & demõſtr. Bald. in c. cum pater, §. pater certũ. ff. delegat. 2. Peralta. in l. ſeruus. §. qui fidei commiſſam. n. 88. ff. de hæred. inſt.

19 Fallit tamen dum agitur de fraude remouenda, quoniam tunc datur extẽſio ne diſpoſitio legis reddatur eluſoria. c. ſi ciuitas. vbi Dominic. Ioan. And. & alij. de ſent. excommunicat. libr. 6. & l. ſed Iulianus. aliàs. l. item ſi filius. §. mutui dationem. vbi Doct. ff. ad maced. & gloſſ. fin. in c. vlt. de vſur. lib. 6. & gl. verb. ſepelire. in clem. 1. de ſepult. & l. 1. § fin. vbi Bart. n. 7. ff. de calumniat. & Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. n. 11. ff. de regul. iur.

20 Et fallit in cauſa excommunicationis, quoniam quando excommunicatio fertur ſimpliciter, intelligitur de maiore. c. pen. vbi gl. verb. ſimili. & Doct. de ſent. excõmunicat. & c. 2. de teſtib. cogend. & c. excõmunicationi. vbi notãt omnes. de rapt. & Dec. in c. in obſcuris. de regul. iur. libr. 6. & in l. factũ. §. in pœnalibus. n. 20. ff. de regu. iur.

21 Et quando agitur de vtilitate Reipublicæ, tunc enim in materia pœnali fit etiam extẽſio, vt melius delicta puniantur, & ne remaneant impunita, vt colligitur ex text. in l. 2. §. exercitum. ff. de his qui notant. inf. Bart. in l. quemadmodum. nu. 3. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Paul. de Caſtr. conſil. 23. col. fin. & Rom. conſil. 105. col. fin. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. nu. 12. ff. de regul. iur. & conſil. 65.

22 Et quando agitur de fauore Eccleſiæ, quia tunc quamuis lex, ſeù priuilegium ſit pœnale nõ debet reſtringi, ſed extendi, vt notat gl. verb. alias. in cap. ſciant cuncti. de elect. lib. 6. vbi Doct. & Ioan. And. in c. fin. cod. tit. & lib. Abb. in c. nihil. n. 9 de elect.

23 Et quando agitur de fauore fidei, quoniã tunc omnis diſpoſitio, intelligitur lato modo, quãuis ſit in materia pœnali. c. idolatria. 28 quæſt. 1. & Abb. in c. quæſiuit. nu. 4. de diuort. & Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. nu. 14. ff. de regul. iur.

24 Et quando agitur de fauore animæ, quia tunc etiam largo modo fit interpretatio in pœnalibus conſtitutionibus, vt tenet Bart. in auth. Sacramenta puberum. nu. 19. C. ſi aduerſus. vend. Abb. in c. ex tenore. nu. 6. qui fil. ſint legit. Fel. in c. tranſlato. col. fin. de conſt. Rom. conſil. 285. col. fin. Imol. cõſil. 123. col. 2. Alex. conſil. 42. in fin. libr. 1. Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 25. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. n. 14. ff. de regul. iur.

25 Et quãdo ratio eſt expreſſa in lege, quia tunc fit extenſio iuris quantumcunq; pœnale ſit: vt tenet Abb. in c. nihil. num. 9 de elect. Bald. in auth. quas actiones. C. de Sacro Sãct. Eccleſ. Alex. in l. cum mulier. not.

5. ff. ſolut.matr.Dominic.Ioan.Monach.& alij. in c.ſi ciuitas. §.1. in prin.de ſent.excommunicat. lib.6. & l.non poſſunt. ff.de delegib. Iaſ.in auth. quas actiones.nu.17. C.de Sacro Sanct.Eccleſ. Dec.in d.l.factũ. §.in pœnalibus.n.15. ff.de regul.iur.quoniã hæc non dicitur extenſio ſtrictè loquẽdo,ſed lex ipſa loquitur. vt probat tx.in l. his ſolis.vbi Bald.C.de reuocãnd.donat.& Iaſ. vbi ſupra.vbi enim cõcurrit omnimoda,eademq; ratio ex mente legis comprehenduntur omnes caſus etiam pœnales,in quibus concurrit illa omnimoda ratio, gl. verb.Italiæ.in c.1. vbi Doct. de temp.ord. lib.6. Abb.in d.c.nihil.n.9. de elect.

26 Et quando duò caſus æquiparãtur,quia tunc etiam in pœnalibus datur extenſio à lege.vt tenet Bart.in l.ſi quis ſeruo alieno. n.3. C.de furt.idem Bart.in l.Marcellus.in prin.n.6.ff.ad treb.Abb.in c.de multa.nu. 18.de præb.Iaſ.in auth.quas actiones. nu. 19.C.de Sacro Sanct.Eccleſ.& Dec.in l.factum. §.in pœnalibus.n.13.ff.de regul.iur. Rom. conſil.120. & conſil.129. & conſil. 130. intellige tamẽ quando iſta ſunt æquiparata per modum regulæ, quia tunc diſpoſitum in vno intelligitur diſpoſitum in alio,vt notat Math.in tract.de extenſion.& Iaſ.& Dec. vbi ſupra.

27 Pœna legis,ſeù ſtatuti punientis maleficium facientem,extenditur admandantẽ is enim damnum dare dicitur, qui iubet dare. l.is damnum.vbi Dec.n.3.ff.de regul. iur.Bar.in l.quẽadmodũ.n.3.C.de agricol. & cenſ.lib.11.Fel.in c.quãtæ.in prin.verſ. nõ omiſſo.de ſent.excõmunicat. qui enim per alium facit,per ſe facere videtur.c.qui facit per aliũ, vbi Doct.de regu.iur. lib.6. & l.1. §.deieciſſe. ff.de vi,& vi armat. & l. non ideo minus. C.de recuſat. ſi tamẽ lex, ſeù ſtatutum dirigatur ad perſonam tantũ facientem, tunc mandans non comprehẽditur. facit text.in clem.1. vbi gloſſ.verb. publice. & Doct.de vita & honeſt. Cleric. Abb.in c.mulieres.nu.15. de ſent.excommunicat. nec puniretur tunc pœna ordinaria, ſed extràordinaria. vt notat Bart.in l.aut qui aliter. §.fin. nu.3. ff. quod vi, aut clam. & in l. ſed & ſi vnus. §.ſeruus. nu.2. ff.de iniur. Dec. in l. ſi quis id quod.num. 38. ff.de iuriſdictio.omnium iud. & in l.is damnum dat. à nu.3. ff. de regu..iur.Curt. Iun. in l.2. §. ſi procurator. num.4. ff.quod quiſq; iur. Alex. in l.1. in prin. nu.23. ff. de verb.obligat. Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore. n. 361. ff. de vſucap.& in d. l. ſi quis id quod.num.36. & dixi ſupra verb. mandatum. §.6.

28 Pœna non incurritur ipſo iure, quando aliquid ſubcerta pœna præcipitur, imò illud præceptum eſt certa comminatio, & tunc ille, qui non obediuit, debet poſtea per ſententiam condẽnari,ut notãt gl.ver. ſubinterminatione.in c.ſicut tuis.de ſim.& gl.verb.ſub anathemate. in cap.vnico. vbi Doct.de ſagit.& gl.verb.ſi vero interminatio.in c.1.de eo,qui furt.ord.ſuſcep.& notãt Doct.in c.in pœnis.de pœn.lib.6.& gl. fin.in c.cũ eſſes.de teſtam. Abb.in c.ex litteris. nu.5.de matrim.contr.contr.interd. Eccleſ.Dec.in l.factum.§.in pœnalibus.n. 2. ff.de regul. iur. & eſt communis. vt per Imol.in c.1.col.2.de locat.

29 Pœnam infligere pro delictis eſt fauor Reipublicæ,& cauſa immediata,& principalis,ob quã imponitur pœna pro delictis eſt,vt in Republica ſit quies, & boni inter malos tranquillè,&quietè viuant,& hominum malicia reprimatur,quoniam per legem nemo benefacere cogitur, ſed male agere prohibetur. c.ad reprimendam. vbi gl.1.& Doct.& c.irrefragabili,de offic.iud. ord. & c.ad fidem, & c. non fruſtra.2. & c. prodeſt.23.quæſt.5. Socin. in l.1.in princ. col.fin. ff.de verb.obligat. Bald. in l fin. C. de interdi. matrim. Dec.in l.fœminæ. nu. 112. ff.de regul.iur.

30 Pœna quando imponitur pro delicto, eſt habendus reſpectus ad tempus,quo delictũ fuit perpetratũ, non autem ad tẽpus ſententiæ.c.fin.vbi Doct.de ſent.excõmunicat.& l.1. vbi Bart.n.1. ff.de pœn.& hoc eſt intelligendũ, quando pœna à lege, ſeù ſtatuto eſt certa,quoniã cum pœna eſt certa,& limitata à lege, ſtatim delinquens remanet aſtrictus ad illam pœnam,ex illo tẽporè,quo cõmiſit delictum,vbi autẽ pœna non eſt certa,ſed à iudice arbitrãda,eſt habendus reſpectus ad tẽpus ſententiæ,probat tx.in l.ſi ſeruum. vbi Bart.à n.2.ff.ſi ex noxal.idem Bart.in d.l.1.n.3.ff.de pœn.

31 Pœna debet habere ſuos actores, & non debet vnꝰ pro alio puniri.c.quæſiuit.de his quæ fiunt à maior.part.& c.ſi compromiſſarius,de elect.lib.6.& l.ſancimus.vbi DD. & l.ne quis pro coercione. C.de pœn.& l. ne quis.vbi Bart.C.de decurionib.lib.10.& l.quis ſeruo.§.legis.ff de inoffic.teſt.& l.ob maritorũ. vbi Bald.C.ne vxor.pro marit. & l.crimen.ff.de pœn.& l.ſi maritꝰ.ff.ſolu. matrim.

Digitized by Google

matrim.& c.Romana. §.fin. de ſent excõmunicat.lib.6. & gl.fin. in d.c.quæſiuit.de his quæ fiunt à maior.part. Iul.Clar. lib.5. §.fin q.86.n.1.& Valaſ.conſult.101.n.5.

32 Pœna non tranſit ad hæredem lite non conteſtata. l.pupillum. §.in hæredem: vbi Dec. num.1. ff.de regul.iur. & l.vnica.vbi Doct.C.ne ex delict.defunct.& l.1.vbi Bar. num.1. ff.de priuat.delict. & l.defuncto.ff. de public.iud.& l in ſenatus conſultum.§. ſi poſt mortem.vbi Doct.ff. ad turpil. & l. fin. vbi notant omnes. C.ſi reus vel accuſat.mort.fur. & l.fin. ff.ad leg. Iul.Maieſt. & §. non autem omnes. inſt. de perpetuis. & temp.act. Dec. in l.pupillum. §.in hæredem.num.1. ff.de regul.iur. Valaſ.conſult 101. num.5.

33 Cadauer enim non eſt vapulandum, relegandum, nec ad furcam trahendum, vt notat. in l.2. C.qui teſtam.facer.poſſ.Petr. & Cin.& Angel. idem Angel. in l.defuncto.ff.de publ.iud.quamuis Iudex,qui malefactorem iudicat ad mortẽ,iubere poſſit, vt cadauer in furca remaneat,aut diuidatur in partes,aut aliud pro arbitrio,cùm tale cadauer ſit ſeruus pœnæ. l.1. & 2. ff. de cad.punit.& gloſſ.verb. pœnitentiæ,in clem.1. de pœn. & remiſſ. & Hoſt. in c.ex parte.2 de ſepult. Bald.Alex.Iaſ. & alij in d. l.2. C.qui teſt.facer. poſſ. Ant.Gomez. in 3.tom.var. cap.14.nu.8.

34 Pœnales tamẽ actiones tranſeunt in hæredem,poſt litem conteſtatam cum defuncto, pro actionibus ciuilibus, quæ dantur ex delicto. l. vnica. vbi Bart. Bald. & omnes. C.ne ex delict. defunct. & §.pœnales, vbi etiam notant Doct inſt.de perp.& tẽp. act.Bart in l.1. num.3. ff. de priuat.delict. & poteſt hæres conueniri pro illo,quod ad eum ex delicto defuncti peruenit, quoniã pro eo tenetur,non debet enim hæres lucrari ex delicto defuncti, cum pro eo non teneatur. d. l.vnica. vbi Doct. C.ne ex delict. defunct. & l. in hæredem. vbi Bart.ff. de calumn. & l.Gaius. ff ad ſill.& l.in hæredem. ff.de dolo.mal.& l ſicuti pœna.vbi Dec.n.1 ff.de regul.iur.& in l.pupillum. §. in hæredem. nu.3. ff eodem.

35 Pœna ipſo iure defuncto impoſita trãſit in hæredem in actionibus ciuilibus. l.Gaius.ff ad ſill.Bart.in l.1.ff.de priuat.delict. & in l.commiſſa nu.3. ff.de publ.vectigal. & Bald.in l.fin. ff.de his qui not.infam. & Angel.in l.vnica. col.1.verſ.addo tibi aliũ caſum. C.ne ex delict. defunct. & l. ſi quis iniquum. §. quod autem. vbi Bart.nu.1.ff. quod quiſq; iuris. Dec.in l.pupillum. §.in hæredem. nu.4. ff.de regul.iur.

36 Pœna tamen licet per modum agendi non tranſeat ad hæredem lite non conteſtata, bene tranſit in hæredem per modum excipiendi. l.ſi quis iniquum. §.quod autem. vbi Bart. ff.quod quiſq; iur.Angel.in d.l.vnica.col.2. C.ne ex delict. defunct.& Dec.in l.pupillum. §.in hæredem. nu.7.ff. de regul.iur.

37 Pœna criminis læſæ maieſtatis, quoad bonorum confiſcationem,non extinguitur morte delinquentis, imo habet locum cõtrà filios,& nepotes,& alios hæredes quoſcumq;. l.fin. vbi Doct.ff.ad leg.Iul maieſt. & l.in ſenatus cõſultum. § ſi propter mortẽ.ff.ad turpil.& l.quiſquis.vbi Bart Bald. Salicet. & alij. C. ad legem Iul. Maieſt. & auth. vt nulli iud. §. fin. coll.9. Iaſ. conſil. 106. nu.3. lib.4. Cou.ru. lib.2.reſol.cap.8. n.3. Iul.Clar. libr.5. §.læſæ Maieſt. nu.15. Marſil. conſil.53. num.8. & Geripard.conſil.58. num.26.

38 Pœna appoſita alicui, & eius filijs, ſeù poſteris, vſq; in certam generationem, nõ extenditur ad fœminas, niſi aliud in lege, ſtatuto, ſeù ſententia ſit expreſſum, quoniam licet genus maſculinum cõcipat fœmininum,& non è contrà, vt probat text. in l. ſi ita ſit ſcriptum. vbi Bart.ff.delegat. 2. & gloſſ.in l.1. ff.de verb ſign. in materia tamen pœnali, non comprehenditur fœminæum,vbi maſculo pœna apponitur. cap.vbicumq;. & ibi gloſſ.verb. maſculinam, & Doct.de pœn.lib.6.Gigas.de crim. læſæ Maieſt.quæſt.14. numer.15. Iul.Clar. libr.5. §.læſa Maieſt. num. 10. Dec.in l.fœminæ,nu 127 ff.de regul.iur. niſi detur eadem ratio in fœmina,quæ datur in maſculo,ex Bart.in l.1. n.1.ff.de verb.ſign.

39 Vnde infertur, quod ſi ſtatuto caueatur ſub pœna,ne aliquis habeat capreas in certo loco, non habeat locum inhircis, & è contrà: vt tenet Alb. 1.part. ſtatut. quæſt. 114. incipit. ſed quid ſi ſtatutũ ſit inuilla. Dec.in l.fœminæ. nu.128. ff. de regul.iur. per text.in d. l.ſi ita ſcriptum.ff.delegat.2. niſi inhircis detur eadem ratio,quæ datur incapreis, quia tunc ſtatutum loquens incapreis habet locum inhircis, arg.text.in l.ſi quis ita. ff.de teſtam. tutel. Bart. in l.1. num.1.ff.de verb.ſign. & videtur tunc eſſe locutũ de capreis,gratia maioris frequẽtię. ex doctrina Alciat.in l.de teſtatio. §.ſerui.

Digitized by Google

ff. de verb. ſign. Corſet. ſingul. verb. frequentia. Dec. in d. l. fœminæ. n. 128. ff. de regul. iur. Gerard. ſingul. 97. Alex. conſil. 119. in fin. lib. 7. Alber. vbi ſupra.

40 Pœna appoſita ſimpliciter, & ſine temporis præfinitione, intelligitur temporalis, & non perpetua, quando ſine cauſæ cognitione pro delicto apponitur, & durat durante officio iudicis apponentis. c. ex litteris. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & omnes. de conſt. & l. fin. vbi etiã notant Doct. ff. de pœn. ſi tamen pœna ſit appoſita cum cauſæ cognitione, & crimen merebatur, quòd pœna fuiſſet perpetua tunc intelligitur perpetua, aliter namq; intelligitur temporalis, quoniam præſumere debemus iudicem proferre ſententiã conformẽ libello, vel accuſationi. l. ſi præſes. vbi Doct. ff. de pœn. & Abb. in d. c. ex litteris. n. 10. de conſt. ſumma Ang. verb. pœna. §. 22. ſi autem pœna ſit appoſita pro cõtumacia intelligitur quod ſit temporalis, ſi pœna eſt ſucceſsiua, & ita requirat qualitas contumaciæ. d. c. ex litteris. vbi gloſ. verb. in perpetuum. & Abb. num. 10. & alij. de conſt. Aret. in c. inquiſitionis, de accuſat. Alex. conſil. 111. lib. 1. ſi tamen contumacia tranſiuit in ſpeciem delicti, tunc pœna pro illa ſimpliciter appoſita intelligitur perpetua. c. ex tuæ deuotionis. de Cler. nõ reſid. Abb. vbi ſupra.

41 Pœna ſimpliciter appoſita in dubio ſemper intelligitur mitior. l. abſentem. & l. ſanctio legum, & l. ſi præſes. & l. interpretatione. ff. de pœn. & l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regul. iur. & c. In pœnis. vbi gloſ. 1. & Doct. de regul. iur. lib. 6 Dec. in l. ſemper in obſcuris. n. 9. ff. de regul. iur. Iaſ. In l. tranſigere. n. 9. verſ. pro delictis. Mantua. nu. 108. C. de tranſact. Ioan. And. in c. quãto. de iure iur. Cin. in l. 1. C. de falſ. & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 67. nu. 1.

42 Pœna capitalis eſt triplex, accipitur namq; pro morte naturali, aut ciuili, aut pro amiſsione ciuitatis. l. 2. vbi Doct. ff. de pœn. & l. 2. vbi Bart. ff. de publ. & l. ſed & ſi quis. vbi gl. verb. morte, & Doct. ff. ſi quis caut. & gl verb. capitis. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. & gl. 2. in l. tranſigere. vbi Padilla num. 32. C. de tranſact. Gaſpar. Valaſc. in rep. l. Imperium. nu. 99. ff. de iuriſd. omnium iud. & condemnatus ſimpliciter pœna capitali, cum plures ſint capitales pœnæ, debet intelligi de minore, & ita quando lex, ſeu ſtatutũ pro aliquo delicto imponit pœnam capitalem debet intelligi de minore, quæ eſt amiſsio ciuitatis, & exilium perpetuum. gl. verb. capitali. in l. vnic. C. ne Chriſt. mancip. & gl. ver. capitalem. in l. criminali. C. de iuriſd. omnium iud. & gl. verb. inferiores. in l. fin. C. quæ res. vend. poſſ. & gl. verb. capitali. in l. vnica. C. de crim. pecul. Abb. in c. quanto. n. 7. de iure iur. Marſil. in pract. criminal. §. oportet. n. 40. Fel. Dec. & alij. in c. ex litteris. de conſt. idem Dec. in l. Imperium. à n. 14. ff. de iuriſd. omniũ iud. Fel. in c. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos. n. 17. de accuſat. Padill. in d. l. tranſigere. nu. 32. C. de tranſact. Cou. r. In Epitom. ſuper. 4. Decret. fol. 144. n. 16. Marc. deciſ. 913. n. 5. Doenn. regula 393. num. 9. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 67. num. 1. niſi ex qualitate delicti, aliud colligatur, aut ex mente Legislatoris. ex text. in c. 1. de præſumpt. & ex l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar. & notat Din. in c. in obſcuris. de regul. iur. libr. 6. Dec. in l. ſemper in obſcuris. n. 10 ff de regul. iur.

43 Pœna ſemper debet menſurari delicto, quoniam pœna eſt menſura culpæ. c. ſane. 2. vbi Doct. de offic. Iud. delegat. & c. fin. de trãſact. & c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior. part. cap. & c. niſi de offic. legat. & c. nõ afferamus. 24. quæſt. 1. & c. Felicis. §. illud. vbi Doct. de pœn. lib. 6. & l. reſcriptum. vbi Bart. ff. de his quib. vt indign. Abb. in cap. pen. nu. 6. de ſim. Dec. in l. quod à quoquo. n. 3. ff. de regul. iur.

44 Pœna tamen debet minui propter ætatem, imprudentiam, ſexum, atq; conditionem delinquentis. omnia enim hæc ſunt à iudice ponderanda, quando aliquam infligit pœnam. c. ſicut dignum. vbi gl. & Doct. de homic. & l. ferè omnibus. vbi gl. & Dec. nu. 5. ff. de regul. iur. & l. Diuus Adrianus. ff. de term. mot. & l. 1. §. impubes, & l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ff. ad ſill. & quamuis nunquam ſenectus excuſet in delictis, vt omnino pœnam euadat, mitius tamen punitur ſenex grandeuus. vt refert Plac. lib. 1. delict. cap. 32. n. 13. & gl. vnica. In d. l. fere omnibus. ff. de regul. iur. infans autẽ in totũ excuſatur, quia talis ætas quid quid facit ignorat. l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Plac. d. c. 32. n. 1. pupillus vero doli capax mitius punitur. l. pupillum. ff. de regul. iur. Plac. d. c. 32. n. 6. & dixi late ſupra verb. minor. furioſus ſatis ſuo furore punitur. d. l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Plac. lib. 1. delict. c. 29. n. 1. & dixi ſup. verb. delictum

Digitized by Google

delictum. attamen praxis non obſeruat, vt pœna in ſene minuatur propter ſenectutẽ imo pœna ordinaria punitur quicumq; ſenex delinquens. vt refert Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 60. num. 6.

45 Pœna ſemper eſt arbitraria, vbi pœna, certa, & expreſſa non reperitur in iure. vt notat Hoſt. & Abb. n. 4. in c. grauis. de cẽſ. l. 1. §. expilatores. vbi Bart. ff. de effract. & l. ſanctiolegum. ff. de pœn. Bald. in Rubric. col. 8. verſ. quæro. dixi ſuperius. C. de fid. inſtr. Alex. in l. hodie. ff. de pœn. & in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omniũ iud. Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defunct. magnum tamen dubium eſt, vtrum iudex poſsit extẽdere pœnam arbitrariam vſq; ad vltimum ſupplicium, & quòd poſsit ſi qualitates, & circunſtantiæ delicti cõcurrant, quæ iudicem moueant, tenet gl. in §. in ſumma ver. extraordinaria, inſt. de iniur. Ang. in l. ſacrilegi capite. ff. ad leg. Iul. peculat. Bolon. rep. l. capitalium. § famoſos. num. 29. ff. de pœn. & Marſil. in l. de minore. in princ. ff. de quæſt. Dec. in c. ex litteris. num. 14. de Conſt. Salicet. in Rubric. ff. de quæſt. Bald. in l. 1. ad fin. C. de de his, qui latr. occult. Ioan. de Imol. in c. vt inquiſitionis. de hæret. in 6. & in l. 2. ff. de publi. iud. Barba. conſil. 14. nu. 6. lib. 1. Alex. conſil. 5. & cõſil. 62. lib. 1. Alciat. conſil. 472. in fin. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 1. nu 69. Viuius. in lib. commun. opin. in verb. iudicis arbitrio. & Abb. relinquit in dubio in d. c. ex literis. in fin. de Conſt. contrariũ tamẽ tenet Card. in c. de cauſis de offic. delegat. Lud. Rom. in Rubr. verſ. item an ſtatutũ. ff. de arb. & Card. in d. c. ex litteris. de Conſt. Dec. ſibi cõtrarius. in l. qui iuriſdictioni. n. 9. ff. de iuriſd. omnium iud. Bald. in l. & ſi poſt tres. col. 7. verſ. item facit ad aliã. ff. ſi quis caut. Fel. in c. inquiſitionis. de accuſat. Villalpand in rep. l. 22. c. 9. n. 3. Gramat. conſil. 48. nu. 2. Crauet. ſuper. 21. ritu magnæ Curiæ. n. 15. Carrer. fol. 566. n. 112. Petr. Socin. inter. conſil. crimin. diuerſ. 98. n. 13. lib. 1. Mench. controuerſ. vſu frequẽt. c. 39. n. 26. Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 43. n. 2. Afflict. deciſ. 276. n. 6. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 83. num. 11. & hæc opinio eſt æquior. & verior, & obſeruatur in praxi, nam & ſi d. gloſſ. in d. §. in ſumma inſt. de iniur. dicat quod iudex poſsit extendere ſuum arbitrium vſq; ad pœnam capitis, eſt intelligenda de mitiori, quæ eſt pœna exilij, ad quam iudex poteſt extendere ſuum arbitrium, & non ad vltimum ſupplicium, vt tenet Alex conſil. 121 in fin. lib 7. Crauet. conſil. 224. n. 2. verſ. ſecundum aduertendum. Ant. de Padill. in l. tranſigere. nu. 27. C. de trãſact. Iul. Clar. vbi ſupra, & Gramat. conſil. 39. n. 8. Afflict. vbi ſupra, & in 2. part. Conſt. Regn. Rubric. 10. n. 22.

46 Pœna tamen arbitraria à iudice impoſita, non debet ita leuis eſſe vt contẽnatur, quoniam pœna vnius debet eſſe alijs in exemplum, & in metum, vt à criminibus recedant, & illa non cõmittant. c. Clericos. de cohab. Cler. & mul. & c. tãta. de exceſſ. prælat. & c. 2. in fin. de offic. iud. ord. lib. 6. & c. ſed illud. diſt. 45. & c. Sacerdotes. 10. quæſt. 1. & clem. 1. vbi Doct. de offic. iud. ord. & c. ſicut ex litteris. de iur. iurand. & c. 1. de homic. lib. 6. & c. ſi Papa de priuil. eodem. lib. 6. & c. ea quæ. de Stat. Monach. & c. qua propter. 2. quæſt. 7. & l. 1. C. ad leg. Iul. repet. & l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. & l. 1. ff. ne quis eum qui in ius. & l. capitaliũ. §. famoſos. vbi Doct. ff. de pœn. & l. bona fides. ff. depoſit. ſumma Ang. verb. pœna. §. 18. Merg. conſil. 23. nu. 36.

47 Pœna priuationis beneficij non poteſt imponi à iudice, niſi quando Clericus beneficiatus cõmittit crimen pro quo in iure inueniatur expreſſum, vt qui tale crimen cõmiſerit, priuetur beneficio, vt notat gl. pen & Abb. num 7. in c. fin. de iure patr. & Bald. in authẽt. ex teſtamento, C. de collat. Barb. in c. nouit. col. 45. verſ. tu pondera de iud. domin. in c. quo iure, col. vltim. diſt. 8. Fel. in c. querelam. col. 2. de iure iur. & in c. ex parte. 1. col. 1. de reſcript. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam. in gl. verb. reuertatur. n. 206. C. de reuocand. donat. & in dubio ſequent. nec etiam per ſententiam latam ſuper crimine cenſetur quis priuatus beneficio, niſi in ſententia illud exprimatur, aut tale ſit crimen, quod irroget ipſo iure priuationem beneficij, quoniam tunc pœna illa intelligitur poſita auctoritate iuris, quamuis in ſententia non exprimatur, vt probat text. in l. 1. ff. ad turpil. Innocent. in cap. qualiter, & quand. 2. de accuſat. & Abb. in cap. inter dilectos. num. 12. de exceſſ. prælat. Doct. in c. 1. de homic. libr. 6. Ioan. de Anan in c. fin. de homic. Bald. in l. cum fratrem. C. de his quib. vt indign. nec ſententia priuans aliquem beneficio ſimpliciter videtur priuare illo, quod eſt extrà territorium iudicis ſententiam proferentis, niſi crimen imponat priuationem

beneficij ipſo iure; quia tunc porrigitur ad beneficium exiſtens extrà territorium, & remanebit ibi tanquam vacans,& occupabitur à iudice territorij: vt notat Card. in clem. paſtoralis, verſ. deniq. quæſt.2. in fin.de re iud ſumma Angel.verb. pœna. §.23. Boſſ.in tract. delict. titul.de bonor. publ.num.64.

49 Pœna pecuniaria poteſt imponi à iudice Eccleſiaſtico,ad pauperes,ſeù pias cauſas applicata, quoniam aliquando magis timetur pœna pecuniaria, quam ſpiritualis,vt tenet Abb.in c.vt Clericorum.n.10. vbi dicit cōmunem de vit. & honeſt. cler. Reb. in Rubric. de publ.concubin. §.quia vero Bernard.Dias. in pract.criminal. cap. 124. in fin.Fel.in c.irrefragabili.§.1.n.11. de offic.iud ord. & quòd ſibi per conſuetudinem poſsit dictam pœnam applicare tenet Bald. in auth. bona damnatorum.n. 2. C.de bon proſcript. Anan.in c.excommunicamus. in prin. n.9. de hæret.Angel. de malef.verb & eius bona,num.30.Barb. conſil.22. nu.12. libr.3. Marc. deciſs 339. nu.12. Foll.in pract.crim can.fol.68.nu. 14. Iul.Clar. lib.5.§ fin. quæſt.80.num.5. Ign.de Salzed.cap.142. col.577. verſ.Eccleſiaſticis,& dicit communem Cou.r. lib. 2 reſolut.cap 9.n.11.ſed hodie noſtris tēporibus obſeruatur prima ſententia.

50 Illam etiam pœnam pecuniariā poſſunt inquiſitores imponere ſi bona non confiſcarentur, vt habet Decretum Alex.4 Pōt. Max.quod incipit ſuper extirpatione edicta anno Domini 1258. quod habetur in libro litterarum Apoſtolicarum pro Sancto Officio. fol.134. vt refert Ign. de Salz. cap.142. num.4. verſ. hanc etiam, & verſ. quæ quidem pœna.

51 Pœna triremium eſt hodie in vſu, & nō tantum iudex ſecularis illā imponere poteſt; ſed etiam Eccleſiaſticus,& tam laicis, quam Clericis imponi poteſt quamuis in Clericis non ita liceat, vt notat Nau. in c. nullam.18.quæſt.2. n.52. Bernard Dias in pract.crimin. cap.135.verſ.venit inſuper. Iul.Clar. lib.5.§.fin.quæſt 70. num.5. Ign. de Salzed.in pract. cap.143. pag.541.verſ. nec faciendum approbo.nec iudex Eccleſiaſticus tenetur Clericum actualiter prius degradare quando illum in pœna triremiū condemnat, ſed verbaliter tantum,ex Salzed. vbi ſupra. §.fin.

52 Pœna duplex non datur pro eodem delicto nam accuſatus ab vno, non poteſt accuſari ab alio de eodem crimine.l.ſenatus. vbi Doct.ff.de accuſat.& l.qui de crimine, vbi Bart.& Salicet. C.de accuſat.& c.preſbyter. diſt.81.& c.ſceleratior. §.hic auctoribus. de pœn.diſt.3. & c.ſunt plures.§.auctoritas. eadem diſt. ſi autē per vnam pœnam non reuocatur ſufficienter quis à delicto, tunc non eſt incōueniens,vt duplici pœna puniatur, ſed potius creſcente malicia, & contumacia debet creſcere pœna, vt probat text.in l.relegari. vbi Doct.ff.de pœn.& c.attendendum.17.quæſt.4.& gloſ. verb.duplex.in c.atſi Clerici. §.de adulterijs. vbi Ioan.And.& Abb.nu.2.de iud.aut ſi per colluſionem ab vno iudice minorē pœnam pateretur, quàm illam, quæ pro crimine imponenda erat. vt notāt omnes, in c.1.& 2.de calumniat.& c.fin.vbi gl.ver. colludente.de culuſ.deteg. Gam.deciſ.51. num.2.

53 Pœna frangentis exilij fines eſt, vt ſi quis erat iuſſus exulare minus decennio duplicaretur tempus,quod reſtabat exulādum quando fregit exilium, ſi autem vltrà decennium erat iuſſus exulare perpetuatur exilium, ſi tunc non pareat,quando in perpetuū iuſſus erat exulare punitur pœna mortis. l. relegari. ff.de pœn.& c.attēdendum.17.quæſt.4. Ioan.Andr.& Abb.in c.atſi Clerici. §.de adulterijs. de iud. Ant. Gomes.cap.8. delict.n.1.& Iul.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.71.n.13. ord.lib.5. tit.144.

54 Pœna,qua plures tenētur, ſoluta ab vno liberantur cæteri,quando illa pœna reſpicit tantum intereſſe recipientis.l.1.§.plures. vbi gloſ.verb.pœnam,& Doct ff.de eo per quem fact.erit,& gl.ver.cum ſit pœna. in l. item mela. §.ſed ſi plures. ff. ad leg. Aquil. ſi autem pœna ſoluatur reſpectu vtriusq; tàm ſoluentis, quam recipientis, tunc ſolutio vnius non liberat alios. d. l. item mela. §.ſed ſi plures, vbi gl.verb.cum ſit pœna. vbi Bald. ff. ad leg. Aquil. & l. adeo quidem. vbi Alb. ff.de iuriſd.omniū iud.& l.pen. §.fin.& l.fin.ff.nequis eum qui in ius. vocat. Bart. in l.ſemper. §.ſi in ſepulchro. ff. quod vi, aut clam: Alb. Bald. Alex. & Iaſ.in l.ſi quis id. ff.de iuriſd.omnium iud.

55 Pœna lege ſeculari ſtatuta contra illos, qui portant arma vetita non habet locum contrà Clericos, vel perſonas Eccleſiaſticas, quoniam ſtatuta laicorum non cōprehendiunt Eccleſiaſticas perſonas, vt probat text.in c.quæ in Eccleſiatum,& in cap.

Eccleſia.

Eccleſia.vbi Doct.de conſt.& c.grauem de ſentent excommunicat.& l.Caſſa.C.de Sacro Sanct.Eccleſ.& Ioan.Lup.in rep.cap. per veſtras. notab.2. §.1. nu.13. de donat. int.vir.& vx. & Ioan.de Plat. in §.item lege Iulia.col.4. inſt. de publ.iud. Cou.ruu. in pract.quæſt. cap.33.n.7. Ign.de Salzed. in pract. criminal. cap.55.nu.2. pag.202. verſ. pro quo etiam.licet contrariam opinionem tenet Fab.in l. addictos. in verb. vltra procedat. C. de Epiſc.aud. Aufr. in rep. clem.1. num.21. verſ.tertio fallit. de offic.ord. Bened.in c.Raynuntius.verb. & vxorem nomine Adelaſiam.nu.436.de teſtam. ſed male nec vllo iuris fundamento initi.

56 Pœna ſtatuti punientis arma portãtes, non comprehendit eum, qui non fuerit captus cum armis, licet teſtibus ſit conuictus quòd illa detuliſſet, vt obſeruat conſuetudo vbiq; approbata, ſicut refert Cou.ru.in pract.quæſt.cap.33. ad fin. Iul.Clar. lib.5.§.fin.quæſt.82. ſtatutum.6.nu.2.licet de iure contrarium teneat Rip.tractat.de peſte.in Rubric.de conſeruat.vbert.n.105. per gloſſ.verb. deprehenſus. in l.1. C.vbi ſenat. vel clariſsim. niſi ſtatutum diceret, quòd puniretur ille, contra quem fuerit probatũ arma detuliſſe. vt refert Iul.Clar. vbi ſupra. quia tunc bene comprehenderetur ille qui teſtibus fuiſſet conuictus.

57 Pœna ſeù promiſsio illius appoſita in matrimonio rectè contracto, aut in ſponſalibus nõ valet, quoniam in matrimonio, & ſponſalibus debet eſſe liber voluntas. c.Gemma.vbi glo.verb.ſtipulatio.& Doct. & cap.requiſiuit. de ſponſal.& l.Titia. vbi Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Aret.Imol.Iaſ.& alij. ff.de verb.obligat.& l.fin. §.vltim.vbi Bald.& Salicet.C.de ſponſal.& l.2.vbi Doctor. C. de inutil.ſtipulat.& l.neq; ab initio. C.de nupt.

58 Pœna, quam incurrunt patroni, aduocati, feudatarij aut perſonæ, quæ habent aliquod ius in Eccleſijs, ſi Prælatum, vel Beneficiatum, ſeù Rectorem illarum occidant per ſe, aut per alios, eſt, vt perdant quodcumq; habent ab Eccleſia, & eorum filij, ſeù poſteri, vſq; ad quartam generationem non admittantur ad ordinem Clericalem, nec recipiantur in aliquo Collegio, neq; in domibus aliquarum religionũ profiteantur,& ſi in illis Eccleſijs ſibi vendicent plusquam iura ſibi permittunt, debent per cenſuram Eccleſiaſticam compeſci, quoniam qui Eccleſiam defendere tenetur illam grauare non debet. c.ad aures,& c.in quibuſdam. vbi gl.1.& Doct.de pœn. & c. filijs, 16.quæſt.7. & c. ſi quis de inceps. 17.quæſt.4.& deuoluitur tunc omne ius,& illa,quæ iſti perdunt ad Eccleſiã, cui facta fuit iniuria. d.c.ſi quis de inceps, & gloſſ.verb. reſtituantur in d. c.ad aures, & gl.verb.prorſus amittant, in d. c.in quibuſdam. de pœn.& gloſſ.verb.in quo.in c. ſi quid rapuerit.27. quæſt.1.

Verbo Penſio.

1 PEnſio eſt certa portio, quæ pendet à proprietate rei,ſeù beneficij, à quo extrahitur. arg.tex.in l.eſt enim ius,& l.omnium prædiorum. ff.de vſu fruct.& quemad.& in cap.poſſeſsiones, 16.quæſt.1.Gig. de penſion.quæſt.1.nu.1.& penſiones dicuntur fructus ciuiles, vt inquit Alex.cõſil.180. in fin. lib.2. Afflict.deciſs.46.n.6. per tex.in l.ſi nauis. ff.de rei vind.

2 Penſio aſsignatur à Summo Põtifice ſuper fructibus beneficij, propter plures cauſas, videlicet propter merita illius, cui aſſignatur, aut vt ſuum ſtatum decentius valeat ſuſtinere, aut Collegio, ſeù Hoſpitali, vel alicui ſimili, aut quando quis renũciat beneficio, ſeù iuri illius, vel propter aliquam quamcumq; cauſam, quæ Summum Pontificem mouere poſsit, & etiam ſine cauſa poteſt Summus Pontifex alicui concedere penſionem ſuper fructibus alicuius beneficij, quoniam plena,& libera diſpoſitio Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatũ, aliorumq; beneficiorum ad Summum Pontificem pertinet, ex plenitudine poteſtatis.clem.1. in fin.vbi Doct.vt lite pend.ex. in c.propoſuit.de conceſſ.præb.& c.2.eodem titul.lib.6. Fel.in c.ad audientiam.2. de reſcrip.ſpecul. in titul.delegat.§.oſtendendum.Gig.de penſ.quæſt.6. nu.1.Doct. in c.quæ in Eccleſiarum.de conſt.

3 Penſio etiam ab Epiſcopo poteſt alicui aſsignari, ſuper fructibus beneficij, ex aliqua cauſa iuſta rationabili, & honeſta, quæ ſit in Eccleſiæ vtilitatem, cum enim Epiſcopus in ſua diœceſi vnam Eccleſiam alteri vnire poſsit, cum conſenſu Rectorum illarum. c. ſicut de exceſſ. prælat. & clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Trid. ſeſſ.21. c.5.de reformat. ita poteſt imponere penſionem. vt tenet Innocent. in c.2.de Stat. Monach.Ioann.Andr.& Imol.in clem. 1.de

Digitized by Google

ſuppl.negl.prælat.Pet.de Anch cōſil.179. Old. conſil.226. Fel.in c ad audientiam.2. de reſcript.Gig.de penſ. quæſt.6.n.2. penſio tamen conſtituta à Rectore Eccleſiæ tranſigente cum alio auctoritate Epiſcopi non excedit vitam ipſius Rectoris ſoluentis. c.de cætero. vbi Abb.nu.2.de tranſact. & gl. verb. penſionem in c. audiuimus de colluſ.deteg Gigas. vbi ſupra. num.4.hodie tamen, nec Epiſcopi poſſunt vnam Eccleſiam alteri vnire, nec penſionem in illa imponere. per regulam.11.Cancellariæ,de reuocand. vnion. Greg.13.

4 Penſio ſuper fructibus beneficij impoſita extinguitur morte penſionarij,cui ſoluitur, ſicut vſus fructus finitur morte vſufructuarij, niſi Summus Pontifex conceſſiſſet penſionario ius tranſferendi,quia tūc non extingueretur,cum Pontifex illud de plenitudine poteſtatis facere poſsit. d.clement.1. vbi Doct. vt lite pend. & c.2. vbi Ioan.Monach.Domin.Ioan.Andr.& alij.de præb.lib 6. & c.propoſuit.de cōceſſ.præb. & c.cuncta per mundum.9.quæſt.6.Merg. conſil.23.n.18. Gigas. de penſ.q.12.n.2.

5 Penſio non poteſt impetrari tanquàm vacans per mortem penſionarij, quoniam penſio reuera non vacat, ſed extinguitur, vt extinguitur vſus fructus, vt habetur. in §. finitur. vbi Aret.& alij.inſt.de vſu fruct. vnde penſio ex tali prædio conſtituta tollitur morte penſionarij, ſicut morte vſufructuarij tollitur vſus fructus,& nō morte proprietarij. l. ſi pater. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C.de vſu fruct. Padill. in l. in Prouinciali. nu.23.C.de ſeruit. & aqua. Curt.Iun.in l.fin.§.vlt.ff.de cōtrah.empt.

6 Penſio benè poteſt conſtitui in fundatione Eccleſiæ de voluntate fundatoris.c. quanto. vbi Doct.de cenſ.& c. præterea.2. vbi Ant.& Abb.num.3. de iure patronat. & c.Electerius.18.quæſt.2. Gigas.de penſion.quæſt.3.num.5. Merg.conſil.36.num. 24. & conſil.38.num.8. non debent tamen Eccleſiæ grauari in ſuis fundationibus,pēſionibus,aut fructuum reſeruationibus,ex Trid.ſeſſ.24. cap.13. de reformat. ne aliquod patiantur detrimentum in adminiſtratione, ſi penſio Rectori ſit onerosa, & exceſsiua, vt onera beneficij ſuſtinere non poſsit.

7 Penſio poteſt aſsignari à Summo Pontifice in quota parte fructuum,reddituum, ſeù prouentuum beneficij, aut in quantitate pecuniæ, prout ſibi melius placuerit, quia in Eccleſijs, ſeù beneficijs Eccleſiaſticis eſt Dominus abſolutus. d.clem.1.vbi Doct.vt lite non conteſt.& c.quæ in Eccleſiarum.de conſt.& c.cuncta per mundum. 9.quæſt.6. & c.2. de præb.lib.6.Card.conſil.58. Fel. in c.in noſtra. verſ.reſtant multa.de reſcript.Gig.de penſ.quæſt.8.num.2. Gerip.conſil.12.nu.26.

8 Penſio quæ datur ex redditibus beneficij nō ita debet eſſe grauis,vt beneficiatus in beneficio prouiſus non poſsit cōmode ſubſtentari, ſed potius debet illi tantum remanere, vt poſsit obſeruare hoſpitalitatem,& vitam honeſte agere, & cōgruè ſuſtineri, nec valet conſuetudo in contrariū. c.1. vbi Ioan.And.Domin. & alij de præb. libr.6. & c. de monachis. & c. auaricia.de præb. & clem.1.vbi gl.verb.inhibentes.de iure patr. Abb.in c.conquerente. nu.5. de Cler. non reſid. Fel.in c.ad audientiam.2. col.1. de reſcript. Trid. ſeſſ.25. de reformat.c.16.& cap.ſicut nobis.de ſuppl.negl. prælat. & prius eſt prouidendum illi prouiſo, qui eſt in ſeruitio Eccleſiæ quam pēſionario,nam ſeruitoribus,& cultui Eccleſiæ eſt primo loco ſubueniendum,vt tenet Abb.in c.nobis.n.6.de iure patronat.

9 Penſio non debet excedere tertiam partem fructuum beneficij,ſuper quibus imponitur,& ita obſeruat ſtilus Curiæ Romanæ; attamen ſi Papa ſinè aliqua fraude in maiori quantitate reſeruaret, valeret illa reſeruatio, dummodo in litteris fiat expreſſa mentio, ita vt Sūmus Pontifex ſpecifice ſciat illud onus, quoniam ſi penſio remaneret in maiori quantitate, ſeù quota fructuū, quàm in litteris eſſet expreſſum, non valeret reſeruatio, ſicut non valeret impetratio beneficij, vt notant Doct.in c. ad aures. & in c.ſuper litteris. de reſcript. Gigas. de penſ.quæſt.9. nu.1. Merg.conſil. 26. num.18.

10 Penſio enim adeò exceſsiua, & oneroſa Rectori Eccleſiæ, ſeù beneficij, vt ex reſiduò fructuum beneficij grauati onere pēſionis,commodè,& ſinè penuria viuere nō poſsit, eſt illicita, & non debet ſuſtineri, & ſi tempore reſeruationis fuit exceſsiua, & penſionarius non fecit mentionem in litteris,quòd excederet tertiam partē fructuum tunc non eſt reducenda ad veram ſummam, ſed eſt declaranda nulla,quoniā litteræ penſionis regulantur, ſicut litteræ beneficiales, & tunc fiunt ſubreptitiæ, ex text.in c.ſuper litteris. de reſcript.Abb.in c.con-

Digitized by Google

c.cõquerẽte.n.5.de Cler.nõ reſid. & Doct. cum ibi notatis in c.1. de præb.lib.6.& in clem.1. de iure patronat.Gig.de Penſion. quæſt.5.n.2. & 4. ſi autem poſt reſeruationem penſionis, fructus beneficij fuerunt diminuti,debet tunc penſio reduci officio iudicis ad iuſtam, & moderatam menſurã: vt tenet Rom.conſil.369.col.7. verſ.quoad quintum,& Doct.in c.quanto.de cenſ.Cerip.conſil.38. nu.20.

11 Penſio pendet à beneficio,ex quo extrahitur,& ideo illegitimus nõ poteſt habere penſionem ſine diſpenſatione, cum enim aliquid prohibetur alicui,videntur omnia prohibita,quæ ſequuntur ex illo. cap.cum quid prohibetur. vbi Doct. de regul. iur. lib.6. & l.non dubium.C.delegib.& l.oratio. ff.deſponſal. vnde infertur,quòd ſicut illegitimus non poteſt obtinere beneficiũ ſine deſpenſatione, ita nõ poteſt obtinere penſionem, quæ pendet, & extrahitur ab illo beneficio,ſuper cuius fructibus imponitur,& ad hoc notatur,gl.in d.c.cum quid prohibetur.de regul.iur.lib.6. Gig.de pẽſ. quæſt.16. n.6. Merg.conſil.38.n.24.

12 In beneficio autem vbi pater illius filij Sacerdotis illegitimi fuit Rector, ſeù habuit aliquod beneficium etiam diſsimile, non poteſt filius habere aliquam penſionem, ex Trid. ſeſſ.25. cap. 15. de reform. & ſi Papa cum illo diſpenſauerit,eſt neceſſe, vt in litteris fiat expreſſa mentio,quòd illa penſio ſit conſtituta in Eccleſia,vbi pater illius penſionarij habet,aut habuit aliquod beneficiũ,& aliter prouiſio erit nulla, & nullius momenti, quoniam quando Papa diſpenſat contrà aliquod ius, debet facere mentionem illius iuris,& aliter diſpoſitio non valet. cap. ex parte.de capell. monach.& c.nõ nulli, de reſcript.& c.eam te.de ætat.& qualit.& cap.1.vbi Doctor.de cõſt.lib.6.& l.reſcripta, vbi Odofred.Cin. Bald. & Iaſ. C. de precib. imperat. offer. Bart. in l.fin. num.4. & Paul.de Caſtr. Iaſ. & alij. C. ſi contra ius. ſi tamen penſio in ſtipendium aſsignetur alicui illegitimo, bene poteſt illam obtinere ſine diſpenſatione, quoniam aliud eſt aſsignare penſionem in ſtipendium, & aliud in penſione aliquo alio modo aſsignata. vt notat Lud. Gom.Aud.Rot.incommentario.regul.Cãcell. de annal.poſſeſſ.quæſt.21.Gig.de pẽſ. quæſt.16.n.13.Merg.conſil.29.n.36.

13 Penſio non eſt propriè beneficium Eccleſiaſticum, ſed quid prophanum conſiſtens in mera temporalitate, vnde etiam laico aſsignari poteſt: vt tenet Fel. poſt alios.in c.ad audientiã.2.de reſcript.Card. Imol. & alij. in clem.1.de ſuppl.negl.prælat. Anch.Franc. & alij.in cap.quamuis.de præb.libr.6. tranſit tamen cum beneficio, quia penſio illa eſt onus beneficij, & cum beneficium tranſit de vno poſſeſſore ad alterum, tranſit cum ſuo onere. c.ſi quis laicus.16.quæſt.1. & c.paſtoralis.& c.cum nõ ſit in homine.de decim.

14 Penſio bene poteſt ſuſcipi in foro conſcientiæ, poſt gratiam factã litteris non expeditis, quoniam litteræ nõ ſunt de eſſentia ipſius gratiæ, ſed requiruntur de ſubſtãtia probationis. vnde ſufficit quòad forum conſcientiæ, vt gratia ſit facta,quamuis litteræ nõ expediantur: vt notat Bald. in l.humanum. C.delegib.Ioann.Andr. & Franc.in proœm.lib.6 Gigas.de penſ.q.34. n.6. & Ceripard.conſil.38.n.12.

15 Penſio quæ non fuit ſoluta à prædeceſſore beneficiato eſt petenda ab illius hærede, ſi fructus beneficij,ex quo defunctus penſionem ſoluere tenebatur, non fuerunt conſumpti inutilitatẽ Eccleſiæ,quia ſi pro neceſsitate Eccleſiæ fuiſſent conſumpti, teneretur ſucceſſor in beneficio ſoluere illam penſionem, tanquam debitum alienum pro neceſsitate beneficij contractũ; c.1. vbi Doct.de ſolut. & c.quòd quibuſdã de fid.iuſſorib. ſi autem prædeceſſor conſumpſit fructus beneficij,ex quo tenebatur ſoluere penſionem in malos vſus,aut in ſatisfactione alicuius debiti, quoad vtilitatẽ Eccleſiæ non expectabat, tenetur tunc hæres prædeceſſoris ſoluere penſionem decurſam,& non ſucceſſor in beneficio,quia ille prædeceſſor erat debitor illius pẽſionis, per obligationem, qua ſe aſtrinxerat ad quam hæres remanet obligatus, tanquã ad æs alienum. l. æris alieni. vbi Doct. C. de donat. Caccialup.in tract.pẽſion.quæſt. 11. Arch.in c.pen.ſuper verb.permittitur. diſt.44. Gig.de penſ. quæſt.39. nu.1.Mald. in tract. de pen. quæſtio.24. num.6. licet Philiph.Franc.& alij in c.fin. de offic.ord. lib.6.teneant quod ſucceſſor teneatur indiſtinctè ſoluere penſionem à prædeceſſore non ſolutam, & quod ſit in electione penſionarij exigere penſionem decurſam ab hærede prædeceſſoris,aut à ſucceſſore in beneficio: tenet Valaſc. de iure emph.quæſt.17.nu.18. ſed hoc praxis non obſeruat,in penſione beneficij,quamuis in

fundo

fundo tributario ſic. per text. in l. 1. C. ſi propter. public. penſit. & in l. in prædijs. ff. in quib. cauſ. pign. & l. 1. C. eodem. & in l. apud Iulianum, alſâs. l. cum ſeruus. § hæres. vbi Doct. ff. delegat. 1. & etiam cogitur nouus poſſeſſor ſoluere decimas prædiales præteriti temporis, quia etiam debitum eſt cohærens rei. ex gl. verb. ſic. & dominus. in c. tua nobis. & gl. verb. quaſi delucro. in c. paſtoralis. de decim. Valaſc. vbi ſupra.

16 Penſionē poteſt quis habere ſuper fructibus vnius beneficij, & alterū poſsidere in eadem Eccleſia, quoniam cum penſionarius officium dicere non teneatur, nec teneatur reſidere, propter penſionem, nec ſtrictè loquendo penſio dicitur beneficiū Eccleſiaſticum, nullum in conueniens eſt, quod quis ſubeodē tecto habeat penſionē, & beneficium: vt tenet Hier. Paul. in ſuo libello prouinciali omnium Eccleſ. fol. 48. verſ. recipiuntur. tamen Gig de penſ. quæſtio. 32. n. 1. Gerip. conſil. 26. n. 18.

17 Penſio durat etiam mortuo beneficiato grauato illius onere, niſi aliter appareat de voluntate concedentis, aut expreſſe ſit cautum in litteris, quoniā tunc ſucceſſor illius minime tenetur. c. niſi. vbi Doct. de præb. & in c. ad audientiam 2. de reſcript. Caccialup. in tract. de penſ. quæſt. 9. Gigas de penſ. quæſt. 44 num. 2. Geripar. d. conſil. 20. num. 18. quoniam in omnibus contractibus, & conuentionibus inſpicitur volūtas, & intentio concedentis. l. in conuentionibus. vbi Doct. de verb. ſign. & l. fin. C. quæres pign. obligar. poſſ. Tiraquel. in l. ſi vnquàm. verb. libertis. nu 47. C. de reuocand. donat. Valaſc. conſult. 193. n. 2.

18 Penſio aſsignata Clerico in minoribus ſuper fructibus alicuius beneficij, vacat, & extinguitur per matrimonium contractū per verba de præſenti, ſi autē ſit aſsignata laico pro officio, & ſeruitio temporali, ſicut eſt pulſare campanas, cuſtudire Eccleſiam, claudere fores illius, præſtare patrocinium, & facere ſimilia tunc dicendū eſt, penſionem non vacare, nec extingui per matrimonium de præſenti contractum, vt tenet Laur. Card. Imol. & alij. in clem. 1. de ſuppl. negl. prælat. & in clem. 4. de reb. Eccleſiæ non alien. Old. conſi. 226. Caccialup. in tract de penſ. quæſt. 15. & Cou. rub. de ſponſ. 2. part. § 3. num. 6. Gigas. de penſ. quæſt. 54. à n. 1. Merg. conſil. 38. n. 12.

19 Penſio etiam extinguitur per promotionem in Epiſcopum, ſi illi, qui eſt promotus, penſio fuit aſsignata pro renūciatione beneficij, ſeù iuris litis ſeù cauſæ, aut in titulum beneficij, tunc enim nullū dubium eſt, quòd penſio extinguatur, & vacet, ſicut beneficia iuxta cap. cùm in cunctis. § cum vero, vbi notant Doct. de elect. Oled. de incomp. 1. part. c. 4. à n. 4. Gigas. de penſ. quæſt. 56. num. 2. ſi tamen penſio fuiſſet aſsignata pro ſeruitio temporali Eccleſiæ, tunc non extingueretur per promotionem in Epiſcopum, vt tenet Laur. & Card. in clem. 1. de ſuppl. negl. prælat. Caccialup. in tract. de penſion quæſt. 15. ſolet tamen Summus Pontifex indulgere promoto, vt retinere poſsit ſimùl cum Epiſcopatu quaſcumq; annuas penſiones, quæ illi antea fuerūt aſsignatæ ſuper fructibus beneficiorum ſicut paſsim videmus.

20 Penſio etiam extinguitur per ingreſſum religionis facta profeſsione, quoniam ſicut beneficia vacant per ingreſſum religionis facta profeſsione, ita penſio, quia lato modo loquendo, appellatione beneficij, venit etiam penſio: vt notant Doct. in c. beneficium. de regul. iur. libr. 6. Gig. de penſ. q. 56. n. 6. Mel. in tract. de penſ. q. 36.

21 Penſio ſuper fructibus alicuius beneficij aſsignata, verum debeat remitti, vel minui ob ſterilitatem contingentem in fructibus beneficij grauatione penſionis, & quòd ſit facienda remiſsio, ſi penſio taxatiuè fuerit impoſita ſuper fructibus beneficij, & non demoſtratiuè: tenet Paul. de Caſtr. conſil. 338. n. 3. lib. 1. Fel. in c. ad audientiam. 2. num. 7. de reſcript. Bapt. de penſ. quæſt. 16. num. 4. Gig. de penſ. quæſt. 62. num. 1. & Dec. conſil. 156. num. 4. alij autem, & melius ſecundum meum arbitrium reſeluunt, quòd non cōcedatur remiſsio ratione ſterilitatis, quoniā beneficiatus eſt dominus fructuum, & habet ius perpetuum, dum viuit, in beneficio: vt notat Nau. in Rubr. de præb. & Fel. in c. in noſtra. nu. 9. de reſcript. vnde non eſt par ratio, vt illi concedatur remiſsio penſionis ob ſterilitatem, ſicut conceditur conductori, quoniā illa penſio debetur ſine aliquo onere, nec ſubiacet fortunæ, nec caſui fortuito, ſicut eſt in emphyteuticario: vt notatur. in l. 1. C. de iure emph. & ita tenet Gigas. de penſ. quæſt. 62. nu. 22. Alex. de neuo. conſil. 83. Valaſc. de iure emph. quæſt. 27. numer. 27. verſ. verum tamen. ſi tamen penſio fuiſſet impoſita ſuper titulo beneficij, tunc nullū dubium

dubium eſt non fieri remiſsionem, & totã
penſionem deberi, quamuis nulli fructus
perciperentur. vt tenet Ludouic. Gozad.
conſil.83. Caccialup. in tract. de penſion.
q.16. Rota.deciſs.369. Gigas.vbi ſupra,n.
10. Valaſ.d.quæ.27.d.verſ.verum tamen.

Et nota, quòd aliud eſt, ſi ſterilitas vno
22 anno cõtingat,& aliud, ſi fructus beneficij
diminuantur quoniam ſi fructus beneficij
attinuentur,fiet compenſatio penſionis,vt
dixi ſupra.§.10. quod non habet locum in
vno anno ſterilitatis,niſi beneficiatus non
haberet vnde viuere poſsit illo anno, ſi
ſolueret penſionem, quia tunc prius illi,&
ſeruitio Eccleſiæ eſt ſubueniendum,quàm
penſio ſoluatur. vt tenet Abb. in c. nobis.
n.6. de iure patron.& dixi ſupra.§.8.

23 Præſcriptio etiam 30 annorum,nõ da-
tur in præſtatione penſionis, ſi penſiona-
rius recipiat minorem quantitatem,quàm
ſibi debetur,& ſciat,quod aliud ſibi debea
tur,nec illi præiudicat illa receptio,vt po-
ſtea non poſsit totum petere, ſi fortè mi-
norem quantitatem recipiebat. ſi tamen
putabat non ſibi plus deberi, quam illud,
quod per ſpacium triginta annorum rece-
pit, tunc bene daretur præſcripto.vt tenet
Din.in regul.poſſeſſor malæ fidei.de regu.
iur.lib 6. & Salicet. in l. cum notiſsimi.§.
in his. C.de præſcript.30. vel 40. niſi de-
tur mala fides in debitore penſionis, quia
tunc nulla daretur præſcriptio. d. regula
poſſeſſor. vbi Doct.de regul.iur. lib.6.Gi-
gas.de penſ.quæſt.84.à nu.1.& c.vigilanti.
vbi Doct.de præſcript.

24 Penſio poteſt à Papa imponi in Eccle-
ſia patronata nulla facta metiõe in litteris,
quod ſit patronata, ſi eſt patronata Cleri-
corum iure ſuæ Eccleſiæ, quoniam ſi eſt
patronata iure patrimonij ipſorum Cleri-
corum, & aut eſt de iure patronatus laico-
rum,tunc eſt facienda mentio,quòd ſit pa-
tronata, & aliter non valet penſionis im-
poſitio: per tex.in c.cũ dilectus. vbi Doct.
de iure patron. Fel.in tract. quand. litter.
Apoſt.præiud.patr.Eccleſ.col.3.&6.Roch.
in tract.de iure patr.quæſt.7. Gig.de penſ.
quæſt.24. à n.1.& Doct.in c.ad audientiã.
2. de reſcript. & gloſ.verb.in conceſsione
in c.dilectus.de offic.legat.

25 Penſio non debet imponi in beneficio
alia penſione onerato, & ſi ponatur nulla
facta mentione de penſione iam poſita,nõ
valet talis poſitio,neq; alicuius eſt momẽ-
ti,ſi tamen Papa illam concedat bene va-
lebit conceſsio, ſed eſt neceſſaria expreſſa
mentio,quoniam indubio nõ præſumitur,
quòd Papa voluiſſet grauare Eccleſiam
duabus penſionibus. vt notant Doct. in c.
ad audientiam.2.de reſcript. Rom. conſil.
383.Gig.de penſ.quæſt.6.& quæſt.29.n.1.

26 Penſionis ſolutio eſt facienda tempore,
quo in litteris ſtatutum fuerit quoniam
contractus accipiunt legem ex partiũ cõ-
uentione,& ſunt obſeruandi ſecundũ for-
mam in illis determinatam. l. is qui. vbi
Doct. de ſeruit.præd.ruſt. & l.1. §.ſi con-
uenit. vbi Paul.de Caſtr. ff.depoſit.ſi autẽ
in litteris non ſit tempus ſolutionis appo-
ſitum,eſt ſoluenda in fine anni:vt tenet gl.
verb.percepturum in l.de vſufruct.& quẽ-
adm. quis vta,& gloſſ.verb.æſtimatus.in l.
quærro. ff.locat. Bart.& Paul.de Caſtr. in l.
ſed addes. §.ſi quis cum.ff.eodem Alex. in
l.qui hoc anno.ff.de verb.obligat. & Bart.
in l.æde quam te. C.de locat. & Doct.in l.
diuortio. §.1. ff. ſolut. matr. ſi tamen eſſet
conſuetudo, vt ſolutio fieret certo anni
tempore, valebit illa conſuetudo, quoniã
ſemper conſuetudo actui tacitè in eſſe vi-
detur. vt eſt gl.verb.percepturum. in l.de-
functa. ff.de vſufruct.& quẽadm. quis vta.
Bald.in d. l.diuortio. in prin.& Bart.in d.
l.æde. C.de locat. Gigas de penſ.quæſt 93.
nu.2. Val.ſc.de iure emph quæſt.1.nu.14.
& hoc iam de penſione ſuper fructibus be-
neficij impoſita,quàm in re emphyteutica,
ſeù locata,gloſſ.2.in d. l.defuncta ff de vſu
fruct.& quemadm.& l.1.vbi Doct.C.de iu-
re emph.

27 Penſionis exactio fiet ab æconomo Ec-
cleſia vacante,quoniam ſolutio onerum in
cumbentium Eccleſiæ ea vacante fit ab
æconomo. c.charitatẽ.12.quæſt.2. Bellen.
in tract.de ſubſid.charit. quæſtio.7 part.1.
Gigas.de penſ. quæſt.65. num.2. & praxis
obſeruat quando moritur beneficiatus, vt
penſionarius ſuſcipiat penſionem ſuam ex
fructibus beneficij onerati,quoniam ſuper
fructibus illius aſsignatur illa penſio. vt
dixi ſupra. §.2.

28 Penſio emphyteutica poteſt conſtitui in
pecunia, ſiuè in redditibus,videlicet vino,
tritico,& oleo,& cæteris fructibus,ſeù aui-
bus, aut aliquibus animalibus. §.adeo. vbi
Doct.inſt.de locat.& Auguſt.Berous. in c.
potuit.num.84. Imol.num.7.Anan.nu.22.
& alij.de locat.Fulg.in l.1. nu.5. C de iure
emph.& alb.ibidem.num.3. Valaſ.de iure
emph.quæſt.2.n.7. Siluan.conſil.47. nu.5.
niſi

Digitized by Google

niſi ſit pẽſio dom⁹ emphyteuticæ, quoniã illa non poteſt conſtitui, niſi in pecunia numerata, & auibus in noſtra Luſitania, & ita in ſolo ad domum ædificandam, & aliter contractus emphyteuticus erit nullus, & nullius momenti, ſi in vino, tritico, ſeù oleo conſtituatur. vt tenet ord. lib. 4. titul. 40. Valaſc. de iure emph. quæſt. 20. nu. 6. quod tamen non habet locum in emphyteuſi Eccleſiæ, quia conſtitutio ſecularis non ligat Eccleſiam, nec earum bona. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. vbi Dec. nu. 53. & omnes de conſt. Ioan. Bapt. in rep. l. 1. nu. 189. C. de ſumma Trin. Alciat. in authẽt. Caſſa. verb. ſanctiones. C. de ſacro Sanct. Eccleſ. Fel. in c. Eccleſia. nu. 81. de conſt. Valaſc. de iure emph. quæſt. 20. nu. 6. verſ. item quæro, & eſt communis.

29 In locatione tamen requiritur, vt interueniat pretium in pecunia numerata. l. 2. vbi gloſſ. verb. mercede. ff. locat. & l. 1. §. ſi quis ſeruum. vbi gloſſ. verb. non dabatur. & Bart. Paul. de Caſtr. & alij. ff. deposit. & l. ſi conuenerit. ff. commun. diuid. & l. naturaliter. §. at cum do, vbi Fulg. Paul. de Caſt. Curt. Iaſ. & alij. ff. de præſcript. verb. Bart. in l. ſi pecuniam. n. 13. ff. de cond. ob cauſ. dat. Abb. in c. propter ſterilitatem. n. 14. de locat. Valaſ. de iure emph. quæſt. 20. n. 5. quoniam ſi in ſpecie fuiſſet, erit impropriè locatio. d. l. 2. ff. locat. & d. l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſit. Iaſ. in l. itẽ quia. num. 2. ff. de pact.

30 Penſio pro emphyteuſi, aut locatione eſt ſoluenda tempore in contractibus conſtituto, & quando in contractu nõ inuenitur tempus conſtitutum, obſeruatur conſuetudo regionis: vt tenet Iaſ. in l. 2. nu. 180. C. de iure emph. & dixi ſupra. §. 26. & ſi emphyteuta ſecularis per trienium non ſoluerit penſionẽ poterit à domino expelli. l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & alij. C. de iure emph. emphyteuta vero Eccleſiæ lapſo bienio poteſt expelli. cap. potuit. vbi notant communiter Doct. de locat. & auth. qui rem. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.

31 Colonus eò ipſo, quòd tempore ſtatuto, ſeù conſuetudinario non ſoluit penſionẽ, poteſt ſtatim expelli. l. æde. vbi Doct. C. de locat. & l. quæro. §. interlocatorẽ. vbi Fulg. ff. locat. Imol. in cap. propter ſterilitatem, §. verum. nu. 23. & Abb. nu. 10. & Ant. de Butr. in fin. & Capreol. n. 6. & Anan. n. 15. de locat. & l. vectigalia. §. vlt. vbi Doct. ff. de publ. Iaſ. in l. 2. n. 47. C. de iure emph Dec. in d. auth. qui rem. nu. 17. Iaſ. 12. C. de Sac. Sanct. Anan. in c. potuit. num. 22. de locat. Curt. in l. quæro. §. inter num. 2. ff. de locat. Riminald. conſil. 212. nu. 8. lib. 2. Coſtall. in l. cum Domini. in prin. ff. locat.

32 Penſionem ſoluens habet pro penſione tacitè obligata inuecta, & illata in fundum vrbanum conductum, quæ autem nõ ſunt in fundũ illata, aut illa, quæ obligari non poſſunt, non ſunt ita tacitè obligata, nec locator propria auctoritate illa retinere poteſt, ſed debet conuenire conductorem ad penſionem ſoluendam, & reſtituere nõ illata. l. ſi non inducta. vbi Doct. & l. fin. C. in quib. cauſ. pign. & l. itẽ quia. ff. de pact. & l. eo iure. vbi Bart. ff. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. & §. item ſeruiana. vbi Doct. inſt. de act. Laur. & Iaſ. in d. l. item quia, ff. de pact. inuecta tamen à colono in fundum ruſticum non aliter fiunt obligatæ pro penſione, niſi domino ſciẽte, quæ ſciẽtia non requiritur in fundo vrbano. l. eo iure, vbi Bart. ff. quib. cauſ. pign. vel hypoth. & l. certi iuris, vbi Doct. C. de locat. & gl. verb. in vrbanis, in l. item quia, ff. de pact. vbi Iaſ. nu. 14, & alij,

33 Fructus prædij ruſtici ſunt tacitè obligati pro penſione, & ideo quicumq; illos ſuſceperit, tenetur ſoluere penſionem. l. in prædijs. vbi Doct. ff. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. & Iaſ. in l. item quia, num. 15. ff. de pact. accedit quia pro penſione ſoluenda ſunt prædia tacitè hypothecata. l. 1. vbi Doct. C. ſi pro publ. penſit. & l. 1. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr. & l. omnes. vbi Bald. C. ſine cenſ. & l. cum poſſeſſor. ff. de cenſ. & l. Imperatores, ff. de publ. vectig. & l. 2. C. de annon. & trib. & l. hipenes. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Abb. in c. paſtoralis, nu. 5. de decim. Valaſc. de iure emph. quæſt. 17, num. 2,

34 Illa tamen tacita hypotheca de inuectis, & illatis in domum conductam pro penſione, non impedit alienationem, nec illa emens tenetur ad penſionem ſoluendam, niſi poſtquam fuerit incluſio illarum facta per ſcripta notarij in præſentia teſtium, l. eſt differentia, vbi Bart. ff. in quib. cauſ. pign. quæ tamen incluſio non poteſt fieri, niſi poſtquàm conductor fuerit in mora, ex Bart. in d. l. eſt differentia, & Angel. & Iaſ. n. 2. in l. item quia. ff. de pact. idem Angel. in l. inquilino, ff. de damn. infect. Merg. conſil. 18, num, 22.

Penſio

Digitized by Google

35 Penſio non ſoluta poteſt peti a ſucceſſore, in re tributaria, quoniam prædiũ eſt tacitè hypothecatum pro penſione, vt dixi ſupra. §. 33. & eſt in electione locatoris, ſeù domini conuenire nouum ſucceſſorẽ pro penſione iã decurſa, aut eum, qui fructus ſuſcepit, vt tenet Franc. in c. fin. §. vlt. n. 4. de offic. iud. ord. lib. 6. Bap. in tract. de penſ. quæſt. 11. ratio eſt, quia ſolutio penſionis correſpondet proprietati, & afficit quemlibet poſſeſſorem, & fructuum collectorem: vt notat Bald. in l. 2. lect. 1. nu. 18. C. de iure emph. idem Bald. in auth. ſi quas Ruinas. col. 4. nu. 5. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Iaſ. in d. l. 2. n. 70. C. de iure emph. Socin. Iun. conſil. 70. num. 14. lib. 1. Alex. de Neuo. conſil 95. à num. 7. Fel. in c. cum aliquibus. de ſent. & reiud.

36 Pẽſio, quæ ſoluitur in gallinis, caponib⁹, & cæteris auibus domeſticis, in quibus poteſt eſſe ſuſpicio, quòd per ſe mortuæ fuiſſent, non eſt ſoluenda in auibus mortuis, ſed viuæ domino deferri debẽt, ſi vero ſint perdices, coturnices, & ſimiles, ſufficit quòd mortuæ dentur: vt tenet Bart. Paul. de Caſt. & alij in l. qui decem. § fin. ff. de ſolut. idẽ Bart in l. quod te mihi. n. 18. Alber. n. 20. Iaſ. n. 36 & alij. ff. de reb. cred. & DD. in l. 1. §. plane. ff. ſi quadr. paup. fecer. Valaſ. de iure emph. q. 20 n. 6 verſ. rurſus.

37 Penſio, quæ ſoluitur pro emphyteuſi nõ remittitur, nec diminuitur propter ſterilitatem, nec propter aliquos caſus inſolitos, & fortuitos, niſi tanta ſit clades, quæ totam rem emphyteuticam cõſummat, quoniam ſi tota res emphyteuſis pereat, liberatur tunc emphyteuta à penſione, & aliter non. l. 1. vbi Bart. Bald. Alb. Salicet. Cin. Fulg. Angel. Iaſ. & omnes C. de iure emph. Iacob. in auth. qui rem. nu. 23. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & in §. quia vero Leonis. & ibi Ang. in auth. de non alien. coll. 2. & §. adeo. vbi Ioan. Faber. Ang. inſt. de locat. & gl. ver. expelli. in c. fin. vbi Abb. n. 16 Barb. n. 25. Anan. n. 32. Imol. n. 43. Berous. n. 175. de locat. Iul. Clar. lib. 5. §. emphyteuſis. quæſt. 8. n. 8. Valaſ. de iure emph. quæſ. 27. n. 7. & nu. 12. Roland. conſil. 96 nu. 24. & 26. ſi tamen emphyteuta aliquo anno nullum recipiat fructum ex re emphyteutica abſq; ſua culpa, fiet tunc remiſſio pẽſionis, pro anno illo, & nihil ſoluet: vt tenet Iacob. de Aren. quem ſequitur Bart. in l. 1. nu. 12. & Iaſ. à n. 81. C. de iure emph. & Ioan. And. ad ſpecul. in titul. de emph. verſ. 137. Abb. in c. potuit. n. 18. & Imol. n. 42. de locat. Alex. in l. interdum. §. quod ex naufragio. n. 5. ff. de acquir. poſſ. vbi etiam notat C. aud. nu. 3. & Corn. conſil. 181. col. 15. Littera F. lib. 2. Iaſ. conſil. 54. n. 2. libr. 1. Sigiſmund. conſil. Feud. num. 11, lib. 2. Ioan. Faber. in d. § adeo in fin. C. de locat. Boſſ. de remiſſ. merced. n. 106. Paris. conſil. 28. libr. 1. Iul. Clar. libr. 4. §. emphyteuſis. quæſt. 8. n. 6. & facit tex, in l. ſi fundus quẽ. verſ. ſi vero. vbi Bart, Fulg, & alij. ff. locat. & eſt communis, & ita obſeruat praxis, licet aliqui aliter diſtinguãt, quoniam ſi aliæ limitationes admitterentur nulla eſſet differentia inter emphyteuſim, & locationẽ: vt refert Valaſc. de iure emph. quæſt. 17. num. 12.

38 Penſio tamen rei locatæ in certa quantitate pecuniæ, ſeù corbibus, vel modijs tritici, diminuitur pro rata propter grauẽ ſterilitatem in fructibus contingẽtem, niſi poſſit compenſari cum vbertate anni præteriti, vel ſequentis, c. propter ſterilitatẽ. vbi gl. 1. & Abb. n. 3. & Card. n. 2. Ant. de Butr. n. 13. Imol. col. 2. Anch. col. 4. & omnes. de locat. & l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. vbi Doct. & l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. & l. licet. 1. vbi Bart. Bald. Salic. & alij C. de locat. & Nau. in Manu. cap. 17. n. 187. Valaſ. de iure emph. quæſt. 27. n. 13. quando tamen dicatur ſterilitas ſunt variæ opiniones, attamen communior, & receptior opinio in praxi eſt, vt per arbitrium iudicis cõſideretur, & reguletur ex vulgò, & communi voce, & fama, ſecundũ vſum, & cõſuetudinem illius loci, & regionis, vbi ſita eſt res, quamuis aliqui fructus colligerentur, ex gl. ver. ſterilitates. In l. licet. vbi Salicet. & alij C. de locat. Gofred. Hoſt. Ioã. And. Innocent. & alij in d. c. propter ſterilitatem. de locat. & Fulg. n. 10. & Bart. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. Card. in d. cap. propter ſterilitatem. n. 2. de locat. Rauen. in comp. iuris can. Rubric. de locat. col. 4. Boſſ. in titulo. de remiſſ. merced. n. 1. & 10. Cou. r. in quæſt. pract. 30. n. 2. & debet intelligi ſterilitas, quãdo colonus tam modicos fructus ex agro ſuſcepit, vt ſoluendo penſionem remaneret deceptus vltrà dimidiã iuſtæ mercedis, vel vt ſi agrum conduxit pro decem modijs, & deductis ſeminibus, & expenſis non remanent, niſi quatuor. vt tenet Iacob. Rauen. Cin. Bart. & Bald. in l. licet. 1. C. de locat. idem Bart. in d. l. ſi merces. §. vis maior. & in l. ſi vno. §. vbicumq;

Digitized by Google

ff.locat.Pau.de Caſt.in l.excōducto.§.ſi vis tēpeſtatis.n.5. ff.eodem. Ant.de But.n.13. Anch.& Imol.in d.c.propter ſterilitatem. Pinel.in l.2. part.1.c.3.n.11.C.de reſcind. vend.Bertran.conſi.179.col.2.lib.6. Corn. conſil.128. n.26.lib.2.Paris cōſil.38.n.23. lib.1.& Ant.Capic. deciſ.88.n.1.Alex.cō-ſil.3.n.6.& conſil.112.lib.1.& conſil.107. n.18.lib.7. & conſi.307.n.18.lib.3.Gozad. conſil.74.n.2.& conſi.64.col.1. Socin.Iun. cōſi.68.n.9.lib.2.Grat.in cōſi.161.n.5.lib. 2.Gigas.de penſ.q.66.n.13.Rip.de peſte.2. part.n.25.Ant.Gom.de contract.c.3.n.18. Aret.conſil.52.n.2. Mench.lib.3. controuerſ.frequent.cap.54.nu.3.& hoc obſeruat praxis.

39 Lex tamen noſtræ Luſitaniæ. ord.lib.4. tit.27.ad tollendas qui plurimas difficultates, ſtatuit, vt agricula nullam penſionē ſoluat, ſi nulli fructus remaneant in re cō-ducta, ſi aliqui tamen extiterint, aut totam penſionem ſoluet, & fructus colliget, aut omnes fructus domino relinquet, & ſi fuerint prædia ſata ab ipſo agricola, vel à ſuo prædeceſſore deducet ſemina tantum, in alijs autem prædijs, vineis, & ſimilibus, nihil ſumet pro labore: & hoc obſeruat praxis in tota noſtra Luſitania, tàm in prædijs prophanis, quàm Eccleſiaſticis: vt tenet Nau.in Manu.cap.27.n.187. Valaſ.de iure emph.quæſt.27.n.31. attamen licet in noſtra Luſitania ita obſeruetur, alibi debet colonus deducere omnes expenſas, quando fructus domino relinquit, quāuis paucisſimi ſint, quoniā fructus non intelliguntur niſi deductis expenſis neceſſarijs. l.1. vbi Doct.ff.de fruct.& lit.expenſ. & l.poſt perfectam. C.de act.empt.& l.fructus. vbi Bart.Paul.de Caſtr.Alex.Socin.Vicent.Iaſ. & omnes.ff.ſolut.matr. Tiraquel.1.de retract.§.15. gloſ.1.num.1.Doen.regul.387. Valaſ.de iure emph.quæſt.27.n.31.

40 Penſionis remiſsio nō fit, licet cōtingat ſterilitas, quando locator, & cōductor ſunt parciarij in lucro, & dāno, quia ad vtrumq; expectat tunc cōmodum, & incōmodum. l.ſi merces.§.vis maior. vbi Doct. ff.locat. & gl.verb.magno incommodo. in c.propter ſterilitatem de locat. Nau.in Man.c.17. nu.190. Nec quando ſterilitas contingit culpa, ſeù negligentia agricolæ, videlicet ſi herbæ, aut zizania ſemina ſuffocarēt, aut quia male fuit prædium purgatum à domino, & male cultū, aut ab animalibus fuit deſtructum eò quòd non fuit valatum, ſeù cuſtoditum, & ſimilia, quoniā, vt remiſsio fiat, debet ſterilitas contingere vitio rei, & nō culpa agricolæ.d.c.propter.vbi gl.ver. vitio rei, & Doct.de locat. & l.excondueto. §.ſi vis tempeſtatis.ff.locat.& Sylueſ.verb. locatio. §.13.Nau.in Manu.cap.17.n.190. Neq; quando locatio fuit facta ad longum tempus, & penſio fuit modica, non autē ſi fructibus correſpondeat, gl.verb. iuſta. in auth.perpetua.vbi Doct. C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.Bart.Bald.Salicet.Fulg.Iaſ.& alij.in l.1.C.de iure emph.Nau.vbiſupra Valaſ.d. q.27.n.11.fiet tamen tunc diminutio *pro* rata ſi fructus rei locatæ ad longum tēpus pro parte pereant ſine culpa coloni, ex Aret.cōſil.55.n.4.in fin.Valaſ.d.q.29.n.27. Neq; quando colonus nō denunciauit domino, præſentibus teſtibus, antequam aliquos fruct9 colligeret, & à terra ſepararet, quòd volebat vti legis auxilio, & illi fruct9 dimittere, vt ipſe dominus fructus colligat, ne aliqua fraus fiat, & aliquod detrimentū patiatur culpa coloni, quoniā hæc denunciatio, eſt neceſſaria de iure ad euitandā culpam agricolæ. l.item quæritur.§. exercitu. ff.locat.& in ſimili, eſt auth.vt liceat matr.& auiæ.§.caſus.verſ.ſi cōtra Imperium.coll.8. Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa.n. 14. verſ.ſexto ſignanter limita. ff.de verb. obligat.Ioan.Bapt. in l.diem functo.n.56. verſ.conſulo, quod dicto caſu. ff.de offic. aſſeſſor.Valaſ.de iure emph.quæ.27.n.32. non poteſt enim colonus vti legis auxilio, ſi fructus à terra ſeparet antequam faciat hanc denunciationem, quoniam tunc dicitur, quòd fuiſſet in mora offerendi. l.ſi ſoluturus. vbi Doctor. ff.de verb.obligat. & Vaiaſc.vbi ſupra.

41 Solutio penſionis facta donatario de re donata facit illum poſſeſſorē, ita vt poſsit agere interdicto recuperandæ, ſi ab illa expellatur. c.cū veniſſet.vbi gl.ver.annuam. & Doct.de reſt.ſpol.quoniam licet ex ſolutione penſionis non probetur dominium, bene tamē probatur quaſi poſſeſsionē eſſe tranſlatam ad eum cui fit ſolutio, ſi titulus habilis ad poſſeſsionē transferendā præcedat, ex Abb.in c.ex litteris. n.7. de cōſuet. Fermian.in tract.de Gabell.8.part.2.mēb. quæſt.in fin.Alex.in l.quamuis, §.ſi conductor. ff.de acquirend. poſſ. & in conſil.10. n.3. lib.4.& Fel.in c.cum Bertoldus.n.25. de reiud.Ant.Gom.in l.45.Tauri.nu.67.& 103. verſ.ſexto modo. Soarez. in l.poſt rē iudicatam.limit.2.n.3.ff.de reiud.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Permutatio.

PErmutatio eſt præſtatio vnius rei cer-
tæ, pro altera certa, l. quoniam. C.de
1 rerũ permut. ſummiſtæ verb. permutatio.
& eſt verbum generale pertinens ad om-
nem contractum: vt tenet Acurſ. & Bart. in
Rubric. C de rerũ permut. Abb. in Rubric.
eodẽ ſumma Ang ver. permutatio. in prin.
& ſumpſit nomẽ ſpeciale, quoniam natura
rerum plura ſunt negocia, quàm vocabula.
l. natura. ff. de præſcript. verb. & notãt DD.
in l. iuris gentium ff. de pact. & in Rubr. C.
de rerum permut. & eſt antiquior permu-
tatio, quàm emptio, & vẽditio, quæ incepit
poſt inuentã pecuniam, quæ fuit inuenta,
vt eſſet pretium, quo neceſſaria vitæ eme-
rentur, & vt rerum venalium eſſet quædã
publica menſura. vt eſt tex. in l. 1. ff. de cõ-
trahend. empt. ſi tamẽ præſtaretur res pro
pretio eſſet emptio, & non permutatio,
aut ſi daretur res incerta, pro incerta, aut
incerta pro certa, aut certa pro incerta,
eſſet contractus innominatus, ex quo naſ-
citur actio præſcriptis verbis ad intereſſe.
l. naturalis. §. & ſi quidem. vbi Doct. ff. de
præſcript. verbis. gloſſ. fin. vbi etiam notãt
Doct. in l. 1. C. de rerum permut.

Permutatio eſt cõtractus innominatus,
2 qui producit actionem præſcriptis verbis,
& ſolo conſenſu non contrahitur, ſed eſt
neceſſe, vt rei interuentu veſtiatur, nec
veſtitur re aliena, ſed propria ipſorũ con-
trahentium. l. 1 vbi Doct. ff. de rerum per-
mut. & l. ex placito: vbi Bart. Bald. Salicet.
& alij. C. eodem. & l. iuris gentium. §. 1. ff.
de pact. Bart. in Rubric. nu. 1. C. de rerum
permut. & differt permutatio à vẽditione,
nam in cõtractu venditionis datur pretiũ,
pro re, in cõtractu vero permutationis da-
tur ſpecies pro ſpecie, vt tenet Bart. in l. 1.
n. 3. C de rerum permut. & in quibus caſi-
bus differat, notat gl. verb. obtinere. in l. 2.
C. eodem, & Bart. in l. 1. ff. de rerum per-
mutat. idem Bart. in d. l. 2. n. 2. C. eodem.

Permutatio cõtinetur nomine emptio-
3 nis, & venditionis, quando datur eadẽ ra-
tio, vnde qui per legem, ſeù ſtatutum, pro-
hibitus eſt vendere, permutare nõ poteſt.
c. 1. vbi Abb n. 1. de his, quæ fiunt à prælat.
ſine conſenſ. cap. glo. verb. diſceptationes.
in l. cum hi quibus. §. ſi cui. vbi Guill. de
Curt. Bald. Ang. & alij. ff. de tranſact. Ioan.
And. & Innocẽt. in c. potuit de locat. Bald.
& Iaſ. n. 3. in l. fin. ff. de cõd. cauſa dat. vnde
emphyteuta, qui vendere non poteſt, ſine
domini conſenſu, nec permutare poteſt rẽ
emphyteuticam ſine eodẽ conſenſu, & ita
tenet Bald. & Angel. in l. cum hi, §. ſi cui. ff.
de tranſact. & videtur probare text. in l.
ſtatuliberi à cæteris. §. quintus mucius.
verſ. verbo omnem alienationem. ff de ſta-
tu lib. & per iura ſupra relata. attamen cõ-
trarium tenet Bald. ſibi contrarius. in l. ſi
domus. §. fin. ff. delegat. 1. & Rip. in l. qui
Romæ § duo fratres. n. 86. ff. de verb. obli-
gat. Iaſ. in l. fin. num. 101. C. de iure emph.
plures tamen emphyteutæ bene poſſunt
interſe ſine dubio permutare ſine cõſenſu
domini, quoniã eo inconſulto interſe alie-
nare poſſunt. vt tenet Bart. in l. qui Romæ.
§. duo fratres. n. 24. Aret. col. pen. verſ. cir-
ca quartam. Iaſ. n. 75. Crotus. n. 64. Alex. n.
60. verſ. circa primum. Rip. nu. 86. in fin. ff.
de verb. obligat. Bald. in l. voluntas. nu 4. &
Paul. de Caſtr. n. 4. C. de fid. cõmiſſ. Felin. in
C quæ in Eccleſiarum. nu. 92. de conſt. Iaſ.
in l. fin. n. 116. C. de iure emp. & Bald. con-
ſil. 122. lib. 4. Dec. conſil 263. Cald. deno-
minat. quæſt. 24. n. 17. Iul. Clar. lib. 4. §. em-
phyteuſis. quæſt. 14. n. 1 praxis tamen ob-
ſeruat, vt plures emphyteutæ permutent
interſe, non autem in extraneum.

Vbi autem datur diuerſa ratio inter vẽ-
4 ditionem, & permutationẽ, aut in materia
odioſa, non continetur permutatio nomi-
ne venditionis, & emptionis. l. 1. §. fin. vbi
Bart. Paul. de Caſtr. & alij. ff. de rerum per-
mut. idem Bart. in l. ſicut re. §. ſed ſi per
miſerit. n. 1. ff. quib. mod. pign. ſpecu. & Ioã.
Andr. in tit. de empt. & vend. §. nunc. verſ.
ſed pone ſtatutum, & notant Doct. in l. 1.
C. de rerum permut. & l. fin. vbi gl. ver. per-
mittimus. C. de præd. decur. lib. 10. & facit
text. & ibi Doct. in c. 1. de his quæ fiunt à
præl. ſine conſenſ. cap. & Bald. Alex. Iaſ. n.
3. in l. fin. ff. de cond. cauſa dat. & non.

Permutatio beneficiorũ, dignitatũ Eccle
5 ſiaſticarũ non poteſt fieri ſine auctoritate
ſuperioris. c. maiores. vbi Gofred. Ant. de
But. Hoſt. Inn. Abb. & alij. de præb. & dign.
& c. quæſitũ. vbi DD. de rerũ permut. & qui
propria auctoritate ſua beneficia permutãt
ſunt priuãdi, tanquàm ſimoniaci. d. c. quæ-
ſitum. & c. cũ olim. vbi Doct. & c. cum vni-
uerſorum. de rerũ permut. & gl fin. in d. c.
maiores. de præb. interuenientẽ tamẽ aucto-
ritate Epiſcopi poſſunt permutari benefi-
cia, & omnes dignitates. d. c. quæſitũ. & d. c.
cũ olim. vbi Abb. n. 2. de rerũ permut. & c. 1

Digitized by Google

vbi gl.verb.beneficia Ioann.Monach.Dominic. Ioan.And.& alij de rerum permut. lib.6. & clem.vnica. vbi Doct.eodem tit.

6 Epiſcopi etiã poſſunt permutare Epiſcopatus ſuos interueniente auctoritate Sũmi Põtificis, quoniam ſicut Epiſcopus nõ poteſt dimittere Epiſcopatum ſine licẽtia Summi Pontificis, ita nec permutare, c.inter corporalia. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt.Innoc Abb.& alij, de tranſlat. Epiſc. & c.licet quibuſdam.de regul.& Abb.in c. cum olim n.2.de rerum permut. & c.1.de Cler.non reſid. & c.illud de Cler. excommunicat.& dixi ſuprà verb.Epiſcopus.

7 Permutatio beneficiorum debet fieri interueniente conſenſu illorũ, qui habent ius eligendi, ſeù præſentandi in beneficijs permutandis, quoniam quod omnes tangit ab omnibus approbari debet. c.ad hæc, in fin.de offi.Arch & c quod omnes.de regu. iur.libr.6. & l.fin.C de auctorit præſt.& l. in concedendo. ff de aqua plu arcend.& l. nam ita Diuus. ff.de adopt. & l per fundũ. ff.de ſeruit. præd.ruſt. gl.verb collationẽ. in c.vnico. de rerum permut.lib 6.

8 Permutationis reſignatio eſt facienda in manibus illius, qui cõferre poteſt, & ſi beneficia fuerint in diuerſis diœceſibus, aut collatio, & confirmatio ad diuerſos expectat, fiet tunc reſignatio in manibus vtriusq́; vel quilibet in manibus ſui Epiſcopi, aut alterius Epiſcopus committet alteri, vt recipiat reſignationem alterius beneficiati. c.vnico.vbi gl.verb collationẽ & Ioan.Monach.Dominic.Ioan.And.Frãc. & alij de rerum permut lib.6.& gl.ver cõferantur.in clem.vnica. eodem tit.Hoſt.in ſumma.§.ſi quis poteſt.verſ.nunquid, eodẽ tit.neq́; Epiſcopus poſt reſignationem illam factam cauſa permutationis, poteſt beneficia alteri conferre niſi permutantibus, & ſi de facto vacantibus beneficijs, cauſa permutationis, alijs illa cõferat, talis collatio non valebit, clem.vnica.vbi cõmuniter Doct de rerum permut.

9 Permutatio, ſi fiat ab vna parte, & ab illa ſit completa, & nõ ab altera, tunc reſtituitur pars illa ad ſuum beneficiũ, & non aget vt alter adimpleat, quoniam permutatio non contrahitur ſolo conſenſu, ſed interuentu rei eſt veſtienda. c.cum vniuerſorũ vbi Doct, de rerum permut.& l.1.vbi Bar. ff. de rerum permut.

10 Permutare nõ poſſunt Clerici ſuas præbendas, aut dignitates, vel alia quæcumq́; beneficia Eccleſiaſtica, pacto præcedente, poſſunt tamen tractare de permutatione ſuorũ beneficiorum, ſupponẽdo ſe diſpoſitioni ſuperioris ad quẽ pertinet talis collatio, & confirmatio. c.quæſitum.& c.cum vniuerſorũ. vbi DD.de rerũ permut.clem. vnic. vbi gl.verb. volentibus eodem titul. Ioan.And.in addit.ſpecu.§.1.eod. tit.& in c.1.eodem tit.lib.6.ſumma Ang.verb.permutatio.§.4. & licitè poſſunt permutãtes exprimere, quòd reſignant ſua beneficia, cauſa permutationis, & non aliàs, nec alio modo, quamuis ſi ſimpliciter in manibus ſuperioris renunciẽt cauſa permutationis, non poteſt tunc ſuperior alijs, quàm permutantibus, illa beneficia conferre, clem. vnica.vbi Doct.de rerum permut.& gloſſ. verb.regnant, in c.vnico.eod.tit.lib.6.

11 Permutatio cuiuscũq́; beneficij requirit tria, vt licitè fieri poſsit puta, vt non interueniat pactum, ſed ſolus tractatus partis permutantis. c. cum vniuerſorum de rerũ permut.& clem.vnica.eodẽ tit.ſecundo, vt non fiat ſine auctoritate ſuperioris.c.quæſitum. vbi Doct.eodẽ tit.tertio, vt nihil tẽporale detur pro recompenſatione ſpiritualis, c.exhibita.vbi Doct.de rerum permut.& Abb.in c ad quæſtiones.nu.3.eodẽ titul.idem Abb.& Fel.in c.quia veriſimile. de præſumpt.ſumma Ang.verb. permutatio.§.6. Cald. conſil.7. in titul.de permut. quoniam permutatio de rebus ſpiritualibus cum temporalibus eſt prohibita, & ſimoniaca, vnde fieri non poteſt, quamuis ſpirituale cum alio ſpirituali bene permutari poſsit. c.ad quæſtiones, & c.fin.vbi gloſſ.verb. temporalia, & Doct. de rerum permut.& c.ſtatuimus. de tranſact.

12 Permutatio poteſt fieri de rebus, & poſſeſsionibus Eccleſiarum de conſenſu ambarum partium interueniente auctoritate Epiſcopi, ſeù Abbatis habẽtis ius Epiſcopale. c.1.vbi Gofred. Ant.Hoſt.Ioan.And. Innoc.Abb.& oẽs.de reb. Eccleſ.alienãd. vel non, & c.ad quæſtiones.vbi etiã notant ſcribentes, de rerum permut. & c.ea enim. §.ſed permutare.10.quæſt.2. ſi tamen permutationes rerum Eccleſiarum fuerint factæ in damnum Eccleſiæ, aut non ſeruato ordine iuris, debent reuocari, & emendari à ſucceſſore. cap. vt commutationes. vbi gloſſ.verb. Inconſultè, & Abb. de rerum permut. & cap.2. vbi Doctor. de præcar. & cap. conſenſus. de reb. Eccleſ.alien.vel non, & c.ſi quis presbyterorum conſenſus.

de reb.

Digitized by Google

de reb. Eccleſ. alien. vel non. & c. monemus. 12.quæſt.2. & c.quod quiſq; commiſerit. 35.quæſt.9.

Verbo Perſona.

1 PErſonæ aliæ ſunt Eccleſiaſticæ aliæq; ſeculares, & hæ ſeculares in triplici ſunt differentia, aliæ namq; ſunt maſculi diuites, & potentes, aut fœminæ coniugatæ,etiã diuites,& potentes;aliæ ſunt miſerabiles habitu, ſed non actu, vt ſunt viduæ, & pupilli diuites,aliæ ſunt miſerabiles habitu, & actu, vt ſunt pauperes, qui nulla habent bona, nec officia, vnde commodè viuere poſsint, aut bona illorum ita ſunt tenua,vt vulgò miſerabiles reputentur, aut diuturno morbo fatigati, & debiles, vt notatur. in l. vnica. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr. & alij. C.quand. imp.inter. pupill. & vid. Abb. in c. ſignificantibus.n. 6.de offic.iud.deleg.Ioan.And.& Innocet. ibidem Alex.in l.ne quicquam. §.fin. ff.de offic.proconſul. Marian. Socin. in c.ex tenore. col.1. de foro comp.

2 Perſonæ, quæ non poſſunt cogi ire ad militiam ſunt presbyteri, & monachi, & conuerſi,& perigrini, dum perigrinantur, & mercatores & ruſtici, exiſtentes occupati in agricultura, & legati dum ſunt in legatione. cap.fin. vbi Hoſt. Ioann.Andr. Abb.& omnes. de treug.& pac.& l.2. §.legatis. ff.de iud.& c.ſi quis romipetas,& c. ſeq.24.quæſt.3.

3 Perſonæ quæ non poſſunt ſtare in iudicio ſunt in primis illi, qui ratione officij prohibentur:vt notat gl.verb.factum.in c. paſtoralis. de iud.& l.quicumq;.vbi Doct. C.de procurat deinde Epiſcopi,& perſonę illuſtres,vt ſunt duces, marchiones, comites,& ſimiles,qui in omnibus cauſis ciuilibus,& in crimine iniuriarum tenentur reſpondere per procuratorem.c. quia Epiſcopus. 5.quæſt.3.& d. l.quicũq;.vbi Bart. Paul.de Caſtr.Alex.& Iaſ.C.de procurat.& auth. vt ab illuſtr.& ſuper illuſtr. in prin. vbi Bart.coll.5. & auth. hoc ius C.de procurat.attamen in Epiſcopo eſt tex.in cap. fin.de iuramẽt.calum. vbi Epiſcopus poteſt eligere, vt litiget per ſe, aut per procuratorẽ ſed praxis non admittit,vt Epiſcopi litigent per ſe, ſed per ſuos procuratores,qui illuſtres reputantur,& non decet illos ſedere cũ iudicibus in tribunalibus. Et vniuerſitas, quæ tenetur reſpõdere per ſindicum. l.1. §. quibus. vbi Doct. ff quod cuiuſq; vniuerſit.& l.item eorum,§.actor. vbi gl.verb. defendere,& Doct. ff.eodem. Et excommunicatus quando agit contrà aliũ, quoniam ſi excõmunicatus eſt actor non poteſt ſtare in iudicio,nec aliquẽ cõuenire,ſi autẽ eſt reus tenetur facere procuratorem,& ad id erit compellẽdus,quia per ſe reſpondere nõ licet.c.intelleximus. vbi gl.verb.conueniri,& Doct.de iud.& c. excommunicamus. §. credentes.de hæret. & c.ſi verè de ſent.excommunicat.& gloſ. ver.factum,in c.paſtoralis.de iud. Plac.lib. 1.delict.cap.44.n.10. Iul.Clar. lib.5.§.fin. quæſt.14. num.16. Et perſonæ indiſcretæ etiam nõ poſſunt ſtare in iudicio. c.paſtoralis. vbi gl.verb.factum.& Abb.n.7. cum alijs. de iud. & l.2. ff.de curat.furioſ.dandi. Et minores, qui non poſſunt ſtare in iudicio ſine auctoritate tutoris, ſeu curatoris. c.ex ratione. vbi Doct.de ætat.& qualitat. & l.clarũ.vbi Salicet. C. de auctorit.præſt. & l.cum & minores.vbi Bart.Bald. & Salicet. C.ſi aduerſ.rem iud.& l.2. vbi Doct.C. qui legitim.perſ.hab.ſtand. in iud. Et furioſi, qui non poſſunt ſtare in iudicio, ſed litigant per ſuum curatorem,& ita in prodigo, poſtquam illi bona ſunt interdicta. l.1.& 2.& per totum. ff. de curat. furioſ. dand. Et mulier prodiga, ſeu luxurioſa, quæ etiam dicitur prodiga ſuæ famæ,atq; perſonæ, bonorumq; ſuorum, & iſta poſtquam ſibi ona bſunt interdicta non poteſt factum pro ponere iniudicio, niſi per ſuũ procuratorem. l. & mulieri. vbi Doct.ff.de curat.furioſ.dand. & d.gl.verb. factum.in cap.paſtoralis. vbi Abb.num.7. de iud. Et ſeruus in cauſis ciuilibus, & omnes perſonæ, quæ non poſſunt agere in iudicio. eſt text.in l.2. §.1. vbi gl.verb.ſi quis his perſonis.ff.qui ſatiſd.cogãt.Abb.in c.quoniã. nu.37. de iud. Et filius familias non poteſt quoq; ſtare in iudicio nomine proprio. l. fin. §.ſancimus ad fin. C.de bon. quælib.& c fin.vbi gl.ver.regulariter.& Doct.de iud. lib.6.Bald.in d.§.ſancimus.ſpecu. in tit.de except. §. dicto. col 5. verſ. quid de illa. Marant. de ord.iud. 4.part.diſt.16. nu.30. niſi in ſpiritualibus,quia tunc bene poteſt filius familias, ſine conſenſu patris ſtare in iudicio,& pro cauſis beneficialib9, ſeu pro bonis caſtrenſibus,ſeu quaſi, & pro quibus nihil patri acquiritur. d.c.fin. vbi Doct.de iud.lib.6. & l.1. & per totum. ff. de Caſtr. pecul.Abb.in c.non eſt.n.1.de ſponſal.

Digitized by Google

4 Perſonæ tamē principales, quæ poſſunt ſtare in iudicio debent per ſe factum proponere, & non per aduocatū. d. c. paſtoralis. vbi gloſſ. verb. factum, & Doct. de iud. & l. qui ſeruum. §. fin. ff. de interrogat. act. & auth. principales. vbi Bart. Bald. & alij. C. de iure iurand. propt. calumn. dand.

Verbo Pignus.

1 PIgnus dicitur à pugno, quoniā res, quæ pignori dantur manu tradūtur, & propriè conſtituitur, in re mobili impropriè tamen in re immobili, quoniam ſi res immobilis datur creditori dicitur hypotheca. l. plebs. vbi gl. verb. pignus. ff. de verb. ſign. & l. res hypipothecæ. §. inter pignus. ff. de pign. & hypoth. & gl. verb. non trāſit. in l. ſi rem alienam. §. propriè. ff. de pign. act. & gloſſ. verb. maximè. in §. in ſeruiana inſt. de act. & pignus tranſit ad creditorē, hypotheca vero non tranſit, ſed nuda conuētione remanet obligata. d. l. ſi rem alienam. §. propriè. vbi Bart. ff. de pign. act. & §. in ſeruiana: vbi gloſſ. verb. maxime. & Ang. inſt. de act.

2 Pignori regulariter dari poſſunt omnes res, quæ vendi poſſunt, & è cōtrà pignori obligari non poſſunt, quæ vendi non poſſunt, l. 1. §. eam rem. & §. quid ergò. vbi Doct. ff. quæ res pign. obligar. non poſſ. & l. ſed & quòd. §. quod emptionem. & l. in quorum. vbi Bart. num. 1. ff. de pign. fallit tamen in re aliena immobili, vel mobili, vbi non fit furtum, in qua cadit venditio, quamuis poſsit ab emptore auferri, vt eſt text. in l. rem alienā. vbi gl. 1. & 2. & Doct. ff. de contrah. empt. & tamen non poteſt pignori obligari, nam res, quæ non ſunt in bonis noſtris, obligare nō poſſumus. l. qui filios. vbi Bald. Bart. C. quæ res pign. obligar. poſſ. & gl. verb. poteſt in l. ſed & quod. ff. de pign. & gl. verb dari non poſſunt. in l. ſi is qui. §. fin. ff. de pign. & iniuribus vrbanorum prædiorum, quæ pignori dari non poſſunt, quāuis ſeruitutes perſonales obligari poſsint. d. l. ſi is qui. §. vſus fructus. & §. fin. ff. de pign. & hypoth. & ibi Doct. & glo. verb. poteſt recipere. in l. ſed & quod. C. eodem titul. & l. ſi fundus. ff. eodem. niſi ſeruitutes perſonales ſint vſus fructus dotis mulieris, quoniam maritus non poteſt illos pignerari, niſi rem æſtimatam in dotē recipiſſet. l. intereſt. vbi gl. 1. & Doct. C. de vſufruct. & hab. tenetur tamē creditor, qui vſufructum in pignus recepit in ſortem principalem illum reputare, quia aliter committeret vſuram. cap. cum contra. vbi gl. 1. Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Ioann. Andr. Abb & omnes. de pign. & l. 1. & 2. C. de part. pign.

3 Pignerari etiam non poſſunt vaſa ſacra, veſtimenta. libri, vel alia ornamenta Eccleſiaſtica, aut quæcumq; res Eccleſiæ, ſiuè Eccleſiaſticæ niſi iuſtiſsima cauſa vrgente. c. 1. vbi gloſſ. verb. neceſsitate, & Doct. de pign. & c. aurum. 12. quæſt. 2. l. 1. §. eam rē. vbi gloſ. verb. non poteſt. vbi Doct. ff. quæ res pign. oblig. non poſſ. & l. ſi monumēto. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. eodem & l. inuito. vbi Doct. C. de relig. & ſumpt. funer. Old. conſil. 252. & Bald. conſil. 13. part. 2. & conſil. 8. parte. 5. Rom. conſil. 195. & auth. de alien. & emph. §. ſi vero contigerit, coll. 9.

4 Neq; homo liber poteſt pro debito pignori dari. c. lator. vbi Doct. de pign. & l. ob æs alienum, vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de act. & obligat. & l. qui filios. vbi etiam notant ſcribentes. C. quæ res pign. obligar. poſſ. imo creditor, qui liberum hominem recipit in pignus ſcienter mittitur in exilium, quamuis obligatio pignoris non valeat. d. l qui filios, & l. fin. vbi Doct. C. eod.

5 Pignus duobus modis contrahitur videlicet tacitè, aut expreſſè, & hoc fit pluribus modis, nam omnia bona prælatorum ſunt tacitè hypothecata pro mala adminiſtratione: vt notat glo. verb. obligata. in c. ex litteris. vbi Abb. nu. 11. de pign. & c. illud. 12. quæſt. 2. & ita bona tutoris remanent tacitè hypothecata pupillo. l. fin. C. de legit. tut. & l. ſi mater. vbi Doctor. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contr. gl. verb. obligata. in c. ex litteris. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de pign. & ita bona mariti, pro dote vxoris. d. c. ex litteris. vbi gl. verb. obligata. & Doct. & l. aſsiduis. vbi Doct. C qui pot. in pign. & l. 2. vbi Bald. & Salicet. C. de priuileg. fiſc. Nicoſ. in tract. de pign. 4. memb. 2. part. nu. 63. Cæſar. Vrſ. deciſs. 44. nu. 6. & bona conductorum vectigalium, ſeù contrahentium cum fiſco, & illorum, qui tenentur pro cenſibus, & tributis nam bona iſtorum tacitè ſunt fiſco hypothecata. l. 1. & 2. vbi Doct. C. in quib. cauſ. pign. tacitè contrah. & l. 1. C. ſi propt. publ. penſ. & l. libertas. vbi gl. 1. C. de ſeru. pign. dat. manumiſſ. & l. 1. & 2. vbi Doct. C. de priuil. fiſc. & bona primipili tacitè

etiam

Digitized by Google

etiam ſunt obligata pro mala adminiſtra-
tione primipilaris officij. l. ſatis notum,
vbi Bart. Bald. & alij. C. in quib. cauſ. pign.
tacit. contrah. & l. 1. & 3. & fin. vbi notant
omnes. C. de primipilar. lib. 12. & gl. verb.
maleficium. in d. c. ex litteris. de pign. &
bona conductoris inuecta, & illata in fun-
dum vrbanum, & in ruſticum ſciente do-
mino, hæc omnia ſunt tacite obligata pro
penſione, l. ſi horreum. vbi Bart. & l. eo iu-
re. vbi Doct. ff. in quib. cau. pig. vel hypoth.
tacit. contr. & l. certi iuris. C. de locat. &
l. non ſolũ inducta, & l. fin. C. in quib. cauſ.
pign. & l. item quia. ff. de pact. dixi ſupra
verb. penſio. §. 32. & bona matris tutricis
filiorum tacitè ſunt obligata filijs, pro bo-
nis illorum, & ſi tranſeat ad ſecundas nu-
ptias, etiam bona ſecundi viri remanent
obligata pro illa adminiſtratione mulie-
ris. l. ſi mater. vbi Bart. Bald. & Salicet. C.
in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. cõtr.
& auth. ſed ſi aurum. § omnibus. C. de ſe-
cund. nupt. & l. matres. vbi Doct. C. quãdo
mul. tutel. offic. fung. pot. & auth. de nupt.
§. ſi autem tutela. coll. 4. ſpecul. in titul. de
tutel. §. nunc dicendum. verſ. ſi tranſit. &
bona teſtatoris etiam tacitè ſunt obligata
pro legatis, & fideicommiſsis. l. 1. vbi Bart.
Bald. Ang. Paul. de Caſt. Salicet. Iaſ. & om-
nes. C. communia delegat. & in alijs caſi-
bus contrahitur tacita hypotheca: vt dicã
ſuis locis: in omnibus tamen tacitis hypo-
thecis, poteſt creditor agere actione per-
ſonali, aut hypothecaria, aut vtraq; ſi de-
bitor poſsideat, nam ſi extraneus poſsi-
deat, prius eſt facienda executio in bonis
debitoris, aut in bonis illius fideiiuſſoris,
quam deueniatur ad hypothecariam. au-
thent. hodie. vbi Doct. C. de pign. & hy-
poth. & Bald. in l. perſecutione. C. eod. tit.

Pignus expreſſe contrahitur, quãdo de
6 hypotheca in contractu cauetur. l. 1. §. pa-
cto placuit, vbi Doct. ff. de pign. & hypoth.
& ius in pignore conſtituitur ſola conuẽ-
tione, vnde ſi quis pignorauit rem duo-
bus, & prius tradidit ſecundo, nihilominus
præfertur primus, quoniam ſola conuen-
tione cõſtituitur ius in pignore. l. ſi prior
alias. l. creditor. 2. §. fin. vbi Doct. ff. qui
pot. in pign. hab. Iaſ. in l. vt inter. nu. 26.
C. de Sacro Sanct. Eccleſ.

Pactum turpè, & impoſsibile, & illicitũ
7 & in quo fit fraus legi prohibetur in pig-
nore, & pactum legis commiſſoriæ, quãdo
fit in continenti, vt ſi debitor non ſoluerit,
vſq; ad certum diem pignus ſit inemptũ,
& remaneat apud creditorem pro ſolutio-
ne. c. ſignificante. vbi gloſſ. verb. commiſ-
ſoriæ, & Ioan. And. & Abb. num. 6. de pign.
& l. 1. & l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij.
C. de pact. pign. Bart. in l. quamuis. nu. 1.
ff. de ſolut. ſi tamen pactum fiat, vt ſi de-
bitor non ſoluerit infrà certum tempus,
quòd pignus vendatur, aut ſit venditum
iuſto pretio, valet pactum, quoniam tunc
pretium arbitrabitur per iudicium boni
viri. l. fin. vbi Doct. C. de iure dom. imp.
Bart. in d. l. quamuis. d. nu. 1. Abb. in cap.
ſignificante. nu. 6. de pign.

8 Pignus poteſt vendi, ſi contrahentes in-
terſe paciſcantur, vt pignus vendatur, aut
quando nihil eſt dictũ, tunc poteſt pignus
vendi facta denunciatione debitori, & tũc
ſufficit vna denunciatio, ſi autem inter cõ-
trahentes conueniatur, ne pignus venda-
tur erit tunc facienda trina denunciatio
debitori, vt ſoluat, & ſi nõ ſoluat poſt per-
fectam denunciationem eſt tunc veniendũ
ad pignoris diſtractionem. l. fin. §. ſanci-
mus. vbi Doct. C. de iure dominij impet.
& l. ſi conuenit. vbi Bart. ff. de pign. act. ſi
tamen ſint faciendæ illæ tres denunciatio-
nes, debent fieri per interuallum dictum,
& non vna vice, videlicet ſolue, ſolue, ite-
rum ſolue, quoniam tunc non videretur
ſæpius denunciari, ſed ſæpius loqui, ex gl.
verb. inſtanter. in c. ab eo de appellat. libr.
6. Ioan. de Imol. in l. cum procurator. §. ſi
dominus. ff. de noui oper. nũciat. & debet
ad minus vna dies eſſe inter denuuciatio-
nem, & denunciationẽ, & ſic in tribus die-
bus poteſt fieri: ex Bart. & Paul. de Caſtr. in
l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. ſed praxis
noſtris temporibus non vtitur his denun-
ciationibus, imò creditor vocat debitorẽ
coram iudice, & à iudice compellitur ſol-
uere, aut iubet diſtrahere pignus reiectis
omnibus alijs denunciationibus.

Si debitor vendat pignus ſciente, & cõ-
9 ſentiente creditore, videtur ius pignoris
remiſſum, & emptor erit ſecurus, & tunc
remouebitur creditor agẽs actione pigne-
ratitia, per exceptionem interuentionis,
quoniam obligatio pignoris, ſicut ſolo cõ-
ſenſu contrahitur, ita ſolo conſenſu diſ-
ſoluitur. l. ſi probaueris: vbi gloſſ. 1. & 2. &
Bart. & Salicet. C. de remiſſ. pign. & l. ſi hy-
pothecas. C. eodem, & l. ſi tibi decem. §. de
pignore. vbi Doct. ff. de pact. & pignus ita
venditũ, ſciente, & conſentiente creditore,
remanet

Digitized by Google

remanet exoneratum ab obligatione hypothecæ, vt ſi poſtea reddatur aliquo modo ad debitorem, non reincidat in generalem obligationem. l. fin. vbi Doct. C. de remiſſ. pign. aliter tamen ignorante creditore: vt tenet Bart.& alij. in d. l.ſi probaueris. C.de remiſſ.pign.& l.fin. in prin. ff. qui potior. in pign.hab.& Doct.in l.ſi ignorante. C.de remiſſ.pign.

10 Si debitor pignus ſecũdo obliget, ignorante primo creditore, non tollit primam obligationem, imo creditor cui prius pignus fuit obligatũ, præfertur ſecundo contrahenti, quamuis ſit fiſcus. l.ſi ignorante. vbi gloſſ.& Doct. C.de remiſſ. pign. & l.ſi pignus.vbi Bart.& l.fin. in prin.ff.qui pot. in pign.hab.& l.ſi fundum.vbi Bald.C.eodem. ſi tamen ſecundus creditor pignus vendiderit, non poteſt conueniri à primo creditore, ſed emptor eſt conueniendus actione hypothecaria. l.1. vbi Doctor.ff. de diſtract.pign. nec ſententia lata contra debitorem ſuper repignerata nocet creditori ignoranti, ſi debitor conueniatur poſt pignus cõtractum, quamuis aliter ſit, ſi antequam pignus dediſſet conueniatur. l.ſi mater. §.fin. & l.iudicatæ. §. ſi debitor. vbi Paul.de Caſtr. ff. de excep. rei iud. & l.ſi ſuperatus. vbi Doct. ff.de pign.& hypoth.& l.ſæpe. ff.de re iud.

11 Pignora capta, & diſtracta per ſententiam nullam, ſeù minus ſolemnem, vel incertam reuocantur, & recuperantur. l.ſi cum nulla. vbi Paul. de Caſtr. ff. de reiud. & l.1.& l.2. C. de except. rei iud. & l. pro latam. vbi Doct. C. de ſent. & interlocut. omnium iud.& eſt ord.lib.3. tit.86.§.4.

12 Pignus poteſt vendi poſtquam vnus ex creditoribus fecit præconizari, aut proponi publicum edictum in loco publico cõſueto, & alij creditores fuerunt negligentes,& tempore à iudice ſtatuto non comparuerunt. l.ſi eo tempore. vbi Bart.Bald. & Salicet. C.de remiſſ. pign. citatio enim per proclama generale, facit fidem plenã contra eos, qui non ſunt citati, ſi nominatim non erant citandi. facit text.in c.cum in tua. qui matrim. accuſar. poſſ. & Bald. in l.fin. col.10. C.de edict. D. Adr. toll. ſi autẽ nominatim erant citandi,& illis ſpecialiter præiudicat, tunc non ſufficit citatio per proclama generale facta, ex Bart.in d. l. ſi eo tempore. n.2. C. de remiſſ.pign. & Bald. vbi ſupra.

13 Pignora de rebus mobilibus primò vẽdi debent, & ſi pretium illorum non ſufficiat ad debitum perſoluendum, tunc diſtrahuntur immobilia,& tertio loco capiũtur nomina debitorum. l.à Diuo Pio. §.in venditione. vbi Bart. num.5.Iaſ.10.& alij. ff.de reiud. Abb.in c.quoad conſultationẽ. n.27. de ſent.& reiud.& Bald. in l.ordo.C. de execut. rei iud.ſi tamen iudex hunc ordinem non ſeruauerit valebit executio, & pignorum vẽditio, vnde eſt ab illo appellandum, ſi prius vendiderit immobilia, quàm mobilia, aut quãdo prius deuenerit ad nomina debitorum, vt tenet Bart.& Iaſ. n.19. vbi ſupra Abb.in c.quoad conſultationem. n.27. de ſent.& reiud.

14 Res tamen magna non debet vendi pro modica quantitate, ſi alio modo creditori ſatis fieri poteſt, vendendo aliquam viliorem rem. l.magis. §.idem prætor. ff.de rebus eorum. gl.& Bart.in auth. hoc iuſſ.C. de Sacro Sanct.Eccleſ. & gl.fin. in l.quandiu. C.de diſtract.pign. Abb.in cap.quoad conſultationem. nu.27. de ſent.& reiud.& Bald.in l.ordo. C. de execut.rei iud. Iaſ.in l.à Diuo Pio. §.in venditione. nu.10.ff.de reiud. ſi tamen non inueniretur res modica, quæ celeriter vendi poſſet, vt creditori ſatisfactum ſit, non procederent ſupra relata, quia prius debent capi ea, quæ facilius reperiant emptorem, vt executio ſententiæ habeat celeritatem. l. quandiu. C. de diſtract.pign. Iaſ.vbi ſupra.

15 Pignus minus idoneum à creditore ſuſceptum nõ impedit executionem debiti, quoniam ſi creditor accepit pignus minus idoneum, non videtur renunciare perſonali actioni, nec amittit executionem illius debiti, in quod ad pignus nõ ſufficit. l.creditor.2. vbi Bart.Bald. Alex.Iaſ.& alij. ff.de reb cred.& l.ſi pro mutua. vbi etiam notant Doct. C.ſi cert.pet.& l.hypothecis. C.de diſtract. pign.& l.quæſitum. §.fin. ff. eodem.& l.aduerſus. C.de act.& oblig.

16 Pignus poteſt ruina, aut aggreſſu latronum deperdi, vel deteriorari apud creditorem, ſine eius culpa, & tunc periculum erit debitoris, nam cum ſemper dominiũ pignoris remaneat apud debitorem, eius erit periculum, ſi ſine culpa creditoris pereat, incumbit tamen probatio creditori, quod ſine eius culpa periret pignus, aut deterioraretur. l.ſi creditor. 1. vbi Doct.& l. creditor.2. vbi Bart.Bald.& Salicet. & l. fortuitis,& l.ſi nulla culpa. C. de pign. act. & l.amiſſa. vbi Bart. ff. de fideiuſſ. & tunc rema-

Digitized by Google

remanet obligatio debiti integra. d. l.quæ fortuitis,& l.pignus. vbi Doct. C.de pign. act.ſi autem culpa creditoris lata,aut leui, ſeù dolo pignus periret, tenetur tunc creditor ad damnum,& intereſſe, l.ſi cũ venderet. §.fin. vbi Bart.ff.de pign.act.& l. ſicut vim. vbi Bald. C. de pign. & §.fin. vbi Doct.inſt.quib.mod. recontrah.obligat.& gl.verb. ſine vitio. in l.ſi creditor.1. C.de pign. act.

17 Pignora corroſa à tinea, aut à muribus, aut pecora fame necata, pereunt creditori, quia ſua culpa pereunt, & tenetur ad damnum, & intereſſe. l. quemadmodum. §. magiſtractus.ff.ad legem Aquil. Bald.in l.quæ fortuitis. col.6. C.de pign.act. Iaſ.in l.1. num.13. ff. qui ſatisd cog. quoniam ſi creditor ſe ſubijcit ad cuſtudienda pignora,debet adhibere omnem deligentiam ad obſeruationem illorum, & aliter tenetur de leui culpa: vt tenet Bart. in l.creditor. 2. C.de pign act.& Iaſ.vbi ſupra, & Bart.in l.eum. §.is. ff de furt.

18 Pignora excuſant debitorem à captione pro debito,& etiam à datione fidei iuſſoris, in prætoria actione: nam qui tenetur dare fideiuſſorē, liberatur dando pignora æquiualentia, licet creditor contradicat. ex gloſſ.fin. in l.prætoriæ.4. vbi Bart.n.1. ff.de prætor. ſtipulat.& gloſſ.verb. perſonali.in §.ſuſcepto. in auth. de exhib.reis. coll.5. Cin.& Bald.in l.1. C. de procurat. Bart.Iaſ.& alij.in l.1. ff. qui ſatisd.cogant. Ioann.And. in addit.ad ſpecul. in titul.de pign. ſuper Rubric. & in titul. de ſatisd.§. dicto. in prin.

19 Pignus Miſſum à creditore per illum Nuncium, qui infideliter fecit, non reddit illum liberum,quominus teneatur ad dãnum pignoris niſi de mandato debitoris, illud miſiſſet, quoniam tunc liberatur.cap. ſignificante. vbi Doct.de pign. Bart.in l. ſi quis vxori. § apud Labionem. ff.de furt. ſi tamen illud mittat per Nuncium fidelem reputatũ, & pignus ſit parui momenti,tunc bene liberatur. ſi autem ſit pignus magni valoris non liberatur, niſi illud mittat per Nuncium deputatum à debitore. d. c.ſignificante.vbi notant ſcribẽtes ſumma Angel.verb.pignus.§.17. Abb.in c.fin. n.9.de furt. Bart.vbi ſupra.

20 Pignora data alicui ad vendendum, vt pecunia vtatur, ſi pereant antequàm vendantur ſine culpa illius, cui ad vendendũ tradita fuerunt,pereunt periculo illius,qui tradidit, ſi illa venalia habebat, nam ſi illa venalia non habebat, ſed ea amico tradidit, vt illis vteretur, tũc pereunt periculo illius cui tradita fuerunt: licet ſine eius culpa perijſſent. l. rogaſti. vbi Bart. Paul. de Caſtr.Lud.Rom. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de reb.cred.& ratio eſt quia ſi creditor res illas non habebat venales,ſit tunc illa traditio gratia ſuſcipientis. vt tenet Angel.& Iaſ. in d. l.rogaſti.

21 Pignus apud creditorem ſubreptũ,poteſt ipſe creditor vindicare actione furtiua, etiam aduerſus debitorem dominum pignoris, ſi ipſe pignus ſubripuit,ſi autem extraneus ſit, qui ſubripuit datur vtriq; actio, tàm creditori,quàm domino pignoris. l.itaq; fullo. §. ſed ſi.ff.de furt.& ita in depoſitario. vt tenet Bart. in l.eum qui. §. is apud quem.nu.1.ff.eodem.

22 Pignus dedit quidam alicui, & aufugit, quod pignus erat ſcacherium,ſiue ſcriniũ, quod ſeruus alicuius commodauerat illi, qui illud pignori dedit,verum.dominus illud poterit vindicare? & dicitur quòd ſic. & ſi creditor vendidit illud pignus,poteſt etiam dominus pecuniam ab eo vindare,ſi ille creditor ſciebat pignus non eſſe illius, qui dedit, imò remanet furto obligatus, ſi vero ignorabat non eſt tunc pecunia ab illo vindicanda. l. ſeruus cuiuſdam. vbi Bald. Paul.de Caſtr. Iaſ. & alij. ff.de cond. indeb.

23 Pignus durat donec totum debitum ſit ſolutum,& pro quacumq; parte debiti poteſt pignus vendi, quoniam ius pignoris eſt indiſſolubile. l. quandiu. vbi Doct. C. de diſtract.pign. & l.hæredes. §.idem obſeruatur in pignoribus. ff. familierciſ. & l. ſolutum. §. ſi creditori. ff.de pign.act.& l. debitoris. vbi Doct.C.debit. vend.pign.

24 Creditor nõ poteſt vſu capere rem pigneratam, quoniã ſciens alienam rem poſſidet. l. ſi pignori. vbi Doct. ff. de vſucap. quia daretur mala fides, qua præſcriptio vllo tempore curri non poteſt. c.vigilanti. de præſcript.& regula poſſeſſor.vbi notãt omnes. de regul. iur. libr. 6. alius tertius bene poterit vſucapere,ſed tamẽ vſucapio non extinguit obligationem pignoris. l. vſucapio. vbi gl.verb.vſucapio.& Doct.C. de pign.& hypoth.

25 Hypothecaria, quæ contra extraneum poſſeſſorem datur tollitur triginta annorum ſpacio, quæ autem datur contra debitorē, aut eius hæredē tollitur quadraginta annis,

Digitized by Google

annis, niſi ſit interrupta præſcriptio, aut interueniat pupillaris ætas, l.cum notiſſimi, in prin. & §.quamobrem. vbi gl.verb. ſpacijs, & Bart.Bald.Salicet. & alij. C. de præſcript.30. vel 40.annorum.

26 Hypotheca generalis prioris creditoris, præfertur hypothecæ ſpeciali poſterioris creditoris, quoniam qui prior eſt tempore potior eſt in iure, quando plures creditores prætendunt ius in hypotheca, & ſunt creditores diuerſorum titulorum. l. ſi Decreto. vbi Bart. & l. ſi Generaliter. vbi Bald.& Salicet. C.qui potior. in pign.hab. ſi autem ſunt eiusdem tituli, tunc debent concurrere. l.fin. C.de bon. aut. iud. poſſ. & l.ſi is cui. §.ſi plures. & l.qui prior. ff.vt in poſſ. legat. & Bart. in d. l. ſi Decreto, ſi tamen Prior creditor habet ſpecialem hypothecam in quibusdam, & generalem etiam in alijs puta dixit Titius, quòd ſpecialiter hypothecabat talem prædium, & alia ſua bona, & poſtea ſecundo creditori aliud prædium, ſeù vineam hypothecauit ſpecialiter, ſi tunc prior creditor eſt ſecurus per ſuam ſpecialem hypothecam, quia ſufficit, nõ aget contra ſecundum creditorem in ſua ſpeciali hypotheca. l.quamuis. vbi Doct. C.de pign. & hypothec.

Verbo Plus Petere.

1 PLVS petitur quatuor modis videlicet re, loco, tempore, & cauſa. c.vnico.vbi Gofred.Ant.de Butr.Hoſt.Innocent.Ioan. Andr. Abb. & omnes. de plus pet. §. plus autem. vbi Doct. inſt.de act. Merg. conſil. 36. num.28.

2 Et plus petitur re, quando quis pro decem debitis, petit viginti, aut quãdo petit maiorem partem rei, quàm ſibi debetur; tempore vero cum ante diem, vel conditionem petit, cum enim quis præmaturè petit, plus petere videtur. loco, quando quis promiſit ſoluere vno loco, aduerſarius autem alio loco petit, ſine commemoratione loci deſtinati, & tunc plus petit, quia adimit vtilitatem, quam debitor haberet, ſi loco deſtinato ſolueret. cauſa, quãdo quis promiſit ſoluere decem, vel vnum ſeruũ, aut hominem in genere, & creditor petit decem, vel certum hominem præciſè, quoniam tunc eſt in electione debitoris ſoluere, quod voluerit, quam electionem illi aufert creditor petens vnum eorũ præciſè, vnde dicitur plus petere cauſa. d. c.vnico. vbi gl.1.& 3.& 4.& Doct. de plus pet. & §. plus autem, & §.huic autem. vbi notant Doct.inſt.de act.

3 Plus re petens ſine cauſa condemnatur in expenſis. c.vnico.vbi Doct.de plus pet. & Doct.in l.vnica, C.eodem. ſi tamen creditor per dolum ſe fecit creditorẽ in maiori ſumma, & fecit debitorem ſe obligare per inſtrumentum, aut alio modo, aut cautionẽ per dolũ extorſit, & debitorem vocauit ad iudiciũ, perdet tunc verũ debitũ & ab illo erit debitor abſoluendus, & ab alio quod plus creditor petit, niſi ante litis cõteſtationem pœniteat, quoniam vſq; ad litis conteſtationem poteſt pœnitere, poſtea vero non poteſt ſine pœna. l.vnica. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr. & alij. C.de plus pet. gloſſ.1. & Abb. nu.6.in c.vnico. eodem titul. niſi auctor conuincatur ſuper maiori quantitate, & tranſigat cum reo ſuper pœna, aut reus confitetur ſe totum debere coram iudice, aut ſi auctor confitetur ante ſententiam quãdo pro pœna iſta conuincitur, tunc non punitur in toto debito. d. l. vnica.vbi Bart.& alij. C.de plus pet. & Ioan. And.& Abb. in d. cap.vnico. eodem titul.attamen ord.noſtra libr.3.tit. 34. §.1. non admittit pœnitentiam ante litis conteſtationem.

4 Petere quis non debet illud, quod iam eſt ſolutum; nam bona fides nõ patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur. c. bona fides. vbi Doct.de regul.iuris.lib.6.& l.bona fides. ff.de regul.iur. & dolo facere videtur, qui petit illud, quod reſtituturꝰ eſt. c.dolo. de regul.iur. libr.6. & l. dolo, & l. itaq;. §.atſi. ff. de dolo.& l.dolo facit. ff.de doli mali except. & ille qui petit illud, quod iam eſt ſolutum ſibi, punitur pœna ſtellionatus. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. vbi Doct. ff.mand.& per ord.noſtram.lib. 3.titul.36. punitur in duplum, & etiam in expenſis iterum in duplum, niſi ante litẽ conteſtatam pœniteat, quia tunc ſolum in expenſis punietur in duplum.

5 Plus petens tempore condemnabitur in expenſis, & duplicabuntur induciæ, ſi enim quis tenetur ſoluere, vſq; in diem Natiuitatis Diui Ioannis, & creditor petat Calendis Ianuarij, vel ſi conditio erat adimplenda in die Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, & ante illud tempus creditor conueniret debitorem debet tunc ſoluere expẽſas, quas debitor in lite fecit, propter illã importu-

importunitatem creditoris,& non tenetur ſoluere niſi poſtquam induciæ fuerint duplicatæ, à die quo creditor petiuit vſq; in diem, quo ille debitor ſoluere tenebatur. c.vnico. vbi gloſſ.verb.amplius.& Abb.n. 12.de plus pet.& §.hodie autem.vbi Aret. & alij.inſt.de except.& etiã ſoluet.expenſas in duplum per ord. lib.3.tit.35.

6 Poteſt tamen mulier petere ſuam dotẽ à marito ante tempus ſeparationis matrimonij, ſi maritus vergat ad inopiam,cap. per veſtras. vbi Doct.de donat.inter vir & vx.& l.vbi adhuc.& ibi Bart.Bald.& Salicet. C.de iure dot.& gl.verb. alienet. in c. ex parte veſtra.de conſuet.& Hoſt.& Abb. n.17. in d.c.vnico.de plus pet.

7 Et ita indebitore fugiente , ſeù de fuga ſuſpecto,qui poteſt ante tempus, ſeù conditionem capi, vt ſoluat, aut det ſufficientem cautionem, ſeù fideiuſſorẽ. l. ait prætor. §.ſi debitorem. vbi Doct.ff.de his,quæ in fraud.cred. & l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatisdatum. & l. inter omnes. ff. qui ſatisdar. cog. Abb.in c.vnico.nu.17. de plus pet.& in c. cum non ab homine.n.17.de iud.& Iaſ.in l.vinum.n.3. ff.de reb.cred.Doenn.regula. 175.& dixi ſupra verb.debitor.§.7.& 8.

8 Plus petens loco tenetur ad intereſſe nam ſi debitor in aliquo fuit dãnificatus, eò quòd creditor illum conuenit in loco, vbi debitor ſoluere nõ tenebatur,tenetur tunc creditor reſarcire damnum. c.vnico. vbi gl.verb.plus loco,& Doct.de plus pet. & l.2. § fin. ff.de eo, quod cert.loco , & l. vnica. vbi Doct.C. de plus pet.gl.verb.loco.in c.P. & G.de offic.delegat. & hoc idẽ dicitur in debitore,qui nõ ſoluit creditori in loco deſtinato,nam ſicut creditor tenetur ad intereſſe conueniens debitorem extrà locum, vbi ſoluere promiſit,ita debitor tenetur creditori. d. l.vnica.vbi Doct. C de eo quod cert.loco. & l.arbitraria. §. nunc de officio.ff.eodem. d. gl.verb. loco. in d. c.P.& G.de offic.delegat.

9 Plus petens cauſa condemnatur in damno,& expenſis.d. c.vnico.vbi gl.ver.cauſa. & Abb.n. 11. de plus pet.& §. huic autem. vbi Doct. inſt. de act. & petens rem certã, cauſa expreſſa, ſi illam non probet, ſuccũbere debet, licet probet aliam, & non poteſt iterum agere ex eadem cauſa, nec petens partem, quamuis ex alia cauſa poſſit. c.Abbate vbi Doct.de ſent.& reiud. lib.6. & l ſi quis cum totum.vbi Bart.Pau.& alij. ff. de except.rei iud.

Verbo Poſſeſsio.

1 POſſeſsio eſt ius quoddam , quo aliquis rem corporalem verè in poteſtate habet , & dicitur corporalis rei detentio à pedum poſitione , quoniam ſola corporalia poſsidentur , incorporalia vero non poſsidentur , ſed quaſi , & quaſi tradjuntur per potentiam, & vſum : in corporalia enim non poſſunt corporaliter apprehendi, ſicut ſunt iura, & ſeruitutes , & ideo non poſsidentur. c. conquæſtus. vbi gl.verb.quaſi, & Abb.nu.5. de foro comp. & c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & prop.& l.1.vbi Bart.Bald.Lud.Rom.Pau. de Caſtr.Alex.Iaſ.& omnes.& l.poſsideri. vbi etiã notant Doct.ff.de acquirend.poſſeſſ.& l. ſequitur. §. ſi viam. ff.de vſucap.& l.ſeruus. §. incorporales. ff.de acquirend. rer.domin.& gl.verb. poſſeſsio.in clem.1. de reb.Eccleſ.non alien. & Salicet. in l.licet. C.de acquirend.poſſ. Bald.in rep. l.ſi quis vi.§.differentia.ff.eodem.

2 Poſſeſsio eſt duplex videlicet naturalis, & ciuilis, vt probat text.in l.nemo ambigit. vbi Doct.C de acquir.& remitt.poſſ.& l.2. §. quod vulgò. ff pro hæred. vel pro poſſ. & l.1.§.deijcitur ff.de vi,& vi armat. & l in hac actione. §.fin. ff ad exhibend.& l.clam poſsidere. §. qui adnundinas. cum ibi notatis ff.de acquir.poſſ. & Din.in regula,ſine poſſeſsione. de regul.iur.lib 6.& Iaſ. in l.1. n 34. & nu.55. ff. de acquirend. poſſ.licet alij aliter diffiniant,vt notat Iaſ. d. num.55.

3 Poſſeſsionem naturalem,& ciuilem poteſt quis ſimùl retinere,ſi tamen recedat à fundo,& alter etiam clam illum ingrediatur, tunc perdit naturalem poſſeſsionem, retinet tamen ciuilem. l. clam poſsidere. § qui adnundinas. vbi Bart. Ang. Imol.& Alb Paul.de Caſt.Alex.Aret.Iaſ.& omnes, & l.poſſeſsio. vbi etiam Iaſ. num.45. ff.de acquirend.poſſ.

4 Poſſeſsio ciuilis ſolo animo retinetur, nam quando quis dedit rem alicui in feudum, ſeù in emphyteuſim poſsidet ciuiliter, cum retinet directum dominium, qui ſolo animo retinetur. l.ſciendum. §.1.vbi Doct.ff.qui ſatisd.cogant.& l.licet.vbi etiã notant ſcribentes. C.de acquirend.poſſ.& l.poſsideri. §.in amittenda.ff.eodem Iaſ.in l.1. n.56 ff.de acquirend.poſſ.

5 Poſſeſsio naturalis eſt illa , quam habet feudata-

Digitized by Google

feudatarius, emphyteuta, vſufructuarius, & ſimiles, & hanc amittimus, ſi alter poſſeſsionem ingrediatur. l.1. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Aret. Iaſ. & alij. & l. clam. §. a inundinas. vbi etiam notãt ſcribentes. ff. de acquirend. poſſ. poſſeſsio tamen naturalis per ſolum aſpectum acquiritur interueniẽte traditione. l. quod meo. §. ſi venditorem. vbi Doct. ff. de acquirend. poſſ. gloſſ. 1. in fin. in l. licet. vbi Salicet. C. eodem titul.

6 Poſſeſsio nobis acquiritur per colonũ, inquilinum. l. quædam mulier. vbi gl. ver. poſſeſsionem. & Doctor. ff. de rei vind. & l. quamuis. ff. de acquir. poſſ. & per amicos, & hoſpites, & negotiorum geſtores retinetur poſſeſsio. l. arboribus. §. non ſolum. ff. de vſu fruct. & quemadm. & etiam per illos acquiritur ſecuta ratificatione, ſi nomine noſtro acquirant. l. ſi ego. vbi Doct. ff. de neg. geſt. & Iaſ. in l. generaliter. n. 4. ff. de acquirend. poſſ.

7 Et per procuratorem l. 1. vbi Bald. & l. procuratorem. vbi Doct. C. de acquirend. poſſ. & l. poſſeſsio. §. per procuratorẽ. vbi Bart. Alber. Lud. Rom. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes ff. de acquirend. poſſeſſ. & Innocent. in c. accedens. de præb.

8 Et etiam acquiritur per ſeruũ propriũ, & per filium. l. 1. §. item acquirimus, vbi Bart. Lud. Rom. Paul. de Caſtr. Alex. Aret. Iaſ. & omnes. ff. de acquir. poſſ. & l. ſed hoc vbi etiam notant Doct. ff. eodem.

9 Et etiã acquiritur infanti per ſe ipſum, ſeu per tutorem, & curatorem, ſeu per quãcumque perſonam auctoritate tutoris. l. donatarum. vbi Bald. & Salicet. C. de acquirend. poſſ. Iaſ. in l. 1. §. per procuratorem. num. 2. ff. eodem.

10 Poſſeſsio tamen ciuilis, licet tantũ animo retineatur, non poteſt acquiri ſinè aliquo facto hominis, & corporis actu, aut loco actus illius aliqui facti interueniat, attamen amitti poteſt, ſi aliquis actus animi non poſsidendi interueniat. l. licet. vbi gl. 1. & Doct. C. de acquirend. poſſeſſ. & l. poſſeſſ. & l. poſsideri. § in amittenda. vbi gloſ. verb. animo, & Bart. Angel. Alex. Aret. Iaſ. & alij. ff. eodem. & l. fere quibuscumque. vbi Dec. n. 1. ff. de regul. iuris, & quamuis poſſeſsio ſolo animo acquiri non poſsit, imo requiratur in acquiſitione illius ſimul animus, & corpus, vt probant iura ſupra relata, in amiſsione tamen ſolus animus ſufficit, vnde non regulatur acquiſitio, ſicut amiſsio, ſed difficilius inducitur acquiſitio, quàm amiſsio, facilius enim quid retinetur, quam inducatur facit text. in l. patre furioſo. ff. de his. qui ſunt ſui vel alien. iur. & tenet. Iaſ. in d. l. poſsideri. §. in amittenda. n. 1. ff. de acquirend. poſſ.

11 Poſſeſsio autem naturalis non amittitur, niſi poſsidens recedat à fundo, & alter ingrediatur, quoniam ſicut in acquirenda poſſeſsione eſt neceſſaria interuentio corporis, & animi, ita in amittenda poſſeſsione naturali, eſt neceſſarius actus in cõtrarium. l. quemadmodum. vbi Doct. ff. de acquirend. poſſ. & gl. verb. animo. in l. poſsideri. §. in amittenda. ff. eodem. & l. fere quibuscumque. ff. de regul. iur. & regulatur amiſsio, ſicut acquiſitio: vt tenet Iaſ. in d. l. quemadmopum. n. 2. differt tamen, quia poſſeſsio naturalis, quæ ſolo animo retineri non poteſt, ſine animo perditur, etiã ab ignorante. facit text. in l. poſsideri. §. Labeo. & l. clam poſsideri. in prin. & §. qui adnundinas. vbi Bart. num. 1. ff. de acquirend. poſſ.

12 Poſſeſsio ciuilis non tollitur tempore, nec cẽtum annorum ſpacio, quia ſemper retinetur animo, quocumque vadat, qui eam habet. l. licet. vbi gl. fin. & Doct. C. de acquirend. poſſ. & glo. verb. præſcriptionem ad fin. in l. 1. vbi Bart. n. 9. C. de ſeruis fug. gl. in l. male agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & gl. in §. ſed aliquando inſt. de vſucap. & Bart. in l. celſus. nu. 12. ff. de vſucap. Abb. in c. vigilanti. nu. 3. de præſcript. Iaſ. in l. 1. nu. 49. ff. de acquirend. poſſ. vnde ſi quis poſsideat naturaliter tantum, non incipiet præſcribere donec alius deſinat poſſidere ciuiliter. vt tenet Din. in c. ſine poſſeſsione. in fin. de regul. iur. lib 6. & Bart. in d. l. celſus, n. 13. ff. de vſucap. & probãt iura ſupra relata.

13 Poſſeſsio rei venditæ nõ acquiritur iuſtè ſine titulo, quoniam ingrediens poſſeſsionem rei venditæ ſine voluntate vẽditoris, iuſtè non poſsidet. l. nec ex vera. vbi Bald. & Salicet. C. de acquirend. poſſ. & l. ſi ex ſtipulatione. & l. fundi venditor. ff. eodem. ſi tamen vacat poſſeſsio, tunc poterit emptor illam propria auctoritate apprehendere. l. fiſtulas. §. 1. ff. de contrah. empt. Bald. in l. fin. quæſt. 5. C. de edict. Diui Adr. Miſſus tamen impoſſeſsionẽ realem ex primo decreto acquirit veram per lapſum anni. c. 1. vbi Abb. nu. 1. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruand. paſſus tamen

Digitized by Google

tamen miſsionem, ſi allegat ſe contumacē non fuiſſe, & præſtat cautionem ſtandi in iudicio reſtituitur, quoniā miſſus in poſſeſsionem non illam acquirit lapſu anni, niſi quando paſſus miſsionem non præſtat cautionem, nec tamen ſufficit habere voluntatem illam præſtandi. c. 1. vbi Doct. & c. cum veniſſet. vbi Abb. nu. 1. de eo qui mitt. in poſſ.

14 Poſſeſsio non eſt alicui auferenda ſine cauſæ cognitione, nec lite pendente. cap. pen. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & omnes. de inſt. & l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. ſi per vim, vel alio mod. Abb. in c. de cætero. num. 7. de ſent. & reiud. nec etiā appellatione pendente, tàm in appellatione in iudicio inſinuata, quàm extràiudiciali, quoniam appellans debet integer remanere, dum appellatio pendet. cap. cum teneamur. vbi Doct. de appellat. & l. vnic. §. integer. vbi etiam notant ſcribentes. ff. nihil innouar. appellat. interp. & c. bonæ memoriæ. de appellat. Abb. in c. ex tuarū. nu. 3. de purgat. can.

15 Poſſeſsio alicui iudicata eſt illi tradenda, & non pignus nomine poſſeſsionis, vt victor lætetur corporali poſſeſsione. cap. cum quidam. vbi Ant. de Butr. Innocent. & Abb. num. 12. de ſent. & reiud. & l. non eſt mirū. vbi Bart. Bald. & alij ff. de pign. act. non debet tamen conſequi poſſeſsionem qui ſententiā reportauit, niſi iuſſu iudicis. d. l. non eſt mirum. & l. is cui. §. miſſus. ff. vt in poſſ. legat. Gramat. deciſs. 51. n. 3. Neguſant. de pign. 3. part. 2. memb. n. 1. & 30. Valaſc. conſult. 191. num. 18. Merg. conſil. 23. num. 2.

16 Poſſeſsio rerum, quas defunctus tēpore mortis poſsidebat, eſt tradēda hæredi viſo teſtamento, ſi legitimus contradictor non compareat, nec tenetur aliquem citare, ſi poſſeſsio eſt vacua; ſi autem contradictor apparuerit, tunc iudex videbit, verum legitimæ ſint allegationes illius, aut non, & tunc cauſa cognita tradet poſſeſsionem. l. 2. vbi Bart. Angel. Cin. Paul. de Caſtr. Bald. Salicet. Lud. Rom. Fulgoſ. Alex. Iaſ. & omnes. C. de edict. Diui Adrian. Toll. Abb. in cap. de cætero. num. 7. de ſent. & reiud. & heres vniuerſalis poteſt ingredi vacuam poſſeſsionem propria auctoritate, nec tunc requiritur iuſſus iudicis, quia ex iure ſuo ingreditur ſuam poſſeſsionem, quam neceſſe habet apprehendere, poſt mortem defuncti, quamuis enim omnia iura, quæ erant apud defunctum ipſo iure tranſeant in hæredem, poſſeſsio tamen nō tranſit, niſi ab ipſo hærede apprehendatur. l. cum hæredes. vbi Bart. Paul. de Caſtr. & alij. ff. de acquirend. poſſeſſ. & l. qui vniuerſitas. §. quod per colonum. vbi etiā Doct. ff. eodem. & l. fin. C. de edict. Diui Adrian. Bart. in l. meminimus. num. 3. C. quando. & quib. quarta pars. debeat. lib. 10. idem Bart. in l. ex facto. nu. 2. ff. de hæred. inſt. vbi Imol. num. 12. & Tiraquel. tract. Lemort. 1. part. declarat. 8. num. 1. Valaſc. conſult. 191. num. 11.

17 Poſſeſsionem rei ſuæ poteſt quis propria auctoritate apprehendere, debitore fugiente, ſi non habet copiam iudicis. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Innocent. in cap. olim. de reſt. ſpol. Ioann. Andr. & Abb. num. 10. in cap. 1. de dolo, & contumac. aliter tamen, nemo auctoritate propria rem ſuam ab alio detentam accipere debet. l. ſi quis in tantam. vbi Doct. C vnde vi, & l. improba. C. de acquirend. poſſ. & l. ſi ex ſtipulatione. ff. eodem. & c. placuit. 16. quæſt. 6. & gloſ. verb. in poſſeſsionem. in cap. paſtoralis. de priuileg.

18 Poſſeſsio auctoritate iudicis conſecuta, ſeruato ordine iudiciario, multum cōmodum affert ingredienti, quoniam præbet iuſtam cauſam poſsidendi, ita vt fiat poſſeſſor bonæ fidei, licet aliquis defectus ſit in tradente. l. iuſtè poſsidet. vbi Bart. Paulus de Caſtr. Lud. Roman. Alex. Aret. Iaſ. & alij. ff. de acquirend. poſſ. & l. qui auctore. ff. de regul. iur. & l. & generaliter. in fin. ff. de noxal. & l. ſed alio iure. §. ſed ſi ſeruus. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. & l. ſi quis, ſepulchrum. in prin. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.

19 Poſſeſſor malæ fidei eſt ille, qui ſcienter poſsidet rem ad ſe non pertinentem, & habet conſcientiam læſam rei alienæ. l. item veniunt. §. petitam. & l. ſed & ſi. §. de eo autem. vbi Doct. ff. de pet. hæred. & c. ſi virgo. 34. quæſt. 2. & notant communiter Doct. in regula poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6. & ille, qui ſcienter contra ius mercatur. c. qui contra ius. vbi Doct. de regul. iur. lib. 6. & cap. ſi quis deinceps. 16. quæſt. 7. & l. quemadmodum. vbi Bart. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.

20 Poſſeſſor etiam dicitur malæ fidei poſt litem conteſtatam, aut poſt controuerſiā motam, ſeù denunciationem factam. vbi

Aaa enim

enim denunciatio fit de re aliena ſtatim conſtituit poſſeſſorem in mala fide. l. item veniunt. §. petitam. vbi Bart. & l. ſed, & ſi. §. ſi ante litem. vbi Doct. & l. illud. ff. de pet. hæred. & l. de eo. §. ſi poſt. ff. ad exhibend. l. certum. vbi etiam notant ſcribentes. & l. ſi fundum. vbi Bart. Bald. & alij. C. de rei vind. ſi tamen poſſeſſor poſt litem conteſtatam habeat iuſtam cauſam litigandi, & tunc res pereat, non debet illi imputari, cum non detur dolus, vel culpa. l. illud quoq; ff. de hæred. pet. & l. ſi à bonæ fidei poſſeſſore. vbi Bart. ff. de rei vind. & l. item veniunt. §. præter. verſ. eos autem. ff. de pet. hæred. & gl. verb. moram in l. item ſi. §. fin. ff. de rei vind. Leo. in tract. noui oper. c. 2. n. 14.

21 Poſſeſſor malæ fidei non tantum tenetur de rebus, & fructibus perceptis, ſed etiam de percipiendis. l. item veniunt. §. præter. verſ. Item placere, & §. cæterum, & l. niſi. §. Iulianus. & l. ſi poſſeſſor. ff. de hæred. pet. & l. fraus non modo, vbi Doct. & l. ſi nauis. §. fin. ff. de rei vind. & l. 1. C. de hæred. pet. & l. certum. vbi Bald. Iacob. & alij. C. de rei vind. & l. mala fide. vbi Bald. & Salicet. C. de cond. ex leg. & §. ſi quis à non domino. vbi Angel. inſt. de rerum diuiſion. & §. & ſi in rem. inſt. de offic. iud. Dec. in l. generaliter. num. 3. ff. de regul. iur. Neguzan. de pign. 4. memb. 5. part. numer. 20. & Pinel. in l. 2. numer. 60. C. de reſcind. vend. Grac. de melioramẽt. cap. 23. numer. 45. Valaſc. conſult. 83. numer. 17. deducit tamen ſumptus, quos fecit gratia colligendi fructus, quoniam ſemper fructus intelliguntur deductis neceſſarijs expenſis. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem. vbi Bart. & l. ſi à domino. §. fructus. vbi etiam notat Bart. ff. de hæred. pet. & l. domum. vbi Doct. C. de rei vind. ſi tamen poſſeſſor habeat titulum, non tenetur de fructibus percipiendis, quoniam regula ſupra relata, quod poſſeſſor malæ fidei teneatur de fructibus præcipiendis, eſt intelligenda de malæ fidei poſſeſſore ſine titulo, nam ſi habeat titulum, licet ſit nullus, excuſatur à fructibus præcipiendis. vt colligitur ex text. in l. ſi fundum. vbi gloſſ. verb. percepiſſe. C. de rei vind. & Dec. in l. generaliter num 6. ff. de regul. iur. & gloſ. verb. cogitur. in §. ſi quis à non domino. inſt. de rerum diuiſion. fallit tamen in quatuor caſibus. quos refert gloſſ. verb. percepiſſe. in d. l. ſi fundum. C. de rei vind. & gloſſ. verb. cogitur. in d. §. ſi quis à non domino inſt. de rerum diuiſion.

22 Poſſeſſor malæ fidei tenetur ad quantũ prædia tam vrbana, quàm ruſtica ſua negligentia ſunt deteriorata, & damnificata. l. ei qui partes. §. cum prædia, vbi Bart. & l. non ſolum. ff. de pet. hæred. & l. non ſolum. vbi Doct. ff. de rei vind. Leo. in tract. noui oper. nunciat. cap. 6. num. 12. Gerip. conſil. 2. num. 32.

23 Poſſeſſor tenetur de interitu, & periculo rei, ſi fuit in mora, & malæ fidei poſſeſſor ſemper eſt in mora. l. item ſi ſeruus & ibi gl. verb. moram. & Doct. ff. de rei vind. & l. quod te mihi. vbi Bart. Paul. de Caſt. Fulg. Alex. Iaſ. & alij. ff. de reb. cred. & l. item videndum. ff. de hæred. pet. & l. Iulianus. §. quod ſi dolo. ff. de rei vind. Merg. conſil. 27. num. 48.

24 Poſſeſſor nõ debet habere malam fidei, ad acquirendam præſcriptionem rei, quã poſsidet, quoniam poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit. c. vigilanti. vbi Ant. de But. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes. de præſcript. & regula poſſeſſor. vbi notant Doct. de regul. iur lib. 6. niſi præſcriptio ſit lõgiſsima, & proueniat ex mera negligentia non petentis gl. verb. vtrum, & gl. verb. poſſeſſor. vbi Doct. in regula poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6.

25 Poſſeſſor malæ fidei, debet reſtituere rẽ ipſam, ſi extat, namq; ſi non extat, tenetur in quantum in litem iuratur. l. item veniunt. §. cæterum. vbi Bart. ff. de pet. hæred. & l. niſi. §. Iulianus vbi etiam notat Bart. ff. eodem. & l. non ſolũ. ff. de rei vind. aut illud, quod ex re illa factum fuit, ſi nõ mutauit ſpeciem. l. ſolum. §. meum. & l. eius rei. & l. qui reſtituere. ff. de rei vind. & l. de eo exhibendo. §. ſæpius. verſ. ſi quis. ff ad exhibendum. gloſ. in ſumma, in c. pro poſſeſſore. vbi communiter Doctor. de regul. iur. lib. 6.

26 Poſſeſſor, qui dolo deſinit poſsidere, ad fraudem actoris, tenetur, aut eius hæres, ac ſi poſſediſſet, & ſi non poteſt reſtituere rem, reddet æſtimationem illius. d. cap. pro poſſeſſore. vbi Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. qui dolo. 173. & l. partẽ eſſe. 192. & l. ad ea. 199. ff de regu. iur. & l. itẽ veniũt. §. præter. verſ. itẽ eos. & l. ſed & ſi. §. perinde. vbi DD. ff. de hæred. pet. & l. quod ſi dolo. & l. is qui dolo. ff. de rei vind. ſi tñ ſine dolo malo amiſit poſſeſsionẽ, abſoluẽd⁹ erit, niſi fuiſſet in

mora

Digitized by Google

mora. l.ſin autem.§.poſsidere. vbi Bart.ff. de rei vind. & l.ſi à te. & l.ſi rem meam.ff. de except. rei iud. & c.aduerſario.vbi Doctor. de except. & gl.verb. pro poſſeſſore. ad fin. vbi Din. in regula. poſſeſſor.de regul.iur. lib.6.& gl.verb.in reo. in c.Abbate. de ſent.& re iud.

27 Poſſeſſor, qui poſt litem conteſtatam, rẽ diſtraxit, tenetur de re,& de fructibus, l. ſi poſſeſſor. aliàs. l.item veniunt. §.quid ſi poſt. vbi Doct. & l.inæſtimationibus. ff. de hæred.pet. & l.apoſsidentibus.C.de rei vind. ſi tamen necesſitate coactus diſtraxiſſet, non teneretur, niſi ad pretium dũtaxat, puta quia erant fructus, & illos diſtraxit,ne corrumperẽtur,tunc enim in ciuile eſſet, ſi ad plus, quam ad pretium teneretur. l.item ſi.§.ſi quis rem.vbi gl.verb. duntaxat,& Doct.ff.de pet.hæredit.

28 Poſſeſſor malæ fidei non dicitur ille, qui errauit in iure,putans ad ſe rem pertinere,quamuiſ reuera non pertineret,quoniam error iuris non conſtituit poſſeſſorem in mala fide. l. ſed & ſi lege. §.ſcire.ff. de pet. hæred. & l. ſi poſt diuiſionem. vbi Doct.C.de iur. & fact. ign. licet enim error iuris non proſit in acquirendo vſucapionem. l.error. ff. de iuris, & fact. ign. & l. error. C. eodem. prodeſt tamen ad acquiſitionem fructuũ. d. l. ſed, & ſi.§.ſcire. vbi Bart. ff.de pet. hæred. gloſ.verb. errãti. in l.ſi fur, §. ſi quis. ff.de vſucap.Din.in regul.poſſeſſor.de regul.iur.lib.6.

29 Poſſeſſor bonæ fidei dicitur ille,qui putat ſe eſſe dominum rei, quam poſsidet,& ignorat,quod ſit aliena.c.ſi virgo.34.quæſ.2.& l.apud Antiquos.§.cum igitur.vbi gl. verb. cogitatione, & Bart. Bald. Salicet.& alij. C. de furt. & ſeruo corrupt. & notant communiter Doct. in regula. poſſeſſor.de regul.iur.lib.6.

30 Poſſeſſor bonæ fidei tenetur ad fructus extantes, & poſt litem conteſtatam tenetur ad omnes, quoniam tunc incipit eſſe poſſeſſor malæ fidei. l. certum.vbi gl.ver. vniuerſos, & Doct. C.de rei vind.& l.1.C. de pet.hæred.& §.ſi quis à nõ domino.vbi etiam notant ſcribentes.inſt.de rerũ diuiſ, & §.& ſi.in rem.inſt.de offic.iud.

31 Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur niſi in illo,quo factus eſt locupletior. l.item veniunt. §.prætor. verſ. eos autem.& l.ſed & ſi. §. conſuluit. vbi Bart. & l. ſi & rem. ff. de pet. hæred. & l.1. §. vſuras. C. de pet. hæred. Dec.in l.ſicuti.n.4. ff.de regul.iur, & vtrum poſſeſſor bonæ fidei ſit factus locupletior, inſpicitur tempus rei iudicatæ. l.ſi à non domino. §.quo tempore. vbi gl. verb.rei iudicatæ. & Doct.& l.ſed & ſi. §.ſi qui re ſua. ff.de pet.hæred.

32 Poſſeſſor bonæ fidei victus ad poſſeſſionem relinquendam habet retentionẽ, ſi aliquas vtiles fecit expenſâs, aut pecuniam ſoluit creditoribus hæreditarijs, & non poteſt expelli ab illa poſſeſsione, donec illi pecunia illa, & expenſæ ſint ſolutæ, l. ſi quid poſſeſſor. vbi Bart. & l. quod ſi ſumptum. ff. de pet. hæred. & l. ſin autem. §.pen.& vlt. & l.quod ſi artificem. ff. de rei vind. & l.creditoris. §. dominus. ff. de furt. & §. certe illud. vbi Aret. inſt. de rerum diuiſione.

33 Poſſeſſor tamen bonæ fidei poteſt de æquitate petere expenſas, quas in re poſſeſſa fecit, tribus modis, videlicet per actionem, aut per exceptionem, aut per officium iudicis. l.domum.vbi gl.ver. nullã, & Doct.C.de rei vind.& l.Paulus.ff.de except.& gl.verb.ſeruare. in l.ſi in area. vbi Iaſ. ff.de cond. ind. de rigore tamen iuris, non datur actio, niſi per vſam retentionis. d. l.ſi in area.vbi Bart. Paul.de Caſtr.Alb. Iaſ. & alij. & l. ex quibus. vbi Doct. ff. de cond.indeb.Valaſc.conſul.111.n.17.

34 Poſſeſſor malæ fidei non poteſt repetere, niſi ſumptus neceſſarios, ſed vtiles poteſt abradere ſine læſione rei. l. domum. vbi Iacob.Bald.Salic. & alij. C.de rei vind, & l.in fundo.vbi Doct.ff.de rei vind.hodie tamen non eſt in vſu illa ab raſio, & expẽſæ vtiles petuntur officio iudicis. vt tenet Bart.in d. l.domum. C.de rei vind.& dixi ſupra verb.expenſæ. §.5.

35 Poſſeſſor bonæ fidei, ſi rem diſtraxit antequam fuiſſet in mora, non tenetur reſtituere, niſi pretium rei, in quo fuit locupletior, nec ſi pretio illius rei alteram cõparauit, & illam in ſuum patrimonium conuertit, tenetur reſtituere niſi pretiũ, quod recepit, & in quo patrimonium ſuum auxit. l.ſed, & ſi. §. item ſi rem. vbi Bart. ff.de pet. hæred. vnde qui bona fide emit aliquid à non domino, tenetur illud reſtituere domino ſuo, vbi primum ſciuit dominum illius non eſſe vendentem, & eſſe alium, etiam non reddito ſibi pretio pro eo dato. l.mater. & l.mancipium. C. de rei vindicat. & ſi iam, cum ſciuit, illud non habebat, tenetur ad id in quo factus eſt locupletior.d.§.item ſi rem.

Digitized by Google

vbi Doct. ſi autem in nihilo factus eſt locupletior, ad nihilũ tenetur domino, nec alteri, cui bona fide vendidit illud eodem, vel minori pretio, quo emerat. l. in creditore, & l. cum ea. ff. de euict. licet ſi pluris venderet, quàm emiſſet, illud plus reſtituere tenetur, quia in illo dicitur locupletior: vt tenet Caiet. 22. quæſt. 62. art. 6. & in ſumma verbo. reſtitutio. §. 2. & faciunt iura ſupra relata, ſi autem poſtquam ſciuit rem eſſe alienam illam vendidit, tenetur emptori ad damnum reſtituendum, quia eius error alteri nocere non debet, & iam tunc factus eſt poſſeſſor malæ fidei. l. item veniunt. §. petitam. vbi Doct. ff. de pet. hæred.

36 Poſſeſſor transferendo rem in alterum, non poteſt in illum plus iuris transferre, quàm ipſe habet. c. nemo. 79. vbi Doct de regul. iur. lib. 6. & c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & c. daibertum. 1. quæſt. 7. & c. quod autem, & c. curam de iure patr. & l. traditio. vbi Doct. ff. de acquir. rer. dom. & l. aliud. §. abſurdum, & l. nemo 162. ff. de regul. iur. vnde agens rei vindicatione, debet probare de dominio ſui anteceſſoris, quia venditor non transfert dominium, ſi non eſt dominus. l. exempto. in prin. ff. de act. empt. & l. 1. ff. de rerum permut. & l. in rem. ff. de rei vind. Afflict. deciſ. 40. nu. 3. Aymon. conſil. 157. Cæſar. Vrſ. deciſs. 40. num. 1. nec emens rem Eccleſiæ à non habente poteſtatem vendẽdi, conſequitur dominium, ſeù poſſeſsionẽ. l. iubemus. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Alex. in l. 1. §. ſi vir. & vxor. col. 1. ff. de acquir. poſſ. Cæſar. Vrſ. deciſs. 268. n. 3. Capicis. 182.

37 Poſsidens poſt contractum venditionis, ſciente, & conſentiente venditore, ſiuè nõ contradicente, acquirit verum dominium ſi res erat venditoris, tanquam ſi res illi tradita fuiſſet, quamuis in inſtrumento venditionis non contineatur traditio rei. l. minus, vbi gloſſ. verb. ſi ſciente, & Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de acquir. poſſeſſ. & l. ſi ate. vbi Doct. ff. ſi ſeruit. vind. & l. ſi ſine. C. ad vellejan. & l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter vir. & vx.

38 Poſsidens nomine alterius, non dicitur poſsidere, ſed ille cuius nomine poſſidetur. cap. ſi diligenti. de præſcript. & cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non conteſt. & cap. cum veniſſet de reſt. ſpol. & l. quod meo. vbi Doct. l. generaliter. vbi Paulus de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de acquirend. poſſ. & l. vſu retinetur. ff. quẽadmod. ſeruit. amitt. & l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. ff. de pet. hæred. & l. 1. vbi Bald. C. communia. de vſucap. & l. ſi quis alterius. vbi Doct. C. vbi in rem. act. vnde qui conſtituitur poſſeſſor nomine alterius, acquirit illi veram, & propriam poſſeſsionem, quamuis conſtitutus ſit actu ficto. l. certe. vbi Doct. ff. de præcario. Bald. in l. ab emptione. ad fin. ff. de pact. Iaſ. in l. Gallus. §. ſi eius. nu. 27. ff. de liber. & poſthu.

93 Poſsidens nomine alterius, ſi ab aliquo conueniatur, debet nominare illum, in cuius nomine poſsidet in iudicio, & tunc iudex faciet citari illum verum dominum, & cum eo cauſa agitabitur & non cum illo, qui nomine alterius poſsidet. cap. quoniam. §. in allijs. vbi Abb. num. 6. vt lit. non conteſt. & l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. vbi Doct. ff. de pet. hæred. & l. 2. vbi etiam notant ſcribentes. C. vbi in rem. act. & ord. libr. 3. titulo 45. §. 10. ſi tamen ille, qui nomine alieno poſsidet dolo, aut negligentia poſſeſsionem relinquat, non præiudicat domino rei, quoniam ex aliena malignitate nõ, debet quis damnum ſuſtinere. l. fin. vbi Doct. C. de acquir. poſſ.

40 Poſſeſſorium iudicium in triplici eſt differẽtia, aliud namq; datur pro adipiſcẽda poſſeſsione, aliud pro recuperanda, & aliud pro retinenda. vt notat gloſſ. verbo. quod de recuperanda. in cap. paſtoralis. vbi Doct. de cauſa poſſeſſ. & propr. poſſeſſio tamen nihil habet commune cum proprietate in ſubſtantia, & in eſſentia, vnde bene poteſt vna, ſine altera agitari. l. naturaliter. §. nihil commune. vbi Doct. & l. permiſceri. ff. de acquirend. poſſ. & l. & an eadem. §. fin. ff. de except. rei iud. Bald. in cap. 1. de cauſa poſſ. & prop. quoad ventilationem tamen habent connexitatem, & continentiam, ita vt ſub eodem iudice terminentur. c. 1. vbi Abb. nu. 1. Bald. nu. 2. & alij. de cauſ. poſſ. & clem. vnica. eodem titul. & l. nulli. vbi Alex. C. de iud. dixi ſupra verb. actor. §. 7.

11 Poſſeſſorio itaq; & petitorio iudicio ſimùl intentato, poteſt tunc iudex vtrumq; tractare, & vna ſententia terminare, alias primo pronunciatur ſuper poſſeſſorio, poſtea verò ſuper petitorio, c. ad vltimum. vbi Doct. & c. cum Eccleſia Sutrina, vbi etiam

notant

Digitized by Google

notant ſcribentes, & cap.cum dilectus.de cauſapoſſ.& prop. & l.cum fundum.§.cũ, qui, vbi Bart. ff. de vi, & vi armat. & l. ſi quis. C.finium. regund. poteſt tamen actor, ſi intentauit poſſeſſorium, & ſuccubuit agere petitorio, quoniam per actionẽ poſſeſſorij non confunditur actio petitorij. l. & an eadem. §.ſi quis. vbi Paul. de Caſtr.ff.de except.rei iud.& c.querelam,de elect.& c.cum olim,vbi Doct.de cauſa poſſeſſ. & propr. & etiam poteſt tranſire de petitorio ad poſſeſſorium, antequàm ſit in cauſa concluſum, ſolutis tamen expenſis, poſtea verò non poteſt, c. paſtoralis. vbi Gofred.Ant.de Butr. Hoſt.Innocent.Abb. & omnes.de cauſa poſſeſſ.& prop.& clem. vnica. vbi Doct.eodem titul.& c.ſignificauerunt.deteſt.& l.naturaliter.§ nihil commune. vbi Bart. Bald. Lud.Rom. Paul. de Caſtr.Imol.Alex.Aret. Iaſ. & omnes. ff.de acquir.poſſeſſ.Gerip.conſil.38.n.26.

42 Agens poſſeſſorio melius facit, quã petitorio, ſi aliquo interdicto poſſeſsionem nanciſci poteſt.quoniam potior eſt qui tenet, quàm qui proſequitur, & compellit aduerſarium ad onera petitorij. c.in pari. vbi Doct.de regul.iur. libr.6. & c.ſi à ſede. de præb.lib.6.& l.is,qui diſtinauit.vbi Bar. ff.de rei vind.

43 Poſſeſsiones, quæ ſunt de menſa, non poteſt Epiſcopus alienare. c. vt ſuper. vbi Doct. & c. poſſeſsiones. vbi Ant. de Butr. Hoſt.Innoc.Ioan.And.Abb. & alij.de reb. Eccleſ. non alien.

Verbo Præcarium.

1 PRæcarium eſt illud,quod præcibus petenti vtendum conceditur tandiu, quandiu is, qui concedit patitur. l.1. vbi Doct. ff.de præcar.& c.fin. vbi verb. præcariæ. in c.1. vbi etiam notant ſcribentes. de præcarijs, vnde ex parte concedentis poteſt ad libitum reuocari, quandocumq; ſibi placuerit,& propria auctoritate, ſi eſt præcariũ neutrius generis.ex Corn. cõſil. 27.n.14. lib.4. Merg. conſil.3. n.12. cum tamen ſine incommodo illius, cui fuit facta conceſsio, fiat, & cum aliquo temporis interuallo, vt tenet Abb.in c.fin. n.13.de præcar.Cou.ru.lib.3. reſolut.cap.15.nu.6. & in hoc differt præcariũ neutrius generis, à præcaria fœminini generis,quoniam præcaria non poteſt reuocari ad libitum concedentis,ſicut præcarium,quoniam præcaria eſt quidam contractus,vel donatio vſus fructus, vel quaſi contractus emphyteuticus,aut aliquis ſimilis, vel eſt contractus initus ad preces aliquorum, ad magnum, ſeù modicum tempus, quod renouatur de quinquẽnio in quinquenniũ,ſi ita ſit cõſuetudo, aut inter partes conueniatur, quod de quinquennio in quinquenniũ renouetur. c.1. vbi Abb.n.3. de præcar.idẽ Abb. in c.fin.n.7. eodem tit. & c.præcariæ.1.& 2.in 10.quæſt.2.Cin.in l.1.C.de iure emp. Aluar. in proœm. feud. col.fin. Bart. in l.ſi finita. ff. de damno infect. Valaſc. de iure emph.quæſt.34. nu.12.

2 Præcarium differt à donatione, quoniã donatio regulariter non reuocatur à donatore, ſed potius donator dat, ne recipiat, at qui præcario concedit, eſt recepturus, quando ſibi placuerit ſoluere præcarium. l.1. vbi notant Doct. ff.de præcar. & ſumma Angel.verb.præcarium.in prin. & poſtquam præcarium eſt conceſſum,valet, & durat, donec reuocetur, & pœniteat concedentem. l2.§.1. vbi Doctor. ff. de præcar. & non pendet à voluntate tantum, ſed à reuocatione voluntatis. vt probatur ex iuribus ſuprà relatis.

3 Præcarium etiam differt à commodato, quoniam commodatum debet concedi ad certum vſum, & tempus determinatum, præcarium verò conceditur ſtrictè loquẽdo, ſine terminatione temporis,& vſus illius rei, quæ præcario conceditur, nec poteſt commodatum reuocari intempeſtiuè. cap. 1. vbi Doct. de commod. & l. in commodato. §. ſicut. vbi Bart. num.2. ff. commod.præcarium tamẽ poteſt reuocari cum placuerit concedẽti, etiamſi interueniſſet pactum de non reuocando,quia tũc præuertitur natura præcarij. l.1. vbi gloſſ. verb.ſimile.& l.cum præcario.vbi Doct.ff. de præcar.& gloſſ.verb.præcarium in cap. fin. de præcar. & gloſſ.verb. officiali. in c. 2. de conſuet.libr.6. quamuis etiam præcarium lato modo ad tempus dicatur. l. in rebus. §. item,qui præcario, & l.ſed ſi manente. ff.de præcar. Abb.in c.fin.num.11. de præcar.

4 Præcarium conſiſtit in re, tàm mobili, quàm immobili, & in ſeruitutibus,& iuribus. l. ait prætor. §. habere præcario. & l. veluti, & l. in rebus. vbi Doct. ff. de præcar.& gloſſ.verb.præcarium.in cap.fin.vbi etiam notant ſcribentes. de præcar. & ſic

gratis. c.Clerici.& c.poſſeſsiones.16.quæſ. 3. Abb.in c.1. nu.4. de præcar. aliquando tamen præcariũ non fit omnino gratis,ſed ad certum tempus,ſecundum partium cõuentionem, & datur aliquid annuatim: vt tenet Abb.in d. c.1.n.2.de præcar.

5 Præcarium multis diſſoluitur modis, primo, interueniente voluntatis reuocatione illius, qui conceſsit. c.fin. vbi gl.1. & Doct.de præcar. & l.1.& l. & habet: vbi etiam notant ſcribẽtes.ff.de præcar.Corn. conſil.27. n.14. lib.4. nec pactum in contrarium valet. l.cum præcarium.ff.de præcar. c.fin.vbi Doct.de præcar. Cou.ru.de ſponſal.2.part. cap.3. nu.5. Valaſc.de iure emph. quæſt.34. n.2.

6 2. Diſſoluitur obitu illius,cui præcariũ conceditur, quoniam eſt conceſsio perſonalis, quæ extinguitur cum perſona. d. c. fin.vbi glo.verb. ſoluitur, & Doct.de præcar.& l.cum præcario. §.præcario.& l.quæſitum. §. quod à Titio. ff.de præcar. quoad concedentem tamen non extinguitur cũ perſona,quia præcarium durat donec reuocetur. d. c.fin. de præcar.& d.l.quæſitũ. §. quod à Titio. & l.cum præcario.§.præcarij. Bart.Ang.Alex. Iaſ. & alij.in l.centeſsimis, §.fin. ff.de verb. obligat. & Paul. de Caſtr. in l. Lucius.ff.de donat. & Tiraquel.de Conſt.in 12.ampl.2.part. Cou.ru. lib.3. reſolut.cap.15. nu.1.& de ſponſal.2. cap.3. nu.1.

7 3. Finitur ſi concedens præcario rem alienauerit, niſi de voluntate noui domini res permaneat apud eundem. d. c.fin. vbi gl.verb.ſoluitur, & Abb. n.2. de.præcar.& l.quæſitum.§.quod à Titio.ff.de præcar.

8 4. Finitur præcarium pignoris,ſi debitor ſoluat pecuniam creditori. l. certè. §. quæſitum.vbi Doct.& l.ſi debitor.vbi Bar. ff.de præcar. & gl.verb.ſoluitur.in c.fin.de præcar.Valaſ.de iure emph.q.33.n.8.

Verbo Præceptum.

1 PRæceptum eſt iuſsio, vel Imperium faciendi aliquid,vel non faciẽdi,& aliud eſt affirmatiuũ, & aliud negatiuum,in quibus datur aliqua differentia,quoniam præceptum affirmatiuum nõ obligat ſemper, & ad ſemper, ſed data oportunitate pro loco, & tempore;negatiuum autem obligat ſemper, & ad ſemper: vt notat Arch. in c. ſi peccauerit. 2.quæſt.1. ſumma Ang. verb præceptum.in princ. & D.Thom.22. quæſt.33. artic.2.& in 4.ſent.diſt.37.

2 Præcepta legis diuinæ veteris teſtamẽti, alia ſunt moralia,alia ceremonialia,& alia miſtica, & hæc alia hodie obſeruantur, & alia non;moralia hodie ad litterã ſunt obſeruanda,vt diliges Dominum Deum tuũ, non mechaberis, non furtum facies,& cætera;cæremonialia vero iam hodie abolerunt,vt non arabis cũ boue,& aſino,& cætera; miſtica ſunt ſacrificiorum præcepta, & hæc non obſeruantur ad litteram ſed mens illorum obſeruatur.vt notatur in gl. verb.decimarum.in c.1. vbi Doct. de decim.lib.6. & gloſſ.verb. his itaq; in §. his itaq; diſt.6. & D. Thom.22.quæſt.87. art. 1.Caiet.ibidem ſummiſtæ.verb.præceptũ.

Verbo Prædicare.

1 PRædicare eſt officium Prælati,& Curæ, in ſua Eccleſia, & illis ſolis competit de iure communi. clem. dudum.§.verum. vbi gloſ.verb.Eccleſijs. in §.nos autem.de ſepult.& gl.verb.officia. in clem.1.vbi Doctor.de regul.Abb.in c.ſanc.3.notab.de celebrat. Miſſ. Trid.ſeſſ.5. cap.2. de reform. & ſeſſ.24. c.4.de reformat.& Nau.in Man. cap.25. n.143.

2 Prædicare poteſt Summus Pontifex in toto orbe terrarum, & ille, cui Summus Pontifex munus illud commiſerit. c.fin. §.vlt.vbi Doct.de offic.iud.delegat.& cap. excommunicamus. §. quia vero. vbi Ant. de Butr.Innocent.Ioan.Andr.& alij.de de hæret. & Doct. in clem. dudum. de ſepult. Nau.in Manu.cap.25. n.141.

3 Epiſcopi in ſua diæceſi, aut illi, quos Epiſcopi aſſumpſerint poſſunt prædicare in tota diæceſi, c.excõmunicamus. §.quia vero. vbi Doct.de hæret.Abb.in cap.inter cætera.n.1.& alij de offic.ord. Trid.ſeſſ.5. cap.2. de reformat.& ſeſſ.24. cap.4.de reformat.& Nau.d.nu.141.& omnes Prælati Eccleſiaſtici, ſi ſunt diæceſani, poſſunt prædicare ſuis ſubditis. c. inter cætera. §. vnde præcipimus. vbi Doct. de offic. ord. & clem. dudum. vbi Card. de ſepult. Trid. ſeſſ.5. cap.2.de reform. Nau.in Manu.cap. 25.num 141.

4 Prædicare etiam poſſunt in ſuis Eccleſijs Archipresbyteri, plebani,& quicumq; obtinent Eccleſiam cum Cura animarum, quia hoc eſt officium Rectoris Eccleſiæ parochia-

Digitized by Google

parochialis: vt notat gloſſ.verb. officia. & Doct. in clem.1. de regul.& in clem.dudũ de ſepult.Abb.in c.inter cætera.n.1.de offic.ord.idem Abb.in c.quã ſit. n.4.de Iud. & Sarracen.Fel.in d. c.excommunicamus. §. quia vero. col.4. verſ. not. de hæret. & Trid.ſeſſ.5. cap.2. de reformat. & ſeſſ.24. cap.4. de reformat.poteſt etiam parochus dare licentiam alicui noto, & approbato, vt prædicet in ſua Eccleſia, quoniã in illa eſt ordinarius, qui poteſt delegare omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, auth. ad hæc. vbi DD.C.de iud. & auth.vt defunt.ſeù funer. corũ.§. illud. etiã coll.5. & gl.verb.concedimus. in c.peruenit. 95.diſt. Nau.in Man. cap.25. n.141.

7 Prædicare enim nulli licet in aliena parochia, ſine licentia Rectoris illius. c.cum ex iniuncto. de hæret. & c.1. §. confirmatos.ad fin.vbi gl.verb.ſepulturam,& Doct. de religioſ.domib. libr.6. aut ſine licentia Epiſcopi diæceſani, qui prædicatores aſſumere poteſt, vt prædicent in tota ſua diæceſi, cum enim Epiſcopus poteſt exercere omnia, quæ ſunt iuriſdictionis in quocumq; loco ſui Epiſcopatus, ita poteſt cõmittere officium prædicandi alicui perſonæ, quam ad munus illud aſſumere velit; & tunc ſufficit illa licentia ab Epiſcopo obtenta, quia habet iuriſdictionem in tota ſua diæceſi, c. cum Epiſcopus. vbi Ioann. Monach. Dominic.Ioan.And.Anch.& alij. de offic. ord. libr.6. Trid. ſeſſ.24. cap.4.de reformat.

8 Nullus enim ſine faltutate Epiſcopi, & illo contradicente, tàm regularis, quàm ſecularis poteſt prædicare, etiam in Eccleſijs ordinum ſuorum. c.quam ſit, vbi Doct. de Iudæis,& Sarracen.& Trid. ſeſſ.24.cap. 4.de reformat.

9 Prædicare non poteſt aliquis regularis, cuiuſcũq; ſit ordinis, niſi pri⁹ fuerit approbatus à ſuo ordinario ſuperiori, & examinatus de vita, moribus,& ſcientia,& obtẽta ab eo licentia, debet cum illa ſe Epiſcopo diæceſano præſentare, & ab eo petere benedictionem, antequàm prædicare incipiat, etiam in Eccleſijs ſui ordinis, quoniam in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltrà licentiam ſui ſuperioris, tenetur habere licentiam Epiſcopi, ſine qua in illis prædicare non poteſt. vt habetur in Trid.ſeſſ.5. cap.2. de reformat.& ſeſſ.24. cap.4. de reformat. Nau. in Manu. cap.25.nu.143.

10 Prædicare non poteſt laicus, nec interpretare ſacram ſcripturã prædicando, nec diſputari de fide Catholica. c. nemo. vbi Doct. de ſumma Trin. & c.cũ ex iniuncto. & c.ſicut. vbi Ant.Hoſt.Abb.& alij.de hæret. & c.2. §. inhibemus. vbi Doct.eodem titul. lib 6.& l.nemo.C.de ſumma Trin.

11 Prædicari licitè poteſt excommunicato & interdicto, & poteſt excommunicatus, & interdictus ingredi Eccleſiam. vt audiat Verbum Dei, & citius ſe corrigat, & hæc eſt ratio propter quam tempore interdicti cõceditur prædicatio interdictis,& excommunicatis. cap.reſponſo, vbi Doct.de ſent.excommnnicat. & notat Card. & alij in clem.dudum de ſepult.Nau.in Manu.c. 27. n.146.ſumma Angel.verb. interdictũ. 6. §. 13.

12 Prædicatores poſſunt recipere elemoſinam ab excommunicato, & interdicto, & ab illis, qui retinent bona aliena, ſi aliteŕ ſubſtentari non poſſunt. c.cum voluntate, § prædicatores, vbi gl.verb.quaſi. & Abb. n.7. de ſent.excommunicat. Gerip.conſil. 32.n.27.Hoſt.& Ioann.And.in d. §.prædicatores.

13 Prædicans non teneri quem per ſoluere decimas, incurrit excommunicationem, quia decimarum ſolutio debita eſt Deo, & qui eas dare noluerit, aut dantes impedit res alienas inuadit.c.1.vbi Doct. de decim. lib.6. & Trid.ſeſſ.25.cap.12.de reformat.

Verbo Præſcriptio.

1 PRæſcriptio eſt quoddam ius, ex tempore congruens, auctoritate legũ vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponẽs, vt diffinit Abb. in Rubric.nu.1.de præſcript.& Ioan.And. in c.poſſeſſor. de regul.iur. lib.6.ſummiſtæ verb. præſcripto, aliter tamen diffiniẽdo, præſcriptio dicitur exceptio capiens ſubſtantiam ex tẽpore, & quæ actioni perſonali, vel in rem opponitur, vt tenet glo. verb ſeqnitur.in ſumma.16.quæſt.3.& glo. in poſitione caſus, ad fin. in c.poſſeſſor.de regul.iur.lib.6. ſed prima diffinitio, magis congruit præſcriptioni.

2 Vſu capio tamen aliter diffinitur, licet enim lato modo loquendo vnum comprehendat alterum, ſtrictè verò differunt, nã vſucapio dicitur acquiſitio dominij per continua-

continuationem poſſeſsionis ſpacio tẽporis lege diffiniti. l.3. vbi Doct. ff. de vſurp. & vſucap. & gl. verb. quod autem. in ſumma. 16. quæſt. 3. & gloſſ. verb. ſed verum. ad fin. vbi Ioann. Andr. de regul. iur. libr. 6. & Abb. in Rubric. num. 3. de præſcript. vſucapio tamen nõ dicitur niſi in re mobili. l. in ſeruorum. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. tẽp. præſcript. prin. inſt. de vſucap. & glo. verb. quod autem in ſumma. 16. quæſt. 3. & l. rerum mixtura. vbi Doct. ff. de vſucap. & l. ſi ſolum. ff. eodem titul.

3 In vſucapione quinq; requiruntur, videlicet, bona fides, vt is, qui poſsidet, credat rem, quam poſsidet, ſuam eſſe, & exiſtimet tradentem eſſe dominum rei, & habere poteſtatem diſtrahendi, quamuis erret in facto. l. bonæ fidei. ff. de verb. ſign. & l. qui à quolibet. ff. de contrahend. empt. & l. ſi aliena. vbi Paul. de Caſtr. ff. de vſucap. & l. 2. §. ſeparata. vbi etiam notat Paul. ff. pro emp. & §. ſi quis à non domino. inſt. de rerum diuiſ. & iuſtus titulus. c. ſi diligenti. de præſcript. & l. ſi aliena. vbi Doct. ff. de vſucap. & l. nullo iuſto. vbi Bald. C. de rei vind. & c. dilatio tua. §. poteſt. 16. quæſt. 3. ſufficit tamen titulus putatiuus iuſto errore interueniente. l. pignori. §. cum qui. vbi Doct. & l. quod vulgò. ff. de vſucap. & l. 2. §. ſi à pupillo. vbi Bart. num. 1. ff. pro empt. & l. cum qui aliàs. l. ſed & ſi. §. Marcellus. vbi etiam notant Doct. ff. de publ. in rem. act. & l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. pro donat. & l. pro legato. & l. fin. ff. pro legat. aliter tamen ſi non interueniret iuſtus error, quia tunc non proderit titulus. l. iuris ignorantia. ff. de iuris, & fact. ign. & d. l. 2. §. ſi à pupillo. vbi Bart. numer. 1. ff. pro empt. & l. fin. C. de vſucap. pro hæred. & requiritur continua poſſeſsio ſine interruptione, vſq; in finem præſcriptionis. l. naturaliter, & l. ſi aliena. §. fin. & l. ſi is, qui. vbi Doct. ff. de vſucap. & l. 2. §. fin. vbi Bart. ff. pro empt. & c. illud. de præſcript. & gl. verb. quod autem. in ſumma. 16. quæſt. 3. & etiam requiritur quod ſit res mobilis. vſucapio enim non procedit in rebus immobilibus, ſed in mobilibus, & ſe mouentibus, prin. inſt. de vſucap. vbi glo. verb. vſucapiantur, & Doct. & Abb. in Rubric. nu. 3. de præſcrip. & gl. ver. quod autem in ſumma. 16. quæſt. 3. ſumma Ang. ver. vſucapio. §. 2. Doct. in Rubric. ff. de vſucap. requiritur quoq; vt res non ſit vitioſa. l. bonæ fidei. §. in contrarium. ff. de acquirend. rer. domin. & l. ſequitur. §. quod autem. & §. ſitu. vbi Paul. de Caſtr. & l. ſi homo. ff. de vſucap. & §. 1. & 2. vbi Doct. inſt. de vſucap. & l. 2. §. ſi ſeruus. ff. pro empt.

4 Et ita poſsidens rem mobilẽ, per triennium continuum eam vſucapione acquirit. l. vnica. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de vſucap. transformand. & l. nunquam. §. 1. vbi gloſſ. verb. numeratur. & Doct. ff. de vſucap. & prin. vbi gloſſ. verb. per triennium, & notant ſcribentes. inſt. de vſucap. Abb. conſil. 34. num. 1. part. 1. ſi autem non concurrat titulus, & bona fides, atq; continua poſſeſsio, & vnũ exiſtis deficiat, non procedit vſucapio, & tunc de iure ciuili ſolum procederet præſcriptio triginta annorum: vt tenet Bald. in l. in ſeruorum. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcrip. Ang. in l. ſeruum. C. familiercisc. & Doct. in l. 1. C. de ſeru. fug. de iure tamẽ canonico nunquam procedit præſcriptio, nec vſucapio cum mala fide. c. vigilanti, & c. quoniam. de præſcript. & regula poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6. & in hoc debemus obſeruare ius canonicum: vt reſoluunt Doct. in d. regula poſſeſſor.

Præſcriptio currit multis modis, namq; alia quadrienij. l. 1. & per totum. C. de quadr. præſcript. alia longi temporis, decẽ annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. l. 1. & l. emptor. & l. fin. vbi Doct. C. de præſcript. 10. vel 20. annorum, & authent. quod ſi quis ibidem. alia longiſsima triginta, vel quadraginta annorum. l. 1. vbi Doct. & l. 2. & per totum. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, & c. de quarta. vbi notant ſcribentes. de præſcript. alia centenaria, alia immemorialis, licet immemorialis centenariæ æquiparetur. c. ad audientiam cum multis alijs de præſcript.

5 Præſcriptio, quæ currit ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, requirit bonam fidem, & iuſtum titulum. c. vigilanti, & c. ſi diligenti. vbi Doct. & c. fin. de præſcript. & l. longi temporis. & l. diutina. & l. ſuper longi temporis. & l. fin. C. de præſcript. long temp. & l. præſcriptione. C. quib. non obijcitur lõg. temp. præſcript. & l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & authent. vt ſponſ. larg. §. rurſus. & ſeq. & ibi Doct. coll. 9. & prin. inſt. de vſucap. & l. improba. C. de acquir. poſſ. Abb. in conſil. 34. numer. 1. part. 1. & ſi aliquo tempore decem annorum detur præſentia, & aliquo abſentia, adijciun-

Digitized by Google

adijciuntur tunc illi, qui abſens fuit, tot anni ſuper decem, quot fuit abſens, c. cũ vobis. vbi gloſſ. fin. de præſcript. & l. nec non. §. quib. cauſ. maior. & l. quo tempore. C. de teſt. milit. & auth. quod ſi quis. vbi gl. verb. abſens. & Salicet. C. de præſcript. long. temp.

7 Præſcriptio tamen nihil videtur operari, vbi datur bona fides, & iuſtus titulus, nam qui habet iuſtum titulum cum bona fide, iam eſt ſecurus in ſua poſſeſsione, & nihil alio indiget, quoniam quod ſemel eſt meum, ex alia cauſa meum fieri nõ poteſt, re ſic ſtante. c. inter dilectos. de fid. inſtr. & l. poſsideri. §. ex pluribus. vbi Doct. ff. de acquirend. poſſ. & §. ſic ita inſt. de act. dic tamen quòd titulus dicitur iuſtus ad dandam cauſam præſcribendi, cum poſsidens putet illum eſſe iuſtum interueniẽte iuſto errore, forte emens rem ab illo, quem dominũ putabat, aut aliquid ſimile, quia tunc habens illum titulum cum bona fide præſcribit ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, quòd aliàs non præſcriberet, ſi titulũ illum non haberet. l. pignori. §. cum qui. vbi Paul. de Caſt. ff. de vſucap. & c. ſi diligenti. de præſcript. vbi Abb. num. 33. & l. ſi exiſtimans. ff. pro ſolut. & l. pro legato. ff. pro legat. & l. hominem. ff. pro ſuo, & gloſſ. verb. iuſtus titulus in d. c. ſi diligenti, & notant Doct. in l. quòd vulgò. ff. pro empt. ſi tamen non haberet iuſtum titulum, non præſcriberet ſpacio decem, vel viginti annorum. §. error. vbi Doct. inſt. de vſucap.

8 Præſcriptio longi tẽporis in petitione hæreditatis prodeſt illi, qui titulo poſsidet per decem annos, aut per triginta ſine titulo. l. hæreditatis. vbi Bald. & Salicet. Paul. de Caſtr. & alij C. de pet. hæred. & l. diutina. vbi etiam notant Doct. C. de præſcript. long. temp. & l. hæreditatem. vbi Bald. Salicet. Pau. de Caſt. & alij. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.

9 Præſcriptio. 30. annorum currit in iure adeundi, quando eſt ius extraneorum. l. hæreditatis. vbi Doct. C. de pet. hæred. & l. vnus. & l. hæreditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcrip. & gloſſ. 1. in l. quandiu. ff. de acquirend. hæred. & gloſſ. & Doct. in l. vnica. C. quand. non pet. part. & Bart. in l. filio præterito. nu. 28. ff. de iniuſt. rupt. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delib. Bald. Salicet. Iaſ. & alij in l. licet. C. de iure de lib. & ita de iure immiſcendi, quod competit ſuis hæredibus: vt tenet gloſſ. fin. & Doctor. in d. l. licet. C. de iure de liber. quoniam omnis actio tollitur ſpacio triginta annorum. l. ſicut. vbi Doct. & l. omnes. C. de præſcrip. 30. annorum, ſed exiſtimo quòd ſi frater nunquàm ſe immiſcuit cum fratribus in paterna hæreditate, ſed reliquit alios fratres ſimùl, & ſine diuiſione poſsidere, quòd tunc illi non currat præſcriptio triginta annorum, cum filius attento iure ciuili ſit hæres neceſſarius. §. 1. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defert. & tenet Iaſ. in l. licet. n. 2. C. de iure de liber. & ſemper alij fratres ſciant, ſe bona alterius fratris poſsidere, vnde illa præſcribere non poſſunt. c. vigilanti, & c. quoniam. de præſcript. & regula poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6.

10 Præſcriptio in actione perſonali, currit ſpacio triginta annorum, ſi alio minori tẽpore non ſit ſublata. l. ſicut. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij, & l. omnes. vbi Doct. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Abb. in cap. quia indicante. num. 5. de præſcript. & l. neq; mutui. vbi gl. fin. C. quib. non obijcit. lõg. tem. præſ. & l. 1. §. ad hæc. C. de annal. except. & l. receptitia. C. de conſt. pecun. & prin. inſt. de perp. & temp. act. & in iure iam radicato currit illa præſcriptio, ſeù in iure offerendi. l. cum notiſsimi. § eodem iure. vbi Salicet. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Iaſ. in l. quandiu. num. 11. ff. de acquirend. hær. d. fallit tamen: vt in gl. verb. triginta. in l. receptitia. C. de conſt. pecun. & in gloſſ. fin. in l. neq; mutui. C. quib. non obijcit. long. temp. præſcript. & tollit omne ius, & currit ſine titulo, non tamen ſine bona fide. l. fin. vbi gloſſ. fin. & Doct. C. vnde vi. & auth. vt ſponſal. larg. § rurſus. vbi Doct. col. 9.

11 Præſcriptio nunquàm currere poteſt cũ mala fide, neq; per mille annos. c. vigilãti, & c. quoniam. vbi Doct. de præſcript. & regula poſſeſſor. vbi latiſsime Couarru. poſt alios quamplures, quos ipſe refert de regul. iur. libr. 6. itaq;, nec qui malam fidem habet, nec vniuerſalis ſucceſſor illi⁹ præſcribere poteſt, etiam de iure ciuili, quoniam ius procedit in ſucceſſore vniuerſali a defuncto, & cenſetur eadem perſona, & conſtituitur in illa mala fide. facit text. vbi Doct. in l. cum hæres. ff. de diuerſ. tẽp. præſcript. Abb. in c. nihil. nu. 8. de præſcript. & ſufficit probari, quòd poſsidens cũ mala fide incæpit poſsidere, & originẽ

præſcrip-

præſcriptionis fuiſſe vitioſam.ex gl.verb. bona fide.in c fin. de præſcrip.

12 Bona fides ſemper indubio præſumitur, niſi mala fides probetur. l.verius. vbi Doct. ff.de probat. & gloſſ.verb. qui bona fide. in prin inſt.de vſucap.& gl.verb.bona fides.vbi Abb.num.14.in c.ſi diligenti, de præſcript. Old. conſil.244.& l.pen. C. de euict. Balb.in l.celſus.3.part.nu.2.& 9. ff.de vſucap.& Mench.quæſt.illuſt.81.n.4. vnde ſufficit allegare bonam fidem quamuis non probetur. vt tenet Bald.& Angel. in l.ſuper longi. col.2. & 3.verſ.dixi.2.C. de præſcript.long.temp.

13 Mala fides tamen probatur, ſi acquirenti fuit facta denunciatio, quòd res erat alterius, quia tunc cõſtituitur emptor in mala fide. l. ſi fundum. vbi gl.verb.non rectè.& Doct. C. de rei vind. & l. ait prætor. §. ſi quis particeps.ff.quæ in fraud.cred.& glo. verb. bonæ fidei. in c.ſi diligenti.de præſcript. vbi Abb. num.14. aut quando quis acquirit rem contra ius. c.qui contra ius. vbi Doct.de regul.iur. lib 6. & cap.ſi quis deinceps.16.quæſt.7.& l. quemadmodum. vbi Bart.C.de agricol.& cenſ lib.11.& gl. & Abb.in.d. c.ſi diligenti, de præſcript. & dixi ſupra verb.poſſeſſor. §.19. & quando quis emit à procuratore alicuius per colluſionem, ſeu à prodigo,vel luxurioſo,cui bonis eſt interdictum, cum ſciret illũ protinus conſumpturum pecuniam in malum vſum. l.qui fundum.§ qui ſciens.vbi Paul. de Caſtr. & l. ſi quis cum ſciret. vbi Bart. num.1. ff. pro empt.& gloſſ.verb.bonæ fidei. in c.ſi diligenti. vbi Abb. num.14. de præſcript. ſi tamen ignorabat, quòd conſummeret pecuniam in malum vſum,& nõ ſit illi interdictum bonis bene procedet præſcriptio. d. l.ſi quis cũ ſciret. vbi Doctor. ff. pro empt.

14 Præſcriptio non currit in rebus inuaſis; nec vſucapio, cum inuaſor ſemper ſit in mala fide, & ita in ſucceſſore illius vniuerſali, qui habet ius à defuncto. c. nihil prodeſt. vbi Abb. num.8. de præſcript. & cilicet in regulis. 16 quæſtio.3. & l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc, vbi Bald.& Salicet. C. de præſcript.30. vel 40. annorum. & §. furtiuæ. vbi Doct.inſt de vſucap. & l.cum hæres.ff.de diuerſ.temp.præſcript.Cou.ru. in regula. poſſeſſor. 2.part. §.8.num.3. & hoc non ſolum procedit in præſcriptione longi temporis, ſed etiam longiſſimi. nec tantum de ſolo iure canonico, ſed etiam ciuili: vt tenet Abb.in d. c. nihil,à num.7. Ant.de Butr.Hoſt.Ioann.And.Abb.Fel. & alij. in c.ſi diligenti. de præſcript.Balb. de præſcript.in 2.part. 3.part. prin.quæſt.12. & Ioan.Crat.Alex.num.21. Iaſ.num.23. in l.Pomponius. §.cum quis.ff.de acquirend. poſſ. Franc. in regula cum quis. de regul. iur. libr.6. Socin. conſil.203. col.3. libr.2. And. Tiraquel. in ſuo tract. de præſcript. in prin.gl.2.quamuis contrarium teneant nonnulli relati à Socino, vbi ſupra, imò quòd admittatur præſcriptio triginta annorum incipiens ab hærede tenet Din. in regula poſſeſſor. num.42. de regul.iur.lib. 6. Bart. in d.l.cum hæres. ff.de diuerſ.tẽp. præſcript. Mench.lib.2.controuerſ.illuſtr. cap.73. num.7. attamen prima opinio eſt verior. vt tenet Valaſc. conſul.95. num.8. verſ. non diffiteor. ſi tamen ille, qui rem immobilem inuaſit, alteri vendat, & emptor ignoraſſet, quòd res ſit vicioſa, bene poterit tunc præſcribere. auth.malæ fidei. vbi Doct. C.de præſcript.long.temp. & §. quod autem.inſt.de vſucap.& l.ſi vi.gl.ver. in rem.& Doct.C.de his,quæ vi metus ve.

15 Præſcriptio, nec vſucapio datur in re mobili furtiua, quoniam in illa, nec fur, nec vllus alius poteſt præſcribere, ſeu vſucapere. l. ſequitur. §. quod autem. vbi Paul.de Caſtr. & § lana. ff de vſucap & l.ſi cum quis. §. quandiu. & l. quamuis. ff. de furt. & §. furtiuæ. vbi Doctor. inſt.de vſucap.

16 Præſcriptio de iure ciuili,requirit tantùm bonam fidem à principio,licet in progreſſu interueniat ſcientia rei alienæ.l.vnica. C de vſucap. transformand. & l.2. §.ſi ſeruus. ff. pro empt. & l. ſi quis. §.1. C. de præſcript.30. vel 40. ann.& c. ſi virgo.34. quæſt.2.de iure tamẽ canonico requiritur bona fides tàm à principio, quàm in progreſſu temporis. c.vigilanti. vbi gloſſ.2. & c.fin.de præſcript.& in hoc eſt obſeruandum illud, quod diſponit ius canonicum, etiam quatènus diſponit in foro contentioſo ſemper tendit in ſalutem animæ, & inutilitatem illius. c. cum contingat. vbi gloſſ.verb. debent, ad medium de iure iurand.

17 Præſcribens non tenetur reſtituere, ſi poſt completam præſcriptionem ſciuerit, quòd res nõ erat ſua,aut illius,à quo emit. c.de quarta, & c. vigilanti, vbi gloſſ.verb. nouerit, & gloſſ.fin. in c.vlt. de præſcript. Abb.in c.quia plerũq. nu.25. de immunit. Eccleſ.

Digitized by Google

Eccleſ.& in cap.illud.num.2.de præſcript. Din. Ioan.And.& alij. in regula poſſeſſor. de regul.iur. lib.6.

18 Præſcribens cum bona fide eſt ſecurus in ſua poſſeſsione,& id ſufficit, vbi ius cõmune non eſt contrà præſcribentem, neq; habetur præſumptio contra illum,quoniã ſi ius commune reſiſtat, & habeatur præ-ſumptio contra præſcribentem, debet tũc probare titulum, aut præſcriptionem,cuius hominum memoria non extet in contrarium. c.1.vbi Monach.Ioan.And.& alij. de præſcript. libr.6. & Abb.in c.peruenit. num.3. de cenſ. quoniam præſcriptio immemorialis facit præſcribi illa, quæ alias præſcribi non poterant,reſiſtenti iure cõmuni. d. c.1. vbi Doct. de præſcript.lib.6. Iaſ. in l.is qui putat. num.11. ff. de acquirend. hæred. & c. ſuper quibuſdam. §. fin. n.1.ff.de publican.& vectig.

19 Præſcriptio immemorialis præſumit bonam fidem,& inducit titulum legitimũ, & oſtendit priuilegium, etiam in his, quæ Principi ſunt reſeruata. c.ſuper quibuſdã. vbi gloſſ.verb non extat. & Doct.de verb. ſign. & cap.1. verſ. niſi. vbi etiam notant ſcribentes. de præſcript.lib 6. & c cõquæſtus. 9 quæſt.3. & c.mos antiquus. diſt.65. & l.1. § deniq;. ff.de aqua plu.arc.& l.hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſt. tradunt. Cab. lib.commun.opin.titul. de præſcript.concluſ.1. à nu.1.& à nu.44. & Molin.lib.2.de prim.gen.cap.2.à nu.19. & cap.6.à n.12.& Rom.ſingul.189.Cou.r. in regula poſſeſſor. 2.part. §.7. num.3. & §.5. col.pen. Rip.in l.rem, quæ nobis. nu. 50. ff. de acquirend. poſſ. Valaſc. de iure emph.quæſt.8.n.36. Leo.in tract.noui op. cap.3.num.12.

20 Præſcriptio contra Eccleſiam Romanã, aut contra eius iura non currit niſi centenaria, c.ad audientiam. vbi Doct.& c.cum vobis, de præſcript.& c.fin. vbi Ioan. Monach.Arch.Dominic.Ioan.Andr.Anch. & alij. de præſcript.libr.6. & c.cum dilecta. §. quia vero. de confirmat. vtil. vel inutil. & c. nemo. 16 quæſt.3. & auth. vt Eccleſ. Roman vbi Bart.coll.2.& auth.quas actiones. vbi Doct. C.de Sacro Sanct. Eccleſ.

21 Præſcriptio centenaria, quæ immemoriali æquiparatur. vt dixi ſuprà. §.5.currit contra Imperatorem, Regem, atq; Principem in his, quæ præſcribi poſſunt, puta in pedagijs, guidagijs, ſallnarijs, & alijs vectigalibus,& inſimilibus. c.ſuper quib⁹. §.præterea. vbi Doct.de verb.ſign. Abb.in c.cum te. num.21.de ſent. & reiud.& facit text.in l.Imperatores.in fin.ff.de pollicit. & Bart.in l.ſi publicanus.§.inuectigalibus. ff.de public.& vectig.& Iaſ. in l.is qui putat. num.11.ff.de acquirend. hæred.Merg. conſil.29. num.8.

22 Et ita in Eccleſiarũ præſentatione currit præſcriptio immemorialis inter Regẽ, & Epiſcopos,& Ordinarios,quidquid dicat Valaſc.de iure emph.quæſt.9. num.26. verſ. rurſus nam cũ diſpoſitio beneficiorũ de iure communi expectet ad Epiſcopum tantum diœceſanum. cap.vnico de Capell. Monach. vbi Doct.lib 6. & c.ex frequentibus. de inſt. & c.quia diuerſitatem.de cõceſſ.præb.& c.ſciant cuncti.de elect.lib.6. & c.nouerint.10.quæſt.1. & c.omnes Baſilicæ. 16.quæſt.7. cum multis alijs. nullum dubiũ reſtat, quòd poſsint Epiſcopi præſcribere ſaltim centenaria præſcriptione, quæ currit contra Romanam Eccleſiam, licet inueniatur in libris authenticis,quòd Eccleſiæ ſint patronatus Coronæ Regiæ, quoniã hæc præſcriptio centenaria æquiparatur immemoriali, quæ inducit bonam fidem, titulum, & priuilegium, vt dixi ſupra. §.19. & cum hæc præſcriptio currat contra Eccleſiam Romanam,vt dixi ſupra. §.20. nullam rationem video, ob quam in Principe ſit contrarium, præcipuè reuertente re ad illud, quod de iure communi expectat,quia res de facili ad ſuam naturã reuertitur. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. vbi Bart.Angel.Paul.de Caſtr.Alex. Iaſ. & omnes. ff. de pact. nec eſt congrua ratio Valaſci vbi ſupra dicentis de mente communi, quòd libri authentici reperti in loco, vbi ſeruantur authenticæ ſcripturæ,faciant fidem plenam,& ideo ex eo ſolo pertinere Eccleſias Regi, quia hoc intelligitur,ſi Epiſcopi nõ fuiſſent in quaſi poſſeſſione collandi, & confirmandi in illis Eccleſijs, quando ſuis menſibus vacant, & ſi vacant menſibus Sũmi Pontificis,faciendi electionem, per examen deputatorum, vt electus à Summo Põtifice confirmetur,& nõ iuuarentur illa centenaria præſcriptione, quæ habet vim cõceſsionis. l.hoc iure. §.ductus aquæ.vbi Doct. ff.de aqua quot.& æſt. d. c.ſuper quibusdã.de verb.ſign. Abb. in c.cum vobis.num.4.de præſcript.& l.1. §.deniq;. ff.de aqua pluu.arcend.nec conſtitutio huius Regni, libr.2. titul.45.§.10. quæ etiam centenariam præſcriptionem excludit

Digitized by Google

excludit, habet locum in Eccleſijs, aut perſonis Eccleſiaſticis, ſeù in beneficijs Eccleſiaſticis. c. quæ in Eccleſiarum. & c. Eccleſiæ. vbi notant communiter Doct. de Cõſt. & cap. grauem. de ſent. excommunicat. & l. Caſſa. vbi Doct. C. de Sacro. Sanct. Eccleſ.

23 Præſcriptio tamen contra ſupremã poteſtatem Papæ, ſeù Imperatoris, Regis, vel Principis non recognoſcentis ſuperiorẽ, currere non poteſt etiam immemoralis: nemo enim poteſt eſſe in hoc ſeculo, qui ſit ſine capite, & non recognoſcat Vicariũ Chriſti in toto orbe terrarum, & ſuũ Regem in confinibus ſui Imperij, facit text. in c. nulla. & ibi gloſſ. verb. acephalos. diſt. 93. Abb. in c. omnes num. 2. de cenſ. & c. quo iure. 8. diſt. Hoſt. in c. peruenerabilẽ. qui fil. ſint leg. Abb. in c. cum non liceat. n. 16. de præſcript. Gerip. conſil. 38. n. 24.

24 Præſcriptio enim in his, quæ ſunt Principi reſeruata inſignum ſubiectionis, & in his, quæ expectant ad ſuam iuriſdictionẽ, nullo tempore currere poteſt, quoniã Rex, ſeù Princeps habet intentionem fundatã in iure communi vt omnia; quæ ſunt ſub finibus ſui Imperij, ſeù Regni pertineant ad eius iuriſdictionem, vnde in illis non datur aliqua præſcriptio etiam immemorialis. l. competit. vbi Iacob. Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Hoſt. & Abb. num. 2. in cap. ſi diligenti de præſcript. idem Bart. in l. 1. num. 15. ff. de iuriſd. omnium iud. Alciat. in l. 1. num. 15. ff. de acquirend. poſſ. Caſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 9. §. 4. nu. 5. verſ. aliquando, & tertio. Auil. in ſuo libr. præt. cap. 1. n. 2. & 13. Palat. Rub. in cap. per veſtras. §. 48. num. 47. de donat. inter vir. & vxor. ord. lib. 2. titul. 45. §. 10. itaq; non poſſunt ſubditi præſcribere obedientiam contrà prælatum ſuum, ſeù dominum niſi aliquo priuilegio, ſeù indulgentia ſe oſtendant exẽptos. c. cum non liceat. vbi gloſſ. verb. ſuæ diœceſis. & Abb. num. 13. de præſcript. & c. cum perſonæ. vbi Ioann. Andr. & alij. de priuileg. lib. 6. & dixi ſupra verb. obedientia §. 5.

25 Præſcriptio non datur in acquirenda iuriſdictione, ſine Imperatoris authoritate, Regis, ſeù Principis, in confinibus ſui Imperij, nec vllus dominus terrarum, ſeù caſtrorum poteſt habere iuriſdictionem ſine auctoritate Principis excurſu tantùm tẽporis, ſed regalibus donationibus, quas oſtendere debet, quotieſcumq; Regi, ſeù Principi placuerit, nec aliquo modo poteſt excuſari ad illas oſtendendas, ſi quidẽ ratione illarum, & non excurſu temporis iuriſdictionem habere poteſt. ex Boer. deciſ. 8. Palat. in c. per veſtras. §. ſed eſt pulchra dubitatio. nu. 47. verſ. hoc procedit. de donat. inter vir. & vxor. Auend. de exequend. mand. cap. 1. num. 7. Cou. ru. pract. cap. 1. num. 9. Valaſc. de iure emph. quæſt. 8. num. 21. quia Princeps in ſuo Regno eſt monarcha, & dominus quoad iuriſdictionem generalem, & protectionem omnium ſuorum ſubditorum. vt tenet Petr. Bellug. In ſpecul. princip. Rubric. 24. num. 8. poſt Bald. quẽ ipſe refert Valaſc. de iure emph. quæſt. 8. num. 21. & in noſtra Luſitania eſt conſtitutum, vt nulla poſſeſſio admittatur in contrarium, vnde ceſſant omnia quæ de iure communi adduci poſſunt, vt per Cou. ru in regula poſſeſſor. 2. part. §. 3.

26 Præſcribere itaq; non poſſunt parochi, quominus prælatus viſitet eorum Eccleſias, & in illis habeat procurationẽ ratione viſitationis ita, vt neq; appellatio recipiatur ab illa exemptione. c. accedens. vbi gloſſ. fin. & Abb. num. 6. & c. cum ex officij. de præſcript. idem Abb. in cap. 1. numer. 7. de appellat. ſed videbatur, quòd Epiſcopi de ſuis ſumptibus tenerentur viſitare Eccleſias ſui Epiſcopatus, præcipuè vbi habent tertiam partem omnium fructuum, & ad hoc habent illa bona, & alia Epiſcopatus, vt hoc faciant exonere officij, ſed contrariũ habet conſuetudo, fortè quia daretur illa procuratio, ſeù conuiuium, inſignum ſubiectionis. vt tenet Innocent. in c. Romana. de cenſ. libr. 6. Abb. in d. c. cum ex officij. n. 9. de præſcript.

27 Præſcribere tamen poſſunt prælati inferiores contra Epiſcopũ in iuribus Epiſcopalibus, cap. auditis. vbi gloſſ. verb. ius Epiſcopale, & Doct. & c. cũ olim, vbi Ant. de But. Hoſt. Innocẽt. Abb. & alij de præſcript. & c. quicumq; 16. quæſt. 3 Merg. cõſil. 27. num. 18. & tunc ſufficit præſcriptio quadraginta annorum, ex Abb. in cap. de quarta. num. 5. de præſcript. & cap. 1. vbi Doct. eodem titul. lib. 6. dum tamen omni illo tempore Eccleſia nõ vacaret. vt tenet Abb. Fel. & alij in d. c. de quarta. de præſcript.

28 Præſcribere poteſt vnus prælatus, ſeù parochus decimas in parochia aliena cum titulo ſpacio quadraginta annorum, aut ſine illo per tempus in memoriale. cap. de quarta.

Digitized by Google

quarta. vbi Doct. & c. ad aures. vbi gl. ver. quadrageſimalis. de præſcript. & cap. 1. vbi Ioan. Monach. Arch. Domin. Ioan. Andr. Anch. & omnes. eodem titul. lib. 6.

29 Laici tamen non poſſunt præſcribere decimas, primitias, ſiuè oblationes, vel alia iura ſpiritualia, quoniam laici poſsidere nõ poſſunt, nec in illis eos adiuuare poteſt præſcriptio, quãuis ſit immemorialis, quia laici ſunt incapaces illarum rerum. c. cauſam, quæ. vbi gloſſ. 1. & Abb. n. 2. de præſcript. & c. quamuis ſit graue. & c. tua nobis, & c. dudum. vbi Doct. de decim. & c. 1. in 16. q. 7. Ioan. And. & alij. in c. 2. de præſcript. lib. 6. & c. Sacro Sancta. de elect. & faciunt notata in c. decernimus. de iud.

30 Præſcriptio, ſeù vſucapio non datur in re ſacra, neq; in loco religioſo, nec in rebus publicis populi Romani, ſeù in his, quæ ſunt in vſu alicuius ciuitatis, aut in homine libero, ſeù ſeruo fugitiuo. l. vſucapionem. vbi Paul. de Caſtr. ff. de vſucap. & l. 1. vbi gloſſ. fin. C. de præſcript. long. temp. & §. ſed aliquando. vbi gloſſ. 2. & 3. & Doct. inſt. de vſucap. & l. cum loca. ff. de relig. & ſumpt. funer. & l. quæ religioſis. ff. de rei vind. & §. poteſt. verſ. quas actiones. 16. quæſt. 3. Abb. in c. abolendæ. nu. 5. de ſepult. quamuis aliqui parochiani poſſint vindicare in Eccleſia Sedilia, quibus per longi temporis ſpacium auctoritate Epiſcopi interueniẽte vſi fuerunt, quia & ſi reſpectu proprietatis nullus poſsit habere certa Sedilia in Eccleſia, quoniam vt diximus præſcriptio non currit in re ſacra, nec in loco religioſo, nec in dominio alicuius poteſt res ſacra, ſeu locus religioſus conſiſtere, quoad vſum tamen poteſt quis in hoc tolerari, ſicut in iure patronatus, vt inquit Hoſt. & Abb. in d. c. abolendæ. de ſepult.

31 Præſcriptio non currit contra matrimonium, vt ſi aliqui in gradu prohibito contraxerunt, poſsint iuuari aliqua temporis præſcriptione. c. non debet. vbi glo. verb. nulla, & Doct. de cõſang. & affin. nec in voto poteſt quis præſcribere, quominus illud teneatur adimplere. c. ſicut nobis. vbi glo. verb. tanto tempore, & Abb. n. 1. de regul. & tranſeunt. & c. quod Deo patri. 33. quæſt. 5. & gloſſ. verb. nulla. in cap. non debet. de conſ. & affin.

32 Præſcribi etiam nõ poſſunt limites, vel quod adhæret limitibus Epiſcopatuum, Prouinciarum, ſeù parochiarum, ne confundantur termini Prouinciarum, ſi aliqua legitima probatione conſtare poſsit fines ſtatutos fuiſſe. c. ſuper eo. vbi gloſſ. verb. per canones, & Abb. n. 2. de paroch. & c. licet. & c. quicumq;. & c. inter memoratos. 16. quæſt. 3. fines tamen prædiorũ Eccleſiaſticorũ præſcribuntur ſpacio quadraginta annorum. c. quia indicante. vbi gloſſ. fin. & Doct. de præſcript. & c. ex litteris. vbi etiã notant ſcribentes. de probat. & c. volumus. 16. quæſt. 4. Gerip. conſil. 32. n. 28.

33 Præſcribere non poteſt colonus fundũ, quem colit, quia dominus poſsidet ciuiliter, & colonꝰ naturaliter, & illa ciuilis poſſeſsio ſolo animo retinetur, & licet alius in fundo ſit, ſemper ciuiliter poſsidet: l. poſsideri. §. in amittenda. vbi gl. verb. tamen, & Doct. ff. de acquirend. poſſ. & l. licet. vbi gloſſ. fin. ff. eodem, & l. ſciendum. §. 1. ff. qui ſatisd. cogant. ſi tamen interuertatur poſſeſsio ab ipſo colono, tunc poterit præſcribere. l. male igitur. vbi Doct. C. de præſcript. 30. annorum, & Bald. in l. 1. col. 2. ad fin. C. de iure emph. Aym. Crauet. de antiq. temp. 4. part. à nu. 216. Mench. 2. tom controuerſ. lib. 1. cap. 4. n. 16. & Cõſt. Harm. in Epitho. iur. ciuil. lib. 3. tit. 8. Valaſc, de iure emph. quæſt. 20. nu. 12. Geripard. conſil. 26. num 38.

34 Præſcribere nõ poteſt ille, qui præcario poſsidet, ſeù naturaliter tantum c. cauſam, quæ. vbi gl. fin. & Abb. n. 6. de præſcript. & l. 1. vbi Doct. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. tẽp. præſcript. & l. male agitur. vbi Bart. Ang. Bald. Salicet & alij. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. & in l. in rebus. §. item qui præcario. ff. de præcar. & §. idem placet. vbi Aret. inſt. per quas perſon. & l. 1. ff. de itiner. actuq; priuat. nec qui poſsidet nomine alieno, & qui non habet bonam fidem, nec iuſtum titulum. c. ſi diligẽti. vbi Abb. n. 1. de præſcript. & c. 1. vbi Doct. eodẽ tit. libr. 6. & l. quod meo. vbi Bart. & alij. ff. de acquir. poſſ. & l. quicumq; pro hæred. vbi Doct. ff. pro empt. & l. ſi nõ proprietatem. C. de his, qui a non domin.

35 Præſcriptio non currit in publicis functionibus, ſeù tributis agrorum in recognoſcendo dominum vniuerſalem. l. competit. vbi Doct. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & §. poteſt. verſ. fin. 16. quæſt. 3. gloſſ. verb. non obſtante. in c. cum non liceat. de præſcript. præſcriptio tamen 30 annorum datur in libratione ſolutionis annuæ, vel menſis, ſeù alterius ſingularis temporis.

Digitized by Google

l. cum notiſsimi. §.in his. vbi Bald. & Salicetus. & l.ſi quis.§.fin.vbi gl.verb.exceptionem.C.de præſcript.30.vel 40.annor.

36 Neq; etiam datur præſcriptio in via publica ex non vſu populi,quamuis ſit centenaria , nec poteſt aliquis ſe tueri curſu temporis, vt poſsit habere aliquid ædifficatum ,ſeù vites cum lignis ſuper viam publicam, ex quo via, iteruè deterius fiat. l.2. § ait prætor.& §.ſocio tractatum.ff.ne quid in loco. publ. vel itin.& facit text.in l.viam publicam. ff.de via publ.& l.iter.ff. quemadm.ſeruit.amitt.& l.fin.ff.de ſeruit. ſi tamen ſit conſuetudo,quòd fiant pontes per viam aut vites in lignis ſternentur,obſeruabitur talis conſuetudo , licet de iure fieri non poſsit ex Bart. in d.l.2. §.tractatum. ff.ne quid in loco publ. & ord. lib.1. titul.68. §.11. ſicut eſt in oppido de Ruiuais,vbi ego natus fui,ibi omnes viæ illius oppidi ſunt ſternatæ ſuper vitibus cum lignis, in altitudine tamen,vt non impediatur ſeruitus.

37 Nec etiam datur præſcriptio contra ius publicum , ſeù locum publicum. l.1. & l. prætoria, & l. præſcriptio. vbi Doct. C. de operib.publ.& l.fin.;vbi Bart. ff de vſucap. & l.fin.C.ſi cōtra ius vel vtil.publ. & l.fin. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.

Neq; currit præſcriptio longi temporis, in aquæ ductu ad publicum vſum ciuitatis diſtinato. l.diligenter. vbi Doctor. C. de aquæ ductu. lib.11. quamuis præſcriptio immemorialis benè currat. l.hoc iure. §. ductus aquæ. vbi Doct. ff.de aqua quot. & æſt. & l. vſum aquæ. vbi Bart. C. de aquæ duct.lib.11.& l.ſi manifeſte.vbi Bart.Bald. & alij.C.de ſeruit.& aqua.

38 Præſcriptio etiam non prodeſt contranervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & contrà illius poteſtatem. puta, vt non obſeruetur illius cenſura excommunicatio, vel interdictum, & ſimilia. c.cum inter alia, vbi gl. verb. de conſuetudine, & Abb. num.2. de conſuet.& c.cum venerabilis,eodem titul. & c.cum cauſam. de elect. & c.cum decorem.de vit.& honeſt.cler. & c. interdilectos. de exceſſ.prælat.

39 Neq; contra rem, quæ de iure communi poſsideri non poteſt. c.cauſam. vbi gl.fin. de præſcript.& c.illud.diſt.93. & c.contra morem. diſt.100. quoniam vbi non datur poſſeſsio, nō poteſt dari præſcriptio,quia præſcriptio non datur ſine poſſeſsione. c. ex litteris. in fin.de probat. & l.3. vbi Doctor.ff.de vſucap.& C.ſine poſſeſsione.vbi notant communiter ſcribentes, de regul. iur.lib.6. Merg.conſil.48.nu.23.

40 Neq; contra rem,quā lex,vel canon,vel teſtator ſimpliciter fauore ipſi⁹ rei prohibet alienari, vt incipiat præſcriptio, licet inchoata ante prohibitionem valeat. l. ſi fundus.vbi Doct.ff.de fund.dotal.& gl.ver. non potuerunt in l.2.per text. ibi & Doct. C.de vſucap.pro empt.Abb.in c.cum non liceat. nu.7. de præſcript. & Ioan.Andr.in c.vnico.de iur.patr.lib.6.& idem dicendū, erit quando res aliqua peruenit ad perſonam priuilegiatam, contra quā non poteſt præſcribi. vt tenet Ioan.Andr. & Abb.vbi ſupra;hoc tamen eſt intelligendum, quādo lex, ſeù canon prohibet alienationē ſimpliciter,nam ſi lex prohiberet alienationem rei ſine certa ſolemnitate , tunc data bona fide , & excluſo iuris errore , bene procedit præſcriptio in re empta ab illo, qui ignorabat prohibitionem: puta,ſi poſſidens emit à minore putans illum eſſe maiorem, & inſimilibus,quamuis nō procedat, ſi errauit in iure credens,quod poſſet emere à minore ſine iudicis decreto, aut à prælato ſine capitulo , aut inſimilibus , quoniam error iuris non excuſat à mala fide. l.2.§. ſi à pupillo. ff. pro empt. & l.nunquam. vbi Doct. ff. de vſucap. & l. in rebus. §. omnis. vbi Bald. & Salicet. C. de iure dot. & gloſſ.verb. non poteſt.in c. 2.de his quæ fiunt à prælat. & Abb.in cap. cum non liceat. num.9. de præſcript. & notant Doct.in cap.1.de rebus Eccleſ.non alien.

41 Præſcriptio longi temporis non currit in re pignerata, nec vſufructuaria, quoniā creditor , & vſufructuarius ſunt in mala fide,ſi rem pigneratam, vſufructuariam ſuo nomine poſsidere voluerint. l. pignori, vbi Doct. & l.non ſolum. §.qui pignori.ff. de vſucap. & l. nec creditores, vbi gloſſ. verb. nec longi temporis , & Bart. Bald. Salicet.& omnes. C. de pign.act. & l. cum ſit. C.de vſucap.pro empt.& l.ſicut. §.eodem; vbi Doct. C.de præſcript.30. vel 40. ann.& §.fructuarius. inſt.per quas perſon. nobis acquir. ſi tamen tertius bona fide poſsideat , bene poterit longo tempore præſcribere. l.1.& 2.vbi Doct.C.ſi aduerſ. cred. præſcript. oppon. Abb. in c.cum nō liceat. n.12. de præſcript.

42 Neq; in re ſpirituali in iuſto titulo acquiſita procedit præſcriptio. c.præterea.2.

vbi

Digitized by Google

vbi gloſſ. verb. ſubiectionem, & Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. de tranſact. & gl. verb non obſtante. in c. cum non liceat. de præſcript.

44 Neq; in rebus fiſci procedit vſucapio, aut longa præſcriptio. §. res fiſci. vbi gloſ. verb. non poteſt, & Doct. inſt. de vſucap. & gl. verb. non obſtante. in c. cum non licear. de præſcript. & Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 44. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.

45 Nec datur vſucapio in rebus datis contra legem repetundarũ procõſuli, præſidi, vel alij cuicumq; ſimili. l. quod contra legem. vbi gloſſ. fin. & Doct. ff. ad leg. Iul. repet. & l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domin. Geripard. conſil. 26. nu. 14.

46 Neq; in rebus, quæ ſubconditione debentur, niſi poſtquam adimpleta fuerit cõditio. l. cum notiſsimi. §. illud autem. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de præſcript. 30. ann. & l. fin. §. ſin autem ſubconditione. vbi Doct. C. communia. delegat. Bald. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. & fabian. de empt. 3. quæſt. 7. principal. & Ant. Gom. 2. tom. de contract. cap. 12. nu. 28. in fin. Alciat. in l. nemo. nu. 40. ff. delegat. 1.

47 Præſcriptio non currit, niſi à die, in quo competit actio. c. Rainuntius. vbi gl. verb. vſucapio, & Doct. de teſtam. & l. quæcumq;. vbi Bald. C de bon. quælib. & l. neq;. C. de vſufruct. & auth. de nupt. §. ſed quod, vbi Ang. coll. 4. & gloſſ. verb. coniuncto. in c. ſin. de elect. Bart. in l. ſenatus. num. 3 ff. de offic. præſid. Iaſ. in Rubric. num. 5. ff. de acquir. poſſ. & alienata dum non competit actio, reuocantur poſtquam actio competit. l. ſi fundum. vbi Doct. ff. de cond. & demonſt. & l. 1. vbi etiam notant ſcribentes. C. de bon. mater. & l. mater tua. vbi Bald. & Salicet. C. de rei vind.

48 Præſcriptio etiam non currit illi, qui agere non valet: vt tenet Alex. conſil. 58. nu. 9. & 10. lib. 5. Ant. à Gam. deciſ. 99. n. 5. & facit text. in l. Atelicinus. ff. de pact. dotalib. Bald. in l. quoties. C. de præcib. imp. offerend. & in l. 1. opp. 21. C. qui admitt ad bon. poſſ. ſed tamen eſt diſtinguẽdum, verùm quis ſit impeditus ad agendũ impedimento iuris, aut facti, nam ſi quis ſit impeditus iuris impedimento, non currit illi præſcriptio, ſi impedimentum ſuperuenit, antequàm actio competeret. l. 1. § fin. vbi Doct. C. de annal. except. ſi autẽ poſt actionem cõpetentem venit impedimentum, tunc currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio. l. ſenatus conſulto. vbi Doct. ff. de offic. præſid. ſi autẽ ſit impeditus impedimento facti, & impedimentũ eſt iuſtum, currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio, vt in d. l. Atelicinus, & d. l. ſenatus cõſulto, ſi autem impedimentum eſt iniuſtũ, tunc curit præſcriptio, & non datur reſtitutio. l. 2. §. ſi non propter. verſ. ſi quis tamen. ff. ſi quis caut. & tenet Bart. in l. ſenatus. nu. 2. ff. de offic. præſid.

49 Præſcriptio non procedit in realibus actionibus ſine poſſeſsione ſaltim ciuili, quæ neceſſario requiritur. l. qui fundum. vbi Doct. ff. pro empt. & l. qui in ſeruitute. ff. de regul. iur. & l. licet. vbi Bald. & Salic. C. de acquir. poſſ. & c. cauſam, quæ vbi glo. verb. detinere, & Abb. nu. 6. de præſcript. & c. porro. 16. quæſt. 3. & c. ſine poſſeſsione. vbi Doct. de regul. iur. libr. 6. quoniam licet poſſeſsio ciuilis ſolo animo nõ poſſit acquiri, imò in illa acquirenda requiratur corpus, & animus, in retinenda tamen ſufficit animus. d. l. licet. vbi Doct. C. de acquir poſſ. & hæc poſſeſsio ciuilis neceſſario requiritur ad præſcriptionem; conſequendam quoniam hæc ſola ſufficit, & naturalis poſſeſsio ſola non ſufficit, vt notatur in c. cauſam quæ. vbi Abb. num. 6. de præſcript. & tenet Din. in d. regula. ſine poſſeſsione. de regul. iur. lib. 6. Leo. in tractat. noui op. cap. 3. nu. 12.

50 In actionibus tamen perſonalibns præſcribendis non requiritur poſſeſsio, quoniam illa præſcriptio ſolum currit ex negligentia creditoris non petentis debitũ. c. dilecto filio. vbi Doct. de verb. ſign. Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam. nu. 3. ff. de vſucap. Iaſ. in Rubric. num. 4. de acquirend. poſſ. idem Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 38. ff. ſolut. matrim.

15 Præſcriptio non datur in re vi poſſeſſa, nec illam præſcribere poteſt ille, qui per vim rem apprehendit, nec illius ſucceſſor vniuerſalis, aut ſingularis, qui a defuncto rem habuit ex cauſa lucratiua, ſeù quaſi lucratiua, quoniam vbi poſſeſsio efficitur vitioſa illud vitium cõmitatur omnem poſſeſſorem. l. ſi partem. vbi Bald. & Salicet. C. de vſucap. pro empt. & l. vitia, vbi gloſſ. verb. à maioribus. & Bald. C. de acquirend. poſſ. & l. 1. C. ſi per vim, vel alio mod. & §. nouiſsimè. vbi Doct. inſt. de vſucap. & l. bonæ fidei. ff. de acquirend. rerum dom. cum enim quis occupauit rem per manifeſtum

Digitized by Google

ſpolium fuit in mala fide,& ita hæres illi⁹, vnde nec ipſe,nec eius hæres poteſt præſcribere rem mala fide poſſeſſam à ſuo defuncto,etiam per ſpacium 30.annorum,licet hæres velit præſcriptionem à ſe incipere, quia hæres repræſentat ſuum defunctum , etiam in mala fide , quam habebat. l. cum hæres. vbi Doct.ff.de diuerſ.& tẽp. præſcript.Abb. in c.2.n.8.& Ant.de Butr. Abb. Fel.& alij in c.ſi diligẽt.de præſcrip. Balb. de præſcript.2.part.3.part. princip. quæſt.12. Iaſ.in l.Pomponius §.cum quis. nu.22. ff.de acquir.poſſ. Cou ru. in regula poſſeſſor. 2.part. §.8. num.3. Tiraquel. in tract.de præſcript.in prin.gloſſ.2.Philiph. Franc.in regul.cum quis. lib.6. Valaſc.cõſul.95.num.8.

52 Præſcriptio etiam non datur in poſſeſſione clandiſtina, vel quaſi poſſeſſione,vel præcaria, nam, qui vi, clam , ſeù præcario poſſidet, præſcribere non poteſt , quoniã iure ſuo non vtitur poſſeſſione illa. l. fin. ff.quemadm.ſeruit.amitt. & l.1.vbi Doct. ff. de itiner. actuq; priuat.& c.cum perſonæ.de priuileg. lib.6. & l. clam poſſidere. vbi Bart.Paul.de Caſtr. Aret. Iaſ. & alij.ff. de acquirend.poſſ.& gloſſ.verb.certam.in l.ſeruitutes.14. ff.de ſeruitut.

53 Præſcriptio nõ datur in re communi,vt quis in communi poſſideat,quoniam nullus poteſt poſſidere in certam partẽ fundi , nec ſe tueri præſcriptione, etiam immemoriali , vt ſtare in communi poſſit. l. locus. vbi Doct. & l.ſi quis fundũ.& l.poſſideri. §. in certam. vbi Bart. Paul.de Caſt. Alex.Aret.Iaſ.& alij.ff.de acquirend. poſſ. & l.fin vbi Doct. C.communi diuid.reprobata gloſſ.ibi.& l.ſi non ſortem. §.ſi centum. vbi Bart.Bald. Iaſ. & alij reprobata, gl.ibi.ff.de cond.indeb.& Bart.in l.1.n.4. C.de annal.except.Ioan.And. in addit.ſpecul.in titul.de iud.4.part.§.ſequitur.in addit.quæ incipit.§. ad hæc. Angel. Aret. in §.quædam inſt.de act.nec defunctus poteſt prohibere hæredibus diuiſionem rerum hæreditariarum,niſi ad tempus. l.ſi qui ita in prin.vbi Doctor.ff.de cond.inſt. & Paul. Alex. Iaſ. & alij in d. l. ſi non ſortem. §.ſi certum. ff.de cond. in l. Bart.in l.quintus. nu.3. ff.de annu. legat.

54 Præſcriptio non currit tempore hoſtilitatis, neq; quando Eccleſia eſt in ſchiſmate. c. ex tranſmiſſa. vbi Abb.num.4. & c.1. & c.cum vobis, de præſcript.& gloſſ. verb. non obſtante.in cap.cum non liceat. eodem tit. & c. prima actione. 16.quæſt.3. & l.ab hoſtibus, & l.ait prætor. §.item. ff. ex quib.cauſ.maior.& l.nullo iuſto.vbi Doctor. C.de rei vindicat, & l.poſtliminium. ff. de capt.& poſtlim. & l.ab hoſtibus. vbi Bald.& Salicet. C. quib. non obijcit long. temp.præſcript. & l.captum.& l.ab hoſtibus. C.de poſtlim.reuerſ.Bart.in l.naturaliter. num.26. ff.de vſucapion.

55 Neq; currit præſcriptio vacante Eccleſia, aut habente prælatum excommunicatum, ſuſpenſum, vel inutilem, ſeù impeditum. c.1. vbi Abb. num.7.& alij.& c.auditis. vbi Ant de Butr. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & alij. de præſcript. & c.quia diuerſitatem de conceſſ.præb.& c.quia diligentia. de elect. Bart.in l.naturaliter.num.24. ff.de vſucap.

56 Præſcriptio currit contrà Impeditum cauſa Reipublicæ , ſed reſtituitur pro illo tempore abſentiæ. c. dilecto filio. de verbor.ſignific. & l.fin. vbi Bart. num 2. ff.de in integ. reſt. & l. 1. & 2. & l. ſi poſſeſſio. vbi Doct. C.quib. non obijcit. long.temp. præſcript.Abb in c.tranſmiſſa.num.12.de præſcript. Iaſ. in Rubric.n.5. ff.de acquir. poſſ. abſentia tamen voluntaria non prodeſt. l.fin. vbi Bald. & Salicet. C.quib.non obijcit. long. temp.præſcript. & l.ſicut. §. quæ ergo. C.de præſcript.30.vel 40.ann.& gloſſ.verb.defendat, in d. l.1. C.quib. non obijcit. long. temp præſcr.

57 Neq; currit præſcriptio tempore peſtis, quando quis fugit ex tali timore,& nõ eſt tunc qui ius reddat. l. ſed & ſi perprætorem. §.ſi feriæ. ff.ex quib. cauſ. maior. & c.ad ſupplicationem. vbi Doct.de renunciat.& tunc reſtituitur intergrum tempus, vt quis poſſit agere contra præſcriptionẽ, ſi tempore illo completa fuit.vt reſoluunt Doct.in l.de ætate.ff.ad treb. Bart.in l.naturaliter. nu.23. ff.de vſucap.

58 Nec currit contra iura Imperij, vacãte Imperio, nec tempore quo Imperator eſt in remotis, & ita in Regibus,& Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem in temporalibus. vt tenet Abb. in cap.1.numer.5.& in cap.cum non liceat.num.16.& in c.cum vobis.num.11.de præſcrip.Bart. in l.naturaliter.nu.25.ff.de vſucap.& Bald. in l.cũ notiſsimi.§.imò.C.de præſcript.30 vel 40.ann.& in l.fin.C.de reſt in integ.

59 Neq; currit contra Eccleſiam,dum viuit prælatus,qui male alienauit. cap.nihil. vbi gloſ.verb.futuris. & Gofred.Ant.Hoſt.

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. Andr. Abb. & alij. de præſcript. & c. ſi Sacerdotes vbi gl. 1. in 16. quæſt. 3.

60 Neq; in re pupilli, quia tunc præſcriptio dormit, dum pupillaris ætas durat, niſi emens à pupillo putet illum eſſe maiorē. l. bonæ fidei. ff. de acquirend. rerum domin. & l. 2. §. ſi à pupillo emero. vbi Doctor. ff. pro empt. & l. ſicut. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. adoleſcentiæ. vbi Bald. & Salicet. C. quib. in cauſ. reſt. in integ. & Abb. in cap. 1. num. 10. de in integ. reſt. & l. 1. & l. ſi contra. vbi etiam notant ſcribentes. C. ſi quis ignor. rem minor. quæ præſcriptio incipit dormire, vbi primum poſthumus eſt in vtero matris, antequam naſcatur, & ſic erit minor reſtituendus aduerſus præſcriptionem completam, dum quis erat in vtero matris. l. etiam ei, qui prius. vbi Doctor. ff. de minor. quoniam qui in vtero eſt, pro nato habetur, quoad iura hæreditatis. l. qui inutero. ff. de ſtatu hominum. & gloſſ. 1. in d. l. etiam ei qui prius. ff. de minor. & eſt notandum, quòd ſi præſcriptio incipiat contra poſthumum, ſeù contra pupillum, non currit ipſo iure, ſi autem fuit cæpta contra prædeceſſorem pupilli, tunc currit, ſed minor reſtituitur. d. l. etiam ei qui prius. vbi gloſſ. 1. & Bart. ff. de minor. & facit text. in l. ſi fundum. ff. de fund. dotal. & l. in bonæ. ff. de acquirēd. rerum domin. & l. fin. vbi glo. verb. in ſuo. & Bald. & Salicet. C. quib. in cauſ. in integ. reſt. & l. ſicut. §. quæ ergo. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. vbi Doct. C. ſicut omiſſ. hæred. vel bon. poſſ. & l. non ſolū. ff. de in integr. reſt. Abb. in d. cap. 1. n. 10. de in integ. reſt.

61 Præſcriptio, ſeù vſucapio, non datur in re vendita à minore ſine tutoris auctoritate, tenetur tamen minor reſtituere pretium, ſi factus eſt locupletior, niſi putet illum maiorem eſſe, vt habetur. in l. 2. §. ſi à pupillo. vbi Doct. ff. pro empt. & l. fin. vbi Bald. & Salicet. C. de vſucap. pro empt. & l. eum qui. C. de auctorit. præſt. Gerip. conſil. 24. num. 62. poſtquam tamen minor peruenerit ad maiorem ætatem incipiet præſcriptio contra illum à qua non reſtituetur. l. non eſt incognitum. vbi Doctor. & l. pen. & vltim. C. ſi quis ignor. rem. minor. & l. fin. C. quib. in cauſ. reſt. in integr.

62 Præſcriptio etiam non currit contra maiorem in re indiuidua cum pupillo, nā ſi maior habeat fundum communem cum pupillo retinet ſeruitutem, quãuis vterq; illa non vteretur, & ita in quacumq; re indiuidua. l. ſi communem. vbi Doct. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. fin. §. quod ſi. vbi etiam notant ſcribentes. C. ſi vnus ex plurib., Abb. in c. quamuis. num. 14. de ſent. & reiud.

63 Præſcriptio in maioratu currit poſt quadraginta annos, ſed quilibet ſucceſſor interrumpit præſcriptionem decurſam cōtra ſuum anteceſſorem, & non nocet illa præſcriptio niſi illi, contra quem præſcribitur, & non ſequentibus ſucceſſoribus, qui nō capiunt à medijs ſucceſſoribus, ſed à primo concedente, facit text. in l. 3. ff. de interd. & relegat. & l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. delegat. 2. & l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & cap. 1. de ſucceſſ. feud. vnde quidquid fecerint poſſeſſores, aut omiſerint patiendo præſcribi in contrarium non nocent ſucceſſoribus. ex Paul. de Caſtr. in l. fin. §. ſed quia. C. commun. delegat. & reſoluunt omnes. in l. filius familias. §. diui. ff. delegat. 1. Balbus. de præſcript. in 5. part. 5. part. prin. quæſt. 5. in prin. Fel. in c. cum non liceat. nu. 8. de præſcript. Dec. conſil. 144. Alex. conſil. 101. nu. 13. libr. 7. & conſil. 131. nu. 13. eodem. lib. Grat. conſil. 101. num. 43. Gomez. in l. 40. Tauri. numer. 40. Pinel. in auth. niſi tricennali. num. 59. in fin. Paris. in d. c. cum non licet. num. 8. de præſcript. Molin. de prim. gen. lib. 4. cap. 4. à num. 1. & cap. 10. num. 3. Gam. deciſs 93. num. 3. Aluar., Valaſc. conſul. 167. num. 17.

64 Præſcriptiò non datur in rebus dotalibus conſtante matrimonio, cum tunc mulier agere non poſſit, niſi ſoluto matrimonio, aut poſtquam vir incipit male vti rebus ſuis. cap. peruenit. vbi gloſſ. verb. fatigari. & Abb. num. 5. de empt. & vend. & l. in rebus. § omnis. vbi Bald. & Salicet. C. de iure dot. & l. cum notiſsimi. § illud. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. § vlt. C. de annal. except. & Bald. in nouell. tractat. de dot. 7. part. col. 2. & 5. Doct. in l. ſi conſtante matrimonio. ff. ſolut. matr. ſi autem mulier ſecundo conſentiat poſt biēnium à primo contractu in quo primo cōſenſit, & ſit tantum in bonis viri, tempore quo mulier agere poſsit. vt illi bene conſulatur, curret tunc præſcriptio. d. c. peruenit. vbi gl. fin. & Abb. nu. 5. de empt. & vend. & c. Apoſtolicæ. de donat.

Digitized by Google

65 Præſcribit Eccleſia cõtra priuatum per ſpacium decem annorum cum titulo, & bona fide, & ſine titulo per 30. annorum ſpacium, contra Eccleſiã tamen non præſcribit, niſi per ſpacium quadraginta annorum cum titulo, & bona fide, & ſine illo per tempus immemoriale. c. Sanctorum. & c. de quarta. vbi Doct. de præſcript. & c. ad aures, & c. quia indicante. eodem tit. & c. olim. de cenſ. authent. quas actiones. vbi gloſſ. 2. & Doct. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & authnet. de Eccleſ. titulo. §. pro temporalibus. vbi Bart. coll. 9. Abb. in d. c. Sanctorum. num. 5. Merg. conſil. 26. num. 14. hæc tamen præſcriptio 40. annorum datur quoniam agitur de præſcribenda re Eccleſiæ, abnegando directum dominium illius, ſecùs quando agitur de præſumendo conſenſu Eccleſiæ, quia tunc ſufficit ſpacium 10. annorum, ex Bart. in l. comperit. C. de præſcript. 30. vel 40. Iaſ. in l. 2. num. 155. C. de iure emph. Gam. deciſs. 149. num. 4.

66 Præſcriptio datur in conferendo beneficio Eccleſiaſtico à prælatis inferioribus. c. auditis. vbi Doct. & c. cum olim. de præſcript. & Abb. in c. ex frequentibus. nu. 3. de inſt. in inſtituendo tamen in beneficijs curatis non datur præſcriptio, quoniam curatus debet ingredi auctoritate Epiſcopi, neq; in his, quæ expectant ad ordinem, poteſt dari præſcriptio: vt tenet Hoſt. in c. auditis de præſcript. ſed contrarium, & verius tenet Abb. in d. c. auditis, & in c cum olim. num. 5. de præſcript. & in cap. ex frequentibus. nu. 3. de inſt. dicens, quòd omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, & dignitatis Epiſcopalis poſſunt præſcribi per Epiſcopo inferiorem nomine ſuæ Eccleſiæ, & id in effectu probat text. in d. c. auditis, & tenet Cald. conſil. 2. ſub titul. de præſcript.

67 Præſcriptio in ſolutione cenſus datur ſine cauſa, ſed tantum ratione conſuetudinis, puta, ſi aliquis dominus, monaſteriũ, & quicumq; capax recipiendi cenſum, recipiat in aliqua Eccleſia, villa, ſeù oppido aliquem cenſum per tantum temporis ſpacium, de cuius initio non ſit memoria hominum in contrarium, ſufficit, quamuis ignoretur cauſa legitima conſtitutionis ipſius cenſus, quoniam excurſu tanti temporis præſumitur, quòd cauſa legitima fuiſſet impoſitus, cum ille curſus temporis habeat vim tituli. c. 1. vbi Doct. de præſcrip. libr. 6. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſt. & c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign. Bart. in l. cum de in rem verſo. num. 2. ff. de vſur. & gl. verb. excurſu. in c. nullus Epiſcopus grauamen. 1. quæſt. 1. Ioan. And. in c. dilectus. de offi. ord. & Abb. in c. ad audientiam. num. 2. de præſcript. ſi autẽ cenſum percipiens allegat titulum, & illum probat ſufficit tẽpus ordinarium, ſi vero illum non probat eſt tunc diſtinguendum, aut ius reſiſtit, & nõ ſufficit tunc allegare ttiulum, ſi non probetur, aut ius commune non reſiſtit, & tũc præſumitur titulus allegatus contrà ſoluentem, ſi per decem annos ſoluiſſet. d. l. cum de in rem verſo. vbi Bart. num. 3. ff. de vſur. Abb. in c. peruenit. num. 3. de cenſib. præſcribit tamẽ ille, qui cenſum ſoluebat, ſi ſtetit ſpacio triginta annorum continuo, non ſoluens cenſum illum. l. ſi quis. §. fin. vbi gloſſ. verb. exceptionem, & Doct. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.

68 Præſcriptione iuuari non poteſt ille, qui impetrauit priuilegium, nam impetrans priuilegium videtur fateri ſe non habere ius, & conſtituitur in mala fide, quia non præſumitur fruſtrà impetraſſe priuilegiũ, vnde ſi priuilegium ex aliqua cauſa nõ valet, præſcriptio allegari non poteſt, niſi ſit priuilegio conformis. c. veniens. vbi Abb. num. 7. de. præſcript. & cap. contra morem. diſt. 100. & c. renunciatur. 32. quæſt. 1. & l. 1. §. illud ſciendum. ff. de ſeparat. & l. vnica. vbi Doct. C. de theſaur. lib. 10.

69 Præſcriptio nõ extenditur de vno prædio ad aliud, quoniam vnam rem poſsidẽs non videtur alteram poſsidere, nec poſſeſſio de ſolo extenditur ad ſuperficiem, & ita præſcriptio actus iuriſdictionalis non extenditur de perſonã ad perſonam, & ſic de ſimilibus. c. cum in tua. vbi Abb. num. 8. de decim. & l. cum qui. ff. de vſucap. Innocent. in c. dilectus. de Capel. Monach.

70 Præſcriptio intelligitur vſq; ad litis conteſtationem, nam ſi teſtes producti ad probandam præſcriptionem decem annorum dixiſſent titium poſſediſſe. 9. annos, & vltrà nõ probant, & ita ſuper præſcriptione 30. annorum, & alijs, ſed debent dicere iam tempore conteſtationis adimpletam fuiſſe præſcriptionem, decem, vel triginta annorum, ſecundum qualitatẽ actionis. c. litteræ. vbi gl. verb. tribus annis, & Ant. Hoſt. Abb. & alij. de dilat. & l. moræ litis. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de rei vind. idem Bart. in l. cum furti. nu. 5. ff. de in lit.

Digitized by Google

in lit.iurand. vbi enim aliquid tempus determinatè requiritur, non ſufficit minus tempus, & illa dictio vltrà, vel plus, vel aliæ dictiones, indeterminatæ, quæ poſſunt verificari in momento. quod eſt 40. pars horæ, & 8. pars puncti. vt tenet Abb. in c.1. num 7. de cauſa poſſ. & prop. & Iaſ. in l. nō tantum. C. deleg. non ſufficiunt ſed debēt teſtes neceſſario concludere in præſcriptione completa. vt notant omnes ſcribentes in c. in præſentia. de probat. & Bart. & Abb. vbi ſupra, attamen verius eſt, quòd præſcriptio longi temporis habeatur pro completa ſi paucisſimi dies reſtent ad illā adimplendam, nam vſq; ad decem dies, in tot dierum curriculo, pro nihilo computaretur. l. ſi fundum. ff. de fund. dot. & l. rerū. §. Labeo. vbi Doct. ff. de vſucap. & Din. Bart. & alij. in l. qui fundum. in fin. ff. pro empt. Bald. in cap. fin. col. 4. de præſcript. Imol. Lud. Rom. Alex. Aret. & alij. in l. poſſideri. §. Labeo. ff. de acquirend. poſſ. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 52. ff. de vſucap.

71 Præſcriptio cōtinuatur cum hærede ab illo tempore, quo defunctus poſſedit, vnde ſi poſſesſio currebat bona fide cum defuncto continuatur cum hærede, dum perſiſtit in illa bona fide, eodemq; modo, ſi poſſesſio cum mala fide currebat cum defuncto, ita currit cum hærede. l. hæres eius. vbi Paul de Caſt. ff. de vſucap. & l diutina. vbi Bald. & Salicet. C. de præſcript. long. temp. & §. diutina. vbi Doct. inſt. de vſucap.

72 Præſcriptio in hypothecaria currit ſpacio triginta annorum, quando aliquis tertius poſsidet ſine titulo, ſi non fuit interrupta. l. cū notisſimi, vbi Doct. C. de præſcript. trigint. vel quadr. ann. ſi autem habeat titulum, & bonam fidem, præſcribet ſpacio decem annorum interpræſentes, & viginti inter abſentes. l. 1. & l. longi temporis. vbi Doct. cū multis alijs. C. de præſcript. longi temp. & gl. verb. ſpaçijs, in d. l. cum notisſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. vbi Bald. & Salicet. & l. 2. vbi Doct. C. ſi aduerſ. cred. præſcript. oppon. ſi tamen debitor, aut hæres eius ſeù creditor poſsideat currit præſcriptio quadraginta annorum, quia hypothecarum perſecutio non prorogatur vltra quadraginta annos, ex quo competere cæpit, niſi conuentio, aut ætas interceſſerit. d. l. cum notisſimi. §. quam ob rem, vbi Doctor. C. de præſcript. 30. vel 40 ann. & gloſ. verb. ſpacijs. in d. l. cum notiſsimi.

73 Præſcribens ſeruitutē viæ, aquæ ductus, & in iure piſcandi, non debet vti ſeruitute illa vi, clam, aut præcario, imò ſciente, & patiente aduerſario, & tunc in ſeruitute continua præſcribitur ſpacio decem annorum interpræſentes, & viginti inter abſentes, ſi ille, qui eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis habeat bonam fidē. l. 1. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. & l. 2. C. de ſeruit. & aqua, & l. vlt. in fin. C. de præſcript. long. temp. & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vind. & l. 1. § fin. ff. de aqua plu. arcend. & l. apparet. ff. de itiner. actuq; priuat. & l. foramen. vbi Doct. ff. de ſeruit. vrb. prædior. & Abb. in c. de quarta. num. 21. de præſcript. nec titulus requiritur in ſeruitutibus, & iniuribus incorporalibus. l. ſi quis diuturno. vbi Bart. ff. ſi ſeruit. vind. & l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. Abb. in c. ſi diligēti. num. 19. & in c. de quarta nu. 24. de præſcript. Padill. in d. l. 2 num. 12. C. de ſeruit. & aqua. Cou. ru lib. 1. reſolut. c. 17. n. 7.

In ſeruitute tamen diſcontinua requiritur tempus immemoriale, ſi titulo non ſit conceſſa. l. foramen. vbi Doct. ff. de ſeruitut. vrb. præd. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſt. & l. 1. §. fin. & l fin. vbi Bart. ff. de aqua plu. arcend. & l. ſeruitutes. 14. vbi Doct. ff. de ſeruit. gl. ver. quæſiſti. vbi etiam notant ſcribentes. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Abb. in c. de quarta. nu. 23. de præſcript. Cæp. de ſeruit. præd. vrb. cap. 19. Iaſ. in l. 1. num. 76. ff. de acquirend. poſſ.

74 Præſcribit tamen ille, qui debet ſeruitutem diſcontinuam ſpacio viginti annorum, tàm inter præſentes, quam inter abſentes, ſi per illud temporis ſpacium, ea non vtatur ille, cuius fundo ſeruitus diſcontinua debebatur, & tunc remanet fundus liber à ſeruitute. l. ſi ſic conſtituta. vbi gloſſ. verb. conſtituto. & Doct. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. fin. vbi Bart. Bald. & alij. C. de ſeruit. & aqua. Innocent. in cap. de quarta. de præſcript. Cæp. de ſeruit. vrb. præd. cap. 24. in ſeruitutibus tamen vrbanorum prædiorum, non ſufficit ad libertatem ſeruitutis, vt dominus prædij dominantis ſolum modo non vtatur, ſed requiritur aliquod factum hominis præſcribentis. l. hæc autem. vbi Doctor. ff. de ſeruit. vrb. præd. & gloſſ. verb. vna ſeruitus, in fin. in l. ſi ſic conſtituta. ff. quemu-

Digitized by Google

ff.quemadmod. ſeruit. amitt.& dicã verb. ſeruitus. § 17.

76 Seruitutes tamen, quæ habent cauſam continuam amittuntur ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſi tanto tempore illis non vtatur dominus prædij dominantis. l.ſi ſic conſtituta. vbi Doctor. ff.quemadmod. ſeruit. amitt. & l. ſicut. vbi Paul. de Caſtr. C. de ſeruit. & aqua. Cæp. de ſeruit. vrb. præd. cap.24. Innocent.& Abb. num.31. in c.de quarta. de præſcript.

77 Præſcriptiones non debent eſſe interruptæ, ſed continuatæ ſine aliqua interruptione. c. illud autem, & c. auditis, vbi Doct.de præſcript.& l. poſt acceptum. ff. de rei vind. & l.vnica. C.de vſucap.transformand. & l. moræ. vbi gloſſ. & Doct.C. de rei vind.& l.1.C.de præſcrip.long.tẽp. & l.longi temporis.1. C.eodem titul.& eſt duplex præſcriptionis interruptio; nam alia eſt naturalis, & alia ciuilis; naturalis fit, quando quis deijcitur à poſſeſsione, & iſta interruptio prodeſt omnibus, contra quos præſcribitur. l.naturaliter. vbi Doct. ff.de vſucap. & gloſſ.verb. litis. in l. longi temporis. 1. C.de præſcript. long.temp.& gloſſ.fin. in cap.illud, vbi Abb. num.4.de præſcript. & ita per inundationem maris, vel fluminis. l qui vniuerſas. §.item, quod à mari, & l poſsideri. §. Labeo. vbi Doct. ff. de acquirend. poſſ.ciuilis vero interruptio fit multis modis, quos refert gl.verb. interruptio.in c.illud.de præſcript.

78 Interruptio ciuilis facta in præſcriptione non operatur, niſi contra illum contra quem facta eſt præſcriptionis interruptio. l.1.vbi Bald Salicet.& alij.C.de præſcrip. long. temp. & fit interruptio iſta per litis conteſtationem iure factam, nam lis conteſtata nulla nõ interrumpit præſcriptionem. l.ſi pater. vbi gloſſ.fin. & Doct.C.de ſtatuta.defunct. & gloſſ.verb. coram idoneo. in c. vt debitus. de appellat. Iaſ.in l. licet. num.5. C de procurat. nec etiam fit interruptio præſcriptionis per ſolam citationem: vt tenet Iacob. Bald.& Iaſ.in l. ex hoc edicto. ff.de eo per quem fact. erit. Ang. in l.2. §.ſi rẽ. ff.de vſucap.pro empt. bene tamen interrumperetur præſcriptio ante litis conteſtationem per oblationem libelli, ſi reus vteretur ſubterfugijs, ne lis conteſtaretur,& non ſtet per actorem quo minus conteſtetur, quia tunc habetur pro conteſtata. l.ſi eum. §.qui iniuriarum. vbi Bald. notab. 6. Paul. de Caſtr. & alij. ff. ſi quis caut.idem Bald. in l.moræ. C de rei. vind. & Cin.in l.ſicut. C. de præſcrip.30. vel 40. anni. Bart.in l.1.in prin.nu.9.ff.de priuat. delict. Iaſ.in l.ex hoc edicto.n.14. ff. de eo per quem fact. erit, & in noſtra Luſitania fit interruptio in foro ſeculari per oblationem libelli, quoniam vbi primum libellus offertur in audientia, ſtatim iudex habet litem pro conteſtata.ord.lib. 3.titul.20. §.5.

79 Præſcriptio immemorialis probatur per famam, & auditum, & quod nunquã cõtrariũ viſum fuit, nec auditũ, gl.fin. in c.1.de præſcript. lib 6. Hoſt. in c. ſuper quibuſdam. de verb.ſign.& Abb.in c.cum vobis. num.5. de præſcript. Fel. in c.ſi diligenti. eodem titul.& Alex.conſil.16.lib.5.& ſpecul. de prob. §.1. verſ. vltimo quæritur. vſq; ad fin.§.& Bald.in l.fin.C.de Sac.Sãct. Eccleſ. & gloſſ.verb. centum annorum.in d. c.cum vobis.de præſcript.

70 Præſcriptiones inductæ ſunt fauore poſſidentis, & odio negligentis, quoniã ius, & leges fauent illis, qui bona fide poſsident, & puniunt illos, qui circa res ſuas ſunt deſides, & negligentes. l. non enim. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. pupillus. ff. quæ in fraud.cred.& §.poteſt.& § hæ præſcriptiones. 16.quæſt.3. eſt tamen præſcriptio fauorabilior ad liberandum, quàm ad obligandum. l. Arrianus. vbi Doct. ff. de act. & obligat.

Verbo Præſumptio.

1 PRæſumptio eſt ſpecimen veritatis ſuper re dubia, & incerta, ex gl. verb. præſumatur. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. & Abb in c.is qui. n.6.de ſponſ. & de hoc agit Alciat.in tract.de præſump. Menoch.de præſumpt. Ioan.Mil.in pract. crim.tract.de præſumpt.& Simanch.in cathol. inſt tit.150.

2 Præſumptio dicitur multis modis, nam alia dicitur iuris tantum, alia autem iuris, & de iure, alia hominis, alia naturæ, aliæ facti, vt notat gloſſ.verb.contrà præſumptionem. in c.is qui fidem.vbi Abb num.6. de ſponſal.& glo.verb.præſumptioni.in l. fin.ff.quod metus cauſ.

3 Præſumptio iuris tantum eſt quãdo ius ſuper dubio, & veroſimili aliquid præſumit, veluti ſi vir diu habitauit cum vxore, præſumitur ab eo cognita. cap. illud. vbi gl.verb.

gl.verb.vxorem, & Doct. de præſumpt. & c.nec aliqua, & c.quid ſi pœnitentiam. 27. quæſt. 1. & c.dixi domin9. 32.quæſt.1. Abb. in c.quanto.nu.2. de præſumpt. & contra hanc præſumptionem admittitur probatio in cõtrarium. c.propoſuiſti. de probat. & l.ſi Chyrographum. vbi gloſſ.verb.præſumptioni. ff.de probat.& gloſſ.verb. præſumptioni. in l.fin. vbi Doct. ff.quod metus cauſ.& Guill.& Bart. nu.5. & Iaſ.nu.7. in l.ſi mater. C.de inoffic.teſt.& Doct.in l. antiquæ. C.ad ſenat.conſult.velleian. & in authent. ſed iam neceſſe. C.de donat.ante nupt.

4 Præſumptio iuris,& de iure eſt, quando ius præſumit ſuper aliquo, & vltrà illam præſumptionem diſponit ſuper illo, ac ſi veriſsimum eſſet, ſicut quando mulier non eſt ſtipulata ſibi dotem reddi, attamen fingit ius ſtipulationem interueniſſe: vt eſt tex.in l.vnica.§.1.vbi Doct.C.de rei vxor. act. & ſic inſimilibus, & hæc præſumptio iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium. c. is qui fidem. vbi gl.verb. contrà præſumptionem,& Doct. & c.ad id quod. deſponſal. & l. ſi ad rogator. ff. de adopt. & §. ſi ab hoſtibus. inſt. quib. mod. ius patr.poteſt.ſolu.& glo.verb. facti ſunt. vbi Doct.in l.ſiue poſsidetis. C.de probat. Abb.in c.quanto.num.2.de præſumpt.Iaſ. in l.Titia. num.28. ff. de verb.obligat. per confeſsionem tamen partis bene admittitur probatio contra præſumptionem iuris & de iure, vt tenet Bart. Bald. & alij. in authent.ſed iam neceſſe. C.de donat.ante nupt. Abb.in c.cum contingat.num.13.de iure iur. in c.is qui fidem.num.5. de ſponſal. Bart.& Alex.in l.non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſ. Iaſ. in l. Titia. num.28. ff.de verb.obligat. Corn.conſil.39. col.fin. Littera G..libr.3. & conſil. 225. Littera C. lib.4. & Fel.in c.de quarta. col.2.de præſcript. Marant.de ord.iud.6.part.§.de confeſsione. num.22. pag.389.Geripard. conſil.28. num.36.

5 Præſumptio hominis eſt quando contra aliquem hominem præſumitur ob aliquas coniecturas, de aliquo facto de quo prouenit mala fama, & contra hanc præſumptionem admittitur probatio in contrarium. c.cum in tua. vbi Doct.deſponſal. & c.cum P.& c.conſtitutus, de purgat.can & c.presbyter.& c.accuſatum.& c.ſi mala fama.2.quæſt.5. & l. non eſt veriſimile. vbi Doct. ff.quod metus cauſ.cũ multis alijs.

6 Præſumptio naturæ eſt quando aliquis facit cõtra illud,quod naturaliter tenetur. præſumit enim tunc ius,quòd iniuſtè feciſſet, ſicut quando pater exhæredat filiũ, tunc præſumitur cõtrà illum,propter naturam coniunctam, nec præſumitur filius ingratus, imò præſumitur gratus, ſi non probetur ingratus, vnde hæres patris,filiũ exhæredantis, tenetur probare patrem iuſtè filium exhæredaſſe, & aliter non valebit exhæredatio, ob illam naturæ præſumptionem. l.omnimodo.vbi Bart.Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij.C.de inoffic. teſt.& auth. non liceat, vbi Doct. C.de liber.præt.& §.aliud quoq;.vbi gloſſ.verb. nominatim. in authẽt. vt cum de appellat. cogn. coll.8.

7 Præſumptio facti eſt illa,quæ ex hominis facto cauſatur, & præſumitur,quæ etiã poteſt dici præſumptio hominis, & hæc præſumptio alia vehemens,alia probabilis, & alia leuis,quæ ex aliquibus ſuſpecionibus facti inſurgit,& in iſtis præſumptionibus debemus aſpicere actum ſecundum ſuam naturam,& exiſtentiam, nam ſi viſus fuerit homo, & mulier nudus cum nuda, ſolus cum ſola, in lecto iacentes,eſt vehemens præſumptio, cauſata ex facto hominis, cap. litteris. vbi notant communiter Doct.de præſumpt.aut ſi videamus iuuenem cum puella per plana, & nemora, & loca ſecreta pluries colloquentes, eſt tunc probabilis præſumptio, quòd non dicant orationem dominicam,nec articulos fidei, c.tertio loco, vbi addit ad Abb. §.circa.de præſumpt.Abb.in c.quoties. nu.6. de teſt. aut quando præſumptio in ſurgit ex leuibus cauſis, pro mala fama hominis facientis,quoniam arbor bona,aut mala cognoſcitur ex fructibus, vt habetur. Matth. cap. 7. & refert Abb in c.ſtote. de regul.iur. in dubio tamẽ ſemper debemus interpretari in meliorem partem. d. c.ſtote, vbi Doct. de regul.iur.

8 Præſumptio violenta in cauſis ciuilibus ſufficit ad proferendam diffiniuam.c.afferte mihi. vbi gloſſ.verb. date mihi,& Gofred.Ant.de Butr. Innocent. Hoſt. Abb. & alij. de præſumpt. & c. dixit dominus.32. quæſt.1. Bart.conſil.6.Paul.de Caſtr.cõſil. 299. col.3. lib.2. Alex.conſil.15.col.2. lib. 1. Iaſ.in l.1.n.29. C de ſeruis fugit.quamuis in criminali cauſa nõ ſufficiat hæc violenta præſumptio ad aliquem puniendum pœna ordinaria: vt tenet Innocent.& Hoſt. in c.

Digitized by Google

in c. quia veriſimile. de præſumpt. & Ant. de Burr. & Abb. in d. c. afferte mihi. eodem titul. Bald. in l. 1. col. fin. C. de probat. & Rom. in l. 1. ff. ad Syllan. & Iaſ. in l. ſi quis mihi. §. ſi quid mandauit. num. 14. ff. de acquir. hæred. & in l. 2. num. 29. C. de ſeru. fug.

9 Præſumptio ſtat pro illo, qui ſe iudicio offert, & eſt contra illum qui iudicium ſubterfugit, quoniã ille, qui ſe iudicio offert, videtur confidere de ſua innocentia, & ille, qui ſubterfugit, videtur confiteri, & deficere de ſua iuſtitia c. nullus. vbi gloſſ. 1. & Ant. de But. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes. de præſumpt. & c. Chriſtianus. in fin. 11. quæſt, 1. & c. honoratus. 74. diſt. & c. decreuimus. 3. quæſt, 9. Merg. conſil. 38. n. 27.

10 Præſumptio in futurum ſumitur ex præteritis, nam qui continens fuit in iuuẽtute præſumitur, quòd caſtè viuat in ſenectute, & è contrario, ſi quis incõtinens fuit, præſumitur, quòd incontinens erit, & ita ſi aliquis ſolebat furari, præſumitur quòd in præſenti non mutet animum. c. mandata, & c. ſcribam. vbi Doctor. & c. ex ſtudijs de præſumpt. & c. ſi quis diaconus. 50. diſt & c. cum per bellicam. 34. quæſ. 1. & c monachus vero. 77. diſt. & c. peruenit. 18. diſt. & c. milites. 44. diſt.

11 Præſumptio etiam oritur ex præteritis minis, nam ſi aliquis minatus fuerit alicui de illo percutiendo, & poſtea fuerit percuſſus, aut occiſſus in heremo, aut nocte, & neſcitur à quo fuiſſet percuſſus, eſt tunc præſumendum, quòd ab illo minante percuſſus fuiſſet quoniam ex præteritis minis præſumitur in præſenti, attamen non ſufficit hæc præſumptio ad imponendam pœnam ordinariam, ſed extràordinariam cõſiderata qualitate delicti, & circunſtantia loci, & perſona minante, ſi eſt talis, quæ ſoleat exequi minas ſuas, aut ſi eſt perſona potens ad illas minas exequendas, & alia, quæ bonus iudex in tali præſumptione cõſiderare debet. vt notat Abb. in d. c. ſcribã. nu. 2. de præſumpt. ſpecul. in titul. de præſumpt. §. 2. circa fin. idem Abb in c litteras. num. 3. de præſumpt. Fel. in c. afferte mihi. col. fin. eodem titul. Cin. in l. 1. C. ſi quis Imperat. mal. dix. & Bald. Imol. & alij, in l. fin. C. de hæred. inſt & Alex. conſil. 13. lib. 4. Brun. in tract. malefic. col. 13. verſ. quæro vlterius. & col. 17. verſ. item licet ex minis, & ita eſt intelligenda. ord. libr. 5. titul. 135. §. 1.

12 Præſumitur notitia facti ex vicinitate, quoniam præſumitur vicinum ſcire facta ſui vicini, præcipuè circa habilitatem, aut inhabilitatem, bonitatem, mores, diuitias paupertates, genealogiam illius, & ſimilià. c. quoſdam. vbi Doct. de præſumpt. Angel. in auth de teſt. §. 1. col. vlt. coll. 7. & Bald. in l. 1. §. cum igitur. col. 6. C. de iure de liber. Bart. in l. 1. num. 15. Alex. col. 10. Iaſ. num. 19. ff. de reb. cred.

13 Præſumitur quòd ſit notum in vicinitate, quod eſt notum in remotis, admittitur tamen probatio in contrarium, ſicut in alijs iuris præſumptionibus. c. quanto. vbi Ant. de Burr. Innocẽt. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes, de præſumpt.

14 Præſumitur, quòd ille, qui approbatus eſt ad aliquod beneficium, aut curam animarum, ſit idoneus, niſi probetur contrarium, nam ſi Epiſcopus approbauit aliquẽ Sacerdotem ad curam animarum alicuius Eccleſiæ, & poſtea Clericus ille habuit ap præſentationem alicuius patroni, ſiuè à Summo Pontifice eſt Miſſus, vt in illa prouideatur Eccleſia, ſi fuerit idoneus, non debet tunc Epiſcopus, qui illum approbauerat, dicere quòd non ſit idoneus, quamuis poſſit probatio in contrarium admitti. c. dudum. vbi gloſſ. verb. præſumatur. & Doctor. de præſumpt. & c. accepimus. vbi glo. 2. de ætat. & qualit. & l. Pomponius. vbi gl. verb. ſemel approbatum. ff. de neg. geſt. & c. nulli Epiſcoporum. de accuſat. & c. veniens de fil. præsbyter. & c. horrendus. 32. quæſt. 5. Abb. in c. ſcriptam. numer. 15. de elect.

15 Præſumptio ſemper ſtat pro iudicato, ita quòd poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam præſumitur quod omnia in proceſſu iuſtè, & rectè acta fuiſſent, nec eſt neceſſe ad hoc oſtendendum producere acta, ſed tantum ſtatur ſententiæ. cap. cum inter. vbi Abb. nu. 11. & alij, de ſent. & reiud. & facit text. in l. eleganter. §. 1. ff. de cond. ind. Innocent. in c. bonæ. de elect. & Abb. in cap. quoniam contra. de probat. fallit tamen in caſibus. vbi dicam. in verb. ſententia.

16 Nemo præſumitur iactare bona ſua. c. quia. vbi gloſſ. 1. & Doct. de præſumpt. & l. cum de indebito. §. qui enim. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de probat. Abb. in c. & ſi, num. 3. de ſimon.

Digitized by Google

Verbo Pretium.

1 PRetium iuſtum rei dicitur illud, quòd communiter æſtimatur ſine affectione ſingulari. l.pretia rerum. vbi Doctor. ff.ad leg.falcid. & l.ſi cui fundus. ff.delegat.2.& l.ſeptem. C. de erog. mil. annon. lib.12. & l.ſi ſeruum meum. ff.ad leg.Aquil. & gl. verb.ad alium.in cap.cum cauſa. vbi Abb. nu.2. de teſt.Anan. in c. in ciuitate.nu.13. de vſur. Alciat. in l. prope modum. ff. de verb.ſign. Doct. in c.1. de empt.& vend. Pinel.in l.2. part.3.cap.vlt. num.17.C.de reſcind. & Cou.run. lib.2. variar. reſolut. cap.3. Valaſ.conſult.43. num.1. Geripard. conſ.12. nu.26.

2 Vnde infertur quòd teſtes, qui deponũt de pretio rei dicentes, ſe tantum dare pro re illa, non probent, ſi propter affectionẽ ſpecialem, aut loci vicinitatem,ſeù aliam quamcumq; affectionem illud pretiũ dare voluiſſent,neq; ſi dicant,quòd res illa pro tanto pretio fuit empta, quoniã tunc poterant contrahentes ſe decipere , aut carius emere ob ſpecialem affectionem rei, quoniam res eſt æſtimãda ſecundum illud pretium quanti valebat , per communem æſtimationem; ſi tamen conſtat,quòd pretiũ illud dediſſent ſine aliqua rei affectione, bene probarẽt, ſed puto quò l melius eſt, vt teſtes producti dicant,quòd res tãti valet per communem æſtimationem,& tali loco,& tempore, tanti vendi poterat, & hoc bene probatur. in d. l. pretia rerum. vbi Doct. ff.ad leg. falcid. & l.3. §. tacita. vbi Doct. ff. de iure fiſc. Abb.in c.cũ cauſa. uum.3. de teſt. Bart. in l.cum emptor. §.fin.ff.de damn.infect.Rebuf.in l.vnica n. 499. C.de eo.quod intereſt Valaſc.conſult. 43. nu.6. Merg. conſil.18. nu.26.

3 Pretium iuſtum rei conſideratur tripliciter, puta infimum, medium, & ſummũ, & quodcumq; iſtorum dicitur iuſtum per communem æſtimationem rei,ſine aliqua affectione, conſiderata bonitate rei , loco, & tempore venditionis, vt tenet Scot. in 4. diſt. 15. quæſt.2. Ioann. Maior. ibidem. quæſt.19. & 40. Corrad.lib.3. de contract. quæſt.56. concluſ.5. Nau.in Manu.cap.17. num.228. & cap 23. num.78. Burg.in c.cũ cauſam. num.5. de empt. & vend. Valaſc. conſult.44. num.1. vnde iuſtum pretium rei non poteſt conſiſtere in puncto indiuiſibili, ita vt præciſè res valeat centum,nec minus,vel plus,quia poteſt valere centum, & decẽ conſiderato ſummo pretio,& centum pretio medio,& nonaginta,pretio viliore, & infimo, & omnia iſta pretia poſſunt eſſe iuſta,vt tenet Scot.Corrad.Burg. Nau.& Valaſ.vbi ſupra.

4 Pretium tamen rei immobilis regulatur ſecundum fructus,& redditus,qui ſine expenſis percipiuntur ex re illa in viginti annis , ſi enim fundus talis eſſet , ex quo colligeretur fructus valentes mille deductis expenſis, iuſtum pretium illius eſt viginti millia , & ſi domus locaretur pro quinq; in anno, valet centum,& ita de ſimilibus. authẽt.de non alien.aut permut. reb. Eccleſ. §.quia vero Leonis.verſ.ſi vero alicuius.vbi gl.ver.computari. & Doct. coll.2. & gl.verb.ad aliam. vbi Abb. nu.3. In c.cum cauſa de teſt.& gloſ.verb.æſtimatur. in l.ſi quas. C. de rei vind. & gl.verb. iuſta. in auth.perpetua. C.de Sacro Sanct. Eccleſ. Iaſ. in l.ſi fundum. 2. num.5. ff.delegat.

5 Pretium frumenti, vini, & olei, & aliorum ſimilium, variatur excurſu temporis, & multoties in anno valor illius creſcit, & decreſcit. l.ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff.de act. empt.& Iaſ. in l.liber homo. §.decem mihi.num.6. ff.de verb obligat. Doct. in d. l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. & in l.2..C.de rei vind. Rebuf.in l. vnica. nu.503. C.de ſent.quæ pro eo,quod inter. Valaſ.conſil.43.num.28.& etiam variatur ex diuerſitate,& varietatẽ locorum, vt eſt text. in l.non vtiq;. §. Scæuola alias. l. arbitraria §. nunc de officio. vbi Iaſ.n.4. ff. de eo,quod certo loco, & l. pretia rerũ. §. non nullam. vbi Bart. num.1. & alij.ff. ad leg. falcid. vnde ille , qui articulat de valore rei debet proponere de iuſto,& cõmuni pretio, in loco, & tempore, quo debitor ſoluere tenebatur. d. l.arbitraria. §. nunc de officio. vbi Bart.Bald.Iaſ.& alij.ff. de eo quod cert. loco,& d. l pretia rerum. §. non nullam. vbi Doct. ff. ad leg. falcid. Bart.in l.2. num.19. C.de reſcind.vend. ſi autẽ debitor fuit moroſus creſcit intereſſe à tempore moræ. l. vinum. vbi Doct. ff.de reb. cred. & l. in hoc. ff.de cond. trit.& l. quoties in diem.& l.idem crit.ff.de verb. obligat. & l.datio. §.ſi per venditorem. & l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. non eſt tamen attendendum ad illud,quod animoſior ſolicitator promiſit, fortè adimpediendum adiudicationem fieri

fieri iuſto pretio, nec ad rigorem vnius, aut aliquorum paucorum dierum, ſed ad illud, quanti frumentum, vinum, ſeu oleum, & ſimiles res communiter illo tempore venditæ fuerunt in loco publico publici fori. l. ſeptem diebus, vbi Bart. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. & in d. l. pretia rerum. §. 1. ff. ad leg. falcid. Iaſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. num. 25. ff. de verbor. obligat. Imol. Alex. & Rebuſ. nu. 503. in d. l. pretia rerum.

6 Pretium rei meæ condicere poſſum ab eo, ad quem res mea peruenit titulo lucratiuo, & illam vẽdidit, & poſtea res periuit, aut ſi locupletior fuit in illo, quo fuit locupletior. l. ſi eum ſeruum. vbi Bart. Salicet. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & alij. ff. de reb. cred. & l. fin. vbi Bart. ff. de negot. geſt. & l. 1. vbi Doct. C. de reb. alien. non alien. & l. mater tua. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de rei vind. Gerip. conſil. 24. num. 36.

7 Pretium rei, quamuis in rebus vniuerſalibus ſuccedat loco rei, vt eſt text. in l. ſi & rem. vbi Bart. ff. de pet. hæred. & l. Imperator. §. fin. vbi Doct. & l. ſed quod inde. ff. delegat. 2. & gloſſ. verb. reſtitui. in l. ſi fundum. ff. delegat. 1. & l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vind. & Bald. in d. l. mater. C. de rei vind. & Abb. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ. 1. num. 6. vt lit. pend. & Iaſ. in l. ſi cum ſeruum. num. 4. ff. de reb. cred. Afflict. deciſ. 469. num. 4. non tamen in particularibus, ita vt dominus rei furtiuæ venditæ non poſsit vi auferre pretium redactum ex re furtiua, quin furtum cõmittat. vt eſt text. in l. qui vas. §. fin. vbi Doct. ff. de furt. & Abb. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. d. nu. 6. & Iaſ. in d. l. ſi cum ſeruum. d. num. 4. de æquitate tamen bene ſuccedit pretium loco rei in re particulari, vt dominus rei poſsit agere ad pretium conſequendum, re perempta, non autem, vt illud auctoritate propria auferre poſsit, & ita conciliantur text. in d. l. qui vas. § fin. ff. de furt. & in d. l. ſi eum ſeruum. vbi Iaſ. num. 4. ff. de reb. cred.

8 Pretiũ rei eſt æſtimandũ ſecundũ quod res valet cum ſuo onere, quoniam onus rei habetur loco pretij, quoad illud pretium minuendũ, & ratione oneris minus valet. l. fundi partem. vbi Bald. ff. de contrah. empt. & l. ſi venditor. §. fin. ff. pro ſocio. & l. pretia rerum. vbi Doct. ff. ad leg. falcid. & l. ſi venditor. §. fin. vbi Bald. ff. de ſeru. expoſit. & Bart. in l. 1. §. ſi hæres. nu. 2. Rip. num. 26. & alij. ff. ad treb. Valaſ. conſul. 43. num. 5. Merg. conſil. 3. nu. 23. Rebuff. in d. l. vnica. num. 505. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

9 Pretiũ debet interuenire in emptione, & venditione in pecunia numerata, aliàs non dicitur venditio, ſed contractus innominatus. l. naturalis. §. & ſi quidem. vbi Doct. ff. de præſcript. verb. & ita in locatione, & conductione. d. l. naturalis. §. at cum do. vbi Doct. & §. ſed ſi facio. num. 3. ff. de præſcript. verb. & l. 1. §. ſi quis ſeruũ. vbi Bart. ff. depoſit. & l. & hæc diſtinctio §. fundum. ff. locat. Gerip. in conſil. 28. n. 16.

Verbo Principale.

1 PRincipale, quomodo intelligatur, & quomodo dicatur, & quibus modis in iure capiatur declarat Bart. in l. ambitioſa. à num. 17. ff. de decret. ab ord. fact. & in 1. Conſt. C. in prin. Iaſ. in l. ſi quis ne cauſa. nu. 25. ff. de reb. cred.

2 Principale ſemper eſt inſpiciendum, quando vnum conceditur, & alterum prohibetur. l. 1. in prin. vbi Doct. ff. de act. tutor. & Doct. in l. ſi quis cauſam. ff. ſi cert. pet. & Iaſ. in l. more. num. 21. ff. de acquirend. hæred. & in l. ſi profundo. nu. 5. C. de tranſact. quoniam ius ſemper conſiderat, quod principaliter fit, & non quid fit executiuè, vnde qui facit lege permittente, non incidit in pœnam, licet magiſtratus legem iniquam condidiſſet. l. 1. vbi Doct. & l. fin. ff. quod quiſq; iuris. Bald. & Iaſ. nu. 23. in l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. cred. & in aditione hæreditatis principaliter venit acquiſitio, & obligatio venit in conſequentiam, & ideo acquiſitio attẽditur principaliter. vt Iaſ. vbi ſupra.

3 Principale ſi non tenet nec acceſſoriũ adhærens poteſt perſiſtere. c. & ſi neceſſe. de donat. inter vir. & vxor. & c. 2. de noui op. nunciat. & c. acceſſorium. vbi Doct. de regul. iur. libr. 6. & c. inter dilectos de fid. inſtr. & c. cum inter. §. quamuis. de ſent. & reiud. & l. cum principalis. 138. vbi Dec. num. 3. ff. de regul. iur. & l. 1. vbi Doct. C. de cond. cauſ. dat. Abb. in c. 2. de præcar. & Iaſ. in l. eius qui. §. quas vero. num. 3. ff. de reb. cred. idem Iaſ. in l. 1. §. ſi vir vxor. num. 19. ff. de acquir. poſſ. nec pœna appoſita tunc tenet nec pacta inita. d. cap. 2.

vbi

Digitized by Google

vbi Abb. nu.2. de præcar & c.ſi dilig enti. de foro comp. & c.1. & 2. in 15. quæſt 6. & l.non dubium. C.deleg & l.1. vbi Bald. & Salicet. C de cond.ob cauſ.dat.

4 Principali enim deſtructo deſtruitur acceſſorium, quoniam acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & principali ſublato tollitur acceſſorium, ſi de iure cõmuni tollitur, nõ autem ſi de iure ſingulari tollatur. c.acceſſorium.vbi Doct.de regul. iur.libr.6. & l.item ſi eum.§.labeo.ff quod met.cau.& l.labeo.ff quẽadm.ſeruit.amitt. & gl.verb.non poſſe in l.fin. §.lucius. vbi Iaſ.n.9. ff.de cond.ind.& gl.verb.aſtringi. in c.quia plerięꝫ.de offic.ord.libr.6.& l.in rem actio.§.ſed & id.ff.de rei vind.& Ang. in l.cũ in vna. in fin.prin.ff.de apcellat. & Iaſ.in l.ex teſtamento.C de fid.commiſſ.

5 Conceſſo tamen antecedenti, cõceditur acceſſorium ad illud neceſſarium, l. item. §.qui habet. vbi Bart. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l.refectionis cum gloſſ.ibi verb. ſequuntur. vbi Doct.ff.communia præd.& l. veteres. ff de itiner. actuq́; priuat. & l.loci corpus. § ſi quis mihi. ff.ſi ſeruit.vind.& l. 2. vbi Doct. ff.de iuriſd.omnium iud.

6 Si principalis contractus non valet,nec pacta,nec cõfeſsio,nec pœnæ appoſitio, & cętera acceſſoria in illo cõtenta valent,vt ſuprà reſoluimus, hoc tamen eſt intelligẽdũ,quando principalis cõtractus initus eſt contra legem, nã ſi contractus principalis initus fuiſſet præter legem, benevaleret acceſſoriũ,quãuis non valeret principalis. l.ſtipulatio iſta §.alteri. vbi DD ff.de verb. obligat.& §.alteri.vbi gloſ.verb.pœnam & DD.inſt.de inutil ſtipul.Iaſ.in l.eius qui in prouincia § quas vero n.3 ff de reb.cred.

7 Principale nõ aſtringitur per ſuum acceſſorium,ſed acceſſorium aſtringitur per ſuum principale. l.prædijs. vbi gloſ.verb. prædiorum,& Bart ff.delegat.3. & Iaſ.in l. ſi cui ſerui. nu.3. ff.delegat.1.

Verbo Priuilegium.

1 PRiuilegium propriè dicitur illud,quod alicui conceditur contra ius,& dicitur lex priuata, priuans legem communem.c. Abbate. §.contrà. vbi Abb. nu.7. de verb. ſign.& c.priuilegia.diſt.3.& Abb.in c.olim. n.7. de verb.ſign. & Bart. & Iaſ.in l.miles. ff.de re iud. Bart.in l.1. n.12. C.de iuris,& fact.ign.& in l.fin.nu.2. C. ſi contra ius,vel vtil.& Bart.in l.beneficiũ.n.3. & Iaſ. n.27. ff.de conſt.prin.quod tamen princeps cõcedit præter ius cõmune,ſine alterius præiudicio ex gratia, & liberalitate dicitur beneficiũ,& non priuilegiũ, vt tenet Abb. in c olim. n.7. de verb ſign.Bart.& Iaſ.vbi ſupra in d l.beneficiũ,idẽ Iaſ.de vſib.feud. n.27. Cin.& Salicet.in l.reſcripta. C ſi cõtra ius, vel vtil.licet lato modo vnũ cõprehen Iat aliud.vt reſoluunt Doct.vbi ſupr.

2 Priuilegium concedere non poteſt niſi Papa, Imperator, Rex, aut Princeps, ſiuè Epiſcopus, aut eius ſuperior,cum cõſenſu capituli, aut ille, qui conſtitutionẽ facere poteſt,quia ipſe poteſt priuilegiũ conſtituere in his, quæ expectãt ad ſuã conſtitutionem, vt notant omnes in c.cũ olim.de verb.ſign.ſumma Ang.ver.priuilegiũ.§.2.

Priuilegium aliud perſonale,aliud reale, l.priuilegia. vbi Doct.ff.de regul.iur. Dec. in l.in omnibus cauſis. ff.eodẽ Anch.Din. & alij in c.priuilegium.de regul.iur lib.6. & l.ætatem. ff.de cenſ & cap.mandata vbi Abb.n.1. de præſumpt gl.verb priuilegiũ. in c.priuilegium.de regul.iur.lib 6.

4 Priuilegium perſonale extinguitur cum perſona. c.priuilegium vbi notant cõmuniter Doct de regul. iur.lib 6.& l.in omnibus cauſis. vbi Dec.& l priuilegia ff.de regul iur.& c.ad hoc quia vbi gl 1.de auctorit. & vſupall & l.1 ff de cõſt.prin & l.ætatẽ. ff.de cenſib.& l.maritum.& l.quia tale. ff ſolut matr.& l.cum patronus vbi Bart.& l.Titia.§ vſuras.ff.delegat.2.& l.ſordidorũ. vbi Doct. C.de execut muner.lib.10.

5 Priuilegium conceſſum vni perſonæ nõ eſt extendendũ ad aliam propter identitatem rationis,quoniã quod vni conceditur de iure ſpeciali,non intelligitur cõceſſum alijs,qui in conceſsione nõ ſunt expreſsi. c.ſane,& infrà. vbi gl.1. & Doct.de priuil. Bald. in l.non tantum. § non omnia, ff de execut.tut.&Gem.in c.ne aliquis.de priuil. lib.6.& Anch.conſi.109 incipit prima facie. & Ang.conſil.272. incipit quando dictum priuilegiũ Card.conſil.12. Dec.cõſil. 48.in prin.& c hinc eſt.16 quæſt.1.quãuis quod de iure communi cõceditur videtur omnibus cõceſſum. c.deniq́;.diſt.4.& c.ad eius vero. diſt.5. aliter tamen eſt in illo, quod de iure ſpeciali conceditur.d.c.hinc eſt.16.quæſt.1.gloſ.1 in d.c ſane.de priuileg & l.1.vbi Bart.Bald.Ang.Paul.de Caſ. Iaſ. & omnes. ff.de conſt. princip. & idem quando aliquid in pœnalitatem infligitur. l. cum patronus. ff.deleg.2.

Digitized by Google

6 Priuilegium etiam non extenditur de vno caſu ad alium, quoniam cum ſit ſtricti iuris non patitur extenſionem. c. porro. vbi gloſſ. & Doct. de priuil. & c. priuilegia, diſt. 3. Valaſc. conſult. 136. num. 9. Gerip. conſil. 39. num. 2. vnde gaudens priuilegio in ciuilibus, non gaudet in criminalibus, niſi ſpecialiter in illo ſit cautum. c. 1. vbi Doct. de priuil. lib. 6.

7 Priuilegium ſimpliciter conceſſum alicui perſonæ, ſemper intelligitur ſecundũ qualitatem, & cõditionem ipſius perſonæ. l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. & l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & habit. ſumma Ang. verb. priuilegium. §. 4. Merg. conſil. 26. nu. 18.

8 Priuilegium particulariter alicui conceſſum non eſt ab alijs trahendum in argumentum, & exemplum, quoniam priuilegium non facit legem communem. cap. conſtitutus. vbi Doct. de conceſſ. præb. & c. ſane. vbi gloſſ. 1. de priuileg. & c. petiſti. 7. quæſt. 1. & c. non exemplo 16. quæſt. 2. & l. 1. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de cõſt. prin. & l. quod contra rationem. ff. de regul. iur. & c. quod alicui. vbi Din. Ioan. Andr. & alij. de regul. iur. lib. 6.

9 Priuilegia tamen conceſſa militibus ſecularibus extenduntur ad milites celeſtes, quando datur eadem ratio. ex gloſſ. verb. facere. in l. miles. vbi Ricard. Bart. Ang. Iaſ. & alij. ff. de reiud. Abb. in c. 1. nu. 5. de Cler. ægrot. Anch. & Imol. in c. Oduardus. de ſolut. idem Imol. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. & eſt communis, licet Old. Alb. & Paul. de Caſtr. contrarium teneant. in d. l. miles. ff. de reiud.

10 Priuilegium cõceſſum militibus armatæ militiæ, extenditur ad Doctores, Licẽtiatos, & Aduocatos, per gloſſam communiter approbatam in l. miles. verb. facere. vbi Bart. ff. de reiud. & Iaſ. num. 9. & alij. in l. miles. C. de quæſt. & in l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iud. niſi priuilegium ſit conceſſum militibus propter ignorantiæ iuris præſumptionem, quia tunc non extenditur ad Doctores, nec Aduocatos, eò quòd in illis non debet cadere iuris ignorantia. l. regula. §. ſed iuris ignorantia. vbi Doct. ff. de iuris, & fact. ign. & l. 2. ff. de orig. iur. & l. profeſsio. C. de muner. patrim. lib. 10. Alex. & Iaſ. in d. l. miles. ff. de reiud. & Cin. & Salicet. in l. 1. ff. de iur. & fact. ign.

11 Priuilegium conceſſum militibus armatæ militiæ, hodie competit his militibus, qui parati ſunt ad bellum in eundum, quoticscumq; opus fuerit, licet in caſtris non exiſtant, & non illis, qui militiam tanquàm dignitatem aſſumpſerunt, & ſemper vacant ocio. vt tenet Cin. in l. 1. quæſt. 8. C. de iur. & fact. ign. Bald. conſil. 457. lib. 5. Dec. in Rubric. C. de teſt. milit. facit doctrina Alex. in l. Centurio. nu. 20. & Galeaul. nu. 7. ff. de vulg. & pupil. Ant. da Gam. deciſs. 465. num. 1. Leo. in tract. noui oper. nunciat. cap. 2. num. 24.

12 Priuilegium datum viduis mulieribus extenditur ad illas, quæ habent maritos inutiles, aut perpetuis carceribus emancipatos, ſeù perpetuò in exilium miſſos, vt tenet gloſſ. communiter approbata. in l. fin. verb. orbitates. C. ad leg. fab. & facit text. vbi communiter Doct. in l. vnica. C. quand. imperat. int. pupill. & vid. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 185. ff. de vſucap. & in l. fin. num. 3. ff. de offic. eius cui mand.

13 Priuilegium conceſſum viduis, vt non poſsint cõueniri, niſi ſubcertis iudicibus, habet locum, etiam ſi mulier viuente viro ſe obligaret reſpondere coram certo iudice, & renunciaret iudici ſui fori, quia priuilegium illud non cõpetebat mulieri, dum erat vxorata, & viuebat cũ viro ſuo, & licet tunc renunciaret priuilegio, quod tunc ſibi non competebat, non valet talis renunciatio, cum ſit ſuper iure de futuro, quia nullus poteſt refutare illud, quod non habet. l. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſubconditione. vbi Doct. ff. delegat. 2. & gloſſ. verb. quietas. in c. ex multiplici. vbi Abb. n. 7. de decim. & gl. verb. te filio. vbi Bart. Iaſ. & alij. in l. 1. C. de pact. idem Iaſ. in *l.* ſeruus. aliàs. l. apud Iulianum. §. ſi Titius. num. 8. ff. delegat. 1.

14 Et etiam illis competit priuilegium illud in litibus cæptis cum viris mortuis, & in omnibus litibus cæptis cum alijs perſonis extraneis, quarum hæredes fuerint. quoniam cum hoc priuilegium nouiter competat, & nouiter ſit cauſa alicuius viduæ, non debet priuari ſuo priuilegio, & ita fuiſſe iudicatum in ſupremo ſenatu noſtræ Luſitaniæ, refert Valaſc. conſult. 136. nu. 11. & ita dico de priuilegio conceſſo minoribus, & perſonis miſerabilibus, quãdo hæc ſuperueniunt poſt litem cæptam, quoniã regula. l. vbi acceptũ. ff. de iud. non habet locũ ſi aliqua ſuperueniant propter

quæ

Digitized by Google

quæ iudicium declinari poſſet. vt tenet Bart. in d. l. vbi acceptum: num. 3. Merg. conſil. 13. num. 8. hoc tamen non habet locum in criminibus, aut cõtractibus, ſi cautum non ſit ſpecialiter in priuilegio. c. 1. vbi Doct. de priuil. lib. 6. & dico infrà. §. 42. & ord. lib. 3. titul. 6. in prin. & § 2.

15 Priuilegium conceſſum vni ex litigatoribus, extenditur ad partẽ aduerſam, propter æquitatem obſeruandam in iudicijs. l. fin. vbi Bart. Bald. Salic. & alij. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. ſi quis iniquum, & ibi Doctor. ff. quod quiſq; iur. & l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. hoc tamen eſt intelligendum, quando priuilegium reſpicit litis ordinationem, & proceſſum, nam ſi priuilegium reſpicit litis deciſionẽ, tunc tranſit ad partem aduerſam; ſi verba priuilegij hoc ſonent quod ad alium tranſeant. vt in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſ. ſi tamen verba priuilegij hoc non ſonant, non tranſit in aduerſarium, ſi priuilegium motu proprio fuit conceſſum abſq; partis poſtulatione, aliter autem tranſit, vt notant Doct. in c. 2. de mut. pet. Bart. in d. l. fin. num. 4. C. de fruct. & lit. expenſ.

16 Priuilegium immunitatis cõceſſum alicui nobili, & eius filijs, & nepotibus, competit filijs, & nepotibus viuẽte patre, quoniam in priuilegio illo bene poteſt pater, & filij, atq; nepotes ſemel, & ſimùl gaudere priuilegio. vt tenet. l. 1. & 2. ff. de iure immunit. & l. omnis à Clericis. C. de Epiſcop. & Cler. & l. fin. C. de iniur. Bart. in l. Gallus. § quidam rectè. nu. 11. & Iaſ. n. 46. & alij. ff de liber. & poſthu.

17 Priuilegium tamen patris non competit filiæ maritatæ, quamuis ſit conceſſum patri, & filijs, & deſcendentibus, quoniam filiæ nuptæ ſtatim tranſeunt in forum mariti. l. cum quædam. vbi Lud. Rom. & Iaſ. num. 3. ff. de iuriſd. omnium iud. & Bart. Angel. Ioan. de Plat. & alij. in l. quoties. C. de priuil. Scholar. lib. 12. idem Lud. Rom. in l. 1, in prin. ff. ad Syllan. Briſ. in repert. ſuo. verſ. poterit, & eſt text. in l. fœminæ. vbi Doctor. ff. de ſenat. & l. mulieres. vbi Bart. C. de dignitat. lib. 12.

18 Priuilegium ſenatoris tranſit ad filios, & quodcumq; priuilegiũ, quod pater habet reſpectu cuiuſcumq; dignitatis. l. ſenatoris, & l. emancipatum, & l. fœminæ. vbi Doct. ff. de ſenat. Abb. in c. licet. nu. 5. de cenſ. & Cin. in l. 2. C. de Epiſc. & Cler. & notant Doct. in l. 1. C. de dign. lib. 12. priuilegium tamen patris, quod illi ratione officij, ſeù profeſsionis fuit conceſſum nõ tranſit ad filios, niſi legitimos, dum pater viuit. vt tenet Cin. in d. l. 2. C. de Epiſcop. & Cler. Abb. in l. licet. n. 5. de cenſ. Lucas. de pena. in l. 1. C. de priuileg. eorum, quæ Gam. deciſ. 174. nu. 23.

19 Priuilegium immunitatis ſimpliciter conceſſum, intelligitur de muneribus extraordinarijs, & non de patrimonialibus, & ideo qui vult conſequi pleram immunitatem, debet illam ſpecialiter habere, vt ſpecialiter fiat mentio de muneribus realibus, & perſonalibus ordinarijs, & extra ordinarijs. l. hi qui, & l. ab his, & l. ſunt munera. ff. de vacat. muner. & l. qui immunitatem. C. de munerib. patr. lib. 10. Bart. in l. 2. nu. 4. ff. de iure immunitat. Abb. in cap. peruenit. num. 23. de immunit. Eccleſ.

20 Priuilegium reale eſt illud, quod alicui Eccleſiæ, caſtro, ciuitati, oppido, ſeù alicui, loco, vel alicui perſonæ ratione loci, aut alicui rei conceditur, & hoc eſt perpetuum, & adhæret ipſi rei, & tranſit cum re, in quamcumq; perſonam. c. decet. vbi gloſſ. & Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. tempus. vbi Iaſ. num. 2. ff. de reiud. & l. priuilegia. quædam. ff. de regul. iur. & l. ætatem. & l. formam. § quamquam. ff. de cenſ. & l. 1. § permittitur. ff. de aqua quot. & æſt. Abb. in cap. ex parte. num. 5. de decim. & Bart. in l. licitatio. § mercatores. ff. de public. & vectig. Dec. in l. in omnibus. nu. 1. ff. de regul. iur.

21 Priuilegium conceſſum alicui perſonæ ratione alicuius loci, non ſequitur perſonam extrà illum locum, ſed potius ſi ad alium locum ſe tranſtulerit, non gaudebit priuilegio. c. quoniam, vbi Abb. num. 2. de priuileg. & c. Abbate. in fin. de verb. ſign. & c. generaliter. 16. quæſ. 1. & c. 1. § in eos. vbi Doct. de priuileg. libr. 6. Leo. in tract. noui op. cap. 3. num. 15.

22 Priuilegium exemptionis conceſſum monaſterio, non extenditur ad capellas exemptas ipſi monaſterio ſubiectas, quæ tamen nõ ſunt acceſſoriæ, c. exore. vbi Abb. num. 4. de priuileg. & gloſſ. verb. in quantum. in c. cum capella, eodem tit. ſi autem priuilegium ſit conceſſum monaſterio, vt eius monachi non poſsint excommunicari, inteligitur etiam de monachis exiſtentibus in Eccleſijs ſibi ſubiectis vtroq; iure, quæ illi monaſterio ſunt acceſſoriæ,

Digitized by Google

c.quoniam vbi Gofred. Ant.de Butr.Hoſt. Innoc.Ioan.And.Abb.& omnes de priuil. & d.gl.ver.in quantum.in d.c.cũ Capella.

23 Priuilegium conceſſum religioſis,vt eis uenientibus in loca interdicta aperiantur Eccleſiæ,vt in eis diuina officia celebrẽtur eſt intelligendum, vt vna tantum Eccleſia eiuſdem ordinis in ciuitate,caſtro,ſeù oppido ſemel aperiatur in anno.c.vt priuilegia.vbi gl.ver.ſemel,& Doct.de priuileg.

24 Priuilegium conceſſum religioſis,vt tẽpore interdicti poſsint ſepelire ſuos confratres, eſt intelligendum de illis cõfratribus,qui mutato habitu ſeculari eorum ordini ſunt oblati, aut bona ſua interuiuos ordini illorum dederunt, reſeruato ſibi vſufructu. c. priuilegia. vbi Abb. nu.3. de priuileg.Geripand.conſil.42.n.28.

25 Priuilegiũ conceſſum religioſis, vt poſſint conuertere Eccleſias ſibi ſubiectas in proprios vſus poſt mortẽ poſsidentiũ, eſt intelligendum,quod id facere non poſsint propria auctoritate,ſed auctoritate Epiſcopi diæceſani,niſi in priuilegio aliter ſpecialiter exprimatur,quoniã per cõceſsionem ſimpliciter factam à Sũmo Pontifice non eximitur Eccleſia à iuriſdictione diæceſani.c.paſtoralis.vbi Abb.n.8.de priuil.

26 Priuilegiũ non datur Collegio,quod nõdum eſt,quoniam primo debet exiſtere in rerũ natura id,de quo agitur,quàm de eius iure ratio habeatur; nec verbum præſens trahitur ad futura,cum enim ſtipulamur quidquid dare facere, nihil alius in ſtipulationem deducitur, quàm illud, quod in præſenti die dari debetur.c.audientiam.2. de Eccleſ.ædificand.& l.cũ ſtipulamur.vbi Doct.de verb.obligat. & c.cũ Capella. vbi gl.verb.in quantum,& Abb.n.5. de priuil. & gl.verb.legitimè. in c. ad diſſoluendum de diſponſat.impub. Gofred.in c cũ olim. de conſuet.vnde ſi priuilegium ſit conceſſum monaſterio,nõ extenditur ad Capellas poſtea acquiſitas ipſi monaſterio alio iure ſubiectas, ſi tamen prioribus ſunt acceſſoriæ, bene gaudent ipſo priuilegio.d.c.cum Capella. vbi gl.verb.in quantum, & Doct. & d. c.exorẽ.de priuileg.

27 Priuilegiũ generaliter,& indiffinitè cõceſſum Eccleſijs vnius ciuitatis extẽditur ad Eccleſias poſtea conſtructas. c.quia circa.vbi gl.fin. Ant.de But.Hoſt.Abb.& alij. de priuileg.& c.cognouimus.12.quæſ.2.& facit text.in l.fin. C.quæ res pign.obligar. poſſ.& tenet Gin.Fulg Bart.Salicet.& alij, in l.placet.C.de Sacro Sanct Eccleſ.Iaſ.in l.qui filiabus.n.13. ff.delegar.1.

28 Priuilegiũ conceſſum ciuitatibus,habet locum in villis,& caſtris quæ iure proprio ipſis ciuitatibus ſunt acceſſoria.c.cũ capel la. vbi gl.ver.in quantũ.& Doct.de priuil. & Bart.Bald.Salic.Paul.de Caſt. & alij in l. fin.C.de Sac.Sãct.Eccleſ.Alex.in l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno.infecto. Iaſ.in l.ſi hæres.§.vicia.n.2.ff.delegar.1.

29 Priuilegiũ de decimis non ſoluendis de laboribus,quos proprijs manibus,vel ſumptibus quis colit, nõ extenditur ad terras, quæ alijs tradũtur ad colendũ, nec ad eas, quas ab alijs cõducit,ſed tantũ intelligitur de proprijs poſſeſsionibus,& prædijs,quæ proprijs manibus,vel ſumptib⁹ colit,quoniã priuilegia cõtinẽtia præiudiciũ tertij, ſunt ſtrictiſsime interpretãda.c.dilecti.vbi Doct.& c.licet.vbi Abb.nu.2.de decim & c.porro.de priuileg.gl.& Doct. in c.priuilegia.diſt.3. Valaſ.conſult.136.n.9.

30 Priuilegiũ ſuper decimis non ſoluendis de noualibus nõ includit noualia,per alios poſſeſſa tempore impetrationis priuilegij, niſi illarum decimarum fiat expreſſa mentio. c.ſtatuo.vbi Ioann.Monach.Dominic. Ioan.And.Anch.& alij. de decim. *lib.6.*& d. c.dilecti. & c.licet.de decim. nec intelligitur conceſſum quando Eccleſia parochialis graue patitur detrimentum, quoniam tunc ipſo iure non valet priuilegiũ. c.quid per nouale. vbi Doct. de verb.ſign. ſi tamen poſt factum priuilegium incipiat eſſe valde nociuum, eſt recorrendum ad Principem, vt priuilegium illud reuocet. c. ſuggeſtum. vbi gloſſ.fin. & Doct.de decim.& l.Neratius. ff.de regul.iur. Abb. in c.quid per nouale.n.2.de verb.ſign.quãdo tamen poſt priuilegium de decimis non ſoluẽdis,Rector Eccleſiæ cõmodè ſuſtineri nõ poteſt,prouidet Epiſcop⁹. d.c.ſtatuto. §.vbi de decimis,& ibi DD.de decim.*lib.6.*

31 Priuilegia,& indulgẽtiæ debent cõcedi ſine præiudicio alterius.c.quia monaſteriũ de relig.domib.& c.cũ olim.de cõſuetud. & c.ex tuarum. de vſupall. & c.licet.de offic. ord. & c. cum inferior. de maiorit. & obed. & c.ad audientiam.de Eccleſ.ædificand. & gl.verb. aliorum. in c. cum dicat eodem titul.& l.2. §.ſi quis à Principe. vbi Doct.ff.ne quid in loco public. Abb.in c. 1. nu.20.de iud.& in c.dudum.num.2.& 4.de priuilig. Iaſ.in l.de officioſo. num.2. C.de inoff.teſtam.quoniã non eſt intẽtio Papæ, ſeù

Digitized by Google

ſeù Principis, præiudare iuri alterius per
priuilegium,quòd alicui concedit.c.dile-
cto filio. de verb.ſign. & c.ſi propter. vbi
Doct.de reſcript. libr.6. & l.nec auus. vbi
Bald.& Salicet.C.de emancip.& l.quoties.
vbi Doct.C.de præcib.imp.off.rêd. & l.im
puberi.vbi Bart.n.2.ff.de adminiſtr.tut.

32 Priuilegium alicui conceſſum ſuper de-
cimis non ſoluendis,comprehendit etiam
noualia. c.ex parte,& c.ad audientiam. de
decim.ſi tamen de nouालibus tantum con-
ceſſum fuerit priuilegiū non cōprehendit
iam poſſeſſa,niſi in priuilegio fiat expreſſa
mentio de alijs poſſeſsionibus. c. dudum.
vbi gl.fin.& Doct.de priuileg.& ager noua
lis eſt ille, qui nunc primum eſt præciſus,
& de nouo redactus eſt ad culturam, de
cuius cultura non extat memoria. c.1. vbi
gloſſ.fin. & Doct. & c.quid per nouale. de
verb.ſign. & l. ſilua cædua. §.noualis. ff. de
verbor.ſign. & quamuis nouale ceſſet per
annum,vt eſt text.in d.c.quid per nouale,
de verb.ſign. & d. l.ſilua cædua.§.noualis.
vbi Doct. ff.de verb.ſign. quoad decimarū
tamen ſolutionem, ſiuè retentionem reſ-
pectu priuilegij, quod ſemèl fuit nouale,
ſemper erit nouale. c.fin. & gloſſ.ibi verb.
perpetuo. & Doct. de priuileg.& gloſſ.fin.
in c.1.de verb.ſign.

33 Priuilegia aliquando ſunt odioſa, aliquā
do fauorabilia. c.odia. vbi gl.verb.odia &
Doct.de regul iur. libr.6. nam priuilegia,
quæ ſunt conformia iuri communi, aut
quamuis ſint contra ius commune, ſi tamē
verba patiantur, ſunt latiſsimè interpre-
tanda. ſi autem ſunt contrà ius commune,
nec verba patiantur, tunc ſtrictè ſunt in-
terpretanda, vt minus derogent iuri com-
muni, quàm fieri poſsit. c olim. vbi Abb.
nu.3. de verb.ſign.& c.in his,vbi Doct.de
priuil. & c.ſi pluribus. de priuileg lib.6. &
Ant.deBut.in c.olim.de verb.ſign. Ang.&
Iaſ.n.33.in l.beneficiū.ff de cōſt.princip.

34 Priuilegia probant ſecundum eorum
tenorem,& non ſunt metæ illorum tranſ-
grediendæ, & quantumcūq; generaliter lo-
quantur, non probant, niſi in his, quæ in
illis ſunt expreſſa.c.porro.& c.recepimus,
& c. paſtoralis. de priuileg. & c. Abbates,
vbi gloſſ.verb.expreſſo,& Monach Domi-
nic. Ioan.And. & alij de priuileg. lib.6. &
c.inquiſitores.de hæret. d. lib.6.vnde pri-
uilegium allegans non eſt credendus, niſi
illud oſtendat, vt tenor illius inſpiciatur,
& tranſcribantur,ſi opus fuerit,articuli ad
rem neceſſarij. c.porro. vbi Ant.de Butr.
Hoſt.Ioan.And.Abb.& alij.de priuileg. &
c.cum perſonæ.vbi Doct.eodem tit.lib.6.

35 Priuilegium non poteſt probari,niſi per
ſcripturam, licet illud,quod in eo cōtine-
tur, & aliæ circunſtantiæ illius per teſtes
probari poſsint,& poſsint per illos decla-
rari dubia,& gratiæ, quæ in illo priuilegio
continentur. c.auditis. vbi Abb.n.3.de in
integrum reſt.Bald.in l.humanū. C.deleg.
Old.conſil.126.Ang. Aret. & Iaſ.n.14.in l.
Gali⁹.§.idē credendū ff.deliber.& poſthu.

36 Verba tamen obſcura priuilegij, debent
interpretari,& declarari ab ipſo concedē-
te, quoniā illius eſt interpretari, cuius eſt
condere,c.cum veniſſet.vbi gl.1. Ant.Inn.
Abb.& alij. de iud. & c. inter alia.de ſent.
excōmunicat.& c.ſicut.§.his.11.q.1.& l.fin.
C deleg.& l.in prætoris. ff. de præt. ſtipul.
Iaſ in l.Gallus.§.idē credendū.nu.14.ff.de
liber.& poſtu.hoc tamen eſt intelligendū,
vbi dubiū conſiſtit in intētione Principis,
& nullo modo poteſt decerni propter il-
lius difficultatem, aut non ſine magno du-
bio; quoniam ſi verba priuilegij poſſent
decerni per naturalem rationem, aut per
veriſimilem iuris cōmunis intentionē,vel
per aliud ſimile,bene poterunt tunc inter-
pretari ab inferiore, & à quibuſcumq; do-
ctoribus. l.ex his,& l.nam ad ea, & l.neq;.
& l.non poſſunt.& l.de quibus.vbi Doct.ff.
deleg.& tenet Cin.in l.non dubium.C.de-
leg.Abb.in c.cum veniſſet.n.3.de iud.

37 Priuilegij verba debent intelligi,vt ali-
quid afferant, & addant iuri communi, vt
priuilegium aliquid operetur. c. Abbate.
vbi Doct.de verb.ſign.& c.ſi Papa.vbi Ar-
ch.Dominic.Ioan.And.& alij.de priuileg.
lib.6 & l.ſi quādo.in prin.C.de inoffi.teſt.
& c.in his.vbi Abb.n.2.de priuil.& Innoc.
in c.cauſam.de reſcript. & Iaſ.in l.ait præ-
tor.1. n.3. ff.de iure iur. quoniā verba de-
bēt accipi cū effectu.l.1.§.hæc autē verba.
ff.quod quiſq; iuris.& Tiraq.1.retract.§.1.
gl 8.n.28.Valaſ.cōſul.153.n.9. & licet hoc
intelligatur de verbis dubijs priuilegiorū,
nō ita eſt dicēdū de priuilegio obſcuro,nā
priuilegiū obſcurū non probat,quia dubia
probatio inſtrumenti nō releuat probantē,
niſi aliter veritas oſtendatur. c.auditis.vbi
gloſſ.ver. ſuper illa. & Abb.nu.3.de præſ-
cript. & c.in præſentia. vbi Doct.de pro-
bat.& c.cum Ioannes.de fid.inſtr. & l.ma-
trem. vbi Bald.& Salicet. C.de probat. &
gl.verb.benignè.in c.cum tu.de teſtib.

Ccc 3 Priuileg.

38 Priuilegium ſpeciale vtrũ deroget priuilegio generali, ſeù alij ſpeciali, non faciens de alio mẽtionem, eſt diſtinguendũ, nam aut vtrumq; eſt ſpeciale,& tunc ſecũdum non derogat primo, niſi de illo faciat expreſſam mentionem. c. ex parte.1. & c. cæterum. vbi Doct.& c.ſi autem.& c.plerumq;. de reſcript. hoc tamen eſt limitandum ſi priuilegium primum iure valebat, quia ſi iure non valebat, tunc valet ſecundum, quamuis in eo nulla mentio ſiat de primo. gloſſ.verb.negocio.in c.ex tenore. de reſcript.Abb.in c.oblatæ.num.8.de appellat. idem Abb. in c.cum noſtris.de cõceſſ.præb. num.16. & nu.20. & Dec.nu.5. Fel. nu.2.& alij. & Doct.in c.non præſtat. de regul. iuris. libr.6. & Menoch. de arb. caſu.202. nu.57. & 81. & Molin. de prim. gen. cap.3. à num.32. ſi autem ſecundum priuilegium eſt ſpeciale, & primum generale,tunc tenet gloſſ.verb.generi.in regula generi. de regul. iur. libr.6. & gloſſ. in ſumma. 25.quæſt.2. qnod ſecundum ſpeciale non tollat generale, niſi de illo fiat expreſſa mentio,quoniam non debet eſſe Principis intentio in conceſsione priuilegij, vt in dubio præiudicet iuri alterius, ſed in contrarium facit text.in c.1.de reſcript. & in c.veniens.de praſcript.& in c. dudum.de præb.lib.6. vnde pro cõcordia illorum iurium ita eſt dicendum, aut priuilegium generale eſt tale, quod priuilegiatus iam per illius priuilegij conceſsionem apprehẽdit ius in re in omnibus ſpeciebus contentis in illa generalitate, ſub illa generali conceſsione,& tunc illud priuilegium generale, quod iam habuit ſuum effectum, non derogatur per ſpeciale, niſi de illo faciat expreſſam mentionem,& ita intelliguntur iura ſupra relata dicentia priuilegium ſpeciale non derogare generali, niſi de illo faciat expreſſam mentionem, & optime probatur in c.2. cum ibi notatis. de decim. libr.6. aut priuilegium generaliter conceſſum non dum eſt ſortitum ſuum effectum,eò quòd priuilegiatus non apprehẽdit poſſeſsionem in omnibus ſpeciebus generaliter in priuilegio contẽtis, ſed tantum per virtutem illius priuilegij habet priuilegiatus ius ad rem, & tunc priuilegium ſpeciale derogat generali, quamuis de illo nullam faciat mentionẽ, quia dum priuilegium eſt in pendenti minus præiudicium fit iuri tertij, & ita intelliguntur iura pro hac parte allegata, & tenet Abb. in d. c.veniens.nu.12.de præſcript.& in d. c.1. n.10. de reſcript.

39 Priuilegium obtentũ ſuper re litigioſa tacito, quod ſit litigioſa,non valet, niſi fiat ſpecialis mentio de litigio,quoniam aliter eſt impetratum tacita veritate, & fit tunc impetratio ſubreptitia,& inualida. cap.ex multiplici, vbi gloſſ.verb. intentionis, & Abb. num.5. de.decim. & c.ſuper litteris. vbi Doct.de reſcript. & c.1. de confirmat. vtil. vel inutil. quoniam taciturnitas eius rei, quæ ſi exprimeretur redderet conceſſionem, & gratiam difficiliorem, aut tàm de leui non concederetur, vitiat gratiam, & priuilegium. d.c.ſuper litteris,& c.poſtulaſti. vbi Doct. de reſcript.

40 Priuilegium à Summo Pontifice conceſſum, vt quis nõ poſsit excommunicari, ſuſpendi, aut vt non poſsit terra, ſeù Eccleſia eius ſupponi interdicto, non extenditur ad ſententias ordinariorum ne fortè in ſuo iure confidens eludat,& contemnat iuriſdictionem ordinariorum,niſi tale priuilegium ſit conceſſum Regibus,aut Regnis, ſeù filijs Regis, aut loco religioſo, ſeu ordini religioſorum. c. ne quid, vbi gloſſ. verb ne quid.Ioan.Monach.Dominic.Ioã. Andr. & alij de priuileg.lib.6. Merg.conſil.3.num.26.

41 Priuilegia, quibus pandatur auſus delictis, & exceſsibus, aut quibus lædatur cultus iuſtitiæ,non ſunt concedenda,ne ipſorum prætextu delicta remaneant impunita, quod eſt graue malum, nec Reipublicæ expedit remanere delicta impunita,extrauag.vnica. vbi gloſſ.verb.impunita,& Doctor. Ioan.22. de priuileg.& l.ita vulneratus. §.cum nec impunita. ff. ad leg. Aquil. & l.licitatio. §. quod illicitè. vbi Doct. ff. de public.& vectigal.

42 Priuilegiatus, vt non teneatur reſpondere niſi in certo loco, ſi tamen alibi promiſit reſpondere, ibi poteſt conueniri,aut vbi habet domicilium,quoniam tunc videtur renũciare priuilegio,quod habebat.c. dilecti filij. vbi Abb. nu.9. de foro comp. & c.1. §. in eos, vbi Doct.de priuileg. lib. 6. & l. conſenſiſſe. §. omnes. ff. de iud. & gloſſ.verb. qui ſe certo loco.in d. c.dilecti filij. attamen priuilegiati, aut exempti,vt non teneantur reſpondere, niſi ſub certo iudice, ratione tamen delicti, aut contractus, ſiuè rei ſitæ, ſi hæc ſunt inita,aut res ſita in loco non exempto, conueniuntur coram iudice ordinario illius loci non exempti.

Digitized by Google

exempti. c.1.vbi notant Doct.de priuileg. lib.6. & Trid.ſeſſ.7. num.15. de reformat. & colligitur ex doctrina Bart.in auth.quia in prouincia, C. vbi de crim. ag. oport. & ord. lib.3.titul.6. in prin.& §.2.

43 Priuilegiati, vt poſsint vbiq; cum altari viatico celebrare, ſine præiudicio parochialis iuris, non tenentur requirere licẽtiam diœceſani, ſed tunc ſufficit illis, illud Summum Pontificis priuilegium, quia Sũmus Pontifex habet poteſtatem in toto orbe terrarum, & tenet plenam diſpoſitionem, ſuper rebus, & beneficijs Eccleſiaſticis. c.in his.vbi Doct.de priuileg.& clement.1. in fin.vt lite pend.

44 Priuilegiatus, qui ratione ſui priuilegij poteſt celebrare tempore interdicti clauſis ianuis Eccleſiæ, non poteſt admittere ad diuina extraneos, aut excõmunicatos, vel interdictos, & ſi fuerit ſingularis perſona ille, qui habet priuilegium, poteſt admittere ſecum familiares ſuos, in celebrãdo officia diuina, ſiuè illa audienda: aliter tamen in familiaribus alicuius conuentus, vel collegij, quoniam ſi priuilegiati non fuerint, non poſſunt cum domino priuilegiato audire officia diuina tempore interdicti. c.licet vobis.vbi gloſſ.verb.excluſis, & Dominic.Ioan. And. & alij. de priuileg. libr.6. & habetur. in extrauag. Innocent. quart.quæ incipit malicia huius temporis, & extat impreſſa inter Litteras Apoſtolicas pro officio Sanctæ Inquiſitionis.

45 Priuilegia nõ ſunt violanda directè, nec indirectè, neq; in fraudem illorum aliquid eſt faciendum, vt illa priuilegia non ſortiantur ſuum effectum. puta ſi aliquis eſt priuilegiatus, ne ſoluat gabellam, nõ poteſt prohiberi, ne vendat ſuas merces, aut aliquid emat neq; poſsũt aliqui prohiberi ne ab illo emant, & inſimilibus, quia tunc indirectè priuaretur commodo ſui priuilegij, quoniam non ſolum facit contrà priuilegium, qui venit contra verba priuilegij, ſed etiam qui venit contrà mentem illius ita vt non habeat ſuum effectum. c. quanto. vbi gloſſ.verb.in fraudem, & Abb. num.2. & c.porro.de priuileg.& c.conſtitutus. de conceſſ.præb. & c.certum eſt.vbi notant cõmuniter Doct. de regul.iur.libr. 6. & l.fraus. ff.deleg. & l. non dubium. C. delegib.quod enim fauore alicuius conceditur, non debet in illius detrimentũ, ſeu odium retorqueri. l.nulla. vbi Doct. ff.delegib. & l. non co minus. vbi Iaſ.nu.3. C. de procurat.& l.quod fauore.vbi Bart.Bal. Salicet. & omnes. C.delegib.

46 Priuilegiatus contendens cum pariter priuilegiato, præfertur tunc ille, qui certat de damno vitando, ſi autem vterq; certat de damno vitando potior eſt cauſa rei, ſi tamen ſunt priuilegiati diſpari priuilegio præponitur priuilegium potentioris.l.verum. §.fin.vbi Bart.ff.de minor.idem Bart. num.3. & Iaſ.num.11. in auth.quas actiones. C.de Sacro Sanct.Eccleſ. & Abb.in c. ad aures.num.3. de præſcript.& in c. cum pro cauſa.num.2. de ſent.excommunicat, & Iaſ. in l.ſi domus. §.de euictione.nu.33. ff. delegat.1. in turpi tamen cauſa. potior eſt conditio poſsidentis. l.2. vbi gloſſ.ver. melior. & Doct.C.de cond.obturp.cauſ.& l. tranſactione finita.C.de tranſact.& l.ſeruum. §.de illo. ff.de verb.obligat. & l.nam cum vterq;. ff. ne quis in eum, qui in ius. fuer. & l.ſi obturpem. ff. de cond. obturp. cauſ.& l.in pari. ff.de regul.iur.

47 Priuilegiatus, vt non poſsit conueniri, fortè dum fungitur aliquo officio, aut aliquomodo ratione priuilegij non poſsit ſuſcipere iudicium, cogitur tamen ſuſcipere actiones, quæ tempore ſunt perituræ. l. cum hæreditas.2. vbi Doct. ff. ad trebel. & l.vt perfectius. C.de annal.except.& l.ſenatus. in fin. ff.de offic.præſid. & gloſſ.ver. qui ſine, in l.nec magiſtratibus.ff.de iniur. Abb.in c.legabatur. n.3.de maior.& obd.

Ciues Vlyſiponenſes, & Portuenſes, qui officio decurionis, aut præſidis, vel ædilis functi ſunt, non poſſunt torqueri, nec alia pati ad ignominiã, niſi in caſibus, in quibus nobiles, & milites torqueri poſſunt, quoniam habent æqualem nobilitatẽ, pro vt deſcendentes à nepotibus regum, vt notat Ant.à Gam.deciſs.322.num.7.& habetur in ſuis priuilegijs, quod tamen non eſt conceſſum ciuibus aliarum ciuitatum, vt refert Gam.vbi ſupra.

48 Priuilegium conceſſum ad tempus determinatum durat illud tempus, quod in priuilegio continetur, & tempore illo trãſacto, perditur priuilegium. l.quoties.vbi Cin. Bart. Bald. Salicet. & alij. C.de præcib.imper.offerend. & l.falſo, C.de diuerſ. reſcrip. quoniam conceſsio determinata operatur, vt quis non poſsit illa vti, niſi ſecundum formam limitatam.l.is qui duo. vbi Doct. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l.cum ſeruo. vbi Bald.ff.de contrah.empt.

Priuilegium cõceſſum alicui ob aliquã

cauſam, ſeù propter aliquod officium, vel miniſterium ceſſat ceſſante cauſa, officio, aut miniſterio. c. ſuggeſtum. de decim. & l. generaliter. vbi Din. C. de Epiſc. & Cler. & l. Cura. § difficientium. ff. de muner. & honorib. & l. Titia ſeio. §. vſuras. vbi Doct. ff. delegat. 2. c. cum ceſſante. de appellat. & c generaliter. 16. qu. tit. 1. & l. qui ſub prætextu. vbi Doct. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Abb. in c cum acceſiſſent. num. 6. de Cõſt. Nicol. de Neap. in l. nõ tantum. §. eos qui. ff. de excuſ. tut. & Iaſ. in l. ex facto. nu. 7. ff. de vlg. & pupil.

51 Priuilegium tamen, quod iam habuit ſuam perfectionem, & non habet cauſam ſucceſsiuam in qua habeat ſuum effectum, poſtquam cauſa ceſſauit, non reuocatur priuilegium, ceſſante cauſa. c. factum legitimè, vbi notant Doct. de regul. iur. lib. 6. Ioan. Andr. Bald & alij in c. decet. eodem titul & lib. Bald. Paul. de Caſtr. in l fin C. de inſt. & ſubſt. Abb in c. ſuggeſtum. n. 5. de decim. Ang. in l. minoribus. C. de his, quib. vt indign. Iaſ. in l. ſciendum. § ſi fundum. nu. 6. ff qui ſatiſd. cogant. nec etiam ceſſat priuilegium ceſſante cauſa finali, vbicumq; reſtant aliquæ reliquiæ priuilegij, vt tenet Din. & Ioann. And. in d c. decet. de regul. iuris, lib 6 & Angel. vbi ſupra. & Iaſ in d. l. ſciendum. d. § ſi fundũ. nu 8. ff. qui ſatiſd cogant.

52 Priuilegium conceſſum circa iudicia, aut eſt conceſſum ad agendum, aut ad excipiendum, ſi autem ſit adagendum, tantũ temporis durat, quantum durat actio, quoniam conceſſum alicui rei aſſumit ſibi naturam eius, cui conceditur l. ſi eum § qui iniuriarum. vbi Bart. nu. 1. ff ſi quis caut. Abb. in c. cum acceſsiſſent nu. 6. de conſt. ſi verò ſit conceſſum ad excipiendum, eſt perpetuum, quoniam quæ temporalia ſunt adagendum, perpetua ſunt ad excipiendum l. pure mihi. § fin. vbi Doct. ff de doli mali except & l. exceptiones. 1. vbi Bart. num. 5. ff. de except. gloſſ. verb. contràuenerit. & Doct. in d. c. cum acceſsiſſent. de conſt. ſi tamen aliquis agat contra ipſum priuilegium, & ipſe fuerit negligens, & nõ excipiat, tunc perdit priuilegium conceſſum ad excipiendum. l. ſi is qui perpetua. vbi Doct. & l. ſi non ſortem. § in debitum, & §. qui filio. ff. de cond. indeb & facit tex. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de pro curat. & gloſſ. in d. c. cum acceſsiſſent de conſt.

53 Priuilegium quanto tempore perdatur eſt diſtinguendum, quando eſt priuilegiũ conceſſum ad negocia, aut eſt ad faciendũ, aut ad non faciendum, nam ſi eſt ad faciẽdum, perditur in rebus prophanis ſpacio decem annorum, ſi tanto tempore priuilegiatus eo non vtatur. l. 1. vbi Doct. ff. de nund. & gloſſ. verb. perennia. in l. falſò. vbi Cin. & Salicet. C. de diuerſ. reſcript. & etiã Iaſ. ibidem. num. 1. & gloſſ. 3. & Doct. in d. c. cum acceſsiſſent. de conſt. & Ioann. Andr. in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. Anch. conſil. 455. quod incipit in quæſtione, quæ vertitur, & Bart. in l. licitatio. §. earum. num. 3. ff. de public. & vectigal. ſi tamen nunquam ſe obtulit facultas vtẽdi ſuo priuilegio, non perditur, quoniam ſi illo non fuit vſus, eò quòd non dabatur cauſa, in qua vteretur ſuo priuilegio, non poteſt tunc illi culpæ, ſeù negligentiæ imputari. l. & Atilicinus. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & gloſſ. fin. in c. Abbate. vbi Doct. de verb. ſign. Iaſ in l. falſò. num 1 C. de diuerſ. reſcript. ſi vero eſt conceſſum ad non faciendum, eſt videndum vtrum Princeps aliquid ſibi in priuilegio reſeruaſſet, & tũc nõ poteſt priuilegiatus renunciare illi priuilegio, niſi quatenus ad eum ſeparabiliter tangit. c. cum tempore de arb. & gloſſ. ver. contrauenerint. in d. c. cum aſsiſſent. vbi Doct. de conſt. & in illo, quod pertinet ad Principem, vel ad Rempublicam, non perditur, niſi à tempore cuius non extet memoria in contrarium. c. ſuper quibuſdam. de verbor. ſign. & l. licitatio. § earum. vbi Bart. nu. 3. ff. de public. vectigal. aut Princeps nihil ſibi reſeruauit, & priuilegium fuit datum alicui priuato, tunc per vnum actum voluntariè factum, contrà priuilegium perditur priuilegium, ſi ille actus ſit talis, quod per illum cædat renunciatio totius priuilegij, ſaltim præſumptiuè, ſi autem ſit actus ex quo nõ præſumatur renunciatio priuilegij, non præiudicatur illi priuilegiato facienti actum contrà priuilegium, niſi in illo tantum actu c. cum acceſsiſſent. vbi gloſſ. verb. contràuenerint. & Abb. num. 7. de conſt. & l. ſi creditor. vbi gloſſ. 1. & Doct. C. de iur. dom. imp. Ant. de Butr. in c accedẽtibus de priuileg. Cin. in l. voluntariè. C. de execut. tut. Bart. in l. 2. §. maiores. ff. de decur. Dec. in l. creditor. nu. 4 ff. de regul. iur. Ieſ. in l. beneficium. nu. 58. de conſt princip.

54 Si autem priuilegium fuit conceſſum

Eccleſiæ,

Digitized by Google

Eccleſiæ, non perditur, niſi per tempus quadraginta annorum. c. accedentibus. vbi Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. de priuileg. & c. ſi de terra. eodem titul. gl. & Doct. in c. decet. de regul. iur. lib. 6. Iaſ. in l. beneficium. nu. 58. ff. de conſt. princip. ſi tamen priuilegium ſit conceſſum Eccleſiæ reſpectu vtilitatis canonicorum, etiam per vnum actum in contrarium perdetur, ſicut ſupra diximus, & notat Innoc. in d. c. accedentibus. de priuileg. Abb. in d. cap. cum acceſſiſſent. nu. 8. de conſt.

55 Priuilegium datum reſpectu pluriũ perſonarum, ſeù rerum non perditur per actũ ab vna perſona earum factum in contrarium, reſpectu aliarum, neq; in vna re reſpectu alterius, ſed omnes conuenire debent, ad quos negotium tangit. l. voluntariæ. vbi Cin. Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de excuſat. tut. Abb. in d. c. cum acceſſiſſent. n. 8. de conſt.

56 Priuilegium quibus caſibus amittitur, & primo debet amittere priuilegium, qui illo abutitur. c. tuarum. & c. vt priuilegia. vbi Doct. de priuileg. & c. priuilegium. 11. quæſt. 3. & c. vbi iſta dediciſti. 74. diſt. & gloſſ. in c. decet de regul. iur. lib. 6. Iaſ. in l. beneficium. n. 53. ff. de conſt. prin. Fel. in d. c. cum acceſſiſſent. de conſt. Old. conſil. 96. ſecundo ille, qui aliena priuilegia violat, quoniam iura non ſunt ſeruanda illi, qui aliena non metuit violare. cap. dilecti filij. vbi gloſſ. fin. & Doct. de priuileg & c. vbi iſta. diſt. 74. & c. ſic decet. 25. quæſt. 2. tertio per renunciationem, tacitam, vel expreſſam. c. pro illorum de præb. Abb. in c. ſuggeſtum. num. 6. de decim. quarto, per pactum ita, vt non valeat priuilegium contra pactum impetratum, niſi faciat expreſſam mentionem de pacto. c. 1. vbi glo. ver. pactum, & Dominic. Ioan. And. & alij. de pact. libr. 6. Innocent. & Hoſt. in c. 1. de ſepult. quinto, per ſententiam, de qua non fuit appellatum. cap. inter. 2. vbi Doct. de ſent. & reiud. & Abb. in cap. ſuggeſtum. num. 6. de decim. ſexto, per ſecundũ priuilegium faciens ſpecialem mentionẽ de primo, vt dixi ſupra. §. 38. niſi priuilegium ſit datum per contractum, quia tunc non poterit per concedentem reuocari, neq; quando fuit conceſſum non ſubdito, ſicut quando Princeps concedit priuilegium Eccleſiæ. vt tenet Innocent. in c. nouit de iud. Abb. in d. c. ſuggeſtum. nu. 6. de decim. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis Curialis, C. de Epiſc. & Cler. & Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. de temp. ord. Arch. in c. quicumq; 10 quæſt. 1. Bald. in l. cum mihi. ff. de dolo. Bart. in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac. Iaſ. in l. non amplius. §. ſi certũ. num. 13. ff. deleg. 1.

57 Priuilegium cõceſſum per modum gratiæ poteſt reuocari à concedente. vt reſoluit Flor. in rep. c. perpendimus. de ſent. excommunicat. Innocent. in c. nouit. de iud. And. de Iſern. in c. 1. de vaſal. de crep. ætat. Bald. in l. reſcripta. C. de precib. imp. offer. Afflict. in c. 1. de nat. feud. ſecùs tamen ſi priuilegium ſit conceſſum pretio mediãte, aut ſeruitijs, ſeù per modum contractus. vt facit text. in l. quicumq; poſſeſſiones. c. de fund. patrimon. lib. 11. & in c. 1. de feud. ſine culp. & dicit Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & in l. 1. ff. de cõſt. prin. & in c. 1. de nat. feud. & Petr. de Anch. in c. quoniam. de conceſſ. præb. lib. 6. And. de Iſern. in Conſt. Regn. verſ. ea quæ ad decus. Alex. de Imol. conſil. 1. col. 6. lib. 2. & conſil. 208. col. 4. & conſil. 215. eodem. Iaſ. in l. non amplius. §. ſi certum. nu. 14. ff. delegat. 1. ex cauſa tamen poterit Princeps, reuocare priuilegium per modum contractũ conceſſum, puta ſi priuilegiatus nõ adimpleat illud, quod adimplere tenetur. vt tenet Bald. in l pen. C. de donat. inter vir. & vx. & in addit. ſpecul. titul. de ſent. col. 23. verſ ſententia. Rom. in l. ſi vero. §. de viro. fall. 24. ff. ſolut. matr. & conſil 67. & conſil. 350. & Alex. conſil. 5. col. 2. lib 1. Anch. in rep. c. canonum ſtatuta. quæſt. 14. de conſt.

58 Priuilegium dum legi poteſt, licet cum difficultate, poteſt renouari, ſi autem legi non poteſt, minime renouari poteſt c. cum dilecta. vbi gloſſ. verb. non videremus. & Abb. num. 16. de confirm. vtil, vel inutil. licet renouatio priuilegij nullum ius nouum tribuat, ſed reducit, inſtaurat, & reformat ad priſtinum ſtatum. c. ex parte, & c. quia intentionis. vbi Doct. de priuil. & c. cum dilecta. vbi etiam notant ſcribentes. de confirmat vtil. vel inutil. quoniam renouare nihil aliud eſt, quàm rem ponere in priſtino ſtatu, & illam reparare, & reſarcire. l. dies. ff. de damno. infect. l. 1. & per totum. ff. de nouat.

Verbo Probatio.

1 PRobatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio, vt per Azon. & Acurſ. in Rub. de pro-

Digitized by Google

de probat, quàm diffinitionem impugnat Gofred. dicens, quòd probatio eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtrumēta, & plerumq; per indicia, & præſumptiones oſtenſio. Hoſt. autem inquit probationem eſſe rei dubiæ declarationem legitime factam, quàm diffinitionem Abb. impugnat dicēs, quòd probatio eſt rei dubiæ iniudicio per legitimos modos facta declaratio, quam nos etiam impugnamus, nam illa diffinitio non comprehendit omnes ſpecies probationum; dum dicit in iudicio facta declaratio, cùm multæ ſint probationes, quæ nō fiunt in iudicio, neq; citata parte, vnde diffinitio Gofred. mihi bona videtur, & illam bene probat text. in c. forus. de verb. ſign. & notant omnes in Rubric. de probat.

2 Probatio legitima eſt illa, quæ fit per legitimos teſtes omni exceptione maiores. c. in primis. in fin. 2. quæſt. 1. & gl. ver. legitima probatione. communiter approbatia. in c. at ſi Clerici. de iud. & c. 1. vbi gloſſ. verb. maiores. de conſang. & affin. & l. optimam § fin. C. de contrah. & cōmit. ſtipul. & gloſſ. verb. idoneos. in §. item verborum, inſt. de inutil. ſtipul. aut per famam concludentem. & alia. vt eſt gloſſ. communiter approbata. in l. proprietatis vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes, C. de probat.

3 Probatio per famam ſufficit in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſi fuerit orta ex iuſtis, & probabilibus cauſis, & à perſonis fide dignis, & indubitabilibus coniecturis, & in facto antiquo, vt tenet Bart. in l. ſi quidem. num. 2. C. ſolut. matr. & in l. 2. §. ſi dubitetur. num. 1. ff. quemadmod. teſt. aper. & in l. de minore. §. plurimùm. ff. de quæſt. & hyppol. ibidem. num. 108. & Iaſ. in l. cum eo quæ. num. 6. C. de tranſact. Valaſc. conſult. 176. num. 8. aliter vero fama nunquam facit efficacem probationem ad aliquem condemnandum, quoniam non teſtimonijs, de cohabit. Cleric. & mul. & l. 3. §. teſtibus. ff. de teſtib. & c. teſtes. §. alia eſt fides. 4. quæſt. 3. & c. præterea. vbi Abb. num. 3. de teſt. Bart. in d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & in l. proprietatis. C. de probat. & c. tam litteris. de teſt. & l. decurionum. C. de pœn. Paris. conſil. 10. nu. 19. lib. 2. & Dec. conſil. 54. col. 2. verſ. ſic etiam, Valaſc. d. conſult. 176. n. 7.

4 Probatio, quæ fit per teſtes eſt efficatior, quam illa, quæ fit per ſcripturam, quoniā magis ſtatur viuæ voci, quàm mortuæ, authent. de inſtr. cautel. & fid. §. ſi vero tali. coll. 6. & c. tertio loco. vbi gloſſ. verb. teſtium. de probat. & c. cū Ioannes §. porro. de fid. inſt. & Abb. & alij. in Rubr. de probat. Fel. poſt alios, quam plures, in Rubr. de fid. inſtr. Innocent. in c. cum P. tabellio de fid. inſtr. & Gramat. deciſs. 398. n. 3.

5 Probatio tamen in multis caſibus nō fit per teſtes, & fit per ſcripturam, vt notat gloſſ. verb. in ſcriptis. in c. 1. §. poſtquam de cenſ. lib. 6. & alios ponit Franc. ibidē, & alios gloſſ. verb. ſecundum ius in l. pactum, quod bona fide. C. de pact. alios. gl. verb. valet in l. contrahitur. ff. de pign. & alios. Felin. in c. cum M. num. 63. de conſt. quos tranſcripſit Ant. Rub. in l. non ſolum. §. morte. num. 306. ff. de noui oper. nunciat. alium ponit Iaſ. in l. more. num. 53. ff. de iuriſdict. omnium iud. alium Bald. in l. falſus. num. 27. C. de furt. alium Fel. in c. ademinentiam. col. 1. de ſent. excommunicat. alios omnes caſus per quatuor capita diſtinxit And. Alciat. in d. l. pactum quod bona fide à nu. 1. de pact.

6 In caſibus tamē, quibus requiritur ſcriptura, quaſi ſemper exigitur ad probationem, & non ad ſubſtantiam contractus, & actus, niſi lex id expreſſe dicat, aut contrahentes dicant, quod non valeat contractus, niſi ſit factus in ſcriptis, vt colligitur ex doctrina Bald. in auth. ſed nouo iure. nu. 11. C. ſi cert. pet. Valaſc. de iure emph. quæſt. 7. num. 5. quædam tamen ſunt quæ melius probantur per ſcripturam, quàm per teſtes, ſicut arbitraria, & ſententia, & proceſſus, & alia eiuſmodi, & in hoc conſiderabit bonus iudex. vt notat gloſſ. elegans. in c. tertio loco. verb. teſtium. de probat.

7 Probare tamen poteſt quis ſuam intentionem in litibus exercendis, tàm per teſtes, quàm per inſtrumenta, & tunc equalē vim habet illa probatio, quæ fit per inſtrumenta, ſicut illa, quæ fit per teſtium depoſitiones. l. in exercendis. vbi Paul. de Caſtr. & alij. C. de fid. inſtr. & gloſſ. verb. teſtium, & Doct. in c. tertio loco. de probat, & l. pactum quod bona fide. C. de pact. & l. contrahitur. vbi Doct. ff. de pign. & Afflict. deciſs. 398. num. 3. niſi in caſibus. vbi iura non recipiunt probationem per teſtes. vt reſoluit Cæſar. Vrſ. deciſs. 398. Merg. conſil. 43. num. 12.

8 Probatio admittitur per teſtes incohærentijs,

Digitized by Google

rentiſj, & liquidationibus, vbi ex forma ſtatuti non admittitur probatio, niſi per inſtrumentum publicum, quia tunc ſuffi-cit probari factum principale per inſtrumentum, vt tenet Angel.conſil.200. quod incipit. in ciuitate Lucana. col. fin. & Iaſ. in l.certi conditio. §.quoniam.nu.10. ff.de reb. cred. & colligitur ex doctrina Bald.in l.ſi ex conuentione.quæſt.7. & Salicet.col. 4. C. de non numer. pecun. Leo. in tract. noui op.cap.2. num.26.

9 Probatio, verum mulier ſit virgo, ſeù corrupta, fit per prouidas, & honeſtas matronas, atteſtantes per illius mulieris aſ-pectum, & non per teſtes alios. cap. propoſuiſti. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & omnes. & c. cauſam matrimonij, de probat. & c. fraternitatis, & c. litteræ. de frigid. & malef.& gloſſ.verb.matronas. in d. c.fraternitatis, & l.1.in prin.vbi Doctor.ff.de ventr. inſpic.

10 Probatio fit, vt veritas non lateat, ſeù occultetur, ſed negata patèfiàt. vnde probatio nõ eſt anguſtanda. c.quamquam.14. quæſt.2. & extrauag.1. de offic. ord. inter communes, & l ſerui reſponſio. ff.de teſt.& l.nequid vbi Doct. ff.de incend.ruin.& authent.de teſt.in prin. vbi Ang.& alij.coll. 7. & gloſſ.verb. recuſaſti. in c.dilecto filio. de teſt. & l.quoniam in fin. C.de hæret.& Manich. & Dec.in c.1. num.139. de pro-bat. Rom. ſing 398. Ioan.Crot. de teſt. §. In cauſis criminalibus. num.119. Lancel. de attent. cap.26.num.5. Ang de Perus.in mater. teſt. §. talis eſt quæſtio. Alciat. de præſumpt. regul.1. præſumpt.47.

11 Probationes in iudicijs generalibus, & vniuerſalibus debẽt fieri ſpecificè in qualitate, & quantitate rerum adminiſtrandarum, vt poſtea certa ſententia ferri poſsit, nec vlla eſt differentia inter iudicia gene-ralia, & vniuerſalia, quoniam eadẽ ratio, quæ datur in iudicijs vniuerſalibus, datur in generalibus, vt tenet Bart. à num.2. & Iaſ. nu.37. in l.ait prætor. §.1. ff. de reiud. Bald. in rep. Peroſin. l.edicta.col.17.verſ. ſed nunquid idem in actione generali, & Salicet. ibidem. C.de edend.& Bald.Ang. Fulg.Alex. & alij. in l.1.ff.de edend.

12 Probatio nõ requiritur in notorio facti permanentis. c.tua, & c.veſtrà. vbi gl.ver. notorium, & Abb. nu.18. de cohab. Cler. & mulier.& c.ſuper eo.de teſt. cogend. & c.euidentia. de accuſat. & Getip.in conſil. 18. nu.16. eſt tamen neceſſaria ſententia. c.porro. vbi Doct. de diuort.& gloſſ.verb. non requirant. in d c.ſuper eo.de teſt.cog. & tamen in notorio facti interpellati requiritur probatio,& ita in facto tranſeũte, vt tenet Abb. in c.veſtra. num.18. de cohab. cler. & etiam requiritur probatio in notorio iuris,ſi negatur. c ſicut. vbi Doct. de ſent. & reiud. & gloſſ.v rb notorium. in d.c. veſtra. vbi Abb. d. num 18. & i a dicendum eſt in notorio præſumptionis. c. per tuas. de probat. & gloſſ.& Doct. in d. c. veſtra.

13 Probatio in cauſis criminalibus debet eſſe apertiſsima luce meridiana clarior. c. atſi Clerici. vbi Doct.de iud. & cap.ſciant cuncti. 2.quæſt.fin. & cap.Epiphanium.5. quæſt.6. & l.ſciant cuncti. vbi notant Doctor. communiter. C. de probat. & l. qui ſententiam. C.de pœn. & l. ſinguli. C. de accuſat.& Bald.in l.cum proponas.col.fin. C.de hæred.inſt. Dec.in l.factum.§.in pœnalibus.num.2. ff.de regul.iur.& in Rubr. col.pen. de probat. & conſil.290. col.2. & Alex. conſil.33. col.1. lib.2. Boſſ.in titul. de conuict. num.9. Iul.Clar. libr. 5. §.fin. quæſt.66. num.3. neqꝫ ſufficiunt indicia, aut præſumptiones violentæ, quæ ſufficiũt in cauſis ciuilibus,ad aliquem corporaliter puniendum pœna ordinaria.vt tenet Ant. de But.& Hoſt in c.quia verſimile.de præ-ſumpt. Abb. & omnes. in c. afferte mihi. eodem titul. Bald. in l.fin. col.vltim. C.de probat.Roman.in l.1.§.ſi quis ff.ad Sillan. Iaſ. & alij. in l. ſi quis mihi. §.ſed quid ſi mandauit.num.14.ff.de acquirend.hæred. & Alex.conſil.15.col.5. lib.1.*

14 Indicia tamen indubitata benè ſufficiũt ad aliquem puniendum pœna ordinaria, nam ſi Titius noctè fuiſſet vulneratus, & vociferaſſet ſe à ſempronio eſſe percuſ-ſum, & fuiſſent aliqui,qui loco illo,& hora illa viderent illum ſempronium, & Titium vulneratum, eſt tunc ſufficiens indicium ad puniendum illum ſempronium pœna ordinaria, aut ſi vidiſſent hominem occiſum in aliquo remoto fundo, & vidiſ-ſent ſempronium fugientem à loco illo, gladio euaginato, aut fuit aliquis derobatus inheremo, & charnecha montis argillis iſtius noſtræ Luſitaniæ, & illo tempore peruenit ad aliquod oppidum inſequens latrones, & dicens hi me prædati fuerunt inheremo,ſi homines illi ſunt malæ famæ, & conſtat, quòd ille derobatus afferebat pecunias, quibus venit ſpoliatus eſt tunc

ſufficiens

Digitized by Google

ſufficiens indicium ad illos latrones, ſeù delinquentes puniendos pœna ordinaria, & ita in ſimilibus caſibus, quoniam aliter nunquam punirentur latrones, quia ſemper fugiunt lucem. Ioann. cap. 3. propter indicia tamen dubitata non debet reus puniri pœna ordinaria, quamuis pœna extraordinaria puniri poſsit, pro arbitrio iudicantis conſideratis circunſtantijs, indicijs, & criminis qualitate. facit text. in l. indicia. C. de rei vind. & Ioan. And. in addit. ſpecul. in titul. de probat. §. fin. verſ. 13. Bald. in l. neq; natales. C. de probat. & Bart. in l. 2. ff. de furt. & Abb. in c. tertio loco. nu 8. de probat. Alex. conſil. 14. col. 1. libr. 3. Paul. de Caſtr. conſil 299. col. 3. part. 2. Bart. conſil. 117. Abb. in c. veſtra. num. 13. de cohab. cler. & mulier. & dicunt Doct. in d. l. ſciant cuncti. C. de probat.

15 De illo autē, qui fuit aliquē minatus, & poſtea fuit ille percuſſus, & neſcitur à quo, vtrum ſufficiant illa indicia ad puniendū pœna ordinaria illum, qui minatus eſt. dixi ſupra verb. præſumptio. § 11.

16 Fugiens à loco delicti facit, vt præſumatur contra illum, ita vt ſola fuga faciat ſemiplenam probationem gl. verb. decidi oportet. in l. in bon. v. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de reb. cred. Bart. Abb. Ang. Alex. Iaſ. & alij. in l. admonendi. ff. ſi cert. pet. Abb. in c. veritas. num. 30. de dolo. & cōtum. debet tamen fama delicti accedere ad fugam, & tunc facit indicium, quoniam fuga ſine fama non ſufficit etiam ad indicium. vt tenet Marc. Ant. in l. fin. nu. 279. ff. de quæſt. & Fel. in c. nullus. de præſumpt. Curt. Iun. in l. admonendi. num 49. ff. de iure iur. cum fama tamen bene facit fuga indicium, vt quis poſsit puniri aliqua pœna extraordinaria, quia iudicium ſubterfugiens in quacumq; cauſa diffidit de ſua innocentia, & è contrario ille, qui eſt innocens non aufugit, ſed libenter fiſus ſua innocentia quærit, vt veritas eruatur. c. nullus. vbi gloſſ. 1. & Doct. de præſumpt. & c. Chriſtianus 3. quæſt. 9. Rom. in l. admonendi. num. 70 Curt. Sen. n. 230. Caro. num 78. Rip. numer. 168. ff. de iure iur. Din. l. Diuus ff. de cuſt. reor. Duenn. in regula. 390. in prin & Ioan. And. in addit. ſpecul. in titul. de præſumpt. §. 1. ſub. n. 3. ſi tamen crimen tale ſit, vt ſola ſuſpicio ſufficiat ad eius probationem, tunc ſola fuga facit delinquentem ſuſpectū, vt poſſit ex ea ſola condemnari, ſicut eſt fuga alicuius officialis. l. conſiliarios. vbi Bart. C. de aſſeſſor. & c. decernimus. 3. quæſt. 9. & in tutore. l. impuberi. in fin. ff. de ſuſpect. tut. ſi autem quis fugiat à loco poſtquam formata fuerit aliqua inquiſitio contra illum, non facit tunc fuga indiciū. vt tenet Rip. in d. l. admonendi num. 168. Padill. in l. tranſigere. num. 3. C. de tranſact. Boſſ. in titul. de indic. nu. 49. Blanc. de Indic. num 281. Simanc. de hæret. cap. 63. n. 19. & Ant. Gom. in l. 76. Taur. num. 12. ſi tamen ille, qui aufugit, citatus compareat. tunc purgat omnem fugæ præſumptionē, vt tenet Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. ſicuti. ff. de ædilit. edict. & Ioan. de Amic. cōſil. 7. nu. 19. & conſil. 85. nu. 8.

17 Fugiens a carceribus videtur fateri delictum, de quo imputabatur, vnde fuga videtur facere plenam probationem contra fugientem. vt inquit Rip. in d. l. admonendi. num. 170. Caro. num 81. ff. de iure iurand. Duenn. regula 389. limit. 2. qui patres loquuntur de fugiente effractis carceribus. vt atteſtatur. Boer. deciſ. 215. nu. 9. ſed praxis non obſeruat, vt ſola fuga etiam cum fractione carceris, & ruptis ferreis catenis, ſufficiat ad puniendum delinquētem pœna ordinaria, tanquàm confeſſus. imo qui iniuſtè detinetur in carcere poteſt aufugere, etiam cum fractione carceris, neq; debet puniri propter illam fugā, nec habetur pro confeſſo, vt excommuni reſoluit Roland. conſil. 7. nu. 47. lib. 1 Cou. ru. libr. 1. reſolut. cap. 2. num. 11. Duenn. regula 393. limit. 4. Plat. lib. 1. delict. cap. 23. num 6. nec etiam aliquid probat fuga contra eū, qui aufugit à carcere ſine vlla violentia; nam ſi incarcerati inuenerint oſtium apertum, fortè negligentia commēſarienſis male carcerem cuſtodientis, non debent ob hoc puniri. vt tenet Ang. in l. 1. ff. de effract.

18 Fuga tamen in milite deſerente militiam eſt crimen; nam ſimiles in bello aufugit, & ſigna deſeruit ex ipſa fuga condēnabitur, nec aliud requiritur, quoniam ipſa fuga probata, dicitur crimen probatum. vt excommuni inquit Brun. in tractat. de ind. num. 7. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 21. num. 19.

19 Probatio per coniecturas, & indicia admittitur, & ſufficit in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſicut dolus, fraus, vſura, ſimulatio contractus, actus venerei, & ſimilia. c. veniens. 2. & c. præterea. vbi Doct. de teſt.

Digitized by Google

teſt.& l.dolũ.vbi Bald.Salicet.Alex.& alij. C.de dolo.mal.& c.cũ in diœceſi. de vſur. Barr. in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori. n.17. ff.de noui op. Iaſ.in l.prætor.§.prætor ait.n.20.ff.de edend.& in l.licet Imperator.n.10. ff.de leg.1.Bald.in l.ei qui in fin. C.de diſtract.pign. & in l.emptione. verſ. quęro.qualiter probetur.C.pl⁹ valer.&Iaſ. in l.cum ea.n.4.Meneſ.n.11. C.de trãſact. Innoc.in c.illo,vos.de pign.Bald.in l.eos. C.de vſur.& Doct.in l.non oẽs.§.à Barbaris. ff.de remilit.& in c.fin.de renũciat.lib. 6.Guill.& Card.in clem.ex grãdi.§.cæterũ. q.2.& 3.de vſur. Aymon. conſil.156.nu.7. lib.1. Afflict.in tit.de feud.dat.in vic.leg. com.n.57.Valaſ.conſul.154.n.18.cũ tamẽ non ſint leuia indicia,vel coniecturæ.

20 Probatio de re antiqua ſufficit,& dicitur plena per inditia,& cõiecturas.l.ſi arbiter. vbi gl.1.& Doct.ff.de probat.& l.2.§.itẽ labeo.vbi Bar.Paul.& alij.ff.de aqua plu.arc. Ang.in l.atquin natura. §.cũ me abſente. ff.de neg.geſt,& in l.Titius. ff.quib. mod. pign.vel hypoth. ſoluit. & in authẽt.quas actiones.C.de Sac.Sanct.Eccleſ. Bald.in l. conuenticulã.n.6.C.de Epiſ.& Cler.& Innocẽt.in c.veniẽs.& in c.quid per nouale. de verb.ſign.Dec.in c.1. col.8.de appellat. Aymon.cõſil.146.n.3.& in tract.de antiq. tẽp.fol.4.n.5.Afflict.deciſ.13.n.23. Valaſ. cõſul.167.n.13.Cæſar.Vrſ.dec.13.n.43.quo niã de antiqua re eſt difficilis probatio, & ideo ſufficit minor probatio.l.non oẽs.§.à Barbaris. ff.de remilit.& l.in illa. ad fin.ff. de verb.obligat.Innocent.vbi ſupra.

21 Probatio confiniũ diœceſum poteſt fieri per libros antiquos,& teſtes,ſeù famam,& alia adminicula. c.cũ cauſam. vbi gl.verb. per libros antiquos,& Doct.de probat.& l. ſi arbiter.vbi etiã notãt ſcribẽtes.ff.de probat.& l.2.§.itẽ labeo.vbi Bart.Paul.& alij. ff.de aqua plu.arc.& tũc creditur etiã ſcripturæ lapideæ, aut quibuscumq; libris hiſtoriarũ, ſeù chronicis,quando non agitur de alicuius præiudicio,ſeù modico.c.ſane. 2.in 24.q.2.& gl.verb. per libros,& Abb. n.1. in d. c.cũ cauſam.de probat Innocẽt. in Rubric.de cõſecrat.Eccleſ. vel alt.Purpur.in l.1.n.153.ff.de reb.cred. hyppolit. in Rubric.n.193. de probat. ſi autẽ agitur de magno præiudicio non creditur,niſi libris authenticis repertis in loco, vbi ſubcuſtodia publica reſeruantur authenticæ ſcripturæ, & illis, quibus, ſecundum iuris diſpoſitionem eſt adhibenda fides.c.ad audientiã.de præſcript.& l.celſus.vbi Doct.ff. de probat.Bart.in l.1. à n.22.& Rip. n.72. ff.de reb.cred.Abb.in d. cap.cum cauſam. num.1.& Dec. num.4. de probat. Valaſ.de iure emph.quæſt.9. num.26.

22 Probatio carnalis copulæ,fit per vrgentẽ præſumptionẽ,& alia adminicula, ſeù per euidentiã rei, puta ſi teſtes dicãt ſe vidiſſe hominẽ,& mulierẽ in latebris colloquẽtes & ſe oſculãtes,& amplectẽtes, aut die,& nocte intrãtes in domũ vtri⁹q;,& ſimilia,tũc eſt præſumptio ſufficiẽs ad probandã fornicationẽ, ſi concurrat fama ſimùl cũ iſtis indicijs,facit tx.in c.præterea,vbi Abb.n. 2.de teſt.& c.tertio loco.& c.litteris.de præſumpt.& c.tua.vbi gl.ver.euidẽtia,& Abb. n.7.de cohab.Cler.& mul.Cin.& Bald.in l. teſtiũ.C.de teſt.gl.ver.cõcubitus. in c.nec aliqua.31.q.2.Bald.& And.in addit.Specul. in tit.de teſt.§.iã de interrogatorijs.col.antepen.verſ. quid ſi vnus.in addit.quæ incipit,idẽ in quouis actu,& idẽ Bald.in l.neq; natales.in fin.col.1. C.de probat. Anch.in c.ſemel malus.de regu.iur.lib.6.in 7.charta.gl.ver.propter.in l.1.vbi Ang.ff.de extra ord.crim. & gl.verb. ipſis rebus.in l.quod ait lex.ff.de adult. Bart.in l.capite quinto. n.2.ff.eodẽ.& in l.2. n.2.ff.de furt.& ſi mulier,quæ habet maritũ abſentem, aut tali infirmitate detẽtus,quæ illi impediat potẽtiam coeundi, reperiatur filium habere,ex hoc fit probata fornicatio,vt pœna ordinaria puniri poſsit. l.filium ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.vbi notant ſcribentes.

23 Probatio filiationis eſt difficillima ex parte patris,& quaſi impoſsibilis, cum nõ poſsit cadere in certũ hominis ſenſum. l. quia ſemper.vbi gl.& Doct.ff.de in ius vocand.& l.Lucius.vbi Bart.ff.de cond.& demõſt.& l.vulgo.vbi gl.1 ff.de ſtat.hom.& §. ſi aduerſus. vbi Doct.inſt.de nupt. & facit illud homeri,odiſ.1.ex illo natum me eſſe dicit, at ille neſcit.Abb.in c.ſeries. n.2.de teſt.Cornel.in cõſil 5.lib.2.Menoch.cõſil. 1.n.22.& de arb caſu.89.n.1 & 11.& Paris. cõſi.10.lib.2 col.1.Duẽn.regu.387.Paleot. de not.& ſpur.c.21. Gallell.l.13.Taur.Valaſ.conſul.176 n.2. Merg.conſi.26.n.38.

24 Probatio tñ hæc ex parte patris cũ ſit difficilis,fit per inditia,& cõiecturas, & famã apud vicinos natã ex cauſis iuſtis,& probabilib⁹. c.trãſmiſſæ,vbi gl.ver.inditijs,& Abb.n.4 qui filij ſint legitim.& c.accedẽs. de purgat.can.& c per tuas.vbi DD.de probat.Abb.cõſi.105 in prin.circa.n.1 & Bart.

Ddd Bald.

Digitized by Google

Bald. & alij in l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. Dec con-ſil.54. Socin. Iun. conſil.86. col pen.libr. 2. Paleot. de not. & ſpur. cap.22. num.2. verſ.quæ omnia gloſſ.verb.filium.in l.1.C. quorum bon. non ſufficit tamen dictum mulieris aſſerentis,quòd filium concepiſ-ſet ex tali homine ſi homo ille neget,nam quàm plures mulieres aſſererent ſe preg-nantes eſſe ab hominibus nobilibus,& di-uitibus,ſi tantum dicto illarum ſtaretur,vt filij aliquo modo commodum, & honorē à talibus hominibus conſequerētur, vt fe-cit illa dequa loquitur text. in c. per tuas. de probat. qua propter dictum matris nō facit aliquam probationē, ſi filiatio aliun-de non probetur. vt tenet Hoſt. in d. cap. tranſmiſſæ, qui fil.ſint legit. & in d. c. per tuas.de probat.& in c.Michael de fil.preſ-byt. & Ioan.Andr. Abb. & alij. in c.ſicut. 2. num.4.de homic.Gerip.conſil.34.num. 26. & hoc in filio, qui non eſt habitus ab vxore,ſeù concubina domi retenta.

25 Probatio filiationis fit probabiliter de iure quòad patrem,quādo eſt de filijs legi-timis coniugatorū,cū maritus non ſit ab-ſens, nec aliqua infirmitate ad coeundum impeditus.l.filiū eum definimus.vbi Doct. ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.Iur.& in filijs ex ea quam quis publice pro concubina domi tenebat. ex gl.verb. conſtiterit. in c. Michael. vbi Doct. de fil. presbyt. quoad matrē tamen eſt certa probatio,ſi viſa fuit parere filium. l. quia ſemper. ff. de in ius vocand. Bald. in l.1. num.52. C.qui accu-ſar. non poſſ. & Menoch. de arb. caſu 89. nu.3. Paleot.de not.& ſpur.c.21.n 9.

26 Probatio ſemper incumbit illi,qui agit, & allegat. c.1. vbi gl.& Doct. de clandeſt. deſponſat.& l.2.vbi etiā notant ſcribētes. ff.de probat.& l.non ignorat.vbi Bart.Bal. Salic.& alij C.qui accuſ.nō poſſ.& l.actor. quod adſeuerat. vbi Paul. Bart Bald Salic. & alij. C.de probat.& l.1.& l.qui accuſare. vbi Iaſ.nu.1.C.de edend.& l.ſi quando. C. de dilat.niſi præſumptio ſit pro dicente ita quòd transferat onus probādi in aduerſa-rium. l.etiā ſi.C.de donat.inter vir.& vxo. & l.quintus. ff.de donat.inter vir.& vxor. & l.ſi pactum ff.de probat.aliter enim qui fundat intentionem ſuam, ſiuè in agendo, ſiuè excipiendo tenetur eam probare. d.l. 2. ff.de prob.Iaſ.in l.veteribus.ff.de pact.

27 Probatio dubia non releuat probantē, nec probatio ambigua, ſed contra produ-centem interpretatur. quoniā qui probat debet clarè,& apertè probare,& aliter nō ſibi prodeſt talis probatio ambigua,& obſ-cura. c.cū tu.vbi Doct.de teſt.& c in præ-ſentia. vbi gl.ver.dubium de probat.Abb. in c.ex litteris.n.8.deſponſal.Iaſ.in l.vete-ribus.n 1. ff.de pact. Afflict. deciſ 14.n 7. quoniam probatio de neceſsitate debet concludere, vt ſequatur condēnatio.l.ma-trem.vbi Doct. C.de probat. & l.non hoc. vbi Bald.Bart.Alex.& alij.C.vnde legit. & l. ſi per alium. § docere. vbi Bart. ff. ne quis eum qui in ius vocat.Abb.in c.audi-tis. num.3. & 26. de præſcript. Iaſ. in l.1. num.19. C.de procurat. & Dec. in l.qua-tenus.nu.8. ff de regul.iur.

28 Probatio debet fieri omni meliori modo quo fieri poſsit, & teſtes ſunt cogendi ad teſtificandū,ne proceſſus pereat. c.dilecto filio,vbi gl.verb.recuſaſti, & c ſignificauit. de teſtib.vnde infertur quòd probatio non eſt partibus detrahenda,ſed amplianda, & debet iudex cōpellere oēs teſtes, qui iure non ſunt prohibiti,ad teſtificandū,etiā in cauſa criminali,& etiam debet obuiare,ne malicia aduerſarij aliqui teſtes ſubtrahan-tur à teſtimonio. c. ſuper eo. vbi Gofred. Butr.Hoſt Ioan And.& Abb.& c.peruenit. vbi Abb.n 3.de teſt cog.Gerip.cōſi.3.n.43

Probatio efficatior requiritur ab eo,qui vult probare illud, quod nō eſt veriſimile, quàm in eo, quod eſt veriſimile, ſicut ſi teſtes vidiſſent numerare pecuniam,ſuffi-cit ad probandum debitum,licet nihil di-catur, quia veriſimile eſt, quòd numerata fuiſſet animo repetēdi,& volens probare, quod pecunia fuiſſet donata, tenetur præ-ſtare efficaciorem probationem, ſeù præ-ſumptionem. c. quia veriſimile. vbi Abb. num.3. de præſumpt. Bart. in l. cum quit. n.11. & Iaſ.n.19. ff.de reb. cred.

29 Negatiua directa non poteſt probari in rerum natura, c.cum Eccleſia Sutrina. vbi Doct de cauſ.poſſ & prop.& c.quoniā.vbi Abb n.2.de probat.& c.1.de confeſſ.lib.6. & c.ſuper hoc de renunciat. & l. lator. vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C.de probat & gl.verb per rerum naturam. in c.bonæ.de elect.Iaſ in l.nec is n.1.ff.de acquir hæred. Afflict deciſ.32. n.1 quoniam negatiua eſt carentia,& ſic per rerum naturā non exiſ-tit,nec habet principia,vbi probatio con-ſiſtere poſsit gloſſ.verb. additio, in c.1.de confeſſ. lib 6 vbi Ioan.Monach & Petr de Bell.Pert.& gl.ver per rerū naturā in d c. bonæ.

Digitized by Google

bona. 1. de elect. ſi tamen negatiua fuerit coarctata loco, & tẽpori, bene poterit probari, quoniã tunc iam in ſe habet incluſam affirmatiuam, & nõ dicitur propriè negatiua. c. tertio loco. vbi Doct. cõmuniter de probat. & c. ex tenore de teſtib. & l. optimam. C. de contrah. & committ. ſtipul. & gl. fin. in d. l. lator. C. de probat. & d. gl. ver. per rerum naturam. in d. c. bonæ. de elect. Abb. in d. c. quoniam. n. 2. de probat.

31 Probatur tamen negatiua directa per confeſsionem partis aduerſæ. c. 1. & gloſſ. ibi verb. aduerſarij. Dominic. Ioan. Andr. & omnes. de confeſſ. libr. 6. & c. dilectus. de temp. ord. & cap. fin. de ætat. & qualit. Merg. conſil. 38. num. 26.

32 Probatio per confeſsionem admittitur etiam poſt concluſionem in cauſa, quãuis poſt illã nulla admittatur probatio. licet pars non poſsit cogi ad confitendum poſt concluſionem, ſed admittitur ſpontanea confeſsio. c. cum Ioannes. de fid. inſtru. & l. ampliorem. C. de appellat. Bald. in Rubric. col. 3. verſ. ego aliter probo. C. de probat. Abb. in c. is qui fidem. n. 5. de ſponſal. gl. verb. ſtatuimus. in c. 1. de confeſſ. lib. 6. Paul. de Caſt. in d. Rubr. C. de probat. Ant. de But. in c. licet cauſam de probat. Marãt. de ord. iud. 6. part. §. de cõfeſsione. n. 23.

33 Probatio, quæ fit per confeſsionem partis eſt efficatior omnibus probationibus, & ſemper ſtatur confeſsioni factæ contra ipſum confitentem. l. publia. §. Titius. ff. depoſit. & Bart. in auth. ſed iam neceſſe. n. 3. C. de donat. ante nupt. Iaſ. in l. Titia. nu. 28. ff. de verb. obligat. & in l. licet Imperator. num. 10. ff. delegat. 1. & dixi verb. confeſsio. §. 15.

34 Probatio, quæ fit per euidentiam rei, ſeù per aſpectum oculorũ eſt vna ex maioribus probationibus, nec vnquã intelligitur excluſa. facit tex. in l. emptorem. aliàs excẽpto. §. idem libro. ff. de act. empt. & tenet Bald. in Rubric. col. 2. C. de probat. & in l. contra negantem. in fin. C. de leg. Aquil. & in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſt. & Innoce. in cap. propoſuiſti. de probat. Alex. poſt Paul. de Caſtr. cõſil. 1. col. 6. lib. 4. Iaſ. in l. de periurio. n. 3. ff. de iure iur. Afflict. deciſ. 107. n. 6. Marant. de ord. iud 6. part. §. de concluſione. in cauſa. nu. 6.

35 Probatio non admittitur ſuper deciſis per iuramentũ delatum à parte parti. licet cõfeſsio poſsit admitti, nã quando iuratur ſuper aliquo facto tollitur omnis actio, & iudex nihil amplius admittere poteſt. l. 2. & l. non erit. §. dato. & l. ſi duo. §. idẽ Iulianus, vbi Bart. n. 1. Iaſ. n. 7. & alij. ff. de iure iur. & l. 1. vbi Doct. C. de rebus cred. & iur. iur. quãuis criminaliter ex iudicis officio admittatur probatio ad puniendum iurãtem de periurio. ex reſulutis per Boer. deciſ. 65. in 5. lib. Socin. cõſil. 184. lib. 1. And. de Iſern. in c. 1. nu. §. ſi mulier. verſ. Sacramentũ. in fin. de conſuet. rect. feud. Marãt. de ord. iud. 6. part. §. de iuramento. n. 23.

36 Probatio de vna re non ſufficit ad aliã conſequendã, quoniam ſi quis agit de vna cauſa ſpeciali, nõ videtur alia, etiam ſimiles veniſſe in iudicium, nec iudex debet pronunciare, niſi ſuper illis, quæ fuerunt propoſita, & de quibus fuit probatum. cap. Abbate. vbi Ioan. And. Dominic. Philiph. Frãc. & alij. de ſent. & reiud. lib. 6. & Fulg. Lud. Rom. Iaſ. & alij. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. ff. de iure iur.

37 Probationes tamen in vna cauſa factæ faciunt fidem in alia inter eaſdẽ perſonas, & in caſibus, in quibus ſentẽtia lata in vna cauſa, & inter certas perſonas, præiudicat, aut prodeſt alijs, quos caſus recenſet. l. ſæpe. vbi Doct. ff. de reiud & tenet Bart. in l. cũ lite mortua. n. 10. ff. iud. ſolu. & in l. ſi mater. §. fin. ff. de except. rei iud. & in l. is apud quẽ. n. 12. C. de edend. & Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 106. ff. de acquir. poſſ. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cũ de hæreditate. n. 2. ff. de iure iur. & Bald. in c. cauſam quæ per tex. ibi. deteſt. & ita dicẽdum eſt de ſententia lata, ſiuè probatione facta ſuper nullitate alicuius proceſſus, ſeù inſtrumenti. vt tenet Innoc. Ioan. And. & alij. in c. in noſtra. de procurat. & Ant. de Butr. in c. quamuis. verſ. ſecundus principalis caſus. de ſent. & reiud. & in c. cauſam quæ. 2. qui fil. ſint legit. Alex. & Imol. in d. l. ſæpe. ff. de reiud. & Iaſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate n. 3. ff. de iure iur. Leo. in tract. noui op. c. 3. n. 24.

38 Probatio plena, ita requiritur in cauſa ſummaria, ſicut in ordinaria, niſi quando agitur de leui præiudicio, quia tunc nõ requiritur plena probatio, ſed eſt tunc ſummaria quòad ſolẽnitates, & probationes, ſi tamen agitur de magno præiudicio requiritur plena probatio, & eſt ſummaria, quoad ſolemnitates iudiciorũ. facit text. in l. in pecuniarijs. vbi Iaſ. nu. 3. ff. de ferijs. Bart. in l. 1. §. fin. num. 1. ff. de præt. ſtipul. & in l. Carbonianum. §. cauſæ. num. 3. ff. de

Digitized by Google

Carbon. edict. & idem Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & alij. in l.iudices. C.de iud. Abb. in c. dudum. 2. num.28. de elect. Fel. in c.veniens.2. col.6.de teſt.

36 Probationes tamen leuiores admittuntur in cauſis poſſeſſorijs, quàm in cauſis proprietatis, ſufficiunt namq; in eis vrgẽtes præſumptiones, & indicia. vt notat Bar. in l.1. n.10. c.quorum bon.& in l.2. §.ſin vero. vbi etiã Bald. C.vbi in rem act. Aret. conſil.66.n.10.& Dec.cõſil.663. Hippolit. ſingul.620. Curt.in l.admonendi.nu 68. ff. de iure iur. Valaſc.conſult.51. nu.45.& ita quod ſufficiat vnus teſtis ad probãdum in poſſeſſorio. vt tenet Bart. in l.1.num.5.C. quorum bon.& in l.2. §.ſin vero. nu.1. C. vbi in rem act.& Mateſul.notab.2.Dec.cõſil.56. num.1. & Iaſ.in rep. l.admonendi. nu.273. ff.de iure iur. ſed verius eſt, quòd probatio per vnum teſtem ſimpliciter nũquã ſufficit, quantumcumq; cauſa ſit ſummaria, ſeù poſſeſſoria, vt notatur in illo celebri text. in omni negotio. de teſt. & Afflict. deciſs.364. num.5. Pinel.in l.2.C. de reſcind. vend.3.part. cap.vlt.n.27. Valaſc.conſul.51. nu.48. Paz.in Prax.1.part. oct. temp. num.11.

37 Probatio etiam in curia mercatorum, vbi proceditur de bono, & æquo, requiritur legitima, & ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, vt latè probat. Benn.Strac.in tract. de mercat. in vlt.part.in prin.& Socin.conſil.120. col.7. lib.1. Ioann.Cald. in ſua diſput. quæ incipit. Clericus conuentus. ex doctrina Bald.in l.2. C.quæ ſit lõg. conſuet. & in l. ictus fuſtium. in fin. ff. de his, qui not. in fin. & hæc eſt ſumma veritas quoniam vbiq; probatio debet cõcludere. l.matrem. C.de probat.& l.non hoc. C.vnde leg.& l.ſi per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius voc. & c. in præſentia de probat.& aliter dubia probatio non releuat probantem. d. c.in præſentia.& c.cũ tu.de teſt. licet Bald.in l.ſolam.C.de teſt.& Dec.in conſil.11.col fin.& Aret.cõſil.126. col.2. & Marant.6.part.§.de teſtium productione.nu.72.contrarium aſſerant.

38 Probatio, quæ fit per inſtrumẽta, & priuilegia iuſtè conceſſa, eſt euidentiſsima, vt tenet Innocent.in c.ex inſinuatione, in fin. de appellat.& Abb.in c.licet.n.12.de probat.Iaſ.in l.ſi conſtãte.n.135.ff.ſolut.matr. debet tamen illa probatio, quæ fit per inſtrumenta, & ſcripturam, ſeù aliqua documenta, fieri citata parte nam aliter non valet, quoniam ſicut teſtes non poſſunt produci, ſine præſentia, ſeù partis citatione, ita in productione inſtrumentorũ, vel aliquarum ſcripturarum. l. properandum. §. ſin autem reus. vbi Ang.Alex. Iaſ.& alij.C.de iud. & l.iudices. vbi Bald. C.de fid. inſtr.& c.in primis.2.quæſ.1.& c.chartæ.3.quæſ.9. ſi autem inſtrumentum remaneret in actis ſciente aduerſario bene probaret ſine alia citatione. vt tenet Bald. in l.ſi quando. in fin. C.de teſt. Iaſ. in l.properandum. d. §. ſin autem reus. num.5. C. de iud.& inducitur probatio ex qualibet parte inſtrumenti, ſicut ex toto. l.ex conuentione.vbi Bald.Salicet. Iaſ. num.4. & alij. C.de pact. & l. 1.vbi Doct. C.ſine cenſ.vel reliq.Abb. in c.contingit. num.2. de fid.inſtr.& l.argentarijs. vbi Iaſ. nu.12. ff.de edend.

39 Probatio, quæ fit per Epiſtolam Miſſam abſenti ſufficit, quando Epiſtola eſt ſignata authentico ſigillo, aut à mittente approbata, & tunc probat contra mittentem, non tamen pro illo. l. publia. §. fin. vbi Bart. num.3. ff.depoſit. & l.Lucius. ff.de fid.inſtr.& l.ſi qua per calumniam. C.de Epiſc. & Cler. Bart. in l. ſi publicanus. §. de rebus. ff.de public. Abb. in cap.2. num.8.de fid.inſtr. & dixi ſupra verb.Epiſtola.§.4.

40 Probatio, quæ fit per comparationem litterarum, quando pars negat ſuam eſſe Epiſtolam, aut iam eſt mortua pars, quæ ſcripſit, & confiteri non poteſt, tunc non facit niſi ſemiplenam probationem.auth. de inſtr. cautel. §. ſi quis igitur vult. vbi Ang coll.6. Bald.in l.cõparationes, correcta lege ipſa. vbi etiam notat Angel. C.de fid.inſtr. Bald.in Rubric.col.3. verſ.modo quæro.C.de conſt.pecun.& in l.fin. col.14. quæſt.5. & Salicet.ibidem. C.de edit.Diu. Ad.& Ioan.de Imol.& Abb. num.8.in c.2. de fid.inſtr. Iaſ.in l.admonendi.num.83.ff. de iure iur. Bart.Bald.Alex.& alij.in auth. & ſi contractus. C. de fid. inſtr. & dixi ſupra verbo Epiſtola. §.5. licet Bart.in l.nuda. ff.de donat. & Ant.de Butr. in c.2. de fid.inſtr.teneant, quòd d. l.comparationes non ſit correcta.

41 Probatio admittitur ad probandam falſitatem inſtrumenti. l.optimam.vbi Doct. C. de contrahend. & committ. ſtipulat. & c.cum Ioannes.vbi Abb nu.13.Fel.nu.44. de fid.inſtr.Cou.ru.libr.2. reſolut. cap.13. nu.11. & pract. quæſt.20. num.6. Valaſc. conſult.154 nu.15.Merg.conſil.18.nu.26. & probato dolo, ſeù lata culpa notarij, in

falſifica-

Digitized by Google

falſificatione inſtrumenti, tenetur ad intereſſe, quod probatur per iuramentum damnum paſsi, ſicut quando fuit in dolo, ſeù lata culpa in illo exhibendo vt eſt tex. in l. vbi exigitur. vbi Bart. Ang. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de edend. Bald. & Alex. in l. qui accuſare. C. eodem.

45 Probatio tamen ad intereſſe prouenies ratione lucri alicuius eſt difficilis, debent tamen teſtes deponere, quòd tantũ cuiuſlibet intereſſet, ſi quis haberet rem de qua agitur, & tantum veriſimiliter lucratũ eſſet ex talibus mercibus, vel ex tanta quantitate, his enim, & alijs cõiecturis probari poteſt intereſſe alicuius lucri, in quo iudex debet accõmodare ſuum arbitrium. l. arbitrium. l. arbitraria. §. fin. vbi gl. ver. ſolebat. & Ang. Iaſ. n. 7. & alij. ff. quod certo loco. idẽ Iaſ. in l. qui Romæ. n. 17. ff. de verb. obligat. & gl. verb. ſubtilitatem. in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo. Alciat. in l. vnica. col. fin. C. de eo quod inter. Bart. in l. rem maioris. à n. 23. C. de rei vind. & in l. 1. C. de colonis illiric. lib. 11. & Bald. in l. ſi traditio. C. de act. empt. & in cõſil. 170. col. 2. lib. 1. Alex. conſil. 7. n. 13. lib. 6. Dec. in l. quatenus. nu. 5. ff. de regul. iur. Menoch. de arb. caſu. 118. n. 2. Valaſ. conſult. 107. n. 2.

46 Probatio dominij eſt difficilis, & poteſt fieri per indicia certa, quæ iura nõ reſpuũt & per aperta documenta. c. cum cauſam. vbi Doct. de probat. & l. indicia. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de rei vind. & gloſ. fin. in d. c. cum cauſam. de probat. & in his, quæ ſunt difficilis probationis admittitur probatio per indicia, & præſumptiones, ex his, quæ notat Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori n. 18. ff. de noui oper. nunc.

47 Probatio furti illius rei, quã domi habeo in cuſtodia, aut depoſito, ſeù alio modo, & mihi fuit ſubrepta, eſt difficilis, & nõ poteſt probari, niſi per coniecturas, quoniã latrones ſemper quærunt tempus, & horã, qua ſuum delictum occultetur, & tũc fiet ſufficiens probatio per vrgẽtes cõiecturas, vel ut ſi noctis tempore ianua fuit fracta, aut paries, ſeù tectum domi perforatum, ſiuè aliquis famulus aufugit aſportatis aliquibus rebus domini cũ depoſitis, aut ſimilia. vt tenet Ang. Ful. & Iaſ. n. 17. in l. ſi quis. §. prætor ait. ff. de edend. Bart. in l. ſi quando. n. 5. C. vnde vi, & ſpecu. in tit. de furt. circa fin. & in tit. de pign. in prin. verſ. & nota, quod ſi creditor, & verſ. ſeq. debet tamen iudex cõſiderare qualitatem perſonæ, quæ domi rẽ habebat, & ponderare cõiecturas probationis, & alias circunſtãtias, quia plures ſunt hominũ fraudes, & fallaciæ, & poſſunt omnia ſupradicta fingere, vt rem ſibi fraudulenter aſſumant, vt notat ſpecul. & Iaſ. vbi ſupra, & facit doctrina. Bart. in l. 1. §. ſerui. n. 4. ff. de furt. aduerſ. naut. caup.

48 Probatio impertinens nõ eſt admittẽda, nec etiam cum proteſtatione, & ſaluo iure impertinentium, ſi euidẽs eſt, quòd probatio illa non faciat ad negotium, nec illi proſit, quoniam non debet quis admitti ad probandum illud, quod probatum non releuat. c. cum contingat, vbi gloſſ. verbo nihilominus, & Abb. nu. 6. de offic. & poteſt. iud. deleg. & c. per tuas. 1. de ſim. & l. nec natales. vbi Bald. Salicet. & alij. & l. ad probationẽ. 2. C. de probat. Imol. in l. 2. §. prætor ait. ff. de damn infect. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. 2. n. 33. ff. de iur. iur. Dec. in c. dilecti. n. 4. de except. & in c. in præſentia. nu. 16. de probat. Guid. Pap. deciſ. 347. Alex. conſil. 166. n. 7. lib. 6. Paz. in prax. 1. tom. octau. temp. n. 50.

49 Probatio alia plena, & alia ſemiplena, nã probatio plena eſt illa, quæ fit per duos teſtes omni exceptione maiores, c. in omni negotio. de teſt. aut per inſtrumẽta gl. ver. legitimis. in l. cum de indebito. ff. de probat. Barb. in c. at ſi Clerici. nu. 105. de iud. Iaſ. in l. fin. §. licentia. num. 2. C. de iure deliberand. Fel. in c. prudentiam. §. ſexta. nu. 2. de offic. iud. delegat. Dec. in Rubric. nu. 8. de probat. ſunt tamen plures caſus, in quibus requiruntur plures, quàm duo teſtes, quos recenſet ſpecul. in titul. de teſt. §. reſtat de numero. Bart. in tract. de teſt. §. de numero teſtium.

50 Probatio ſemiplena quando dicatur, eſt gl. verb. decidi oportet. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & iure iur. & ſpecul. in tit. de probat. §. videntur. nu. 28. nulla tamẽ cauſa terminari poteſt cum ſola ſemiplena probatione, vbi eſt contentio inter partes, nec teſtimonio vnius iuxta text. in c. licet vniuerſis, & in c. licet ex quadam. de teſt. & dicam infra verb. teſtis. §. 41.

51 Duæ tamen ſemiplenæ probationes ad eundem effectum tendentes coniungũtur, & faciunt vnam plenam probationem in cauſis ciuilibus, vt colligitur. ex c. fin. vbi Abb. nu. 17. & alij. de ſucceſſ. ab inteſt. & gl. verb. legitimis. in l. 2. vbi Bart. nu. 8. ff. de execut. tut. idem Bart. in l. admonendi. nu. 48. Iaſ. nu. 253. & communis. ff. de iur.

Digitized by Google

iur. Bald. in l. vnica. in prin. C. de confeſſ. & in auth. rogaſti. C. de teſt. & in Rubric. de cont. inueſt. Salicet. in l. in bonæ fidei, C. de reb. cred. & Abb. in c. ad noſtram. num. 3. Bald. num. 2. Fel. num. 7. Dec. num. 29. de probat. Alex. conſil. 150 col. fin. lib. 3. & Afflict. deciſ. 12. num. 3. & deciſ. 48. num. 4. & Cæſar. Vrſ. deciſs. 12. num. 2. & deciſs. 48. num. 3. ſi tamen illæ duæ ſemiplenæ probationes tendant ad diuerſum finem, & ad diuerſos effectus, non coniunguntur, nec faciunt vnam plenam probationem, vt tenet Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. num. 3. ff. de quæſt. Bart. Bald. Paul. Iaſ. & omnes. in d. l. admonendi, & quòd etiam incriminalibus duæ ſemiplenæ probationes coniungantur, & faciant vnam plenam probationem; tenet Alber. in l. 2. §. fin. num. 2. ff. de excuſ. tut. ſed contrariũ obſeruatur quando agitur criminaliter ad aliquem corporaliter puniendum, vbi requiritur probatio luce meridiana clarior, & non coniunguntur tunc duæ ſemiplenæ probationes ad faciendam vnam perfectã probationem, ex gloſſ. verb. illorum. in c. veniens. 10. vbi Ant. de Butr. Abb. Imol. Dec. & alij. de teſt. Cin. in l. fin. verſ. nunquid ergo fama. C. de quæſt. Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend. & in c. 1. verſ. quæro ergo. de appellat. Salicet. in l. ea quidem. C. de accuſat. Gratus in cõſil. 47 num. 7. libr. 5. Simanch. de hæret. cap. 50. num. 2. ſi autem agatur de pœna pecuniaria imponenda bene coniunguntur duæ ſemiplenæ probationes, etiã ſi agatur criminaliter: vt tenet Imol. & Dec. in d. c. veniens. de teſt. Ioan. de Amic. conſil. 49. & facit doctrina Bald. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. num 4. ff. de edend. & Bertrand. conſil. 137. in fin. lib. 2. & conſil. 164. in fin. libr. 7. quidquid dicat Abb. in d. c. veniens.

52 Probantibus actore, & reo æqualiter debet ſententia ferri pro reo. c. cum ſint partium. vbi Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. fauorabiliores. vbi Dec. num. 4. ff. de regul. iur. & l. Arrianus. ff. de act. & obligat. & c. inter dilectos. in fin. vbi Doct. de fid. inſtr. & §. cõmodum inſt. de interd. in cauſa tamẽ fauorabili fertur ſententia pro actore, ſicut in cauſa dotis, teſtamenti, libertatis, & inſimilibus. c. ex litteris. vbi Doct. de probat. & l. lege iunia. vbi etiam notãt ſcribentes. ff. de manumiſſ. & c. ſi quis acceperit. 33. quæſt. 1. & gloſſ. 1. in d. c. cum ſint partium. de regul. iur. lib. 6. & Iaſ. poſt Bald. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. nu. 2. ff. de iure iur.

53 Probatio, quæ fit per inquiſitionem generalem cõtra certum collegium, vel certũm genus perſonarum facit fidem, vt vnicuiq; perſonæ collegij poſsit pœna imponi, ſine noua teſtium illorum productione. c. ad petitionem. vbi gloſſ. verb. non ſeruatum, & Abb. num. 2. & c. qualiter. 2. § fin. de accuſat. Ioan. Andr. in addit. ſpecul. in titul. de Inquiſit. §. viſo. in addit. quæ incipit terminum, & Gand. in tract. malef. ſub titul. quomod. de mal. cogn. per inquiſit. col. pen. & vlt. Merg. conſil. 32 n. 12.

54 Probatio tamen per inquiſitionem generalem non reſtrictam ad aliquod genus perſonarum, ſed ex officio iudicis, nõ ſufficit, niſi vt ille, qui inuenitur reus, poſsit detrudi incarcerem, dum accuſatio pendet, & poſtea citato reo illo, iterum teſtes illi examinantur lite conteſtata, atq; reus ille faciet illos teſtes iudiciales, & his præhabitis poteſt imponi reo pœna ordinaria pro delicto, & aliter non. facit text. in c. qualiter. 2. & ibi Doct. de accuſat. & in l. aut damnum. ff. de pœn. Abb. in c. ad petitionem. num. 2. de accuſat. Bart. in l. fin. num. 9. ff. de quæſt. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de quæſtione. nu. 10. Gerip. conſil. 20. num. 38. quoniam illa inquiſitio generalis non eſt iudicium propriũ, ſed præparatoria, quæ fiunt aduerſus incertas perſonas. vt tenet Innocent. in c. bonæ. nu. 3. de elect. Bart. & alij in d. l. fin. ff. de quæſt. Alex. conſil. 183. lib. 2.

55 Atteſtationes receptæ per arbitrum faciunt fidem in iudicio, ſi mortui ſint teſtes. ſi autem viuunt eſt in arbitrio illius cõtrà quem producti ſunt, vtrum velit illos facere iudiciales, aut de nouo examinentur. c. præſentata. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & alij. de teſt. & l. fin. vbi Bart. Paul. & omnes. C. de teſt. idem Bart. in l. cum antea, nu. 8. C. de recept. arb. Leo. in tract. noui oper. cap. 3. num. 6.

56 Probatio temporis debet continere initium, & finem, quoniam ſi quis probaret initium, & non probaret finem, non probat temporis proceſſum, per text. in l. talis ſcriptura. vbi Bald. & Iaſ. ff. de legat. 1. Iacob. de Aret. Bald. & alij. in l. teſtium. ff. de teſt. idem Bald. in l. indicia. circa fin. C. de rei vind. & in l. ſiuè poſsideris. col. 1. C. de probat. ſi tamen probatur initium, & finis, ſufficit,

Digitized by Google

ſufficit, licet medium non probetur, quoniam probatis extremitatibus præſumitur medium. ex Bart. in l. ſicut. §. ſuper vacuū. num. 7. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. & in l. ſuper lōgi. C. de præſcript. long. tēp.

57 Probationes receptæ ſine vlla dilatione à iudice aſsignata, tenent & valent. facit text. in l. incrimine. vbi Bart. num. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. idem Bart. Bald. Angel. Alex. Iaſ. & omnes. in l. fin. ff. de ferijs. idē Bart. in extrauag. ad reprimendum. verſ. figura. & Bald. in l. 1. C. de dilat. & in l. cū à nobis. eodem titul. & Ant. de Butr. Abb. Imol. & Dec. Fel. & alij. in c. licet cauſam. de probat. & Doct. in c. in cauſis. de teſt. Paul. de Caſtr. in l. oratione. ff. de ferijs. Bart. & Iaſ. in rep. l. admonendi. ff. de iure iur. Abb. in c. 1. num. 16. de dilat. Afflict. deciſ. 55. nu. 2. Marant. de ord. iud. 6. part. §. de dilatione. num. 13. Cæſar. Vrſ. deciſ. 55. num. 1. Paz. in prax. 1. tom. verſ. oct. temp. num. 45. Merg. conſil. 38. n. 27.

58 Dato tamen termino, non poſſunt illo elapſo teſtes produci, nec valent probationes factæ poſt terminum datum ad teſtes producendos, & examinandos, niſi partes conſentiant. c. in nomine Domini, de teſt. & l. ſi quando. C. de teſt. & c. licet cauſam. vbi Abb. num. 20. de probat. Socin. conſil. 47. col. 4. libr 4. Bald. conſil. 133. lib. 5. ſpecul in tit. de teſt. § qualiter. verſ. is quoq;. vbi etiam Ioan. And. & gl. 1. in l. l. ſi ca. C. de his. qui accuſar. non poſſ. & Marant. de ord iud. 6. part. §. de dilatione. num. 19. Geripard. conſil. 32. num. 28. ſi autem teſtes fuerint producti, & iurati intermino, tunc poterunt examinari elapſo termino. vt tenet Felin. in ſuo repertorio. verſ. teſtes. in parte. teſtes ſi ſunt producti. & in c. licet cauſam. nu. 19. de probat. diſtingue tamen, vt per Abb. in d. cap. licet. num. 20. & Dec. num. 31. nec in termino ab ipſo iure ſtatuto ſufficit teſtes eſſe productos, & iuratos, ſed erunt examinandi intra terminum. vt tenet Abb. Fel. Dec. & alij. in d. c. licet cauſam. de probat.

56 Probationes non operantur aliquem effectum, niſi ſequatur ſententia ſuper illo, de quo facta fuit probatio. gloſſ. verb. probatum eſſet. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cū de hæreditate. vbi Bart. nu. 7. & Iaſ. nu. 6. ff. de iure iur. Bart. in l. ſtipulatio. §. habet. num. 4 ff. de noui oper. & in l. de ætate. nu. 14. ff. de minor. & gloſſ. verb. ſolam. in l. ſolam. C. de teſt. Alex. in addit. Bart. in l. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10. quamuis ad actionē productam iuuandam bene ſufficiat probatio, licet non ſequatur pronunciatio, ex d. l. de ætate. & ibi Bart. d. num. 14. ff. de minor.

60 Probare poteſt quis illud, quòd continebatur in inſtrumento perdito, probando tenorem inſtrumenti, & quod in illo continebatur, & quòd erat ſine vitio, & hæc probatio ſufficit, ſi per duos teſtes legitimos fiat. l. teſtium. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de teſt. & l. emancipatione. C. de fid. inſtr. & gloſſ. verb. ſine reprehenſione. in c. cum olim. 1. de priuileg. & l. ne caſu. vbi Doct. C. de deſcuſſ. lib. 10. Merg. conſil. 13. num. 26.

61 Probatio mortis, ſeù vitæ alicuius incumbit illi, qui agit de vita, aut de morte defuncti. nam qui fundat intentionem ſuā in vita alicuius, debet probare ipſum viuere, nec ſufficit probare ipſum iam fuiſſe viuum, ſeù viuere poſſe. ſi autem fundat ſuam intētionem in morte alicuius debet mortem probare. l. ſi quidem. vbi Bart. n. 1. C. ſolut. matrim. & l. tabularum. §. ſi dubitetur. vbi Doct. ff. quemadm. teſt. aper. & quomodo probetur mors. inquit Bart. in d. l. ſi quidem. num. 2. & in tract. quomod. & quand. prob. mors. & dixi ſupra verbo maritus. §. 15.

Verbo Proceſſus.

1 PRoceſſus conſiſtit in actis, ſiuè in ſcriptura, de actitatis in iudicio. gl. verb. acta. in l. vnica. C. de ſatiſd. & gloſſ. verb. actorum. in l. illud. C de Sacro Sanct. Eccleſ. actum tamen eſt verbum generale, & comprehendit omne illud, quod verbis, ſeù re agitur. l. labeo. libro. 2. vbi Doct. ff. de verbor. ſign. & notant omnes. in l. eum actum. per text. ibi. ff. de neg. geſt. & in l. conſeruus. ff. de cond. & demonſtr. Dec. in l. actus. num. 1. ff. de regul. iur.

2 Proceſſus alius eſt circa præparatoria iudicij, & alius circa deciſoria. gloſſ. verb. actum eſſet. in l. ſi mancipium. ff. de euict. Abb. in c. exhibita. de iud. & facit doctrina Bart. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. differt tamen proceſſus ab inſtantia iudicij, nam inſtantia propriè incipit à litis cōteſtatione, proceſſus vero à citatione. vt tenet Pau. de Caſtr. in Rubric. ff. de in ius vocand. & Iaſ. in l. poſtquā liti. n. 10. C. de pact. Leo. in tract. noui op. nunciat. c. 1. n. 12.

Proceſſus

Digitized by Google

3 Proceſſus factus ſine litis conteſtatione, vbi lis eſt conteſtanda, eſt nullus ipſo iure, & nullius momenti. cap. cum cauſam. 62. vbi Doct. de appellat. & c. accedens. 2. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Abb & alij. vt lit. nõ cõteſt. & c. dudum. 2. de elect. & c. cum dilectis. de purgat. can. & c. olim. vbi Abb. num. 1. de iniur. & damn. illat. quoniam iudicium ſumit exordium à litis conteſtatione. vt refert. Tancret. in tract. de ord. iud. lib. 3. de litis conteſt. & gloſſ. verb. litis exordium. in c. ſuper quæſtionum. de offi. delegat. vnde proceſſus ante conteſtationem, non tenet tanquàm iuris ordine nõ ſeruato. c. ad petitionem de accuſat. & c. exhibita. vbi Doct. de iud. & l. 1. vbi Salicet. Paul. & alij. C. de execut. rei iud. & l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & l. prolatam. C. de ſent. & interlocut. omnium iud.

4 Proceſſus, vbi in actu requiritur aliqua ſolemnitas de ſubſtantia, non valet, ſi ſolemnitas illa omittatur. l. cum hi, quibus. §. ſi prætor. vbi Doct. ff. de tranſact. & l. non nudo. vbi Bald. & Salicet. C. de emãcipat. Lud. Rom. in l. 1. C. de ſent. ex pericul. reſcind. & Innocent. in c. 1. de Sacrament. non iterand. Bald. in l. fin. col. 2. C. de ſuis, & legit. Ant. de Butr. in c. Piſanis. notab. 7. de reſt. ſpol. Abb. in c. quoniam. nu. 10. vt lit. non conteſt. ſi tamen ſolemnitas illa requiratur poſt actum, tunc proceſſus non erit nullus ipſo iure deficiente illa ſolemnitate, ſed erit annullandus ope exceptionis. facit text. in l. vniuerſa. vbi gloſſ. fin. & Doct. C. de præcib. imp. offerend. Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. 6. ff. de verb. obligat. Abb. in d. c. quoniam. n. 10. Iaſ. in l. 1. §. ſublata. n. 4. ff. ad treb.

5 Solemnitas tamen leuis non vitiat, ſi omittatur, quando pro forma non requiritur, cum enim proceſſus vitiatur propter defectum alicuius ſolemnitatis, debet intelligi de ſolemnitate ſubſtantiali, nõ autẽ de aliqua leui, & minima, quoniam de minimis nõ curat prætor. l. 1. §. fin. ff. de inſp. ventr. & Bart. in d. l. cũ hi. §. ſi prætor. n. 2. & Iaſ. n. 1. ff. de tranſact. & Imol. & Alex. in l. 2. §. pri⁹. ff. de vulg. & pupill. Bald. Pau. de Caſt. Imol. & alij. in l. 1. ff. de lib. & poſthu. Iaſ. in l. & ſi. § pure. num. 14. ff. eodem, & eſt communis licet Fulg. in d. l. cum hi §. ſi prætor. dicat contrarium, affirmans quãcumq; leuis ſolemnitatis omiſſionem vitiare omnem actum, ſed debet intelligi, de ſolemnitate, quæ requiritur pro forma, quoniam hæc vitiat proceſſum, quantumcumq; leuis ſit, ſi omittatur, quoniam forma inducit indiuiduitatem. ex Alex. in l. ſi is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad leg. falc. Dec. conſil. 532. nu. 3. Valaſc. conſult. 194. n. 15. Marg. conſil. 32. n. 14.

6 Solemnitas tamen probatoria, quando in actu requiritur ſimpliciter non attenditur, ſi de actu conſtat per confeſsionem partis, ſi autem lex procedat vltrà annullando actum ſine illa probatoria ſolemnitate, tunc non poterit ſuppleri ille defectus ſolemnitatis per confeſsionem partis. vt notant Bald. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & Abb. in c. cum cauſam. 37. nu. 20. de teſt. & Iaſ. in l. cum quis. num. 12. C. de iuris. & fact. ign. & in l. nemo. num. 15. ff. delegat. 1.

7 Proceſſus factus ſine citatione, ſeù ſine præſentia partis, vbi iudex illum faciat certiorem de actu, aut ſine cognitione requiſita dicitur repentinus, & nullius momenti. c. inter quatuor. vbi Abb. num. 2. & alij. de maior. & obed. & c. 1. vbi latè Doctor. de cauſa poſſ. & prop. & c. caueant. & c. omnia. 3. quæſt. 9. & c. venerabilem. de elect. & c. fin. vbi Doct. eodem titul. lib. 6. & clem. paſtoralis. de re iud. & clem. ſæpe. de verb. ſign. & l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſine appellat. & l. de vno quoq;. vbi Doct. ff. de re iud. & l. ea, quæ. vbi Bald. C. quomod. & quand. iudex. & Abb. in cap. auditis. num. 5. de procurat. & in c. I. & A. nu. 11. de ſent. & re iud. Afflict. deciſ. 262. num. 3. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 16. nu. 10. Valaſc. conſult. 81. nu. 2.

8 Proceſſus eſt etiam nullus, ſi citatio fiat extra locum vbi iudex eſt deputatus, & poſtea iudex procedat in cauſa, ſine expreſſo partium conſenſu tunc omnis proceſſus habitus erit ipſo iure nullus. c. ſtatutum. §. in nullo. vbi gloſ. verb. citet. & Monach. Dominic. Ioan. And. Franc. & alij. & § fin. vbi etiam gloſſ. vlt. & Doct. de reſcript. lib. 6. Gerip. conſil. 38. num. 25. facit text. & ibi Doct. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud.

9 Proceſſus vitiatur, vbi fuit ordo omiſſus circa deciſoria iudicij, aliter tamen circa præparatoria, quia tunc licet aliqua in ordine præparationis ſint ante poſita, non vitiatur proceſſus, quod tamen non eſt quando in decidendo ordo non obſeruatur. l. prolatam. vbi gloſſ. 1. Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & §. item ſententia circa. vb.

gloſſ.

Digitized by Google

gloſſ.verb. circa. in cap. fin. 2. quæſt.6. & gloſſ.verb.non ſeruatum. in c.ad petitionem de accuſat. & gloſſ.verb.actum eſſet. in l.ſi mancipium. ff.de euict. & c.cum dilecta. §.dictum de reſcrip. & c. examinata de confirmat. vtil.vel inutil. & gloſſ.fin in clem.fin. de verb.ſign. Abb.in c.cum dilectus. num.8. de cauſa poſſ.& prop.Bart.in l.ſi quæramus. num.3. ff.de teſtam.

10 In ſummarijs tamen cauſis nõ obſeruatur ordo iuris, in libelli oblatione, & litis conteſtatione, & in procedendo tempore feriarum ruſticarum,& in breuiandis litibus, & repellendis dilationibus fruſtatorijs, & inſimilibus. vt eſt text.in clem.diſpendioſam.vbi notant Doct.de iud.& clement. ſæpe. vbi etiam dicunt ſcribentes. de verb.ſign.non omittitur tamen citatio, & probatio , iuramentumq; calumniæ , ſi petatur. d. clem.ſæpe.Merg. conſil.23.numer.16.

11 Proceſſus tamen factus tempore feriarũ ad honorem Dei , & Sanctorum eius , eſt nullus ipſo iure, neq; de conſenſu partium validatur,quoniam partes non poſſunt renunciare ferijs introductis ad honorem Dei,& Sanctorum eius. c.fin.vbi Abb.n.9. de fer. & l.omnes. iudices.& l.fin.vbi Doctor. C.de ferijs. Bart.in l.ſi feriatis.nu.2. ff. de recept.arb. ſpecul.in titul.de renunciat. & concluſ. §.1. col.3. & in titul. de ferijs. §.fin. Iaſ.in Rubric.num.4. ff.de ferijs. Marant. de ord. iud. diſt.16.num.83. ſi tamen cauſa fuiſſet tẽpore peritura,niſi tempore feriarum, etiam ſi ad honorẽ Dei agitaretur tunc bene poteſt agitari proceſſus,vſque ad illum terminum,& inſtantiam, in qua cauſa illà remaneret perpetuata; quoniam feriæ etiam in honorem Dei inductæ non habent locum vbi periculum eſt in mora. arg.text.in l.omnes iudices. C. de fer. Abb. in c.fin. num.23. de iud.ſpecul. in titul.de fer. §.ſequitur. verſ. pen. Marant. de ord. iud.6.part.§.de actorum editione. num.45. & facit tex. in c. fin.de fer. Bart. in l.Diuus. nu.2. ff.de fer. Alex.& Iaſ. num 3. in l.1. §.ſed excipiuntur, ff.eodem Guill.in l.ſciendum.in prin. ff.qui ſatiſd.cog. & ita in cauſis pijs,ſeù in cauſis carceratorum,nam in iſtis cauſis valet proceſſus factus in quocumq; die feriato. c.fin. vbi gl.vlt. & Doct.de fer.& Bald. in l.lecta. ff.ſi cert.pet. Alex.in d.l.Diuus. ff.de fer. Iaſ.in d. §.ſed excipiuntur.n.11. & l. cuſtodias. vbi gloſſ.verb. & feriatis,& Bart.num.3.ff.de publ.iud. & l.in prouinciarum. C. de fer. Marant. de ord. iud. 6. part. §.de actorum editione.num.48.ſiue quando agitur in curia principis , quia in illa poteſt procedi die feriato , ſi principi placuerit, vt tenet ſpecul. in titul. de fer. §.1. verſ. eſt autem , & Marant. vbi ſupra. num.46.

12 Proceſſus tamen factus die feriato meſſium , ſeù vindemiarum valet inter præſentes & non contrà dicentes , ſed inter abſentes eſt nullus ipſo iure , quia partes poſſunt renũciare ferijs meſsium,ſeù vindemiarum , vnde litigantes illo tempore, ſeù præſentes in illis actis iudicialibus , & non contradicentes videntur tacitè renũciare ferijs illis. c.fin. vbi Doct.de fer.& l. 1. vbi Bald.& Iaſ.num.3. & Bart.ſub.§ ſed ſi prætor.num.3.ff.de fer.& l.ſi feriatis.codem titul. Bart.in l.mutari. nu.3.ff.de procurat. Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune. num.159. ff.de acquirend.poſſeſſ.Leo. in tract.noui op.cap.2. nu.20.

13 Proceſſus etiam viciatur,ſi in aliquo iudicio procedatur ordinariè præter naturam ipſius.vt tenet Bald.in l.diffamari.col. 2. C. de in gen. & manumiſſ. & Iaſ.in l.1. num.50. ff. de edend. ordo enim , qui dat formam rei, omitti non poteſt,& ſi fuerit omiſſus , aut peruerſus annullat actum. c. cum dilecti. vbi Doct. de reſcrip. Bald. & omnes. in l.prolatam. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & in l. ambiguitates. C.de teſt.vnde ordo legis eſt obſeruandus in proceſſu in iudicio facto,& in conſilijs, & reformationibus faciendis. vt notat Bald. in l.2. in prin. ff. ad vell.& in l.2.C. de decur. lib.10. Tancret. in tract.de ord. iud.in prin.& Marant. de ord. iud. 1.part. in proæm.

14 Proceſſus,& omnia acta facta contra legem prohibentem ſunt nulla , & nullius momenti. c.quæ contra ius, vbi Doct.ff.de regul.iur. lib 6.& c.vides.diſt.10.& l.non dubium. vbi Doct. communiter. C.deleg. & c. Imperiali. 25. quæſt. 2. Abb. in c. ad Apoſtolicam. num.11. de regul.& ab ipſomet , qui fecit, poſſunt impugnari acta facta contra legem prohibentem , ſi nullitas eſt in fauorem alienantis , aut in publicum fauorem, l.quemadmodum.vbi Bart. C.de agricul.& cenſ.lib.11.Alciat.& Curt. in l. tranſactione finita. C. de tranſact. & Peralt.in Rubric. nu.97. ff. de hæred.inſt. Aret.cõſil.123.ad fin.nu.7. Socin.cõſil.97. nu.47.

Digitized by Google

nu.47. lib.4. Curt.Iun. conſil.175. nu.10. in fin. & Gram.deciſ.93.nu.8.& 9. Afflict. deciſs.240.num.8. Dec.conſil.142.nu.4.& conſil.174. in fin.& Paris. conſil.31.n.10. lib.4. Menoch.de ſucceſſ.Creat.§.10.num. 248. Valaſ.conſult.69.num.3. Merg.conſil. 26. num.62. actus enim nullus non impedit reiterationem eiuſdem actus. l.qui per ſalutem, vbi Bart. num.3. & Iaſ.nu.2.ff.de iure iurand.& l.2.ff.de opt.legat.& l.ſi præſes.vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes.C.quomodo,& quand.iud. nec poſſunt à partibus validari acta nulla in ſubſtantia actorũ, quãuis approbatio in vim pacti valere poſsit, vbi paciſci poteſt, & vitium nullitatis concernit merum fauorem partium. l.etiam ſi. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & alij. C. communia. veriusq; iud. Abb.in c.examinata. num.4.de confirmat. vtil. vel inutil. & notant Doct.in c.ſignificaſti. de foro comp.

15 Proceſſu annullato aliqua de cauſa, actio ſalua manet, & ſi ſententia annulletur, eò quòd die feriato lata fuit, aut aliqua de cauſa, quæ non reſpiciat niſi ſententiam, tunc ex eiſdem actis iterum iudicabitur, & ſic ſi nullitas reperitur in aliqua parte proceſſus, quia tunc vitioſa tantum annullantur; ſi autẽ nullitas reſpicit proceſſum, & ſententiam, tunc omnia corruunt. c.ad probandam, vbi gloſſ.verb. caſſata, & Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Innocent. Ioann. And. Abb.& omnes. de ſent.& reiud. & c. ex litteris. de offic.deleg.& l.ſi vt propoſitis.1. vbi gloſſ.verb. denuò, & Bart.Bald. Salicet. & alij.C.quomodo.& quando iud. & gloſſ.fin. in l.ſi expreſsim. vbi Bart.n.1. ff.de appellat.idem Bart.in l.cum quærebatur. num.1. ff.de reiud.ſpecul. & Ioan. And.in titul.de ſent.§.iuſt. verſ.ſed ſi cauſa. & Ant.de Butr. & Imol. in d. c. ex litteris.

16 Proceſſus factus per litteras ſubreptitias vitiatur, ſed factus cõtra formam reſcripti eſt ipſo iure nullus. c. cum dilecta. vbi gloſſ.verb.irritum, & Ant.de But.Ioã. And.Abb. & alij. de reſcript. quoniam iudex delegatus dicitur habere ſolum vſum iuriſdictionis delegantis, & nihil habet proprium, quoad iuriſdictionem. l.ſi prætor. ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.vnde per litteras ſubreptias non conceditur iuriſdictio à delegante, imo forma reſcripti eſt obſeruanda, & ſi iudex illã non ſeruat remanet proceſſus nullus ipſo iure, quia deficit intentio concedentis. d.c.cum dilecta. vbi gloſſ. verb. tranſponentes. & Abb. nu.4. de reſcript. & c.ſi rector.in fin. diſt.43. & c.imprimis.2.quæſt.1.

17 Proceſſus factus à iudice dato in poſteriore reſcripto non faciente mentionem de primo valet, ſi pars non opponat de ſubreptione reſcripti, quoniam reſcriptũ non eſt ipſo iure nullum, ſed veniens annullandum.cap.ex tenore,& ibi Ant.de Butr.Hoſt.Abb. Dec. Imol. & alij.de reſcript.& Merg.conſil.32. num.27.& dicam latè infrà verb.reſcriptum. §.18.

16 * Proceſſus factus à priore iudice, antequàm illi ſit præſentatum ſecundum reſcriptum impetratum ad litẽ valet, ſi princeps non inſeruit in ſecundo reſcripto reuocationem omnium, quæ poſt impetrationem ſecundi reſcripti fuiſſent attentata, ex text. in c. audita. vbi Doct. de reſt. ſpol. & notant ſcribentes. in c. cæterum. de reſcript. vnde praxis obſeruat, vt iudex datus per reſcriptum aduocatorium, inhibeat priori iudici ſubcertis pœnis,& cenſuris ne vlterius procedat in negotio, & vt ipſemet primus iudex ſe inhibitũ pronunciet, & aliter incidet incomminatas pœnas, & tunc omnia poſtea per priorem iudicem attentata erunt nulla, etiã ſi ante diffinitiuam fuerint attentata, cum tamen ſint poſt inhibitoriam agitata. c.non ſolũ, cum ibi per Doct.notatis. de appellat.lib. 6. & dixi verb.appellatio.§ 8.

17 Proceſſus factus ab vno ex iudicibus delegatis ſine alijs eſt ipſo iure nullus, quoniam ſi cauſa ſit commiſſa duobus, vel tribus iudicibus, non poteſt vnus ſine alijs procedere, niſi reſcriptum haberet clauſulam, quod ſi non omnes, eorum quilibet procederet. c.cauſam.1.vbi Doct.& c.cum cauſam. vbi Abb. num.1. de offic.delegat. & l.duo ex tribus. vbi Bart. num.3.ff.de re iud. Abb.& Fel. in c.prudentiam.de offic. delegat. quod tamen non habet locum in iudicibus ordinarijs, quoniam vnusquiſq; habet iuriſdictionem inſolidum, & poteſt vnus ſine alijs cognoſcere, & ſententiam ferre, & valebit proceſſus. l. Pomponius. vbi Paul. de Caſtr. & l.tunc, & l.interpartes. ff.de re iud. & l.1. vbi Doct.ff.de offic. pro conſul. & idem eſt dicendum in iudicibus delegatis ad vniuerſitatem cauſarũ, quod dicitur in iudicibus ordinarijs, ex gloſſ.verb. proferre, in l.pomponius aliàs ſi vni, vbi Bart. numer.3. & Alex. ff. de re iud.

Digitized by Google

ſu l. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 5. numer. 31.

20 Proceſſus factus à iudice incompetente non valet, niſi partes ſciuerint illum non eſſe iudicem, & citati veniant, & coram illo nihil opponant, & iudex aliàs habeat iuriſdictionem, quia tunc videntur prorogare illius iuriſdictionem. l. 1. vbi Doct. & l. fin. C. ſi à non comp. iud. & l. ſecundum. vbi Bald. C. de donat. & c. ad noſtram. vbi gloſſ. fin. de conſuet. & l. 1. vbi gloſſ. verb. patientiam. C. qui pro ſua. Abb. num. 16. & Fel. col. 2. in c. paſtoralis. de except. idẽ Abb. in c. ſi diligenti. nu. 31. de foro comp. & gloſ. verb. ex cauſa. vbi Ang. Fulg. & Iaſ. num. 39. in l. ex quacumq; ff. ſi quis in ius vocat. vbi etiam Bart. num. 18. Iaſ. in l. ſi conuenerit. num. 39. ff. de iuriſd. omnium iud. Bart in l. ſacris C. de Prox. Sacr. Scrin. lib. 11. Paul. de Caſtr. in l. teſtamenta omnia num. 3. C. de teſtam. & in l. repetita. num. 3. C. de Epiſc. & Cler. Dec. conſil. 3. & conſil. 8. col. 2. & Vanc. de nullit. pag. 101. & 109. Doct. in c. P. & G. de offic. delegat. Gam. deciſ. 219. & Valaſ. conſult. 27. n. 5.

21 Proceſſus ipſo iure nullus, non reſcinditur, nec vllum parit effectũ. c. non præſtat. vbi gloſſ. 1. & Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. non dubium. vbi etiam notant ſcribentes. C. deleg. & l. quos retrahi. vbi Bald. & Salicet. C. ſi aduerſ. libert. quoniã ſimulata, & imaginaria reputantur quaſi non ſint. facit text. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcend. & in l. qui ſub imagine. C. de diſtract. pign. Bald. & Paul. in l. 1. C. plus. val. quod ag. Bart. in l. poſt contractum. nu. 4. ff. de donat. Ant. Gom. in l. 45. Tauri. nu. 27. Auend. in tract. de exequend. mãd. cap. 1. num. 3.

22 Nullitas proueniens ex iudicis incompetẽtia poteſt opponi in quacumq; parte iudicij, & etiam poſt ſententiam, ex gloſſ. communiter approbata, verb. non obſtante. in clem. vnica. de ſequeſtr. Bald. in l. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. & Marſil. ſingul. 10. Dec. conſil. 8. Cou ru. quæſt. pract. 25. num. 4. Valaſc. conſult. 27. nu. 5. Geripard conſil. 19. nu. 26.

23 Proceſſus factus contrà contumacẽ ante relationẽ nuncij eſt ipſo iure nullus, quia licet iudex poſsit procedere contra contumacem, non poteſt tamen procedere antequàm ſibi ſit facta relatio illius cõtumaciæ. vt tenet Bart. in l. hæc autem. §. nõ defendi. num. 2. ff. quibus. ex cauſ. in poſſ. eat. Bart. Bald. & alij. in l. multi. ff. de cõd. & demonſtr. Fel. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 8. verſ. decimo. de conſt. Iaſ. in l. ex quacumq; num. 44. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Abb. in cap. quoniam. num. 11. de probat. Afflict. deciſ. 29. num. 3. Marant. de ord. iud. diſt. 16. num. 9. non poteſt tamen proceſſus retardari friuolis occaſionibus. c. cum ceſſante. de appellat. & colligitur ex text. in clem. fin. de verb. ſign.

24 Proceſſus factus contra illum, qui iter ad Papam arripuit, ante citationẽ eſt nullus, quoniam dum quis vadit ad Sedem Apoſtolicam eximitur à iuriſdictione iudicis inferioris, ita vt cõtra illum procedi non poſsit à iudice inferiore, niſi fraude, ſeù dolo hoc faciat. c. meminimus. vbi gl. fin. & Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de appellat. & cap. vnico. vbi Doct. de Cler. perigr. Innocent. in c. vt debitus. de appellat. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 16. num. 66.

25 Proceſſus etiam remanet nullus, quãdo in lite petitur iuramentum de calumnia, & non præſtatur, quia iuramentũ illud, quãuis tacitè remitti poſsit, vt eſt text. in c. 1. vbi Doct. de iurament. calumn. lib. 6. ſi tamen petatur, & non præſtetur, totus proceſſus redditur ipſo iure nullus. l. 2. §. ſed quia veremur. vbi Iacob. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Franc. Aret. & alij. C. de iur. propt. calum. Bart. & Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nũciat. Imol. & Alex. in l. qui bona. §. ſi alieno. col. 5. verſ. & circa illud iuramentum. ff. de dãn. infect. & Iaſ. in l. ius iurandum, & ad pecunias. §. qui ius iurandum. num. 3. ff. de iure iurand. Thom. ferret. cautel. 12. col. 1. Marant. de ord. iud. 6. part. §. de iuramento. num. 2.

26 Proceſſus quoq; redditur nullus, ſi ſit factus à iudice recuſato de ſuſpecto, antequam ſuſpicio diſcutiatur, quia vbi primũ pars intentat cauſam ſuſpicionis iudici, ſtatim illũ ligat, vt amplius nõ poſsit cognoſcere de cauſa, vſq; quo terminetur cauſa ſuſpicionis, aut pars recuſans tacitè, aut expreſſè iterum in iudicem conſentiat, aut elabatur tempus diffinitũ ad cauſam ſuſpicionis terminandam, cap. ſuſpicionis, de offic. delegat. & c. ſuper. vbi gloſ. 1. & Doct. & c. ſecundo. §. tertio. vbi Abb. num. 5. & in c. cum ſpeciali. num. 12. de appellat. & gloſſ. verb. appellent. in c. quoties. 2. quæſt. 6. Bart. in l. quia poterat. num. 3. ff. ad treb.

& Acurſ.

Digitized by Google

& Acurſ.in l.apertiſsimi. C. de iud. Gem. in cap.iudex.de offic. delegat. lib.6. Lud. Rom.conſil.220. col.2. Paul.de Caſtr. cõſil.122. lib.2. Dec.conſil.175. lib.1. Alex. conſil.89. libr.1. Old. in conſil.6. incipit. Thema tale ſit.Bertran. conſil.53. lib.1.& conſil.184. libr.2. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt.16. num.4.

28 Si tamen iudex non fuit recuſatus valet proceſſus ab illo factus, licet poſtea inueniatur, quòd inter iudicem,& partem illã, de qua iudex iudicauit, erat aliqua cauſa ſuſpicionis, quoniam antequam recuſaretur non inducitur nullitas proceſſus, eò quòd pars poterat elidere iudicem per exceptionem,& dum non recuſatur tenet eius proceſſus. vt probat text. in c. iudex de offic.deleg.lib.6.qui text.licet loquatur in iudice delegato habet locum in ordinario, & gloſſ.verb. proponatur. in fin.in d. c.iudex.vbi Ioan.And.Philiph.Franc.Dominic.& alij & Abb.in c.cum inter. num. 22. reprobata. gloſſ. ibi verb. conſcientia. de except. Merg. conſil.29. num.18. hoc tamen non habet locum quãdo iudex procedit per inquiſitionem, ſine partis citatione, quia tunc poterit pars opponere exceptionem ſuſpicionis, cum ad iudiciũ fuerit vocata, & probata cauſa ſuſpicionis, non valebunt dicta teſtium, qui à iudice ſuſpecto fuerunt examinati, ſed iterũ denuò examinabuntur à iudice non ſuſpecto, quoniam dum pars non agit coram iudice, non videtur in illum conſentire, vnde poſtea cum recuſare non poſsit.l.ſed & ſi ſuſcepit. ff.de iud. & c.accuſatores. §. cuius in agendo. 3. quæſt. 8. & gloſſ.verb. cauere. in l.2. C.de conſort.eiusdem.lit.& gloſſ.verb. conſenſerit. in c.inſinuante.de offic.delegat. imò recuſatio iudicis ſuſpecti eſt pars defenſionis. c.quod ſuſpecti.§. & reuera. 3.quæſt.5.& c.ſecundo requiris. §. conſultationi. de appellat. & clem.paſtoralis. cum ibi notatis.de ſent.& reiud.

29 Proceſſus habitus cum excõmunicato autore valet mero iure dum non opponitur exceptio excommunicationis, c.1.vbi Ioan. Monach.Dominic.Ioan.And. & omnes. de except. lib.6. gloſſ.verb.in dilatorijs. in c.exceptionem de except.vbi Fel. nu.45. & Pariſ.44. & Grat.22. Gom. n.63. in c.1. de reſcript.lib.6.& gloſſ.verb.proceſſus. in d. c.1. de reſcript. lib.6. Abb. in c.dilectus filius. 1.num.9. de reſcript.Gerip.conſil.48.num.32.

30 Proceſſus tamen factus per reſcriptum impetratum ab excommunicato eſt nullus, & nullius momenti,cum enim reſcriptum ſit ipſo iure nullum nullam iuriſdictionẽ præſtare poteſt,& ſic omnia per illud facta corruunt, licet non opponatur illa exceptio. d.c.1.vbi gloſſ.1. & 3.& Doct communiter. de reſcript.lib 6. Abb.in d.c.dilectus filius. 1. num.9. de reſcript. Merg. conſil.26. num.38.

31 Proceſſus, & ſententia valet in cauſa reconuentionis, ſi iudex non procedat pari paſſu in vtraque, quamuis malefaciat, niſi vna actio, ſeù recõuentio impediret executionem alterius, vnde ſi iudex procedat in vna, & non in alia pari paſſu, eſt ab illo appellandum. l.1. §.fin. vbi Bart. ff. quæ ſent. ſine appellat. & ſpecul. in titul.de reconuent. §.videndũ.verſ.& iudex.& Abb. in c.1. nu.11. de mutu. pet.& Doct.communiter. in auth. & conſequenter. cap.de ſent.& interlocut. omnium iud.& Marian. Socin. in c.prudentiam. à nu.17. de mut. pet. Marant. de ord. iud. 4.part. diſt.6.nu. 12. fol.120.

32 Proceſſus iudiciarius factus à iudice ſeculari in Eccleſia,aut in cæmiterio *illius*, eſt nullus ipſo iure, & ita ſententia lata, quoniam iudex laicus non poteſt agitare cauſas iuriſdictionis contentioſæ in Eccleſia, aut cæmiterio illius. c. decet. §.ordinarij locorum,& ibi Dominic.Guill.Garz. Ioan.Monach.Arch. Ioann.And.& alij de immunit. Eccleſ. libr.6. & c.1.vbi Doct. eodem titul.in antiq Abb. in c.qua fronte. num.2.& 13.& Dec.num.10. & alij.de appellat. Sylueſt. verb. immunitas. §. 3. & Boer. deciſ.109. Valaſ.conſult.81.num.1. Trid.ſeſſ.22. c.de obſeruand.& euitand.in celebrat.miſſ. contractus tamen, ſiuè aliqui actus voluntariæ iuriſdictionis *facti* in Eccleſia valent quamuis decens non *ſit*, vt aliqui contractus, vel actus fiant in domo orationis. vt Colligitur ex d. §. ordinarij locorum, & ibi gloſſ. verb. proceſſus, & Doct.& Abb. in d. c.qua fronte.num.2.de appellat.& ita de examinatione teſtium,cũ iam præceſſiſſet cognitio, vtrum examinarentur.Bar.in l.2.nu.5. C.de Sacr.Sanct.

33 Proceſſus in cauſa criminali debet agitari poſt captionem rei, ſi per generalem inquiſitionem, aut alio modo ſit incarcerandus, vel ſi non ſit incarcerandus, ſicut in cauſa ciuili,puta formatis capitulis,ſeù articulis debet iudex facere citari reum

ad reci-

Digitized by Google

ad recipiendam copiam articulorum, qui debent continere omnia crimina, vt poſſit formare ſuas exceptiones, & defenſiones, & erit lis conteſtanda, & ſunt dandi termini ad vtramq; probationem, & ſunt repetendi teſtes, qui fuerunt interrogati in ſummario, ſeù inquiſitione ſine citatione per quam reus fuit infamatus de crimine, & hæc omnia citato ipſo reo, quoniã aliter non valerent teſtificata, & proceſſus aliter habitus erit nullus, & nullius momenti, vt colligitur ex doctrina Bald. in l edicta, in rep. Paduana. col. 22. verſ. quæro. C. de edend. & in l. 1. vbi etiam Iaſ. nu. 29. C. de furt. Bart. in l. fin. n. 9. ff. de quæſt. Dec. conſil. 170. & conſil. 189. in fin. Marant. de ord. iud. 6. part. §. de quæſtione, num. 10.

35 Proceſſus fabricatus ſuper libello inepto in cauſa criminali eſt nullus ipſo iure, quamuis pars contra illum non opponat. puta, quia in ipſo non fuit poſitus locus, vbi crimen cõmiſſum fuit, & menſis, quo fuit commiſſum, nomen accuſatoris, & accuſati, & crimen ipſum. l. libellorum. vbi Doct. ff. de accuſat. & l. in cauſis. vbi gloſſ. verb. tempus. & gloſ. fin. C. eodem tit. & gl. ver. & in inſtituendis in prin. inſt. de publi iud. Abb. in c. tuæ. nu. 2. de procurat. §. libellorum. 2. quæſt 8. Iaſ. in l. 1. nu. 2. ff. de edend. & in l. edicta. n. 18. C. eodem titul. & Socin. conſil. 146. col. 6. & 7. lib. 1. Fel. in c auditis. col. 16. & 17. de præſcript. licet per viam inquiſitionis procedatur contra abſentem cõtumacem. c. veritas. vbi Abb. n. 26. & alij. de dolo. & contum.

36 Proceſſus, & omnia acta iudicialia debent conſtare per legitima documenta à notario inſcripta, & apud ipſum remanere debent, quoniam quando de ſua ſcriptura dubitatur, poteſt ſibi periculum imminere, & ideo ſua intereſt, & quamuis illam partibus tribuat, ſemper originaria debent remanere apud ipſum notarium, vt ſi ſuper illis aliqua oriatur contentio declaretur veritas per ipſa originaria. cap. quoniam. vbi Doct. communiter. & c. fin. vbi gloſſ. 1. de probat. Geripard. conſil. 38. num. 12. Bart. in l. eos qui. §. ſuper his. num. 2. C. de appellat. Marant. de ord. iud. 6 part. §. de actorum edict. num. 64. Merg. conſil. 48. num. 26.

37 Proceſſus, ſeù acta facta in lite ordinaria coram vno iudice faciunt fidem coram alio, licet primus iudex ſit mortuus, aut remotus ab officio. c fin. & gloſ. 1. & ibi. & Abb. nu. 1. de probat. & l fin. vbi Bart. Bald. Salicet Paul. de Caſt. & omnes C. de re iud. & l. fin. C. de teſt. & l. cum antea. C de arb. & auth de teſt. §. & hinc vero. coll 7. & acta publica in vna inſtantia faciunt fidem in alia, & ita de actis, quæ fiunt in occulto, & in ſecreto, poſtquam auctoritate iudicis fuerint publica, & non antea. ex Bart. in d. l. fin. nu. 2. C. de reiud. Innocent. in c. Albericus, & in c. cum dilectus. de teſt. Bart. in l. cum lite mortua n. 4 ff. iudicat. ſolu. & Alex. in l. is apud quem. col. 6. verſ. ſexta concluſio. C. de edend. acta tamen in vno iudicio reſpectu probationis, teſtium, vel inſtrumentorum, ſeù aliorum terminorũ, non nocent, nec proſunt inalio, quoniam res inter alios acta, nec nocẽt, nec prodeſt. c. cum inter dilectos. verſ. in omnibus. vbi Gofred. Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & omnes, de fid. inſtr. & l. 1. vbi etiam notant ſcribẽtes. C. de edend. & l. 1. & per totum. C res inter alios.

38 Proceſſus, ſeù acta legitima, non recipiunt diem, neq; conditionem. c. actus. vbi gl. 1. & Doct. de regul. iur. lib. 6. & l. actus, vbi etiã notant ſcribentes ff. de regul. iur. hoc tamen eſt intelligendum in conditionibus, quæ conſiſtunt infacto, & nõ in iure, vt notat Bald. in l. potuit, quæſt. 8. C. de iure de liber. Dec. in d. l. actus. n. 6. Leo. in tract. noui oper. cap. 2. n. 38.

39 Acta tamen, quæ peccant in ſua forma nõ pariunt aliquam obligationem, quoniã forma eſt, quæ dat eſſe rei, & vitia a forma fit actus viciatus. l. 1. §. ſi quis ita. vbi Doct. ff. de verb. oblig. & l. 1. §. cum qui. ff. de cõſt. pecun. & l. Iulianus. §. ſi quis. vbi Bald. ff. ad exhibend. Abb. in c. 1. n. 7. de in integ. reſt. & Iaſ. in l. cum quis. n. 10. & 11. C. de iuris. & fact. ign. Bald. in l. 1. nu. 54. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & dixi ſupra ver. forma. §. 1.

40 Proceſſus, ſeù acta publica iudicialia conſcripta à tabellione, faciunt fidem ſine teſtibus; circa contractus vero nõ creditur ſcripturæ tabellionis ſine teſtibus. auth. de hæred. & falc. §. hinc nobis, vbi Doct. coll. 1. & C. quoniam. vbi gloſſ. verb duos viros, & notant ſcribẽtes. de probat. Bald. in l. geſta. verſ. quæro nunquid acta. C. de iud. acta tamen facta ab arbitris requirunt teſtes. ex Alex. conſil. 13. col. 4. libr. 1. & conſil. 19 col. 3. libr. 4. ſed tamen praxis non obſeruat vt arbitri adhibeant teſtes in actis ſuis, & ſi hoc dictum Alex. verum

fuiſſet, quòd acta arbitrorum non valerent ſine teſtibus; multa acta, & proceſſus arbitrorum eſſent annullanda, vnde acta illa publica arbitrorum ſuſtinentur per conſuetudinem ſine teſtibus agitata.

Proceſſus, ſeù acta facta iniudicio non poſſunt deſtrui, nec de minui, ſine conſenſu iudicis, & partium. l. acta apud. vbi Doct. & l. ſed ſi promiſſum. ff. de recept arb. & l. ſi quis libertatem. §. quotiẽs. ff. de pet. hæred.

40 Proceſſus, & acta facta iniudicio tranſeunt in rem iudicatã, niſi ab ipſis appellatum fuerit. c cũ inter. vbi Doct. de ſent. & reiud. & c. cum dilectus. in fin. de elect. Abb. in c. fin. nu. 11. qui matrim. accuſar. poſſ. & l. Titia, cum doctrina Bart. ibi. ff. de accuſat. acta vero, quæ fiunt extrà iudiciũ ſine cauſæ cognitione non tranſeunt in rem iudicatam, cap. legitima. vbi Doct. de appellat. lib. 6. & Abb. in d. c. fin. num 9. neq; interlocutoria, quæ per diffinitiuam reparari poteſt. vt tenet Bart. in d. l. Titia. num. 9. ff. de accuſat.

41 Acta ſequentia aliquando oſtendunt, & declarant animum, & intẽtionem in præcedentibus, & aliquando præcedentia declarant ſequẽtia, ſecundũ quod ordo iuris requirit. c. cauſam, quæ vbi gloſ. verb præcedat. de reſcript. & c. ſecundo requiris. de appellat. & l. qui filiabus. in prin. & l. ſi ſeruus plurium. §. fin. vbi Bart. ff. delegat. 1. & l. leuiſsima. ff. de cond. & demonſtr. & c. cum dilecti. vbi Doct. de donat. & Iaſ. in l. legatum. num. 11. ff. delegat. 1. Dec. in l. quandiu. in 2. lect. col fin. C. qui admitt. ad bon. & Arch. conſil. 251. n. 3. & l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & §. pauonum. vbi Doct. inſt. de rer. diuiſ.

42 Proceſſus habitus contra principalem debitorem nocet fideiuſſori, vel pignorũ poſſeſſoribus, illis non citatis, ſi aparitor dicat ſe non inuenire in bonis principalis debitoris, vnde creditori ſoluatur, & ita redigatur in actis, & eſt ſtandum eius relationi, dũ non probatur contrariũ. l. magis. §. ne tamen. ff. de reb eorum, & tenet Iaſ. in l. ſtipulatio. §. habet autẽ. n. 9. ff. de noui operis nunciat. Merg. conſil. 38. n. 26.

43 Proceſſu, ſeu actis perditis in lite, non præſumitur, quod in illis interueniſſet ſolemnitas requiſita, vel alia ordinaria, ſeu deciſiua, niſi per teſtes, ſeu partium confeſsionem probetur. facit text. in c. fin. vbi Abb. n. 2. de probat. ſi tamẽ acta ſunt facta in aliquo proceſſu, qui fuit perditus, reformantur alia de nouo, citatis citandis, & ſi actis illis reformatis, iterum apparuerint illa, quæ perdita fuerunt, illis primis eſt fides adhibenda, ſi non dum per ſecunda ſententia lata fuerit. vt tenet And. de Iſern. in conſt. verſ. cordi nobis. Maranr. de ord. iud. 6. part. §. de actorum editione. nu. 51. Gerip. conſil. 7. n. 28.

Verbo Procurator.

1 PRrocurator dicitur ille, qui conſtituitur à vero domino, ad vnam, ſiue ad plures lites, ſeu negotia præſentia, vel futura, vnde procurator dicitur ille, qui mãdato domini aliena negotia adminiſtrat. l. 1. vbi gl. verb. aliena. & Doct. communiter. ff. de procurat. Abb. in Rubric. eodem tit. Iaſ. in Rubric. n. 1. C. de procurat. Tancret. in tract. de ord. iũd. §. de procurat. in prin. Paz. in praxi, quart. annot. verbo. de procuratore. n. 1. ſumma Ang verb. æconomus. in prin. Merg conſil. 3. n. 8.

2 Procurator tamen poteſt quis dici in rem ſuam, ſed impropriè, vt eſt text. in l. ſi quis in rem ſuã. vbi Doct. ff. de procurat. cum potius rem propriam, quam alienam agat l. qui ſtipẽdia. vbi Bald. n. 1. C. de procurat. & nec ei, nec contra aliũ datur actio mandati, vt notat gl. ver. aliena. in d. l. 1. vbi Bald. Bolonet & alij ff. de procurat. & dicitũ ceſsionarius. quando enim debitor cedit creditori ſuo alium debitorem ſuum, ille creditor fit ceſsionarius procurator in rẽ ſuã, & ſic impropriè, vt eſt tex. in l. ſi procuratorem. §. fin. ff. mand. ſpecul. in titul. de procurat. § ſequitur. verſ. in ſumma, & Bald in l. ſi quidem. col. 2. C. de act. & obligat. idem Bald. & Paul. de Caſtr. in l. quæ omnia. §. plane. ff. de procurat. Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. nu. 8. ff. de re iud. procurator itaq; in rem ſuam dicitur fideiuſſor, qui ſoluit creditori, & illi fuit ceſſa actio debiti. l. 1. vbi Bald. Salicet. & omnes. C. de obligat. & act. & emptor hæreditatis, qui agit procuratorio nomine, & debet defendere venditorem. l. ſeruum. §. æquũ. vbi Bart. ff. de procurat. & l. ſi quis in rẽ. ff. eodem. habet tamẽ procurator in rem ſuã vtiles actiones. l. 2. vbi Doct. C. de act. & obligat. & ille, qui emit à creditore ius, quod habet in debitore, ſeù vbi debitoris nomẽ datur in dotẽ fit procurator in rẽ propriã d. l. 2.

Digitized by Google

d. l. 2. vbi Doct. C. de obligat. & act. & l. ſi
inſolidum. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C.
eodem titul. & gl. 1. in l. 1. eodem.

3 Procurator in rem ſuam poteſt facere
omnia, quæ poteſt ille, qui habet ſpeciale
mandatum, quoniam de præiudicio ſuo
tractat. l. ius iurandum. §. procurator. vbi
Bart. Bald, Ang. Alber. Paul. de Caſtr. Lud.
Fulg. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de iure iurand.
Cerip. conſil. 38. num. 16.

Procuratoris officium eſt abiectum, &
4 vile. l. ſi quis procurationem, vbi gl. verb.
vtilitatem. & Doct. C. de decurion. lib. 10.
& Iaſ. in Rubric. nu. 6. de procurat. & § fin.
inſt. de except. & infamis poteſt de iure ci-
uili fungi officio procuratoris, nec per ex-
ceptionem infamiæ poteſt ab illo repelli.
d. §. fin. vbi gloſ. 1. & Doct. inſt. de except.
& gl. verb. ignominioſus. in l. pedius. ff de
arb. & Bart. in l. 1. §. hoc edicto. nu 1. ff de
poſtul. & in l. eadem lege. § hac lege. nu. 3.
ff. ad legem Iul repetund. Iaſ. in Rubric n.
6. C. de procurat. de iure tamen canonico
eſt officium nobile, & infamis illud exer-
cere non poteſt. c. 1. in 3. quæſt. 7. gloſſ. 2.
in c. cum deputati. vbi Abb. nu. 6. de iud.
& in c. Imperatores. num. 9. de iur. calum.
Paz vbi ſupra. nu. 47.

Aduocati tamen officium eſt nobile, &
5 honorabile, & ideo infamis non poteſt illo
fungi. l. laudabile. vbi Doct. C. de aduocat.
diuerſ. iud. & c. quia Epiſcopus. 5. quæſt. 3.
& gl. verb. ignominioſus. in l. pedius. ff. de
arb. & l. 1. §. hoc edicto. vbi gl. verb. certis
perſonis, & Bart. ff. de poſtul. & gloſ. 1. in §.
fin. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de ex-
cept. Cagn. in rep. l. 2. nu. 11. ff. de origin.
iur. Iaſ. in Rubr. nu. 6. C. de procurat. Tan-
cret. in tract. ord. iud. §. de aduocat. & corū
offic. Paz in prax. quinta. adnnot. n. 3.

Procurator non eſt admittendus ſine
6 legitimo mandato, & in ſcriptis redacto
nam priusquam iudex admittat procura-
torem in iudicio ad agendem nomine al-
terius faciat ſibi oſtendi legitimum man-
datum. l. 1. vbi Bart. Bald. Salicet. & Iaſ.
C. de procurat. & c. 1. vbi Abb. num. 3. de
procurat. Paz. in praxi. quart. annot. nu. 9.
& gloſſ. ver. abſentia in c. 1. de elect. lib. 6.
& Bald. in l. exceptionem. n 7. C de pro-
bat. & Abb. in c. cauſam, quæ. 1. n 3. de iud.
Alex. in l. licet. n 6. & 7. C. de procurat. Dec.
in d. c. cauſam quæ. 1. nu. 2. & Barb. col. 7. &
hæc eſt verior & cõmunior, & cõprobata,
per ord. noſtræ Luſitaniæ, lib. 3. tit. 20. § 10.
& per leg Caſtell. l. 3. tit. 2. lib. 4. recop. & l.
55. tit. 1. libr. 3. recop. quãuis contrarium
tenet Imol. in c. cū in iure peritus. de offi.
delegat. & Fel. in d. c. cauſam quæ. col. 2.

7 Procuratorium mandatū eſt producen-
dum in iudicio, neq; ſufficit tabellionem
dicere in actis talem eſſe procuratorē, ſed
eſt neceſſe vt oſtendat mandatū, & de illo
conſtet per inſtrumentum ipſius mandati,
aut procuratio ſit inſcripta in actis. vt te-
net Innocent. & Abb. n 9. in c. cum in iure.
de offic. delegat. & Ang. in l. ſi donationē.
C. de donat. & in l. 2. C. de teſtam. & in l.
ſciendum. ff. de verb. & Iaſ. in auth. ſi quis
in aliquo. nu. 7. C. de edend. Alex. conſil.
6. num. 8. libr. 4. Boer. deciſ. 281. num. 3.
Auil. in cap. Præt. cap. 15. num. 23. Paz. in
prax. quart. annot. nu. 13. quamuis teneat
contrarium. Fulg. conſil. 181.

8 Procuratorium mandatum de iure cõ-
muni poteſt probari per teſtes, ex gl. verb.
portitoribus. in c. 1. de procurat. vbi Ioan.
de Imol. n 4. & gloſ. fin. in l. maritus. C de
procurat. Iaſ. in l. 1. nu. 6. & 7. C. eodem.
Boer. deciſ. 281. n. 1. & Doct in l. non ſolū.
§. qui aliena. ff. de procurat. & alibi. atta-
men praxis obſeruat, vt mandatum probe-
tur per inſtrumentum, & non per teſtes, ex
Ioan. And. in addit ad ſpecul. in tit. de pro-
curat. §. ratione. num. 2. ſuper litera A &
ita obſeruari ſtilo iudiciorū teſtatur. Greg.
Lop. in l. 21. titul. 5. part. 3. in gloſſ. 1. Di-
dac. per. in l. 1. titul. 4. libr. 3. ord & Petr.
Rach. in ſua praxi. cauſarum ciuilium. cap.
5. n. 13. & bene oſtenditur ex noſtra ord.
Luſitania. vbi ſupra.

9 Procuratio debet tria continere, videli-
cet nomen conſtituentis, & conſtituti, &
cauſam propter quam conſtituitur, & etiā
debet continere, quod dominus ratū ha-
bebit. l. ſi procuratorem. ff de procurat. &
gloſſ. verb. mandato. in c. 1. eodem titul. &
ſemper iudex debet inſpicere, verū man-
datum ſint ſufficiens, ad expeditionem il-
lius cauſæ, ob quam fuit conſtitutum, aut
non, & vtrum requiratur mandatum ſpe-
ciale, cum illud ſit generale. ex gloſſ. in c.
qui ad agendum. de procurat. libr 6. & gl.
verb. mandatum. in c. coram. de in integ.
reſt. Couar. lib. 1. variar. cap. 6. num. 2. &
gloſſ. in l. illud. § fin. ff. de minor. & gl. ver.
ſpecialiter. in l. ſi quis mihi bona. § vtrum.
ff. de acquir. hæred.

10 Clauſula enim appoſita à tabellione in
inſtrumēto procurationis, videlicet, quòd

Digitized by Google

conſtituens habebit valida, rata, & firma omnia, quæ à ſuo procuratore geſta fuerint, licet requirant ſpeciale mandatum, non prodeſt magis quàm ad illa, quæ in procuratione continentur. c. qui ad agendum. vbi gloſ & Doct. de procurat. lib. 6. & gl. fin. in c. licet. vbi Philip. Franc. de offic. vicar. lib 6. & gl. verb. ratum. in l. ſi procuratorem. ff. de procurat. & Ang. Paul. de Caſtr. & Iaſ. num 3. in l. ſi procurator. ff. de cond. ind. & Cin. Bald. Salicet. & alij in l. ſi procurator. C. de procurat. & Lud. Rom. in l. qui bona. §. ſi aliena. ff de damn. infect. & Bart. in l. 1. n. 6. ff. de offic. procurat. Cæſar.

10 Si procurator fuit admiſſus ad procurandum ſine mandato, ſiue cum falſo mandato, quamuis omnia ab illo geſta non valeant, poteſt tamen dominus ratificare tàm proceſſum, quàm ſententiã latam in fauorem falſi procuratoris, ſiuè ſit minor, ſiuè ſit maior. ex text. in l. licet. vbi Bart. ff de iud. & in l. cum minor. §. falſus. ff rem ratam hab. & gloſ. verb. deducit. in l. ſi mater. §. hoc iure. vbi Bart. ff. de except. rei iud. idem Bart. in l. Iulianus. n. 2. ff qui ſatisd. cogant. & Imol. in l. rectè. col. 2 § ff de iud. & in l. 1. § voluntate. ff. ſolut. matr. in. & in c. cum in iure. de offic. iud. deleg. & l. vero procuratori. §. fin ff. de ſolut. & dicit communem Iaſ. in l. licet. n. 10. C de procurat. & in l. ſi procuratori. n. 1. ff. de cond cauſ. dat. gloſſ. tamen in d. l. licet verb ſolent. C. de procuratorib. inquit, quòd dominus poteſt ratificare geſta à falſo procuratore in ſuum præiudicium, & non illa, quæ geſta ſunt in ſuum cõmodum, & ita tenet Bald. in c. 1. col. fin. de ord. cogn. & tantum in fauorem minoris hoc ſit limitandum, & ita tenere noſtros vltra montanos, inquit Bar. in d. l. ſi mater. § hoc iure. ff de except. rei iud. ſed tamen à communi non eſt recedẽdum, quam intelligo ſi dominus ratum habeat antequàm pars aduerſa excipiat de falſo procuratore, vnde Iaſ. vbi ſupra facit regulam cum 13. fallentijs, quas hic tranſcribam. Primò, geſtum à falſo procuratore, vel cum falſo procuratore dominus poteſt ratificare, & ſic ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris, limita tredecim modis, & in omnibus procedat d. l. licet. C. de procurat. Secundò, niſi procurator obrepſiſſet iudici, falſum probando mandatum per teſtes falſos, vel per falſa inſtrumenta, tunc cũ iſtam probationem fecerit ſuo nomine, & non nomine Domini, vt in gloſ. præcedenti, tunc dominus ratificare non poteſt ſecundum Bald. in l. falſus. C de furt. ſequitur Paul. de Caſtr. in l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. Tertiò limita, quando procurator ſemel habuit mandatum, & dominus illud reuocauit: tunc geſta per eum non poteſt amplius dominus ratificare, quia quod ſemel reprobauit amplius approbare non poteſt. l. diſpenſatorem. ff. de ſolut. ſecundum Ang & Paul. de Caſtr. in d. l licet. ff. de iud. Bald. in d. l. falſus. col. 2. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi tutor. Petr. de Anch. in c. ex parte decani. de reſcript. ſed contrarium firmiter tenet Bart. in l. Pomponius. circa fin. prin. ff de neg geſt. Quartò, notabiliter limita in caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, gloſſ. eſt notabilis. in c. nõnulli, in verſ. ſpeciali. de reſcript quãuis contrarium teneat Ang. non faciens mentionẽ de illa gloſſ. in d. l. licet. per text. in c. 1. de homic in 6 & per gloſſ. & Ioan Andr. in c. cupientes. §. quod ſi per. 20. de elect. lib. 6. Quintò limita, vbi requiritur iuſſus, vel conſenſus ratihabitio ſequẽs nihil operatur l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi Doctor. ff. de acquirẽd. hæred. Bald. in l. obſeruare. § fin. in 14. quæſt. ff. de offic. proconſul. & legat. & notat. in l. fin. in 3 fall. & tribus. ſequent. C. ad Maced. & Ang & Paul. de Caſtr. in d. l. licet. Sextò limita, quoad præiudicium tertij. l. ſi quis efferenti. §. fin. & l. cum decem. §. 1. ff. de ſolut. ſecundum Bald. in d. l. obſeruare. § fin. in 3. col. in verſ circa quintum quæritur. & Bald. in l. fin circa prin. vbi pulchre limitat. C. ad Maced. poſt Ioan. And. in regula. ratihabitio. de regul. iur. libr. 6. Septimò limita, quando ſententia lata pro falſo procuratore eſſet lata contra aduerſarium præſentẽ: ſecùs ſi eſſet lata contra abſentem citatũ: tunc dominus nõ poſſet eam ratã habere: ratio quia citatio non arctauit aduerſariũ ex quo ille non erat procurator, & ſic lata fuit contra abſentẽ non cõtumacem, ergo eſt nulla ratione defectus ſolemnitatis. l. ea quæ. C. quomod. & quãd. iud. ergo dominꝰ ratificare non poteſt, ita notabiliter limitat Ang in d. l licet. referens, quod eo audiẽte ita limitabat Bald. & quòd opinio eſt veriſſima, quã ſequitur, & limitat Caſtr. ibi Octauo limita, quando eſſent geſta per falſum procuratorẽ in audientia principis: tunc nõ poſſunt ratificari à dño, & ſi ratificẽtur, nõ recõualeſcunt, quaſi in auditorio

principis

Digitized by Google

principis deteſtabile ſit, & punibile falſum procuratorem comparere. arg. l. fin. C. de his, qui à non dom manu. ſecundum Innocent. in d. c. ex parte. decani quem ſequitur Bald. in d. l. falſus. in 1. col. & Pau. de Caſtr. in d. l. licet. quamuis illud reprobent Card. Imol. Abb. in c. nõ nulli. §. ſunt, & alij, de reſcript. per generalitatem. d. l. licet. ff. de iud. & l. 3. §. falſus. ff. rem rat. haber. Nonò, limita niſi ſtatutum requireret mandatum, puta ſi ſtatutum dicat, quòd proceſſus procuratoris ſine mãdato non valeat: tunc dominus ratificare non poſſet, ſecundũ Bald. in l. ſi vxor. in 2. col. in prin. C. de cond. inſert. & in d. l. falſus. in 10. col. Decimò, limita niſi iudex pronũciauerit cũ non habere legitimũ mandatũ ſecundum Bald. in auth. ei qui. C. de temp. appellat. facit, quod dixi in 2. fallentia. vt contrariorũ eadem ſit diſciplina. c. intellecto. de iure iur. & l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. quamuis de hoc dubitet Pau. de Caſt. in d. l. licet. Vndecimò, limita niſi falſus procurator fuerit admiſſus cũ cautione rati, ſed ſibi fuerit proteſtatũ à parte: niſi apparuerit eum nõ habere mandatum, nam talis proteſtatio operatur, vt dominus poſtea ratificare non poſsit ita dicit ſingulariter Bart. in l. inter quos. §. alieno. circa fin. ff. de damn. infect. & ſequuntur Ang. & Imol. ibi & Imol. dicit, quod iſtud eſt ſingulare conſiliũ, ſequitur etiam dominus Bart. Veron in cautela 30. & Lud. Rom. in ſingularibus ſuis. Duodecimò, limita quando falſus procurator erat talis, qui nõ poterat eſſe procurator, puta ſeruus, vel monachus, ſecundum gloſſ. in d. l. licet. in gl. 1. & Bart. ibi aſsignat rationem ſequitur Panor. in c. 1. de reiud. Tertiodecimò, limita in nuncio falſo, cuius geſta non poteſt dominus ratificare, ſecũdum Bart. vbi rationem diuerſitatis aſsignat, in l. qui autem. §. conſtituere. ff. de conſt. pecun. & in l. Pomponius ſcribit, ante fin. prin. ff. de neg. geſt. Cin. Bart. & alij. in l. multum. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Bald. in d. l. falſus. in 3. col. quamuis contrarium, & male notet idem Bart. in l. certe. §. 1. per tex. cum gl. ff. de precar. Quartodecimò, limitat Cæp. cautel. 15. dicens cautelam eſſe, quod non poſsint ratificari, videlicet, quòd aduerſarius à principio proteſtetur, quòd non intendit cum ipſo litigare, niſi ſi & in quantum haberet ligitimum mandatum, & ſufficiens, nam hoc caſu ſi habeat mandatũ inſufficiens, vel nullũ ratihabitio domini ſuperueniens nihil operatur. vt eſt caſus ſecundum vnum intellectum, in l. ſi quos. §. alieno. ff. de damn. infect. ſecundũ Lud. in quodam ſuo ſingulari quod incipit, quæro nunquid geſta per falſum procuratorem. in fin. & ita tenet Ang. in d. § alieno. & Bald. ibi in apoſtil. & ita obtenuiſſe inquit ipſe Cæp.

12 Procurator poteſt conſtitui ad vnã, ſiuè ad plures lites, ſeù cauſas per inſtrumentũ, ſiuè per litteras manu ipſius conſtituentis ſignatas, quibus oſtendatur in quibus cauſis, ſeù in omnibus dominus illum procuratorem conſtituat. clem. 1. vbi gloſ. verb. vel litteras, & Doct. de procurat. & l. 1. & l. ſi procuratorem. ff. eodem, & Abb. in c. ſignificauit. nu. 2. de appellat.

13 Procuratorem conſtituere non poteſt quis cogi, niſi velit in grauibus cauſis, & etiã in pecuniarijs, & ciuilibus. c. querelã. vbi Doct. de procurat. & gl. ver. deterus. in c. 2. eodem tit. niſi ſit Epiſcopus, qui non debet per ſe litigare, ſed per procuratorẽ. vt eſt tex. in c. fin. 5. quæſt. 3. & gl. & Doct. in c. poteſt. de regul. iur. lib. 6. & Iaſ. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. num. 14. ff. quod quisq; iur. & perſonæ illuſtres, quæ etiam per procuratorem litigare debent. l. quicumq; vbi Bart. Salicet. Paul. de Caſt. Alex. Aret. Iaſ. & alij. C. de procurat. & auth. vt ab illuſtr. & qui ſuper eam dign. vbi Bart. coll. 5. & mulier religioſa per ſe nõ poteſt eſſe in iudicio, ſed per procuratorem, quoniam non licet monialibus extra monaſterium euagare. c. indemnitatibus §. ſed cum eas. vbi gl. ver. ſed cum eas, & Ioan. Monac. Dominic. Ioan. And. & omnes de elect. lib. 6. & c. mulieres vbi etiã notant ſcribentes. de iud. eodẽ lib. 6. nec contrariũ obſeruat praxis in noſtra Luſitania, ſed vnusquisq; conſtituit procuratorem, cui notarius acta tradat ad reſpondendum, vt inquit Valaſ. conſ. 25. num. 25.

14 Procuratorio officio non poteſt mulier fungi in iudicio contentioſo, quia ſexui nõ decet, niſi pro ſe, & parẽtibus morbo detẽtis, & impeditis, & pro marito. l. 1. §. ſexui. vbi Doct. ff. de poſtuland. & l. fœminæ. vbi Bart. & Dec. nu. 9. ff. de regul. iur. & l. quia abſente. vbi Bart. & Iaſ. n. 2. & l. alienam. vbi Iaſ. n. 2. C. de procurat. & l. nec fœminæ. ff. de procurat. & c. mulieres. de iud. lib. 6. & §. his ita. 15. q. 3. & §. præterea etiam. vbi gl. ver. mulierẽ. & Doct. inſt. de except.

 & gl.

& gloſ.verb.prædicare.in c.noua.de pœn. & remiſſ. Abb.in c.cum dilecta. num.17. de confirmat.vtil.vel inutil.

15 Neq; monachus, vel miles etiam ex reſcripto principis poteſt exercere officium procuratoris,licet ſit pro perſona coniuncta. l.militem. vbi gl.verb.reſcripto. Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alij. C.de procurat.& c. monach.16.quæſt.1.& Doct.in c.2.de poſtuland. & § præterea. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de except.& Card.in clement.1.quæſt.21.de reſcript. cum licentia tamen ſui Abbatis bene poteſt monachus aduocare in cauſa ſui monaſterij. cap. ex parte. vbi Abb.num.2. de poſtuland. & c. inſuper. & ibi Doct. de teſt.

16 Neq; minor viginti quinq; annis poteſt eſſe procurator ad iudicia.l.minor.vbi gl. verb. non eſt.& Doct. ff. de procurat.& l. exigendi. vbi Bald. C.de procurat.& cap. qui generaliter. §.fin. de procurat. libr.6. quamuis poſsit minor viginti quinq; annis conſtitui aduocatus, cum tamen ſit maior decem & ſeptem annis, & poterit poſtulare. l.1. §.initium. vbi Doct. ff.de poſtuland. & §. fin. inſt. quibus ex cauſ. manu mitt. non liceat. Iaſ. poſt alios in Rubric. num.5.C de procurat. Geripard.conſil.62. num.27.

17 Neq; mutus, & ſurdus omnino, exul, bannitus poſſunt conſtitui procuratores. vt eſt text. in l.2. §. mutus. vbi Doct.ff de procurat. Leo.in tract.noui operis núciat. cap.2. num.12. Paz. in praxi.quart.annot. num.27. Tancret. in tract.ord.iur. cap.de conſt.procurat. §. ſperne mandatum.

18 Neq; criminoſus de capitali crimine accuſatus. l. reum. vbi notant ſcribentes. C.de procurat. Tancret.in tractat. de ord. cap.de conſt. procurat. § ſpernere. Paz.in praxi quart. annot.nu.28. Gerip. conſil.3. num.14. Greg. Lop. in l.5. titul.5. part.3. poſtquam tamen criminoſus purgauerit ſuam innocentiam bene poterit fungi officio procuratoris.ex d.l.reum,& Tancret. vbi ſupra.

19 Procurator conſtiturus ad agẽdum intelligitur etiam ad defendendum. c.qui ad agendum. vbi Doct.de procurat.lib.6.& l. ſeruum. §.æquum. ff.de procurat. & l.inuitus. ff.de regul.iur.& c qui ad agendum. de regul.iur.lib.6.& l.actionem. vbi Bald. & Iaſ.nu.5.& Bart. C.de procurat.& Abb. in c.accedens. num.4. de procurat. Alex. conſil.184.col.2. lib.1. niſi procurator ad agendum haberet mandatum cum additione taxatiua; tunc enim non debet audiri ad defenſionem cõſtituentis. vt tenet Bart. in d. l.ſeruum. §. ait prætor. num.2. ff. de procur.

20 Procurator ad agendum tenetur dominum conſtituentem defendere in cauſa reconuentionis, nec eſt neceſſaria alia procuratio ad illam cauſam reconuentionis quoniam illa facta ad agẽdum intelligitur etiam ad defendendum in cauſa reconuẽtionis. l. actionem. vbi Bart. Bald. Iaſ. & alij. C. de procurat. & c. prudentiam. vbi etiam notant ſcribentes.de mut.pet.& facit text.ſic intelligendus.in l.ſeruũ quoq;. §. ait prætor. ff. de procurat. & ſufficit in cauſa reconuentionis citare procuratorẽ poſt litem conteſtatam,quia iam eſt dominus litis cuius ratione dominus reconuenitur.facit text.in l.ita demum. C.de procurat. & c.1. §.licet, vbi Doct. eodem tit. lib.6. & ord.lib.3. titul.2.

21 Procurator, qui habet mandatum ad agendum, & defendendum, & generaliter ad omnia, quæ requirunt mandatum ſpeciale,non poteſt agere maiora,& grauiora, quam illa, quæ in mandato exprimuntur, quando in procurationis mandato aliqui caſus requirentes ſpeciale mandatum exprimuntur,& ponitur illa clauſula,ad omnia alia negotia, ſeù cauſas requirẽtes ſpeciale mandatum non comprehendit tunc clauſula illa niſi cauſas ſimiles, & inferiores eiuſdem ſpeciei, & non maiores, nec grauiores. c.qui ad agendum. vbi Doct.de procurat. lib.6. & cap. Sedes. vbi Ant. de Butr. poſt gloſſ.verb. maiores, & Barb. nu. 158. Fel. col.7. verſ.quinta declaratio. & Imol. num 6. & Abb. num.6. & 9 & Dec. num.7. de reſcript. & cap.procurator.vbi glo verb. mandatum. de elect.lib.6.& clement.2. vbi Ioan And & alij.de procurat. & l.Pomponius. in prin. ff.de procurat. & gl.ver.ſpeciale.in c.fin.de procurat.lib.6.

22 Procurator tamen conſtitutus aduerſus Titium,& quoſdam alios,admittitur etiam contra perſonas digniores,& grauiores,& ita ſi conſtituatur in re nõ requirente ſpeciale mandatum, & ad alia: tunc admittitur etiam in rebus dignioribus, & grauioribus, cum tamen non requirant ſpeciale mandatum. vt tenet Innocent.& Abb.nu. 7.& 10. & Dec.num.7. in c.Sedes de reſcript. & Anch. in c.2.eodem titul.lib.6.& ita obſeruat praxis in tota noſtra Luſitania

quid

quidquid dicat Rom.ſingul.155. & Paz.in praxi.quart. annotat.num.20. ſi vero procurator ſit ſimpliciter conſtitutus non videtur conſtitutus ad lites, ſeù actiones futuras, ſed ad præſentes, & ex iure de præſenti ortas,& ita eſt intelligenda gloſ.ver. augeri. in l. damni infecti. §.ſi is qui. ff.de damn. infect. & gloſſ.verb. non dantur.in l.omnium. vbi Bart.num.1.ff.de procurat. Ang.in §. præterea. nu.33. inſt.de except. Fel. in c.relatum. num.8. de offic.iud.delegat. tūc enim finita lite deſinit eſſe procurator. vt tenet Bart. in d.l. damni. §.ſi is qui. num.2. & in d. l.omnium. d. nu.1. niſi lites futuræ dependerent directo ex litibus de præſenti ,quia tunc procurator ſimpliciter cōſtitutus intelligitur ad lites futuras directo ex preſenti dependentes, ex Ioan.Andr. in addit.ſpecul.in titul.de procurat. §.ratione autem. num.11. ſuper littera. C. Paz. vbi ſupra. num.23. Merg. conſil,48. num.13. quidquid dicat ſpecul. in titul.de procurat. §.1. verſ.item oppono,& §.ratione autem.verſ.ſed quid ſi procuratorem.& verſ.quod ſi procuratorem.

23 Procurator tamen conſtitutus aduerſus Titium,& quoſdam alios non comprehēdit vniuerſitatem , ciuitatem , collegium, ſeù aliquam communitatem , ſed quando conſtituitur procurator aduerſus aliquam vniuerſitatem, vel collegium , debet illud exprimi inſtrumento procurationis , vt ex conſuetudine , & ſtilo obſeruat praxis , & tenet Arch. Ioan.And. & Dominic.in c.2. de reſcript.lib.6.Bald.in auth.item quemcumq;. C. de Epiſc. & Cler. Fel. in c.eam te. nu.15. de reſcript. Merg. d. conſil.48. num.14. & Paz. in prax. d. quart. annot. num.25.

24 Procuratio ſpecialis requiritur in multis caſibus,& primo in delatione iuramēti, quoniam procurator non poteſt deferre iuramentum, niſi habuerit ſpeciale mandatum, aut generale cum libera bonorum adminiſtratione, vel ſit procurator in rem ſuam. cap.qui ad agendum.vbi gloſſ.verb. mandato. & communiter Doct.de procurat.lib.6. & l.ius iurandum. §.procurator. vbi Bart. Alber. Bald. Ang. Fulg. Paul.de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ.& omnes.ff.de iure iur.dixi verb.iuramentum.§.12.

25 Secundò, in tranſactione, vel pactione. l.procurator cui generaliter. vbi gloſ.ver. procurator.& Doct.& l.mandato.vbi Bart. ff. de procurat. & l.tranſactionis.vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. C. de tranſact. & c.contingit. vbi gloſſ.verb. litteras. & Abb. num.3. de tranſact.& cap. per tuas. de arb.& d. c.qui ad agendum de procurat.lib.6. & Abb. in c.petitione.nu. 1. de procurat. & l.reſcriptum. §. fin. ff.de pact.& l.1. vbi Bald. C per quas perſon.

26 Tertiò, ad compromittendum requiritur mandatum ſpeciale. d. l.tranſactionis. vbi Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij. C. de tranſact. & c. per tuas. vbi Doct.de arb. Merg. conſil.26. num.52.

27 Quartò, requiritur ſpecialis procuratio ad petendum directè , & principaliter reſtitutionem in integrum. cap.coram.vbi gloſſ.verb. mandatum, & Doct. de reſt. in integ. & l.illud.§.ſi talis.vbi Bart.ff.de minor.& gloſſ.verb poſtulauit.in c.ſuſcitata. de in integ.reſt.Anan. conſi.48 incidenter tamen bene poteſt procurator habens generale mandatum petere reſtitutionem in integr. d. c.ſuſcitata,& gloſſ.ibi. verb.poſtulauit. Gofred. Ant.de Butr. Hoſt.Innocent. Abb. & alij.& gloſ.verb.mandatum, & Abb.num.4. in c.coram.de in integ.reſt. & l.vnica. vbi Salicet. C.etiam per procurat.cauſam in integ.reſt.agi.poſſ.

28 Quintò, in cauſa ſuſpecti tutoris,quando agitur ad illum remouendum etiam requiritur mandatum ſpeciale. l.non ſolum. § fin. vbi gloſſ.verb. nominatim. & Doct. ff. de procurat. & gloſſ.verb. paciſci.in c. qui ad agendum. de procurat. lib.6. ſi autem ageretur ad illum puniendum nō admitteretur procurator , ſicut in alijs criminibus. ex Bart. in l.pen.§. ad crimen. à nu.1. ff. de publ. iud. Abb. in c. veniens. num.12. de accuſat.

29 Sextò, vbi ſunt conſtituti duo procuratores ab ipſo domino ad vniuerſas res ſuas: tunc non poteſt vnus ab alio petere, ſine ſpeciali mandato. l.qui duos. vbi Doctor. & l. itaq;. & l. qui proprio. §.fin. vbi Bart. nu.2. ff.de procurat.

30 Septimò, in actione de liberis exhibendis, & deducendis. l.Pomponius vbi gloſ. verb.& pater.& tenent Doct.communiter. ff.de procurat. Geripard.conſil.38 n.7.

31 Octauò, in acceptilatione,quoniam debitor non liberatur ſoluens procuratori, qui non habet ſpeciale mandatum. l.per procuratorem. vbi gloſſ.& Doct. ff.de acceptilat. poteſt tamen creditor etiam inuito debitore ſoluente ratum habere ſolutionem factam procuratori illi , qui non

habebat mandatum ſpeciale. l.ſi ego hac mente. vbi Bart. numer 1. ff de neg. geſt. Merg. conſil.32. num.16.

32 Nonò, in impetratione reſcripti etiam requiritur mandatum ſpeciale.c.nō nulli. vbi gloſſ.verb.ſine ſpeciali,& Doct.& cap. ex parte decani. vbi gloſſ.verb. ſine ſpeciali. Ant.de Butr.Innocent. Hoſt. Abb.& alij. de reſcript. & Iaſ.in l.ſi quis iniquum. §.ſi procurator. nu.10. ff. quod quiſq; iuris. licet hodie de ſtilo curiæ abſq; vllo mandato impetrentur reſcripta ad quaſcumq; lites, ſeù beneficia, & valent, cap. ex ore. vbi Abb. num 2. de his quæ fiunt à maior. part. cap. & d. gloſſ.verb. ſine ſpeciali in d. c nonnulli, & d. gloſſ.verb.ſine ſpeciali. in fin.in d. cap. ex parte decani. Vanc. de nullitate titul. quib. mod. ſent. nullit. num 75. Mand.1 form.commiſſ.in prælud.& Sarmient lib.1 C. lect c 8 n 3.

33 Decimò, in cauſa contrahēdi matrimonium, ita vt ſi quis conſtituat procuratorem,ad contrahendum matrimonium debeat ſpecialiter declarare illam bertam cū qua eſt contrahendum,neq; talis procurator poteſt aliū ſubſtituere , niſi ſpecialiter in mandato contineatur, & ſi talis procurator fuerit reuocatus antequàm matrimonium contrahat non valet tunc matrimonium , quamuis reuocetur ignorante ipſa berta, & procuratore. c.fin. vbi gloſſ. verb. procurator.Ioan.Monach.Dominic. Ioan.And.& alij.de procurat.lib.6.& Abb. in c.accedens. nu.7. de præb. Anch.conſil. 228. incipit. Andreas filias habebat & Ant. de Butr. conſil.64.& Alex. conſil. 146. & conſil.149. libr.5. & quod matrimonium contrahi poſsit per procuratorem,eſt text. in c.ex parte.2. vbi Abb.nu.2.de conuerſ. coniug. & c. honorantur. 32 quæſt.2. & c. veniens. qui Cler. vel vouent. & d. c. fin. vbi gloſſ.verb. idoneus. & Doct. de procurat. lib.6. & c.2 qui matr.accuſar poſſ. & l.ſufficit. vbi Bald. C.de ſponſal.& l fin. eodem titul. & l mulierem , & l. generali. vbi Bart. nu 1 ff. de ritu nupt.

34 Vndecimò,in commutatione voti transmarini emiſsi in ſubſidium Terræ Sanctæ. votum enim vltra marinū non poteſt cōmutari, niſi à Summo Pontifice, aut cum ſpeciali ipſius mandato. cap.ex multa.vbi gl verb.incumbit,& Doct.de voto.

35 Duodecimò, in exemplatione alicuius inſtrumenti , qui propter vetuſtatem fuit exemplatum. c.fin vbi notant Doct.de fid. inſtr.& gloſſ.verb.ſi paciſci. in cap qui ad agendum de procurat.lib 6. Leo.in tract. noui oper.cap 1. num.23.

36 Tertiodecimò, in præſtatione iuramēti de calumnia. c.fin. vbi gloſſ.verb.iuramētum, & Dominic.Ioan.And.Philip.Franc. & omnes. de iuram.calumn. lib 6.& gloſ. verb. vel paciſci. in c.qui ad agendum.vbi etiā notant ſcribentes.de procurat.lib 6.

37 Quartodecimò,requiritur ſpeciale mādatum ad appellandū de electione, & poſtulatione,& prouiſione, extra iudicium.c. procurator. vbi gloſſ.1 & 2.Dominic.Ioā. And Arch & alij de elect lib 6

38 Quintodecimò , in negotio electionis, nam quando ille,qui eſt de collegio eſt vocatus, & eſt legitimè impeditus , & venire non poteſt:tunc poteſt conſtituere vnum, vel plures de collegio , quibus committet vices ſuas,cum tamen eorum quilibet det poteſtatem in ſolidū,& tunc ille,qui prius locum occupauerit, erit melioris conditionis,& ſi plures ſimùl concurrant,eliget capitulum,quem voluerit, c.quia propter. §.illud. vbi gloſſ.verb. venire, & Doct. de elect.& c.ſi quis vbi etiam notant ſcribentes. de elect libr 6. poſſunt tamen illi de capitulo non admittere illum procuratorem , niſi prius iuret dominum conſtituētem legitimè eſſe impeditum, & intereſſe non poſſe. d. c. quia propter. §. illud. vbi gloſſ.fin & Abb.num.3.

39 Sextodecimò , in collatione beneficij, ſiuè in inueſtitura illius, quoniam cōſtitui poteſt procurator cum ſpeciali mādato ad beneficium certum, vel in certum acceptandum, & tunc poteſt Epiſcopus cōferre beneficium abſenti,dicens per te inueſtimus talem de tali beneficio , aut inueſtimus te de tali beneficio, nomine talis abſentis. c.accedens. vbi gloſ.verb. vel alius. & Doct. communiter. de præb. & c.ſi tibi abſenti , vbi etiam notant ſcribentes de præb lib 6. & facit text. in l qui mihi donatum. ff.de donat. & gl. verb. collatio. in clem 1. vt lite pend.

40 Septimodecimò, in reſignatione beneficij, vt notant Doct. in c. 1. de procurat. lib.6. & in clem. vnica de renunciat.& nihil refert vtrum procurator ad reſignandum beneficium ſit Clericus, vel laicus, quoniam procurator laicus admittitur ad agendum, & defendendū in ſpiritualibus, & in acceptando, & reſignando beneficio, d. c.1.vbi communiter Doct.de procurat. lib 6.

lib.6. & gloſſ.1. in c.vnico.de Synd.& gl. verb.procuratorem, in d. clem. vnica. de renunciat. Fel. in cap. ad Apoſtolicæ. de except.

41 Octauodecimò, requiritur mandatum ſpeciale aduendendum, quia ſine mãdato ſpeciali non poteſt procurator vendere rẽ aliquam in præiudicium domini. l.procuratorem. vbi Bart. Alex. Salicet. Iaſ.& omnes. C.de procurat. & l.procurator totorum. vbi Doct. ff.de procur.

42 Procurator generalis non poteſt agere in exigentibus mandatum ſpeciale. c. qui ad agendum. vbi gloſſ.fin. & Doct.de procurat.lib.6. & Cou.ru. lib.2. variar.cap.5. num.8. & triginta & octo cauſas, mandatum ſpeciale exigentes refert Philip. Franc.in d.c.qui ad agendum,& Firmian. in ſuo repertorio. verſ.mandatum accumulat.73. quas ibi videre poteris.

43 Procurator cum generali, & libera adminiſtratione poteſt tranſigere, & aliud pro alio commutare, & facere omnia,quæ dominus facere poteſt, cum dolus nõ interueniat. l.procurator. vbi gloſſ.& Doct. ff.de procurat.& l. contra ius. §.ſi filius. ff. de pact. & l. ſi liberam. vbi Bald. Paul. & alij. C. quod cum eo. idem Bald. in l.1. in prin. ff. de offic.procurat.Cæſ.& Bart.in l. creditor. §.lucius.num.4. ff.mand.& Abb. in c. petitio. num.1. de procurat. Iaſ. in l. præſes prouinciæ. num.11. C.de procurat. non poteſt tamen donare, niſi ex qualitate perſonæ aliud colligatur. l.filius familias. vbi Doct. ff. de donat.& l. contra ius. §.ſi filius.ff.de pact.& c.fin. vbi Doct. de offic.vicar.lib.6. & glo. in l.procurator cui generaliter. vbi Bart.num.5. ff.de procurat.& Abb.in d. c.petitio. nu.1. de procurat. & Iaſ.in d. l.præſes. prouinciæ. nu. 12. C de tranſact.nec poteſt remittere debitum liquidum quòd in effectu eſt donare,nec remittere exceptionem peremptoriam. l.ſi quis delegauerit. vbi Bart. nu.1. ff.de nouat,& Bald.in l.fin. ff.de his,quæ in fraud. cred.& Bart. Bald. Salicet.& alij.in l. pactum curatoris. C. de pact. Iaſ.in d. l. præſes prouinciæ. num.12. C.de tranſact. Fed. de ſen conſil.2. neq; poteſt liberare debitorem per acceptilationem. ex gloſſ. & Bart. in l. per procuratorem. ff.de acceptilat. Iaſ. in d. l. præſes. num.14. C. de tranſact. neq; poteſt remittere appellationẽ per ipſum interpoſitam. vt tenet Bald. in l.fin. §.1. C.de temp.appellat.& Angel. in l ab executore. §.fin.ff.de appellat.& in l.1. §.1. ff.à quib.appellar.non licet. & in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & Iaſ. in d. l. præſes prouinciæ. nu.13. de tranſact. nec etiam procedit illa procuratio cũ libera, & generali adminiſtratione in his,quæ afferunt graue damnum, & præiudiciũ domino conſtituenti, cum notarij potius ex ſuo more,& ſtilo,quàm ex mandato domini prædictam clauſulam apponant, vt tenet Angel. in l.licet. col.1. C.de locat. & Bald.in Rubr. C.de his,quæ in fraud.cred. Abb.in c.1. num.28. vt lit. non conteſt.& Molin.in conſuet.Pariſ.titul.1.§.10.quæſ. 3. Cou.ru. in Rubric.de teſt.2.part. n.14. & in lib.1. var.cap.6.num.3. verſ.5.Merg. conſil.8. num.32.

44 Procurator non poteſt tranſgredi fines mandati, & ſi illos excedat non præiudicat domino. c. ſignificante. de appellat. & l.ſed ſi tamen. ff.de pact.& l.diligenter.vbi Doct. ff. mandat. & l.cum mandati. C.eodem.& l.hoc iure. vbi Bart.ff.de ſolut.& l. ſi procurator. vbi Bart. Bald. Paul. Alex. Iaſ.& alij.C.de procurat.& c.cum dilecta. de reſcript. & c.per tuas.de arb. & c.cum veniſſet. vbi Bald. de eo qui mitt. in poſſ. & l. ſi in rem. & l. nexum. C. ſi alien. res. pign. & gloſſ.verb. exceſsit. in c. licet de accuſat.

45 Procurator ſoluẽs indebitum extrà domini mandatum, aut plusquàm debuerat non præiudicat ipſi domino, ſed reddet domino rationẽ adminiſtrationis, & ipſe recuperabit indebitum ſolutũ. l. qui propriè. §. procurator. vbi Bart. ff.de procurat. & l.ſi quis negotia. & l.quæ vtiliter. ff. de negot. geſt. & l. idemq;. §. idem labeo. ff. mand. ſi tamen dominus tacitè,vel expreſſè approbauit illa,quæ procurator vltra mãdatum fecit, cum eſſet præſens,ſiuè conſcius,& non prouidit, tunc præiudicabit illi geſtum à procuratore vltrà mãdatum. l.fin.& vbi Bart.C.de exact.& trãſlat. milit. annonar. lib.12. idem Bart.in l. 1. §.ſi procurator. num.4. ff. ſi quis ius.dicent.non obtemp. & Ioan.And. in c.cum quis. de ſent. excommunicat.lib.6. Ant.de Butr. in c.cæterum. de reſcript.& Imol.in c.ex parte decani. de reſcript. & in l.2. §. voluntatem. ff.ſolut.matr.& Iaſ.in l.ſi quis iniquum. §. ſi procurator. ff. quod quisq; iuris.

46 Procurator tamen,qui citrà mandatum pecuniam conuerſus eſt in rem domini, & dedit

Digitized by Google

dedit pignus domini pro debito, poteſt tunc dominum obligare,& creditor poterit retinere pignus domini vſq; ille pecuniam ſoluat. l. 1. vbi glo.verb.exceptio. & Bald. C. ſi alien. res pign. dat. ſit. & l. 1. vbi Doct. ff.quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. & notatur in §. at ex contrario. inſt. quib. alien. licet, vel non, & Merg.conſil. 42. num. 16.

47 Procurator ſimpliciter datus ad contrahendum, ſeù ad aliquid faciendum poteſt ponere in contractu pacta,ſeù pœnas conſuetas apponi in illo contractu, licet in mandato non contineatur, quòd clauſulas illas apponat, dum tamen non prohibeatur à domino, pacta illa ſeù pœnas apponi. facit text.in l.bene a Zenone.vbi Bald. & Ang. C.de quadrian. præſcript. & notatur in l.ſi procurator. ff.de iure fiſc. Abb. in c.2. num. 3. de præcar. & Iaſ. poſt alios in l.omnibus. §.ſi procurator. num.19. ff. ſi quis ius. dicen. non obed. & in l. certi conditio. §. ſi nummos. num.13. ff ſi cert. pet. & Angel. in l. 2. ff de iuriſd. omnium iud. & in l.ſi quis hæredẽ in fin. C de inſt. & ſubſt.& dixi verb.obligatio § 16.

48 Si conſtituens dicat in inſtrumẽto procurationis, vt ſuus procurator inſinuet in contractu omnes clauſulas conſuetas apponi. tunc operatur illa iuſsio,vt habeantur pro impoſitis, quamuis non apponantur, vel ſi tabellio rogatus,vt faciat inſtrumentum cum omnibus clauſulis conſuetis apponi in inſtrumento, & illas non apponat, tunc omnia habentur pro appoſitis, quoniam ſimplicitas ſuſcipientis mandatum non debet præiudicare contrahentibus. l.fin. in fin. & ibi gloſſ.vlt. & Doct.C. de fid.iuſſ. & mand. Bald. in l.huiuſmodi. in prin. ff.delegat. 1. idem Bald.in l.ſi quis ſubconditione. in fin. ff.de cond.inſt.& in l.contractus. C.de fid.inſtr.& Iaſ.in l.certi conditio. §. ſi nummos. num. 14. ff. ſi cert. pet.

49 Procurator Principis poteſt adire hæreditatem,& illam repudiare,ſi hoc ſit incõmodum Principis, vnde ſi hæreditatem adeat, & poſtea appareat, quòd non ſit ſoluendo habetur pro non adita,quoniam procurator Principis non poteſt facere illa,quæ ſunt in præiudicium Principis,ſicut tutor non poteſt facere deteriorem conditionem minoris. l. 1 vbi Bart.Bald.Cin. Alb. Angel.Iaſ. & alij.ff de offic.procurat. Cæſar.& gloſſ.in l.nulli. ff.de tranſact.nec poteſt tranſigere Principe Inconſulto, niſi euidenter conditionem Principis meliorẽ faciat, dato aliquo,& re Principis retenta. d. l. nulli, vbi gl.& Doct. ff.de tranſact. & Abb.in c.contingit. n.3.de tranſact.

50 Procurator conſtitutus ab Epiſcopo poteſt agere, & defendere cauſas Epiſcopatus, quamuis tanquàm Syndicus datus non ſit. cap.petitio.vbi Doct.de procurat, nam Epiſcopi ſunt procuratores,& adminiſtratores rerum Eccleſiarum ſuarũ diæceſum. c 2. de donat. & c. in canonibus. 16 quæſt. 1. & habent liberam adminiſtrationem earum. cap.cum nobis. in fin. vbi Doct. de elect.& c is cui eodem tit. lib. 6. & pro eiſdẽ rebus agere poſſunt ſine conſenſu ſuorum capitulorum. ex Abb. nu.6. & Fel. num.12. in c.edoceri. de reſcript. & in omnibus caſibus,in quibus ſolus prælatus poteſt eſſe iniudicio pro ſua Eccleſia abſq; mandato capituli poterit ipſe ſolus conſtituere procuratorem abſq; conſenſu capituli,vt excommuni tenet Abb.in cap. edoceri. nu.8. Barb. nu.49. de reſcript.

51 Procurator conſtitutus à prælato cum capitulo, ſiuè à Collegio,à Rectore Eccleſiæ cum ſuis beneficiatis in cauſis cõmunibus, non reuocatur per mortem illius prælati, vel Rectoris, ſeù alicuius de capitulo. quoniam illa communitas ſemper perſiſtit, ſi tamen ſit conſtitutus in cauſa diſcreta ipſius prælati, ſeù Rectoris, reuocatur per mortem illius,etiam ſi iam fuiſſet litem cõteſtatus, aut iam cæpiſſet tractare negotia. clem.fin. vbi gloſſ.verb. reuocari, & Doct.de procurat. & l.proponebatur. ff. de iud.& Bart. in l.quod in rerũ. §. & ſi nauem. num.3. & Iaſ. num.6. ff.deleg.1. & dico infra §.93.

52 Procurator poteſt conſtitui ab vniuerſitate, & non reuocatur per mortem Rectoris, ſeù alterius vniuerſitatis, quoniam iudicium non mutatur, ſi vnus, aut alter mutetur, aut moriatur, ſed ſi omnes moriantur. c.quia in cauſis. vbi Doct. de procurat. & l. proponebatur. vbi Doct. ff de iud.& gloſſ.verb. reuocar, in clem.fin.vbi Doct. de procurat. Bart. in l.quod in rerũ. §.& ſi nauem. ff.delegat. 1.

53 Procurator vniuerſitatis, cuius maiores ſunt excommunicati non repellitur ab agendo,niſi ille,præſidẽtes & maiores ſint expreſsi in ipſa actus diſpoſitione, ſiuè interpoſuiſſent auctoritatem in ipſo actu, tanquàm præſidentes, & principales, quia

præſi-

Digitized by Google

Præſidentes excommunicati non poſſunt ſuum officium exercere, nec procuratorē conſtituere, ſed actus ab ipſis geſti ſunt nulli, quod non eſt quando ipſi non ſunt expreſsi, c.fin. vbi gloſſ.verb. iurati. Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Innocent. Abb. & omnes.de procurat. Tancret.in tract.de ord. iur.§.de conſt.procurat.col.3.

54 Procurator admittitur in omnibus caſibus, vbi in iure non inuenitur prohibitū: quoniam hoc edictum eſt prohibitorium, vnde officio procuratorio fungi poteſt, qui non inuenitur prohibitus. c.1. vbi gloſſ. verb.reputari, & Doct.de procurat.lib.6. & l.mutus.§. cum quæretur. vbi glo.verb. hoc edictum.vbi etiam notant ſcribentes. ff. de procurat. & gloſſ.verb ad futuras in c. non iniuſtè. de procurat. & §. vlt. inſt. per quas. nob. acq. Tancret. in tractat.de ord.iur. §.de conſt.procur. col.3.

55 Procurator non eſt admittendus in cauſa criminali regulariter, quando agitur de publico iudicio, ad aliquàm pœnam criminalem imponendam, tàm in publicis, quàm in priuatis delictis. cap. veniens, & Abb. ibi, nu.18. & Bened.de Plumb.nu.3. & Rub.num.10.& 121 & Marian.num.20. de accuſat. & c.tuæ.de procurat. & c.1.vbi Doct. de iud. libr.6. & l.tunc. vbi Bald. & Salicet. C.de accuſat. & l. accuſatore. §.ad crimen. vbi Bart. nu.11. ff. de public.iud. & l.2. vbi Iaſ. num.3. C de procurat. & c. in criminalibus. 5.quæſt. 3. & l. ſeruum quoq;. §. publicè. ff. de procurat. Boſſ. in titul an in cauſis criminalibus. nu.1. verſ. prima igitur. Mench. controuerſ.vſu frequent.cap 39. num.24. Valaſc. conſul.81. num.3.

56 Si tamen pœna pecuniaria ex diſpoſitione iuris eſſet imponenda, bene admitteretur procurator, ex iuribus ſupra relatis, & tenet Marian.excommuni.in d.cap. veniens num.24. de accuſat. Mench. vbi ſupra. cap.17. in fin. cum enim condemnatio facienda ſit in bonis, & non in perſona, nihil intereſt an reus perſonaliter compareat, vel per procuratorem, ſi enim reus pro delicto eſſet condemnandus in pœna corporali, tunc non poteſt comparere per procuratorem, quia ſi per procuratorem comparere poſſet, quilibet mitteret procuratorem, & vbi ſuccumberet, euaderet condemnationem, quia executio fieri non poſſet, & ſic omnia iudicia criminalia redderentur illuſoria. vt inquit Alb.in d. l. ſeruum quoq;. §.publice.num. 18. ff. de procurat. Iul. Clar. libr.5. §.fin. quæſt.32. num.3.

57 Ad allegandam tamen abſentiam poteſt procurator admitti in cauſa criminali, cū ipſe procurator non proponat aliquas defenſiones ipſius rei, ſed tantum alleget eius abſentiam. l.accuſatore. § ad crimen. vbi Alber. & Bart. ff. de public. iud. & l. reos. vbi Doct.C.de accuſat.& l.ſi quando. C. de iniur. Alber. in l. ſeruum quoq;. §. publicè. num.16. ff. de procurat. & ita ſi alleget infirmitatem ipſius rei, vel carcerationem, in alio territorio, vel alia impedimenta, propter quæ reus comparere nō poſſet, quoniam ad proponendas huiuſmodi exceptiones, quilibet admittitur. vt tenet Bart. in l. accuſatore. §. ad crimen. num.16. ff de public. iud. & Marian. in c. veniens. num.67. de accuſat. & Anan. nu. 13. ibidem. Angel. in l.reos. in prin C. de accuſat. Crauet. ſuper ritu. 105. magnæ curiæ. nu.2. & Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt. 31. nu.17. Gerip.conſil.11. nu.28.

58 Procurator etiam admittitur in cauſa criminali, vbi ex diſpoſitione iuris, nō imponitur pro crimine, niſi pœna priuationis, ſeù depoſitionis ab ordine, dignitate, officio, ſeù beneficio, vt tenet Bened. de Plumb. in l accuſatore. § ad crimen.n.24. & Rub, num.150. ff.de public.iud. & in l. ſeruum quoq;. §.publicè.nu.44. ff.de procurat. & Marian. in c.veniens. num.50. de accuſat. Merg conſil.26.num.38. vbi dicit communem.

59 Ita vbi ex diſpoſitione iuris imponitur pœna exilij temporalis, vt tenet gloſſ.ver. datur. in l.ſeruum. §.publicè ff.de procurat. & Bened. de Plumb. num.24. & Rub. num.124. in l.accuſare. §.ad crimen. ff. de public.iud. & Abb.num.18 Anan.num.8. Marian. num.41. Berous. num.35.in c.veniens. de accuſat. & Gin. in l. reos. col.1. verſ. ſecundo caſu. C. de accuſat.& Angel. ibidem. num.1. Ant.Gomez. in lib.delict. cap.1. num.13. Salicet. in d. l. reos. nu.4. Cæpol. conſil criminal.72. verſ. de primo non videtur. Mench. controuerſ. vſu frequent. in cap.17 num.6. Card. & Alex.in c.ſi quando. 2.quæſt.6. Carauit.ſuper ritu 108. magnæ curiæ. num.2. & ſuper ritu 68. num.8. Viuius lib.commu.opin.verb. procurator. in capitalibus. Iul.Clar libr.5. §.fin. quæſt.32. num 5.

60 Et quando reus eſt in vinculis, quia tunc bene

bene poteſt in crimine ſuo litigare per procuratorem, & eſt caſus exceptus à regula. vt tenet Bart. in d. l. accuſare. § ad crimen. num 10. Imol. num. 18. & Rub. num. 68. Bened. de Plumb. num. 37. ff. de public. iud. & Bald. in l. reos num. 21. Angel. num. 2. C. de accuſat & Abb. in c. veniens. num. 22. Marian num. 6 Aret. num. 74. de accuſat. Ant. Gomez. lib. delict. c. 1. num. 14 Card. & Alex in cap. ſi quando. 2. quæſt. 6 Mench. controuerſ. vſu frequent. cap. 17. nu. 4. in fin. Merg conſil. 34. n. 8.

61 Et quando inquiſitio eſt contrà vniuerſitatem, quæ per ſe comparere non poteſt, ſeù contra monialem, quæ nõ poteſt exire à monaſterio. vt notat Abb. in c. veniens. nu. 14. & alij ſupra relati. de accuſat.

62 Et quando aliqua perſona illuſtris maſculus ſeù fœmina ſuſcipit, ſeù mouet aliquam cauſam iniuriarum; quia tunc per procuratorem illam criminaliter agitare poteſt. l. fin. § licere autem vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C de in iur. & gloſ. vero. iudicij publici, in l. accuſare. § ad crimen. vbi etiam notant communiter ſcribentes. ff. de public. iud. Gerip. conſil. 3. n. 36.

63 Procurator etiam interuenit in cauſa adulterij, quando agitur coram iudice Eccleſiaſtico ad ſeparationem matrimonij, non autem quando agitur coram iudice laico ad imponendam pœnam corporis afflictiuam pro crimine adulterij. cap. tuæ fraternitati. vbi notant communiter ſcribentes. de procurat.

64 Admittitur etiam procurator in cauſa criminali ad proponendas aliquas exceptiones dilatorias, ſeù declinatorias, aut quaſcumq; alias, quæ ante litis conteſtationem opponi poſſunt, puta, quòd iudex ſit incompetens, ſuſpectus, excommunicatus, aut quòd accuſator ſit inhabilis ad accuſandum, & ſimilia cum tamen hæ exceptiones crimen non tangant, bene poſſunt exerceri per procuratorem. vt tenet Bart. in l. accuſare. § ad crimen. num. 18. Imol. & Bened. de Plumb. num 52 Rub. nu. 214. ff. de publ. iud. & Aret. in c. veniens. n. 19. Berous. num. 29. de accuſat. Boſſ. in titul. de carc. fideius. comu. num. 16. & etiam ſi vellet allegare reum habere capitales inimicitias in loco, ad quem citatus erat. vt excõmuni reſoluit Marian. in d. c. veniẽs. n. 68. verſ. circa primam. Boſſ in tit. an crimen iud. n. 12. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 32 n. 18. Leo. in tract noui op. 6. 3. n. 17.

65 Et etiam admittitur procurator in cauſa nullitatis ſententiæ criminalis, quando nullitas conſtat ex ipſiſmet actis, & agitur ſolum modo de nullitate ſententiæ, ex Bened. de Plumb. poſt Bald. in l. accuſare. § ad crimen. num. 99. ff. de public. iud. non autem ſi nullitas non reſultaret ex ipſiſmet actis, ſed aliundè, quia tunc non admitteretur procurator ad dicendum de nullitate, ſed quiſq; perſonaliter interuenire debet: vt refert Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 32. nu. 21 poſt Afflict. ſuper. 2. part. cõſt. Reg Rubric. 3. num. 27.

66 Si tamẽ procurator interueniat in cauſa criminali, & non repellatur à iudice, vel per exceptionem à parte oppoſitam, bene tenet iudicium cum illo agitatum. ex gloſſ. verb criminalis in c. 1. & ibi Dominic. Anch & communis canoniſtarum de iud. lib 6. & Ioan. And. in c. veniens. de accuſat. Abb. in c. nulli Epiſcoporum. nu. 4. eodem titul. & l. quãmuis indubitati iuris. vbi Bald. & Salicet. C. ad leg. Iul. de adult. & Bald. in l. ſeruum quoq;. § publicè. n. 6. verſ. vlterius quæro ff. de procurat. & in l. ita demum. n. 4. C eodem titul. & Felin. in c. meminimus. num. 18. de accuſat. & Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. nu 11. ff. de regul. iur. & conſil 469. in fin Imol. in l. accuſare. § ad crimen. & Rub nu 99. ff. de public iud. & Bertran. conſil. 358 circa prin. lib. 4. quod eſt in conſil. 1. num. 4. lib. 5. & Vanc. de nullit. fol 239 num. 177. Marſil in pract criminal. § ſequitur. nu. 17. & pract. Conrad. fol 264. in fin Corſet. verſ. procurator. in ſingul. incipit. licet quis. Merg. conſil. 38. num. 19. & hæc eſt verior opinio, licet contrarium teneat Aret. in d. c. veniens. num 87 Ant. Gom. lib. delict cap. 1. nu 80. Mench. controuerſ. vſu frequent cap. 20 nu. 5. Iul Clar. libr. 5. § fin. quæſt. 32 num. 14.

67 Et quod dictum eſt in reo, habet locum in actore accuſatore, quia ſicut reus per procuratorem ſe defendere non poteſt, ſicut ſupra relatum remanet, ita actor non poteſt in cauſa criminali accuſare per procuratorem. vt notat Alber. in l. ſeruum quoq;. § publicè. num 18. ff. de procurat, quoniam non licet actori, quod non licet reo. c. non licet. vbi Doct. de regul. iur lib. 6. & cap non debet eodem titul. & lib. & l. non debet. ff. de regul. iur. Rub. in l. accuſare. § ad crimen. num. 7. ff. de public. iud. quidquid dicat Carauit. ſuper ritu.

108. mag-

108. magnæ curiæ. num.3. Iul.Clar. lib.5. §.fin. quæſt 32. num.23.

68 Procuratoris officium non cogitur quis inuitus acceptare, nec pro reo, neq; pro actore, niſi conſueuerat operas ſuas locare, quia tunc poterit compelli. l.inuitus vbi Bart. Bald. Fulg. Paul.de Caſtr. Iaſ. & alij. C.de procurat. licet ibi dubitet Alex. & l. filius familias. §.inuitus.vbi Doct. ff.de procurat. & l. inuitus. ff.de regul. iur. & cap. cum non iniuſtè. de procurat. Imol. in l. damni. §. ſi is qui. ff. de damn infect.poteſt tamen pœnitere,poſtquàm renuit acceptare. cap.licet. vbi Doctor. de procurat. libr.6. quod tamen eſt intelligendum, ſi conſtituens perſiſtat in eadem voluntate, quoniam aliter ſicut in repudianda hæreditate, qui ſemèl noluit, & alius ſuſcepit perdit ius,vt eſt tex.in l.1. ff. de ſucceſſ. edict. ita in procuratione. gloſſ.fin. & Doct. in d. cap. licet. de procurat. lib.6. & gloſſ.verb. receptis. in clement.1.de procurat. fallit tamen ratione Reipublicæ, aut fiſci, quia tunc poterit quis cogi inuitus acceptare officium procuratoris. vt tenet Salicet. Alex. & Iaſ.in d. l. inuitus. C. de procurat. & in aduocato. l.1. § ait prætor.2. vbi Doct ff.de poſtul. & l. prouidendum. §. ſi quis vero. C. de poſtul & l. nec qui quam. §. aduocatus ff.de offic. proconſul. & cap.ex litteris. de offic. iud. & gl.in ſumma. vbi Bald. Iaſ. & alij in d. l. inuitus. C. de procurat. & in iureconſulto, qui poteſt cogi ad præſtandum conſilium. l. in ſacris. vbi Doct. C.de prox. Sacr.Scrin.lib.12.gloſſ.in ſumma. in d. l.inuitus vbi Doct. C.de procurat. Bald. in l. proximè. ff. de his, quæ in teſtam. deleant. & Salicet. in l.Sancimus. 1. C.de aduocat.diuerſ.iud.& Ant.de Bur. in c.ſi pro debelitate. col 4. de offic. iud. delegat.& Iaſ. in l.cum qui res. n.13. C.de procurat.

69 Procurator poſtquam acceptauit procurationem ſui clientuli, tenetur eum defendere,& agere in omnibus cauſis, & negotijs, ad quæ ratione procurationis ſe aſtrinxit, nec ſine iuſta cauſa ſe excuſare valet. l. non cogendum. vbi Doctor. ff.de procurat. & clem.1. vbi gloſſ. verb. cogi. Ioann.Andr. & alij. de procurat.& notant ſcribentes. in l.inuitus. C. de procurat. & procurator, qui non præſtat ea, quæ in cauſa requiruntur tenetur domino adintereſſe actione mandati, & etiam de culpa leui, ſeù leuiſſima. l. procuratorem, vbi gloſſ.1. Bald. Salicet. & alij, & l. à procuratore. vbi etiam notant ſcribentes. C.mandat.& l.ſi remunerandi.§.1.ff.mãd. & l. ſi negotia. ff. de neg. geſt. & §. mandatum. vbi Doct.inſt. mand. & Bart.nu.4. Iaſ.n.36.in l.cum res.ff.delegat.1.& Raph. Fulg. & Iaſ. in Rubric. n.2.C.de procurat. Abb. in c.1. n.20.vt lit.non conteſt.

70 Procuratoris negligentia præiudicat domino in his, ad quæ fines mandati ſe extendunt, quia ſibi imputet, qui malum elegit procuratorem. c.1. vbi Abb. num.15. vt lit. non conteſt. & cap. ſæpe. de appellat. & cap. ſuborta. de ſent. & re iud. & c.cum olim. de cauſ. poſſ. & prop. & cap. dilecto. de verbor.ſignific. & cap. biduum. 2.quæſtion.6. & l. procuratoris. ff.de trib. act. & l.cum mandatu. vbi Bart. & l. deniq;. § fin. ff.de minor. Iaſ.in l.cum res. num.36. ff.delegat.1. & in Rubric.nu.2. C. de procurat.

71 Procurator tamen non poteſt facere dominum incidere in pœnam extrà fines mandati, quoniam procurator datus generaliter non cenſetur datus ad illicita; nec ad illa,quæ dominum aliqua pœna afficiant, vt tenet Bart. nu.7. Bald. & Iaſ.nu. 16 in l.ſi procurator. ff.de cond.ind.Abb. in c.1. num.27. & alij. vt lit. non conteſt. In eis tamen quæ adhærent liti,aut ad quæ fines mandati ſe extendunt, vel ſi dominus ratum habet tacitè, vel expreſſè, bene poterit procurator facere dominũ in pœnam incidere, qui enim mandauit, aut ratum habuit, quod nomine ſuo factũ fuit,facere videtur. l.1 §.deiecitiſſe.vbi Doctor.ff.de vi,& vi armat.& Bart.Bald.Fulg. Iaſ. Ang. & alij in d. l.ſi procurator. ff.de cond. ind. & c.cum quis. de ſent. excommunicat. lib.6 & l.ſi procuratori falſo.vbi Doct. ff.de cond. cauſ. dat. Bart.in l. cum filius. §. in hac ſtipulatione. num. 5. ff. de verb.obligat.

72 Si procurator cũ mandato domini falſum iurat in animã domini:tunc dominus verè, & realiter fit periurus quoniam is verè commiſit delictum, cuius mandato factum fuit periurium, vt eſt tex.in c.mulieres. §.fin.vbi Abb n.4.de ſent excõmunicat. & c.conſuetudo.16.quæſt.6. & l. ita autẽ.§.geſsiſſet. vbi Doct. ff.de adminiſtr. tut.& Bald.in c.cũ dilectus col fin.de ord. cogn.Bart Imol.& Iaſ.nu.360 in l.ſi is qui pro ẽptore.ff.de vſucap.& Alex.in l.ſi quis

 iniquum.

iniquum. §.ſi procurator. ff. quòd quiſq;. iur. Leo in tract. noui operis nunciat.c.4. nu.34 & Geripard.conſil.1.num.18.

73 Procurator ad iudicia poſt litem conteſtatam fit dominus litis, & poteſt alium dare procuratorem, ſed antea non poteſt. cap.1. §.1. vbi notant communiter Doct. de procurat. lib.6. & l.quod quis ſibi. vbi Bart. Bald. Alber. Salicet. Paul. de Caſtr. Fulg. Alex. Iaſ. & alij, & l.neq;. § fin. & l. nulla dubitatio. vbi etiam notab Bart Bal. Salicet Alex. Paul. Iaſ. & omnes. C. de procurat.

74 Procurator tamen cum mandato ſubſtituendi poteſt dare alium procuratorem, tàm ante litem conteſtatam, quàm poſt. cap.1. §.1. de procurat. libr 6. & l. illam. vbi Doct. C.de donat & gloſſ.verb. aliena in l.1. vbi Bart num 3. ff. de procurat. & gloſſ.& Doct. in l.quod quis ſibi. C. eodem. & l. ſi procuratorem § ſi quis mandauerit. vbi Bart. num 2. ff.mand. Et quando eſt controuerſia vtrum ſit verè procurator, an non, quia illud cenſetur cauſa propria illius procuratoris, vnde ante litem conteſtatam in hoc poteſt dare alium procuratorem, ex Bald. Salicet. & Iaſ. in d. l.quod quis. C. de procurat. & Bald. in l. licet. C. eodem titul. ſpeculat. in titul. de procurat. § ratione autem formæ. verſ. porrq. Geripard. conſil.1.num. 14. Et in caſibus vbi lis non conteſtatur quoniam tunc poſt primum actum, in quo incipit tractare de meritis cauſæ, poteſt alium ſubſtituere, quia ille primus actus habet vim conteſtationis. l.nulla vbi Doctor.C de procurat. Bart. in l.ab executore. §.fin. num.2. ff. de appellat. & relat. & Bald. & Iaſ. in l.quod quis ſibi. C.de procurat. Merg.conſil.5. nu.18. ſi tamen procurator alium ſubſtituat ante litem conteſtatam, & non fuerit oppoſitum ante litis conteſtationem, poſtea nō poteſt opponi contra illum ſubſtitutum, quia hæc exceptio eſt dilatoria, quæ tollitur per litis conteſtationem. l. ita demum. vbi Doctor. C.de procurat. & l.Pomponius. §.ratihabitionis ff. eodem titul. & Alber. & Iaſ. in d. l.quod quis ſibi. C de procurat. Leo. in tractat. noui oper.cap.1.num.32. & ille procurator, qui fuit ſubſtitutus ab illo, qui habebat mandatum ſubſtituendi, non poteſt poſt mandatum ſuſceptum reuocari ab illo, qui illum ſubſtituit, niſi in mandato contineatur, quòd poſsit procuratorem conſtituere, & reuocare quotieſcumq; voluerit. c.is qui. vbi glo.1 & Ioã. Monach. Dominic. Ioann. Andr. Franc. & omnes. de procurat. lib.6.

75 Procurator ad negotia generalia, poteſt dare alium procuratorem; quandocumq; voluerit. cap.1. §.fin. vbi gloſſ.vlt. & Doct.de procurat. lib.6.& c.fin.de procurat. eodem libr.6. & l.ſi procuratorem. §.ſi quis mandauerit. vbi Bart. ff.mand.& l.1 §. magiſtrum. vbi etiam notant Doct. ff. de exercit. act. & gloſſ.verb.quod quis. in l.quod quis ſibi. vbi Bald Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. de procurat ſi tamen procurator eſſet conſtitutus ad vnum tantum negotium ſpeciale, non poterit aliũ ſubſtituere, niſi dominus dicat. puta ad vendendum fundum, non determinato pretio, & inſimilibus, quia cenſetur electa induſtria perſonæ, ad vendendum fundum, & pretium conſtituendum. l in vſucapione. §.1. verſ. item adijciendum vbi Doct. ff. de diuerſ temp. præſcript. ſi autem data eſſet limitata forma pretij, bene poſſet tunc alium ſubſtituere. cap. is cui.de offi.delegat.lib.6.& Doct.in d.l quod quis. C.de procurat. vbi Iaſ.limitat decem modis. vbi videre poteſt.

76 Procurator ad negotia extenditur ad iudicia, exceptis his caſibus, qui requirũt mandatum ſpeciale. cap.qui ad agendum. vbi gloſſ.1. & Doct.de procurat. libr.6 & Hoſt.in c petitio. de procurat ſpeculat.in titul. de procurat. §.1. & ſeq.quoniam ad officiũ procuratoris expectat exequi mandatum vſq; ad finem, prout expediat domino, niſi intempeſtiuè renuncietur, nam mandatum ſuſcipere cuilibet liberum eſt; ſuſceptum autem conſummandum eſt. §. mandatum vbi Doct. inſt. de mand. Tancret. in tract.de ord.iur.§.de offic.procur. in prin.

77 Procurator ad negotia poteſt eſſe mulier, ſeruus, filius familias in his, quæ ipſi facere poſſunt, & minor 25. annis, cum tamen ſit maior. 17. annis, quamuis ad iudicia non poſsit eſſe minor 25. annis. l.ſeruum quoq;. vbi Doctor ff. de procurat. & l. minor. ff. eodem titul. & l. cum mandatu. ff. de minor. & l.ſed & quis. ff. de inſt. act. & l.1. §. magiſtrum nauis. verſ. cuius autem. ff. de exercit act. & c. qui generaliter. §. licet autem. vbi gloſſ. verb.decimum & Doct.de procurat.lib.6. & § eadem lege.inſt quib. cauſ.manumitt.

non

Digitized by Google

non licet. Bart. num. 9. & Iaſ. num. 19. in l. exigendi. C. de procurat. idem Iaſ. in Rubric. num. 5, eodem titul.

78 Procurator debet habere inducias ſufficientes, ſecundum diſtantiam locorum ad conſulendum dominum, ſi poſt citationem domini ad totam cauſam aliquid de nouo emergat, de quo procuratorem inſtruere non poterat in exordio litis, & ſi illi tunc induciæ fuerint denegatæ, poterit licitè appellare. cap. dilectus filius. vbi gloſſ. verbo. cedere. & Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes. de procurat. & Bart. in l. non ſolum. num. 2. ff. eodem.

79 Procurator tenetur appellare à ſententia contra ſe lata, & dominum facere certiorem delite, ſi nō eſt procurator ad certum actum, ſolum modo, quoniam ſi ad vnum certum actum tantum fuiſſet conſtitutus, per acto, actu illo, iam aſpirauit mandatum, ſi tamen eſt datus ad litem, tenetur appellare, quamuis ſciat dominũ ſcire, quò l ſententia contra ſe lata eſſet, non tenetur tamen proſequi appellationem, nec poteſt, niſi haberet mandatum generale. cap. non iniuſtè. vbi Abb. num. 13. & reliqui ſcribentes. de procurat. & l. Inuitus. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & omnes. C. de procurat. & l. ſi actor. vbi etiam notant Doct. C. de appellat.

80 Procurator poſtquam procurauit cauſam debet habere ſalarium à domino, & quamuis nonnulli dicant, quòd ante cauſam finitam ſit ſalarium ſoluendum aduocato. vt tenet ſpecular. in titulo. de ſalario. §. ſequitur. verſ. ſed quando ſoluetur ſalarium, & Alex. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. tamen verior ſententia eſt, vt ſalarium non ſit ſoluendum, niſi cauſa finita. vt optime probat text. in c cum pro cauſa. de procurat. & facit text. in l. Archiatri. vbi Bart. C. de profeſſ. & med. lib. 10. & Bald. & Cin. in l. 1. C. mand. & Iaſ. in d. l. diem functo. num. 12. ff de offic. aſſeſſ. & notant Doct. in c. propter. de locat. & cond.

81 Procurator poteſt reuocari à domino, ſine cauſa, ante litis conteſtationem, poſtea vero, cum ſit factus dominus litis, non poteſt reuocari ſine iuſta cauſa. licet dominus poſsit adeſſe cauſæ, ſimul cum procuratore ipſo, ſi fortè timet colluſionem. cap quamuis. vbi Doct. de procurat. lib. 6. & l. ante litem. vbi Doct. & l. poſt litem, & l. mutari. & l. quæ omnia. ff. de procurat. & l. procuratoribus. vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & omnes. C. eodem titul. & Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. nu. 15. ff. de reiud. vnde poſt litis conteſtationem, citatur procurator ad videndos teſtes examinari, & ad reconueniendum dominum, & ad alia ſimilia tanquam dominus litis, ex doctrina Bart. in l. quamuis. ff. de damn. infect. & in l. 1. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. Abb. in c. dilectus. num. 4 de procurat. & Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. num. 15. ff. de re iud. & ord. lib. 3. titul. 2. in prin.

82 Procurator nō eſt citandus in principio litis, ſed dominus. c. cauſam, quæ. vbi gloſ. verb. ad domum, & Doct. de dolo. & cont. & c. fin. eodem tit. & c. fin. de eo, qui mitt. in poſſ. & c. quiſquis. 4 quæſt. 5. & l. ea quæ. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. quomod. & quand. iud. & l. cum non voluntatis C. eodem. & l. 1. §. item cum ex edito. ff. quæ ſent. ſine appellat. Abb. in c. dilectus nu. 4. de procurat. ſi tamen dominus non poſsit inueniri, & reliquit procuratorem. tunc citabitur procurator etiam in principio litis. vt eſt text. in d. c. cauſam quæ. vbi gl. de dolo, & cont. & in d. c. fin. eodem titul. & in d. c. fin. de eo, qui mitt. in poſſ. & c. 1. qui matr. accuſar. poſſ. & l. dies. cautioni. §. prætor ait. vbi Bart. nu. 16. ff. de damn. infect. Abb. in d. c dilectus. nu. 4. de procurat. & etiam citatur procurator ad reconuentionem. ex noſtra ord. Reg. lib. 3. tit. 2. in prin. & dixi ſupra. §. proximo.

83 Procurator cum mandato ſpeciali, ad contrahendum cum certa perſona, ſeu ad debitum recipiendum, poteſt contrahere poſtquàm fuerit reuocatus, ſi reuocatio ad illum non peruenit, neq; ad partem cum, qua erat contrahendus, & omnia ab ipſo facta valebunt tàm pro domino, quàm contrà dominum. c. ex parte. decani. vbi gloſſ verb. propter ſuſpicionem. Ant. de Butr. Hoſt. Innoc. Abb. & alij. de reſcript. & l. ſi procuratorem. vbi Doct. ff. de procurat. Merg. conſil. 38. num. 12. ſi tamen reuocatio peruenit ad procuratorem, & non peruenit ad partem contrariã, etiam valebit, quod fecerit, & debitor liberabitur, ſi ignoranter ſoluerit procuratori reuocato, quamuis procurator male faciat, contrahens, aut debitum recipiens poſt reuocationem procurationis, quod fit in pœnam negligentiæ domini, qui reuocens

Digitized by Google

procuratorem, non fecit partem aduerſam certiorem. l. vero. §. ſed ſi. vbi Doct. & l. cum quis. §. ſi debitorem. vbi Bart. ff. de ſolut. & liberat. & l. eius qui. vbi notant ſcribentes. ff. de reb. cred. & l. ſi tamen. ff. ad ſenat. conſult. Maced. & l. ſi fideiuſſor. ff. mand. ſi autem pars aduerſa ſciat reuocationem mandati: tunc nihil valebit quod factum fuerit cum procuratore reuocato. d. l. ſi vero d. §. ſed & ſi, & d. l. cum quis. d. §. ſi debitorem. ff. de ſolut. & d. l. eius qui. ff de reb. creb. & Abb. in cap. mandato. num. 5. de procurat. & notant communiter Doct. in d. cap. ex parte decani. de reſcript. ſi tamen procurator habebat mādatum generale ſufficit, vt reuocatio perueniſſet ad ipſum procuratorem, & dominus illum publicè certiorem faciat, nec poſtquam fuerit certior factus præiudicabit domino, ſi nec tacitè, nec expreſſè habuerit ratum, factum ab illo procuratore, ſed ſi debitor poſtea ſoluerit illi procuratori non liberabitur, ſed habebit actionem contrà ipſum procuratorem reuocatum. l. ſi procuratori falſo, & ibi Doct. ff. de cond. cauſ. dat. & Ant. de Butr. Ioan Andr. Abb. & alij in d. cap. ex parte decani. de reſcript. & Bart. Bald. & alij in l. vnica. C. de ſatisd. & Cin. & Bald. in l. mandatum. C. mand & Bart. in l. ſi procuratorem. nu. 6. ff. de procurat. idem Bart. & Angel & Alex. in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nunciat. ſi tamen ille procurator generalis erat exercitor, tenetur dominus quādo illum reuocat facere præconizari in loco publico, vbi illum exercitorem habebat, vt nullus habeat cum de inceps pro ſuo procuratore, & vt veniat ad omnium notitiam. vt probatur in l. ſed ſi pupillus. §. de quo palam. vbi Bald. Bart. & alij. ff. de inſt. act. & Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes in d. c. ex parte decani. de reſcript. idem Abb. in c. ex inſinuatione. nu. 5. de procurat.

84 Procuratoris ad litem reuocatio debet peruenire ad iudicem, & ad partem aduerſam, quoniam ſi ad iudicem, & partem aduerſam non peruenerit, valet iudicium pro reo agitatum cum procuratore reuocato, non tamen pro reuocante. cap. ex parte decani. vbi Doct. de reſcript. & cap. mandato. vbi Abb. num. 2. & alij, de procurat. & l. vnica. vbi etiam notant ſcribentes. C. de ſatiſd. & l. ſi procuratorem. ff. de procurat. ſi autem iudex ſciuit reuocationem, & illa nō obſtante proceſſit in cauſa omnia tunc ab illo agitata poſt ſcientiam reuocationis erunt nulla ipſo iure, quia iudicauit in perſonā de qua iudicare non poterat. l. cum non iuſto. vbi Doct. ff. de colluſ. detegend. & l. ſi legatarius. C. delegat. & c. ſi duobus. in fin. de appellat. gloſſ. verb. noluerit. in l. vnica. vbi ſcribentes. C. de ſatiſd. & Abb. in d. cap. mandato. num. 5. de procurat. ſi vero aduerſarius ſciuit reuocationem, & iudex ignorauit, tunc tenet iudicium, attamen aduerſarius repellitur à commodo illius litis, ope replicationis. vt tenet d. gloſſ. verb. noluerit. in d. l. vnica. vbi Doct. & Doct. in d. c. ex parte decani. de reſcript. & in d. c. mandato. de procurat. Merg. cōſil. 38. num. 16.

85 Procurator tamen datus, vt litem agat cum certa perſona eſt reuocandus ſciente aduerſario, nec tenetur diuinare reuocationem mandati, ſi conſtituens illum non fecerit certiorem de reuocatione. l. ſi fideiuſſor. vbi Doct. ff. mand. & Abb. in cap. ex inſinuatione. numer. 5. de procurat. & Bart. in d. l. vnica. num. 7. C. de ſatiſd. ſi autem procurator fuit conſtitutus generaliter ad omnes cauſas conſtituentis peragendas, tunc antequàm procurator ille incipiat iudicium cum aliqua perſona ſufficit reuocatio facta procuratori, quia tunc non eſt cui fiat denunciatio. vt eſt text. in cap. ex inſinuatione. vbi Abb. num. 5. & cap in noſtra. de procurat. & ſi quidem eſt factus apud acta, ita reuocatio debet apparere apud acta, & alias non nocebit. vt inquit Bart. in d. l. vnica. num. 7. C. de ſatiſd.

86 Reuocatio procuratoris quomodocumq; fiat, eſt facienda ante concluſionem in cauſa, nam ſi poſt concluſionem facta fuerit reuocatio, non valebit talis reuocatio. cap. auditis. vbi gloſſ. verb. ad illum, & Ant. de Butr. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & omnes de procurat. quia effectus procuratoris eſt, vt ratum ſit quidquid cum eo agitur. c. 1. in fin. vbi Doct. de procurat. Tancret. in tract. de ord. iur. §. de effectu procuratoris. fol. 50. Gerip. conſil. 31. num. 12.

87 Procurator non intelligitur reuocatus per aſsiſtentiam domini, quando illum dedit, quoties fuiſſet abſens, ſi vero illum ſimpliciter conſtituiſſet, & poſtea lite cōteſtata, ſeù ante ad cauſam veniſſet, vt illam

vt illam tractaret, videtur tunc reuocare procuratorem, ſi à parte, ſeù à procuratore non cõtra dicitur. niſi aliter fuiſſet proteſtatus. c. ſi quem. vbi glo. verb. ſine poſt & Ioan. Monach. Dominic. Ioan. And. Philiph. Franc. Petr. de Anch. & omnes. de procurat. libr. 6.

88 Procurator licet inuitus poſt litem cõteſtatam reuocari non poſsit, vt remanet ſupra relatum. §. 81. cum iuſta cauſa tamen bene poterit reuocari, & cauſæ ſunt omnes illæ, quibus excuſatur procurator, ne procedat, & propter eaſdem repellitur, veluti ſi inimicitiæ ſint exortæ inter dominum, & procuratorem, aut eueniat affinitas inter procuratorem, & aduerſariũ, aut aliqua ſingularis amicitia, aut ſi longa perigrinatione, exilio, valitudine, impediatur, aut incarcere detineatur, vel ſuccedat aduerſario, ſiue alia huiuſmodi eueniant, l. poſt litem. §. in cauſæ. vbi Doct. ff. de procurat. & c. quamuis. vbi cõmuniter. Doct. de procurat. lib. 6. Tancret. in tract. de ord. iur. §. de offic. procurat. ad fin.

89 Procurator qui non habet mandatum, aut qui habet mandatum, quod iam expirauit, dicitur falſus procurator. c. ex parte decani. vbi gloſſ. ver. procurator. & Doct. de reſcript. & gloſ. 1. in l falſus. vbi etiam notant ſcribentes. C. de furt. Merg. in cõſil. 26. num. 34.

90 Procurator etiam dicitur falſus, ſi habet mandatum generale, & agit ſcienter vbi requiritur mandatum ſpeciale, tunc in illo dicitur falſus procurator, & in quo agit non habens ſufficiens mandatum, vt notat Bald. Alex. Iaſ. & alij. in l. licet. C. de procurat. idem Iaſ in l. ſi procuratori. n. 6. ff. de cond. cauſa dat. Leo. in tract. noui oper. cap. 4. nu. 14.

91 Procurator falſus recipiens pecuniam indebitam committit furtum, & tenetur actione furtiua, ſi nihil domino denunciauit, & illam in vſus ſuos conuertit. l. ſi procuratori falſo. vbi Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Fulg. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de cond. cauſ. dat. & dixi ſupra verbo. debitor. §. 29.

92 Procurationis mandatum non expirat morte domini conſtituentis, poſt litem conteſtatam, & in caſibus, vbi lis non cõteſtatur, poſtquàm incepit cauſam tractare, quia tunc procurator fit dominus litis per conteſtationem, ſeù per actum, qui habet vim conteſtationis, & ideo mandatum non finitur, ſicut finitur ante litis cõteſtationem, quoniam ante conteſtationem non fit procurator dominus litis, & ideo morte domini finitur, quod non eſt poſt litem conteſtatam. l. ſi defunctus. vbi Doct. ff. de procurat. & l. nulla dubitatio. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. Alex. Iaſ. & omnes. C. de procurat. & ſententia lata cum procuratore cuius dominus fuit mortuus ante litem conteſtatam, eſt nulla ipſo iure. l. in ſumma. vbi Doct. ff. de re iud. & l. 2. ff. quæ ſent. ſine appellat. & l. more. & l. & quia. ff. de iuriſdict. omnium iud. & l. mandatum. C. mand. & cap. licet. de offic. & poteſt. iud. deleg. Abb. in cap. mandatum. num. 6. de procurat. in noſtra Luſitania tamen, vbi primum dominus eſt defunctus, etiam poſt litem conteſtatam, & in quacumq; parte iudicij, ſtatim ceſſat iudicium, & inſtantia cauſæ, & expirat mandatum procurationis, & non proceditur in cauſa donec citentur omnes hæredes defuncti, ad faciendum nouum procuratorem, aut ad confirmandum illum, quem defunctus conſtituerat. ex ord. lib. 3. titul. 27. § 1. nec fit differentia inter actionem perſonalem, & realem, nec habetur reſpectus ad illum tantum hæredẽ ad quem res ſuper qua litigabatur tranſit, vel qui eam poſsidet, ſed ad omnes hæredes, ad quos ſtatim tranſit inſtantia litis, & omnes iubentur citari, vt inquit Valaſc. conſult. 58. num. 3. & ita obſeruatur etiam in Eccleſiaſticis iudicijs, in tota noſtra Luſitania per ſtilum, & antiquiſsimam conſuetudinem, licet de iure communi aliter probetur. vt ſupra diximus.

93 Procurator tamen quem Prælatus, ſeù Rector cõſtituit in Eccleſia, ſeù beneficio ſuo, iure particulari reuocatur per mortẽ ipſius Prælati, ſeù Rectoris, quamuis iam litem conteſtatam haberet, quoniam cum Eccleſia vacat iure particulari, non eſt magis procedendũ in cauſa, quòd tamen nõ erit, ſi iure cõmuni Prælatus cũ capitulo, aut Rector cum beneficiatis procuratorẽ conſtituerent, clem. fin. vbi notant cõmuniter Doct. de procurat. & dixi §. 51.

94 Procurator ad negotia re integra reuocatur morte conſtituentis. l. mandatum. vbi gloſſ. 1. & Doctor. C. mand. & l. & quia. ff. de iuriſdiction. omnium iud. & l. cius qui. § placebat. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de reb. cred. & l fin. vbi Paul. de Caſtr. ff. de ſolut. & §. item ſi adhuc

Digitized by Google

inſt. mand. & l.ſi per Epiſtolam. vbi Bart. ff. de acquirend. hæred. & notant Doct. in clem. fin. de procurat. & in c. relatum. de offic. delegat. Barr. Imol. & alij. in l. 2 §. ſed, & ſi quis. ff. de donat. & Salicet. in l. inter cauſas. in prin. ff mand. fallit tamen hæc regula decem caſibus, quos recenſet Iaſ. in d. l. eius qui. §. placebat. num. 1. ff. de reb. cred. re tamen non integra, non intelligitur mandatum reuocatum morte conſtituentis. d. l. eius qui. ff. de reb. cred. & l. ſi quis mancipijs. §. eius contractus. ff. de inſt. act. & §. rectè quoq; inſt. mand. gl. verb. finitur. vbi Doct. in d. l. mandatum. C. mand. vel contr.

95 Præceptores templi, vel adminiſtratores poſſunt agere pro domibus ſuis, nam vbi quis conſequitur adminiſtrationem alicuius rei, ſtatim adipiſcitur facultatem agendi pro rebus illius adminiſtrationis. c. cum deputati. vbi Ant. de But Hoſt. Ioã. And. Abb. & omnes. de iud. & clem. 1. vbi Doct. de reſcript.

96 Duo procuratores, ſeù plures ſimpliciter conſtituti, debent concurrere omnes in agitatione cauſæ, nec vnus ſine alijs eſt admittendus niſi conſtituens dicat, vt omnes agant, aut vnus in ſolidum, quia tunc melior conditio erit illius, qui prius negotium per litis cõteſtationem occupauerit, attamen ſi adiectũ ſit, vt omnes, aut vnus agat, & non ſit vnus melioris conditionis, quàm alter; tunc enim poterunt omnes ſimùl, aut vnus agere. c. ſi duo, vbi gl. verb. ſimul. & Doct. de procurat. lib. 6. & l. pluribus. vbi Bart. à num. 1. ff. de procurat. & c. pen. de elect. lib 6. Abb. in cap. non iuſtè, num. 3. poſt Ant. Hoſt. Innocent. & alij. de procurat.

97 Procurator, vel aduocatus non poteſt teſtificari in cauſa principali, in prima inſtantia, nec in ſecunda pro ſuo clientulo, quamuis contra illum teſtificari poſsit, attamen quando depoſuerit pro parte aduerſa, tunc bene poterit teſtificari pro ſuo clientulo, qui enim illum approbauit pro ſe, contra ſe reprobare non poteſt. cap. fin. vbi gloſſ verb. in teſtem, & Dominic. Ioan. And. Petr. de Anch. & alij de teſt. lib. 6. & l. fin. vbi Acurt. ff. de teſt. & glo. verb. vel cognitor. in c. ſtatutum. 2. quæſt. 6 Bart. in l. deferre num. 2. ff. de iure fiſci. & Bald. in l. omnibus. C. de teſtib. Innocent. Ioan. And. & Abb. in c. inſuper. de teſt. & Doct. in Rubric. C. de procurat. poteſt tamen interrogari, & admitti ad teſtificandum, licet non faciat plenam fidem in his, quæ aliter ſciebat de cauſa, præter illa, quæ dedicerat à clientulo, & illi non redundent in laudẽ, vel vituperium, commodum, aut incommodum. l. deferre. §. ijdem decreuerunt. vbi Doct. ff. de iure fiſc. Abb. in c. inſuper. num. 8. de teſt. Iaſ. in l. quoties. num. 15. C. de iud. Nau. in c. inter verba. num. 86. in 11. quæſt. 3.

98 Procurator differt ab aduocato in multis, primo in officij diſparitate, quia officium aduocati eſt nobile, & honorabile, officium autem procuratoris eſt vile. l. laudabile, C. de aduocat. diuerſ. iud. & l. ſi quis procurationem. vbi Doct. C. de decurionib. lib. 10. gloſſ. verb. certis perſonis. in l. 1. §. hoc edicto. ff. depoſtul. & gloſſ. 1. in §. fin. inſt. de except. & gloſſ. verb. ignominioſus. in l. pedius. ff. de recept. arb. Iaſ. in Rubr. n 6. C. de procurat. Secũdò, quod minor. 25. annis non poteſt eſſe procurator, & poteſt eſſe aduocatus. vt dixi ſupra §. 16. Tertiò, aduocatus etiã ceſſante pacto poteſt exigere ſalarium, pro modo litis, & conſuetudine fori, in quo egit. l. 1. §. in honorarijs. vbi Doct ff. de var. & extraord. cogn. Alex. conſil. 109 num. 5. Tiraq de nobilit. cap. 29 & colligitur ex doctrina Barr. in l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtul. & ex D. Thom. 22. quæſt 51. art. fin. Soto. de iuſt. & iure. quæſt. 8. art. vlt. & l. ſumptus. ff de pact. nõ poteſt tamen paciſci de quota lite. d. l. ſi qui aduocatorum. vbi Doct. C. de poſtuland. procurator vero non poteſt ceſſante pacto petere ſalarium, quia officium procuratoris debet eſſe gratuitũ. l. litem. vbi Doct. C. de procurat. & l. 1. §. mandatum. & l. ſi remunerandi. & l. ſalarium. vbi Doct. ff. mand. & d. l. ſumptus. ff. de pact. & aliæ differentiæ ponentur in ſuis locis.

99 Aduocatus, poteſt vendere aduocationem, & iure peritus conſilium. c. nõ licet. vbi gloſſ. 1. in 11. quæſt. 3. & cap. non ſane. 14. quæſt. 5. & l. ſumptus. vbi gloſſ. verb. litiganti, & Doct. ff. de pact & etiam notãt ſcribentes. in l. ſi quis aduocatorum. C. de poſtuland. & ſpecul. in titul. de ſalar. aduocat. §. ſequitur num. 1. Merg. conſil 29. nu. 16. Fel in c. per tuas. num. 3. de ſim. & Iaſ. in §. ſed iſte num. 113. inſt. de act. Dec. c cum incunctis nu. 15. de elect.

100 Aduocatus, vel iure peritus tenetur ex malo conſilio, ſi iudex illud ſequatur, &

per

Digitized by Google

per illud ferat ſententiam. l. hoc edicto. vbi Doct. ff. quod quiſq; iur. & l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſid. & l. idem iuris. § mulionem. vbi Bald. ff. ad leg. Aquil. & regula non eſt ſine culpa. de regul. iur. lib. 6 Ant. de Butr. Ioan. de Anan. Abb. & alij in c. tua nos. de homicid. Dec. in l. conſilij. num 2. ff. de regul. iur. & conſil. 7. col. 2. Geripard. conſil. 38. nu. 9.

101 Aduocatus, ſeù iure peritus prohibitus aduocare, non cenſetur prohibitus in camera dare conſilium, quia cōſulere in camera non dicitur aduocare. vt tenet Bart. communiter receptus in l. 1. § aduocatos. num. 4. ff. de var. & extraordin. cogn. idem Bart. & Angel. in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtul. & in l. Paulus. §. Paulus. ff. delegationib. Abb. in Rubric. num. 1. de poſtuland. & Dec. in l. fœminæ. num. 10. ff. de regul. iur. Fel. in Rubric. num. 2. de fid. inſtr. licet cōtrarium teneat Rom. in l. 1. ff. de verb. obligat. & Ioan. de Anan. in Rubric. col. 3. de magiſtr. ſed male.

102 Aduocatus non poteſt in foro conſciētiæ ſuſcipere cauſam ſui clientuli, quam intellexit eſſe iniquam, & à iure, & ratione remotam, imò qui ſcienter defendit, ſeù agit cauſam iniuſtam peccat mortaliter, & tenetur ad reſartionem damni, & expēſas, tam partis aduerſæ, quam ipſius clientuli, ſi illum decipit, quoniam qui ad malum cooperatur eiuſdem eſt iniquitatis, & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. c. fin. de iniur. & damn. illat. & firmat. Ant. de Butr. in c. breui. de iure iur. Auguſt. Ber. in Rubric. num. 91. de appellat. Soto. lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 8. artic. 3. Nau. in Manu. cap. 25. num. 28. & non tantùm tenetur ſi à principio malam cauſam ſcienter defendit, ſed ſi à principio iuſtam cauſam eſſe putauit, ex poſt facto cognouit iniquam eſſe, tunc enim ſtatim debet illam deſerere, & alias tenetur ad damnū, & expenſas, vt ſupra dixi. ſecundum D. Thom. 22. quæſt. 71. art. 3. & licet ſuus cliētulus inſtet, vt foueat iniuſtam cauſam, nihilominus illam deſerere tenetur, quia faciet contra ſuam conſcientiam, nec tuta conſcientia poteſt conſulere ſuo clientulo, vt faciat pactum, vel tranſactionem cum ſuo aduerſario, dādo ei modum, vt aliquid habeat, ſi pro certo intelligit cauſam illius eſſe iniuſtam, vt tenet Socin. in l. quidam. nu. 11. ff. de reb. cred. & Cacialup. in tract. de tranſact. quæſt. 20. in fin. & pari modo tenetur aduocatus reſarcire damnum aduerſario, ſi per cauillationem abſtulerit iuſtam cauſam, ſiue inſtruendo falſos teſtes, vel docendo ſuum clientulum, vt veritatē neget. vt tenet Hoſt. in c. calumniam. de pœn. receptus communiter. vt per Nau. in Manu. cap. 25. num. 26.

103 Aduocatus etiam tenetur ad intereſſe, ſi propter ſuam negligentiam, vel imperitiam, cauſa ſui clientuli fuit amiſſa, quia ſicut tenetur de malo conſilio, ita de imperitia in defenſione, ſeù agitatione cauſæ iuſtæ ſui clientuli. facit text. in l. hoc edicto. ff. quod quiſq; iuris, & l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. hoc tamen eſt intelligendum quando aduocatus ſe peritum faciebat, & clientulus ignorabat eius imperitiam, quia ſi clientulus eum agnoſcebat non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa. vt tenet Innocent. in c. ſicut dignum. de homicid. Syluest. in ſumma verb. aduocatus. 9. §. 24. & Nau. in Manu. cap. 25. n. 29. & Geripard. conſil. 4. nu. 12. Pax. in prax. quint. annot. tom. 1. nu. 44.

104 Doctores, & Aduocati gaudent priuilegio conceſſo militibus, dum priuilegium illis ſe aptare poteſt. ex gloſſ. verb. facere poteſt. communiter approbata. in l. miles. vbi Doct. ff. de re iud. & gloſſ. verb. militare. in l. 1. §. eſt & alius. vbi Bart. ff. ſi à parent. quis manumiſſ. fuerit quamuis Alber. in d. l. miles. dicat, quòd hodie de conſuetudine non obſeruatur. vt Doctores, & Aduocati gaudeant priuilegio militum, nec ego video hoc obſeruari in praxi.

105 Aduocatum non habens nō cogitur reſpondere, ſed dandæ ſunt induciæ ipſi parti vocatæ in iudicium ad quærendum aduocatum c. 1. vbi gl. verb. aduocatus. & Doct. vt lit. non conteſt. & l. ab hoſtibus. §. fin. & l. ait prætor. §. fin. vbi etiam notant ſcribentes. ff ex quib. cauſ. maior & l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtuland. & l. nequaquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſul. & c. 1. vbi gl. 2. & Abb. n. 2. de offic. iud.

106 Aduocatus non poteſt petere ſalarium ſuæ aduocationis, quādo in cauſa ſua propria aduocauit, niſi ex illa aduocatione in alia cauſa perdediſſet ſalarium, ſicut enim pars non potuit petere ſalarium aduocati, ſi illum gratis, & ſine ſpe remunerationis habuit, ita aduocatus in cauſa propria. vt tenet ſpecul. in titul. de expenſ. §. fin. verſ. quid ſi Victor. & Ioan. And. & Abb. n. 29.

in c.fin. de dolo, & contum. & domini de Rota deciſs.180. in antiq. de reiud.& facit text.in l.fin. C.de fruct. & lit. exp. vbi Doct. & Iaſ. in l.properandum. §.ſiuè.nu. 14. C.de iud. Bart. in l.ſtipulatus es nu.3. ff. de fid.iuſſ.licet Valaſc.conſult.25.n.24. ſit in contraria ſententia.

107 Aduocatus nõ poteſt eſſe iudex in cauſa,vbi fuit aduocatus, quia redditur ſuſpectus in illa cauſa, vbicumq; aliquod reſponſum dedit, ſi autem fuit interrogatus, & nihil reſpondit : tunc poterit in iſtam iudex aſſumi, quoniam non ex interrogatione, ſed ex reſponſione, & patrocinio redditur ſuſpectus. l. prætor. ff. de iuriſd. omnium iud. & gloſſ.verb.recuſaſtis.in d. c.dilecto. de teſtib Abb.in c.irrefragabili. num 4. de offic. ord.

108 Aduocatus inimicus partis,ex grauibus inimicitijs poteſt tanquàm ſuſpectus prohiberi à iudice ad inſtantiam partis, ne contra ipſum præſtet aduocationem, quoniam ſicut inimicus non poteſt accuſare. c.cum oportet, & c. qualiter.2.de accuſat. & c. accuſatores. & c. accuſatoribus, & c. ſuſpectus. cum multis alijs 3. quæſt.5. ita nec procurare, ſeù aduocare, quia magnis calumnijs illum vexare poteſt, & ita ſæpiſsime fuiſſe iudicatum in ſenatu noſtræ Luſitaniæ, refert Valaſ. conſult.124 nu.2. & colligitur ex doctrina. gloſſ.verb non habebunt. in l.1. §.ait prætor. ff.de poſtuland.

109 Aduocatus non poteſt præſtare auxiliũ, conſilium, nec fauorem hæreticis,nec eorum credentibus, fautoribus, vel defenſoribus, & ſi contra præſumpſerit illis patrocinando remanet ſuſpenſus ab officio, & incurrit infamiæ notam, & excommunicationem c.ſi aduerſus. vbi Doct.de hæret. Merg.conſil.38. nu.8.

110 Aduocatus poteſt ex iuſta cauſa à moueri ab officio,videlicet ſi fuerit infidelis, hæreticus, excommunicatus, infamis, & alijs de cauſis, vt in l 1. cum ſuis. §§ & l. puto. ff.de poſtuland. & l.1. & fin. C.codẽ titul. Bald.& Salicet. in d.l.1. C.de poſtuland. Pax in praxi. tom. 1 quint annot.nu. 7. Tancret. in tract. de ord. iud. §.de aduocatis, & eorum officijs Valaſc. conſult. 124. num.5.

111 Procurationes viſitationis debentur Epiſcopis, ſeù Prælatis, ſi Eccleſiam viſitant per ſe, aut per ſuum viſitatorem, & aliter non debentur : & ſoluuntur in victualibus, aut certa pecunia taxata, iuxtà antiquam conſuetudinem,& Epiſcopi,ſeù Prælati, qui aliquid vltrà conſuetam procurationem exigunt, aut illam viſitationis officio non impenſo, debent illud in duplum reſtituere infrà mẽſem Eccleſiæ, aqua illud exigerunt, & ſi illud duplum tempore illo non reſtituerint,ipſo iure illis remanet interdictus ingreſſus Eccleſiæ, ſi eſt Patriarcha, Archiepiſcopus,ſeù Epiſcopus,inferiores vero ipſo iure remanent ſuſpenſi ab officio,& beneficio, donec duplum illud Eccleſijs grauatis plene ſatiſfaciant. cap.procurationes. vbi gloſſ.verb. perſonaliter. & Doct. & c.ſupita,& c.cum inſtantia. de cenſ. & c.exigit. vbi gl.verb. munera, & Ioan.Monach Dominic.Ioann. And. & alij. eodem tit. lib.6 Concil.Trid. ſeſſ.24.cap.3.de reformat. in his vero Eccleſijs, vbi eſt conſuetudo, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud detur viſitatoribus, ſed omnia gratis fiant, tunc erit ibi obſeruanda illa conſuetudo, ſicut eſt ſtatutum. in Trid. ſeſſ.24.c.3.de reformat.

112 Si tamen Epiſcopi,ſeù Prælati excedãt modum in equitatu,& in numero perſonarum, poteſt illis negari procuratio, in illo exceſſu. c cum ad quorundam.vbi Doctor. de exceſſ. prælat. & c.quia per ambitiones. diſt 64. & c. quia cognouimus.10. quæſt.3. & facit text. in l.1. §.trebatius.ff. de aqua quot.& æſt.& gloſſ.verb. contentè exiſtant, & Abb in c. cum Apoſtolus.n.3. de cenſ Concil Trid. vbi ſupra.

113 Procurationes non debentur ratione viſitationis priuati oratorij,quoniam priuata oratoria non ſubſunt poteſtati Epiſcõpi,quoad eius viſitationem, & procurationem exigendam. c.fin. vbi gloſſ. verb. ratione, & Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Innocent. Abb. & omnes. de cenſ. Leo. in tract.noui oper.nunciat.c.2.n.22.

114 Procuratio non debetur, niſi ſemèl in anno, quando Epiſcopus, ſiuè viſitator illius Eccleſiam viſitat, & ſi bis in anno illam viſitet non habebit niſi tantum procurationem conſuetam, quæ in anno dari ſolet, niſi in fundatione Eccleſiæ poſitum fuiſſet, vt Eccleſia illa bis in anno viſitaretur, & ſemper Epiſcopus haberet ſuam procurationem. cap. cum venerabilis vbi gloſſ.verb. bis in anno, & Ant. de Butr. Hoſt.Ioan.And.Abb.& alij de cenſ.& l.obſeruare, ff.de offic proconſul.& gloſſ.verb.

bona.

Digitized by Google

bona in c.bona. de regul.iur.lib.6.& Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap.3. de reformat.Gerioard. conſil 13.num.42. & dicam verb. viſitatio. §.7.

115 Procurationes, quæ debentur Legatis, & Nuncijs Sedis Apoſtolicæ non poſſunt præſcribi, imò ſunt impræſcriptibiles, dũ ius viſitandi retinent. cap.accedentes. vbi Ant. Ioan. Andr. Abb. & alij. & c.cum ex officij. vbi Abb. nu.12. de præſcript.

Verbo Promiſsio.

1 PRomiſsio eſt ſolius promittentis ſponſio, & differt à pacto, nam pactum eſt conſenſus, atq; conuentio duorum, pollicitatio autem eſt ſolius offerentis promiſſio. l.pactum, vbi Doct. ff. de pollicitat.& Abb. in c.1. num 4. de pact. & in c. cum iuramento. num.1. de homicid. & gl.ver. polliceor. in clem.1. de iure iur.& l ſciẽdum. §. dictum. ff. de ædilit. edict. Iaſ. in Rubric. num.6. ff. de verb.obligat. tranſit tamen promiſſio in pactum, quando per nuncium, ſeù litteras, ſiuè alio modo promiſſio acceptatur, quia tunc iam interuenit conſenſus duorum. d. l. pactum. ff. de pollicitat. & Bart. num.5. Cin. oppoſit.2. ad fin. in l.1. C de pact. Alex. in l.1. ff. eodem Alber. in l iurisgentium. § quinimo. col.2. ff. de pact Bald in l.4. in repet.circa fin. 11 quæſt. ff. de iure iur. Iaſ. in Rubric. num.6. ff. de verb.obligat. Abb. in cap. per tuas. num 19 de arb. vndè infertur, quòd hoc verbum promitto eſt equiuocum, refertur enim aliquando ad pactum nudum, & aliquando ad ſtipulationem. d. l ſciendum. d. §. dictum. vbi gloſſ verb. pollicitationem, & Doct. ff de ædilit.edict.& Iaſ. d. Rubric. nu 7 ff. de verb obligat. Afflict. deciſs. 120. num.2. & facit doctrina Bald. in proœm. decretal. verb. rex pacificus, col. 7.

2 Promiſsio ſimpliciter probata à teſtib⁹ intelligitur per pactum nudum, & nullam parit obligationem de iure ciuili, dũ modo non ſit à parte acceptata, l.1. vbi Doct. C. de contrahend. & committ. ſtipulat. & l.1. Bald. & Salicet. C. de vſur. Alex. cõſil. 20. lib.4 Afflict. deciſs. 120. num.2. Cæſar. Vrſ. ibidem. num.2. & facit tex. vbi Doct. in d. l. iurisgentium § igitur. ff. de pact. ſi tamen fiat præſente parte, & ab ea ſit acceptata, benè parit actionem, ex Bald. in l.1. C. de contr. & commit. ſtipulat. & Lud. Rom. in d. l. ſciendum. ff de ædilit. edict. Alex. vbi ſupra. & Afflict. & Cæſar. Vrſ. d. deciſs. 120. num.2.

3 Promiſsio tamen ſimpliciter facta Eccleſiæ, Collegio, Ciuitati, Vniuerſitati, vel pauperibus alicuius loci bene parit obligationem, & ita ſi cum cauſa fiat promiſſio, aut ob honorem, vel ſi opus cæptum eſt. l.1. & l.pactum, & l.toties. ff. de pollicit. & l. ſcimus. § quicumq; vbi gl verb. pollicitationem. 12. quæſt.1. Bart. in l. ex Epiſtola, aliàs. l.charidimo. ff. de pollicit. Bald. in Rubric. C. de dot. promiſſ.& cap. quicumq; Epiſcopi. 12. quæſt 2. Iaſ. in Rubric. num.7. ff. de verb. obligat.

4 Promiſsio, ſiuè ſtipulatio ſine cauſa effectualiter numero valet. l.2. §. circa primam. vbi Doct. ff. de doli mali except. & l.1. vbi etiam notant ſcribentes ff. de cõd. ſine cauſ. & gloſſ. verb. eam quæ. in l generaliter. C de non numerat. pecun Imol. Alex. & alij, in l.Titia. ff. de verb obligat. Iaſ. in l filius familias. §. Diui. num 8 in 2. lect. ff. delegat.1. & in l.ex hoc iure. n.36. ff de iuſt.& iure, & Dec. in l. in contrahẽda. num.15. ff. de regul. iur. neq; pro cauſa aliqua, ſi cauſa non ſit ſecuta. h t. vbi Doctor. ff. de cond. ſine cauſ. & l.1. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes, & per totum. C. de cond. ob cauſ.

5 Promiſsio non cadit in ſtatuto faciente mentionem de contractu. vt tenet Bald. ſibi contrarius in l.contractus. col 1. C. de fid. inſtr. & Iaſ. in l.1. n 8 ff. de pact Imol. Lud Rom. & alij in l.ſtipulationes altæ. ff. de verb. obligat. attamen cum promiſsio non ſit vltrò, citròq; obligatio, dicitur lato modo, & impropriè contractus. vt notatur. in l.Labeo. libro primo. ff. de verb. ſignifi. Bart. in l. ſi donationis. C. de his, quæ vi metus vè. Iaſ. in l.1. n.8. de pact.

6 Promiſsio, ſeù ſtipulatio regulatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur. l. ſi ſtipulatus ſit. vbi Doct. ff. de vſur. & l. damni infecti quidam. vbi Bart. ff. de damn. infect. & l.ſtipulationum. §. conuentionales. ff. de verb. obligat. & l. 2. ff. de priuileg. cred.& Iaſ. in Rubric. num. 15. ff. de verbor. obligat. Merg. conſil. 36. num.17.

7 Promiſsio facta abſenti non valet, niſi ibi ſit aliqua perſona, quæ pro abſenti ſtipulari poſsit. l.1. vbi Bart. num.8. & Iaſ. num.15. ff. de verbor. obligat. & l.vt inter abſentes, vbi gloſſ. verb. ſua interſit. & Doct.

Digitized by Google

Doct. C.de inutil. ſtipulat. & § item verborum. vbi gloſſ.ver.abſentes. inſt.eodem titul. & l.quæcumq; gerimus.& l.quæcũq; actiones. ff. de act. & obligat. & Abb. in proœm. decretal. num.25. de iure tamen canonico beneualet promiſsio facta abſenti, præcipuè. interueniente iuramẽto. c. iuramenti. vbi gloſſ verb. diſtantiam. 22.quæſt.5. & c.quia Ioannes.22.quæſt.5. & gloſſ.verb.& per te.in c.quoties cordis. 1.quæſt.7. & §.1. in 22.quæſt.1. Ant. de Butr. & Abb.num.25. in proœm.decretal. quoniam de iure naturali tenetur vnuſquiſq; adimplere, quod promiſit. c.1. & c.qualiter de pact. & dixi ſupra verb.pactum. §. 6.

8 Promiſsio facta intuitu Dei, vel Sanctorum eius beneualet, quamuis facta ſit abſenti, & promiſſor remanet obligatus, quoniam promiſsio facta Deo,vel Sanctorum eius, ſemper intelligitur facta Deo præſenti, quia Deus vbiq; præſens eſt, facit text.in d. c. iuramenti, ſic intelligendus. 22.quæſt.5. Abb in d. proœm.decretal. nu.26. quoniam promiſsio facta Deo de re bona cum deliberatione, & propoſito deliberato, ſemper obligat promiſſorem. vt tenet Abb in c.litterarum.num.2. de voto. & c.licet. & c.magnæ. eodem tit. & l.ſi quis rem.ff.de pollicitat.

9 Promiſsio, ſeù ſtipulatio, vt rectè valeat, debet fieri, præſente, & acceptante tacitè, vel expreſſè illo, cui fit promiſsio, ſiuè præſenti, & acceptante, illo, qui pro abſente ſtipulari poteſt, & quando agitur de reconcupiſcibili, & de cõmodo ipſius tacentis, tacens dicitur conſentire, vbi non eſt neceſſaria aliqua explicatio verborum. regula qui tacet. vbi Doct.de regul iur. lib.6. & l.ſi remunerandi. § ſi paſſus. & l.qui patitur. ff mand. & colligitur ex doctrina Bart. in l.1. C de pact.& tenet Cin ibidem.oppoſit.2.& Imol.in cap. cum contingit de iure iur. Alex. in l.1. in fin. ff.de pact. Alb.in l.iurisgentium §. quinimo. ff eodem Iaſ. in Rubric. num.6. ff.de verb. obligat alij autem contrarium tenent. imò quòd non valeat promiſsio, niſi acceptans per ſe, aut per perſonam, per quàm ſtipulari poteſt expreſſè acceptet per verba prolata, quæ ſenſum exprimant,tanquàm verba requirantur pro forma ſtipulationis, & hæc eſt verior. vt probat text. in l. 1. & ibi communiter ſcribentes. ff. de verborum obligat. & l. 1. §. verbis obligatio. ff. de act. & obligat.

10 Promiſsio facta in iudicio obligat præciſè ad factum promiſsionis implendum. ita vt in illo non ſit locus pœnitentiæ, poſt quam à parte iudice approbante fuerit acceptata. gloſſ.verb.cogam. in l.filius familias. §.fin. vbi Doct. ff.de procurat. Angel. Alex. & Iaſ. num.18. in l.ſi conuenerit.ff. de iurisd. omnium iud. & Angel. & Bald. in l.1. ff. de iud. & Doct. in l.nemo. C.de iurisd.omnium iud.& Doct. in c.1.de iud. Merg.conſil.23. num.8.

11 Promiſsio reſarciendi damnum, & intereſſe alicuius rei, obligat promittentem, & tunc poteſt quantitas damni,& intereſſe probari perteſtes, quãuis excedat ſummam, quæ per ſtatutũ probari poteſt, per teſtes, puta feci inſtrumentum publicum, in quo tibi promiſi ſoluere damnum,& intereſſe, in aliquare. tunc poteſt probare illud damnum, & intereſſe per teſtes, in quacumq; ſumma licet ſit ſtatutum, quòd vltrà certam ſummam probari non poſsit, niſi per publicum inſtrumentum, quoniã cohærentia contractui poteſt per teſtes probari, licet ſtatutum non admittat probationem in contractu principali,niſi per inſtrumentum publicum. ex gloſſ.ver.cõiunctim. in l.certi conditio. §. quoniam. vbi Bart. num.4. Iaſ. num.9. & Iacob. & alij. ff.de reb. cred. & gloſſ.1. in l ſocietatem communi re. ff. pro ſocio. Bald. in auth. ſed nouo iure.col.4. C.ſi cert.pet.& in rep. l.1. ad fin. ff. delegat.1. & Paul de Caſtr. in Rubric. col.1. C.de probat. Ant. de Butr. Imol.& alij.in cap.ſeries. de teſt. Fel. in c.cum Ioannes. num.4.de fid.inſtr. Valaſc.de iure emph. quæſt.7. num.34. & dicit cõmunem Geripard.conſi.62.n.23.

12 Promittens aliquid dare,ſiuè facere ſimpliciter, tenetur adintereſſe, ſi non dederit, ſeù fecerit illud, quod promiſit, ſi tamen ſubpœna aliqua promiſit,ad illã pœnam tantum tenetur l.ſi pœnam. vbi Doctor.ff.de verb.obligat. & l.cum venditorem. vbi Bald. & Salicet. C. de act. empt. & l.vnica. vbi Doct. C. de ſent. quæ pro eo quod inter,& Bart.in l.ſi fideiuſſor creditori. num.4. ff.de fid.iuſſ.& in l.non ſolum. §.morte.nu.24. ff.de noui oper.nunciat. Salicet. in l.placuit. C. de iud.& hoc in promiſsione faciendi eſt. preciſè, & in promiſsione dandi, quando promiſſum dari non poteſt. gloſſ.ver. obligationibus.

in l.ſi

Digitized by Google

in l. ſi quis promiſerit. vbi Bart. Angel. Imol. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff de reiud.

13 Promiſsio facta ex certa ſcientia de eo, ad quod quis non tenetur; valet, quoniam partes poſſunt approbare illud, quod aliàs non valebat, l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſt. & alij. C. communia vtriusq; iud. Alex. conſil. 13. libr. 1. Afflict. deciſs. 117. num 3. Corn. conſil. 259. in littera E. libr. 1. & conſil 125. libr. 2. hoc tamen eſt intelligendum de eo, quod voluntate partium ratificari poteſt, nam ſi actus non dependet à voluntate partium, non valeret promiſsio, nec approbatio actus, qui omnino eſt nullus. ex Bart. in l. obſeruare. ff. de offic. proconſul. Socin. conſil. 662. nu. 9. lib. 4. Alex. conſil. 78. col. 6. verſ quarto reſpondeo. lib. 5. Aymon. conſil. 29 Aret. conſil 127 Dec. conſil. 257. num 33. & in l. quod ab initio. num 13. ff. de regul. iur. Cæſar. Vrſ. deciſs. 117. nu. 3.

14 Promiſsio de quantitate, ſiuè qualitate incerta nō valet de iure ciuili, niſi ex probabilibus coniecturis, & ratione contractus præcedentis declaretur, nec ex illa promiſsione vaga, & generali naſcitur de iure ciuili aliqua obligatio l. triticum vbi Bart. num 1. & Iaſ. num 3. ff de verb. obligat. & l. ita ſtipulatus. vbi Bart. num 4. & Iaſ. num. 2. ff eodem titul. valet tamen de iure canonico promiſsio ex qualitate, ſiue quantitate incerta, & arbitrio boni viri certificatur, vt promiſſor adimpleat promiſſa in certa, quæ per arbitrium boni viri declarari poſſunt facit tx. in c. 1 vbi Abb. nu. 5. de decim. Ant. de Butr. in c. ex parte. de cenſ. Arch. in c. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. & Alex. in d. l. ita ſtipulatus. col. 3 ff. de verbor. obligat. & in l. 1. col. 14. ff. ſolut. matr. & Bald. in l. qui mutuam. § ſalariū. ff. mand. & Iaſ. in d. l. triticum num 4 & in l. ita ſtipulatus. num. 3. ff. de verb. obligat. Geripard. conſil. 48. nu. 36.

15 Promiſsio facta in contractu matrimonij de meliorando filios ſecundi matrimonij, in tertio, & quinto, & in noſtra Luſitania in tertio tantum valet, & eſt irreuocabiliter adimplenda, ſi à tabellione tanquàm perſona publica ſtipulanti fuerit acceptata, aut à perſona, quæ alteri ſtipulari poſsit; & aliter non, cum ex pacto matris filio non quæratur actio, quia illum in poteſtate non habet. l. pactū dotale vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. & l. pater. C. de pact. conuent. & l. ſi auia. vbi Doct. C. de inutil. ſtipulat. Imol. Alex. & Iaſ. in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat. Cin. in l. 2. C. de contrah. & comitt. ſtipulat. Guid. quæſt. 267. Boer. deciſs. 172. num. 4. Palacz. de maiorat. 1 part. quæſt. 22. num. 28. Valaſ. conſult. 153. num. 5. & habetur. in l. 22. Tauri. vbi Gomez. & Tellà nu. 12.

16 Promiſsio rectè facta de dote conſtituēda habet eundem effectum, ac ſi fuiſſet conſtituta, quoniā qui promittit donare, illud tanquàm debitum adimplere tenetur. c. 1. vbi Doct. de donat. & Abb. in c. gemma. num 9. deſponſal. & Salicet. in l. ſi vt proponis. C. de cond. ob cauſam. & Ioan. And. ad ſpecul. in titul. de obligat. & ſolut. in Rubric. & Alex. conſil. 31. col. 3. lib. 2. & conſil. 83. col. 3. libr. 1. & Doct. in l. eam dicemus. §. cato. ff. de verb. obligat. Afflict. deciſs. 61 num. 1. Boer. deciſ. 185. part. 1. nu. 13. & Tiraquel. tract conuent. fol. 306. num. 41. Gramat. deciſ. 103. n. 18. Cæſar. Vrſ. deciſ. 61. num. 1. Valaſ. conſult. 153. n. 8. licet hyppolit ſingul. 169. Dec. & alij in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cert. pet. & Galeaul. in Rubric. de verb. contrarium teneant. ſed prima videtur mihi verior, & communior, & in praxi obſeruatur.

17 Promittens ſe obligaturum poteſt recta via obligari, itaq; ſi quis promittat intrà certum tempus ſe obligaturum ad Titio centum dandum, adueniente die poteſt ſine alia obligatione conueniri, vt euitetur circuitus, puta obligandi promiſſorē ad ſe obligandum, & poſtea adimplendam promiſsionem: vt tenet Iaſ. in l. cum fundus. § ſeruum tuum. num. 5. & purpurat. & alij. ff de reb. cred. & Roman. ſingul. 185. num. 2 & Iaſ in l. dominus teſtamento. num 3. ff de cond. ind. & in l ſi fideiuſſor. § meminiſſe. num. 5. ff. de legat. Ruin. in l. 4. §. Cato. & ibi Galeaul. Lancel. & Herman num. 179. ff. de verb. obligat. Ruin. conſil. 12. nu 32 lib. 3. & conſil. 19. nu. 14. lib. 4. & ſupra citati.

18 Promittens duo, ſi vnum adimplet tantùm nihil facit in rebus indiuiduis, in rebus tamen diuiduis liberatur à pœna pro parte adimpleta ſi non detur contumacia. l. qui duo. vbi gloſſ verb. non videtur. & Doct. ff. de in ius vocand. & l ſi ſeruus §. ſi plurium. vbi Bart. num. 4. ff. ſi quis caut. Merg. conſil 38. num 29. & Doct. in l. 4 §. Cato. ff. de verb. obligat.

Dominus

Digitized by Google

19 Dominus promittens renouare emphyteuſim tenetur illam renouare pro penſione, quæ arbitrata fuerit, ſecundum cõſuetudinem regionis, per viros prouidos, qui in hoc arbitratores eligentur ab ipſo domino, & emphyteuta. ex Bald. in addit ſpeculat. in titul. de locat. Iaſ. in l. certi conditio. §. ſi nummos. num. 16. ff. de reb. cred. Cald. de nouation. quæſt. 18. num. 6. & cum dicat per ſuum Chyrographum ſe renouaturum emphyteuſim ad ſe de voluram, idem operatur, ac ſi de præſenti ſe obligaret: vt tenet Alex. Socin. Iaſ. Purpur. in l. cum fundus. §. ſeruum. ff de reb. cred. & Rub. conſil. 29. Cald. vbi ſupra. nu. 12. Valaſc. conſult. 153. nu. 7.

20 Promiſsio ſimpliciter facta intelligitur de prima vacatura, ſeù de primo actu, quoniam ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice. l. cum pater. §. pater. 1. vbi Doct. ff. delegat. 2. & c. ſi clericus. vbi gloſſ. ver. ſi clericus. & Doct. de præbend. lib. 6. & l. boues. ff. de verb. ſign. & l. dotẽ. 1. ff. de iure dot. Gerip. conſil. 46. n. 28.

21 Promittens ſe daturum animal, vel ſeruum, ſtatim eſt in obligatione, ſi tempus dandi adiectum non fuit in contractu, ſi autem tempus fuit adiectum tunc remanet obligatus à tempore conſtituto, & ſi poſtquam promiſſor fuerit in mora moriatur homo, ſeù animal tenetur ſoluere æſtimationẽ illius. l. promiſſor. 1. vbi Doctor. & l. promiſſor. 2. & ibi notant etiam ſcribentes. ff. de conſt. pecun. & l. quod te mihi. ff. de reb. cred.

22 Promiſsio aliquando fit ad inuicem, videlicet. do, vt des, vel do, vt facias, & ſimilia. vt eſt text. in l. naturalis. §. at cum do, vbi Doct. ff. de præſcript. verb. & iſte dicitur contractus innominatus. l. iuris gentium. vbi Doct. ff de pact. & ſumma Angel. verb. contractus. §. 7. Iaſ. in l. cum mota. num. 24. C. de tranſact. non poteſt tamen promittens retinere, quod accepit, ſi promiſſum non adimpleat. cap. relatum. de præbend. & cap. dilectus. vbi Doct. de ſim. & l. naturaliter. §. & ſi quidem, & l. ſi tibi, vbi etiã notant ſcribentes. ff. de præſcript. verb.

23 Promittens aliquid pro re turpi, non tenetur adimplere promiſſum, quamuis non poſsit repetere ſi dedit, puta Titius promiſit centum ſempronio, ſi hominem interfeciſſet, aut periuraret, & ſimilia, & ille peierauit, ſeù hominem interfecit, non tenetur tunc Titius dare illa centum ſempronio, quia pro re turpi promiſſa fuerunt, ſi tamen dedit, repetere non poteſt, cum ex vtraq; parte detur turpitudo. ex regula. in pari. de regul. iuris. lib. 6. & cap. non ſane. 14. quæſt. 5. & l. vbi autem. & l. ſi obturpem. ff. de cond. obturp. & l. cum te. vbi Bald. & Salicet. & l. mercalem vbi Doct. C. de cond. obturp. cauſ. & §. quod turpi. vbi Aret. inſt. de inutil. ſtipulat. & gloſſ. fin. in l. ea quæ tibi. C. de donat. ante nupt. ſi vero turpitudo detur tantum in recipiente, bene poterit, qui dedit repetere. l. 1. vbi Doct. l. 2. ff de cond. obturp. cauſ. & l. fin. eodem, & l. fin. ff. depoſit. nec tenetur promiſsio, vt maleficium non fiat. l. iurisgentium. §. ſi ob maleficium vbi Doctor. ff. de pact. imò datum repetitur. l. idẽ ſi. ff. obtur. cauſ.

24 Promiſsio quoq; de re turpi, ſeù de rebus illicitis nunquam eſt obſeruanda, quãuis interueniat iuramentum, ex regula in malis, vbi gloſſ. & Doct. de regul. iur. libr. 6. & c. fin. vbi Abb. num. 2. de pact. & c. cum iuramento. vbi etiam notant ſcribẽtes de homicid. & c. in malis. 22. quæſt. 4. quoniam ſimplex promiſsio obligat ratione veritatis, & fidelitatis, quod non datur in promiſsione rei turpis, & illicitæ. vnde talis promiſsio non poteſt eſſe obligatoria, nec in foro fori, nec in foro poli. arg. text. in c. quicumq;. 17. quæſt. 4. licet promiſsio ſub pœna de maleficio non faciendo valeat. l. non impoſsibile. vbi Doctor. ff de pact. & Iaſ. in l. iurisgentium. §. ſi ob maleficium. nu. 2. ff. eodem.

25 Promiſsio de præbenda primo vacatura, ſeù de quocumq; beneficio vacaturo, non valet, neq; eſt obſeruanda, tanquam de malo facta, quoniam eſt de captanda morte aliena, c. deteſtanda. vbi Doctor. de conceſſ. præb. libr. 6. & c. nulla, & c. relatũ. & c. ex temore, vbi Ant. de Butr. Hoſt. Ioã. And. Abb. & omnes. & c. fin. de conceſſ. præb. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 19. de reformat.

26 Promiſsio de facto alieno regulariter non valet, l. ſicut reus, vbi Doct. ff de fid. iuſſ. & l. ſtipulatio iſta, vbi Bart. Bald. Angel. Imol. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & alij. ff. de verb. obligat. & § ſi quis, & §. vice verſa inſt. de inutil. ſtipulat. & gl. fin. in c. ex reſcripto vbi Abb. num. 10. de iure iurand. & in c. ex litteris. numer. 6. de ſponſal. & l. inter ſtipulantem. vbi Bart.

Ang.

Ang.Imol.& alij.ff.de verb.obligat. tenetur tamen facere prout potuerit vt ille tertius det, aut faciat quod ille promiſit, & ſic promittens factum alienum, intelligitur ſe facturum, & curaturum, vt tertius adimpleat. d. l.inter ſtipulantem, vbi Doctor. ff.de verb.obligat & d. §. verſa vice. inſt. de inutil.ſtipulat. & Iaſ.in d.l.ſtipulatio iſta num.3. ff.de verb obligat.& l quotiens, quis. vbi Bart.ff.eodem.& ſi non faciat, aut curet, tenetur ad intereſſe.ex Dec. conſil.313. nu.1. & Capic.deciſ.93. nu.8. Gam. deciſ.32. num.2. ſi tamen ſubaliqua pœna promittat, aut ſi tertius non faciat, quòd de ſuo ſoluet, aut ſarciat damnum, ſeù intereſſe, bene valebit tunc promiſſio de facto alieno ad pœnã, & intereſſe. d.l.ſtipulatio iſta. vbi Bart.Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff.de verb.obligat. & Dec. in l. impoſſibilium. nu.5. ff.de regul.iur.Abb conſil.43. lib 1.

27 Promiſſio ad impoſſibile nõ tenet, nec ad illã implendã poteſt quis obligari, quoniam ad impoſſibile nemo tenetur.ex regula nemo poteſt. vbi gl.verb.obligari. & Doct.de regul.iur.libr.6 & l.quod nullius. & l. impoſſibilium. vbi Dec. num.1.ff. de regul.iur. & l 1. §.ſi idquod.vbi gl.verb inutilem. ff.de act. & obligat. & l.fin. ff.quæ ſent. ſine appellat. & l. ſi ſubimpoſſibili, vbi Bart.ff.de fid iuſſ.& prin.inſt.de inutil. ſtipulat.& Iaſ. in l.ſtipulatio iſta. nu.3. de verb. obligat.

28 Promittens ſubcerta pœna, quòd faciet minorem conſentire, cum fuerit perfectæ ætatis, non cadit in illam pœnam, ſi minor factus maior conſentiat, eò quòd minor fuit enormiter læſus. l. in cauſæ. 1. vbi gl. 2. & Doct. ff.de minor.& l.2.C.de fid.iuſſ. minor. Bald.& Iaſ. nu.16. in l.ſi pacto. C. de pact.aut ſi fecit quòd potuit, vt reſoluit Bart. in conſil.236. incipit Martinus promiſit, & Ant.de Butr.in c.Gemma, & Abb. ibidem.num.1.de ſponſal.idem Abb.in c. ſignificantibus. in fin. de offic. delegat. & conſil.90. lib.1. Dec. in l. impoſſibilium. n.3.ff de regul.iur.nam ſi promiſſor fecit, & curauit quantum in ſe fuit, liberatur à pœna, & ab intereſſe, ad quod tenebatur. ex text.in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb.obligat. Thom Gramat. quæſt. 2. nu.4. Dec. conſil.313. Aymon. Crauet. conſil.121. nu.10. Gam.deciſ.32.n.3.

29 Promittens ſimùl cũ alijs ſoluere alicui creditori pro alio, tenetur in ſolidum ſi disiunctiuè promiſit, puta dicens ſatisfiet tibi à me, vel ab illo, ſi verò promittat copulatiuè, puta ſatisfiet tibi à me. & ab illo, tunc pro ſua tantum parte tenetur. vbi Bart.Bald.& alij. C.de conſt pecun. & authẽt.de duob.reis promitt. vbi Doct.coll. 9. & Merg conſil.39. n.28.

30 Promiſſio facta ab illo, qui eſt incarceratus in carcere priuato, ſeù in carcere publico iniuſtè retentus nõ valet, neq; tenet incommodum illius, qui illum fecit incarcerari; neq; promittens ſoluere pro illo remanet obligatus. l.metũ. §.ſed licet, vbi Doct.& l.qui incarcerem, vbi Bart.Ang & alij ff.quod metus cauſ.Imol in l qui a latronibus. ff.qui teſtam facer. poſſ. Bald. & Ang.in l.nã & ſeruus. ff.de neg.geſt.& hypolit.ſingul.306. Afflict deciſ.149.num.1. Paul.de Caſt in l.nõ intereſt.C de his quæ vi met.cauſ.fiunt. Cæſar.Vrſ. deciſ 149 n.1. ſi autem iuſtè fuerit incarceratus in publico carcere, valebit promiſſio ab illo facta, & contractus, quoniam promiſſio facta metu iuſtè illato non reſcinditur. l. ſi mulier. vbi Doct. ff quod metus cauſ. Bart. in d. l. qui incarcerem. nu.1 ff eodẽ Aret. conſil.12. libr.1. Caſſan conſil.27. Cæſar.Vrſ.deciſ.149. nu.3.

31 Promittens ſubcerta pœna aliquem nõ offendere, intelligitur ſi alius nõ cõmiſerit cauſam offenſionis: quoniã ſi alius poſtea cõmittat cauſam, propter quã offendi poſſit, nõ obligatur tunc promiſſor ad pœnã. arg.text.in l.qui ſeruum. vbi Imol. Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij ff.de verb.obligat.& Bart. in l.quæro.§.interlocatorẽ. n.1. ff locat & in l aut facta.§ cauſa ff.de pœn. & Ant.de Butr.& Imol.in c.cũ inter.de renunciat & Lud.Rom.& Alex in l ſemel mora.ff.ſolut. matr.& Dec.in l.ſeruꝰ n.6.ff.de regu.iur.

32 Promiſſio facta in inſtrumento, ſeù alio quocumq; modo rectè facta de non veniẽdo contrà illud, quod in inſtrumento continetur, neq; ſuper illo mouere quæſtionem ſemper intelligitur ſalua conditione indebiti, ſeù ſaluo errore. ex text.in l.Stichus. § idẽ quæſitum vbi Bart.Bald.Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de cond. indebit. Imol. in c. cum contingat. col.123 & in c.pen.col.15. de empt.& vend.

33 Promittens tractare aliquem ſicut filium, tenetur eum mittere ad ſcholas, & ad aliam diſciplinam, ſecundum qualitatẽ promiſſoris, & conditionem pueri. ex tex. in l. qui filium. ff. vbi pupill. educari debeat.

beat & l. quidam cum filium. vbi Bart. à num. 9. Iaſ. num. 33 & alij. ff. de verb. obligat. Gorip. conſil. 38. nu. 26.

34 Promittẽs facere aliquod opus, tenetur ad omne illud, quod eſt neceſſariũ ad perfectionem operis, ſicut qui promiſit trãſcribere librum, tenetur ponere Rubricas neceſſarias ad librum, & ſimilia, ſecundum modum, & perfectionem operis illius. vt notat gl. v. articulus. in proœm. lib. 6 Abb. in proœm. decret. § rex pacificus. num. 2. Leo. in tract noui oper cap. 1. n. 37.

35 Promittens facere domum vſq; ad certum tempus, ſeù vſq; ad certum diem, ſi die illo adueniente illam non perfecit, tenetur ad intereſſe, quoniam in obligatione faciendi venit intereſſe. l. cum qui. vbi Doct. ff. de iud. & l. ſi quis ab alio. §. ſi quis, & l. ſi Calendis. ff. de reiud. & l. quoties, & l. ſtipulationes non diuiduntur. vbi Bart. Bald. Lud. Rom. Iaſ. & alij. ff. de verb. obligat. & l. non omnis. vbi gloſſ. verb. obligatio & Iaſ. num. 6. ff. de reb. cred. & poteſt poſt diem obligari ad pœnam, ſi in contractu pœna fuit appoſita. l. magnam. vbi Doct. C. de contrah. & committ. ſtipulat.

36 Promittens vendere poteſt obligari per actionem perſonalem adintereſſe. l. in bonæ fidei vbi Bart. Paul. de Caſtr Iaſ. & alij. ff. de eo quòd certo loc. & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. empt. & l qui fundũ. ff. de act empt. & l. qui fundum. ff. de contrah empt. & l. labeo 19 ff. de verbor. ſign. Gam. deciſs. 43. nu. 2. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 4 num. 55. ille tamen cui facta fuit promiſsio de vendendo, poteſt pœnitere antequàm ad perfectæ venditionis contractum perueniat, quãuis iam promitenti aliquam dediſſet pecuniam, quia poterit illam repetere, licet enim quis promittat vendere, non tamen ſequitur, quòd promiſiſſet alij emere, quia eſt contractus vltrò, citròq; obligatorius, & vt emptor etiam teneatur emere, neceſſe eſt, vt præcedat promiſsio ex vtraq; parte, & dicat vnus ego promitto tibi vendere, & alter dicat promitto tibi emere talem rẽ, quoniam aliter promiſsio vendendi facta à venditore, non ligat emptorem. vt tenet Paul. de Caſtr. in l. bonæ fidei, quam legit cum lege ſi hæres. verſ. tamen. & Iaſ. ibi. num 4. ff. de eo quod cert. loc. Boer. deciſ. 48. num. 11. in 1. part. Marant. vbi ſupra. Merg. conſi. 22. num 48.

37 Promiſsio tamẽ de vendendo rem immobilem à marito facta ſine cõſenſu vxoris, non valet inſpecta noſtra ord. Regia libr. 4. titul. 48. nam quamuis diuerſa ſint vendere, & facere promiſsionem de vendẽdo, vt notat Iaſ. poſt alios. in d. l. bonæ fidei nu. 3. ff. de eo quod cert. loc. Dec. in l. cum fundum. §. ſeruum tuum. notab. 1. ff. de reb. cred. & Doct. in l. ſi ſterilis. §. pen. ff. de act. empt. & Boer. deciſ. 3. col. 1. Valaſ. conſult. 83. num. 2. vbi tamen lex prohibet venditionem, cenſetur prohibita promiſsio de vendendo, quoniam cum aliquid prohibetur, videtur prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud. l. oratio. vbi Bald. ff. de ſponſ. & idem Bald. in l. fin. C. ad falc. & facit text. in l. ſi ad reſoluendam. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de præd. minor. Tiraquel. 1. de retract. gloſſ. 2. §. 1. nu 55. & de iure marital. fol. 294. num. 220. Valaſc. conſul. 77. num 6. verſ. ad illud. & conſult. 83 num. 3. Geripard. conſil. 14 num. 32.

38 Promittens non vendere fundum, niſi Titio præſenti, & ſtipulanti, non poteſt ab ipſo Titio obligari ad vendendum, niſi fundum illum habeat venalem, ſi tamen alij vendat tenetur Titio adintereſſe. vt tenet Bart. nu 5. & Iaſ. nu. 37. in l. ſi cum. § qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. ſecùs tamen erit ſi fuerit promiſsio facta abſenti, & à nemine, qui ſtipulari poſsit acceptata ex. l. 1. & Doct. ff. de verb. obligat. & l. vt inter abſentes. C. de inutil. ſtipulat. & §. item verborum inſt. eodem tit. & l. quæcumq; gerimus. & l. quæcumq; actiones. ff. de act. & obligat.

39 Promittens ſtare dicto alicuius, ſeù taxationi ſemper intelligitur per iuramentum illius. l. Theopompus. vbi Doct. ff. de dote præleg. & Bald. in c. tuis. deteſt. Angel. in rep. l. ſi vacantia. col. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. idem Ang. & Paul. de Caſtr. in l. de pupillo. § qui opus. ff. de noui oper. nunciat. & Alex. conſil. 218. libr. 2. incipit viſis verbis. col. 3. ad fin. Iaſ. in l. apertiſſimi. num. 26. C. de iud.

Verbo Proteſtatio.

1 PRoteſtatio eſt clamoſa denunciatio voluntatis declaratoria. vt notat Ioann. Monach. & Ioan. Andr. in regula in generali, de regul. iur. libr. 6. & Alex. & Iaſ. in l. non

Digitized by Google

l. non ſolum. §. morte. num. 12. ff. de noui oper. nunciat. & quando fit circa ea, quæ pendent à poteſtate proteſtãtis debet fieri parti, & etiam procuratori fieri poteſt, quando pars principalis haberi nõ poteſt. ex Iaſ. in l. non ſolum. num. 44. ff. de noui oper. nunciat. & in quatuor diuiditur ſpecies, quædam eſt proteſtatio declaratoria voluntatis proteſtãtis, alia eſt proteſtatio prohibitoria, ſeù inhibitoria, ne aliquid fiat, alia eſt proteſtatio incitatoria, vt aliquid fiat, alia eſt certificatoria alicuius. vt inquit Bart. in l. non ſolum. §. morte eius. num. 12. ff. de noui operis nunciat.

2 Proteſtationẽ debet pars facere iudici, quando alicuius actus expeditio ſtat per iudicem, & non per partem, & tunc debet proteſtatio illa redigi in actis, & tunc talis proteſtatio eſt vtilis, & neceſſaria. vt tenet Bald. Alex. & Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem vtroq;. C. de iud. Bart. in l. Titia. §. vſuras. num. 4. ff. delegat. 2. Ioann. de Imol. & Gem in c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de elect. libr. 6. Bald. in authent. ſi appellatione. C. de temp. appellãd. Bart. in l. 1. §. dies. num. 5. ff. quando appelland. ſit. ſi tamen non habetur copia partis, vel procuratoris, ſeù iudicis, quia forte eſt peſtis, vel metus iudicis, ſeù potentia partis, aut ſubeſt aliquod iuſtum impedimẽtum, ſufficit proteſtari coram duobus, ſeù tribus probis viris, & illam proteſtationem parti, vel iudici denunciare ceſſante impedimento. cap. iuſtus metus. vbi gloſ. 1. & Doct. de appellat. & l. 2. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. C. de his qui per met. iud. & l. cum quidam. ff. de appellat. & c. paſtoralis. §. fin. de offic. iud. ord. & cap. placuit. §. pen. verſ. autem. 16. quæſt. 3. & cap. fin. de elect. & l. vt perfectius. C. de annal. except. & l. fin. C. de Epiſcop. audient. gloſſ. fin. in cap. plerunq;. vbi Doct. de reſcript. & Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem vtraq;. num. 4. C. de iud. Dec. in l. in omnibus. nu. 12. ff. de regul. iur.

3 Proteſtatio tamen non requiritur de eſſentia, quando quis iuſto impedimẽto eſt impeditus ad proſequendam appellationem, præcipuè ſi non eſt impedimentum ex facto iudicis, ſed aliundè ſubeſt impedimentum, quamuis ſit vtile proteſtari, attamen ſufficit probare illud iuſtum impedimentum, ſi vero ſteterit per factum iudicis, tunc exiſtimo quòd ſit neceſſaria proteſtatio. vt tenet Bald. Alex. & Iaſ. in d. l. properandum. d. §. ſin autem vtraq;. C. de iud. idem Bald. in cap. ex ratione. de appellat. & Alex. conſil. 19. col. 2. libr. 1. & bene colligitur ex doctrina gloſ. ver. propoſita. vbi Anch. Gem. & alij in d. c. cupientes. d. §. quod ſi per viginti. de elect. lib. 6. Bart. d. l. 1. d. §. dies. ff. quand. appelland. ſit. Philiph. & Card. in d. c. ex ratione. de appellat. Marant. 6. part. §. de appellat. num. 230 & Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. Alex. in l. qui in aliena. §. fin. col. 3. ff. de acquirend. hæred. & gl. verb. propoſuit. vbi Innocent. & Abb. in c. 1. de his, quæ vi met. cauſ. fiunt. Dec. vbi ſupra.

4 Proteſtatio etiam clandeſtina prodeſt reſpectu illius, coram quo quis non audet proteſtari. gloſſ. verb. non timore. in c. 1. vbi Doct. de his quæ vi metus ve cauſ. fiũt. & in c. cum M. de conſt. Bald. in l. ſi repetendi. in fin. C. de cond. ob cauſ. & l. fin. C. de his, qui per met. iud. non appellat. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. num. 1. ff. de noui oper. nunciat. hac tamen proteſtatione facta recurretur ad ſuperiorem, vel per viam appellationes, vel in caſibus, in quibus non poteſt appellari per ſimplicem querimoniam. vt inquit Bart. vbi ſupra. d. §. ſi quis ipſi. num. 5.

5 Proteſtatio tamen clandiſtina non præiudicat tertio. neq; contra illum aliquid operatur. vt tenet Bart. in l. qui aliena, §. celſus. numer. 6. ff. de acquirend. hæred. Bald. in l. Clari. in fin. C. de fide commiſſ. Alex. conſil. 16. col. pen. libr. 3. incipit. ponderatis narratis, quoniam proteſtatio prodeſt reſpectu illius, qui infert metum ad quem quis non audet adire, & non reſpectu alius tertij. ex text. in c. 1. vbi Doct. quod met. cauſ. Bart. vbi ſupra. Dec. in l. in omnibus. num. 13 ff. de regul. iur.

6 Proteſtans debet in proteſtatione exprimere cauſam ſui grauaminis, in quo proclamat, & propter quam cauſam, ſeù impedimentum non fecit actum, quem facere debebat, & vnde ſibi talis metus fuit inductus, quamuis aliter ſit in nunciatione noui operis. vt tenet Bart. in l. 1. §. ſi quid tamen. ff. quod vi, aut clam. idem Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori à num. 14. & Iaſ. num. 15. ff. de noui oper. nunciat. & Ant. de Butr. in cap fin quæſtio. 4. de appellat. Bart. in l. non ſolum. §. morte. num. 47. & Iaſ. nu. 39. verſ. tertio adde.

Digitized by Google

ff.de noui oper.nunciar.Leo.in tract.noui oper. cap.2. num.12 ſufficit tamen narrare factum ſine aliqua petitione, vel concluſione. vt notat Bald.in l.vinum.ad fin. ff.de reb.cred. & Iaſ. in d. §.morte. nu.39. verſ.tertio adde.& facit tex.in l.1. in prin. ff. de inſpiciend. ventr.

7 Proteſtatio non releuat proteſtantem in his, quæ veniunt ex legis diſpoſitione. l.alimenta. vbi Doct. C.de neg.geſt. Bart. in l. Neſennius. num.1. ff. de neg. geſt. & in l. non ſolum. §. morte. num.31. ff. de noui oper. nunciat. Abb. in cap.2. num. 28. de libell. oblat. nec in his, quæ proteſtans tenetur de iure facere. vt notatur in cap cum M.de conſt. Abb. in cap.Cumana. num 8. de elect. nec de actu cuius nihil operatur euentus. l.hæc ſtipulatio, § Diuus. ff. vt legat. ſeù fide Caueat & facit text. in l. in hac §. ibidem. vbi Doct. ff ad exhibend. & l.non cogendum. §.fin. ff.de procurat.

8 Proteſtatio facta ab vno ex contrahentibus non valet in præiudicium alterius. niſi ille conſentiat. vt tenet Din. in l. qui in aliena. §.celſus. & alij. ff.de acquirend. hæred & Bald in l ſi repetendi C.de cond. ob cauſ.Bart.in l.non ſolum. § morte nu. 19. ff.de noui oper.nunciat Ioan Andr.in regula in generali. de regul. lib 6 Imol & Ioan.Monach in c.cum M.de conſt. Abb. in c.tua nos.nu 9 deſponſal.Leo.in tract. noui oper.cap.2. nu.14.

9 Proteſtatio reprobandi teſtes, facta tẽpore productionis, aut alio quocumq; tẽpore, ante publicationem, operatur, vt poſt publicationem illos reprobare poſſit, ſi habeant aliquem defectum, propter quem teſtificari non poſsint, quoniam aliter videtur pars conſentire, & teſtes illos approbare. cap.præſentium. vbi Abb. num.12. de teſt. & Bald. in l.ſi quis teſtibus. verſ. dubitatur hic. C. de teſt. ſi tamen defectus eſſet in ipſis teſtibus. puta, quia ſunt infames periuri,& ſimiliter, bene poſſunt reprobari, quamuis. tempore productionis, pars non proteſtetur. vt tenet Bald. in l. ſi quis teſtibus. col.2. verſ. dubitatur. C. de teſt. Marant. de ord. iud. 6 part. §.de teſtium. repulſa. num.2. operatur etiam proteſtatio illa, quæ fit contra teſtes, vt ſi teſtes aliquid dicant in fauorem proteſtantis non valeat, niſi, ſi ille proteſtans renunciauerit illi teſtium repulſioni, aut proteſtatio illa non habuerit effectum. d.cap.præſentium. in fin.vbi Abb. num.12. Fel. vlt. notab.& Aret.col. antepen.& vlt. de teſt. & gloſſ. in c.ex eo. non debet vbi Doct.de regul.iuris libr.6. Marant. de ord. iud. 6.part. §. de teſtium repulſa. num.4.

10 Proteſtatio non prodeſt illi, qui voluntariè facit contra proteſtationem. c. cum M.vbi Doct.de conſt.& c.olim cauſam. de cenſ.& c.ſolicitudinem. ad fin.& c.vt quis. de elect.lib.6.Abb.in c.1.n.17.delict.cõr. & Iaſ. in l.ſi quis extraneus. n.8. ff.de acquirend. hæred.Imol.& Iaſ. num.16. in l. non ſolum. §.morte. ff.de noui oper.nunciat. & Fulg. & Alex.in l.pacta nouiſsima. C de pact. Bart. & Paul.de Caſtr. in l cum plures. §.locator. horrei. ff locat. Iaſ. in l. fin.num.142.C.de iur.emph.& ita dico de illo, qui verba iniurioſa alicui dixerit, proteſtans ſe animo iniuriandi non dicere cum proteſtatio ſit contraria facto. niſi quando ſibi, aut Reipublicæ expediret talia verba publicari, & fuiſſet verum illud, quod proteſtans dicebat, vt tenet Abb in c.cum te. nu.27. de ſent.& reiud. Bart. in l.item apud. §.ait prætor.num.3. ff.de minor. & Alex. in l.3. ff. delib. & poſthu. & Bart. in d. l.ſi quis conſentaneus. num.3. ff. de acquirend. hæred. Alex.& Iaſ. nu.3. in l.fin. ff quod quiſq; iur. & Boer deciſ. 4. nu.10. Cou.ru in lib.1.var cap.11. n1. Placa. de delict. cap.1. n.11. Iul.Clar.lib. 5. § iniuria. nu.13. Boſſ. in praxi titul.de Iniur. num.7. Ioan.Vella. in tract.de pœn. delict.cap.16. §.alter modus.

11 Proteſtatio contraria iuri nõ valet.arg. text.in l.alimenta. C.de neg geſt. & Ioan. And. in addit ſpecul.in titul.de teſt.§ ſæpe.in prin. & §.porro. & Innocẽt.& Abb. nu.6. in c.ex tenore.de teſtib.

Verbo Prouiſio, ſeu diploma.

1 PRouiſio, ſeù diploma Principis non valet, quouſq; tranſiat per Chãcellariam, & ibi ſit ſigillatum, quoniam ſigillum eſt ſubſtanciale in litteris Principis. arg text.in l.tribunus. §.cum aliquis ff.de teſtam.mil. & facit doctrina Bald. in l.falſus.col 10.C de furt.& Abb.in c ad audiẽtiam.1. nu.3.de reſcript. Arch.in proœm. lib 6. verb.Bulla. Afflict.deciſ.253.n.1.vbi Cæſar.Vrſ.n.4.Valaſ.conſult.72.n.19.

Proui-

2 Prouiſionem habens ad primam vacaturam alicuius officij, ſi primum vacans noluit acceptare, non poteſt vigore illius prouiſionis aliud petere, quoniam prouiſio illa ſimpliciter conceſſa intelligitur de primo vacante, niſi iuſta de cauſa ſit impeditus, tempore quo officium vacacauit, quia tunc non perdet ſuam gratiā. cap.ſi Clericus. vbi gloſſ.verb negligentia. & Ioann. Monach. Dominic. Ioann. Andr. & alij. de præbend. libr.6. & facit text. in l.compater. §.pater.1. ff.delegat. & l.boues ff.de verb.ſign.& l.dotem.1. ff. de iure dot. & dixi ſupra verb.promiſsio. §.20. niſi officium vacaret per renunciationem alicuius in fraudem illius, qui habet prouiſionem, quia tunc non præiudicabit illi vacatura illa fraudulenta. c. fin. vbi gloſſ.verb.proximo,& Doctores de renunciat. lib.6.

3 Prouiſio, ſiuè diploma Principis cōtrà aliquam legem non valet, niſi faciat mentionem illius legis dicens, non obſtante tali lege. l.reſcripta. C.de precib.imp.offerend. & c.ex parte de capell.Monach & c.nōnulli. de reſcript. & c.eam te.de ætat. & qualit. & c.1. vbi Doct.de conſt. libr.6. & gloſſ.verb ſine principali.in l.acta ff.de reiud. & gloſſ.vlt.in auth. licet patri.C.de natural.liber.& gloſſ.1.in l.ſi non ſpeciali. C.de teſtam.& Abb in c.cum inſtantia. n. 5.de cenſ. ſufficit tamen dicere non obſtāte aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, ex Bart.Paul.Iaſ. & alijs.in l.fin. C. ſi contr. ius vel vtil.

4 Prouiſio Principis,vt quis poſsit probare per teſtes vltra illam ſummam,in ſtatuto, ſeù Regia ordinatione contentam,prodeſt parti aduerſæ, etiam ad illam reconueniendam in ſumma, quàm etiam ſecundum ſtatutū per teſtes probare non poterat, & etiam ſi coram aliquo iudice poſsit per Regis prouiſionem conueniri, etiam coram illo poterit aduerſarium conuenire, quod enim quis ad ſui vtilitatem ſtatui fecit, aduerſario poſtulante, eo vti cógitur. l.1. vbi Doct. & l.ſi quis iniquum.& l. fin. ff.quod quiſq; iuris, & l.non debet. ff. de regul.iur.& l.fin.C.de fruct.& lit.expēſ. Valaſc.conſult.25. nu.8. & cap.2. de mut. pet. & ſic dilatione data vni parti, vltra terminum,ſic prodeſt alteri. l.petendæ.in fin. vbi Doct. C.de temp.in integr.reſt. & tenet Paul.de Caſtr.in d. l.fin. col.2. C.de fruct.& lit.expenſ.& in d.l.petendæ.nu.8. Valaſc.conſult.25. n.9. & ita eſt dicendum in illo,qui impetrauit prouiſionem Regis, vt poſsit ſuum aduerſarium accuſare in cauſa criminali per procuratorem. l. accuſatore. §.ad crimen. vbi Bart. & alij ff. de public.iud. & hypolit.ſingul.221. Menoch. de arb. quæſt.79.& quæſt.80. Valaſ. conſult.25. num 7. & probant iura ſupra relata.

5 Prouiſionem impetrans ad probandum per teſtes vltrà illud, quod per ſtatutum probari poteſt, vel ad accuſandum in crimine per procuratorem, vel vt poſsit trahere aduerſarium vltra vnam dictam, aut vt in cauſa ordinaria procedatur ſummariè, ſiuè inſimilibus, poteſt cogi illam exhibere, quamuis illa vti noluerit;impetrās enim ius iniquum aduerſus aliquem, tenetur illud exhibere,quando pars aduerſa poſtulauerit, licet illo vti noluerit, quod tamen non erit ſi princeps motu proprio ſine partis petitione illud concedat. l. ſi quis iniquum. vbi Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff. quod quiſq; iur. idem Bart. in l.fin. §.donec C.de iure deliberand. Abb. in c.ex conquæſtione n. 10. de reſt. ſpol.

6 Prouiſio Papæ motu proprio conceſſa illi, qui tacuit ſe habere aliud beneficium valet. c.ſi motu proprio. vbi Doct.de prebend. libr.6. & clem. ſi Romanus Pontifex. vbi Doct. de præb. Merg. conſil.38. num.26.

7 Prouiſio Regis,ſeù Principis cum clauſula dum fuerit volūtas noſtra, aut vſq; ad bene placitum Regis,ſeù Principis, aſpirat morte illius, quia per verba illa non reſpicitur niſi ipſe Princeps concedens, & voluntas illius,& non ſucceſſoris, ſecùs tamen erit ſi adijciatur,& nos contrarium non iuſſerimus, quia tunc reſpicitur ipſa curia Principis, ſeù Regis, & non expirat morte concedentis.c.ſi gratioſe.vbi Franc. nu 10. & Lap.& Dominic de reſcript.lib. 6. & c.ſicut. de preb.eodem. libr 6. & c.ſi delegatus.de offic.iud delegat. libr.6. & l. cum præcario. §.præcario. & l.quæſitum. § quod à Titio. ff.de præcar.& l.locatio.2. ff.locat. & Bart.in l.more.num.19.& Dec. num.60. ff.de iuriſd.omnium iud.& Bart. Alex. Iaſ. & alij. in l. centeſsimus. §.ſi ita ſtipulatus. ff. de verbor.obligat. & Innocent. in c. licet vndiq; de offic. iud. delegat. & Dec. in cap.relatum.eodem titul. & in conſil. 108. Fel. in cap. ex litteris. num.9.

Digitized by Google

num.9. de conſt.Ioan.Andr.Card.& Imol. in cap.litteris. de reſcript. Valaſc. de iure emph.quæſt.33. num.6.

Verbo Pugnare.

1 PVgnare in duello nõ licet Clericis,nec poſſunt offerre, nec ſuſcipere duellũ. cap.1.& 2.& 3.vbi Doct.de purgat.vulgar. & cap. monomachiam. 2.quæſt.5. & ſiuè Clericus inuitet ad duellum, ſiuè fuerit inuitatus, ſiuè victor, ſiuè victus,eò quòd iuit in duellum eſt deponendus ab officio, & beneficio, & ſi in illo duello fuerit ſubſecutum homicidium, aut membri mutilatio fit irregularis.cap.1.vbi gloſſ.verb. deponendus. & Doct.& c.2.de cler. pugn. in duell.

2 Hodie vero per Concil.Trid. ſeſſ 25. c. 19. de reformat. non tantum eſt prohibitum Clericis hoc duellum, ſed etiam ſtatuit, quòd Imperator, Reges,Duces,Principes, Marchiones,Comites,& omnes domini temporales,quocumq; nomine ſint, qui locum,ſeù campum ad duellum dederint in ſuis terris inter Chriſtianos, ipſo facto ſint excommunicati,& priuati omni iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, ſeù loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, & ſi feudalia ſint directis dominis ſtatim acquirantur,& qui pugnam cõmiſerint, & qui eorum vocantur patrini excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta ſacros canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflicto deceſſerint perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura, & illi, qui conſilium, in cauſa duelli, tam in iure, quàm infacto dederint, aut alia ratione quacumq; ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneãtur, non obſtante quocúmq; priuilegio, ſeu praua conſuetudine etiam immemoriali, ſi tamen Rex, aut Princeps, videat in bello aduerſarium fortè potentiorem, aut aliqua iuſta cauſa concedat ſingulare certamen, non incurret pœnam Concilij ſupra relatam: neceſſe eſt enim ad illas pœnas incurrendas,vt duellum ſponte fabricante diabulo ſuſcipiatur, ſeù offeratur, quod non habet locum in Rege, ſeù Principe incunte iuſtum bellum ſicut habet. Reg.1 cap.17. Trid. vbi ſupra.ibi fabricante diabolo, & tenet Nau. in Manu. cap.11.num.39.& cap.15.num.9. nec habent locum pœnæ ſupra ralatæ in Concil. in ſpectantibus, qui nullam præſtant auctoritatem illi duello, nec ex animo deliberato pugnates cauſa voluptatis ſſociant, vt illorum præſentia ſit in cauſa duelli, vt tale fiat duellum. ex Nau.in Manu. d. cap.15.num.9. verſ. decimo peccat.

3 Pugnare nullus de iure poteſt contra Chriſtianos in bello iniuſto, data tamen iniuſtitia belli licitum eſt pugnare quibuſcumq; armis, cõtra inimicos.c.vnico. vbi gloſſ.1. & Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Innocent. Ioann.Andr.Abb.& omnes. de ſaggit. & c. dominus noſter.23.quæſt.2. & c.vt pridem,23.quæſt.8.

LITTE-

Digitized by Google

L I T T E R A Q.

Verbo Quæſtores.

1 QVÆSTORES dicuntur qui diſcurrunt cum Bullis pro elemoſinis ſuſcipiendis, qui non ſunt admittẽdi, niſi litteras veras & recognitas habeant à Summo Pontifice, ſeù Diæceſano, & illas oſtendant. c. cum ex eo. vbi Abb. num. 1. de pœn. & remiſſ. & clem. 2. vbi Doct. eodem titul. ſumma Ang. verb. quæſtuarij, & quamuis quæſtores habeant litteras Summi Põtificis, & licentiã Regis ad elemoſinam petendam nõ ſunt admittẽdi, niſi prius litteræ illæ ſint viſæ, & examinatæ à diæceſano. d. clem. 2. vbi gl. ver. defacto. Ioan. And. & alij. de pœn. & remiſ.

2 Quæſtores, nec per ſe, nec per alios poſſunt prædicare, nec aliquas abuſiones proponere, & aliter faciendo, ſunt puniendi iudicis arbitrio, ſi aliqua exerceant vltrà illa, quæ in litteris continentur. cap. cum ex eo. vbi Doctor. de pœnit. & remiſſ. & clem. 2. vbi Ioan. Andr. eodem titul. & Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. verſ. caueant. de reformat. & licet habeant aliqua priuilegia exemptionis, nihilominus ab Epiſcopo diæceſano vbi delinquunt ſunt puniendi. d. clement. 2. §. fin. & ibi gloſſ. verb. puniri. & Doct. de pœnit. & remiſſ. & cap. tuarum. de priuileg. & ſumma Angel. verb. quæſtuarij. §. 4. & Trident. vbi ſupra.

L I T T E R A R.

Verbo Raptus.

1 RAPTVS eſt nomen generale, & pertinet ad res, & ad perſonas, qui enim aufert rem alienam dicitur raptor. l. 1. vbi Doct. & per totum. ff. de vi bon. rapt. & l. ſi quis ex domo. ff. de furt. & l. vnica. §. & ſi quidem. verſ. ſin autem. C. de rapt. virg. & ita in perſonis. l. ſi quis non dicam rapere, & l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. & l. vnica. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de rapt. virg. & habetur in Rubric. de rapt. vbi Socin. num. 5. & Reb. in l. Marcellus. ff. de verbor. ſign. & dicitur raptus à corrumpendo. cap. 1. in 36. quæſt. 1. agemus tamen hic de raptu mulieris tantùm, quia iam ſupra in verb. furtum egimus. de raptu rerum mobilium.

2 Raptus mulieris, vt verè dicatur, eſt neceſſe, vt mulier cauſa libidinis deducta ſit ex domo patris, aut fratrum, ſeù propinquorum, tutorum, ſeù curatorum, vel maritorum, ſub quorum poteſtate erat, & fiat motio de loco ad locum, ſicut in alijs quibuscumq; rebus ſubreptis. c. raptus. & c. lex illa. §. cum ergo. 36. quæſt. 1. & l. ſi cretæ. & l. verum. 1. & 2. ff. de furt. & l. ſi ſeruus. §. ſi alienam. ff. ad leg. Aquil. & l. 3. §. ſi rem. ff. de acquirend. poſſ. & §. in ſumma. vbi gloſſ. 2. inſt. de obligat. quæ ex delict. Bald. in l. ſed eximẽdi. in prin. & Alex. in l. eum qui. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. Boſſ. in pract. titul. de rapt. mulier. num. 3. & Petr. Greg. lib. 36. num. 1. Barb. conſil. 71. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſil. 262. lib. 2. Alex. conſil. 1. lib. 3. Cæpol. conſil. 57. Rimin. conſil. 17. & conſil. 439. Aiman. conſil. 18. Grat. conſil. 38. & conſil. 48. & conſil. 51. lib. 2. Socin. Iun. conſil. 50. lib. 3. Roland. conſil. 24. libr. 1. Bertran. conſil. 39. lib. 6. Viuius. lib. 1. commu. op. opin. 158. Iul. Clar. lib. 5. §. raptus. nu. 1. Ioann. Vell. in tract. de pœn. delict. c. 29. verſ. ex qua deſcriptione.

3 Raptus mulieris non dicitur ob quamcumq; illicitam fornicationem cum forni-

Digitized by Google

catio ſit vſus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extrà legitimam vxorem.c.lex illa. §. fornicatio.36.quæſt.1. & c. meretrices. 32.quæſt.4. & c.non ſolum 32.quæſt.7. in cæſtus eſt abuſus conſanguinearum, vel affinium,aut vbi eſt iuſtitia publicæ honeſtatis c.lex illa.§.incæſtus.& gloſſ verb.ab vſus. 36 quæſt 1.& c.nec eam.35.quæſt.3. ſtuprum vero eſt virginum,aut viduæ illicita defloratio. d. cap.lex illa. § ſtuprum. 36.quæſt.1. & gloſſ.verb propriè.ibidem, & l.inter liberos. § ſtuprum. & l.ſtuprum. §.fin ff.de adult.& l.inter ſtuprum.vbi gl. verb.viduam. ff.de verb.obligat.& c.2.vbi gloſſ.ver.ſtuprauit.de adult.Sanct.Thom. 22.quæſt.154 art.6. adulterium eſt alieni tori violatio. d. c. lex illa. §.adulterium. 36.quæſt.1.& non committitur niſi cum nupta. l.inter liberos. §. ſed propriè. & l. ſtuprum. §. adulterium. ff. ad leg. Iul. de adult. & dixi ſupra verb. adulterium. §.1. & raptus committitur cum puella violēter à domo patris extracta, ſeù à domo illius, in cuius eſt poteſtate. d. c. lex illa. §. raptus. & dixi. § 2.

4 Et quamuis aliquis committat delictũ cum muliere, in aliquo ex ſupra dictis caſibus, & licet eam per vim cognoſcat in propria domo, ſeù lecto, non dicitur raptus, cum non ſit motio de loco ad locum, ad effectum ſeparādi à domo illius,in cuius poteſtate eſt;non autem ſi illam quis deducat in locum, vbi ſecretò cum ea rem habere poſsit,ſicut ſi erat domi,ex vna camera in aliam, ſi erat mulier quæ verſabatur in agro, illam abduxit de vno loco in alium magis occultum, ex text.in l. quo naufragium. §. non ſolum. vbi gloſſ. verb.qui rapuit. ff.de incend.ruin.& c.lex illa. §.raptus. & c.de raptoribus.36.quæſ. 1. & eſt l. mariti lenocinium. 29. §. cum autem. ff.de adult. Alber. in 2.part. ſtatutor,quæſt.31.& 66. Bertran. conſil.39.lib. 6. Guid.Pap. ſingular.107. Boſſ. in pract. titul.de rapt.mulier.num.4. Marſil. ſingul. 65. & Cuman. conſil 96. Iul. Clar. libr.5. §.raptus num.1. Ioan.Vella. in tractat.de pœn.delict. cap.29. §. vnde & ſi quis. nec in contrariu n facit text.in c.fin. §.ex hac auctoritate, in fin.dum dicit,quòd raptum admiſit,qui florem virginitatis puellæ renitentis violēter eripuit.36 quæſt.1.quoniam ipſe dicitur raptor virginitatis, & non virginis,de quo agimus,& ita qui virginē per vim ſtuprauerit, punientur pœna ſtupri virginis, & non pœna raptus. l. in eadem cauſa. ff.ad leg.Iul.de vi publ & l.mariti. §.fin.ff.ad leg.Iul.de adult.& Alb. in l.raptus.quæſt.1. Paul.de Caſtr. num.4. C.de Epiſc.& Cler. & Doct. in l.vnica. C. de rapt. virg. & licet, qui mulierem per vim cognoſcit, non cōmittat raptum mulieris, vt diximus. eſt tamen actus violentus, ob quem imponitur mortis pœna. ex Bald. in l.ſi quis non dicam. quæſt.fin. C. de Epiſc.& Cler. Ant.Gom in l.80.Tauri. num.41. Reb.in l.Marcellus.verb.rapere. ff.de verb.ſign Iul.Clar. libr.5. § fornicatio. num.33 & §.raptus. nu.1. Ioan. Vell. in tract de pœn.delict.cap.29.§ idem Albericus,& apud nos. eſt ord. lib.5. tit.18. & dicam infra verb.ſtuprum.§ 4.

5 Raptus non committitur quando mulier,quæ eſt ſubſui poteſtate, ſponte conſentiat, nam ſi mulier perſuaſionibus, donis,ſiuè blandicijs,vel promiſsis, aut alijs artibus amatorijs, abducatur ex domo patris, aut matris, tutoris, curatoris, vel domini, ſeù alterius perſonæ, ſub cuius cuſtodia, ſeù gubernatione fuerit, vel de eius licentia commoretur,cōmittitur raptus,quoniam plus eſt his modis perſuadere, quam compellere. l.1. §. quod autem. vbi Doct. ff. de ſeru. corrup. & l.vel luxurioſum. eodem titul.& c cum cauſam. vbi Marian Socin.num.5 de rapt. & l.1.§ qui puero.ff.de extraord.crim.Alber.in l raptores.num.7. C de Epiſc.& Cler.Maſcard. de probat. concluſ.141. num 16. Boſſ. in pract.titul.de rapt.mul.nu.5. Iul.Clar. d. § raptus. num 3. Verber. inuiatorio iuris, titul.de rapt. Ioann.Vella. vbi ſupra. §.ex quibus apparet.quod non eſt,quando mulier non habet parentes, nec propinquos, nec eſt ſub cuſtodia alicuius,& libera voluntate conſentit, quoniam ſcienti,& conſentienti nulla fit iniuria. cap.ſcienti, vbi Doct.de regul.iur.lib 6. & l. nemo videtur fraudare. ff.de regul.iur.& l.cum donationis. C. de tranſact. & l.1. §. vſq; adeo. ff. de iniur. hyppolit. in l.vnica. num.16.C. de rapt.virg Carrer.in pract.§.circa quartam. num.284. Maſcard. de probat. concluſ.1254. num.29. nam ſi haberet parentes, aut eſſet ſubpoteſtate alicuius cōmitteretur raptus, quamuis mulier ſponte conſentiret, quia illi, in cuius eſt poteſtate,fieret iniuria.c.de raptoribus.36.quæſt. 1. Abb. in c.cum cauſam. num.4.de rapt. & c.nullus.36.quæſt.2. Maſcard.de probat. concluſ.

Digitized by Google

concluſ.1254. num.26. Petr.Greg.lib.36. Sintagm. cap.8. num.2. & Doct. communiter. in d. l.vnica.C.de rapt.

6 Raptum etiam committit fœmina,ſi virum rapiat cauſa libidinis. vt tenet gloſſ. verb. ſponſam in d. l.vnica.& Bald.& Angel.ibi in fin.& Marſil. nu.223. C.de rapt. virg. idem Marſil.in l.ſi quis viduam.nu.6. ff.de quæſt.Ant.Gom.in l.80.Tauri.nu.37. & Ioan.Vella in tract. de pœn. delict.cap. 29. §.tertio ex illa,& ita practacari in Gallea. inquit Pap. libr.22. titul.6. Arreſt.3. & ita tenet Tiraquel. de vtroq; retract.tomo.1.§.20. num.5. & in l.connubial. l.9. nu 112.& quòd fœmina committat raptum, & incidat in hoc crimen, ſi puerum cauſa libidinis rapuerit, nullum dubium eſt ſed tamen quòd puniatur pœna mortis,ſicut ſtatutum eſt inuiro raptore,tenēt ſupra relati, ſed contrariam ſententiam, videlicet, quod non puniatur pœna mortis, ſed alia arbitraria, puta pœna exilij, aut alia graui pœna, citra mortem, tenet pract. Conrrad.fol.370.num.3. pract.Iod. cap.95 num.17. Iul.Clar. d.§ raptus.nu.6. & dicit communem Grilland. de diuerſ. crimin.lib.3. quæſt.10. num.23. quæ ſententia eſt cōmunis, & obſeruanda in praxi, ſi fortè caſus eueniat, quia ratio, quæ datur in muliere rapta, ceſſat inuiro. vt inquit Iul.Clar. vbi ſupra.

7 Raptum tamen non committit, qui meretricem rapit, cum enim lex requirat honeſtatem ex parte raptæ. vt habetur. in d. l. vnica. C. de raptu. virg. Conrrad. in pract.§.circa quartam.num.276.Maſcard. de probat.concluſ.1254.num.10. bene infertur, quod non fiat raptus in meretrice, quæ compelli poteſt ad faciendam copiā ſui corporis. ex gloſſ.1. in d. l. vnica. vbi Marſil. num.26. C.de rapt. virg. Bart. in l. verum. num.3. ff. de furt. & l.quæ adulterium. C.ad leg.Iul.de adult.& Gramat.deciſ.107. num.5. Grilland. de pœnes omni Fatiam.coitus.quæſt.10. num.25.Cephal. conſil.140.lib.1. Ant.Gom.in l.80.Tauri. num.45. Maſcard. vbi ſupra. Iul.Clar. d.§. raptus. num.6. Dec.in l.inuitus.num.7. ff. de regul.iur. Ioan.Vella. d. tract. de pœn. delict.cap.29. verſ.quarto deducitur. licet Cin. in d. l. vnica. dicat ſe vidiſſe aliquos vltimo ſupplicio puniri, qui rapuerant publicam meretricem, & illum refert Afflict. ſuper prima. part.conſt. Regn.Rubr. 20. num.7. verum tamen eſt, quòd in meretrice non datur raptus, ſine vi, vt tenet Alciat. reſponſo.469 num.2. Bero.quæſt. 317.num.8.nam ſi quis per vim copuletur cum meretrice punietur vltimo ſupplicio ex ord. noſtr. lib.5. titul.18.in prin.

8 Neq; etiam præſumitur raptus in muliere, quæ pluries in corpus ſuum peccauit, quamuis non ſit meretrix. vt colligitur ex gloſſ.verb.vidua, in § item lex. Iulia.inſt.de publi.iud.& tenet Paul.de Caſt. conſil.305. Hyppol.ſingul.74 num.4.Maſcard. de probat. concluſ.1254.nu.32. hoc tamen eſt intelligendum cum mulier ſine vi conſentiat eundi cum viro, quoniam ſi probauerit ſe violenter, & contra voluntatem raptam fuiſſe, bene tunc incurret raptor in crimē raptus. ex doctrina Boſſ. in pract.titul.de rapt.mulier. nu 10.Ioan. Vella. d. tract. cap.29. verſ.quarto deducitur ad fin.

9 Raptus eſt crimen grauius adulterio, quòad pœnam legibus cæſaris conſtitutā, vnde in iure raptores grauiſsimis pœnis puniuntur, cum raptus crimen legis Iuliæ de adulterijs, poteſtatem excedat. l. qui cætu. §.fin.ff.ad leg.Iul.de vi publ.& tenet Iaſ. in l.tranſigere.num.13. C.de tranſact. & puniuntur raptores mulieris, cuiuscumq; conditionis,ſiuè libertatis,ſiuè ſeruitutis, ſiuè fuerit virgo, ſiuè vidua honeſta vltimo ſupplicio de iure ciuili. l.vnica. vbi Doct. C.de rapt.virg. & l.qui cætu. §. qui vacantem. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & §.ſin autem. vbi Doct.inſt.de publ.iud. & l.ſi quis non dicam,& l.raptores. vbi Alb. num.7. C.de Epiſc.& Cler. Ant.Gom.in l. 80. Tauri. num.36. Iul. Clar. d.§. raptus. num.2. Ioann.Vella. vbi ſupra. d. cap.29. verſ. & hæc eadem pœna.

10 Et eadem pœna punientur illi,qui huic flagitio. opem dederint quæ pœna, omnibus imponenda eſt ſine diſtinctione perſonarum. d. l. vnica. §. pœnas. vbi Doct. cōmuniter. C. de rapt.virg. & §.item lex. Iulia.de vi publica.vbi Aret.inſt.de publ. iud. Ioan. Vella. vbi ſupra. ord. noſtra tamen diſtinguit inter nobiles, & viles, & officiales mechanicos. lib.5. titul.18. §.3. quæ in noſtra Luſitania tantùm eſt obſeruanda in ſua diſtinctione.

11 Et tam ipſe raptor, quam,illi,qui tempore in vaſionis, ei opem præbuerint, & in ipſa rapina fuerint inuenti,& comprehenſi in flagrāti crimine, poſſunt propria auctoritate impugne occidi, à patre, fratre,

fratre, ſeù à quibuſcumq; conſanguineis dominis, tutoribus, curatoribus, patronis, vel coniunctis ipſius raptæ virginis, ſeù viduæ, & etiam ab illo extraneo, qui poteſt defendere vim patientem. d. l. vnica. vbi gloſ. verb. coniuncti, & Doct C. de rapt. virg. & l. raptores. vbi gloſſ. 2. Bald. & Salicet. C. de Epiſc. & Cler. & d. §. item lex Iulia. de vi publica. inſt. de public. iud. Bart. in l. vt vim. n. 7. ff. de iuſt. & iur. Ioan. Vella. d. c. 29. verſ. puniuntur autem.

12 Bona mobilia, ſeù immobilia, tàm raptorũ, quàm illorũ, qui opem præbuerunt, aut comites, ſeù complices in flagitio fuerunt applicanda ſunt dominio ipſius raptæ, ſi ingenua ſit, d. l. vnica. §. ſin autem Ingenuam. vbi Doct. C. de rapt. virg. & auth. de rapt. mul. vbi Bart. coll. 9. & Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 10. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. niſi raptor contrahat cum rapta, quia tunc bona illius, & eorum ſodalium de voluuntur ad raptæ parentes, ſi matrimonio illius non cõſenſerint, quoniam ſi illi conſentiant, non ipſis, ſed fiſco bona applicantur. d. auth. de rapt. mul. vbi Bart. & alij. coll 9. & licet de iure ciuili, raptor non poſsit contrahere matrimonium cum rapta. d. l. vnica. C. de rapt. virg. & etiam de iure canonico antiquo. c. de puellis, & c. placuit. 36. quæſt. 2. hodie tamen de iure canonico nouiori bene poteſt contrahere poſtquam rapta à raptore fuerit ſeparata, & poſita in loco tuto, & in ſuo libero cõſenſu. c. fin. de rapt. vbi Doct. Paris conſil. 170. num. 6. lib. 4. Ant. Gom. in l. 80. Tauri. nu. 43. Cou. ru. in 4 decret. 2. part. c. 3. §. 9. nu. 1. Iul. Clar. d. §. raptus. num. 7. Ioan. Vella. d. cap. 29. verſ. hodie autem. D. Tho. 22. quæſt. 154. art. 7 ad tertium. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. matrim.

13 Dubium tamen eſt, vtrum raptor euitet pœnas ſuprà relatas, ſi matrimonium cõtrahat cum rapta, & quod pœnã amiſsionis bonorum non euitet, tenet glo. verb. certoq; caſu. in c. cum ſecundũ de hæret. lib. 6. Ant. de Butr. & Fel. num. 15. in c. 1. deſponſal. & gloſſ in d. cap. de puellis. 36. quæſt. 2. Dec. in c. Eccleſia. nu. 34 de conſt. Marc in deciſ. 2 nu. 3. Salicet. in d. l. vnica. num. 12. C. de rapt. virg. Dec. in l. nuptias. num. 11. de regul. iur. Palat. Rub. in rep. C. per veſtras. notab. 3. §. 20. num. 8. Cou. ru. in 4 part. 2. cap. 3. § 9. num. 2. Iul. Clar. d. §. raptus. num. 8. & Ioan. Vella. d. cap. 29. verſ. ſed quia pœna. de pœna tamen corporali contrarium eſt dicendum. vt tenet Ant. Gom. in d. l. Tauri. 80. num. 43. poſt Paul. de Caſtr. & Ang. de Arim. quos ipſe refert, attamen non euitabit omnem pœnam, ſed quãuis non puniatur vltimo ſupplicio punietur pro arbitrio iudicantis.

Si autem rapta ſit ancilla, ſeù libertina nõ punietur raptor, neq; complices illius in amiſsione bonorum, ſed in alijs pœnis ſupra relatis. d. l. vnica. §. & ſi quidem ancillæ. vbi Doct. C. de rapt. virg. & Merg. conſil. 48. num. 36.

14 Neq; à pœnis ſuprà relatis excuſatur ille, qui ſponſam ſuam renitentem, & cõtra voluntatem repugnantem rapuerit. ex d. l. vnica. §. quibus connumeramus. vbi notant ſcribentes. C. de rapt. virg. & Geripard. conſil. 12. num. 32.

Bona illius, qui rapuit monialem exiſtentẽ in monaſterio applicantur ipſi monaſterio, in quo flagitium fuit perpetratũ, vt notat Iaſ. in d. auth. quas actiones. nu. 10. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & §. ſi quis rapuerit. vbi Bart. in auth. de Sanct. Epiſcop. coll. 9. & Doct. in d. l. vnica. C. de rapt. virg.

15 Raptor non excuſatur ab hac pœna d. l. vnicæ. C. de rapt. virg. ſi mulierem rapiat cauſa libidinis, & animo, vt illam carnaliter cognoſceret, quamuis illam poſtea nõ cognoſcat, cum tamen per illum non ſtetiſſet, quòminus illã cognoſceret, ex Bald. in l. raptores oppoſitione. 1. C. de Epiſcop. & Cler. & Boſſ. in pract. titul. de rapt. mulier. num. 14. Caſſan. in conſuet. Burg Rubric. 1. num. 40. Ant. Gom. in l. 80. Tauri. num. 40. ſed contrarium, quòd non pœna ordinaria, ſed extraordinaria ſit puniẽdus raptor, qui carnaliter raptam non cognouit, tenet Ioann. de Anan. in c. cum cauſa ad fin. de rapt. Boer. deciſ. 316. nu. 4. Cou. r. in clem. ſi furioſus. fol. 178. num. 8. de homicid. Selu. nuptial. lib. 4. nu. 46. Viuius. lib. commun. opin. verb. raptor. honeſtæ. Afflict. ſuper. 1. part. conſt. Regn. Rubric. 19. num. 7. Ioan. Vella. d. cap. 29. verb vltimo infertur, quæ opinio videtur probari in cap. raptus. 36. quæſt. 1. & mihi verior videtur, ſi autem eam non cognouit, quia pœnitentia ductus illã cognoſcere noluit, tunc nullum dubiũ eſt, quod mitiori pœna puniatur, vt tenet Marſil. in d. l. vnica. n. 254. C. de rapt. virg. Ant. Gom. vbi ſupra Cou ru. d. clem. ſi furioſus. 2. part. in prin. num. 8.

num.8. Iul.Clar. d. §.raptus. num.4. Menoch. de arbitr. caſu 360. nu.32.Maſcard. de probat.concluſ.1254.nu.37.Ioan.Vell. d. tract.de pœn.delict.cap.29. verſ.ſecunda vero opinio.

18 Raptores mulierum eorumq́; fautores, auxiliatores, ſeù conſilium præbentes de iure canonico ſuſpenduntur. c. raptores. 36.quæſt.2.& laici anathematizantur Clerici vero de ponuntur ab ordine,& beneficio, cap 1. & c. ſi quis virginem, & c.nullus.36 quæſt.2. per Trid. ſeſſ.24. cap.6.de reformat.matrim. fiunt ipſo facto excommunicati raptores,ac omnes illi conſiliũ, auxilium, & fauorem præſtantes,ac perpetuam incurrunt infamiam, & remanent in capaces omnium dignitatum, & ſi Clerici fuerint debent à proprio gradu deponi,& tenetur raptor mulierem raptam,ſiue eam duxerit in vxorem,ſiuè non duxerit,decẽter arbitrio iudicis dotare,quod eſt intelligendũ,quando raptus cauſa contrahendi matrimonij committeretur. nam ſi alia cauſa ductus eſſet raptor, non puniretur ea pœna. Concil. vbi ſupra. ſed alia ſquæ continetur in canonibus ſupra relatis. vt notat Salzed. cap.78. verſ.Clericus autem & Ioann.Vella.d.cap.29. verſ. Pontificum autem.

Verbo Reconuentio.

1 Reconuentio nihil aliud eſt,quàm hinc indè mutua conuentio, per quam aliquis agens apud eundem iudicem mutuò, vel inuicem conuenitur. l.cum Papinianus. vbi Bart.Bald.Salicet.& alij.& authent.& conſequẽter.vbi Doct.C.de ſent. & interlocut. omnium iud. Guild. Bald. Angel. Iaſ. & alij. in l.ſi quis iniquum. ff. quod quiſq́; iur. & Abb. in Rubric. num.1. de mut.pet. Tancret. in tractat.de ord. iud. lib.2. §.de reconuent.& mutuis. pet.

2 Reconuentio eſt proponẽda ſtatim ante litem conteſtatam in cauſa conuentionis, aut poſt litem conteſtatam dummodo fiat antequàm actori aſsignetur dilatio ad probationes, & ad teſtes examinandos, vt in illa procedatur pari paſſu,& vna ſententia terminetur ſimùl cum actione, & ſubeodem iudice. auth. & conſequenter.vbi gl. fin & Doct. C.de ſent.& interlocut. omniũ iud. & c.1. §.cuius in agendo.3.quæſt. 8. & l.1.§.item cum ex edicto.ff.quæ ſent. ſine appellat.& glo.verb exordio in clem. ſæpe. §.verum. de verbor.ſign. & auth.de execut. § ſancimus. vbi gloſſ.verb. mox. coll.7. & Bald. in c. cum veniſſet de iud. Iaſ.in l.edicta actio.num.15. C.de edend. & in l.non ſolum. §. morte. num.13. ff.de noui oper.nunciat. Abb.in c.1. nu.12. de mutu pet. Marant. de ord. iud 4.part.diſt. 6.num.5. & Ioan.Andr. in d. c.1. & in c. In præſentia. de probat. Rip. libr.1. reſpon. cap.8. num.4. Reb.in tt. de collat.§. præfact. gloſſ.2. & quando reconuentio eſt propoſita ante litis conteſtationẽ proceditur pari paſſu,& terminatur ſimùl vna ſententia, vt euitetur circuitus, & partes à ſumptibus, & expenſis releuentur, iuxta text.in c.finem litibus, vbi Doct. de dolo. & contum. & c.2. de ſent. & reiud.& in l. properandum. C. de iud. ſeruatur tamen ordo inter conuenientem, & reconueniẽtem,quia prius conueniens proponit ſuas allegationes,quàm reconueniens. vt tenet Bald. in l. qui prior. ff. de iud. Marant. de ord. iud. 1.part. proxm. num.11. Bart. in d. auth.& conſequenter. num.4.C.de ſent. & interlocut.omnium iud.

3 Si tamen iudex, quando reconuentio modo ſuprà relato fuit propoſita,noluerit procedere pari paſſu in vtraq; cauſa,malefaciet, attamen valebit proceſſus,& ſentẽtia inquacumq́; cauſa, tam conuentionis, quàm reconuentionis. vnde eſt ab illo appellandum, niſi vna impediret executionem alterius, quia tunc non valeret proceſſus.l.1. § fin. ff. quæ ſent. ſine appellat. ſpecul. in titul. de reconuent. §. videndũ. verſ.& ſi iudex. & Abb. in c.1. num.11.de mut. pet. & in c.2. num.14. de ord. cogn. Marian. Socin. in c. prudentiam de mut. pet. Marant.de ord. iud. 4.part. diſt.6.nu. 12. Merg. conſil.2. nu.26. Bart.in auth.& conſequenter. nu.4. C.de ſent.& int.omn. iud.

4 Reconuentio bene poteſt proponi vſq́; ad litis concluſionem quoad effectum, vt reus conueniat actorem coram eodem iudice apud quem conuenitur,ſed perdet illam naturam,vt in vtraq́; ſimùl procedatur, & illa reconuentio currat pari paſſu cum actione, ſed tunc quando reconuẽtio proponitur in aliqua parte litis,poſtquam iam lis eſt conteſtata, aut poſtquam eſt iuratum de calumnia, & data dilatio ad teſtes producendos, nõ proceditur pari paſſu in vtraq́;, ſed vnaquæq́; procedit per ſuum

Digitized by Google

ſuum curſum ordinarium. c. diſpendia. §. reus quoq; vbi gloſſ.verb vel conuentionis, & Doct. de reſcript. lib.6. & gloſſ.fin. in auth. & conſequenter. vbi Bart. nu.12. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & gloſſ.verb reſpondere. in c.1.vbi Abb.nu. 13. & Socin. num.17. de mut.pet.& Mantua.nu.19.ibidem.

5 Reconuentio ſit apud iudicem coram quo agitur actio, quamuis non ſit iudex competens rei. l cũ Papinianus.vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. & auth. & conſequẽter. vbi Doct.C.de ſent.& interlocut.omnium iud.& l.ſi idem. §.1. vbi gloſſ.verb. minorem, & Bart.Bald.Iaſ.& alij.ff.de iuriſd.omn iud. & c.1. § cuius in agendo.3. quæſt 8. & gloſſ.fin in c.ad noſtram.de cõſuet. Abb.ibidem num.5.& in c.ſignificauerunt.nu.14. de iud. Marant.de ord iud. 4 part.diſt.6.num.13. Tancret.in tract.de ord.iud. libr 2. §.de conuent. & mut.pet. ita vt non poſsit reus conuenire actorem coram alio iudice,durante prima lite. d.l. ſi idem d. §.1. & Doct.ibidem. ord. lib.3. titul.33. §.2.

6 Reconuentio poteſt fieri coram iudice prorogato, quia vbi primum quis ſe ſubmittit alicui iudici, & coram illo reum conuenit, ſtatim ſit iudex competens ad illum reconueniẽdum coram ipſo iudice. vt tenet gloſſ.ver. maior.communiter approbata. in l.eſt receptum. vbi Bart.Bald. Ang Fulg. Iaſ.& alij. ff.de iuriſd.omnium iud. Marant. de ord. iud. 4.part.diſt 6.nu. 23. Afflict. deciſ.27. nu.3. Abb. in c.1.de mut.pet.Cæſar. Vrſ.deciſ.27. n 1.

7 Reconuentio etiam habet locũ in Clerico in cauſa ciuili, nam ſi Clericus cõueniat laicum coram iudice laico, tunc coram illo tenetur reſpondere, ſi laicus illũ corã iudice laico reconueniat, niſi ſit cauſa, quæ tractari non poſsit, niſi apud iudicem Eccleſiaſticum. c.1.vbi gloſſ.verb.ſuper ſuis quæſtionibus,& Doct.de mut.pet. & Bart nu.19. & Bald. in auth. & conſequenter. C.de ſent. & interlocut.omnium iud. idem Bald. in l.2. §. ſed ſi agant. ff.de iud. ſpecul.in titul.de reconuent. §.dicamus. verſ.ſed pone Clericus,& Marant.de ord.iud. 4.part.diſt.6.num.53. Afflict.deciſ.173. num.1.& Doct.communiter.In c. at ſi Clerici. de iud.& ita obſeruat praxis. licet aliqui contrarium teneant, vt refert Ioan.And.Abb. & Fel. in d.c.at ſi Clerici. de iud.

8 Reconuentionis cauſa reputatur velut acceſſoria cauſæ principali conuentionis, & ratio illa, in qua reconuentio fundatur, non minùs locum habet in Clericis,quàm in laicis apud ſecularem iudicem agentibus,& iuſtitiam illic poſtulantibus,& quãuis iudex laicus ſit incompetens, & prohibitus, ne Clericus apud illum conueniatur, prorogatione tamen legis ſit ſuus, & competens in negotio reconuentionis. vt apud eum reconueniri valeat is, qui illic alium conuenit, quantumcumq; alias habeat priuilegium, ne apud illum directè conueniri poſsit, vt bene probatur in l 2. §. ſed & agant. vbi gloſſ.verb.compelluntur. vbi Bart. ff.de iud. & c. diſpendia. §. reus quoq; de reſcript. lib.6. & Abb. in c. 1. n.4.de mut.pet.

9 Reconuentio fieri poteſt coram iudice delegato ab vna parte impetrato, nec in hoc iudex delegatus differt ab ordinario. c.1. vbi gloſſ.1. & Gofred. Ant. de Butr. Hoſt.Ioann.Andr.Abb. & omnes. de mut. pet. idem Abb. in c.cum olim.num.11.de offic.iud.delegat.& in c.cum dilectus n 6. de arb.& ſpecul. in titul. de reconuent. §. 1. verſ.fin.& Bart. in auth.& conſequenter. nu.11. C.de ſent.& interlocut.omniũ iud. idem Bart. in l.fin. ff.quod quiſq; iuris. & Bald. in l. neq; in fin. C. de comp. idem Bald.Angel. Fulg. Iaſ.& alij. in l.eſt receptum. ff.de iuriſdict.omnium iud.Marant de ord. iud. 4 part. diſt.6. num.13. ſi tamen delegatus fuiſſet electus ex conſenſu vtriùſq; partis, non poterit tunc apud ipſum fieri reconuentio, quia tunc imputatur reo, nõ facere exprimi in reſcripto, cauſam reconuentionis. vt tenet Abb. in c.cum dilectus. num.6. ad fin. de arb.& in c.1 num.3.de mut.pet. & Bart.in d.auth. & conſequenter. num.21. C.de ſent.& interlocut. omnium iud. Iaſ. in d. l. eſt receptum. nu.12. ff. de iuriſd. omnium iud. Marant.vbi ſupra.

10 Reconuentio operatur, vt per illã prorogetur iuriſdictio iudicis, ita vt ille,qui non erat competens, fiat competens in cauſa reconuent.onis. vt notat ſpecul. in titul.de iud.deleg.§.ſequitur. verſ.item ad eius, & in titul.de comp.iud.§.1. verſ nouus,& Bald. in authẽt.& conſequenter,& alij communiter. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 6. numer. 29. Merg. conſil 34. num.17.

Recon-

Digitized by Google

11 Reconuentio non poteſt fieri coram arbitro à partibus electo, quoniam ex quo eligitur de conſenſu vtriusq; partis ad vnam cauſam, ceſſat ratio in alia. vt probat text. in c. cũ dilectus. vbi Ant. de Bur. Hoſt. Innocent. Abb. & alij. de arb. & Bart. in d. auth. & conſequenter. num. 20. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. ſpecul. in titul. de reconuent. §. 1. in prin. Abb. in c. 1. nu. 3. de mut. pet. Iaſ. in l. eſt receptum. num. 12. & alij. ff. de iuriſd. omnium iud. niſi ſit arbiter iuris electus ex neceſsitate ſtatuti, quia tunc coram ipſo habet locum reconuentio, vt tenet Abb. in c. 1. nu. 39. de mut. pet. & in d. c. cum dilectus. num 6. de arb. Iaſ. in l. eſt receptum. num. 13. ff. de iuriſd. omn. iud. Marant. de ord. iud. 4. par. diſt. 6. num. 20. quoniam arbiter electus ex poteſtate ſtatuti, magis habet vim iudicis delegati, quàm arbitri. vt notat Bart. in l. fin. num. 2. C. de iud. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact.

12 Reconuentio poteſt fieri apud iudicem datum ad certam ſpeciẽ cauſarũ, ſeù apud illum, qui habet iuriſdictionem limitatam in certis cauſis, ſeù in certa quãtitate, etiã in maiori ſumma, quàm illa de qua per actionẽ cognoſcere poteſt, dum tamen recõuentio ſit de ſpecie cauſarum, de quibus ille iudex cognoſcere poteſt, puta iudex pedaneus habet iuriſdictionem limitatam in certa quãtitate, & nõ poteſt cognoſcere de maiori quantitate, quàm illa, in qua habet iuriſdictionẽ limitatã, ſi tamen reus ſit conuentus coram illo, ſuper quantitate de qua iudex pedaneus cognoſcere poteſt, tunc bene poterit coram illo reconuenire actorẽ ſuper maiori quãtitate. l. ſi idem. §. ſed, & ſi mutuæ. vbi Bar. & Alb. ff. de iuriſd. omnium iud. Acurt. & Bart. n. 2. in auth. & conſequẽter. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. & Abb. in c. 1. n. 28. de mut. pet. Marãt. de ord. iud. 4. par. diſt. 6. n. 32. ſi tamẽ recõuentio ſit de ſpecie cauſarũ, de quibus ille iudex cognoſcere non poteſt, tunc non habet locum reconuentio, quoniam licet per reconuentionem prorogetur iuriſdictio. non tribuitur tamen per illam iuriſdictio illi, qui illam aliàs non habet, & ita intelliguntur Innocent. Hoſt. Ioan. And. in c. 1. de mut. pet. dicentes iudicem conuentionis non poſſe cognoſcere virtute recõuentionis de cauſa, de qua aliàs cognoſcere non poterat, & ita tenet Bart. & alij. in d. auth. & conſequenter, & Abb. in d. c. 1. num. 29. de mut. pet. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 6. num. 32.

13 Reconuentio enim tollit priuilegiũ perſonæ, ſed non tollit priuilegium cauſæ, vnde quamuis poſsit reconuentio extendere iuriſdictionem, non poteſt tamen illã transferre. arg. text. in cap. P. & G. cum ibi notatis. de offic. & poteſt, iud. delegat. & tenet Abb in c. 1. n. 30. de mut. pet. quoniam reſpectu illius cauſæ non habet iuriſdictionem, vnde illa poſsit prorogari; & ſic iuriſdictio, quæ non eſt non poteſt prorogari, vt tenet Alex. in l. teſtamenta omnia. C. de teſt. Bart. in l. 1. n. 10. ff de iud. Abb. in d. c. P. & G. n. 15. de offic. iud. delega.

14 Reconuentio nõ poteſt fieri corã iudice particulari, ad certa negotia, vel perſonas deputato, ſicut eſt Rector, ſeù doctor ſcholaſticorũ, & iudex mercatorũ, aut alterius artis, ſeù negotij. vt tenet Cin. & Ioã. de Aret. in auth. habita quidẽ. C. ne filius pro patr. & Ant. de Bur. in c. 1. de mut. pet. ſi tamen iſte iudex eligatur per actorẽ, habebit locũ reconuentio, quoniã iuriſdictio eorũ eſt prorogabilis, vt tenet Abb. in c. 1. n. 38. de mut. pet. Bart. in l. 1. n. 7. ff. de iud. Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 6. n. 28.

15 Reconuentio non habet locũ in cauſis arduis, & præiudicialibus, nã ſi reconuẽtio daretur in cauſis præiudicialibus, vt fortè minores iudices, de illis cognoſcerent vigore reconuentionis, nihil aliud eſſet, quã diuerſis proceſsibus negotium intricare, & quadam confuſione ordinẽ iudicij perturbare. vt colligitur ex text. in c. tuam. de ord. cogn. & tenet Abb. in c. 1. nu. 30. de mut. pet. Tancret. in tract. de ord. iud. lib. 2. §. de reconuent. & mut. pet.

16 Reconuentio non habet locum in criminalibus, cum cauſæ crimales ſint arduæ, & præiudiciales, & eſſet intricare proceſſum, ſi quis accuſatus criminaliter admitteretur ad agendum ciuiliter contra ſuum accuſatorem, & impediretur celeritas purgationis, quæ in cauſis criminalibus aduenire debet, ſed potius cauſa criminalis, tanquàm maior facit ſilere ciuilem, l. cum ciuili, & l. quoniam. vbi Doct. C. de ord. iud. & l. is qui reus. ff. de public. iud. & c. 1. in 3. quæſt. 11. & gloſſ. 1. in c. cum dilectus. de arb. & Abb. in c. 1. num. 21. de mut. pet. Bart. in auth. & conſequẽter. n 7. C. de ſent. & interlocut. omnium iud Tancret. in tract. de ord. iud. lib. 2. §. de reconuent. & mut. pet. Gerip. conſil. 32. n. 14.

Digitized by Google

17 Reconuenitur tamen ille, qui criminaliter aliquem accuſat ab ipſo reo accuſato de aliquo crimine, antequàm nomen accuſati ſit receptum inter reos, ſi illa reconuentio fiat corã iudice ordinario ipſius reconuenti, quoniã ſi illa reconuentio facta fuiſſet apud iudicem incompetentem, reſpectu conuenti, aut quia non poterat cognoſcere de cauſa criminali propoſita, tunc non haberet locum illa reconuentio. l. neganda, vbi gl. ver. vel minori, & Doct. C. de his, qui accuſar. non poſſ. & l. is qui vbi gl. ver. accuſare, & Bart. n. 1. ff. de publi. iud idẽ Bart. in auth. & conſequenter. num. 7. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. Abb. in c. 1. n. 22. de mut. pet. ſi autem crimen ſecũdo propoſitum non eſſet præiudiciale primo, nec illi connexum, nõ poteſt accuſatus de illo re accuſare actorem, niſi ſequatur ſuã, vel ſuorum iniuriam poſtquam nomen accuſati eſt receptum inter reos, ſi vero ſecundum crimẽ præiudiciale ſit ad primũ, aut illi connexum poterit re accuſari, etiã poſtquam nomen illius receptũ fuerit inter reos. l. 1. & Doct. C. de his, qui accuſar. non poſſ. Bart. in d. auth. & conſequenter. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. Abb. in c. 1. n. 22. de mut. pet. Marãt. de ord. iud. 4 part. diſt. 6. num. 56. & l. is qui reus. vbi Doct. ff. de publ. iud. & l. 2. §. ſi publico. ff. ad leg Iul. de adult. ſi autem accuſatus vult re accuſare extraneum non poteſt in pari, vel minori crimine, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam. l neganda. vbi Bart. Bald. & alij. C. de his, qui accuſar. nõ poſſ. gloſſ. verb accuſare. in d. l. is qui reus. vbi Doct. ff. de publ. iud. Abb. in c. 1. nu. 22. de mut. pet.

18 Reconuentio licet nõ habeat locum in cauſa criminali, criminaliter intentata, bene tamen habet locum ſi ciuiliter attẽtata fuerit. vt tenet gl. verb. non tenet in c. at ſi Clerici. de iud. & hoc intellige quãdo conuentus de crimine ciuiliter vult recõuenire de alio crimine ciuiliter. vt notant Doct. in c. 1. de mut. pet. & in auth. & conſequenter. C de ſent. & interlocut. omniũ iud. Marant. de ord. iud. 4 part. diſt. 6. n 68. æquiparatur enim cauſa criminalis ciuiliter intentata cauſæ ciuili quoad iudicem, & procedendi modum, & ideo in illa accipitur reconuentio. vt notant ſupra relati, & obſeruat praxis, licet contrarium teneant nonnulli relati à Dec. nu. 25. Aufred. n. 5. Imol. n. 148 in c atſi de iud. dicẽtes Clericum non poſſe reconueniri corã iudice laico pro crimine ciuiliter intentato, & ita tenet Card. & Alex. in c. multi. 2. quæſt. 1. & Berous. in d. c. atſi Clerici. nu. 150. de iud. & eſt cõmunis. vt per Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. n. 6. ſed praxis obſeruat in noſtra Luſitania. vt Clericus reconueniatur pro crimine ciuiliter intentato, coram iudice laico ex ord. lib. 2. tit. 1. §. 1.

19 Reconuentio poteſt fieri coram iudice conuentionis, ſuper eadem re, ſeù ſuper eodem negotio, vel ſuper diuerſis cauſis, & negotijs. c. 1. vbi Abb. nu. 27. & gl. fin. in c. 2. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & alij. de mut. pet. Bart. in auth. & conſequenter. à num. 1. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & regulariter poteſt fieri reconuentio in omnibus cauſis, in quibus non inuenitur prohibita. arg. tex. in l. nec non. §. quod eius inquit prætor. ff. quibus ex cauſ. maior. Tancret. de ord. iud. lib. 2. §. de recõuent. & mut. pet.

20 Reconuentio non habet locum apud iudicem appellationis, quando appellatur à diffinitiua. vt tenet Abb. in c. 1. n. 31. Ioã. And. Innocẽt & alij. de mut. pet. & ſpecul. in titul. de reconuent. §. ſecundo. verſ. ſed nunquid Bart. in d. auth & conſequenter. col. fin. & Bald. col. 3. verſ. quæro nunquid in cauſa. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. idem Bald. in l. per hanc. col. fin. C. de temp. appellat. & in l. 2. §. ei quoq; ff. de iud. Rot. antiq. dec. 61. Mar. de iud. ord. 4. p. diſt. 6. n. 24. Merg. conſil. 37. n. 18. ſi tamen appelletur ab interlocutoria, & iudex appellationis iudicauerit male appellatũ, & remittat cauſam iudici aquo appellatum fuit, idem erit, ſi autem iudicauerit bene appellatũ, & male iudicatũ propter quod cauſa fuit de voluta ad iudicem ad quem appellatum fuit, tunc habet locũ reconuẽtio corã ipſo. cum fiat iudex in cauſa principali. vt tenet Ioan. Andr. Innocent. Abb. & alij in d. c. 1. de mut. pet. neq; reconuẽtio de proprietate admittitur in cauſa appellationis, ſuper interdicto retinẽdæ poſſeſſionis. vt notat Bald. in l. in certi iuris. C. de interdict. & Bart. Bald. & alij. in d. auth. & cõſequẽter. & Afflict. dec. 155. n. 4.

21 Reconuentio etiã nõ admittitur in cauſis executiuis, neq; quando reus confitetur debitum, quoniam ille, qui confitetur debitum in iudicio, habet executionem paratam, ſicut ſententia. & tunc iudex nihil aliud facere poteſt, niſi illi præcipere, vt ſoluat.

Digitized by Google

vt ſoluat. l.poſt rem.ff.de reiud.& l.1.& l. Iulianus.§.certum.ff.de confeſſ.& l.vnica. C.eodem titul.& tunc non eſt locus recõuentionis, ne fiat præiudicium executioni ſententiæ. vt tenet ſpecul.in titul.de recõuent.§.nunc dicamus.verſ.ſed quid ſi agebam, & Bald. in l.fin. notab.1. C.quib. ad libert.clam non lic.& Doct.in auth.& cõſequenter. C.de ſent.& interlocut.omniũ iud.ſi tamen reconuentio fiat de alia cauſa executiua, & non minus liquida, quàm eſt illa,de qua actor petit executionem, bene poterit tunc ſuper illa admitti,reconuentio. vt notatur ex his,quæ tradit Bald. nu. 10.& Salicet.n.13.in d.auth.& conſequenter. C.de ſent. & int.locut.omnium iud.& Abb.in c.1.nu.35.de mut.pet.

22 Reconuẽtio habet locũ in cauſa ſummaria,& in illa proceditur pari paſſu.ſi cauſa cõuentionis,& reconuentionis eſt ſummaria,quoniã ſi vna eſt ſummaria, & alia plenaria bene poterit fieri reconuẽtio, quoad iudicis prorogationem,ſed vnaquæq; procedet ſuo curſu ordinario, niſi parte volẽte.vt notat Bald.in l.ſed & hæ.§.non ſolũ. ff.de procurat.& in l.& ſine ſcriptura verſ. ideo dicit lex. C. ad ſenat. conſult. treb. Bart.in auth.& conſequenter. nu.13. C.de ſent.& interlocut.omniũ iud. Abb.in c.1. n.19.de mut.pet.Auend.in l.4.de execut. n.51. Socin.in c.ex litteris. n.44. de mut. pet.Marãt.de ord.iud.4 part.diſt.6.n.36.

23 Reconuentio non admittitur in cauſa ſpoliationis, ſeù cauſa poſſeſſoria,vel momentanea niſi de ſpoliatione alterius rei. c. ex conquæſtione de reſt. ſpol. & c.ſuper ſpoliatione.vbi Doct.de ord.cogn.& l.fin. C.qui legit.perſ.ſtand.& gl.1.in c.cũ dilectus.de arb.& Gofred. Ant.de Butr. Hoſt. Ioan.And.Abb.& alij in c.1.de mut.pet.& ſpecul.in tit.de reconuẽt. §.nũc dicamus. verſ.itẽ excepta.& verſ.ſeq. Bart.in auth. & conſequenter.n.9.C.de ſent.& interlocut.omnium iud.quoniam agens ex ſpolio non tenetur reſpõdere ſuo aduerſario,niſi poſtquam fuerit reſtitutus. c.frequens.vbi Doct.de reſt.ſpol.lib.6. & c.cũ dilectus. & d. c.ſuper ſpoliatione.de ord.cogn. & l.ſi quis ad ſe fundũ.C.ad leg.Iul.de vi.Marãt. vbi ſup.n.42.Gerip.conſil.36.n.8.

24 Neq; admittitur reconuentio quando agitur ex cauſa depoſiti,quoniam nõ licet differre liquidũ,pro non liquido,niſi recõuentio ſit de aliquo depoſito.ita æq; liquido, aut ad effectum, vt iuriſdictio iudicis prorogetur,non tamen vt illa procedatur pari paſſu,& ita intelliguntur illæ opiniones Bart.in d. auth. & conſequenter. n.9. C.de ſent.& interlocut.omniũ iud.& Bald. in l.ſi quis.verſ.vlterius nota.C.depoſit.

25 Neq; in cauſis ſpiritualibus habet locũ reconuentio, quoniam iudex laicus nullo modo de his poteſt iudicare.gl.ver.aut cõdemnare. in c.2.de foro comp. Tancret.in tract.de ord.iud. libr.2. §.de reconuent.& mut.pet.& ſi iudex laicus tẽtaret iudicare in validitate actus rei ſpiritualis,non valeret proceſſus,quamuis incidenter feciſſet. c.tuã.vbi Abb.n.9.de ord.cogn.& c.decernimus.vbi Doct.de iud. Bald.in l.1. C. de ord.iud.

26 Neq; quando iudex procedit per viam inquiſitionis ad inueſtigandũ delictũ alicuius,vt notat ſpecul.in tit.de inquiſit.§.1 verſ.itẽ nũquid.& Doct. in l.is qui reus.ff. de publ.iud.& in auth.& conſequenter.C. de ſent.& interlocut.omniũ iud & Bald.in l.1. C.qui accuſar. non poſſ. Ant.de Butr. Ioan.And.Abb. & alij in c.1. de mut.pet. Marant de ord.iud.4 part.diſt.6.n.65.

27 Reconuentio habet locũ,quãdo imploratur officiũ iudicis,& imploratio illa ſuccedit in locum actionis,quia principaliter pro actione proponitur.vt eſt tex. in c.fin. vbi Doct.de offi.iud.& l.quintus ff.de ann. legat.& tunc implorans poteſt recõueniri coram ipſo iudice. vt probat tex.in l.1.§. fin.ff.de var.& extraord cogn.Ioan.And.& Abb.n.32.in c.1.de mut.pet.Bart.in l.ſed & ſi reſtituatur. ff.de iud.& in auth & cõſequenter.n 14. C.de ſent.& interlocut.omniũ iud.ſpecul.in tit.de reconuent.§.nunc dicamus.verſ.ſed nunquid habet locum,ſi autẽ imploretur incidenter,& non in forma iudicij, non habet locum reconuẽtio, puta quãdo quis petit, vt aperiatur teſtamentum,aut vt inſinuetur donatio,& in ſimilibus.vt tenet Bal.in c.1.col.fin.de cõtr. feud.apud part.Abb.& Ioan And.in d.c.1. de mut.pet.Lud.Rom.in d.l.ſed ſi cõſtituatur.ff.de iud.Iaſ.in l.1.n.8. ff.de iuriſd.omniũ iud.Socin.cõſil.167.col.fin.verſ.cõcludo.lib.2.Marã.de ord.iud 4.p.diſt.6.n.36.

28 Reconuentio reconuentionis fieri non poteſt, quoniam in hoc non datur Rectorquutio.ex gl.2.in auth.& conſequẽter.vbi Bart. n.8. & omnes. C.de ſent. & interlocut.omn iud.Ang.Lud.Rom.&alij.in l.iuſiurandũ,& ad pecunias. §.ait prætor.ff.de iure iur.& ſpecul.in tit. de reſcript. præſ.

Digitized by Google

§ fin.verſ ſed nec quid poſſum.Guill.Bart. Iaſ.& alij in l.fin.ff quod quiſq; iur.

28 Reconuentus poſtquam fuit præuentus per reconuentionẽ,non poteſt renunciare iudicio ſuæ conuentionis,ad effectũ, vt nõ reconueniatur,quoniam ſemèl fuit ius acquiſitum aduerſario, ex illa præuentione reconuentionis, quod tamen nõ erit ſi res eſſet integra, quia tunc bene poterit renunciare ſuæ actioni. arg. text.in l.ſi poſt mortem. §.fin. ff.de bon. poſſ. contra tab. & tenet ſpecul.in titul.de reconuẽt. §.fin. Bald.in d. auth. & conſequenter. col.pen. C de ſent.& interlocut.omnium iud. Afflict.deciſ.173. nu.3. Marant. de ord. iud. 4.part.diſt.6.num 55.

Verbo Rector.

1 REctor Eccleſiæ dicitur procurator,tutor,adminiſtrator,& non verè dominus. c fraternitatem, vbi gl.verb.procurator,& Doct.de donat. & c.fin. 12.quæſt.1. & c.ſine exceptione.12.quæſt.2. & Abb.in c.nouum genus.nu.6. de decim vnde Rector Eccleſiæ tenetur de rebus,quas paſſus eſt perdi, ſeù præſcribi,& de illis,quas potuit acquirere, & non acquiſiuit, verbum enim alienatio,etiã continet vſucaptionẽ. vt eſt text.in l.alienationis.ff.de verb.ſign. & Rector Eccleſiæ, qui tanquàm tutor, & adminiſtrator, alienauit, & omiſit, vel ſua culpa non acquiſiuit, tenetur ſatisfacere de ſuo patrimonio. l. quidquid. vbi Doct. C.de arb.tut.& gl.ver.pertineant.in c.placuit.2. in 16.quæſt.3. & c. ſacerdotes. 12. quæſt.4. Abb in d. c.fraternitatem.n.4.de donat.& hæres illius etiam poteſt obligari pro mala adminiſtratione rerum Eccleſiæ, & omnia, quæ Eccleſia amiſit poteſt ab hærede illius Rectoris vendicari, tanquã debitum alienum, quod ex hæreditate eſt ſoluendum. d. c.ſacerdotes. 12.quæſt.4.& d. gl.verb. pertineant. in fin.& Abb. in c. ex præſentium. n.6.de pign.Fel.in c.accepimus.col.3. verſ tertia declaratio. de fid. inſtr.And.cicul.in c.vt ſuper de reb.Eccleſiæ.nõ alienand.Card.in clem.quia contingit.in prin.notab. 2.de religioſ.domib.

2 Rector Eccleſiæ poteſt illam meliorem facere, deteriorem vero nõ poteſt, nec in faciendo,nec in omittẽdo, quamuis in faciendo,ſeù omittẽdo illi præiudicare poſſit c.1 vbi Doct.de in integ.reſt.& c.fraternitatem. vbi gl.verb.deteriorẽ, & Ant. de But.Hoſt.Ioan.And.Abb.& alij.de donat.& l.qui fundum. §.procurator. ff.pro empt. & l.ignorãtis. vbi Doct.ff.de procurat.in omittendo enim poteſt præiudicare Eccleſiæ in patiendo præſcriptionem, aut non acquirendo, & in ſimilibus in faciẽdo autem poteſt in modicis præiudicare quãuis regulariter in rebus magnis, & arduis non poſſit.c.1.& per totum de præſcript. & c.fraternitatem. vbi gloſ.verb. debet,& Doct.de donat.& c.cæterum eodem titul. & arg.tex.in l.ignorantis.ff.de procurat.& tenet Abb.in c.1.à nu.25.de dolo. & contum.& in c.potuit.n.15.de locat.& cond.

3 Rector Eccleſiæ nõ poteſt illã cenſui de nouo obligare, nec antiquum augere, ſine conſenſu Summi Põtificis.c.prohibemus. vbi Ant.de Butr.Hoſt.Innocẽt.Ioan.And. Abb.& alij.& c.præterea de cenſ. & c. tua nos.11. vbi Doct.de iure patron.& Rector, qui per colluſionẽ,interueniẽte pacto,ſine auctoritate Sũmi Pontifitis Eccleſiã facit cenſualẽ, debet priuari ipſa Eccleſia. c.cũ Clerici.vbi gl.ver.citrà,& Doct.de cenſ.ſi autẽ ſine colluſione cenſum illũ imponat, eſt puniẽdus tũc pœna arbitraria.c grauis. vbi Ant.de But Hoſt. Abb.& alij de cenſ.

4 Rector Eccleſiæ poteſt tranſigere in rebus Eccleſiæ,dũmodo tranſactio illa nõ ſit iuri cõtraria,& quãdo euidẽter res Eccleſiæ meliores faciat dãdo aliquid,vt res remaneant apud Eccleſiã,ſeù ipſe remaneat cum beneficio.cap.de cætero.vbi Doct.de tranſact.& l.nulli.vbi gl.ver.tranſigere, & Bart.Bald.Iaſ. & oẽs.ff.de tranſact.Abb.in c.contingit.n.3. de tranſact.& Doct.cõmuniter.in l.1.C.ſi aduerſ.trãſact.& aliter nõ valebit tranſactio, niſi interueniat cõſenſus ſuperioris. vt notat Hoſt.& Ioan.And. in c.peruenit.de arb.Abb.in conſil.56.nu. 2.& conſil.62. num.1. lib.1.

5 Rector Eccleſiæ nõ poteſt pignerare res Eccleſiæ,pro ſua propria vtilitate,& ſi illas pignori dederit tenet hæres eius illas redimere, & reddere Eccleſiæ quoniã hæres cõpellitur reddere Eccleſiã,olim defuncti indemnẽ. c.ex præſentiũ.vbi Gofred.Ant. de But.Hoſt.Ioã.And.Abb.& oẽs.de pign.

6 Rector non poteſt manumittere ſeruos Eccleſiæ,ſi nihil de ſuo dederit, cap.Epiſcopi. vbi Doct. de reb. Eccleſ. alienand. vel non, ſi tamen de ſuo dederit Eccleſiæ rem duplæ æſtimationis, benè poterit tunc manumittere ſeruas Eccleſiæ, erunt tamen ipſi manumiſſi liberti Eccleſiæ, &

illi

Digitized by Google

illi præſtabunt ſuas operas,& filij eorũ. c. conſenſus.vbi Doct.de rebus Eccleſ.alien. vel nõ,& l.operas,& l.à duobus,& l.ſi quis operas.vbi notãt ſcribẽtes,ff.de oper.lib.

7 Rector Eccleſiæ poteſt locare fructus ſui beneficij toto tẽpore vitæ ſuæ,vt tenet gl. ver. ſtatutum terminum,in c.querelã. vbi Abb.n.4.ne prælat.vic.ſuas alij autem tenent Rectorem Eccleſiæ non poſſe locare fructus ſui beneficij,niſi vſq; ad modicum tempus,quod intra decennium cõtinetur, ad quod facit tex.in l.ſi cum fideicõmiſſa, §.Ariſto.& gl.ibi ver.diu.ff.qui,& a quib. & l.fin.C.de præſcript.lõg.temp.& l.poſſideri.§.ſi ſeruus.vbi gl.ver.diu,& Doct.ff. de acquirend.poſſ. & hãc veriorem,puta, & illam videtur probare tx. in c.veſtra.de locat.& in c.querelam. ne prælat.vic.ſuas. in fructibus tamen monaſteriorũ, ſeù alicuius ſingulariũ adminiſtrationis,eſt preciſè vera hæc opinio. per clem.1.& ibi gl. verb.ad tempus modicum,& Doct.de reb. Eccleſ.nõ alien.vbi tamen eſt recepta extrauagãs.Paul.2.quæ prohibet,ne Rectores Eccleſiarum, ſeù beneficiati locarent fructus ſuorum beneficiorum,vltrà triennium,& tunc non poterunt illos locare,niſi per ipſum triennium imò aliter faciẽs incurret excõmunicationem. vt tenet Nau. in Manu.c.25.nu.130.& dixi ſuprà verb. fructus.§.22. nec valet ſtatutum diœceſanorum Epiſcoporum.vbi fuerit diſpoſitũ, & determinatum tempus,per quod Rectores Eccleſiarum, ſeù beneficiati, poſsint locare fructus ſuorum beneficiorum,quia Epiſcopi non poſſunt facere ſtatutum in præiudicium Eccleſiarum inferiorum,ſine iuſta cauſa,vt eſt text.in c.veſtra. vbi gloſ. verb ſtatutum,& Innocent.Hoſt.Ioan.Andr.Abb.& alij.de locat.

8 Rector Eccleſiæ poteſt compelli ad reparationem Eccleſiæ de redditibus beneficij,quæ ſuper ſunt,& non de patrimonij redditibus,nec de portione victui neceſſaria,ſed de his,quæ ſuper ſunt,c.de his.vbi gl.1.& Doct.de Eccleſ.ædificand. & c.fin. vbi etiam notant ſcribentes. de his, quæ fiunt à maiore.part.cap.& dixi ſupra verb. Eccleſia.§.27. & verb.parochia. § 5.

9 Rector Eccleſiæ factus leproſus,nõ poteſt exercere ſuũ officium,in Eccleſia, ſed eſt illi dandus coadiutor de cõſenſu Epiſcopi, vt parochianis omnia neceſſaria adminiſtret, & illis præſtet adminiſtrationẽ Sacramentorũ,& rerũ diuinarũ,& ex redditibus Eccleſiæ habebit congruã portionẽ.c.de rectoribꝰ.vbi Doct.de Cler.ægrot. erit tamẽ Rector ille remouẽdus ab adminiſtratione officij,& exercitio propter populi ſcandalũ, & horrorem non auferretur tamen ab illo ius prælaturæ, & erit ſuſtẽtandus de bonis ipſius Eccleſiæ;c.tua nos; vbi gloſſ.verb.adminiſtrationis,& Ant.de Butr Hoſt.Ioan.Andr.Abb & oẽs.de Cler. ægrot.idem Abb.in c.de rectoribus. nu.6. eodem tit.Merg.conſil.24. n.38.

10 Rector itaq;, ſi eſt impeditus perpetuò impedimẽto,& nõ poteſt ſeruire Eccleſiæ, ſemper tamen habet ius prælaturæ,ſed adiũgebitur illi Vicarius,ſiuè perpetuus,ſiuè temporaneus, cum auctoritate, & cõſenſu Epiſcopi,qui habebit regimen Eccleſiæ, cum portione ex redditibus ipſius Eccleſiæ,quæ ſufficiat ad ſuſtẽtationem ipſius Vicarij,& reliqua bona remanebunt,apud ipſum Rectorem, ſi eſt impeditus ad regimen Eccleſiæ tantũ, & habeat iudiciũ, & intellectum ad ſua bona gubernãda aliter enim remanebunt alia bona apud ſuũ curatorem.vt tenet Ioan.And.in c cũ ex eo. de elect.lib.6.& Abb in c.quoniam.2.n.1. ne prælat.vic. ſuas,ſi autem Rector fuerit impeditus per tempus breuiſsimũ vſq; ad menſem tantũ,bene poterit commendare regimen Eccleſiæ alicui ſacerdoti,ſine cõſenſu Epiſcopi, cum tamen ſacerdos ille alias ſit approbatus.ex gl ver.per ſe ipſum in cap.quia nonnulli.de Cler.non reſid.& Abb.in c.quoniã.2.n 1.ne prælat.vic.ſuas. ſi tamen impeditus ſit per longũ tempus, & etiam modicum, attamen ſit pluſquam menſis,non poteſt commendare regimen Eccleſiæ,ſine cõſenſu,& auctoritate Epiſcopi diœceſani,ſed ipſe Epiſcopus diœceſanus debet prouidere Eccleſiam de bono & ſufficienti Vicario. c. cum eo.§. porro. vbi Doct.de elect.lib.6. & Abb.in d. cap. quoniam.n.1.ne prælat.vic.ſuas.

11 Rector Collegij alicuiꝰ profeſsionis,ſeù negotiationis habet iuriſdictionẽ in cauſis ciuilibus,quæ oriuntur ratione illius profeſsionis,vel negotiationis, non tamẽ per hoc aufertur iuriſdictio iudicibus ſubcuiꝰ iuriſdictione ſunt res, ſeù perſonæ illius Collegij eſt enim iuriſdictio illa accumulatiua, & non priuatiua. l.fin. vbi Bald. & Salicet. C. de iuriſd.omniũ iud. & Innoc. in c. cum ab Eccleſiarũ de offic.iud.ord.& in c.dilecta.de exceſſ.prælat.Abb.in c.1.n. 12.de elect.& in c.cæterum.n.7.de iud.

Verbo Recuſatio.

1 RECuſationis exceptio eſt dilatoria, & non tantum eſt opponenda ante litis conteſtationem, vt eſt tex. in c. inter monaſterium. vbi Doct. de ſent. & reiud. & c. paſtoralis, de except. & l. apertiſsimi, vbi Doct. & l. cum ſpecialis. C. de iud. ſed etiã ante alias quaſcumq; exceptiones dilatorias debet opponi. quoniam ſi alia dilatoria opponatur priùs quàm illa iudicis recuſatoria. tunc inducitur iudex, vt in illa pronunciet, & ſic videtur pars in illũ conſentire. vnde poſtea recuſari non poſsit. l. ſed & ſi ſuſcepit. ff. de iud. & gloſſ. ibi. verb. ſed & ſi, & c. accuſatores. §. cuius in agendo. 3 quæſt. 8. & gloſſ. verb. ſubeundi iudicium. in d. c. inter monaſterium. vbi Doct. de ſent. & reiud. & Bart. in l. quidam conſulebant. num 9. ff. de reiud. Iaſ. in l. apertiſsimi. num. 11. C. de iud. Lanfrac. in c. quoniam contra. verſ. recuſationes. in prin. de probat. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de appellat. num. 26. ord. libr. 3. titul. 49. §. 1.

2 Si tamen de nouo poſtea ſuperueniat cauſa ſuſpicionis, bene poterit tunc opponi, in quacumq; parte litis, dummodo poſtquã cauſa illà ſuperuenerit, pars, quæ iudicem habet ſuſpectum, non agat corã illo, antequam proponat cauſam recuſationis. arg. text. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de recept. arb. & tenet gl. verb. cauere. in l. 2. C. de conſort. eiuſdẽ lit. & gloſſ. verb. conſenſerit in c. inſinuãte. de offic. iud. deleg. & Abb. ibidem. nu. 10. & gl. verb. exceptio. in c. ſi quis Epiſcoporum. §. exceptio. 3. quæſt. 6. & gl. ver. recuſare in l. apertiſsimi. vbi Cin. Angel. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. C. de iud. Bart. in l. fin. num. 3. C de ſent. & interlocut. omnium iud. Imol. in l. quia poterat. ff. ad treb. & gloſſ. 3. Imol. Ant. de Butr. & alij. in c. 1. de iud. & Doct. in c. cum ſpeciali. de appellat. & in cap. paſtoralis. de except.

3 Imo ſuſpicionis cauſam quàm ego ignorabam, poſſum opponere quandocumq; illam agnouerim etiam poſt litem conteſtatam, quoniam de nouo competere, & de nouo in notitiam venire id ipſum dicitur quòad effectum illam opponendi. glo. ver. exceptio. in d. c. ſi quis Epiſcoporum. §. exceptio. 3. quæſt. 6. & gloſſ. verb. recuſet. in c. ſtatutum. §. cum autem, vbi Doct. de reſcript. lib. 6. Abb. in c. inſinuante. nu. 8. de offic. iud. delegat. & Alex. in conſil. 33. lib. 4. Iaſ. in l. apertiſsimi. n. 12. C. de iud.

4 Recuſans iudicem debet de iure canonico, aſsignare iuſtam cauſam recuſationis apud ipſum iudicem recuſatum. c. cum ſpeciali. vbi gloſſ. verb. iuſtæ ſuſpecionis, & Abb. nu. 2. & c. ſecundo requiris. §. tertio. vbi gloſſ. ver. coram eodem de appellat. Iaſ. in l. apertiſsimi. num. 20. C. de iud. & Doct. in c. ſuſpicionis. de offic. iud. delegat. Lanfrac. in c. quoniam contra. verſ. recuſationes. num. 2. & 10. de probat. & gloſſ. verb. item ſuſpectus. in l. item ſuſpectus. ff. de procurat. de iure tamen ciuili non eſt neceſſe exprimere cauſam recuſationis coram iudice recuſato. ſed ſufficit, ſi vna pars iudicem ſibi ſuſpectum dicat. l. cũ ſpecialis. vbi Doct. C. de iud. & gl. ver. recuſare. in d. l. apertiſsimi. vbi Bald. Salicet. Aret. Iaſ. & alij. C. eodem titul. & gl. verb. nec illud. in l. qui poterat. ff. ad treb. & gloſſ. verb. coram eodem, in d. c. ſecundo requiris. §. tertio de appellat. & gloſ. 1. in l. item ſi ſuſpectus. ff. de procurat. Abb. in c. cum ſpeciali. num. 2. de appellat. Lanfrac. in d. c. quoniam contrà. §. recuſationes. num. 2. & 10. de probat. in noſtra Luſitania obſeruatur diſpoſitio iuris canonici. ord. lib. 3. titul. 21. §. 4.

5 Recuſatio iudicis debet fieri in ſcriptis, & libellus recuſationis debet offerri corã iudice recuſato, ſi eſt præſens, aliàs eſt offerendus corã iudice ordinario illius loci, & ipſemet iudex recuſatus, coram quo libellus recuſationis fuit oblatus, ſeù ordinarius loci, ſi coram illo fuit oblatus. debet cogere partes, vt eligant arbitros coram quibus probetur cauſa recuſationis, & ſi partes diſcordant ipſe iudex debet eligere. c. cum ſpeciali. vbi Doct. de appellat. & l. cum ſpecialis. vbi Bald. Salicet. Iaſ. & alij. eſt. l. apertiſsimi. C. de iud. & c. ſuſpicionis. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Innocẽt. Abb. & alij. de offic. iud. deleg. & c. legitima. de appellat. libr. 6. & gloſſ. 1. in c. 2. vt lit. non cont. & gloſſ. verb. coram in c. ſecundo. vbi Ant. de Butr. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes, de appellat. in curia tamẽ noſtræ Luſitaniæ tàm ſeculari, quàm Eccleſiaſtica cognoſcit Chancellarius de cauſa recuſationis propoſita ſenatoribus, ſeù cuicumq; officiali, de qua cognoſcet, quàuis ſit ſuſpectus, cum tamen non agatur de ho-

de hõnore, ſeù intereſſe perſonæ recuſatæ, quoniam ſi in recuſatione illa agatur de aliqua earum rerum, tunc non cognoſcet, ſi ſuſpectus fuerit, ſed loco illius alter ſubrogabitur. ord. lib. 1. titul. 2. §. 7. & 8. quæ ord. obſeruatur in foro Eccleſiaſtico. de ſtilo, & antiquiſsima conſuetudine.

6 Recuſatio iudicis ſuſpecti eſt pars defenſionis, quæ eſt de iure naturali, & non poteſt ſine iuſta cauſa à Principe tolli. c. quod ſuſpecti. §. & reuera. 3. quæſt. 5. & c. ſecundo requiris. §. conſultationi. de appellat. & Abb. in c. cæterum num. 9. de except. & clem. paſtoralis. cum ibi notatis. de ſent. & reiud. & ſi princeps. committat aliquam cauſam alicui remota recuſatione. intelligitur de recuſatione friuola, & in iuſta, non autem de iuſta, & vera vt tenet ſpeculat. in titul. 1. de recuſat. §. iam. verſ. quid ſi cauſa committatur, & Ant. de Butr. in c. paſtoralis. in prin. col. fin. de appellat. & Iaſ. in l. apertiſsimi. num. 17. C. de iud. Merg. conſil. 48. nu. 26.

7 Recuſationis cauſa eſt terminanda intrà illud tempus, quod à iudice recuſato fuerit ſtatutum, & aliter poterit ille iudex recuſatus procedere in cauſa principali. c. legitima. vbi gloſſ. fin. & Ioan Monach. Dominic. Ioann. Andr. & alij. de appellat. lib. 6. in foro tamen ſeculari noſtræ Luſitaniæ, eſt ſtatutum tempus quadraginta quinq; dierum ad ſuſpicionis cauſam terminandam, & in aliquibus diæceſibus Eccleſiaſticis, & poſtquam terminus ille fuerit tranſactus, ſtatim iudex poteſt procedere in cauſa principali. ſi iudex recuſationis ſuſpicionem non iudicauerit, nec tunc admittitur pars ad allegandum, quòd per illum nõ ſtetiſſet. quominus cauſa illa recuſationis terminaretur, quoniam debet appellare ab illo recuſationis iudice, ſi termino dato ab ſtatuto cauſam ſuſpicionis non terminauerit imo ſi pars recuſans ſteterit per treginta dies continuos, & nõ fuerit pro ſecutus cauſam recuſationis, ſtatim iudex recuſatus poterit procedere in cauſa principali, nam ſi per recuſantem non ſteterit, quominus terminetur cauſa ſuſpicionis, & illam proſequatur, & iudex ſuſpicionis intrà treginta dies cauſam illã nõ iudicauerit, tũc expectabit iudex recuſatus quindecim diebus vltrà treginta, & nõ amplius. ex ord. lib. 3. tit. 21. §. 21. & 22. quæ ord. & conſt. Synod. iuuantur ex tex. iuncta. gloſ. fin. in d. c. legitima. de appellat. lib. 6. & doctrina Ioah. And. ibidem, & in c ab arbitris de offic. iud. delegat. lib. 6.

Recuſationis tamẽ cauſa tribus caſibus non tractatur coram arbitris. videlicet, ſi
8 à Papa fuerint dati duo, vel tres iudices delegati cum clauſula, quòd ſi omnes intereſſe non potuerint, duo, vel vnus eorũ in cauſa procedat, tunc ſi cauſa recuſationis fuerit oppoſita vni, vel duobus alter qui non eſt ſuſpectus debet cognoſcere de cauſa illa ſuſpicionis, & coram illo nõ recuſato eſt tractanda, & ab eo eſt expedienda ſi tamen clauſula illa non fuerit appoſita in reſcripto, tunc eſt recurrendum ad arbitros, & in delegato Epiſcopi ſi recuſatur debet cauſa recuſationis agitari coram ipſo Epiſcopo, ſi eſt præſens quoniã ſi fuerit abſens eſt etiam recurrendum ad arbitros. c. ſi contra. vbi gl. verb. probari, & Ioan. Monach. Dominic. Ioan. And Petr. de Anch. & alij. de offic. & poteſt iud. delegat. lib. 6. Geripard. conſil. 38. n. 14.

9 Recuſatio etiam officialis Epiſcopi, eſt tractanda corã ipſo Epiſcopo, licet enim quòad quædam ſit idem conſiſtoriũ Epiſcopi, & ſui officialis nõ tamen quoad omnia, vt eſt text. in d. c. ſi cõtra. vbi gl. ver. appellari, & Doct. de offic. iud. delegat. lib. 6. & facit text. in l. vnica. in fin. C. ſi quacumq; præd. poteſt. & Iaſ in l. apertiſſimi. nu. 9. verſ. aduerte tamen. C. de iud. & idem eſt dicendum in ſubdelegato. delegato delegati Papæ, qui cauſam in toto non delegauit, quoniam tunc coram ipſo eſt tractanda cauſa recuſationis illius ſubdelegati, & non coram arbitris. cap. ſuper quæſtionum. §. quem vero. de offic. iud. delegat. & gloſſ. verb. Epiſcopi. in c. contra. eodem titul. lib. 6.

10 Recuſari non poteſt iudex delegatus à parte illa, quæ illum impetrauit niſi poſt impetrationem aliqua iuſta cauſa ſuperniat propter quam illum recuſare poſsit. quoniam illa, quæ de nouo emerguntur, nouum requirunt auxilium. c. fin. § offeratur. 3. quæſ. 3. & l. de ætate. §. ex cauſa vbi Doct. ff. de interrog act. & gl. verb. conſenſerint. in c. inſinuante. vbi Abb. nu. 10. de offic. iud. delegat. & gl. verb. recuſare. in l. apertiſsimi. vbi Iaſ. n. 2. C de iud. & Ang. in l. quia poterat. ff ad treb. Paul. de Caſtr. conſil. 442. col. pen. lib. 2. Marant. de ord. iud. 6. part. §. de appellatione. n. 76.

Recuſari non poteſt de iure ciuili iudex ordinarius, vt tanquàm ſuſpectus remo-

Digitized by Google

ucatur à iudicando, ſed eſt illi dandus ad iudus, ſi fuerit ſuſpectus. auth. ſi vero contigerit. vbi Bald. Salicet. Iaſ. & alij. C. de iud. & Bart. num. 1. & Iaſ. num. 4. in l. apertiſsimi. C eodem. de iure tamen canonico, bene poterit iudex ordinarius recuſari, quoniam ius canonicum reſpicit incōueniens, quod reſultat in ſuſpecto iudice, & quòd ſit laburioſum litigare ſubiudice ſuſpecto. c ſuſpecionis. de offic. iud. delegat. & c. cum ſpeciali. vbi Doct. de appellat. & c ſi quis contra de foro comp. Bart. In d. l. apertiſsimi. num. 1. & Iaſ. num. 5. in certis tamen caſibus ſpecialibus, poterit iudex ordinarius recuſari de iure ciuili, ſcilicet, ſi in cauſa prius fuiſſet aduocatus. l. prætor. ad fin ff. de iuriſd. omnium iud. & l. ſin. C. de offic. aſſeſſ. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. apertiſsimi, aut in cauſa propria, ſeù in cauſa vxoris, filiorū, libertinorum, ſeù familiarium. l. qui iuriſdictioni. vbi Doct. ff. de iuriſd. omniū iud. aut ſi iudex ordinarius fuerit inimicus capitalis partis recuſantis. l. ſi pater. ff. de lib cauſ. & l. vel exilio. ff de procurat. quæ probat ad ſimile, & quia in noſtra Luſitania regulariter obſeruatur in hoc ius canonicum in vtroq; foro, tàm ſeculari quā Eccleſiaſtico numerabo cauſas, propter quas iudex poſsit recuſari, ex c. accedens. 4 vbi gloſ. & Doct. vt lit. non cont. & gloſ. in c. cum R. de offic. iudic. delegat. & gloſ. fin. in c. cauſam. 18. eodem titul. & gloſſ. & Doct. in c. cum ſuper. eodem, & ſpecul. in titul. de iud. delegat. §. ſuper eſt videre, & Doct. in c. legitima. de appellat. libr. 6. & in l. apertiſsimi. C. de iud. & c. 2. vbi Doct. de procurat. lib. 6.

12 Prima cauſa recuſationis tam iudicis, quam procuratoris eſt conſanguinitas, vel affinitas. c. quamuis vbi gloſſ. verb. affinitate, & Doct. de procurat. libr. 6. & l. aut affinitate. vbi gloſſ. & Bart. nu. 1. ff. de procurat. & c. poſtremo. vbi gloſſ. 1. & Abb. num. 8. & Franc. num. 18. de appellat. & c accedens. 2. vbi gloſſ. 1. & Abb. nu. 2. vt lit. nō cont & l. qui iuriſdictioni. vbi Bart. Bald. Angel. Salicet. Paul. de Caſtr. Lud. Roman Alex. Iaſ. & omnes ff. de iuriſd. omniū iud. & Bart. in l. qui teſtamento. §. quæcumq;. num. 7. ff. de teſtam. Abb. in c. inſinuante num. 3. de offic. & poteſt. iud. delegat. Fel. & Perus. in d. cap. poſtremo. de appellat. ſi tamen recuſatus eſt pariter affinis, vel conſanguineus vtriusq; partis, tunc non poterit recuſari, quoniam par affectio tollit ſuſpicionem. l. non ſolum. §. de vno. vbi gl. 1. & Bart. ff. de ritu nupt. & l. cum in adoptiuis. §. ſi vero pater. C. de adopt. & gloſſ. fin. in c. 1. in 3. quæſt. 5. & Bart. num 5. & Iaſ. num 9. in d. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iud. & Fel. in c. in ſuper. col. 3. de teſt. & in c. litteris. col. 4. de præſumpt. Barb. conſil. 3. libr. 2. Alex. conſil. 158. lib. 5.

13 Secunda cauſa eſt, ſi iudex vellet iudicare in cauſa propria, vel ſuæ familiæ. l. qui iuriſdictioni. vbi Doct. ff. de iuriſd. omniū iud. & l. in priuatis, & l. Iulianus. 17. ff. de iud. & l. vnica. vbi Bald. & Salicet. C. ne quis in cauſa ſua, & l. omnibus. vbi Doct. C. de teſt. & c. inter querelas. 33. quæſt. 4. & c. de occidendis 33. quæſt. 5. & cap. 1. in 4. quæſt. 4. & l. extat. ff. quod met. cauſ. & l. nullus. C. de iud. & Cælicol. & Abb. in c. inſinuante. num. 6. de offic. delegat. & Dec. in l. non eſt ſingulis. nu 1. ff. de regul. iur. fallit tamen in Principe, non recognoſcēte ſuperiorem habente cauſam cum ſuo ſubdito, non tamen cum extraneo, tunc enim ipſe iudicat cauſas ſuas. facit text. in l. & hoc tiberius. ff. de hæred. inſt. & tenet Bart. & omnes. in l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. Abb. in c. nouit. num. 16. de iud. & in c. 1. n. 5. de probat. & Socin. conſi. 120. col. 9. in prin. lib. 1. & 2. fallit facta quando iudici fuit iniuria ab aliquo, perturbando eius officium, tunc enim poteſt cognoſcere de cauſa illius iniuria, cum aliunde non ſit ſuſpectus, c. dilectus filius. de pœn. & c. 1. vbi gl. verb. punire, & Doct. eodem titul. lib. 6. Abb. in c ſi quis. nu. 17. de foro comp. & Dec. in l. non eſt ſingulis. nu. 2. ff. de regul. iur. Merg conſil. 24 n. 48.

14 Tertia cauſa eſt, ſi iudex ſit concanonicus, ſeù ſocius, vel commenſalis, alterius partis, & habitent in eadem domo, quoniā ſocietas cenſetur quædam familiaritas inter viros nobiles, & poteſt aliquando reueritas impediri ob illam familiaritatem, & etiam ſi ratione ſocietatis res fiant communes. c. cum R. canonicus. vbi gloſ. verb. cum ſint. & Doct. de offic. delegat. & l. verū eſt. in prin. ff. ſocio & ſpecul. in tit. de iud. delegat. §. ſuper eſt. verſ. item ſi eſt concanonic⁹, & verſ quid ſi ſocius, & Philiph. in c. poſtremo. col. 7. verſ. vndecimo. de appellat. & Iaſ. in l. apertiſsimi. num. 9. C. de iud. ſi autem ambo litigantes eſſent concanonici, non poterat tunc iudex ab vno canonico

Digitized by Google

concanico recuſari, quoniam tunc par affectionis tollit ſuſpicionem. vt dixi ſuprà. §. 12.

15 Quarta eſt, quando cauſa ex aliquo reſpectu reſpicit commodum, aut incõmodum ipſius iudicis, puta ſi iudex ille teneatur pro euictione, ſeù pro fide iuſsione, vel alio ſimili. nam tunc pro affectione cauſæ in illa iudicare non poteſt, quia lato modo dicitur ſocius eiuſdem cauſæ, vt notat Philiph. in c. poſtremo. à nu. 30. de appellat. & Doct. in l. apertiſsimi. C. de iud.

16 Quinta eſt, quando iudex habet similẽ cauſam illi, in qua iudicare vult quoniam præſumitur, quòd iudicet, prout voluerit, vt in ſua cauſa iudicetur, & ex hoc redditur ſuſpectus. c. cauſam, quæ. 2. vbi gloſſ. 1. & Ant. de Butr. Hoſt. Ioann. Andr. Abb. & alij. de iud. & gl. ver. dominus. in c. cauſam quæ inter. de offic. iud. delegat. & Ant. de Butr. in c. cauſam matrimonij, eodem titul. Iaſ. in d. l. apertiſsimi. nu. 9. C de iud. fallit tamen in cauſa decimali, & in cauſa iuris patronatus, & in cauſa electionis. vt notat gl. verb. ſimilis. & Doct. in c. cauſam, quæ. 2. de iud. & Geripard. conſil. 38. n. 26.

17 Sexta cauſa eſt, in duobus conciuibus, qui ſunt in remotis partibus, & ſunt oriũdi ab vna ciuitate. ſi ſe tractant cum particulari amicitia, quoniam hæ duæ cauſæ coniunctæ faciunt cauſam ſufficientem, vt vnus non poſsit iudicare in cauſa alterius, ſi ab altera parte recuſetur, aut ſi iudex recuſatus fuerit oriundus de territorio, quod pertineat ad iuriſdictionem aduerſarij, ſeù vxoris illius. c. accedens. 2. vbi gl. ver. oriundus, & Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Abb. & alij. vt lit. non cont. & Ioan. Andr. in c. legitima de appellat. lib. 6. Fel. in d. c. accedens. col. 2. in prin. & gloſſ. verb. cum ſint in c. cum R. de offic. delegat.

18 Septima cauſa eſt, quando iudex eſt nimis familiaris, & amicus alterius partis, quoniam ſi quis habet particularem conuerſationem, cum alio, & frequenter conuerſatur alter domi alterius, edunt, & bibunt, & de ambulant ambo frequẽter, tunc poteſt vnus recuſari in cauſa alterius. c. inſinuante. vbi gl. verb. familiarem, & Abb. nu. 6. Fel. & alij. de offic. delegat. & notant Doct. in c. accedens. 2. vt lit. non cont. & in c. poſtremo. de appellat. & Iaſ. in l. apertiſsimi. num. 9. C. de iud. modica tamen amicitia non ſufficit ad recuſationem iudicis, ſeù procuratoris præſertim cũ amicitia illa, ſeù familiaritas non ſit poteſtatiua, ſed extranea, id eſt, cum illa familiaritas non procedat ex aliquo dominio, quod aduerſarius habeat in iudice, ſed ſit familiaritas, quã homines noti, & vrbani, bonæq; conuerſationis interſe habeant, nam familiaritas hæc non ſufficit ad aliquem recuſandum, quoniam ſi hæc amicitia, & familiaritas ſufficeret, quilibet poſſet recuſari, cum quilibet teneatur proximo ſuo ad familiaritatem, & mutuã conuerſationem natura enim conſtituit cognitionem inter homines. l. late. § amicos. ff. de verb. ſign. & c. inſinuante iuncta. gloſ. ibi verb. familiarem. & Abb. nu. 6. de offic. iud. delegat. & ſpecul. in titul. de iud. delegat. § ſuper eſt. verſ. Item ſi eſt nimis.

19 Octaua cauſa eſt, ſi iudex habet cognationem ſpiritualẽ cum parte aduerſa, quia illum à fonte baptiſmali leuauit, ſeù baptizauit, aut confirmauit, ſeù tenuit in cõfirmatione, aut eſt pater baptizati, ſeù cõfirmati, ſicut enim cognatio carnalis eſt cauſa ſufficiens ad iudicem recuſandũ, ita maiori ratione eſt cognatio ſpiritualis, cũ ſit maior vnde compater, & patrinus, vt ita dicamus poteſt recuſari in cauſa ſui compatris, ſeù filij ſpiritualis, & ita filius ſpiritualis in cauſa ſui patrini. vt tenet Imol. in c. ſpeciali. de appellat. & in c. prudentiam. de offic. delegat. Iaſ. in d. l. apertiſsimi. nu 7. verſ. ſexta. C. de iud.

20 Nona cauſa eſt, quando Epiſcopus, ſeù dominus eſt ſuſpectus aliqua de cauſa, tũc eius Vicarius, aut aliquis de familia illius poteſt recuſari, licet contra illos nulla ſit cauſa ſuſpicionis, ſed tantum propter ſuſpicionẽ Epiſcopi, ſeù domini poteſt Vicarius, ſiue familiaris illius recuſari. c. inſinuante. vbi Abb. nu. 2. de officio. iud. delegat. Rip. in c. 1. num. 43. de iud. Guter. in pract. canonica. c. 1. nu. 36.

21 Decima cauſa eſt, quando iudex eſt ſubditus ratione iuriſdictionis, vel vaſallus, ſeù ſuffraganeus alterius partis. c. accedẽs. 1. vbi gl. vẽrb. ſubeſſe, & Doct communiter, & c. accedens. 2. vbi gl. verb. oriundus. & Gofred. Ant. de Butr. Innocent. Abb. & alij. vt lit. non conteſt. & gl. verb. cum ſint. in c. cum R. canonicus. de offic. iud. deleg.

22 Vndecima cauſa eſt, ſi iudex fuiſſet priꝰ aduocatus in ipſa cauſa, aut aſſeſſor, ſiuè dedit conſilium, etiam in camera ſuper cauſa illa. nam eò quòd declarauit ſuam intentionẽ alicui parti, nõ debet amplius

in illa

in illa iudicare. c.poſtremo. vbi gloſſ.fin. & Abb. nu.3. & alij. de appellat.& l.prætor. ff.de iuriſd. omnium iud.& l.fin. C de aſſeſſ. & gloſſ. verb. procuratum. in l.eos, qui. de appellationibus. C. de appellat. & Innocent. in c.irrefragabili. de offic. ord. Iaſ.in l.ſolet. num.1.ff de iuriſd. omnium iud.& ſpecul.in titul.de aſſeſſorib.§.fin.in fin. aliter tamẽ ſi filius, vel conſanguineus fuiſſet aduocatus in ipſa cauſa. vt tenet Franc.in d. c.poſtremo. col.2. verſ. aduocati. de appellat. propter aduocationem tamen in alia cauſa, non ſit ſuſpectus.dixi verb.inimicitia. §.5.

23 Duodecima cauſa eſt, quando iudex primæ ſententiæ ſucceſsit in locum iudicis appellationis, aut illi eſt ſubrogatus, quia tunc propter affectionem, & deſiderium, quod habet, vt confirmetur ſententia lata ex ſua opinione, poteſt recuſari in cauſa illa. l.eos qui, vbi gl.verb.prouocatum. & Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de appellat. Iaſ.in l ſolet. num.1. ff de iuriſd.omnium iud. Philiph. in c.poſtremo. col.10. verſ. 29. de appellat.

24 Decimatertia cauſa eſt, quæ legitime poteſt proponi, videlicet, ſi iudex dedit ſententiam contra aliquem, & appellauit ab illa, & fuit reuocata illa ſententia eò quòd notoriè fuit iniuſta. vt notat gl.verb. non debet Ant.de Butr.Hoſt.Ioan.Andr.Abb. & alij.in cap. propoſuit.de appellat.idem Ioan.Andr. in c.ad hæc ſi. eodem titul.appellatione quoq; pendente bene poterit iudex à quo recuſari ab illo, qui appellauit à ſententia, ſi in alia cauſa coram illo letigare voluerit.c.ad hæc ſit.& cap.propoſuit. & cap.ad hæc.& infra.de appellat. & Doct. in c.poſtremo.eodem tit.ſed tamen hæc recuſatio dependet exeuentu appellationis, nam ſi pronunciatum fuerit iudicẽ aquo, partem non grauaſſe, tunc non procedit illa recuſatio, ſi autem fuerit pronũciatum partem grauaſſe bene procedit recuſatio, & ita intelliguntur iura ſupra relata, & gl.verb.non debet.& Abb.nu.3. in d.c.propoſuit.de appellat.& gl.ver.ſi capitales. in §.inimicitiæ inſt.de excuſat.tut.

25 Decimaquarta cauſa eſt, quando iudex procurauit, ſe impetratum fuiſſe iudicem in cauſa nam ex illa cupeditate ſe reddit indignum, & poteſt recuſari.c.ſicut is, qui. 1 quæſt.6. & c. in ſcripturis. 8.quæſt.1. & c.miramur.diſt.61. & l.quæ omnia.§.ſed ſi aduerſus. vbi Bart.nu.1. ff.de procurat. & l.contra publicam. C.de re milit.lib.12. & ſpecul.in tit.de iud.deleg.§.ſuper.verſ.itẽ ſi ipſe,& dixi ſupra verb.electio.§.25.

26 Decimaquinta cauſa eſt, quando iudex eſt donatarius alterius partis, quoniam donator habet naturaliter donatarium obligatum. vt eſt text.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit. vbi gl.verb. obligauerunt. & Doct. ff. de pet.hæred. & glo.verb.non petenti. in c.& ſi quæſtiones. de ſimon. & gl.verb. compellitur. in c. illud. 8.quæſt.2. & ideo recuſari poteſt in cauſa ſui donatoris. vt notant communiter Doct. in c. poſtremo. de appellat.

27 Decimaſexta cauſa eſt, quãdo iudex fuit corruptus à parte aduerſa recipiens aliquod munus ab illa, per ſe, aut per aliquẽ familiarem ſuum, vel aliqua de cauſa illi ſit obligatus. vt notat ſpecul. in titul. de iud. delegat. §. ſuper eſt. verſ. item ſi ſit inimicus. col.pen.

28 Decimaſeptima cauſa eſt, quando iudex nimis, & extrà terminos iuris fauet alteri parti, & aliam grauat in aliquibus articulis, ſeù alijs litis terminis, puta dicens ſcribantur dicta, & allegationes illius partis, & dicta, ſeù allegationes illius non ſcribantur. excepto ſi notoriè pateat, quòd dicta, & allegationes partis illius non pertineant ad merita cauſæ, quod relinquitur in arbitrio iudicis, quod arbitrari debet ſecundum iuris diſpoſitionẽ, itaq; in hoc eſt concluſio ad iudicem recuſandũ, quòd ſit neceſſe, vt grauet partem aqua poſsit recuſari, in cauſa notoria, & alteri faueat, vltrà illud, quod termini iuris poſtulant ſufficit tamen ſi notoriè conſtet, quòd vni parti faueat, & alteram minis grauet, quoniam vna iſtarum cauſarum ſufficit.vt tenet Hoſt.Ant.de Butr.Ioann.And.Abb.& alij. in c.accedens.2. vt lit. non conteſt & Doct. in c.poſtremo. de appellat. Abb. in c.cauſam, quæ.2. nu.1. de iud. Ioan. Andr. in c.legitima.de appellat.lib.6.Lanfrac.in clem.ſæpe. col.1. verſ.de plano, de verb. ſign.

29 Decimaoctaua cauſa eſt, quando iudex facit occulta conuenticula, cũ altera parte, aut illi ſibillat, aut alloquitur ſecretè in auricula, vel ſi pars etiam iudici ſibillat, ſiuè loquitur ſecretè ad aurem, ſed tamen datur differentia, nam ſi iudex loquitur ſecretè ad aurem partis ſtatim remanet cauſa ſufficiens recuſationis, ſi autem pars alloquitur ad aurem iudicis, & ille tacet,

eſt etiam

Digitized by Google

eſt etiam cauſa ſufficiens recuſationis, ſi vero ſtatim reuelat parti aduerſæ,ſeù circunſtantibus illud,quod pars ad aurem dixerat non remanet tunc cauſa ſuſpicionis, quia forte propter vrbanitatem porrexit aurem,& non propter particularem amiciciam,vel donum datum,ſeù expectatum. vt notant Ant.de Butr.& Abb. nu.8. in c. accedens.2. vt lit. non cont.& optime facit text.in c.cum ex iniuncto.de hæret. & tenet Lanfrac. in c. quoniam contra. verſ. recuſationes. col.fin.circa fin.de probat.& Philiph. Franc. in c.poſtremo. col.pen.de appellat. Rom.ſingul. 159. incipit nunquid aduerſarius,& ſpecul.in titul.de deſput.& allegat. §.fin. & Iaſ. in l.apertiſsimi. nu 9. verſ. vndecima. C.de iud.

30 Decimanona cauſa eſt,quãdo iudex eſt inimicus partis aduerſæ,quoniam inimicitia eſt cauſa ſufficiens ad iudicem, ſeù procuratorem recuſandum. c.quãuis. vbi gloſſ.verb.inimicum & Doct.de procurat. lib 6. & l.ſi pariter. ff de liberal.cauſ. & l. vel exilio. ff.de procurat. Abb. in c.accedens. nu.2. & alij. vt lit.non conteſt.ſpecul.in titul.de iud.deleg. §.ſuper eſt.verſ. item ſi eſt inimicus Franc. in c. poſtremo. col.9, verſ.de appellat. de appellat. Iaſ.in l.apertiſsimi. num.7.C.de iud.& facit doctrina Bart.in l.vnica. C.ſi quacũq; præd. poteſt, & non tantum iudex inimicus poteſt recuſari, ſed etiam omnes de familia, & domo illius. vt eſt text. in l.vnica.§.de illo,vbi Doct.C.ſi quacumq; præd. poteſt. & gloſſ.verb. ſubeſſe. in c. accedens. 1. vt lit.non cont. & Ioan.Andr.& Abb. nu.21. ibidem Iaſ.in d. l.apertiſsimi.num.7.C de iud. & ita ſi iudex eſt conſanguineus inimici partis, vel cũ illo contraxit parentelam, aut particularem amicitiam, quoniã reuera, illi,qui contraxit particularẽ amicitiam cum illo, qui mihi factus eſt inimicus, ſi antea illam particularem amicitiã nõ habebant, odio me proſequitur,& optima ratione poteſt in cauſa mea recuſari. vt notat Abb. & Fel. in c. accedens. 2 vt lit.non cont.Bald. in l. quoniam liberi.C. deteſt. & Franc. in poſtremo. quæſt.3. de appellat.& Bart. in l.ſciendum. §.ſi accuſato. ff.delegationib. Iaſ. in l. apertiſsimi. num.7. verſ.adde quarto. C.de iud.& facit tex.in l.liberi. vbi Iaſ. nu.2. C.de in offic. teſtam. Bald.& Salicet ibidem,& ſic ſi iudex eſt ſubditus inimici vnius partis, poteſt tunc ab illa recuſari,quoniam timore illius ſubiectionis poteſt partẽ illam grauare, vt ſatisfaciat ſuo ſuperiori. vt tenet Abb. in c.accedens.2. num.2. verſ. quarta cauſa. vt lit. non conteſt.& Franc. in d.c. poſtremo col.7.verſ.decimotertio.& verſ. decimoquarto.de appellat.

31 Inimicitia tamẽ procurata à recuſante, non ſufficit, nec eſt cauſa legitima, vt iudex, ſeù procurator recuſari poſsit, quoniam recuſans, non poteſt imputari alicui inimicitiam, quæ culpa ſua prouenit. arg. text.in l.ſi filiam tuam. C.de inoffi.teſtam. vbi Iaſ. nu.1. & Paul.de Caſtr.in l.cum te. num.3. C.de in offic. teſtam. Dec. in c. vt debitus. num.19. de appellat. & Palat. in Rubric. § 87. num.29. de donat.inter.vir. & vx.& Riminal. in prin. à num.408. inſt. de donat. & Iaſ. in l.hæreditas. num.3. C. de his quib. vt indign. Mench. de ſucceſſ. creat. §.10.n.619. & 622. & facit doctrina Bart. in l. cum tabulas. §. quoniam. ff. de his quib. vt indign.

32 Vigeſima cauſa eſt,quando iudex habet aliquam litem,ſeù habuit, cum parte nam ex lite illa præſumuntur inimici,& quamuis iam ſint reconſiliati, nihilominus,recuſari poteſt præſertim ſi de recente facta eſt reconſiliatio. facit tex.in c.cum ſuper. vbi Abb. nu.3. de offic.iud.delegat.& Iaſ. in l.apertiſsimi. num.7. verſ. adde tertio. C.de iud.

33 Vigeſimaprima cauſa eſt,quando iudex noluit exercere cum parte actum humanitatis, nec illam voluit admittere ad oſculum pacis, ſeù ſalutationem ordinariã, & hoc ex parte iudicis perueniat, & non ex parte recuſante, quoniam ſi ex parte recuſante procederet non eſſet cauſa ſufficiens ad recuſationem. vt notat Abb. in c.cum ſuper. num.3. de offic.iud. delegat. & gloſſ.verb. & ad ſalutandum, in c. cum Adrianus.63. diſt. Iaſ. in l.apertiſsimi.nu. 7. verſ.& dicit. gloſſ. C. de iud. & faciunt illa,quæ dixi ſuprà. §.31.

34 Vigeſimaſecunda cauſa eſt,quãdo iudex minatus fuit parti quod ei noceret, quoniam minæ probant iuſtam cauſam recuſationis. vt tenet Abb.in c.cum ſuper nu. 4.de offic.iud.delegat.& Paul.de Caſtr.cõſil.312. libr.1. in quocumq; enim delicto probant minæ ſaltim ad torturam, quãdo ſunt prolatæ per virum, qui ſolet minas ſuas exequi, & eſt potens ad eas exequendas. vt tenet Imol. in l. fin. num. 10. ff. de hæred. inſt. Plac.lib.1. delict.cap.28 n.18.

Boiſſ.

Digitized by Google

Boſſ. in titul.de indic.num.44. Doenn.regula 192.ampl 4.Iul.Clar.lib.5.§.fin quæſtio.21.num.37.

35 Vigeſimatertia cauſa eſt, quando iudex aliquando habuit inimicum de graui inimicitia, partem recuſantem, licet modo ſint reconſiliati, quoniam ſemper ex graui inimicitia remanēt reliquiæ, propter quā recuſari poteſt. vt dixi ſupra.§.30. ſi tamē inimicitiæ fuerunt leues, ſufficit, quòd ſint reconſiliati dummodo tamen reconſiliatio non ſit recenſ. vt tenet Abb.in c.cum oporteat. num.5.de accuſat. & eſt text. in c.2. in 3.quæſt.5. & Iaſ. in l.apertiſsimi.n.7. verſ.adde tertio. C.de iud. Franc. in c. poſtremo.col.9. verſ.35.de appellat.

36 Vigeſimaquarta cauſa eſt, quando prælatus vellet iudicare in cauſa ſuæ Eccleſiæ, quoniam tunc propter affectionem cauſæ poteſt recuſari, ſecundum veriorem opinionem. licet ſi non recuſetur valebit, quod in rebus, & cauſis ſuæ Eccleſiæ iudicauerit. vt refert Franc. in c. poſtremo. col.5. verſ. quæritur poſt. multos alios quos ipſe refert.de appellat.

37 Vigeſimaquinta cauſa eſt, quando iudex fuit datus ad petitionem alterius partis, quoniam ex illa particulari petitione ſpecialis iudicis remanet cauſa ſufficiens, ad eum recuſandum, quia iudex non eſt dandus ad petitionem vnius partis, vt euitetur malum exemplum niſi principi ita placuerit. vt eſt text. in l. obſeruandum. vbi gloſſ.1. & Bart. ff. de iud. & l. vxori. ff.ad leg.Corn.de falſ.& c.inſinuante. vbi Doct. de offic iud.deleg.& Franc.in c.poſtremo. col.8. verſ.522. de appellat. hoc tamē eſt intelligendum, quādo vtraq; pars & præſens, ſecùs ſi tantum illa, quæ petit, fuiſſet præſens, vt obſeruatur in Curia Romana. vt refert gloſſ.in d. l.obſeruandum, & ibi Bart. ff.de iud. Fel. in c. cum olim. col.6. de ſent.& reiud.

38 Vigeſimaſexta cauſa eſt, quando iudex fuit teſtis in eadem cauſa, quoniam nō poteſt quis eſſe teſtis, & iudex in eadem cauſa, & inſtantia, & eſt cauſa ſufficiens, vt recuſari poſsit. l.fin. vbi Doct. ff.de teſt.& c. dilecto filio. vbi gl.ver.recuſaſtis. & Doct. de teſt. & c.1. in 4 quæſt.4. & ſpecular. in titul.de iud.delegat. §.ſuper eſt. verſ. item ſi fuit teſtis, ſi tamen iudex iuraret ſe nihil ſcire de cauſa illa, pro qua fuit teſtis, tunc non poterit recuſari, in cauſa illa, ſi quidē nihil ſciebat, ex noſtr.ord.lib.3.tit.21.§.13.

39 Vigeſimaſeptima cauſa eſt, quādo iudex eſt homo illiteratus, imperitus, & groſſus, & cauſa eſt ardua, & ſubtilis, & requirit maturam cognitionem, & iuris ponderationem, quam homo groſſus, illiteratus, & imperitus, per ſe ipſum inueſtigare non poteſt. vt tenet Bald. in l.fin.quæſt.16. C. de hæred. inſt. & Iaſ. in l.apertiſsimi. nu. 7. verſ.& licet. C.de iud. & Fel. in c.ſciſcitatus col.7.in prin. verſ.dicit etiā Bald. de reſcript.& notant ſcribentes. in c.ſtatutum. §.aſſeſſorem. de reſcript.libr.6. & ita ſi iudex eſt indiſcretus, quia tunc tanquàm iudex iniuſtus poteſt recuſari, & repelli à iudicando.arg.text. in c.ad noſtrā. vbi Bald. in fin.notab.de probat. & Iaſ.in l.apertiſsimi. nu.7. verſ. quarta. cauſa. C. de iud.

40 Vigeſimaoctaua cauſa eſt, quando iudex eſt nimis ſeuerus, crudelis, & ingratus ſine cauſa.l.1.vbi gloſ.verb.ſine cauſa.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Bald. in l. 2. eodem titul.& auth.de exhib.reis.§.illud. quoq; coll.5. & Bald. in c.ad noſtram. in fin.de probat.& Iaſ.in l.apertiſsimi. nu.7. verſ.tertia. C.de iud. & Doct. in c.poſtremo.de appellat.& Merg conſil.39.n.14.

41 Si quis tamen poſtquam iudicem recuſauit, litigauit coram eo in alia cauſa, aut in ipſamet cauſa, videtur illum approbare, & renunciare recuſationi, & amplius ex illa cauſa cum iudicem, ſeù alium quēcumq; officialem recuſare non poterit, eò quòd illum approbauit poſt recuſationē, niſi alia noua cauſa ſuboriatur. arg.text.in c.gratum. de offic.iud.deleg.& in c.ſolicitudinem de appellat.& tenet Abb.in c.inter monaſterium. nu.3.de ſent.& reiud.

42 Recuſatio non cadit in merum executorem, nam merus executor nihil aliud faciat, quàm id, quod lite deciſum eſt ad finē producere non poteſt recuſari, ſed ſi modum excedat, appellatur ab illo. c.nouit. vbi Doct.de appellat. & c.quoad conſultationem de ſent.& reiud.& c.ei qui. §.ab executione. vbi gloſſ.verb. non poteſt.2. quæſt. 6. & l. ab executione. vbi Doct. C. quorum appellat.& gloſ.verb.& ſi ſciat.in c.paſtoralis. §.quia vero. vbi Ant.de Butr. de offic. iud. delegat. & Abb. in c. ſi quis. num.11.de foro comp.

43 Recuſari non poteſt conſilium generale, nec prouinciale, ex gloſſ.verb.interrogatus. in c.1. vbi Cicul. num.8.& Auguſt. Ber. num.120. de iud. & alij quos refere Roland.

Digitized by Google

Roland.conſil.19. num.6. & 7. libr.3. qui enim allegat omnes de concilio, ciuitate, collegio,ſeù congregatione ſuſpectos, videtur hoc facere per fraudem, ſeù calumniam, & tanquàm friuolam recuſationem opponens, debet repelli. facit text.in cap. cum appellationibus. vbi Doct. de appellat. libr.6. & cap.ſuper eo.2.de appellat.& Bald.in l.hoc modo.ff.de cond.& demõſt. & Iaſ. in l apertiſsimi. num.10. C.de iud. contraria tamen ſententia eſt verior,& cõmuniter approbata,imo dico,quòd conſilium prouinciale,vel collegiũ,ſeù congregatio poſsit recuſari,quoniam poteſt contingere omnes de conſilio, ſiue de collegio, ſeù congregatione eſſe ſuſpectos illi, de quo agitur in congregatione, & tunc Iuſta cauſa recuſationis nulli eſt deneganda,&de hoc eſt tx.in c.licet ex ſuſcepto,& Abb.ibidem.nu.10.de foro comp.& c.fin. verſ.veniamus.& verſ.fin.3.quæſt.5.& optime facit text.in clem.paſtoralis.§.notoriũ. verſ.piſanaq; de ſent.& reiud.& Abb. in c.1 nu.14.& Dec.in lect.n.16.& in lect. 2.col.6. verſ.in fine.gloſſ.& Rip.nu.40. & Alciat.nu.17.& Bert.n.31.de iud.& Boer. deciſs.269.& Roland.conſil.19. nu.10.lib. 3.Menoch.conſil.94.à n.5.& de arbit.caſu. 458.à n.3. Alber.in 2.part.ſtatut.quæſ.100. quæ incipit an autem quis poſsit dicere omnes iudices,& Iaſ.in l.apertiſsimi.n.10 C.de iud.&gl.ver.& appellatione remota. in cap.in ſingulis. de ſtat.monach & And. Barb.in c.inſinuante.de offic.iud.delegat. concilium tamen vniuerſale , & cucumenicum nunquam poteſt recuſari,& in hoc defenditur. gloſſ.verb. interrogatus. in d. c.1.de iud. vt tenet Abb.ibidem.num.14. Dec. num.16. Auguſt.Ber.nu.129. Rip.45. Roland. d.conſil.19. num 11. lib.3. Menoch. de arb.caſu.94.nu.26.

44 Et quãuis recuſato præſide,ſeù Rectore conſilij Prouincialis,collegij,ciuitatis,ſeù congregationis: poſsit tota congregatio recuſari. vt notat Bald. in l.1. C. ſi Rector Prouinciæ,& Abb. in d. c.1. n.14.de iud. Rip. nu.40. Berous.nu.123. Alciat.nu.17. & Roland. d. conſil.19. nu.12. lib.3. Menoch.de arb. caſu.94. nu.16. ſi tamen agitur de caſu, vbi reliqui de concilio, collegio,ciuitate,vel congregatione,non depẽdẽt à præſide, ſiuè Rectore,nec poteſtas,ſiuè iuriſdictio illorũ cõmunicatur ab ipſo præſide,ſiuè Rectore,nec ſunt ſubditi, vel familiares illius, tunc propter ſuſpicionẽ præſidis,ſeù Rectoris,nõ cenſentur reliqui ſuſpecti, ſed tũc debet alter ſuo loco ſubiti tui.vt tenet Alciat.in d. c.1. n.17.de iud.

Verbo Regulares.

1 Regularis dicitur à regula , quæ varias habet ſignificationes , regula enim aliquando pro modo,& ordine rectè viuẽdi accipitur. cap.regula. 3 diſt. & Dec. in Rubric. num.7. ff.de regul.iur. aliquando prout breuiter narrat rem , quæ eſt, & ex iure fit regula.l.1.vbi Doct.ff.de regul.iur. aliquando accipitur pro ordine Eccleſiaſticorum. c.fin. 12. diſt. & c. quamquam. 23.diſt.& c. quoniam. diſt.47. & c.Saluator. 1.quæſt.3.& auth. de Sanct. Epiſcop. §.ſancimus. coll.9. & Dec. vbi ſupra.vnde latiſsimo modo loquẽdo omnis Chriſtianus poteſt dici religioſus,quia viuit ſub regula Chriſtiana, & profitetur Chriſtianã Religionẽ, & in quam plurimis locis dicitur Chriſtiana Religio. vt eſt tex.in c.gaudemus. de diuort. & c.quidam.de apoſtat. & cap.1. deſt.97. & cap.1.de homicid.lib. 6. & alibi.& aliquãdo lato modo comprehendit laicos,qui pie,& honeſte viuunt.c. fin. de reb. Eccleſ.non alienand & c.bene quidem.96.diſt. & c.laicis. 16.quæſt.7. & c.Eccleſia. de conſt.aliquando minus latè regula hæc religionis comprehendit clericos ſeculares. vt in d. c. quamquam.23. diſt. & d. c.Saluator.1.quæſt.3. & d. auth. de Sanct.Epiſc. d. §.ſancimus.coll.9.propriè tamen,& ſtricto modo loquendo, ille dicitur regularis, qui profitetur tria vota ſubſtantialia cuiuscumq; religionis approbatæ, videlicet, paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, & ſub illa regula eſt aſtrictus. cap.cum ad Monaſterium. §.fin. vbi Abb. num.3. de ſtat. monach. idem Abb.in Rubric. num.1. de regul.& tranſ.& c.ex parte. de regul. & tranſ. ad relig. & c. cum in Eccleſijs. de maior.& obed.& Tridẽt.ſeſſ. 25.de regul. cap.1. & hi dicuntur regulares,& religioſi, permixtuè enim iura vtũtur his nominibus. vt eſt tex.in c.ex multa de voto,& c.fin. de regul.& tranſ.ad relig.cum multis alijs.

2 Vnde qui non profitentur hæc tria vota ſubſtantialia religionis non dicuntur propriè,& ſtricto modo religioſi,quamuis aliqua promittant, & afferant habitum monachalẽ, & à clericis ſecularibus diuiſum, & viuant in communitate , ſed dicitur

Digitized by Google

quædam communitas, licet à Summo Pōtifice ſit approbata. gl.verb.obedientiam. in clem.1.de relig domib.& gl.ver.tertio. in clem.cum ex eo. de ſent.excōmunicat. & Abb. in Rubric.n.1. de regul.& tranſ.& Ioan. And.in Rubric.de regul.iur.lib.6. Felin. & Dec in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſt. Card.conſil.138 Nau.de reddit.Eccleſiaſt.quæſt.1. monit.56.nu.9.& Concil. Trid.ſeſſ.25. c.16. de regular.

3 Regulares etiam,& verè religioſi dicūtur milites Domini Ieſu Chriſti, & Sancti Benedicti,& Sancti Iacobi,& Sancti Ioannis, quoniam vnuſquiſq; illorum emittit illa tria vota ſubſtantialia. in ſua religione, à Sede Apoſtolica approbata, in quo cōſiſtit eſſe verè religioſos,ſicut ſunt omnes perſonæ,quæ vouēt illa tria vota ſubſtantialia. vt concludit Abb.in Rubr.nu.1. de regul.& tranſ.& in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ,n.3 & alij.Ibid.de cōſt.& Mar.Ant. lib 3.tit.1. n.19. Nau.in Rubr.de regul. & tranſ.ad relig & in apol.de reddit.q.1.monit.56.n.2.& refert deciſ.Pedamont.27.n. 18. Felician. Epiſc.Scalenſ.in inquirid.de cenſur.fol.mihi 548 & per profeſsionem, quā faciunt in manibus prælatorum ſuorū ordinum,ad id deputatorum,deſinunt eſſe laici,& ſeculares,& fiunt regulares,& religioſi,& illis conferūtur beneficia Eccleſiaſtica regularia, quæ conferri non poſſunt, niſi verè regularibus,& propriè religioſis. c.cum de beneficio. §.quando. & c.cū ſingula. §.prohibemus.vbi cōmuniter Doct. de præbend.lib 6.& clem.vnica.vbi Ioan. And.Anch & alij.de ſupplend.negligent. prælat.& Trid ſeſſ.14.c.10.de reform.

4 Neq; obſtat illud,quòd præfacti nō ſeruant quod promittūt in illis tribus Votis, Caſtitatis, Obedientiæ,& paupertatis, ſed potius ducunt vxores,procurant honores, acquirunt diuitias,at hoc faciunt per diſpenſationē Summi Pontificis,qui licet nō poſsit facere, quod illa tria vota non ſint de ſubſtantia religionis. vt eſt text.in c.cū ad Monaſterium. §.fin. vbi gl.verb.abdicatio,& Doct.de ſtat.monach.& gloſ.verb. adminiſtratione. in c.monachi.eodem tit. poteſt tamen diſpenſare, quod monachus habeat proprium ex iuſta cauſa, & ducat vxorem. vt refert gloſſ.verb.abdicatio,in d.c. cum ad Monaſterium, vbi Innocent. Abb.nu.21 & communis.de ſtat.monach. & Ioan.Andr. in regula ſemel. Deo.de regul.iur.lib.6.& tenet Caietan.22.quæſt.88. art.11. Scot.in 4 diſt. 38.quæſt.1. vbi Maior. quæſt.3. & Nau. in apolog. de reddit. Eccleſiaſt.quæſt.1.monit.56 nu.7. Valaſc. conſult.108. nu.8.

5 Et quamuis iſti milites regulares omnia,olim Monaſterijs ſuis acquirebant,nec poterant facere teſtamentum. vt eſt in ſtatutis ordinis Diui Iacobi. cap.64. fol.35. hodie tamen iam hæc prohibitio eſt ſublata à Summis Pontificibus. vt poſsint liberè teſtari quomodocumq; voluerint,& illis ſuccedunt filij, vel conſanguinei ab inteſtato. vt continetur in ſtatutis ordinis Sancti Benedicti. fol.21. per Bullam Papæ Iullij.II. cum tamen per ſoluant dimidiam partem vnius anni. & notat Valaſc.conſult.108. nu.8. hac tamen diſpenſatione non obſtante remanent perſonæ religioſæ,& Eccleſiaſticæ,& gaudent priuilegio fori,& canonicis. vt tenet Nauar. In apolog. de reddit. Eccleſiaſt. quæſt.1. monit.56.num.7. contra Sot.lib.7.de iuſt. & iur.quæſt.5. art.3. idem Nau.in Rubric. de ſtat.monach. Valaſ.conſult.108.nu.27. ſi autem ſine hæredibus diſcedant, tunc ſuccedet militia, & ordo. vt continetur in dicta Bulla Iullij. II.

6 Regulares tamen qui hoc non habent priuilegium, non poſſunt facere teſtamētum, quoniam monachus profeſſus, nulla habet bona, imò per ingreſſum Monaſterij ſe ſuaque dedicat Deo,& aufert à ſe poteſtatē diſponendi de ſuis bonis.c.quia ingredientibus, & c. ſi qua mulier.19.quæſt. 3.& c.in præſentia.vbi gloſſ.verb.qui Monaſterium, & Abb. nu.4. & notant reliqui ſcribentes. de probat.& auth. ingreſsi.vbi Bart.Bald.Alber.Ang.Paul.de Caſtr. Fulg. Salicet. Aret. Iaſ. & omnes. C. de Sacro Sāct.Eccleſ. niſi efficiatur Epiſcopus,quia tunc poterit teſtari de bonis,quæ ſibi poſtea obuenerunt,ſecundum ſpecul.in tit.de ſtat.monach.verſ.24. & ibi Bald.in addit. verſ.cui quæritur,& Iaſ.in d.auth.ingreſsi. n.13. dixi ſupra verb.Epiſcopus.§ 65.poteſt tamen nouitius facere renunciationē bonorum, aut aliam obligationem cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij, intrà duos menſes proximos, ante profeſsionē, quæ ſortitur ſuū effectū ſecuta profeſsiōe & aliter non. Trid.ſſ.25.c.17.de regular.

7 Monaſterium eſt vere hæres ſuorū monachorū,& habetur loco filij eorū, quoad hæreditatē.vt eſt tex in c.in præſentia vbi Innoc.& Ioan.And.n.47.Ant de But.n.29.

Bald.

Digitized by Google

Bald.nu.5. Imol.nu.19. Abb.nu.40. Aret. nu.46 Fel.n.19.Dec.n.19. Berous.n.260. de probat.& auth.ſi qua mulier.vbi Doct. C.de Sacro Sanct Eccleſ. & Rip.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.1. num 37.ſſ.ad treb. idem Rip. in l.li vnquam.n.39.C.de reuocand.donat.Ant.Gabriel. libr.10.commu. opin.verb.Monaſterium.Cou.ru.lib.1.var. c.19. Manoel à Coſta. in c.ſi pater.1.part. verb.ſi abſq; liberis. n.62 Molin.de prim. gen.lib.2.c.14.Gam.deciſ.316.à n.2.

8 Monachus religioſus ſuccedit in bonis parentum,nec parentes illum ex hæredare poſſunt,propter ingratitudinem,in quam inciderat,dum laicus fuerat. imo ſi parentes condant teſtamentum, in quo non faciant mentionem de filio religioſo,nō valet tale teſtamentum , & tunc ſuccedunt hæredes ab inteſtato, vt eſt text. in l. Deo vobis. §.hoc etiam.vbi Bart.Bald.Salicet. & omnes. C.de Epiſc.& Cler.& c. fin.19. quæſt.3. Abb.in conſi.27.lib.2.fallit tamē in fratribus minoribus, & in illis,qui ſunt incapaces hæreditatis. clem.exiuit.vbi notant cōmuniter ſcribentes de verb.ſign.

9 Profiteri non poteſt monachus,ſeù monialis ante decimumquartum annum completum de iure antiquo,nec ſi defacto aliquis profiteatur ante illud tempus remanebit,obligatus religioni, niſi poſtea ratificaret profeſsionem illam.c.ad noſtrā.vbi gl.verb.ante conſummationem.& c.ſignificatū. vbi Doct.de regularib. & c.1.eodē tit.lib.6. & alibi,hodie tñ non poteſt fieri profeſsio in quacūq; religione, tàm virorū, quā mulierū ante decimūſextum annū explectum,neq; antequā profitens habeat annum probationis,poſt ſuſceptū habitū, & ſi quis antequam compleuerit decimū ſextum annum, & habuerit annū nouitij, fecerit profeſsionem, talis profeſsio non valebit, nec aliquam inducet obligationē ad alicuius regulæ, ſeù religionis, vel ordinis obſeruationem,neq; ad aliquos effectus.vt habetur in Trid.ſeſſ.25.de regular. cap.15.& clem.eos qui.de regular.& trāſ. in profeſsione tamen illorum,qui ſunt ordinis militaris Ieſu Chriſti, Sancti Benedicti, Sancti Iacobi, & aliorum ſuppletur ille annus probationis, per indultum Sūmi Pontificis.

10 Profectio facta,extrinſeco timore mortis, eſt inualida quoniam metus extrinſecus mortis ipſo iure impedit profeſsionē. vt eſt text. in cap.1. vbi gloſſ.fin. & Abb. num 3. de his quæ vi met. ve cauſ.fiunt, & intrà quinquennium à die profeſsionis poteſt allegare, & probare cauſam ſui metus, coram ſuo ſuperiore , & ordinario, antequam à Monaſterio exeat, quia ſi antequā iuſtificet illam, ſeù aliam cauſam iuſtam, habitum dimittat, non eſt poſtea audiendus, ex Tridēt.ſeſſ.25. cap.19.de regular. poteſt tamen profitens illud votum ratificare, etiam per tacitum conſenſum,ſiuè expreſſum perſiſtens in ordine per quinquennium. cap.ſignificatum. vbi Doct. & c.cum verum. de regular.& gloſſ.fin. in c. 1. vbi Abb. num.4. de his, quæ vi met. & Tridēt. ſeſſ.25. cap.19. de regular. metus tamen intrinſecus,quamuis ſit metus mortis,non excuſat, nec reddit votum inualidum, & ille qui vouet prætimore mortis infirmitatis, ſeù belli hoſtium, & ſimili et non excuſatur, quominus votum adimpleat. c.ſicut nobis.vbi gl.1.& Abb. nu.5. de regular. & c. Gonſaldus. 17 quæſt.2. & Nau.in Manu.cap.12. nu.52. profitens tamē coactus aliquo leui metu, etiam extrinſeco tenetur obſeruare regulam,& ordinē religionis. c.inſinuante. vbi gl verb.modica,& Abb. nu.3. qui cler.vel vouent. & c. cum dilectus. vbi Doct. de his, quæ vi metus ve cauſa fiunt.

11 Profiteri non debet aliquis coactus,ſed ſponte, & qui habet legitimam ætatem, & annum probationis , & profectio ita facta reuocari non poteſt.c.1. & c.quia inſulis, & cap cum virum. vbi Doct.de regular.& Trid. ſeſſ.25. c.15. de regular.ingrediens tamē religionem inuitus, poteſt intra annum reclamare,& redire ad ſeculum,& in ſeculo ordinari , & conſequi quodcumq; beneficium Eccleſiaſticum,quoniā exiens à Monaſterio, nullam notam infamiæ incurrit. ſi tamen non reclamauit intra annum probationis , videtur conſentire, & debet facere profeſsionem. cap.ſi quis. & c.ad Apoſtolicam,& c.conſulti & c.ſtatuimus.& c.poſtulaſti.de regular.hodie tamē poteſt reclamare vſq; ad quinquennium à die profeſsionis. ex Trid.ſeſſ.25.cap.19. de regular. imo Trid. ſubijcit anathemati omnes illi,qui aliquo modo coegerint aliquam virginem, ſeù viduam, vel aliā mulierem in vitam,ad ingrediendum Monaſterium,ſiuè ad id conſilium,auxilium,ſeù fauorem dederit excepto in caſibus à iure expreſsis. ex Trident. ſeſſ.25. cap.18. de regular.

Digitized by Google

12 Nouitij debent habere inſtitutorem in anno probationis, tam in diuinis, quàm in obſeruantia regulæ religionis. clem. 1. §. ſane. verſ. nouitijs. vbi Ioan. And. & alij. de ſtat. monach. & facit text. in c. de his. diſt. 28. & in c. 1. in 12. quæſt. 1. & auth. de monach. §. cogitandum. ad fin. coll. 1. & poſt tempus. nouitiatus admittent ſuperiores ad profitendum nouitios illos, quos habiles inuenerint, alios vero reijcient à Monaſterio. vt habet Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regular. & debet habitus nouitij eſſe diſtinctus, ab habitu profeſsi, vt profeſſus diſcernatur à nouitio. c. 1. §. diſtinctos. vbi Doct. de regular. lib. 6. & c. ſtatuimus. de regular. & gloſſ. fin. in cap. ex parte. eodem titul.

13 Profeſsio eſt facienda in manibus illius, qui poteſtatem habet incorporandi profitentem religioni, quoniam ſi fiat in manibus illius, qui non habet poteſtatem illum religioni incorporandi, non valet, quoad obſeruationem regulæ religionis, ſed tamen quòad obſeruandum votú ſimplex benevalet, nec poſtea profitens poteſt contrahere matrimonium, licet ſi defacto contrahat valebit, ſed non poterit exigere debitum quamuis ſi vxor exigat teneatur reddere. cap. conſuluit. vbi Hoſt. Ioan. Andr. Cald. Abb. & alij. qui cler. vel vouent. & facit text. in c. porrectum. vbi Abb. nu. 5. de regular. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regular.

14 Monachi, ſeù moniales, tenentur ſingulis menſibus confiteri, & ſumere Sacro Sanctam Euchariſtiam. clem. 1. §. ſane. vbi Ioan. And. & alij. de ſtat. monach. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de regular. Old. conſi. 222. non ſunt tamen in hoc comprehenſi ſubditi Monaſteriorum, ſed tantum regulares monachi, ſeù moniales, vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis, fortiter ſuperandas. Tridēt. ſeſſ. 25. cap. 10. de regul.

15 Monachi regulares non ſunt ſubditi præsbytero parochiali, in cuius territorio ſitum eſt cænobium, quoad ſuſceptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis, quamuis famili eorum ſint ſubditi parocho illius territorij, quoad omnia Sacramenta, quoniam monachi regulares communiter ſunt clerici, & habent poteſtatem ad inuicem ſibi Sacramenta adminiſtranda, & ſpecialia priuilegia Summorum Pontificum, vt non tantū ſibi inuicē adminiſtrent Sacramenta Confeſsionis, & Euchariſtiæ, ſed etiam omnibus de populo. facit text. in cap. 1. in 16. quæſt. 1. Abb in cap. 2. num. 17. de capell. monach. & videre eſt in ſuis priuilegijs, & extrauag. 1. de priuileg. intercommunes non ita tamen, vt illi de populo, qui communicant in Monaſterijs, ex autorentur ab obligatione communicandi in ſuis parochijs, in Paſcha.

16 Monachi tamen religioſi, qui adminiſtrant Sacramentum Baptiſmi, Extremæ Vnctionis, vel Matrimonij Sacramentum ſolemnizant, aut Euchariſtiæ, ſine ſpeciali licentia presbyteri parochialis, non habētes priuilegium Summi Pontificis ad Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrandum ipſo iure remanent excommunicati. clem. 1. vbi gloſſ. & Doct. de priuileg. & c. interdicimus. 16. quæſt. 1. Sylueſt. verb. excommunicatio. 7. in 14. excommu. in 2. dubio ſumma Ang. verb. excommunicatio. 5. caſus. 12. Iul. Clar. lib. 5. § 77. n. 22.

17 Monachorum creatio iure communi pertinet ad Abbatem, ſeù Priorem Monaſterij, & ad Conuentum ſimùl, ita vt ſolus Abbas non poſsit monachum creare, niſi de conſuetudine, vel priuilegio ad ſolum Abbatem pertineret. c. fin. vbi gl. ver. pertineat, & Doct. de regular. lib. 6. & facit text. in c. ea noſcitur. vbi Abb. n. 6. de his, quæ fiunt à prælat.

18 Monachi non poſſunt committere adminiſtrationes ſui Monaſterij, ſolitas per ipſos adminiſtrari, alicui monacho alterius Monaſterij, ſine licentia Summi Pontificis, & ille monachus alterius Monaſterij, qui tales adminiſtrationes ſuſcipere præſumpſerit, vel ſuſceptam detinuerit, ipſo iure ſit in eligibilis. c. cum ſingula. §. prohibemus, vbi notant ſcribentes. de præb. lib. 6. & c. vnico. §. fin. de religioſ. domib. eodem. lib. 6. & cap. quorundam. vbi Ioan. Monach. Dominic. Ioan. And. & omnes. de elect. lib. 6. ſi tamen in Monaſterio non ſit aliquis idoneus, tunc bene poteſt eligi alter ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis. ſi videatur ſuperiori, qui electioni præeſt ne pro defectu paſtoris grex dominicus detrimentum patiatur. cap. ne pro defectu. vbi Doct. de elect. cap. Abbate. §. fin. de verbor. ſignifi. & gloſſ. verb. gubernanda. in cap. cum ſingula. § prohibemus. de præb. libr. 6. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de regular.

Monachi,

Digitized by Google

19 Monachi, ſeù alij quicumq; regulares canonici,ſunt conformandi inhabitu quitum ad eorum expectat officium. vbi ex varietate, ſeù disformitate habitus oritur aliquod ſcandalum. c. Deus qui. vbi Gofred. Hoſt.Ant.de Butr.Ioan.Andr.Abb.& omnes. de vita & honeſt.cler.

20 Monachus profeſſus,qui temerè,& ſinè licẽtia ſui Prælati, cũ conſilio ſui conuẽtus, aut maioris partis illius,habitũ dimiſerit.ipſo facto fit excõmunicatus,& apoſtata,& ſi accedat ad ſtudia habitu demiſſo, ſine licentia Prælati.cũ conſilio conuẽtus, ſiuè maioris partis illius non tantum ipſe monachus excommunicationem incurrit ipſo facto,ſed etiam Doct.qui illũ ſcienter admiſerint.c.vt periculoſa.vbi gl.ver.ipſo facto,& communiter Doct.ne cler.vel monach.lib.6.& gl.ver.apoſtata.in c.1.de tẽp. ord.lib 6.& Abb in c.1.n.3. de apoſt. poteſt tamẽ monachus profeſſus ex iuſta cauſa transformare habitũ,puta propter mortis timorem,ſeù aliam ſimilem cauſam, & tunc nõ dicitur apoſtata. c.clerici officia. vbi gl.ver. cauſa,& Doct.de vita & honeſt. cler.& gl.ver.temerè.in d.c.vt periculoſa. vbi Monach.Dominic.Ioan.And.& alij.ne cler. vel monach.lib.6. Abb.in c.1.n.3.de apoſtat.& Geripard.conſil.24.n.16.

21 Monachus nõ tantum dicitur apoſtata, quando habitum dimiſit,ſed etiã quotieſcumq; in conſulto ſuo ſuperiore recedit à ſuo Monaſterio, & alicuius obedentiæ ſe non ſubijcit,quoniam tunc recedens à regula obedientiæ, venit contra vnum ex ſubſtantialibus regulæ. vt notat Innocent. in c.fin.de renunciat.& in c intelleximus. de ætat. & qualit.& Abb.in c.1. num.2.de apoſtat.& dixi.ſupra verb.apoſtata. § 2.

22 Monachus in apoſtaſia recipiens ordinem clericalem dimiſſo habitu ſuæ religionis, aut exercens officium alicuius ordinis ſuſcepti, fit irregularis, & tunc ſine diſpenſatione Summi Pontificis nõ poteſt in aliquo ſuſcepto ordine miniſtrare. c. fin.vbi Innoc.Ant.de But.Hoſt.Abb.& alij. de apoſtat.& c.1.vbi gl.ver. apoſtata. Domin.Ioã.And.Fõt.& alij.de tẽp.ord.lib.6.

23 Monachus nõ poteſt temerè tranſire de vno Monaſterio ad aliud laxius.c.Ioannes. vbi Doct.& c.nõ eſt vobis.de regular.& c. 1. §.fin. vbi Ioan.Monach. Dominic.Ioan. And.Anc.&alij.de regular.lib.6.de licẽtia tamẽ Sũmi Pontificis,benè poteſt quicũq; monachus tranſire de vno ordine ad aliũ, & etiã de monachatu poteſt quicumq; venire ad ſecularẽ clericatũ,per Sũmi Pontificis diſpenſationẽ clem.1. vbi ſcribentes. de regular.& gl.ver.regimẽ.in c.quod Dei. de ſtat. monac. de minore tamẽ religione, & laxiore, bene poterit monachus trãſire ad maiorem,& artionem.debet tamen petere licentiam à ſuo ſuperiore, & ſufficit illam petere quamuis illam nõ conſequatur. c.ſane. vbi Ioan.And.Abb.& alij,& c. licet quibuſdam.vbi Abb. n.9. de regular. & Abb.in c.ex parte.n.3.de temp.ord.

24 Monachus vnius Monaſterij, ſi fiat Abbas, ſeù ſuperior alterius, non habet vocẽ in Priore Monaſterio,quoniã nullus poteſt eſſe monachus in pluribus Monaſterijs, nec poteſt præeſſe diuerſis Monaſterijs. c. conſtitutis. vbi gl.ver.vocẽ in capitulo,& Doct.de elect. & c.ne nimia. vbi glo.fin.& Abb.n.5. de religioſ.domib.& c.cum ſingula.de præb. libr.6. niſi Monaſteria ſint vnita, vel annexa, quia tunc ſi vnũ ab alio dependeat, bene poterit habere vocem,& eſſe monachus,& præeſſe in pluribus annexis,& dependentibus. d. c.cum ſingula. vbi gl ver.annexi. Ioan.And.Font.& alij. de præb. lib.6.& c.1. §.in eos.vbi Doct.de priuil.lib.6.Abb.in c.fin.n.5. de regular.

25 Monachus vnius ordinis trãſiẽs ad aliud artiorẽ, & ibi recipiens ſacerdotiũ, poteſt in illo miniſtrare, quãuis petiſſet licentiã à ſuo ſuperiore, & illã non fuiſſet cõſecutus,quoniã tũc nec fit apoſtata, nec factus fuit irregularis,quamuis contrariũ diceretur,ſi relicto habitu,vel relicto ſuo Monaſterio,ſine licẽtia Sũmi Pontificis,ad aliud minus religioſum, & laxius tranſiret. c.ex parte.vbi gl.ver.libere,& Innoc.Ioã.And. Ant.de But.Hoſt.Abb. & alij de tẽp.ord.

26 Monachus nõ poteſt vltrà mare trãſire, ſine licẽtia ſui ſuperioris, & aliter tranſiẽs ipſo facto incurrit maiorẽ excõmunicationẽ,nec ibi ſũt admittẽdi monachi,qui ſine licẽtia ſui Prælati tranſierũt vltrà mare,ad prædicandũ,aut ad celebrandũ diuinũ officiũ.extrauag.2.vbi Doct.de regular.Prælatus tũ regularis,bene poteſt peregrinari, & ad tẽpus deſerere Monaſteriũ,ſi enormiter nõ lædaſ,& relinquit idoneũ procuratorẽ in Eccleſia c.fin.vbi Abb.n.1.de voto.

27 Mouachus, quamuis non poſsit eligi ad prælaturã alterius religionis, bene tamen eligi poteſt ad Epiſcopatũ de licentia ſui ſuperioris,qui tenetur conſentire,& aliter obligabitur. clem.1.& clem. quod circa.

Digitized by Google

vbi communiter Doct. de elect. & c. ſtatutum. 18. quæſt. 1. & c. quorundam, & c. ſi religioſus. de elect. lib. 6. Abb. in cap. quod Dei. num. 5. de ſtat. monach. & c. nullus. de iure patronat. & ſi fiat Epiſcopus non abſoluitur ab obligatione monachat⁹, quoad habitum, & ſubſtãtialia regulæ religionis, quoad officia vero ſic. ita quòd non poſsit habere proprium, ſine indultu Sũmi Pontificis. c. quia in tua. vbi gl. verb. ſeorſum. 12. quæſt. 1. & c. vnico. in fin. 18. quæſt. 1. & Iaſ. in auth. ingreſsi. num. 15. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & in l. ſi quis mihi. nu. 4. ff. de acquirend. hæred. nec poteſt mutare habitum. facit text. in c. Deus qui. vbi Abb. nu. 1. de vita, & honeſt. cler. & gloſſ. verb. nec habitu. in c. in noua. 16. quæſt. 7. & gl. ver. diſcedere. in c. de monachis. 16. quæſt. 1. Ant. de But. in c. quod Dei. de ſtat. monac. & Doct. in cap. clerici officia de vit. & honeſt. cler. & Iaſ. in d. auth. ingreſsi. nu. 16. ita quòd ſi dimittat habitum ſuæ religionis, & alium, ſiuè rochetum aſſumat incurrat excommunicationem, & in illo habeat locũ. c. vt periculoſa, ne cler. vel monach. libr. 6. & tenet Card. in clem. ne in agro. quæſt. 3. de ſtat. monach. Iaſ. in d. auth. ingreſsi. num. 16. nec poteſt comedere carnes illo tempore, quo per regulam ſuæ religionis prohibetur. vt tenet Iaſ. in d. authent. ingreſsi. num. 16. & Ben. in clem. ad noſtram. de cenſ. ſed contraria ſententia eſt verior. nã monachus factus Epiſcopus eximitur à iuriſdictione ſui Abbatis. in ieiunio, ſilentio, & vigilijs, quoniam licet in habitu, & in ſubſtantialibus regulæ monachalis non abſoluatur. in alijs tamen abſoluitur. vt tenet gloſſ. in c. de monachis. 16. quæſt. 1.

28 Monachus non poteſt cõſentire in electione de ſe facta, ſine licentia ſui Prælati. c. ſi religioſus. vbi Doct. & c. ſi Abbatem. de elect. lib. 6. & extrauag. ſi religioſus. de elect. inter communes. debet tamen poſt electionem ſibi præſentatam intra modicum tempus. petere licentiam à ſuo ſuperiore. extrauag. 2. vbi Doct. de elect. inter communes. Merg. conſil. 58. nu. 27.

29 Monachus regularis profeſſus, ſeù monialis, non poteſt eligi in Abbatem, Priorem, aut Generalem, ſiuè in Abbatiſſam, Prioriſſam, Præpoſitam, ſeù in quodcumq; officium ſuæ religionis, niſi per vota ſecreta eligentium. ita vt nomina ſingulorũ eligentium nunquã publicentur, nec manifeſtentur. ſed debent omnes ad quos expectat electio conuenire in vnum, & tractare de electione Abbatis, vel alicuius futuri ſuperioris interſe, & ſumere tres de Collegio, fide dignos, qui ſecretè, & ſingulatim vota cunctorum diligenter exquirant, & inſcriptis illa redacta mox publicentur in communi, ita vt nomina eligentium neſciantur, nec manifeſtentur, & tunc is eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars conſenſerit, & per ſuperiorem confirmabitur non obſtante quacumq; exceptione, contradictone, ſiuè appellatione alterius partis, niſi talis ſit exceptio, quæ reddat vota eligentium nulla, & qui aliter fuerit electus, non erit confirmandus, nec electio aliter facta valebit. ſed ille, qui permiſerit fieri Abbas, Prior, ſeù Generalis, ſiuè Prouincialis per electionem aliter factam redditur inhabilis ad alia officia in religione obtinenda. cap. quia propter. vbi Doct. de elect. & c. ſi quã do. vbi Ioan. And. & alij. & c. indennitatibus. § ſane. & §. ſupra dicta. eodem titul. lib. 6. Trid. ſeſſ 25. c. 6. de regular.

30 Monachus, non poteſt eligi in Abbatẽ, ſeù Priorem Monaſterij ſui, ſi non fuerit profeſſus, & attigerit vigeſimum quintum annum, c. nullus. religioſus. & c. indennitatibus. §. ſupra dicta, de elect. libr. 6. & clem. 1. §. cæterum. vbi Ioan Andr. & alij. de ſtat. monach. & c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & ſũm. Ang. verb. ætas. §. 5.

31 Monialis autem non poteſt eligi in Abbatiſſam, ſeù Prioriſſam, ſiuè Præfectam, vel Præpoſitam, ſi fuerit minor quadraginta annis, & ſi non habuerit octo annos poſt ſuam profeſsionem, ſi tamen his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, tunc poterit eligi ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis, ex his. quæ in eodem Monaſterio, ſaltim quinq; & triginta annos exceſſerint. poſt profeſsionem, & ille, qui electioni monialium præeſt, nõ poteſt ingredi clauſtra Monaſterij, ſed vota ſingulorum audiet, & accipiet ante chancellorum feneſtellam. & ibi obſeruabit omnia, quæ ſupra diximus. ex Trid. ſeſſ. 25. c. 7. de regular. & tunc ſic electa eſt bene dicenda à ſuperiore, non obſtante aliqua contra dictione. cap. indennitatibus. vbi Doct. & §. cæterum, ibidẽ. de elect. lib. 6.

32 Monachus, ſeù monialis, non habet vocem in capitulo cum profeſsis, antequàm profiteatur, & in ſacris ordinibus, initiatus nec

nec in electione alicuius ſuperioris, vel officialis, ſuæ religionis. c.ex eo. §.in Eccleſijs. vbi Doct.de elect. lib.6.& clem.2. vbi gloſ.verb.in capitulo,& Doct.de ætat. & qualit.

33 Monachus religioſus non debet excedere modum in veſtibus, ſiuè ornatu, vel cibo, ſeù potu, vel equitatu ne aliquid vitioſum obrepat bonū in agro dominico. clem.1. vbi gloſſ.verb.obrepat.& Doct.de ſtat. monach. & extrauag. 1. §. in primis. Ioan.22. de verb.ſign. & c.cum ad Monaſterium.vbi Doct de ſtat.monach.nec poſſunt monachi vti camiſijs, pro vberiore obſeruantia religionis. d. clem.1. de ſtat. monach.

34 Monachi debent omnes comedere in eodē refectorio, & dormire in ſuis cellis, ſine claui, quoniam vnus regularis religioſus, non debet celari ab altero, nec occultari, ſed potius vnusquiſq; religioſus debet videre alios in dormitorio, & refectorio. c.priuilegium. vbi gloſſ. in ſumma, & Ioan.Monach Arch.Ioan.Andr.Dominic. Anch.& alij.de verb.ſign.lib.6.

35 Monachi, debent obſeruare continuum ſilentium in oratorio refectorio,& dormitorio, & certis horis in clauſtro, & alijs locis, ſecundum conſuetudinem ſui Monaſterij, nec poſſunt comedere carnes intra Monaſterium, niſi in infirmitorio, aut in camera de deſpenſatione ſui Prælati, & in toto debent vti magna moderatione,& in omnibus licitis,& honeſtis debent obedire ſuo Prælato, qui debet habere magnā curam, & vigilantium ſuper ſuos monachos,& illos exemplo vitæ, & verbo doctrinæ frequenter inſtruere, quòd ſi fuerit præuaricator ſui ordinis, aut remiſſus, ſeù negligens, eſt deponendus ab officio, & caſtigandus, ſecundum regulam ſui inſtituti, quoniam offenſa ſuorum monachorū ex manibus illius eſt requirenda. vt notat text. in c. cum ad Monaſterium. vbi Doct. de ſtat.monach.& clem.1. vbi etiam ſcribentes. eodem tit.& c. nullam.& c.ſi quis Abbas.18.quæſt.2.

36 Monachi debent ſe abſtinere à venationibus, & aucupationibus, nec præſumant habere canes venaticos, vel aues, neq; per ſe, nec per ſuos famulos, niſi haberent nemora, ſiuè montes, aut viuaria, ſiuè gareñas proprias, aut ius venandi in alienis ſaltibus, ſeù montibus, vel viuaris, vbi eſſent cuniculi, apri, vel alia fera, quia tunc poterunt vti venatione per famulos ſuos, ſeù alios, quoniam per ſe minime poterunt, nec poſſunt tunc habere canes venaticos, ſeù aues in domibus ſuis, vel intra ſepta Monaſterij. text. in clem.1. § porro. vbi gl.verb. ſaltus, & Ioan.And. Anch. Font. & alij. de ſtat.monach. & facit tex.in l.vſufructuariū, venari. vbi Doct.ff.de vſufruct. & quemadmodum, quis vtat. Merg.conſi. 14. num 36.

37 Monachus religioſus, aut canonicus regularis procurare regulariter non poteſt, nec ad vocare pro aliquo etiam cum religioſo ſui, vel alterius Monaſterij, nec procuratorium mandatum ſuſcipere, etiam ad alium procuratorem ſubſtituendū, ſine licentia ſui ſuperioris. c.ex parte.vbi Doctor. de poſtul.& c. cum dilecta. de confirmat. vtil, vel inutil. & clem.religioſus. vbi gloſſ.1. Ioan.And.& alij. de procurat. & Hoſt.& Innocent.in c.I. & A.de ſent & reiud. pro vtilitate tamen ſui Monaſterij, bene poterit procurare, & aduocare tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, ſi cōcurrat licentia ſui ſuperioris, quoniam ſine illa procurare non poteſt, etiam pro vtilitate ſui Monaſterij, nam magis aſtrictus eſt monachus obedientiæ ſui Prælati, quàm vtilitatibus temporalibus Monaſterij.c ex parte. vbi gloſſ.verb. imperante, & Abb. num.2. de poſtul. & c. monachi.2. in 16. quæſt.1. & clem.religioſus.vbi Ioan.And. Anch & alij. de procurat.debet tamen ordinari Syndicus ab ipſis religioſis, qui cauſas Monaſterij per agat. c.vnico.vbi Doct. de Synd.

38 Monachus tamen non obſtante obediētia poteſt accuſare ſuum Abbatē, ſeù Priorem de crimine abſq; licentia, quia illa obedientia, non obtinet in rebus illicitis, ſed potius pendente accuſatione, eſt alimentandus à Monaſterio, tàm ad vitum, quàm ad litis expenſas, & in hoc dicitur procurare vtilitatem Monaſterij. c.ex parte. vbi gl.verb. alia rationabilis & Vicent. & Ioan.And.Abb. & alij. & c. illa præpoſitorum. de accuſat. & c.non ſemper.& c. Iulianus.11.quæſt.3.

39 Monachus poteſt procurare in cauſa ſuæ electionis ad aliqua officia ſui Monaſterij, vel in quacumq; electionis cauſa ſui Monaſterij, ſine licentia ſui Prælati.c.cum dilectus. vbi Doct.de conſuet.& c ad probandum. de ſent. & reiud.& notant Doct. in c.cum dilecta. de reſcript. differt tamē

Digitized by Google

ſi vellit procurare in cauſa electionis ſui Monaſterij ſimpliciter, aut in cauſa electionis de ſe factæ, nam in cauſa electionis ſui Monaſterij, poteſt procurare ſine licentia ſui Prælati, in cauſa electionis de ſe factæ, cui conſenſit, de licentia ſui Prælati, & tūc poteſt procurare, vel inſtituere procuratorem, vt tenet gloſſ. verb. conſtituere. in clem. religioſus. vbi Doct. de procurat. & Abb in c. cum dilectus. n. 2. de conſuet.

40 Monachus religioſus non poteſt vti officio chirorgiæ, & quamuis in illo ſit peritus, ſi mors, ſeù membri mutilatio ſequatur, fit irregularis, & ita in quocumq; alio, & licet non ſequatur mors, nec membri mutilatio eſt officium prohibitum monachis, & clericis. c. tua nos. vbi Abb. nu. 5. de homic.

41 Monachus, vel quicumq; canonicus regularis non poteſt eſſe executor teſtamēti alicuius, niſi habeat licentiam ſui Prælati, c. religioſus. vbi gl. ver. religioſus. & Ioan. Monach. Arch. Ioann. Andr. Dominic. & alij. de teſtam. lib. 6. & Vital. in rep. c. Ioānes. de teſtam. & Fel. in c. prudentiam. de offic. iud. delegat. Dec conſil. 494. incipit, quod ſupra & conſi. 499. incipit in cauſa.

42 Monachus non poteſt nomine proprio habere poſſeſsiones conductas, nec lucri cauſa negotiari. c. ſecundum. vbi gl. verb. firmas, ne cler. vel monach. vbi Abb. n. 2. & reliqui ſcribentes.

43 Monachus non poteſt habere peculiū, ſine licentia ſui Prælati, & quicumq; monachus regularis habuerit peculium, ſine licentia ſui ſuperioris debet remoueri ab altari, & ſi moriens cum illo fuerit inuentus, debet carere Eccleſiaſtica ſepultura. cap. monachi. vbi Innocent. Hoſt. Ant. de But. Abb. & omnes. & c. cum ad Monaſterium. de ſtat. monach.

44 Monachi tamē, vel moniales, bene poſſunt in communi habere bona mobilia, & immobilia ad ſuam commodam ſubſtentationem, nec hoc eſt contrà ſubſtantiā voti paupertatis, cum in particulari nihil habeant. vt tenet gloſ. verb. obedientiam, in clem. 1. de religioſ. domib. & gl. ver. tertio. in clem. cum ex eo. vbi Doct. de ſent. excōmunicat. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de regular.

45 Monachi tamen Diui Franciſci, capuccini, & hi, qui vocantur minores de obſeruantia, nec in particulari, nec in communi poſſunt habere bona immobilia, nec mobilia, niſi ſint libri, & monachi Sancti Franciſci poſſunt habere granaria, & celaria, & illa, quæ vſui ordinis ſunt deputata, nec poſſunt conſequi hæreditatem alicuius, Monaſterio ſuo relictā, niſi relinquatur intuitu elemoſinæ. c. exijt. vbi Doct. de verb. ſign. libr. 6. & clem. 1. §. cupientes. eodem titul. & extrauag. 1. Ioā. 22. & extrauag. 3. col. 9. Ioan. 22. de verb. ſign. monachi tamen minores Diui Franciſci ſunt artiſsimi, & ſtrictiſsimi ordinis, qui non debent habere granaria, & vnatā tum veſte debent eſſe contenti. vt notat gl. in ſumma. verſ colligo. & Doct. in clem. cum ex eo. de ſent. excommunicat.

46 Monachi minoris, ſi tēpore interdicti recipiant ſorores, ſeù fratres tertij ordinis ſuis Eccleſijs adaudienda diuina officia, quamuis ſuper hoc habeant priuilegium ſunt ipſo facto excommunicati. clem. cum ex eo. vbi Doct. de ſent. excommunicat.

47 Monachi ex Monaſterijs priuilegiatis, vt non poſsint interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, à quocumq;, ſi tamen reſideant in prioratibus, ſeù quibuſcumq; Eccleſijs ſui Monaſterij, ſubiectis ordinario loci, poſſunt tunc ab illo excommunicari, cap. 1. §. in eos autem. vbi Ioan. Monach. Arch. Dominic. Ioan. And. & alij. de priuileg. lib. 6. & Dec. in c. tuarum. à num. 49. de priuileg. Geripard. conſil. 11. n. 28.

48 Monachi, qui habent curam animarum ſecularium perſonarum non eximuntur à iuriſdictione Epiſcopi, per priuilegium Eccleſiæ conceſſum, in his, quæ pertinent ad curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, nec parochiani illorùm exceptis his. Monaſterijs in quibus Abbates, aut alij ſuperiores exercent iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in parochos & parochianos. cap. 2. vbi Doct. de capel. monach. & c. per exceptionem. vbi Doct. de priuileg. lib. 6. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de regular. & Abb. in c fin. nu. 2. de capel. monach. nec obſtat Bulla Innocentij, dum eos eximit à viſitatione Archiepiſcoporū, & Epiſcoporum, quia intelligitur de viſitatione aliorum dilectorum.

49 Monachi non ſunt ponendi ſinguli per parochias, villas, & oppida, ſed cum aliquibus fratribus. c. monachi. vbi gloſ. ver. parochiales, & Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Ant. de Butr. Abb. & alij. & c. ex parte. de ſtat. monach. & clement. 1. §. ad hæc, vbi Ioan. Andr. de ſtat. Monach. & cap. 1. vbi Doct. de inſt.

Digitized by Google

50 Monachus, vel quicumq; religioſus nõ poteſt retinere, vel gubernare duas ſimùl Eccleſias curam animarum habentes, niſi vna ab altera dependeat, aut vna ſit alteri vnita, & annexa, ſed vbi primum ſecundã fuerit conſecutus ipſo iure vacat prima, & ſi illam primam ſtatim non dimittat priuabitur vtraq;, & fiet in eligibilis. c. cum ſingula. vbi gl. verb. in eligibilis, & Doct. de præb. lib. 6. & c. 1. vbi etiam notant ſcribentes. de conſuet. lib. 6. & Trid. ſeſſ. 7. c. 2. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 17. de reform.

51 Monachi tamẽ ſeù quicumq; religioſus non poteſt confirmari in prioratibus perpetuis, nec in aliquibus perpetuis adminiſtrationibus, nec Summus Pontifex in hoc ſolet diſpenſare. licet ſi ex certa ſciẽtia diſpenſet, valeat diſpenſatio. c. ad noſtram. vbi Doct. & c. porrecta. vbi gl. verb. confirmantur. & Gofred. Innocent. Hoſt. Ant. de But. Abb. & alij. de confirmat. vtil, vel inutil, & c. peruenit. 16. quæſt. 1.

52 Monachi regulares, aut quicumq; religioſi, non inſtituunt, nec confirmant clericos in Eccleſijs, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, ſed clericos illos præſentãt Epiſcopis diæceſanis, vt illi clerici reſpõdeant ipſis diæceſanis, de cura plebis, & de Sacramentorum adminiſtratione, pro rebus tamen temporalibus exhibent rationem ipſis religioſis, ſi vero Eccleſiæ pleno iure in ſpiritualibus, & temporalibus ad religioſos ipſos pertineant, tunc poſſunt clericos inſtituere, & diſtituere. c. cum & plantare. §. in Eccleſijs. vbi Abb. nu. 2. de priuileg. & c. vnico. vbi gloſſ. verb. ipſis. & Ioan. Monach. Arch. Ioan. And. Dominic. & alij. de capel. monach. lib. 6. & cap. 1. in 16. quæſt. 2. & gl. verb. diſtituunt. in c. ſicut de ſuppl. negl. prælat. & c. in Lateranenſi. vbi Doct. de præb.

53 Monachi regulares, & quicumq; religioſi non poſſunt conuertere in ſuos vſus Eccleſias, in quibus habent ius præſentãdi. imò ſi intrà tempus ſe meſtre, à die ſcientiæ, & potentiæ, non præſentauerint perſonam idoneam de voluitur præſentatio, & inſtitutio ad Epiſcopum diæceſanũ. c. ſicut. vbi Doct. de ſuppl. negl. prælat. & c. nulla. vbi gloſſ. verb. infra ſex menſes. & Abb. n. 7. de conceſſ. præb.

54 Monachi regulares, & religioſi tenẽtur ſoluere decimas, ex integro, Eccleſiæ, in cuius parochia cõmorantur de terris cultis, & de paſcuis de quibus, antea ſoluebãtur, niſi aliquod priuilegium illos eximat ab exactione illarum, quod priuilegium debet eſſe tale, quòd enormiter non lædat parochiali Eccleſiæ. c. commiſſum. vbi gl. verb. monachi. & Innocẽt. Ioan. And. Abb. & alij. de decim. & c. quod per nouale. de verb. ſign. & clem. 1. vbi Doct. de decim. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat. & dixi ſupra verb. priuilegium. §. 29. & 30.

55 Mouachi regulares Ciſtercienſes, Templarij, Hoſpitalarij, non ſoluunt decimas prædiorum ſuorũ, quæ proprijs manibus colunt, vel ſuis ſumptibus alij vero religioſi non ſoluunt decimas de hortis ſuis, & de nutrimentis animalium, nec de noualibus, quæ proprijs manibus, & ſuis ſumptibus colunt. de alijs vero rebus tenentur decimas per ſoluere, & de alijs poſſeſsionibus ab alijs conductis, & ita illi, qui prædia Monaſterij ex colunt ſuis ſumptibus, qvoniam exemptio hæc non extenditur, niſi ad illos religioſos tantũ, qui ſuis manibus, & ſuis ſumptibus colunt ſuas poſſeſsiones, & non ad alios, qui colunt prædia Monaſterij. licet fructus diuidant cum monachis. c. ex parte. 1. vbi gl. verb. laborum ſuorum, & Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & alij. & c. licet. vbi Doct. & c. nuper. de decim. & clem. 1. vbi etiam notant ſcribentes. eodem tit. & Caſſan. in Catalog. Glor. mund. 4. part. conſid. 58. & 65. & 9. part. cõſid. 4.

56 Monachi, aut quicumq; religioſi, qui in ſermonibus, vel alibi de trahunt homines à ſolutione decimarum remanent excommunicati, & ſuſpenſi ipſo facto. clem. cupientes. vbi Doct. de pœn. & Concil. Trid. ſeſſ. 25 cap. 12. de reformat.

57 Monachi Ciſtercienſes non debent trãſgredi terminos in regula ſui ordinis conſtitutos à fundatione primæ originis domus illorum, ſed illis debent eſſe contẽti, quoniam quilibet debet ſuis terminis eſſe contentus. c. re colentes. vbi Gofred. Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Abb. & omnes. de ſtat. monach. & c. 1. de ſepult. & c. 2. in 13. quæſt. 1.

58 Monachi incorrigibiles expelluntur à Monaſterio, & reformabitur Monaſterium de fratribus alterius ordinis, ſi de eiuſdem ordinis monachis reformari nõ potuerit, & tunc prout poſtulauerit obligatio regulæ, ſunt compellendi ad obſeruantiam illius, & eorum ſuperior debet illos cõpellere ad obſeruationem regulæ. c. relatum.

vbi

Digitized by Google

vbi Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij nẽ cler vel monach. & cap. quanto. vbi Doct. de offic. iud. ord. & c. ad noſtram. 1. de appellat. & c. ea quæ. de ſtat. monach. & Trid. ſeſſ. 25. c. 24. de regular. & ſi prælatus monachorum fuerit notabiliter remiſſus, & negligens, in correctione ſuorum monachorũ, aut pariter fuerit peruerſus, & diſſolutus, tunc ſuccedit Epiſcopus diœceſanus, in correctione monachorum. d. c. quãto. vbi Doct. d. c. relatum & ibi Abb. nu. 2. & c. ſi quis Abbas. & c. Monaſteria. & c. peruenit. 18. quæſt. 2. & c. ea quæ. vbi Abb. nu. 1. de ſtat. monach. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14 de regular. hodie tamen non obſeruatur illa expulſio monachorum delinquentium à Monaſterio, ne detur illis occaſio vagãdi. Imo ſi monachus fuerit fugitiuus annuatim eſt per quirendus, & cogendus, vt reuertatur ad Monaſterium, & ibi eſt illi à ſuo Abbate, Priore, aut ſuperiore imponenda pœnitentia ſecundum inſtitutum, & regulam ſui ordinis, non tamen vt viuat cum alijs, ſed in arto loco, ſeu argaſtulo. c. fin. vbi gl. verb. ſalua ordinis diſciplina, & Doct. de regular. & Abb. in c. relatum. nu 3 ne cler. vel monach. & Anch. in c. cum Eccleſijs. de maior. & obed. Abb. in d. c. fin. de regular. quoniam Abbates, & Priores habẽt ordinariam poteſtatem in criminalibus, in ſuos monachos, & poſſunt illos capere, & detinere, & punire. vt notat Cald. conſil. 20. de regular. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 35. n. 15. Merg conſil. 21. n. 18.

59 Monaſteria tamen alia ſunt immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, alia generalibus capitulis, & alia Epiſcopis, & alia gubernantur per regulares vniuſcuiuſq; ordinis, & religionis, & tunc ſuperiores cuiuſcũq; ordinis debent capere, & detinere, & punire ſuos monachos delinquentes, ſicut dixi in §. proximo. attamen ſi monachus regularis non ſubditus Epiſcopo diœceſano, extrà clauſtra Monaſterij commiſerit aliquod delictum publicè, & notoriè. ita vt populus ſcandalum ſuſcipiat ex tali crimine, tunc poteſt Epiſcopus, ſeu Vicarius generalis illius, qui habeat vices Epiſcopi, præfigere terminum ſuo ſuperiori, vt regularem illum puniat, qui ſuperior tenetur intrà terminum præfixum monachũ regularem delinquentem punire, & facere Epiſcopum certiorem de punitione illa, & aliter poterit Epiſcopus punire monachum illũ delinquentẽ, & ſuperior illius delinquentis erit officio priuandus à ſuo ſuperiore. arg text. in c. cum dilectus. vbi Doct. de religioſ. domib Trid. ſeſſ. 25. cap. 8. & cap. 14. de regular.

60 Oblati vero, qui in totum ſe non tranſtulerunt, iudicantur ab ordinarijs loci. c. cum & plantare. §. de confratribus. vbi gl. verb. nulla tenus, & Ant. de But. Hoſt. Ioã. And. Abb. & alij & c. tuarum. & c. vt pri uilegia. de priuileg. & gloſſ. fin. in c. vlt. de ſepult. lib. 6. & Mar. Socin. in c. 2. de foro comp. Facit doctrina Bart. in l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immunit. Trid. ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat.

61 Monachi regulares tenentur de triennio, in triennium facere capitulum commune Abbatum, aut Priorum, quãdo Abbates, vel Priores proprios non habent. c. in ſingulis. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Ioan. And. Abb. & alij. & c. ea quæ. de ſtat. monach.

62 Monachus poteſt teſtificari in cauſa ſui Monaſterij, etiam ſuper facto, vel non facto ab illo in capitulo. c. tertio loco. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. de probat. & c. tuis. vbi Doct. de teſtib. & c. at ſi Chriſtus. in fin. de iure iurand. & c. ſuper prudentia. 14. quæſt. 2. & dicam, infra verb. teſtis. §. 27.

63 Monachus poteſt dari in obſides pro debito ſui Monaſterij, quoniã licet homo liber non poſsit dari in obſides pro aliqua cauſa priuata, bene poteſt tamen dari à Principe pro cauſa publica, & à prælato, pro cauſa ſui Monaſterij. cap. ex reſcripto. vbi Hoſt. Innocent. Ioann. Andr. Abb. & alij de iure iur. & Bald. in l. ob æs alienũ. C. de act. & obligat. & in l. ob æs alienum. C. de præd. minor.

64 Monachus regularis, & religioſus non poteſt recipere mutuum, ſine licentia ſui prælati, & maioris partis capituli, nec poteſt fidem iubere pro alio. imò ſi de facto ſit fide iuſſor alicuius, aut pecuniam mutuam ab aliquo recipiat, non poteſt obligari ex tali conuentione, nec Monaſteriũ ſuum, punietur tamen à ſuo prælato ſecundum regulam ſuæ religionis, niſi pecunia illa ſit conuerſa in vtilitatem Monaſterij, quoniam, tunc per idẽ eſt, ac ſi Monaſterium obligaretur. c. quod quibuſdam. vbi gloſſ. verb. fide iubeat. & Doct. de fid. iuſſor. & facit tex. in c. 1. vbi Ioan. And. de depoſit. & quamuis ſit in ſtudio, de licentia ſui prælati, & ſui conuentus, vel maioris

partis

partis illius, non poterit fideiubere, nec obligare Monaſteriũm ex mutua pecunia, niſi in illa, quæ ob neceſsitatem ſtudij ſuſcepiſſet. vt tenet Arch. & Ioan. Andr. in c. vt periculoſa. ne cler. vel monach. lib. 6. & Abb. in d. c. quod quibuſdam. nu. 3. de fid. iuſſor.

65 Monachus regularis profeſſus non debet exire à clauſtro ſui Monaſterij, niſi ad ſtudium Theologiæ, quoniam ſi ad audiẽdas leges, vel Phiſicam, exeat à clauſtro, & infrà duos menſes nõ recedat à auditione illarum, incurrit excommunicationem lata ſententia. c. nõ magnopere. vbi Abb. nu 6. & c. ſuper ſpecula. vbi notant communiter Doct. ne cler. vel monach. & c. vt periculoſa. vbi Arch. Ioan. And. Dominic. & alij eodem titul. lib. 6.

66 Monachi regulares non debent ire ad curiam Principis, ſeu ad aliqua mundana, nec habere arma infrà cepta Monaſterij, ne aliqua occaſione in voluantur viri ſpirituales cum actionibus mundanis, & quicumq; monachus profeſſus, ſeu canonicus regularis, adminiſtrationem non habens, ſine ſpeciali licentia ſui Prælati ad Principis curiam ſe cõferre præſumpſerit, aut intrà cepta Monaſterij, ſine licentia Prælati arma habuerit. ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis. c. quãto. vbi glo. verb. Principum. & Doct. de offic. iud. & clem. 1. § quia vero. vbi gloſſ. verb. curias & Imol. Ioan. And. Card. & alij de ſtat. monach. & c. non magnopere. ne cler. vel monach.

67 Monachus regularis, qui iuriſdictiones ſuſcipit à viris ſecularibus, ſeu principibus, aut fit iuſtitiarius illorum eſt deponendus à miniſterio Eccleſiaſtico, & ſtrictè puniendus, ſecundum ſtatutum, & regulam ſui ordinis. c. ſed nec. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij ne cleric. vel monach.

68 Monachus regularis poteſt ordinari ab Epiſcopo diœceſano, vbi eſt oriundus, aut vbi cõmoratur, quamuis de illius diœceſe non ſit oriundus. c. cum nullus. in prin. & §. religioſi, & ibi cõmuniter Doct. de tẽp. ord. libr. 6. attamen nec ad ordines debet accedere, ſine licentia ſui Prælati, imò ad monitione illius, ordines ſuſcipere tenetur, cauſa legitima ceſſante. c. ad aures. vbi Doct. de temp. ord. & clem. 1. §. ad ampliationem. vbi Ioann. Andr. Card. & alij. de ſtat. monach.

69 Monachus tamen profeſſus non tenetur obedire ſuo Prælato, & ſuperiori, niſi in his, quæ expectant ad illius officiũ, ſi enim Prælatus præciperet ſuo monacho illud, quod ad ſuum officium non pertinet, tunc non tenetur monachs obedire, quoniam illa promiſsio obediẽtiæ, quàm monachus inter alia vota facit, non intelligitur, niſi in illis, quæ Prælatus iubet ex officio ſuo, nam factum à iudice, quod ad eius officiũ non pertinet ratum non eſt, nec continet magis, quàm præceptum cuiuscumq; priuati. l. factum à iudice. vbi Dec. num. 1. ff. de regul iur. & glo. verb. qui iuſſu. in l. non videtur. ff. eodem titul. & gl verb. obedientiam. in c. ad aures. vbi Doct. de temp. ord. ſumma Angel. verb. religioſus §. 29. in dubio tamen vtrum pertineat ad officiũ, aut non ſemper eſt obediendum Prælato in licitis, & honeſtis. vt tenet gl. verb. obedientiam, & Doct. in d. c. ad aures. de tẽp. ord.

70 Monachus profeſſus, ſeu monialis profeſſa, quæ matrimonium contrahit ipſo facto remanet excommunicata. clem. vnica. vbi gloſſ. verb. religioſos, & communiter Doct. de conſang. & affin. & ſi palam contraxerit præſumitur, errare in fide, & tunc poterit procedi contra illam, ſeu illum, tanquàm cõtra hæreticum, vt tenet Abb. in c. de homine. num. 6. & alij. de celebrat. Miſſ.

71 Monachi profeſsi etiam exempti, qui præſumunt violare interdicta poſita, per Sedem Apoſtolicam, vel per ordinarium locorum, aut tempore interdicti admittũt excommunicatos, & interdictos ad officia diuina, fiunt ipſo facto excommunicati, nõ obſtante quocumq; priuilegio, aut quibuſcumq; appellationibus, vel alijs quibuſcumq; allegationibus nullitatis ſententiæ, ſiuè proceſſus. clem. 1. vbi gloſ. verb. religioſi, & Arch. Ioan. And. & alij de ſent. excommunicat. & c. cum & plantare. § excõmunicatos. vbi Doct. de priuileg. & c. Epiſcoporum. vbi etiam notant ſcribentes. eodem titul. lib. 6 & cap. in Lateranenſi. vbi Hoſt. & Innocent. & Abb. de præb.

72 Monachi regulares, qui ſe ad in vicem percuſſerint in clauſtro, vel extrà clauſtrũ incurrunt excommunicationem. ſicut cæteri, qui clericos, ſeu monachos ſuadente diabolo percuſſerint. abſoluuntur tamen regulares, ſi exceſſus non fuerit enormis per ſuos prælatos, & ſi diſcritio Prælatorũ ſuorum

Digitized by Google

ſuorum non ſufficiat, tunc adhibetur prouidentia Epiſcopi diœceſani. c. quoniam. de vita, & honeſt. cler. & c. monachi vbi Abb. num. 5. de ſent. excommunicat. ſi tamen percutio fuerit enormis regulariter, non abſoluit Abbas, ſed tenentur ire ad Sedem Apoſtolicam. c. cum illorum. vbi Doct. & c. canonica. vbi etiam. notant ſcribentes. de ſent. excõmunicat. ſi vero monachi regulares, vni⁹ clauſtri percuſſerint perſonam religioſam alterius clauſtri, eſt abſolutio requirenda à Prælato illius, qui iniuriam paſſus eſt. d. c. cum illorum. vbi gl. verb. paſſus eſt, & Doct. de ſent. excommunicat.

73 Monachus autem regularis, qui percuſſerit Clericum ſecularem, non eſt abſoluendus à ſuo Prælato, ſed ab Epiſcopo, in illis caſibus, vbi Epiſcopus abſoluere poteſt. in alijs autem eſt abſoluendus à Summo Pontifice. d. c. cum illorum. §. ſi vero. de ſent. excommunicat. & c. religioſo, vbi gl. verb. eo caſu, & verb. exhiberi, & Ioan. Monach. Ioann. Andr. Dominic. & alij. de ſent. excommunicat. lib. 6.

74 Monachus, ſeù monialis non poteſt recipi pro pretio, in aliqua religione, quia erit ſimonia ſuſcipere aliquem ad religionem pretio aliquo temporali interueniẽte, & tunc tàm receptus, quàm recipiens eſt deponendus ab officio clericali, ſi de crimine per accuſationem conſtiterit. ſi vero per inquiſitionem, eſt tunc vterq; detrudendus in locũ arctioris regulæ, ad pœnitentiam per agendam. c. dilectus filius. 2. & cap quoniam. vbi Doct. de ſimon. & Guid. Pap. deciſs. 80. & Sylueſter. verb. ſimonia. quæſt. 15. licet tamen monachus, ſeù monialis recipiatur per ſimoniam, nihilominus tenet monachatus, nec hoc impedit quòminus valeat profeſsio, ſed punitur pro ſimonia. vt tenet Abb. in d. cap. quoniam. nu. 6. de ſimon. quod hodie tamen in monialibus obſeruatur, dicam infra verb. ſimonia. §. 13.

75 Monachi Ciſtercienſes ſunt priuilegiati ſuper decimis non ſoluendis, & non poſſunt conueniri per reſcriptum impetratũ contra regulares quoſcumq;, ſi non fecerit expreſſam mentionem de monachis Ciſtercienſibus, niſi fuerit impetratum ſuper rebus, in quibus non ſunt priuilegiati. c. cum ordine. vbi gl. ver ſuper. decimis. & Innocẽt. Ant. de Butr. Hoſt. Abb. & alij de reſcript. & c. nuper. vbi Doct. de decim.

76 Monachi regulares nõ poſſunt recipere decimas de manibus laicorum, in Eccleſijs, quæ ad eos pleno iure non pertinent, ſine diæceſani conſenſu. c. cum in Lateranenſi. vbi Abb. num. 4. de præb. & c. fin. 16. quæſt. 1.

77 Monachi Mendicantes, Prædicatores, & Minores non poſſunt ſubpœna excõmunicationis ipſo facto noua loca acquirere, ad habitandum, nec acquiſita deſerere, mutare, ſeù in alios trãsferre, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, & inſcripto, quod faciat expreſſam mentionem huius prohibitionis, redacta. vt probat text. in c. vnico. vbi Arch. Ioann. Monach. Ioann. Andr. Anch. & alij de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. & c. vnico. in prin. vbi gloſſ. verb religionum, & Doct. de religioſ. domib. lib. 6. & c. nimis praua. §. ad hoc. de exceſſ. prælat. & clem. cupientes in prin. vbi etiam notant ſcribentes. de pœn. poſſunt tamen eligere denuò remota loca, & ſeparata, à populo, vt ibi habitari poſsint de licentia ſuorum ſuperiorum, facientes vitam eremiticam, & ita expoſuit Papa in d. c. vnico. §. per hoc tamen. de exceſſ prælat. lib. 6. vbi notat Arch. Dominic. Ioann. Andr. & omnes. ſcribentes, & ſi male ſe habuerint in vno loco ſeparato, & remoto, aut aliam iuſtam cauſam habeant. bene poterunt de licentia ſui ſuperioris mutare domum ad habitandum, quoniam illa prohibitio, cum ſit pœnalis, non habet locum, niſi in domibus acquiſitis, ſeù acquirẽdis; inciuitatibus, caſtris, villis, ſeù locis. ibi contentis. vt tenet gloſſ. in ſumma. in d c. vnico & Dominic. de Sãct. Germin. & alij. de exceſſ. prælat. ſimilia tamen loca bene poſſunt erigere, obtenta prius licentia Epiſcopi illius diœceſis. vbi ſunt erigenda. ex Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de regular.

78 Religionem nouam, vel habitum nouæ religionis, nemo aſſumère poteſt, ſine licentia Summi Pontificis, ſubpœna excõmunicationis ipſo facto, ne aliquis per adinuentionem noui ordinis, ſeù nouæ religionis, inducat confuſionem ordinibus, & religionibus, iam ſanctiſsime conſtitutis, & ne reducatur in effrenatam multitudinẽ adinuentio nouarum religionum, & fortè veniant incontemptum. cap. ne nimia. vbi Doct. de religioſ. domib. & c. vnic. in prin. vbi Dominic. Ioan. Monach. & Baat. Ioan. And & alij eodem titul. lib. 6 Card. conſil. 39. incipit in aliquibus locis. Fel. in cap.

Eccleſia

Sanctæ Mariæ. de conſt.& extrauag vnica. §.cum itaq;, & ibi Doct. Ioan.22.de relig. domib.

79 Monachi Prædicatores, & Minores, & Heremitæ Sancti Auguſtini, & Carmelitæ, habent plurima priuilegia circa Prædicationes, Confeſsiones, & ſepulturas.vt refert extrauagan.1. & ibi Doct. de priuileg intercommunes, & videre eſt in ſtatutis ſuorum ordinum à Summis Pontificibus conceſsis, prædicare tamen non poſſunt, etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum, contra dicente Epiſcopo diæceſano.Trid. ſeſſ.5. cap.2. de reformat.& ſeſſ.24.cap.4. de reformat.

80 Moniales non poſſunt recipi in Monaſterio, vltrà numerum illarum, quæ ex redditibus proprijs ipſius Monaſterij, aut conſuetis elemoſinis commode ſubſtentari valeant. & ſine penuria, & non valet receptio vltrà illum numerum, ſi tamen in Monaſterio commorentur,& emittant illa tria vota ſubſtantialia, remanent tunc verè, & ſtrictè regulares,& religioſæ, & non poterunt exire à clauſtro Monaſterij, quamuis ſint extra numerum illarum,quæ commodè,& ſine penuria ſubſtentari valent. cap.vnico.§.ſane. vbi gloſ. verb.irritum,& Ioan.Monach.Arch.Ioan. Andr.Dominic. & alij. de religioſ.domib. libr.6. & facit text. in cap.1. & cap.auctoritate. de inſt.& in cap.quoniam vt ait.de vita, & honeſt. cler. & Trid.ſeſſ.25.cap.3. de regular.

81 Moniales, poſt ſuam profeſsionem,non poſſunt exire à clauſtro Monaſterij, niſi ſubſit cauſa legitima ab Epiſcopo approbata. cap.1. vbi Ioann.Monach. Dominic. Arch.Ioann Andr. & alij de ſtat.monach. libr.6. & Trid. ſeſſ.25. cap.5. de regular. & ſi habeant cauſam litigioſam debent litigare pet procuratorem, quoniam nec ad iudicium ſunt extrahendæ, extra Monaſterij clauſtra. cap. mulieres. §. cæterum. vbi Doct.de iud. lib.6.& cap.vnico.§.porro. vbi Dominic.Arch.Ioan.And.Philiph. Franc & alij.de ſtat.regular.lib.6. Tridẽt. ſeſſ.25 cap.5.de regular.

82 Monaſterium monialium, ſeù intrà ſepta illarum, intra re non licet maſculus cuiuſcumq; conditionis ſit ille, qui intrare vellet: ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, & qui in Monaſterium illarum,ſeù ſepta intrauerit ſine ea licentia incurret ipſo facto ſententiam excommunicationis. cap.1. vbi Doct.de ſtat. monach.libr. 6. & Trident. ſeſſ.25.cap.5. §.ingredi. de regular.

83 Monialis Abbatiſſa, ſeù Prioriſſa, ſi pro feudo teneatur facere homagium Principi, ſiuè domino, & non poteſt illud facere per procuratorem, tunc poterit exire à clauſtro Monaſterij,cum decente tamẽ ſocietate,& rediens cum omni poſsibilitate,& breuitate ad Monaſterium,& ſine vlla dilatione. cap.vnico.§.verum.vbi Doct.de ſtat.monach.lib.6.

84 Moniales, quamuis ſint Abbatiſſæ, ſeù Prioriſſæ, vel aliquouis nomine ſint ſuperiores, prædicare non poſſunt, nec confeſsiones audire, tàm in criminibus ſuarũ monialium,quàm extra crimina, nec poſſunt benedicere, nec legere Euangelium, quoniam hoc officium non conuenit ſexui fœmineo, & aliquando procedit ex poteſtate ordinis.cuius mulier eſt incapax.cap. noua. vbi gl.verb. prædicare. & Doct. de pœn. & remiſſ.

85 Moniales percutientes ſe ad inuicem, aut altera alteram, ſiue percutientes clericum ſecularem,aut conuerſos,ſiue conuerſas abſoluuntur per Epiſcopum loci,quãuis percutio ſit enormiſsima, ne moniales habeant occaſionem vagandi, aut ſe miſcendi cætibus virorum. c.de monialibus, vbi Gofred.Innocent.Hoſt.Ioan.And. Abb. & alij. de ſent. excommunicat.Vincent.in cap.canonica.eodem titul.& facit text.in c mulieres. vbi Hoſt. Ioann.Andr. Abb.& alij eodem.

86 Monaſteria monialium, quæ immediate Sedi Apoſtolicæ ſunt ſubiectæ; gubernantur, & viſitantur per Epiſcopos diæceſanos, in quorum territorio ſunt ſita, tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegatos, illa vero Monaſteria,quæ per regulares ſui ordinis, ſeù alijs in capitulis generalibus deputatis gubernantur relinquuntur ſub ſua cura,& cuſtodia clem.attendentes.vbi Doct.de ſtatu.monach.Trid.ſeſſ.25.cap 9. regular.

87 Monaſteria regularium ſunt gubernanda per regulares vniuſcuiuſcumq; Monaſterij,& ſi in Monaſterio illo non inueniantur regulares, qui ſint digni ad gubernationem illius, tunc reformabitur Monaſterium per regulares alterius Monaſterij eiuſdem ordinis, & illi habebunt gubernationem, & adminiſtrationem, ſi autem ex ordine illius religionis

KKK non

non fuerint inuenti regulares digni ad gubernationem, & adminiſtrationem, tunc recurrendum erit ad regulares alterius ordinis, ſi etiam digni non inueniantur, tunc reformabitur Monaſterium, & gubernabitur per clericos ſeculares. cap. inter quatuor. vbi notant communiter Doct. de religioſ. domib.

88 Monaſteria monialium nullus frequentare poteſt. niſi ille, qui habuerit cauſam, quæ manifeſtè ſit iuſta, & honeſta, nec ſufficit, quòd ſit iuſta, ſi tamen non fuerit manifeſta, aliter enim ſi ille, qui Monaſterium monialium frequentat eſt clericus, debet deponi ab officio, & beneficio, ſi autem eſt laicus eſt excommunicandus. c. Monaſteria, vbi Doct. de vita, & honeſt. cler. & Merg. conſil. 37. num. 12. quia mulieres, quæ debent vacare Deo, non ſunt intricandæ in locutionibus virorum, nec cætibus illorum ſunt immiſcendæ. c. mulieres. vbi Doct. de iud. lib. 6.

Verbo Renunciatio.

1 RÉnunciatio eſt intima refutatio rei, vel proprij iuris, quam quis ſciẽter facit. arg. text. in cap. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. & tenet Abb. in c. ex multiplici. num 7. de decim. & ſummiſtæ. verb. renuntiatio, & eſt ſtricti iuris, & in ea nõ veniunt niſi ea, quæ exprimuntur, nec porrigitur ad aliam rem, niſi res illa ſit de neceſsitate preambulum ipſius renunciationis. l. illud dubitari. vbi Doct. ff. de acquirend. hæred. Bart. in l. poſtquam. nu. 1. & Iaſ. num. 11. C. de pact. Abb. in c. ſi quis contra. num. 24. de foro comp.

2 Renunciatio cuiuscumq; beneficij poteſt fieri in manibus Summi Pontificis, aut in manibus ordinarij, ſed tamẽ illa eſt differentia, nam illa, quæ fit in manibus ordinarij, debet fieri ſine vlla conditione, quoniam ſi fiat ea conditione adiecta, vt conferatur illi, vel illi, eſt ſimoniaca. vt eſt gloſſ. verb. dimittere. in cap. ex parte. 1. vbi Doct. de offic. iud. deleg. & tenet Mandoſ. in regula Chancellariæ. 43. Reb. in praxi benefic. titul. de renunciat. Purp. Camb. de poteſt. leg. lib. 6. cap. 164. Nau. in Man. cap. 23. nu. 107. verſ. ad decimum, ſi autem fiat renunciatio in manibus ordinarij, ea intentione, vt veniat alicui amico, vel cõſanguineo ipſius renunciantis, nulla tamẽ conditione adiecta, nec pacto inito. vt illi conferatur, tunc non continet ſimoniam talis renunciatio, quoniam volũtas illa, vt beneficiũ conferatur amico, ſiuè cognato, non inducit emptionem, ſeù venditionẽ rei ſpiritualis pro temporali. vt eſt text. in c. querelam. vbi Doct. de ſimon. & gl. verb. pretio. in cap. ordinationes. 1. quæſt. 1. & Sanct. Ant. 2. part. titul. 1. c. 5. § 11. Nau. in Manu. cap. 23. n. 107. verſ. ſecundo.

3 Renunciatio tamen facta in manibus Sũmi Pontificis bene poterit fieri adiecto modo, & conditione, vt veniat beneficium ad amicũ, vel conſanguineum renunciantis, cum bene placito tamen Summi Pontificis, & ſtilus, & praxis eſt quando aliquis renunciat ſuo beneficio, per ſe ſiuè per ſuũ procuratorem inſerere in litteris renũciationis, ſe renunciare ſuo beneficio in manibus Summi Põtificis, tali pacto, & cõditione, vt Titio conferatur, & aliter nõ, nec alio modo, ſi & quatemus placuerit Sedi Apoſtolicæ, quoniã licet renunciatio ſit ſimoniaca, illa conditione adiecta, quatènus tamen renũcians ſe ſubmittit ad bene placitũ Sũmi Pontificis, & non aliter nec alio modo definit eſſe ſimoniaca. vt colligiť ex doctrina gl. in d. c. ex parte. 1. de offi. iud. dẽleg. & tenet Gom. in regul. Chãc. de trien. q. 12. Mand. in regula Chancel. 43. Nau. in Manu. c. 23. n. 107. verſ. ad decimum.

4 Renunciatio, vel permutatio alicuius beneficij, in fauorẽ certæ perſonæ, in mortis articulo, nõ valet hodierno tempore, ſi renuncians, ſeù permutans deceſſerit infra viginti dies computandos à die per ipſum reſignantẽ præſtiti cõſenſus, nec tũc diciť beneficiũ vacare per renunciationem, ſed per obitum, & ſi forte quis in infirmitate conſtitutus renunciauerit beneficio ſuo in fauorem alicuius, & infrà viginti dies poſt renunciationis cõſenſum deceſſerit, & beneficium illud conferatur illi, in cuius fauorem fuit renunciatũ, tunc talis collatio eſt nulla, & nullius momenti, tam facta ab ordinario, quam à Summo Pontifice, per regulã Chancel. 17. vbi notant ſcribẽtes.

5 Renunciatio de beneficio, ſeù dignitatis, facta per procuratorem ſpecialem, valet, quamuis renuncians illam reuocet ignorante illo, in cuius manibus facienda erat renunciatio, vel procuratore, niſi reuocatio malicioſe ab illis occultetur. clem. vnica. vbi glo. verb. teneat. & Ioan. And. Pet. de Anch. Font. & alij. de renunciat & facit text. in l. ſi mandaſſem. ff. mand. & in

l. 1. §.

Digitized by Google

l. 1. § fin. ff. de contrah. empt. Merg. conſil. 41. nu. 28.

6 Renunciatio, ſeu permutatio Epiſcopatus eſt facienda in manibus Summi Pontificis, aliorum vero inferiorum beneficiorum eſt facienda, aut in manibus Summi Pontificis, qui eſt Dñs omniũ Eccleſiaſticorũ beneficiorũ, & in eis habet pleniſsimã poteſtatẽ, aut in manibus illius, qui poteſt in illis collare, & confirmare. vt dixi. §. 2. & clem. vnica. vbi gl. verb. in manibus. & Ioan. Andr. Paul. Anch. & alij. de renunciat. & cap. Inter corporalia. de tranſlat. Epiſcop. & c. ad monet. & c. fin. vbi Innocent. de renunciat.

7 Renunciatio debet fieri cum conſenſu patroni, ſi beneficium, cui renunciatur eſt de Iure patronatus, quoniam conſenſus illius, ad quem expectat præſentatio, eſt requirendus in renunciatione, ex gl. ver. additio. in clem. vnic. vbi Paul. Anch. & alij. de renunciat. & Innocent. in c. ſuper hoc. & in c. fin. de renunciat. & Abb. in c. quod in dubijs. nu. 6. eodem titul. ſi tamen renũciatio fiat in manibus Summi Pontificis, & beneficium, cui renunciatur, ſit de iure patronatus Eccleſiaſtici, non eſt tunc requirendus conſenſus patroni. ex text. vbi Doct. in c. cum dilectus. de iure patronat. & dixi. ſupra verb. penſio. §. 24.

8 Renuncians beneficio ſuo, non poteſt poſt renunciationem ad ipſum habere recurſum. c. cum inter. de elect. & c. extranſmiſſa. vbi Doct. & c. in præſentia. de renunciat. & l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edit. niſi renunciatio fuiſſet coacta, & non ſpontanea, quia tunc bene poterit habere regreſſum ad illud, puta ſi per metum amiſsionis vitæ, aut honorum fiat renunciatio, quia tunc non valebit, & renũcians poterit repetere beneficium taliter renunciatum. c. ſuper hoc. vbi Doct. de renunciat. & c. Abbas. & c. ad audientiã, & c. ad aures. de his quæ vi met. cauſ. fiunt. & Abb. in d. c. Abbas. n. 2. & in d. c. ad aures. n. 2. idem Abb in c. ſi vero. n. 1. de iure iur.

9 Renunciatio beneficij facta per illũ, qui eſt incarcere detentus nõ valet, ſi collatio, ſeu præſentatio illius beneficij expectabat ad illum, qui renunciantem incarcere detinebat, aut aliquo modo renunciatio incommodum illius, qui procurauit captionem renunciantis facta fuit. ex clem. 2. vbi gloſſ. verb. nullius. & Zenz. & Ioan. And. de pœn. & Doct. in c. quod in dubijs. de renunciat. & l. qui incarcerem. vbi Doct. ff. quod metus cauſa.

10 Renunciatio beneficij Eccleſiaſtici facta in manibus alicuius laici, tàm patroni, quàm alterius priuati, non valet, attamen renuncians eſt priuandus beneficio, ſi ſpõtanea voluntate renunciauit, aliter tamen ſi non ſpontanea voluntate fecit renunciationem. c. quod in dubijs. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Ioan. Andr. Abb. & alij de renunciat. idem Abb. in c. ſuper hoc. col. 10. verſ. item temperat. eodem titul. Gerip. conſil. 36. n. 14.

11 Renunciare tenetur ſuo beneficio ille, qui petiuit licentiam renunciandi à ſuo ſuperiore, & illi fuit conceſſa, quoniã poſt illam conceſsionem tenetur renunciare, & ad id compelli poteſt. c. quidam. vbi gl. fin. & Ioann. Andr. Hoſt. Innocent. Abb. & alij. de renunciat.

12 Renuncians ſuo beneficio, etiam inutiliter, videtur amittere poſſeſsionem illius, quamuis renunciatio nõ teneat, vt probatur ex illo text. in c. quod in dubijs. de renunciat. & tenet Innocẽt. & Ioan. And. ibidem, & iuuare videtur, quoniam ſolo animo poteſt quis poſſeſsionem amittere. l. poſsideri. §. in amittenda. vbi Bart. Bald. Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. ff. de acquirend. poſſ. ſed contrariam opinionẽ tenet Bald. in d. c. quod in dubijs. & Iaſ. in l. 1. §. ſi vir. vxori. nu. 27. ff. de acquir. poſſ. quoniam licet ille, qui ſponte renunciauit in manibus illius, qui illam renunciationẽ ſuſcipere non poteſt, teneatur dimittere beneficiũ, & illo eſt ſpoliandus, dum tamẽ illi non renunciat per validam renunciationem, non amittit ipſo iure poſſeſsionẽ illius, nec eſt in libera facultate renunciãtis, cum ſit introducta gratia Eccleſiæ, & beneficiati. vt tenet Iaſ. vbi ſuprà. & Abb. in c. cum pridem. n. 3. de pact.

13 Renũciare non poteſt quis ſuo beneficio in conſulto Prælato diœceſano, quoniã ſicut nullus poteſt intrare in beneficiũ Eccleſiaſticũ, ſine auctoritate Epiſcopi diœceſani, quando beneficium pertinet ad ordinationem illius, ita nec illud dimittere. cap. ad monet. vbi gloſſ. verb. in conſulto. & Doct. de renunciat. & c. cum & plantare. §. in Eccleſijs. de priuileg. & c. Epiſcopus. de loco. 7. quæſt. 1. & Abb. in c. audita. n. 3. de reſt. ſpoliat. neq; Epiſcopus poteſt renunciare ſuo Epiſcopatui, ſine licentia Summi Pontificis. d. c. ad monet. vbi Doct. de re-

KKK 2

Digitized by Google

de renunciat.& c.Epiſcoparum.7.quæſt.1. nec debet illi dari licentia renunciandi,ſi neceſſarius, & vtilis ſit Eccleſiæ ſuæ. c.1. vbi notant ſcribentes.de renunciat.

14 Renunciare non poteſt quis beneficio, ad cuius titulum fuit ordinatus, niſi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulũ promotus fuiſſet,nec talis renunciatio eſt admitenda,niſi conſtito,quòd aliundè cõmodè,& ſinè penuria viuere poſsit.& aliter facta renunciatio erit nulla.ex Tridẽt. ſeſſ.21. c.2. de reformat.& Nau.in Manu. c.22. n.18. verſ.tertio.ad fin.

15 Renuncians iuri ſuo in vno articulo, nõ videtur renunciare in alijs. vt tenet Abb. in c.ſi quis contra. n.24.de foro comp. & in rep.n.29. & Bart.n.1. & Iaſ.nu.11. in l. poſtquam liti.C de pact.& facit tex.in l illud.de acquir.hæred. vnde renuncians litteris beneficialibus, nõ videtur renũciare inſtitutioni iam factæ,nec iuri iã quæſito. c.ſane.vbi.Abb.n.2.de renunciat.& ita renuncians productioni teſtium, nõ videtur renunciare productioni inſtrumẽti,ſed eſt neceſſe,vt renũciet omnibus probationibus.facit tx.in c.paſtoralis.& ibi.Abb.n.8. de cauſa.poſſ.& prop.& in c.cõſtitut⁹. n.4 de teſt.& Iaſ.in auth.iubem⁹.à n.5.C.de iud.

16 Renuncians beneficio,ad quod fuit ignoranter aſſumptus per ſimoniã,poteſt ad illud iterũ admitti,ſed tamen ſi poſtea ad illud inſtituatur, non poteſt ex prima inſtitutione aliquid vindicare,quoniam illa prima inſtitutio fuit extincta, & omnia, quæ illi, poſtea ex iure beneficij competunt ſunt exorta ab illa noua receptione. c.ex inſinuatione. vbi gloſſ.fin. & Doct.de ſimon. & c. cum interp. vbi etiam notant ſcribentes. de renunciat.

17 Renuncians electioni de ſe factæ, non poteſt poſtea pro ſuo intereſſe illius electionis,cui iam renunciauit,appellare,nec impedire electionem de alio factam, quoniam per renunciationẽ euaneſcit omne ius, quod illi renuncianti competebat. c. cum inter R. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de elect.

18 Renunciare poteſt vnusquiſq; iuri ſuo, ſine incommodo alterius, & ſic priuilegio fori, ſeù cuicumq; iuri in fauorem renunciantis introducto, & valet talis renunciatio. c.fin.vbi Doct.de crimine falſ.& c. dilectus & c.ſi diligenti. de foro comp. & c.ſi de terra. vbi Abb. n.5. de priuileg. & c.ad Apoſtolicam.de regular.& l.ſi quis in conſcribendo. vbi Bart.Bald.Salic. & alij. C.de Epiſco & Cler.& l.ſi iudex.ff.de iud. & l.ſi quis in conſcribendo.vbi Doct.C.de pact.& ſ.pactum inter. vbi Bart.ff.de pact. & c.quã periculoſum.7.quæſt.1. & gl ver. renunciatum. in cap.cum veniſſet.de teſt. Iaſ.in l.qui Romæ.n.5.ff de verb.obligat.

19 Et poſtquam quis renunciauit iuri, & actionibus ſuis,non habet amplius recurſum ad eas.c.cum inter.R.de elect.& c.ex tranſmiſſa,& c.in præſentia.de renũciat & l.quæritur. §.ſi vẽditor.ff.de ædilit.edit.& c.quã periculoſum. & c.eos ſacerdotes. 7. quæſt.1. & c.ſi illic.23.quæſt.4. & gl.verb. renunciatum.in c.cum veniſſet.de teſt.niſi renuncians eſſet minor,aut talis,cui beneficium reſtitutionis competeret, quia tũc poterit habere recurſum,ad illas actiones, ſeù ius, cui renunciauit, per in integrum reſtitutionem, ſi fuit læſus. c. auditis. vbi Doct.de in integr.reſt.& tenet Ioan.And. Abb.& alij in d. c.cum veniſſet.de teſt. & Bald.oppoſit.tertia,& Iaſ.n.13.in l.poſtquã liti.C.de pact.quoniam minor, aut Eccleſia non poteſt renunciare beneficio ſuæ reſtitutionis,quando fuit læſus. facit text. in d. c. auditis.de reſt in integr. & in l.ait prætor. ff de minor.& gloſ.verb.quia vnicuiq;. in l.ſi iudex. ff.eodem.

20 Renunciare non poteſt Clericus ſuo foro,per pactum expreſſum, aut conuentionem,ſine conſenſu ſui Prælati, aliter ſi tacitè permittat reſpondere coram indice Eccleſiaſtico.c.ſi diligenti. vbi Doct.cap. ſignificaſti.vbi etiam notant ſcribentes.de for.comp.

21 Viduæ,aut pupilli, vel miſerabiles perſonæ,non poſſunt renunciare foro.l.vnic. vbi Cin.Bald.& Salicet. C.quãd.imp.inter pupill.& vid.& Iaſ.in l.ſi quis inconſcribẽdo.n.11.verſ.limita. C.de pact.nec ſi mulier cũ viro renunciaret foro,& poſtea deceſsiſſet vir, & remanſiſſet vidua, valeret tunc illa renunciatio. vt poſt viduitatem poſſet trahi ad alium iudicẽ.vt dixi ſupra verb.priuilegium §.13.quoniam illud priuilegium viduitatis,quod non dum re,aut ſpe competebat mulieri vxoratæ, renunciari non poterat,nec renunciatio de præſenti porrigitur ad illud. ex text.in l.1.§. quod ait prætor. 2. ff. quorum legat. & l. nec nos. C.de poſtlim.reuerſ.

22 Renunciatio fori, poteſt reuocari, ante litem conteſtatam, quando quis promiſit reſpondere corã iudice,apud quẽ creditor illum

Digitized by Google

illum conuenire voluiſſet, quoniam ante litem conteſtatã pœnitere poteſt. l. ſi conuenerit. vbi Doct. ff. de iuriſd. omniũ iud. & gloſ. verb antiqui. in l. ſi quis in conſcribend. vbi Bart. & Iaſ. num. 12. C. de pact. ſecùs tamen ſi aliquo loco ſoluere promiſit, quia tunc non poteſt pœnitere in præiudicium creditoris, ſed potius ratione ſolutionis ſortitur forum in loco, vbi ſoluere promiſit. c. fin. vbi Doct. de foro comp. & tenet Ant. de But. in cap. 1. de iud. Bart. & Iaſ. nu. 12. in d. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Bart. in d. l. ſi conuenerit. num. 4. ff. de iuriſd. omnium iud. & in l. Titium. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. & in l. non vtiq. §. ſi quis ita. ff. de eo quod cert. loco. Cin. & Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de Epiſc. & Cler.

23 Renunciatio de illo iure, quod renuncians ignorat, non valet, quia nemo videtur renunciare iuri, quod ſibi competere ignorabat. l. nec is. §. hæres inſtitutus. vbi Iaſ. num. 8. ff. de acquirend. hæred. & l. mater. decedens. ff. de inoffic. teſt. & l. legitimam. vbi Doct. ff. de pet. hæred. & l. in cõfirmando. & l. vtilitatem. ff. de confirmat. tut. Abb. in c. vnico. nu. 3. de cler. per ſalt. pro mot. & Iaſ. in l. fin. n. 4. C. de iuris, & fact. ign. & in l. quandiu. num. 3. C qui admitt. ad bon. poſſ. poſt. & in l. apud Iulianũ §. ſi Titius nu. 9. ff. delegat. 1. & in l. 1. nu. 4. ff. de cond. ind. & non tantum non valet renunciatio de iure, quod quis ignorat ſibi competere, ſed etiam ſi dubitat ſibi competere. l. fin. § ſin autem neſcius vbi Bart. in §. ſed quærebatur. num. 2. C. de furt. & ſeru. corrupt. & Iaſ. in d. l. 1. num. 5. ff. de cond. indeb. ſi tamen quis dicat ſe velle obligare in omnem euentum, & quomodocumq. ius ſibi competeret, illi renunciat, tunc videtur renunciare, tã iuri, quod ſcit ſibi cõpetere, quam illi, quod ignorat. c. ad Apoſtolicam. vbi Abb. n. 6. de regular.

24 Renunciatio ſuper iure de futuro, quod nec re, nec ſpe competit non valet, quia nullus poteſt re futare illud, quod nõ dum habet. l. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſub conditione. vbi Bart. num. 1. ff. delegat. 2. & l. 1. §. quod ait prætor. 2. ff. quorum leg. & glo. verb. quietas. in c. ex multiplici. vbi Abb. nu. 7. de decim. & gloſſ. verb. te filio. in l. 1. vbi Doct. C. de pact. Iaſ. in l. ſeruus alias. l. apud Iulianum. §. ſi Titius. n. 8. ff. delegat. 1. ſi tamen renunciatio ſuper iure futoro fiat in iudicio valebit tunc propter calorẽ iudicij, quoniam potentius fit illud, quod fit in iudicio, quam extrà. l. pacta noui ſima. vbi gloſſ. verb. maximè, & Bald. & Alex. C. de pact. & gloſſ. fin. in l. in plurium. ff. de acquirend. hæred. & Bart. in l. 1. C. de pact. & Iaſ. in l. 1. num. 6. ff. de verb. obligat. Abb. in c. ex multiplici, nu. 7. de decim.

25 Renunciare poteſt quis iuri de futuro, quod ſibi ſpe, & non re competit, præſente parte, quoniam ſimplici renũciatione, non videtur renunciatum, ſi pars non ſit præſens, quia ſi præſens ſit videtur, aut ſi renunciatio facta fuiſſet in iudicio, quoniam aliud eſt renunciare ſimpliciter iuri futuro, & aliud in iudicio, vel paciſcẽdo. l. & hæredi. § filia familias. vbi Alex. & Imol. ff. de pact. & l. 1. vbi Doct. C. de pact. & glo. verb. quietas. in c. ex multiplici. vbi Abb. n. 7. de decim. ſpecul. in tit. de renũciat. & cõcluſ. §. 1. verſ. quid ſi quis & Bart. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. n. 3. ff. ſi quis caut. Afflict. deciſ. 381. n. 5.

26 Renunciatio totius iuris quod quis habet, & habere ſperat intelligitur de iure, quod renuncians habere ſperat ex aliqua cauſa ſubſiſtenti de præſenti, non autem de quo non ſperat, quoniam in generali renunciatione, non venit illud, quod nondum conſiſtit in ſpe alicuius cauſæ de præſenti. arg. text. in l. ſed & ſi quis. § quæſitum. vbi Bart. nu 2. & Iaſ. nu. 2. & alij ff. ſi quis caut. & in l. ſpem futuræ. vbi Bald. C. de donat. & Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 19. ff. de verb obligat. & in l. 1. ff. de ſtat. liber. Afflict. deciſs. 350. nu. 4. & Cæſar. Vrſ. ibidem n. 4. & Socin. cõſil. 142. col 2. lib. 1. Paris. conſil. 127. col. 2. libr. 1. & Roland. à Valle. quæſt. 39. n. 11.

27 Renunciatio futuræ ſucceſsionis bonorum parentum, non valet, niſi interueniat iuramentum, aut conſenſus illorum, de quorum hæreditate agitur, & ante mortẽ non reuocent facta in pactione & renunciatione, vbi cõſenſum præſtiterunt. l. fin. vbi Doct. C. de pact. & l. hæreditas. C de pact. cõuent. & c. quamuis pactum. vbi notant cõmuniter Doct. de pact. lib. 6. & l. pactum. dotale. vbi Bart. Bald. Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. de collat. & Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. ſicut maior. C. de repud. hæred. Afflict. deciſ. 350. n. 1. & deciſs. 178. n. 3.

28 Renunciatio in aliqua pactione de omni auxilio legum valet, & comprehendit, etiam auxilium legis ſtatutariæ, vt tenet

Iaſ.in l.omnes populi.n.23.in 2.lect. ff.de iuſt.& iur.& Bald.in l.illa inſtitutio.in fin. col.ff.de hæred.inſt. & Alb.in l.item quæritur. §. exercitu. ff. locat. Afflict. deciſ. 182. num.13.& Alber. in l.licet.1.nu.3.in fin. C.locat. Gozad. conſil.69. nu.20. Bollon conſil.21.nu.4. Capic. deciſ.86.num. 10. Roland. conſil. 13. nu.8. Paris. conſil. 110. à nu.97. lib.1. Valaſ. de iure emph. quæſt 27. num.19.

29 Renunciari etiam poteſt, per pactum conuentum, beneficio excuſsionis, nam licet fideiuſſor non poſsit conueniri, niſi prius conueniatur principalis debitor. ſi eſt præſens, & conueniri poteſt, ex auth. præſente. vbi Doct. C. de fid. iuſſ. poteſt tamen beneficium illius excuſsionis renũciari. vt tenet Bart. in l.ſi ſeruum. §.nunc videamus. num.1. ff. de verb.obligat.& in l.1. C.de conueniẽd.fiſc.debit.lib.10. Rip. in l.obligatione generali n.26.ff.de pign. & Alex.conſil.32. lib.4. & Dec.conſil.26. ad fin.Valaſc.conſult.173.nu.5. vnde promittens. indemnitatem creditori, tenetur tanquàm fideiuſſor, & ſi renunciauit. d. auth.præſente. ſtatim poteſt conueniri. ex Bart.in d. l.1. C.de conuen. fiſc. debit. & Bald. in l. pater. verſ. duodecimo, quæro. C mand.

30 Renuncians omnibus exceptionibus, & omni legum auxilio, non præiudicat renuncianti in iure, quod ignorabat ſibi cõpetere, vt dixi ſupra. §.23. nec ſi per errorem fecit illam renunciationem, quoniam qui errat, non conſentit, nec eſt par credere, quòd renuncians ſub illo in volucro verborum veller renunciare iuri, ſeù exceptioni, quàm ſibi competere ignorabat. l.in totum, & l.nihil conſenſui § non videtur. ff. de regul.iur. & facit. ad hoc.tex. in l.fin. §. idem quæſiijt. ff. de cond. ind. vbi Doct. & Imol. in cap.pen. col.15. de empt.& vend & ſpecul in titul.de except. §.2. verſ. cæterum. Bart. in l.ſi ex cautione. nu.5. C.de non numerat.pecun. & Iaſ. in l.1. nu.6.& 9. vbi dicit communem. ff. de cond. ind. à qua non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo.

31 Renunciari nõ videtur iuri ſuo ille, qui ſe ſubmittit gratiæ aduerſarij, imò videtur expectare aliquem fauorem. c.veniẽs. vbi glo.ver cõmeſiſſet, & Gofred.Innoc.Hoſt. Ant.de But.Ioan.And.Abb.& alij.de renũciat.& Bald.in c.cũ pridem.de pact.& Iaſ. in l.poſtquam.liti.n.8.C.de pact.

32 Renunciatio litis, ſeù appellationis, vel recuſationis, poteſt fieri tacitè, aut expreſſè, puta quando quis legitime citatus non venit, aut poſt appellationem litigauit coram eodem iudice, ſuper eadem cauſa, aut petiuit tempus ad ſoluendum, aut faciẽdo aliquem actum, per quem videatur cõſentire in ſentẽtia, aut litigauit coram iudice recuſato, poſt recuſationem, aut expreſſè per pactum, ſeù conuentionem, vel aliquẽ actum renunciauit liti, appellationi, ſeù reconuentioni, In his enim tribus caſibus poteſt renunciari tacitè, vel expreſſè. c.2. vbi Doct.de dolo, & contum lib.6. & l.ad ſalutatione m. C.de reiud. & l.poſtquã.vbi gloſſ.verb. renunciaſſi, & Doct. C. de pact. cap.pen. vbi gloſſ pen. de his, quæ fiunt à maior.part. & c.2. de accuſat. lib.6.& Iaſ. in l. inter cætera. ff. de liber. & poſthu. & Abb.in c.inter Monaſterium. n.3.de ſent. & reiud.

33 Renuncians liti in cauſa beneficiali, nõ videtur renunciare, niſi cauſæ inſtantiæ, quoniam renunciatio beneficij non poteſt fieri, niſi in manibus ſuperioris. vt eſt tex. in c.admonet. vbi gloſſ.verb. in conſulto, & Doct de renunciat. Imol. in c. veniens. eodem titul. Alex. & Iaſ in d. l.poſtquam liti. C. de pact. ſecùs tamen erit in alia cauſa prophana. vt tenet Paul. de Caſtr. Alex.& Iaſ.in d.l.poſtquã liti.C.de pact.

34 Renuncians liti in cauſa ciuili, & prophana, videtur renũciare inſtantiæ, & iuri principali, quod expectat ad illam actionem intentatam, ita vt cauſa videatur finita, & poſtea reſtaurari non poſsit. l. poſtquam liti. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alex.Iaſ.& alij. C.de pact. Bald.in authẽt. generaliter. col.3. C. de Epiſ. & Cler. & Doct. in c.ex tenore.de reſcript.& in cap. veniens. de renunciat.

35 Renuncians tamen liti non videtur fateri aduerſarium dominum, nec poſſeſſorem, ſed tantum renunciat iuri, quod ſibi competit, nec tribuit aliquod ius aduerſario, ſi forte illud non habebat. l. ſi te. vbi Doct. C. de ingen. & manumiſſ. & tenet Bart. in l.naturaliter. §.nihil commune.n. 5. & Iaſ. num.58. ff.de acquirend. poſſ. & Abb.in c.cum pridem.n.2. de pact. Cæſar. Vrſ deciſ.220.n.21.Merg.conſil.32.n.15.

36 Renunciatio litis debet à parte aduerſa, aut à iudice acceptari, ſi enim aduerſarius non acceptat, non valet talis renunciatio, nec etiam in præiudicium renunciantis,

vt tenet

Digitized by Google

vt tenet Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. in l. poſtquam liti. C. de pact. & gloſſ. verb. obtulit in c. cum veniſſent. vbi Bald. de eo. qui mitt. in poſſ. & Iaſ. in l. error. num. 5. C. de iur. & fact. ign. & Boer. deciſ. 48. à nu. 7. & Gab. lib. commun. opin. titul. de confeſſ. concluſ. 1. à n. 32. nam ſi renunciatio fiat parte aduerſa abſente, non nocet, niſi à iudice acceptetur, aut à perſona, quæ illam acceptare poteſt, vt tenet Bart. Salicet. Alex. & Iaſ. in d. l. poſtquam liti. C. de pact. & Iaſ in d. l. error. nu. 7. & Cin. quæſt. 10. in auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus. vend. & Imol. in d. c. cum pridem. de pact. Bald. in auth. generaliter. col. pen. C de Epiſc. & Cler.

37 Renunciatio litis alicuius beneficij Eccleſiaſtici interueniente pecunia, aut aliqua re temporali fieri non poteſt ſine labe ſimoniæ, quando renuncians habet ius in beneficio, & illi renunciat, dato aliquo tēporali, quamuis non ſit magis, quàm poſſeſsio colorata, quia renuncians illi poſſeſsioni, pro pecunia, ſeù aliqua re temporali, eſt ſimonia. ſi autem habeat ius in beneficio, & ſit in poſſeſsione illius, & aliquid dederit, quod verè, & realiter nihil aliud ſit, magis, quàm redimere ſuam vexationem, non peccat, nec committit ſimoniam. vt tenet Abb. communiter receptus in c. cum pridem. n. 1. de pact.

38 Renunciatio, vel remiſsio iuris competentis, in effectu eſt donatio. l. in ædibus. in prin. & l. modeſtinus. vbi Doct. ff. de donat. Abb. in c. 1. num. 28. vt lit. non conteſt. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. num. 143. C. de reuocand. & Corn. conſil. 284. nu. 12. lib. 1. & facit text. in l. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſ. & Valaſc. conſult. 8. num. 9. & conſult. 135. numero. 16.

39 Renunciare non poſſunt coniuges bonis, quæ lucrantur conſtante matrimonio, nam cum renunciatio illorum bonorū ſit donatio, fieri non poteſt, quoniam eſt prohibita inter virum & vxorem, durante matrimonio. vt per totū de donat. inter vir. & vxor. & tenet Greg. Lop. in l. 5. titul. 11. part. 4. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 4. §. 2. num. 15. & Didac. Burg. quæſt. ciuil. 9. num. 10. licet contrarium teneat Palat. Rub. in Rubric §. 47. num. 13. & Chaſſan. ſibi contrarius, & Valaſc. conſult. 103. dicens quòd opinio dicentium alterum coniugum poſſe lucrum renunciare, poſsit defendi in lucris adhuc non quiſitis.

40 Renunciare nō poteſt prælatus liti motæ cum Eccleſia, vbi agitur cauſa, in qua Prælatus non habet liberam voluntatem, & arbitrium, & abſolutam diſpoſitionem ad donandum, & diſponendum, quomodo voluerit, ſicut eſt in re iam Eccleſiæ quiſita. ſi tamen cauſa eſſet de qua ille libere diſponere poſſet, bene poteſt tunc liti, & cauſæ renunciare. vt tenet Abb. communiter receptus. in c. cum pridem. num. 4. de pact.

41 Renunciare poteſt quis fauori ſuo in nullitate, etiam actorum, quando in ſui cōmodum poſſunt annullari, aliter tamen ſi actus ipſo iure fuiſſent nulli. l. à Diuo Pio. vbi gloſſ. verb. actionem, & Doct. ff. de ritu nupt. Bart. in l. & eleganter. num. 7. ff. de dolo malo, & Alex. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. in prin. ff. de pact. & Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. num. 11. ff. de regul. iur. poteſt tamen quicumq; renūciare liti, & accidentalibus contractuū, & etiam cauſæ finitæ, quoniam rem certam, & indubitatam poteſt quis per pactum, vel renunciationem demittere. l. 1. vbi Bart. à num. 3. & Iaſ. nu. 10. ff. de tranſact. & facit tex. in l. pacta conuenta. vbi Doct. ff. de cōtrahend. empt.

42 Renunciatio, quæ offendit æquitatem naturalem, & continet læſionem bonorū morum, non valet, nec alicuius eſt momēti. l. alia. §. eleganter. vbi Bart. Alex. & alij. ff. ſolut. matrim. & facit text. in § in bonæ fidei. inſt. de act. Afflict. deciſ. 121. nu. 5. Valaſc. conſult. 173. num. 22. Merg. conſil. 38. num 27.

43 Nec valet renunciatio in his, quæ iudex ex officio facere poteſt. vt tenet Hoſt. in ſumma. de offic. iud. §. verum deſideret, & Afflict. deciſs 121. num. 6. quoniam officium iudicis nullam præſuponit obligationem. l. qui per colluſionem. §. fin. vbi Doct. ff. de act. empt. ſed ſola æquitate nititur contra iuris rigorem. facit text. in l. inuitum, & l. dudum. C. de contrah. empt. Valaſc. conſult. 172. num. 10. vnde in his non habet locum renunciatio. vt reſoluit Geripard. conſil. 39. nu. 14.

44 Renunciare non poſſunt partes illis ſolemnitatibus, quæ ſunt de ſubſtantialibus iudiciorum, aut de forma iudicij, quæ reſpiciunt publicum fauorem. Illis vero ſolemnitatibus, & formæ iudicij, quæ reſpicit fauorem

Digitized by Google

fauorem ipſarum partium, bene poterunt partes ipſæ renunciare. ex gloſſ. communiter recepta. in cap. de cauſis. verb. conſenſu partium, & Abb. nu. 8. de offic. iud. deleg. & facit text. in c. 1. vbi Doct. de iuramento calumn. & in l. 2. C. eodem titul. Mar. Socin. in c. 1. num. 21. de libel. oblat. Marant. de ord. iud. 4. part. §. iudicij diffinitio. nu. 39. Valaſc. de iure emph. quæſt. 6. num 17. poſſunt tamen partes conuenire, vt iudex cauſam diffiniat prætermiſſo ordine iuris, & tunc valebit ſententia in vim pacti, non autem in vim ſententiæ iudicialis. vt tenet Innocent. n. 4. Abb. num. 20. in c. cum cauſam. dereſt. & Hoſt. Card. Imol. Abb. num. 8. & communis. in d. c. de cauſis. de offic. iud. delegat. Marant. de ord. iu. li. vbi ſupra.

45 Renunciatio, quæ fit per dolum non valet, ſi dolus contineatur in re ipſa, quoniam aliter nō datur reſtitutio ad cauſam, ſeu litis inſtantiam per emptam, ſed datur actio ad intereſſe contra æmula omni. c. latæ. vbi gloſſ. verb. conſilium. & Doct. de renunciat. & l. & eleganter, & l. arbitrio §. dolo. vbi Doct. ff. de dolo malo. & Alex. conſil. 42. nu. 20. lib. 1. & D. c. in l. fraudis. n. 4. ff. de regul. iur. & conſil. 180.

46 Renunciare nemo poteſt officio publico, quod iam acceptauit, ſine conſenſu ſuperioris, cui competit inſtitutio, & diſtitutio illius. l. fin. vbi Bart. & alij. C. de defenſ. ciuit. & l. legatus. vbi gloſſ. 1. & Doct. ff. de offic. præſid. cum enim in illa inueſtitura publici officij conſiſtat aliquid in Reipublicæ fauorē renunciari non poteſt, licet reſpiciat principaliter, vtilitatē priuatam, & ſecundariò fauorem publicum. ex Bart. in l. ius publicum. nu. 4. ff. de pact. & Imol. & Iaſ. n. 82. in l. nemo. ff. de leg. 1.

47 Renunciatio generalis omnium caſuum fortuitorum facta in iudicio non valet, quāuis partes dicant ſe velle omnes caſus haberi pro ſpecificatis, & expreſsis. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. vbi Bart. Angel. Fulg. Iaſ. & omnes. ſi ſi quis caut. Salicet. in l. 1. num. 10. & 11. C. cōmmod. & Doct. in c. 1. de commod. Mench. 2. tom. contr. libr. 3. cap. 54. num 7. Pinel. in l. 2. part. 1. cap. 3. num. 26. C. de reſcind. vend. ſi tamen expreſsis aliquibus caſibus fortuitis, fiat renunciatio generalis, tunc valet in caſibus ſimilibus, & minoribus expreſsis. vt notāt ſcribentes. in c. Sedes. de reſcript. & in clement. non poteſt. de procurat. & tenet Iaſ. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. num. 29. & alij plurimi. ibidem Paris. conſil. 110. num. 97. lib. 1. & Nicon. allegat. 27 num. 4. & Ant. Rub. in d. § quæſitum. nu. 36. licet aliqui teneant, tunc non valere renunciationē, niſi in ſpecificatis. vt refert Valaſ. de iure emph. quæſt. 27. num. 34. verſ. quod ſi expreſsis, ſed prima ſententia eſt communior. & verior.

48. Renunciatio omnium caſuum fortuitorū, in contractibus, procedentibus ex mera voluntate contrahentiū, bene valet: quamuis ſit generalis, & ſine expreſsione alicuius caſus. l. quæ fortuitis. vbi Doct. C. de pign. act. Iaſ. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. n. 14. ff. ſi quis caut. & Nicon. alleg. 27. n. 1. & Ant. Gom. 2. tom. c. 3. n. 19. Nau. in Manu. c. 17. nu. 179. & Riminaſ. conſil. 154. lib. 1. Rub. in d. §. quæſitū. n. 6. & 7. Rip. de peſte. 2. part. à n. 69. Boſſ. in tract. de remiſſ. mercc. l. publ. n. 42. Valaſ. de iure emph. quæſt. 27. n. 34. verſ. ſecundus caſus. Gerip. cōſil. 8. nu. 25. & videtur probare text. in l. 1. § ſi conuenit. ff. depoſit. ſed alij aliter diſtinguunt. nam aut in cōtractu nulli caſus fortuiti fuerunt expreſsi. & tunc non eſt par credere, quòd partes ſub illa generalitate verborum, ſe obligent ad omnes caſus fortuitos. imo generalis renunciatio nō obligat in caſibus, fortuitis, & non vſitatis, aut aliqui caſus fortuiti fuerunt expreſsi, & ſimùl fuit facta renunciatio generalis, omnium caſuum fortuitorū, tunc enim valet renunciatio in illis renūciatis, & in ſimilibus, & minoribus. vt tenet Ioann. Andr. & Abb. in c. 1. nu. 18. de cōmod. & Iaſ. in d. §. quæſitum. n. 15. & alij. quam plurimi, ibidē. & Doct. in c. Sedes. de reſcript. & in clem. non poteſt. de procurat. Paris. conſil. 110. n. 97. lib. 1 & Bart. in l. ſcio. §. medico. n. 4. ff. de ann. legat. & in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. Barbat. conſil. 21. lib. 2. Aymon. Crauet conſil. 95. nu. 2. Pinel. in l. 2. part. 1. cap. 3. n. 29. Gomez. 2. tom. cap. 3. n. 19. Mench. 2. tom. controuerſ. lib. 3. cap. 54. n. 6. Crat. conſil. 94. n. 42. lib. 2. Oroſ. in d. § quæſitum. n. 6. Boſſ. titul. de remiſſ. merced. à nu. 66. Rip. de peſte. à num. 97. Fel. in conſil. 43. n. 9. Aret. in l. huiuſmodi. ad fin. ff. de verb. obligat. & Celſus. conſil. 14. Gigas. de penſionib. quæſt. 66. nu. 4. Riminald. conſil. 154. lib. 1. Valaſ. d. quæſt. 27. nu. 35. & hæc ſententia eſt verior. & communior. a qua non recedas in iudicando, & conſulendo.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Reſcriptum.

1 REſcriptum, aut ſumitur latò modò, aut ſtricto,& latò modò comprehēdit priuilegium,beneficium,& gratiā Principis,& omnes litteras, ab eo conceſſas ad iuris cuiuſq; obſeruationem. ſtricto vero modo,propriéq; loquendo,reſcriptum dicitur illud,quod Princeps ſcribit ad iuris cōmunis obſeruantiam,ex Innocent.Hoſt. in ſumma.eodem titul.& Abb.in c.ex litteris. num.2.de fid.inſtr.& Bart. num.3.& Iaſ.n.28. in l.beneficium. ff. de conſt.prin. Summiſtæ. verb. reſcriptum.

2 Reſcriptum differt à priuilegio, nam priuilegium eſt quando princeps, aliquid ſcribit contra ius: reſcriptum autem eſt quando ſecundū ius commune,& ad conſeruationem illius. vt notat Abb.in Rubr. num.3. de reſcrip. & in c.ex litteris. nu.2. de fid.inſtr. Bart. in l beneficium. num.3. & Iaſ. nu.27.& 28. ff.de conſt.prin,& Cin. in l.reſcripta. C.de precib. imp. offerend. Alex.in l.quia tale.in prin.ff.ſolut.matrim. & Ant.de Butr.in c.olim.tibi.de verb ſign. & Arch. in cap.gratia.de reſcript.lib.6.& Doct.in l.falſo. C.de diuerſ.reſcript.

3 Forma reſcripti eſt obſeruanda,ſecundum ordinem ſcripturæ illius, & ſi iudex delegatus illam non ſeruat,proceſſus erit ipſo iure nullus. c. cum dilecta. vbi gloſſ. verb.tranſponentes, & Gofred. Innocent. Hoſt. Ant.de Butr.Abb.& alij.de reſcript. & c.ſi Rector. in fin.diſt.43.& c in primis. 2. quæſt. 1.

4 Reſcriptum impetrās debet exprimere qualitatem aggrauantem, quoniam regulariter reſcriptum vitiatur,quando impetratur tacitò illo,quo expreſſo princeps, nō ita facile erat conceſſurus. c.poſtulaſti. vbi Doct.de reſcript.& l.1.ff.de natal.reſt. Ioan.And.in addit.ſpecul. in titul.de reſcript. §.1. verſ.ſed quæro.idem Ioan.And. Hoſt.Bald.& alij in c.ſuper litteris.de reſcript.& Iaſ.in l.1.nu.2. C. ſi contra ius,vel vtil.publ.& Old. conſil.347. incipit factū tale eſt,& Alex.conſi.195.col.2. lib.2.Fel. in c.poſtulaſti. num.2. de reſcript.Bald.in l.eam quam. nu.36. C.de fid.commiſſ.Vaſaſ conſult.80. n.3.

5 Reſcriptum aliud eſt ſubreptitium,aliud obreptitium, aliud falſum, & quamuis nō nulli aſſerent reſcriptum dici ſubreptitium,quando ſcienter impetratur expreſſa falſitate,& obreptitium, quando ſuprimitur veritas. ſed tamen verum eſt,quòd reſcriptum dicatur ſubreptitium,tàm quādo exprimitur falſitas,quàm quando ſuprimitur veritas,obreptitium vero dicitur,quādo ſubinuolucro verborum impetratur, ita quòd Princeps, non percipiat veritatem.& ſubdolo ſit impetratum. vt tenet Innocent.& Abb.num.7.in c.cum dilecta. de reſcript.Bald.& Iaſ.in l.præſcriptione. C ſi contra ius. iura tamen, & Doct in his duobus promiſcuè loquuntur, & non faciunt differentiam inter ſubreptitium, & obreptitium. l.1. vbi notant communiter ſcribentes. C ſi nupt.ex reſcript.petant.& facit text.cū ibi notatis.in l.ſi quis obrepſerit. ff.ad leg. Corn. de falſ. Abb. in d. c. cum dilecta. d. nu.7. de reſcript, Iaſ. in d. l.præſcriptione. C. ſi contra ius,vel vtilit. publ.

6 Reſcriptum falſum eſt illud, quod nunquam emanauit de Chancellaria Papæ,ſeù Principis, ſed ab alio fuit fabricatum, & non ab illo, ſeu ab omnibus illis, à quibus emanare debebat. c.in memoriam. vbi gl. verb.falſum.diſt.19. & facit text. in c.tertio loco,cum ibi notatis.de probat. & Doctor. in c.licet. de crim.falſ. & in l punirſ. C.ſi contra ius, vel vtil.publ.Iaſ.in l.præſcriptione. n.1. C.eodem titul.

7 Reſcriptum Summi Pontificis multipliciter falſatur, & aliquas varietates falſitatis,quibus falſitas reſcripti comprehēdi poteſt, enumerat text. in cap.licet.de crimine falſ.

8 Reſcriptum emanatum contra ſtilū curiæ præſumitur falſum, gloſſ.fin. per text. ibi. in c.cauſam quæ.2.de teſt.& facit text. in cap.quod ſuper. vbi Doct. de fid. inſtr. Abb.in c.ex parte.2. num.7. de offic. iud. delegat.& in c.quam graui. nu.2. de crim. falſ.& in c.ex parte. 1. num.4.de reſcript. vnde ſi Papa vocat Epiſcopum filium, aut laicum quemcumq; fratrem in aliquo reſcripto, tale reſcriptum eſt falſum, & contrà ſtilum curiæ, aut quando vni ſcribitur in plurali. c.quàm graui. vbi gloſſ.verb.in plurali.& Abb nu.1. Ioan.And.Innocent. & alij.de crim.falſ.Fel.in c.cauſam quæ.2. de teſt.& in c.2. de reſcrip.& Alex.conſil. 46. lib.3.

9 Reſcriptum etiam eſt ſuſpectum de falſo. vbi prohibetur cauſæ cognitio, nam Summus Pontifex,ſeù Princeps,non ſolet concedere reſcriptum, in quo præiudicet tertio.

Digitized by Google

tertio. c. ex parte.1. de reſcript. & l.2. §. merito.& § ſi quis à Principe. vbi Bart ff. nequid in loco publ.& cap. ex tuarum. de aut.& vſu pal.& cap.licet. § quia.de offic. iud.ord. & c.licet.de tranſlat. Epiſcop. Alciat.in regula 3.præſumpt.11.Valaſc.conſult.165.num.14.

10 Reſcriptum vbi exprimitur falſum, aut ſupprimitur veritas, eſt nullum, ſi talis expreſsio, vel ſuppreſsio ſit, quæ Principi mouere poſsit, vt reſcriptum, non côcederet, aut non ita leuiter,& de facili. c.ſuper litteris. vbi notant communiter ſcribentes. & c poſtulaſti, & c. conſtitutis, & c.ex inſinuatione. de reſcript.& c.ad noſtram. & c.porrecta. de confirmat.vtil,vel inutil,& l.1. vbi Doct. C.ſi contra ius,& c. ex parte. vbi Abb.num.12. de foro comp. & in c.cum noſtris.n 11 de conceſſ.præb. & Menoch. de arbit. caſu 201. num 24.& c.quod ſuper his. de fid.inſtr.& c.ſuper eo. de cohab. cler. & mul. Valaſc. conſul.60. num.5.

11 Reſcriptum ſemper intelligitur impetratum, ſi preces veritate nitantur,quamuis illa clauſula non apponatur. c.2. & c. ſuper litteris. vbi Doct de reſcript.& Ioã. And Dominic. num 8. Franc. num.17. in c.1.delit.conteſt. lib 6. Afflict.deciſ 355. num.3.& c.2. de reſcript.lib 6. Cald conſil 10. de probat Valaſ.conſult.163. nu 3. de iure tamen ciuili non valet reſcriptum Principis, niſi in illo apponatur illa clauſula ſi preces veritate nitantur. l.vniuerſa. vbi Doct. C.de diuerſ. reſcript. ſed hodie de conſuetudine ſeruatur ius canonicum, tàm in reſcripto Papæ, quàm Principis ſecularis, ſemper enim illa clauſula intelligitur, ſi preces veritate nitantur.& nunquam apponitur in diplomate Regis,attamen ſi inuenitur quod preces non ſint veritate innitæ corruit reſcriptum vt probatur ex doctrina Bart. in l. à Diuo Pio. in prin.à num.1. ff.de reiudicat.& Doct.in l. fin C.de diuerſ reſcript.

12 Reſcriptum iuſtitiæ non vitiatur,ſi falſitas narratur ſuper merita cauſæ,ſeù circa exceptionem peremptoriam, quia tunc proceditur ſecundum iuris ordinem. l. 2. vbi communiter Doct. C. ſi contrà ius, & Abb. in c. ex parte. nu 12. de foro comp. & notant ſcribentes. in c ſuper litteris.de reſcript. aliter tamẽ circa merita proceſſus,vel iudicis.delegationem,aut circa exceptionem dilatoriam. vt notant Doct. communiter. in d. l.2. C. ſi contra ius,vel vtilit.publ.& in c.1.de lit.conteſt. libr.6. & Abb in cap.ſuper eo. num.2. de cohab. cler. & mulier.& in c 1. num.16 & Fel.n. 14. Dec. num.12. Rip. num 76. & idem Abb. in c.cum ordinem.nu 3.& Dec.eiuſ. num.3. de reſcript. & Doct. in d. c ſuper litteris. de reſcript Marian. conſil.82 nu. 15.& 19. lib 2. Mand.in prima.forma cômiſſ. verb.inruſione.

13 Reſcriptum impetratum ſuper cauſa inchoacta, debet facere mentionem de proceſſu in cauſa, & delictis pendentia, & de ſententia,& aliter non valet. c cũ dilectus.de reſcript.& c in noſtra.de procurat. & c inter Monaſterium. de ſent. & reiud. & c.ſuper eo. vbi Doct. de cohab. cler. & mul. Abb. in c.prudentiam. § ſexta.nu 9. de offic. iud. delegat. & in c.dilectæ nu.3. de except. & in c.per veſtras. num.10. de donat.inter vir.& vxor. Afflict. deciſ.220. num.13.

14 Mentio tamen non eſt facienda de litteris nullis, ſeù de proceſſu, vel ſententia nulla,aut de illa,quæ elidi poteſt,quoniam paria ſunt non eſſe,& eſſe nullum c.bonæ. de confir. vtil.vel inutil.& gloſſ.verb negotio. in c.ex tenore. de reſcript. vbi Fel. & in c.illud.de præſcript.& gloſſ.verb.nõ vacaret. in c cum noſtris. de côceſſ præb. & gloſſ.verb.quamuis. in c.ſuggeſtum.vbi Abb. num.2. de iure patronat. & Abb in c.dilectæ num.3. de except. & in cap per veſtras num.11 & alij. de donat inter vir. & vx & Card. conſil.29. & in Rubric. de præb.& Rom.conſil.483 col.pen.Cald.côſil 14. de reſcript.Socin conſil 120 col.1. in fin.& 2.Gigas.de penſ.quæſt.29,num 6. Afflict deciſ.366.num 10. Alex conſil 81. col.6 verb. exijs. libr.3. & Crem. ſingul. 113.verb ſtatuto. Vanc.in tract.de nullit. ſ.63 nu 28 Cæſar.Vrſ.deciſ.366 n.4.

15 Reſcriptum gratiæ differt à reſcripto iuſtitiæ, quoniam reſcriptum gratiæ, ſi eſt ſubreptitium, eſt ipſo iure nullũ.reſcriptum vero iuſtitiæ venit annullandum.clement.1. vbi gloſſ.verb.momenti.& Card. Ioan.And Zabar. & alij.de præb facit tex. in c.ſuper eo.& Abb.nu.2. ibidem.de cohab. cler. & mul. & in c.ſuper litteris.n.5. de reſcript.& in c.cum noſtris. nu.11. de conceſſ.præb.Merg conſil.34 n.11.

16 Reſcriptum tamen gratiæ,ſi multas gratias contineat,& in vna ſit nullum, nõ annullatur in alijs, niſi aliæ ſint vnitæ, & connexæ,

Digitized by Google

connexæ, & ab illa nulla, ſeparari nõ poſſint, quoniam vtile per inutile non vitiatur, quãdo vtile ab inutili ſeparari poteſt, regula vtile: vbi communiter Doct. de regul. iur. lib. 6. Abb. in c. cæterum. nu. 7. de reſcript. & c. ſi eo tẽpore. de reſcript. lib. 6. Abb. in c. ad diſſoluendum. num. 6. de deſponſat. impub.

17 Reſcriptum ſecundum impetratum ad lites, non faciens mentionẽ de primo, non valet, non tamen quod ipſo iure non valeat, ſed ope exceptionis eſt annullandũ. c. ex parte. 1. & c. cæterum, & c. ex tenore. vbi Abb. nu. 3. & c. ſi autem, & c. plerumq; de reſcript. & Abb in c. cum noſtris. nu. 11. de conceſſ. præb. ſi tamen impetrans infrà annum, poſtquam iudicis copiam habuit, ſuo reſcripto vſus nõ fuit dolo, aut negligentia, tunc valet ſecundum, non faciens mentionem de primo. d. c. cæterum. & d. c. ſi autem, & d. c. plerumq; de reſcript. ſi autem primum reſcriptum non fuiſſet legitimè impetratum, bene valeret ſecundum, non faciens mentionem de primo. vt eſt text. à contrario ſenſu. in cap. oblatæ. §. fin. vbi Abb. n. 8. de appellat.

18 Reſcriptum tamen nullum, propter obreptionem, vel ſubreptionem, recipit vigorem, ſi pars illud reuocare non fecit, aut iudex illud validum pronũciauit. arg. tex. in l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult. & tenet Abb. in c. ex parte decani. nu. 11. de reſcript. quia iuri dicendi de nullitate poteſt tacite renunciari, quando reſcriptum non eſt nullum ipſo iure, ſed veniendum annullandum, aut per ſententiam iudicis, de qua non fuit appellatum. ex Anan. cõſil. 50. Dec. conſil. 11. num. 6. & conſil. 60. Cæſar. Vrſ. deciſ. 91. nu. 12.

19 Reſcriptum impetratum à Papa, ſeù Principe, contra aliquod ius, legem, vel ſententiam, bene valet, dum tamen faciat expreſſam mẽtionem illius iuris, legis, ſeù ſententiæ, dicens non obſtante tali lege, vel tali ſententia, quoniam ſi illam mẽtionem expreſſam non fecerit, erit nullum, & in validum, quamuis generaliter dicat, non obſtante quocumq; iure, in contrarium. c. nonnulli. §. fin. vbi gloſſ. verb. fecerint, & Abb. num. 10. de reſcript. & l. ſi quis. in principio. ff. delegat. 3. & gl. verb. ſine principali. in l. acta apud. ff. de re iud. & gloſſ. verb. noſcatur. vbi Anch. Franc. Font. & alij. in c. 1. de conſt. lib. 6. & gloſſ. verb. valere, in authẽt. hoc inter. C. de teſtam. & gloſſ. 1. in l. fin. vbi Bald. col. 2. verſ. ſed immediate. C. ſent. reſcind. & Bart. in extrauag. ad reprimend. verb. non obſtantibus. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij in cap. paſtoralis. de fid. inſtr. Odofred. Cin. Bart. Iaſ. & alij. in l. reſcripta. C. de precib. imp. offerend. idem Iaſ. in l. omnes. num. 1. C. ſi contra ius. Angel. in l. Lucius. ff. de euict. Paul. de Caſtr. in l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſ. Dec. in l. res iudicata. ff. de regul. iur.

20 Reſcriptum tamen dubium reſpicit interpretationem à iure communi, & ſi eſt reſcriptum Summi Pontificis, eſt interpretandum ſecundum ius canonicum, ſi autẽ fuerit Principis ſecularis, erit interpretãdum ſecundum ius ciuile. c. cauſam quæ. vbi Gofred. Hoſt. Innocent. Ant. de Butr. Ioann. Andr. Abb. & alij. de reſcrip. & l. ſi quando. vbi Bald. & Salicet. C. de in offic. teſtam. Crat. in l. nemo poteſt. ff. delegat. 1. & Ioann. And. in c. cum dilectus. de iure patron. & in c. cum olim. de verbor. ſign. & in regula contra eum. de regul. iur. lib. 6. in Mercurial. Iaſ. in l. beneficium. num. 34. ff. de conſt. prin.

21 Reſcriptum ad lites latiſsime eſt interpretandum, vbi agitur de vi comprehenſiua reſcripti, quoniam tunc nullum, aut modicum præiudicium fit parti. cum ſolũ actionis exercitiũ concedatur. l. ſolemus. vbi Doct. & Innocent. & Abb. num. 3. in c. Epiſcopi. de reb. Eccleſ. alien. vel non, ſi autem agatur de vi extenſiua, tunc debet ſtrictè interpretari c. Rodulphus. & ibi notant ſcribentes, & c. fin. de reſcript. Bald. Alber. Angel. Iaſ. & alij in l. beneficium. ff. de conſt. prin. Fel. in c. cauſam quæ. col. 5. verſ. ſi interpretatio reſcripti. de reſcrip. Abb. in d. c. Epiſcopi. d. n. 3. de reb. Eccleſ. alien. vel non.

22 Reſcriptum ad lites extenditur ad dependentia, & incidentia, & acceſſoria. cap. cauſam quæ. vbi gloſſ. verb. incidentibus. & Doct. de reſcript. & Abb. in c. cum olim. nu. 7. de offic. iud. delegat. & in c. 1. n. 15. de ſequeſtr.

23 Reſcriptum tamen non extenditur ad lites futuras, nec ad caſus in illo non contentos. c. nonnulli. & c. Rodolphus. & c. ſignificauit. & c. fin. vbiq; Doct. de reſcrip. & gl. verb. indiſtinctè & Abb. n. 15. c. 1. de ſequeſtr. & clem. fin. vbi Doct. de reſcript. & Abb. in c. quia circa. n. 15. de priuileg. & Fel. in c. fin. col. vlt. de conſt.

Reſcrip-

Digitized by Google

24 Reſcriptum impetratum ab vna parte ad conuentionem, porrigitur etiam ad reconuentionem, quamuis non faciat mentionem, niſi de conuentione, quoniã actoris, & rei eadem eſt conditio. c. prudentiã. vbi Doct. de mut. pet. & facit text. in l. 1. vbi notant Cin. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. Iaſ. & alij. C. de diuerſ. reſcrip. Felin. in c. cauſam. col. 9. de reſcript. & dixi ſupra verb. reconuentio. §. 9. quoniã poſtquam reſcriptum eſt præſentatum in iudicio fit commune vtriq; parti, nec poſtea poteſt reuocari à parte præſentãte vt notant Doct. in c. olim. de cenſ. & Bald. in l. vnica. C. vt quæ de ſunt aduocat. Iaſ. in l. 1. nu. 55. ff. de adopt.

25 Reſcriptum impetratum contrà hominem vnius loci, non extenditur ad aliam eiuſdem nominis illius, ſeù alterius loci, quoniam reſcriptum non extenditur ad aliam perſonam, neq; per identitatem rationis. c. ſignificante, vbi Innocent. Hoſt. Ant. Ioann. Andr. Abb. & omnes, & c. quia nonnulli. vbi etiam Abb. num. 3. & c. Rodulphus. de reſcript. & c. P. & G. de offic. delegat. & l. ſi in rem. ff. de re iud. Abb. in c. 2. nu. 3. de mut. pet. & in c. Michael. n. 5. de vſur.

26 Reſcriptum impetratum contra mortuum non valet, nec ſi moreatur ille, contrà quem fuit impetratum re integra, poterit ſucceſſor virtute illius conueniri. c. ſignificauit. vbi Cald. Ant. Abb. & alij. & c. relatum. & c. gratum. de offic. iud. deleg. & l. 2. vbi Doct. ff. quæ ſent. ſine appellat. & Ioan. And. in c. is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. in Mercurial. ſi tamen prædeceſſor fuiſſet violentus poſſeſſor, & ſucceſſor ſcienter ſuccedat in vitium, bene poterit conueniri per reſcriptum impetratũ contra defunctum. c. quia V. vbi Doct. de iudicijs. & c. 1. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & facit text. in c. ſæpe. vbi Abb. nu. 9 de reſt. ſpol. & Abb in c. tua nos. n. 5. de vſur.

27 Reſcriptum tamen bene poterit impetrari contrà vnum, & quoſdam alios, & tũc poſſunt per illud reſcriptum conueniri vſq; ad quatuor perſonæ, ſimiles illi, quæ continetur in reſcripto, aut inferiores, ne detur infinitas, nam frequenter apponitur in reſcripto illa clauſula aduerſus Titium, & quoſdam alios, & tunc per clauſulam illam poteſt conueniri ipſe Titius, qui ſemper debet nominari in reſcripto, & ſucceſſor illius, & alij eiuſdem qualitatis, ſeù inferiores. c. Sedes. vbi Abb. num. 9. Cicul. 32. Felin. num. 3. & reliqui ſcribentes. & c. paſtoralis, & c. Rodulphus. de reſcrip. & c. cum in multis. vbi gl. verb. quidam alij. & Ioan. And. Dominic. Franc. Font. & alij, eodem titul. lib. 6. & eſt obtima aduertentia de ſtilo curiæ, ſi forte moriatur ille cõtra quem reſcriptum impetratur, vt conueniatur eius hæres per virtutem illius clauſulæ, & quidam alij ſuum intereſſe expectantes, quoniam aliter non poterat hæres conueniri, virtute reſcripti impetrati contra defunctum. c. ſignificauit. vbi Doctor. de reſcript.

28 Si reſcriptum impetratur aduerſus Titium, & homines de tali ciuitate, oppido, collegio, ſeù vniuerſitate, tũc omnes illius vniuerſitatis, vel collegij habentur loco vnius. vt notat gloſſ. verb. quidam alij. & communiter Doct. in d. c. cum in multis. de reſcrip. libr. 6. ſunt tamen exprimendi in primo edicto citatorio omnes illi, qui ſun conueniendi per clauſulam reſcripti, & quidam alij. ex d. c. cum in multis, & Doct. ſupra relati.

29 Reſcriptum tamen poſt litem inchoactam tranſit ad ſucceſſorem. c. relatum, & c. gratum. vtrobiq; Doct. de offic. iud. delegat. & facit tex. in c. ſignificauit. vbi Ant. de Bur. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de reſcrip. & in l. 1. vbi Bart. Cin. Bald. Angel. Salicet. Paul. de Caſtr. Fulg. Iaſ. & alij. C. quand. libell. princip. dat. fact. lit. cont. Gerip. conſil. 6. num. 3.

30 Reſcriptum non perpetuare iuriſdictionem, per præſentationem factam iudici, ſed per citationem partis videtur probare text. in l. libertus. ff. de in ius vocand. & Bald. in c. plerumq;. col. 2. de reſcript. & Iaſ. in l. 1. num. 6. ff. de in ius vocand. attamen quòd ſufficiat emanare edictum citationis à iudice. vt iuriſdictio illius iudicis delegati per reſcriptum perpetuetur. tenet gloſſ. in Rubric. vbi Bart. & alij. ff. de in ius vocand. & gloſſ. verb. perſonaliter. in extrauagant. 1. de dolo. & contum. inter communes, & glo. verb. vbi acceptum. in l. vbi acceptum. ff. de iud. & c. propoſuiſti. vbi gl. verb. citatus. de foro comp. & clem. 2. vbi glo. verb. ad partem. vt lite pend. & hæc eſt receptior. & communior ſententia, & dicam infrà. §. 48.

31 Reſcriptum nõ poteſt impetrari in cauſis perſonalibus contra vnam perſonam ad diuerſos iudices, nec impetratum valet, quamuis

Digitized by Google

quamuis aliter ſit in cauſis realibus. c. diſpendia vbi gl. verb. perſonalibus, & Ioan. Monach Dominic. Ioan. And. Franc. Font. & alij. lib. 6. & c. quia nō nulli. vbi Innoc. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & oēs. de reſcrip. ad diuerſas tamen effectus poterit reſcriptū impetrari, & valebit, ſed impetrans debet omnes iuſtificare ad verūq; conſequendū. c. olim. vbi gl. fin. & Doct. de reſcript.

32 Reſcriptū poteſt impetrari ad plures, & certas iudices, vt omnes ſimùl, aut vnus ſolus cognoſcat de cauſa, & ſtilus Curiæ Romanæ obſeruat, vt cōmittatur tribus iudicibus ſub illa forma cōmittimus cognitionem huius cauſæ dilectis filijs Titio, & Sēpronio, & Meuio, aut eorū cuilibet, & tunc vno eorum negotiū inchoante, non poteſt alius in illo ſe intromittere, niſi ſi ille qui prius negotium inchoauit iuſta de cauſa fuerit impeditus, aut aliquo modo de negotio cognoſcere nō poſſit, puta, quia infirmitate fuit detentus, aut è vita deceſsit, aut habitabat extrà dietam, aut factus fuit ſuſpectus poſtquā incæpit cognoſcere, aut alia iuſta de cauſa fuit impeditus, poſtquā negotiū inchoauit, & tunc aut alij duo, aut vnus eorū poterit cauſam proſequi, & ſi ille, qui prius cauſam inchoauit, erat iudex cōpetens per reſcriptū, valet perperuatio iuriſdictionis, quoad omnes per ipſum facta, ſi autem non erat competens, iudex aut alio modo actus per illum factus erat nullus; tunc non valet perpetuatio iuriſdictionis, ſed denuò eſt incipiendum ab illo, qui de cauſa cognoſcere poſsit. c. cum plures. vbi gl. verb. quo poteſt, & Ioan. Monach. Dominic. Ioan. Andr. Anch. Franc. & omnes. de offic delegat. lib. 6 & c. ſciſcitatus. vbi etiam notant Doct. de reſcript. & dixi ſupra verb. iuriſdictio. §. 4. non valet tamē reſcriptum per quod dantur in certi iudices, aut committuntur in certa negotia, quoniam reſcriptum excommuni ſtilo non extenditur ad futura negotia, ſed ad præſentia, quæ omnia debent exprimi in reſcripto c. ad hæc. vbi gl. verb. elegerint. & Abb. nu 6. & c. fin. de reſcript. & Abb. in c. quoniam. nu. 1. eodem titul.

33 Reſcripta diuerſa poteſt quis impetrare ad diuerſas iudices contra vnā perſonā, & ſuper vna eadē cauſa dū tamen in hoc nō interueniat fraus, aut dolus, nec impetrās vtetur eiſdem omnibus reſcriptis, ſed vno tātū, quia ſi duobus, ſeù pluribꝰ vſus fuerit perdet cōmodum vtriuſq;. c. ex tenore. vbi gl. ver. negotio, & Gofred. Butr. Ioan. And. Abb. & alij. de reſcript. & facit in ſimili, ex. in l. vnū teſtamētū. ff. de teſtam. & qui teſt. facer. poſſ. & in l. fin. ff. de his, quæ inteſt. del & in l. 1. § ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. & in c. 1. de offic legat. gl. in c. 1. de reſcript. & Iaſ. in l. edicto, nu. 34. C. de edict. D. Adr. licet Hoſt. & alij in d. c. ex tenore. de reſcript. teneāt, quòd per impetrationē ſecundi reſcripti, perdat impetrans cōmodum vtriuſq;. ſi in ſecundò nō faciat mentionē de primo ſed prima opinio eſt verior, niſi impetrās hoc malicioſè feciſſet ad fatigandum aduerſarium apud diuerſas iudices cap. quia nonnulli. vbi gl. verb. ſub nomine, & Doct. de reſcript. & c diſpendia. vbi etiam notant ſcribentes. eodem titul. lib 6.

34 Reſcriptū non poteſt impetrari, vt quis per illud extràhatur vltrà vnam dietam à fine diæceſis ſuæ. c. ſtatutum. §. cum vero. vbi glo. verb. cum vero, & Arch Dominic. Ioan. And. Anch. & omnes. de reſcript. lib. 6 & clem. 1. vbi etiam notant ſcribentes. de reſcript. & dixi ſupra verb. dies. § 10.

35 Reſcriptum ad lites non poteſt impetrari à procuratore reuocato, nec ab illo procuratore, qui non habuerit ſpeciale mādatum. c. nonnulli. § ſunt, & alij. vbi gloſſ. ver. ſine ſpeciali. & Doct. c. ex parte. 2. vbi Bald. col. 1. in fin. & gloſſ. verb. vel paciſci. in c. qui ad agendum de procurat. lib 6. & Iaſ. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. n. 10. ff. quod quiſq; iuris, niſi ſit reſcriptum ad beneficiū, quia ipſum poteſt impetrari à quocumq; ſine mandato. c. exore. vbi Abb. num. 2. de his, quæ fiunt à maior. part. Cap. & gloſſ. verb. litteras. in c. ad aures, & gloſſ. verb. ſine ſpeciali. vbi ſupra. de reſcript. & Domini de Rota. deciſ. 240. de reſcript. hodie tamen de ſtilo Curiæ Romanæ indiſtinctè, & abſq; vllo mandato impetrātur reſcripta, & valent ad quaſcumq; lites. l. vniuerſis vbi Bart. num. 2. Iaſ. num. 1. & omnes C. de præcib. imp. off. & gloſſ. verb. ſine ſpeciali, in fin. in d. c. nonnulli, & glo. verb. ſine ſpeciali, in fin. in c. ex parte de cani. de reſcript. Vanc. de nullit. tit. quib. mod. ſent. nullit. num 75. Mand. 1. form. commiſſ. in Prælud. Sarmēt. lib. 1. Celect. cap 8. n. 3. & ita obſeruat. praxis:

36 Reſcriptum impetratum ab excommunicato, non habita mentione de excōmunicatione, eſt ipſo iure nullum, niſi ſuper excōmunicatione, ſeù appellatione, fuerit

LII impetra-

Digitized by Google

impetratum. c.fin. vbi Doct.de except. & c.1. vbi Ioan.Andr.Franc Dominic.Font. & alij.de reſcript. lib.6. & Abb.in c.cæterum.num.12.& in c.dilectus filius.1.nu.1. de reſcript.& in c ad approbandum.num. 14.de ſent & re iud. & in c. dura ſæpe.nu. 5. de crim.falſ.& Iaſ.in l.vniuerſis.num.1. C.de præcib imp.offer.

37 Reſcriptum Apoſtolicum debet emanare à Summo Pontifice, & ille,qui fuerit in Curia Romana, & receperit reſcriptum Apoſtolicum ab alio,quam à SummoPontifice, ſeù ab officiali, ab ipſo deputato ipſo iure incurrit pœnam excommunicationis,& ſi eſt clericus debet ſuſpendi ab ordinibus, & officio, & beneficio. c. dura ſæpe. vbi gl.verb.ſubiaceat. & Abb.nu 8. de crim. falſ.

38 Reſcriptum falſum habens per alium impetratum, non incurrit pœnam de falſo, ſi illo non vtitur, tenetur tamen infrà viginti dies, poſtquàm falſum eſſe cognouit diſtruere reſcriptum illud, aut illi renunciare aliter enim debet excommunicari. c dura ſæpe. §.adijcientes. vbi gloſſ. verb adijcientes. & Abb n.10.de crimine falſ.Merg. conſil.42.n.27.

39 Reſcriptum Papæ, ſiuè Principis,vitiatur propter falſam latinitatem,ſiuè ſit reſcriptum iuſtitiæ, ſiuè gratiæ. cap. ad audientiam. vbi gloſſ.verb manifeſtum, & Abb. num.2.& Dec.nu.5.& Felin.in prin. & alij.de reſcript. & gloſſ & Doct. in cap. ex parte. de fide inſtru. & gloſſ.1. in cap. Apoſtolicæ.35 quæſt 9. & Bart.in l. Plautius. num.5. & alij. ff.de aur. & argent.legat. Dec.in l.ſi librarius. nu.2. ff de regul. iur. & Rebuf ad leg. Gall.tom.2. in præfact.tt.de praſcript.num 175. verſ.47 additio. ad bon. Curt.in pract. titul.de imp. & except.quæ contra reſcripta.nu 6 verb. latinitate aliter tamen eſt in litteris, ſeù inſtrumentis aliorum inferiorum.vt tenet Ant de Butr. Ioan.Andr.Abb. & alij. in d. c.ad audientiam,de reſcript. & l Imperator. ff.de ſtat. homin. & ibi notat Bald. & Ang.& Bart.nu 2.& Dec.nu.2.in l.ſi librarius.ff de regul.iur.idem Bart.in d.l.Plautius. ff.de aur.& argent.legat.

40 Reſcriptum tamen non vitiatur propter deffectum alicuius litteræ,nec propter raſuram, quando ille deffectus non mutat ſenſum, neq; eſt in loco ſuſpecto, aut non ſit talis,& tãtus deffectus,ſiuè raſura,quòd per fraudem facta videatur,& in hoc nulla eſt differentia in litteris gratiæ, ſeù iuſtitiæ, vel priuilegio. c.ex litteris. vbi gloſſ. verb.abraſæ, & Abb. nu 4. & reliqui ſcribentes & c.inter dilectos.& c.ex parte.vbi Doct.de fid inſtr.& Bald.in d.l.Imperator. ff.de ſtat.hom.Rom. conſil 348.& gl verb. muribus.in l.1. §.fin ff.de bon poſſ.ſecũd. tab. gloſſ verb. vitiatum. in l. fin. vbi Iaſ. num.19.C.de edit. Diui Adr.ſpecul.in tit. de reſcript. §. dicto. verſ. item excipitur. Bart. in ſuis fallent. fall. 1. Afflict. deciſs. 404 num.5. Aymon.in con.de ſtil.nu.12. & in conſil.73. num.15. Gram. conſil.75. Cæſar.Vrſ.deciſ.404 num.6.hoc tamen eſt intelligendum quando non conſtat, quis fecitſet raſuram, quoniam ſi conſtaret,puniretur radens pœna falſi,& quamuis non ſit puniendus illa pœna, qua eſt puniẽdus ille qui verè,& realiter, reſcriptum falſauit, in re,& in ſubſtantia eſt tamen puniẽdus aliquantulùm pœna ſimili cum ſuo tẽperamento. arg. text. in l.ſi adulterium.§. Imperator. ff de adult. & Abb. in c. olim. num.6.de reſcript. Bald.in Rubric.col.12. c.de fid.inſtr. Afflict.deciſs.404. nu. 5. Socin. conſil.62. incipit, conſilijs noſtris, & conſil.103.lib.1.& conſil.288.lib.2.& Cæſar.Vrſ deciſs.464 nu.14.

41 Raſura autem, ſeù deffectus litterarum in loco ſuſpecto vitiat reſcriptum, & impedit executionem illius.c.inter dilectos. vbi Doct.de fid.inſtr.& gl.verb. vitiatum. in l.fin. vbi Bart.Bald. Angel. Salicet. Iaſ. Dec & alij. C de edict Diui Adr.& c.cum olim.2. § diſtinguentes. vbi gloſ.verb.ſuſcriptiones & Doct. de priuileg. & c.licet. de crim.falſ & gloſſ.verb.muribus. in l.1. §.fin. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. Abb. in cap.ex litteris. num.4. verſ.vltimo quæritur.de fid.inſtr & gloſſ.fin.in cap.cum venerabilis. vbi Abb. num.8. de relig. domib. & Doct.in l.ſi vnus.C.de teſt.& Alex. conſil.59. incipit. viſo proceſu, & Afflict. deciſs.404. num.5. & Cæſar. Vrſ. ibidem. num.10.

42 Raſura tamen facta manu notarij illius, qui reſcriptum ſcripſit, non nocet, quamuis in parte ſubſtantiali ſit facta,nec liniamenta debet tamen notarius declarare in fine reſcripti, ſe feciſſe raſuram, ſeù liniamenta, ad euitandam ſuſpicionem. gloſſ. verb. prima firma. vbi Bart. Angel. Bald. Iaſ. Dec. & alij. in l. fin. C. de edict. Diui Adr. & gloſſ. fin. & Abb. num.8.in d. c.cum venerabilis.& Arch in

§.his

Digitized by Google

§. his ita 35 quæſt. 9. & Bart. in l. in fraudem §. ſicut. n. 4. ff. de teſtam. milit.

3 Litteras alienas aperiens, aut ſigillum illius frangens punitur pœna arbitraria non tamen ita ſicut ſi illas raderet, ſiuè falſò fabricaſſet, ſi autem illas aperiat, & aduerſario oſtenderit, tunc tanquàm falſarius puniri debet. facit text. in cap. cum olim. 2. vbi gloſſ. verb. ſigilla violauit, & Innocent. Hoſt. & Abb. de offic. iud. delegat. & Bart. in l. Titio. num. 3. ff. ad municipal. & Iaſ. in l. ad monendi. in rep. num. 151. ff. de iure iurand. & in l. non dubium. nu. 53. C de legib. Iul. Clar. lib. 5. §. falſum. nu. 33. Merg. in conſil. 16. n. 24.

44 Notarius, aduocatus, ſeù procurator, qui inſtrumenta, ſeù proceſſum vnius partis alteri oſtendit, ante aperturam illius tenetur de crimine falſi. l. 1. §. is qui depoſita. vbi Bart. ff. ad leg. Corn. de falſ. & l. ſi quis aliquid. 2. § inſtrumenta. vbi Doct. ff. de pœn. & l. 1. §. ſi quis tabulas. ff. depoſit. Geripard. conſil. 18. nu. 32.

45 Litteras lacerans in præſentia iudicis punitur, etiam pœna falſi, ſi illas lacerauit ne veritas pate fiat, imò occultetur. vt tenet Bald. in c. peruenit. 1. de iure iurand. ſi vero illas laceret in contemptũ iudicis, nõ eſt puniendus pœna falſi, ſed tamen debet acriter puniri per iudicis arbitrium, & ad partis intereſſe eſt condemnandus, ſi fortè pars propter lacerationem illam, aliquòd ſuſtineat detrimẽtum, quod intereſſe erit probandum per iuramentum partis, probata laceratione. facit text. in cap. fin. vbi gloſſ. verb. per teſtes. de his quæ vi metus ve cauſa fiunt. & In l. ſi quando. vbi Doct. C. vnde vi Hoſt. Abb & alij. in cap. accedimus. de fid. inſtr. & Bald. in l. qui accuſare. C. de edend. & in l. ſi de poſſeſsione. C de probat.

46 Reſcriptum præſentans in iudicio videtur confiteri omnia in illo contenta, ſicut videtur confiteri ille, qui offert libellum. facit text. in l. cum præcum. C. de liber. cauſ. & in clem. 2. vt lit. pend. Abb. in c. examinata. n. 4. de iud. & Ioan. And. in c. cum in poſſeſsionibus. de iure iur. lib. 6. & Doct. in c. fin. de confeſſ.

47 Reſcriptum ſuum poteſt quis præſentare in iudicio, quandocumq; voluerit, vſq; ad treginta annos, quia reſcripta perpetua ſunt, nec per anni ſpacium extinguntur, niſi aliud in illis contineatur, aut dolo, ſeù negligentia impetrans per annum ſuo reſcripto vſus non fuerit, & aduerſarius aliud reſcriptum impetrauerit, quia tunc carebit commodo illius, & aduerſarius habebit commodum ſui reſcripti, quamuis de primo mentionem non faciat. l. falſo. vbi gloſſ. ver. peremnia, & Bart. Bald. Cin. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij, C. de diuerſ reſcript. & gloſſ. verb. dolo. in cap. ſi autem. de reſcript. & Abb. in c. plerumq;. num. 4. eodem titul. & in c. vt debitus. num. 23. de appellat. & Bart. in l. fin. num. 6. ff. de conſt. princip. & Cin. & Salicet. in l. voluntariè. C. de execut. tut.

48 Reſcriptum tamen non habet vigorem, ſi moriatur, aut de ponatur ab officio, qui illud conceſsit ad aliquem iudicem delegatum, antequam ille iudex delegatus incipiat cognoſcere de cauſa, ſaltim per edictum citatorium, quoniam iuriſdictio delegata expirat, re integra, morte mandantis. c. gratum, & c. relatum, & vtrobiq; Doctor. & c. licet vndiq; de offic. iud. delegat. & c. fin. §. officium. vbi etiam notant ſcribentes. eodem titul. lib. 6. ſi tamen lis erat conteſtata, aut citatio facta, ſiuè emanauit edictũ citatorium à iudice delegato, antequàm delegans moriatur nõ aſpirat, quoniam iudicium incipit à citatione, & per illam perpetuatur causa. d. c. gratũ, & c. relatũ, & c. licet. de offic. iud. deleg. & c. meminimus. de appellat. & c. fin. de offi. legat. & l. & quia. ff. de iuriſd. omnium iud. & gl. in Rubric. vbi Doct. ff. de in ius vocand. & gl. ver. perſonaliter. in extrauag. 1. de dolo. & contum. intercommunes, & gl. verb. vbi acceptum. in l. vbi acceptum. vbi Bart. ff. de iud. & c. propoſuiſti. vbi gl. ver. citatus. de for. comp. & l. ſi quis poſtea ff. de iud. & Iaſ. in l. poſtquã. nu. 10. C. de pact. & etiam quòd per mandatum citationis, aut per quemcumq; actum iudicialẽ, à iudice cõpetente emanatũ perpetuetur iuriſdictio. probat. tex in d. c. licet de offic. delegat. & c. ſi à ſubdelegato. eodem tit. lib. 6. & clem. fin. vbi gl. ver. ad partem, vt lit. pendent. & l. & quia. vbi ſupra, & Abb. in d. c. fin. n. 11. de offic. legat. ſecùs tamen per actum nullum, ſeu per edictũ citatorium à iudice incompetente. ex c. cũ plures. vbi gl. ver. quo poteſt. de offi deleg. lib. 6. Abb. in c. ſignificauerunt. n. 17. de iud. hodie tamen per ſtilum Curiæ Romanæ reualidantur omnes, & ſingulæ litteræ à prædeceſſore, ante diem obitus Summi Pontificis conceſſæ, tàm gratiæ, quàm iuſtitiæ, per regulam.

Digitized by Google

Verbo Res.

1 RES eſt nomen generale, & comprehendit iura, contractus, atq; omnes obligationes. l.1. in fin. & Doct. ff. ſi cert. pet. & l. Rei appellatione. ff. de verbor. ſignifi. & Bart. in l.1. num.2. ff. de ſtat. homin. & in l. quintus. 2. §. argento. num.5. ff. de aur. & argent. legat. Iaſ. in l. poſſideri. §. ex contrario. num.83. ff. de acquirend. poſſ. Abb. in cap.1. numer.1. de regul. iur. eſt tamen periculoſa diffinitio cuiuscumq; rei. quoniam datur, multa varietas propter circunſtantias negotiorum. licet diffinitio ſit demonſtratio ſubſtantiæ rei. facit text. in l.1. §. dolum. ff. de dolo malo, & Abb. in Rubric. num.3. de ſent. excommunicat. & quibus modis ſummatur hæc dictio res, agit Arch. in cap. ante omnia. diſt.40. & Alb. de Roſ. in dict. in verb. rei, & in l.2. C. de edend. & Salic. & Rom. & cõiter Doct. in Rubric. & in l.1. ff. de reb. cred. & Bald. in C. fin. col. vlt. de ferijs. & Bart. in d. l.1. ff. de ſtat. hom. & in d. l. quintus. d. §. argento. ff. de auro. & argent. legat.

2 Res aliæ dicuntur corporales, & alia incorporales, & aliæ ſunt diuini iuris, & aliæ humani, & aliæ ſunt Reipublicæ, & aliæ priuatæ. l.1. vbi Doct. ff. de rerum diuiſ. & §. vnico. vbi etiam notant ſcribentes inſt. de reb. corporal. & incorpor. & res corporales ſunt illæ, quæ tangi poſſunt, incorporales verò ſunt illæ, quæ tangi non poſſunt, d. §. vnico. inſt. de reb. corporal. & incorporal. diuinæ ſunt ſacræ, & religioſæ, & hæc in nullius bonis ſunt, & res humanæ, aut ſunt publicæ, aut priuatæ, & publicæ in nullius bonis ſunt; imò ſunt in dominio Reipublicæ, & ipſius vniuerſitatis. priuatæ autem ſunt quæ ſingulorum ſunt. d. l.1. vbi Doct. ff. de rerum diuiſ.

3 Appellatione rei, etiam venit pars rei, quoad illam partem, non vero quoad totum. l. ait prætor. 2. Bart. Iaſ. & alij. ff. de iur. iur. & l. ſi quis. §. ſi quis tabulas. ff. ad Silan. Ang. in l.1. C. quand. & quib. quart. pars. debeat. libr.10. Afflict. deciſs. 267. n.6. Gerip. conſil.34. n.46.

4 Res omnis præſumitur libera, niſi probetur tributaria, facit text. in l. altius. & in l. ſi in ædibus. C. de ſeruit. & aqua. & Ioann. Andr. Hoſt. & alij in cap. nimis. de iure iurand. & Bald. in cap. cæterum. de iud. & Alex. conſil.129. incipit ponderatis his. libr.1. & Afflict. deciſs.277. num.6. Dec. conſil.85. incipit. & diligenter. col.1. Barb. conſil.50. in 2. dubio. lib.1. & Aymon. conſil.111. incipit ſpectabilis. Cæſar. Vrſ. deciſs.277. num.4. Iacob. de feud verb. dictiq; vaſalli. col.4. Reb. ad leg. Gall. de conſt. reddit. art.2. gloſſ. vna. num.25. & Alciat. conſil.492. nu.12. Bellon. conſil.10. nu 9. Iul. Clar. lib.4. §. feudum. quæſt.18. numer.1. Valaſc. de iure emph. quæſt.8. nu.42. verſ. ſexta. & quæſt. 51. num.1.

5 Res tamen quæ probatur tributaria ſemper tranſit cum ſuo onere, & illi adhæret, & illud onus ſequitur poſſeſſorem rei illius. cap. cum non ſit. vbi Doct. de decim. & cap. ex litteris. de pign. & cap. accuſatus. §. ſi verò. de hæret. lib.6. & cap. ea enim. §. ſicut autem. 10 quæſt.2. & l. tabernas. & l. alienatio. ff. de contrahend. empt. & l. & in prouinciali. C. de ſeruit. & aqua. & l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. & ſi res tributaria, aut onere reali onerata ad Eccleſiam deuenerit, abſq; dubio tranſit cum ſuo onere, & Eccleſia tenebitur ad tributum rei illius, cap.1. de cenſ. & cap. Abbates. de decim. auth. item prædium. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & l. fin. C. de exact. trib. lib.10. & l. de his. C. de Epiſc. & Cler. & cap. ſi tributum. 11 quæſt.1. & cap. tributum. 23 quæſt 8. Angel. conſil.106. Tiraquel. de prim. gen. quæſt.43. nu 9. & 1. retract. §.6 gloſſ.1. num.61. Afflict. deciſs 95 à num.1.

6 Res obligata, & hypothecata pro aliquo tributo non poteſt vendi pro libera, & franca, tàm in ſubhaſtatione, quàm ab aliquo priuato poſſeſſore, ſed potius illam vendens pro libera tenetur diminuere de pretio, quantiminus æſtimetur res illa. vt notant Doct. in l. ex his prædijs. C de euict. Ioann. Andr. in addit ad ſpecul. in titul. de iud. §.1. verſ. ſi verò fideiuſſor Alex. conſil.67 lib.3. Afflict. deciſs.249. num.5. & Cæſar. Vrſ. deciſs.249. num.5. & punitur pœna ſtilionatus, prout magis, vel minùs, ſecundum qualitatem fraudis. l.1. & l. fin. vbi Doct. C. de crim. ſtilionat.

7 Res litigioſa non poteſt lite pendente in alium transferri. c. Eccleſia Sanctæ. vbi Doct. vt lit. pend. & l. lite pendente. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de litig. & l.1. vbi

ſtip. & §.fin. vbi communiter Doct.inſt.de empt & vend.nec poteſt vſucapi,vel præſcribi. l.vſucapionem. vbi gloſſ.ver.ſacris. & Paul.de Caſtr. ff.de vſucap.& §.nullius. & §.ſacræ. vbi Doct. inſt.de rerum diuiſ.& Abb.in c.cum non liceat. nu.7. de præſcript.

14 Res Eccleſiæ alienari non poteſt, niſi interueniat magna neceſsitas, & vtilitas Eccleſiæ, quæ approbari debet à capitulo, cum Prælato, & in Eccleſijs parochialibus à Rectore Eccleſiæ, cum ſuis beneficiatis, ſeù à Rectore vbi non ſunt beneficiati, cũ conſenſu Epiſcopi. c.nulli. vbi Innocent. Hoſt.Ant.de Butr.Abb & alij.de reb. Eccleſ. non alien & c.1 vbi Doct.eodem tit. lib.6. & c.ſine excepti ne. 12.quæſt.2. & gloſſ.in ſumma. d.cauſa,& quæſt.nec poteſt pignori dari, quoniam res prohibita alienari, regulariter pignori dari non poteſt. c.1. vbi Doct.de pign.& gloſſ.fin ibidem.& l.fin. vbi Bald.& Salic. ff. de pign. & Bart. in l.in quorum. num.1. ff. eodem titul.& l.1. §. eam rem vbi Bart.ff.quæ res pign. vel hypoth. oblig. non poſſ. & Abb. in c.2. num.7. de feud. nec etiam res Eccleſiarum, poſſunt commutari, niſi interueniente conſenſu Epiſcopi,& Rectorum vtriusq;. c.1.vbi Innocẽt.Hoſt.Ioan.And. Abb.& alij de reb.alien. vel non. & c.hoc ius.§.ſed & permutare.10.quæ.2.& Merg. conſil.23. num.29. hodie debet interuenire auctoritas Summi Pontificis. per regulam Chancelariæ.11. Greg.13.clemẽt. vnica. de reb Eccleſiæ intercões.

15 Res prohibita alienari non poteſt locari ad longum tempus. clem 1. vbi gloſſ.fin. & Ioann Andr.Anch Font & alij de reb. Eccleſ. non alien. & Abb. in c. fin. nu.11. de Eccleſ.ædificand.reprobata.gloſſ.verb. non extitiſſe.in l.codicillis alias. l.Lucius Titius. §. inſtituto. ff. delegat.2. dicente, quòd res prohibita alienari poſsit locari, vſq; ad centum, vel mille annos, ſed contrarium eſt verius,& optima ratione,nam, ſi ille,qui non poteſt rem alienare, poſſet in mille ànnos locare,indirectè alienaret, & illa prohibitio remaneret fruſtratoria, quoniam locatio vltrà decennium dicitur alienatio. vt per Alex. in l.ſi filio, §.ſi vir. num.25. ff.ſolut.matrim. Angel.in §.adeo. num.1. inſt.de locat. & Fel. in cap.quæ in Eccleſiaſtrum.num.87. de conſt.Cou.ruu. lib.2.reſolut. cap.16 Gam.deciſ.214.n.5. & Ruin. conſil.91.num.11.lib.1. & Alex. conſil.104. num.5.lib.3. & Bald.innouell. l.1. nu.183. ff ſolut.matrim.& in Rubric. num.7. C.de locat.

16 Res hæreditariæ poſſunt alienari ad ſoluendum æs alienum hæreditarium, aut ſi ſunt perituræ, aut ſi mora poſſunt perire, ſeù deteriorari. l.Diuus Pius. vbi Doct.& l. non ſolum. vbi Bart. ff.de pet. hæred. & l ait prætor. ff. de iure liberãd.& l.lex quæ in fin. vbi Bald. Salicet.& alij. C.de adminiſtr. tut.

17 Res hæreditariæ ſunt communes inter hæredes dum non diuiduntur,& per iudicium familiercifcundæ, aut communi diuidundo fit diuiſio, & vnusquiſq; cohæredum habet partem in qualibet re, & in quacumq; debet ſuam habere partem glo. verb pro parte. in l.ſi familiæ. C familiercif.& Abb.in cap.1.num.4. de paroch niſi aliter iudici videatur, quia in his iudicijs diuiſorijs, multum verſatur arbitrium iudicis. l.ad officium. vbi Doct.C commun. diuid & §.fin.inſt.de offic.iud.Valaſc conſult 69. num.17.

18 Res duorum conſortium commixtæ, & confuſæ, ita vt vna res efficiatur, quæ ab alia non poſsit deduci, neq; ſeparari, tunc efficitur communis, & vnusquiſq; vindicabit pro rata, quod in illa re, ſeù maſſa habebat. l.Marcellus. §.fin. vbi Bart. & l. Pomponius. vbi Doct. ff.de rei vind.ſi vero res commixtione non mutet ſpeciem, remanet in dominio primi domini,niſi voluntate illius fuerit commixta,quoniam ſi cõmixtione ſpeciem mutat,efficitur ſpecificantis, aut communicatur. l. idem Põponius cum ſuis. §.5. & ibi Doct. & l. In rem. §.loca,& l Minicius. vbi etiam notãt ſcribentes. ff de rei vind & §.cum ex aliena & § ſi duorum. vbi Doct.inſt.de rerum diuiſ & l.adeo. §.cum quis. ff.de acquirẽd. rerum domin.ſi tamen de lana furtiua fiat veſtris. dicitur furtiua. l.ſequitur. §. ſi ex lana. vbi Paul.de Caſtr. ff. de vſucap. & l. de eo. §. ſi quis. ff.ad exhib. & §. cum ex aliena. vbi notant Doct.inſt. de rerum diuiſ.

19 Res etiam perdita dum conſiſtit in ſua ſpecie ſemper eſt in dominio veri domini, neq; inueniens illam vſucapere poteſt, quoniam in illa retinenda committit furtum. l.interdum. §.quod ex naufragio. vbi Doct & l.peregre. ff.de acquirend poſſ. & l.falſus. § qui alienum. vbi Bart.ff.de furt. & c. ſi quid inueniſti. 14.quæſt.5. Abb. in

c.ſæpe

Digitized by Google

Illi non nocet ſententia lata in cauſa ſui clienculi, quamuis in illa fuiſſet aduocatus. l. inter officium. vbi gloſſ.verb. inter officium, & Doct. ff.de rei vind.

27 Res tamen quamuis inter alios acta, nec noceat, nec proſit. facit qualem qualem præſumptionem. ex gloſ.communiter approbata. in l. ſi duo. verb. habiturum, & ibi Bart. Bald. Angel. Iaſ. & alij.ff.de iure iur. & Ang.in rep. l. ſciendum. col.13. ff. de verb.obligat. & Leo. in tract. noui op. cap.3. num.36.

28 Res iudicata in vna diæceſi, quoad legẽ diæceſanã non obſtat agenti in alia, quoad legem iuriſdictionis cum lex diæceſana, & lex iuriſdictionis, ſint diuerſæ. cap.dilectus filius.vbi gloſſ.verb. de lege, & Gofred.Ant.de Butr. Ioan And. Abb. & alij. de offic. iud. ord. nec etiam quoad aliam diæceſanam, quamuis faciat qualem qualem præſumptionem, vt dixi ſupra. §.proximo, & notant ſcribentes. in d. c.dilectus filius.

29 Res per empta poſt litis conteſtationẽ, vel perdita, nõ obligat poſſeſſorem bonæ fidei ad reſtitutionem, ſi in illo non detur aliquis dolus, fraus, vel culpa, quia tunc tenetur ad æſtimationem rei, ſicut poſſeſſor malæ fidei, qui ſemper tenetur de interitu rei. l. illud quoq;. ff. de pet. hæred. & l.ſi à bonæ fidei.vbi Bart.ff.de rei vind. & quamuis litis conteſtatio conſtituat reũ in mora, & mala fide. l.certum eſt.vbi Doctor. & l.moræ.C de rei vind & l.cum poſtulaſſent.ff.de damno. infect. Abb.in cap. ſignificauerunt. num.6 de teſt. hoc eſt intelligendũ in poſſeſſore bonæ fidei, quoad fructus reſtituendos, & non quoad interitum rei, cum poſſeſſor bonæ fidei habeat iuſtam cauſam litigandi. l. illud quoq;. ff. de pet. hæred. & l.item veniunt. §.præter. verſ.eos autem. ff.eodem titul.& gloſ.ver. moram, in l.item ſi, §.fin. ff.de rei vind.

30 Res ipſa, quæ eſt in obligatione ſemper eſt præſtanda, ſi autem ſit perempta, aut aliquo modo præſtari non poſsit, æſtimatio illius præſtari debet, & tanti eſt æſtimãda, quanti fuiſſet die, & loco quo præſtanda erat, & poſt moram, vſq; ad diem ſolutionis, ſi pretium acreuit, puta Titius tenebatur mihi ſoluere certas menſuras frumenti, ſeù vini, vel olei, menſe Septẽbris, attamen illas non ſoluit, vſq; ad mẽſem Iulij, tunc tenetur mihi ſoluere æſtimationem rei, quanti valebat menſe Septẽbris, & ſi poſtea acreuit valor, vſq; ad mẽſem Iulij omnia mihi reſarcire tenetur. l. in hac actione, & l.fin. ff. de cond.triticar. & l.ſi argentum. § ſin autem. C. de donat. & l.vinum. vbi Doct.ff.de reb.cred.

31 Res, quæ pro debito fiſcali, ſeù alio quocumq; debito venduntur, debent venundari in publica ſubhaſtatione, ne dominꝰ illarum rerum aliquo damno afficiatur, & vt dentur plus offerenti, & fideliter ementi, & auctoritate iudicis. l.ſi quos. vbi gloſ. ver.æſtimatur, & Doct C.de reſcind.vend. & l.ſi deſerta. C.ſi propter public.penſ.& gl.verb. ſatis factum. in l.fundus.ff.de reſcind.act.Gerip.conſil 34 n.16.

32 Res magna non debet vendi pro parua quantitate, quia excederetur modus, & poteſt appellari ab illo iudice, qui pro parua quantitate facit ponere predium magnũ ſubhaſtationi, ſi aliter creditor debitum ſuum habere poteſt vt colligitur. ex l. à Diuo Pio.§ in venditione cum ibi notatis. ff.de reiud. & Abb. in c. quoad conſultationem.n.27. de ſent.& reiud.

33 Rei meæ poſſum dicere legem, etiam ſi illa male vtar, & ponere illi, quodcumq; pactum dum tamẽ in traditione illius alicui tertio fraudem non faciam, nec apponam pactum legibus improbatum. l.ſed & ſi. § conſuluit. ff de pet. hæred. & l.1. vbi gloſſ.1. C. de ſolut. & l. in re mandata. C. mand & l.in traditionibus. ff.de pact.& l. 1 & l.Paulus.2. §.1. ff.de ſolut.& c.verum. de cond appoſit. Iaſ.in l.huiuſmodi.§ ſempronius. num 4. ff delegat.1. ſecùs tamen in re communi, quoniam in illa non poteſt quis ponere conditionem, ſeù legem, quam voluerit, renuente conſocio, ſed tũc potior eſt conditio prohibentis. l. Sabinus. vbi Bald. ff commun. diuid. & l.parietem. vbi Bart. & l. in re communi. vbi Doct. ff.de ſeruit.vrb. præd. & c in re cõi etiã notant ſcribentes. de regul iur lib.6.

34 Res multoties dicitur integra, aut non integra, nam antequam negotium incipiatur tractari, dicitur res integra, poſtquam vero negotium incepit tractari, & agitari, non dicitur res integra, vnde ſi quis ſuſcepit mandatum ad aliquod negotium per agendum, vbi incepit attingere ſubſtantialia negotij, aut dedit arras in emptione, aut pars fuit citata ad litem, & inſimilibus non dicitur res integra. cap.in cauſis. vbi Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & alij. de elect. & §. rectè. inſt de mand.

Digitized by Google

mand. vbi gloſ.verb.item ſi adhuc. & ſcribentes.

35 Res per quaſcumq; cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur, ſicut contractus, qui per conſenſum contrahitur, ita per contrarium conſenſum diſſoluitur, re integra. c.1. vbi Hoſt.Innocent. Abb. & alij.de regul.iur. & l.ſi vnus. §.pactus.ff.de pact. & l.nihil tàm naturale. & l.omnia. ff. de regul.iur. & §. hoc amplius vbi Doct. inſt. quib.mod. tol. obligat. & c.omnis res.27. quæſt.2. & l.1. vbi Bald. Salicet. & alij. C. quand.lic. ab empt. fallit tamen in Sacramentis, & rebus ſpiritualibus, quæ poſtquam conſenſu hominis contrahuntur, nō eſt in poteſtate illius diſſolutio illarum, gl. in c.qua propter.27.quæſt.2. Abb. in c.1. nu.3. de regul.iur.

36 Res publica ſtricto modo loquendo dicitur tantum ciuitas Romana, & à ſimilitudine vocabuli dicitur ciuitas, vbi reſidet Imperator, ſeù Rex, vel Princeps, non cognoſcens ſuperiorem aliæ verò ciuitates, ſeù oppida ſunt iuris priuati. l. cum qui vectigal. vbi Doct. & l.bona. ff.de verbor. ſign. lato tamen modo loquendo Reipublicæ appellatione venit quælibet ciuitas, ſeù oppidum, vbi fit adminiſtratio iuſtitiæ per iudicem, & reliquos officiales à Rege, ſeù à populo conſtitutos. l ſed & hi.§.præterea. ff.de public.& vectig & gl.verb.priuata commoda. in l.vt inter diuinum. vbi Bart.Bald.Salicet.Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij. C de Sacro Sanct.Eccleſ.& gloſ.verb.cum Rempublicam. in l.cum Rempublicam.C. qui potior. in pign. Iaſ. in l.ſi domus. §.ſi fundus. nu.29. ff.delegat.1.

37 Res publica nunquam moritur, ſed durat perpetuò, vnde conceſſum, ſeù factum nomine Reipublicæ, cuiuscumq; ciuitatis, oppidi, ſeù municipij durat perpetuò, quamuis moriantur omnes officiales concedentes, aut à Republica à moueantur.c. ſi gratioſe.vbi gl.ver.expirat.& Dominic. Ioan.And.Franc.Anch. & alij de reſcript. lib.6.& c.liberti.2. in 12.quæſt.2. Alex.de Imol.in l.pactum quod. col.2. C. de pact. l.fin vbi Doct C.de iure Reipubl.lib.11.

38 Reſpublica gaudet priuilegio minorū in contractibus, vt reſtituatur ſi fuerit læſa. l. Reſpublica. vbi gloſſ.verb. ſolet, & Bart Bald.& alij. C.quibus ex cauſ.maior. & l.1. C.de offic. eius qui vic.alicuius iud. obt.& l.Rempublicam. C.de iure Reipub. lib.11. & Abb.in c.1. nu.14. de in integr. reſt. & Iaſ.in l. vt inter diuinum. num.16. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & relati à Cald. in l.ſi curatorem.verb.minoribus n.60.

39 Reſpublica non poteſt obligari pro pecunia mutua adminiſtratori illius data, niſi pecunia illa ſit verſa inutilitatem illius Reipublicæ, quoniam cum inutilitatem Reipublicæ verſa nō fuerit ipſe malus, aut ineptus adminiſtrator tenetur de ſuo ſoluere pecuniam illam. l. ciuitas. vbi Bart. Ang.Paul.de Caſtr. Fulg.Lud.Rom.Alex. Iaſ. & alij. ff.de reb cred.& facit text.in l. ſi iuſſu.ff quod iuſſ.& in l.ſtatuas. ff.de acquir.rerum domin. & in l.ſi vi. ff de vi, & vi armat ſi autem adminiſtrator haberet ſpeciale mandatum Reipublicæ ad recipiendam pecuniam mutuam, tunc bene obligaretur Reſpublica, quamuis inutilitatem illius verſa non fuiſſet pecunia.arg. text. in l. habebat. ff. de inſt. act. & tenet Bart. Fulgoſ. Lud.Rom. & Iaſ. in d. l.ciuitas.

40 Res, quæ deputata eſt vſui Reipublicæ non poteſt vendi, nec dari, nec donari, nec ſtipulari, & venditio de illa re facta, datio, ſeù donatio, eſt nulla, & nullius momenti, ſi tamen emptor ignorabat, quòd res eſſet deputata vſui Reipublicæ, tunc habebit actionem ad intereſſe contrà venditorē. l ſed celſus vbi Doct. & l. pacta. § fin. ff. de contrah.empt. & §.idem iuris.vbi etiā notant ſcribentes. inſt. de inutil. ſtipulat. & §.fin vbi Aret.inſt.de emp.& vend.

Verbo Reſtitutio.

1 RESTITUTIO eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l.quod ſi minor.§.reſtitutio. vbi Doct. ff.de minorib.& Bart. num.3. & Iaſ. num.4. in l.interdum. ff.de cond.ind. idem Bart. in l.Gallus §.& quid ſi tantum. nu.10 & Iaſ. nu.67. ff.de liber. & poſthu. Abb.in c.ad noſtram. nu 8. de reb. Eccleſ. non alien. Card. in clem.1. notab.3. de in integr.reſt Maur.in tract.de reſt.in integr. cap.1. & Tiraq.de retract.titul.1. §.32 gl. 1. num.69. Maranc. de ord. iud. 6.part.§. de appellatione.num.77. Menoch.in prælud recup. num.5. & Dec.in l.incondemnatione. num.3. ff.de regul.iur.

2 Reſtitutitio à Principe conceſſa alicui, de aliquo crimine damnato, ſimpliciter facta intelligitur ad bona dignitatem, & honorem. l.1. vbi Bart.Bald. & alij. C.de ſent. paſſ. ſi autem ſit data indulgentia à

Principe

Digitized by Google

Principe non intelligitur, niſi tantum ad pœnam, nec tunc reſtitutus per indulgẽtiam Principis recuperat bona, niſi aliud in indulgẽtia ſit expreſſum. vt tenet Bart. communiter approbatus. in d. l. 1. C. de ſent. paſſ. nunquam tamen intelligitur reſtitutus ad bona, ſeù officia, vel dignitatẽ, quàm Princeps iam alteri cõceſſerat, quoniam reſtitutio Principis nunquam intelligitur facta cum præiudicio alicuius tertij. vt tenet gl. verb. qui l ſit in integrum. in l. 1. C. de ſent. paſſ. & facit text. in l. 2. eodem titul. & in c. quamuis de reſcript. libr. 6. & gloſſ. verb. emancipatus, eſſet in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi Bart. Ang. Raph. Imol. Iaſ. & alij ff. de liber. & poſthu. & Fel in c. inter quatuor. col. pen. & vlt. de maior. & obed. & Dec in l. incõdemnatione. § cum verbum. num. 3. ff. de regul. iur. & Iaſ. in l. filio quem pater. nu. 20. ff. de liber. & poſthu. hoc tamen eſt intelligendum in illis, quibus fit reſtitutio per gratiam Principis, quoniam reſtitutio facta per viam iuſtitiæ, tollit iura etiam quiſita, & in alium tranſlata ex illo actu, aduerſus quem conceditur reſtitutio. l. patri pro filio. §. item ex diuerſo. ff. de minor. & l. fin. vbi Salicet. & Alex. C. de repud. hæred. Raph & Iaſ. num 73. in d § & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthu. & Gem. in tract. Bannitor. 1. part. 3. temp. quæſt. 11. in fin.

3 Reſtitutio alia dicitur iuſtitiæ, & alia gratiæ, & differunt, nam reſtitutio iuſtitiæ dicitur, quando reſtitutio conceditur illis, qui propter minorem ætatem, aut aliam iniuſtam cauſam læſi fuerunt. vt in titul. de in integ. reſt. & in titul. de dolo. & in titul. de reſt. ſpol. & in titul. ff. de minor. reſtitutio autem gratiæ dicitur illa, quam Princeps facit illis, qui propter ſua delicta fuerunt dãnati, & læſi, & ſpeciali gratia Principis fuerunt reſtituti. l. 1 & per totum. ff. de nat. reſt. & l. 1. & per totum. C. de ſent. paſſ. Coſta poſt multos alios. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. 2. part. à num. 42. Con. ru. 1. reſolut. cap. 3. num 15. Merg. conſil. 39. num 48.

4 Reſtitutio in integrum competit minoribus, quando ſui facilitate læſi fuerint, nõ autem ſi caſu fortuito. l. verum. §. ſciendũ. vbi Doct. ff. de minor. & l. nam poſtea. §. ſi minor. vbi Bart. Alex & Iaſ. ff. de iure iur. & l. minoribus. & l. fin. vbi Bart. C. de in integr. reſt. Alciat. de præſumpt. regula. 1. præſumpt. 42. nu. 6. Dec in l. nihil conſenſui. §. 1. num. 3. ff. de regul. iur. Cald in l. ſi curatorem. verb. ſua facilitate n. 1.

Reſtitutio in integrum etiam competit Eccleſiæ, Reipublicæ, villis, caſtris, & omnibus locis pijs. c. 1. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de in integr. reſt. & l. Reſpublica. vbi gloſſ. verb. ſolet, & Doct. C. quib. ex cauſ. maior. cæp. in l. cum, qui vectigal. quæſt. 3. ff. de verb. ſign. & Ioann. And. in c. 1. de in integ. reſt. lib. 6. & Abb. in c. relatum. 1. num 7. de teſtam. Iaſ. in l. vt inter diuinum. n. 16. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & in l. ſi quis maior. num. 7. C. de tranſact. Socin. & Alex. in l. 1. §. ſi autem collegium. ff. ad treb. Angel. in § res fiſci. inſt. de vſucap. & Dec. in conſil. 42. in fin. & Bald. in l. Orphano trophos. C. de Epiſc. & Cler. Abb. conſil. 102. part. 2.

5 Reſtitutio in integrum, quæ competit minoribus debet peti intrà quadrienniũ, poſt minorem ætatem, & Eccleſia debet illam petere intrà quadriennium poſt læſionem. clem. vnica. vbi gloſſ. verb. à tempore, & Ioan. And. Font. Ioan. de Imol nu. 15. Card. num. 3. & alij ſcribentes. de in integ. reſt. & l. fin. vbi Doct. de reſt. in integ. & octau. de ſtil. Curiæ. lib 8 c. 3 nu. 14. Maur. in tractatu. de reſt. in integ. cap. 41. à prin. & eſt text. in cap. 1. vbi gloſſ. verb. quadriennij. & Ioan. And. Philipp. Franc. Font. & alij. de in integ. reſt. lib 6. & Abb. in c. tunc ex litteris. num. 11. de in integrum reſt.

6 Reſtitutio in integrum, quæ competit minoribus tranſit ad eorum hæredes l. minor autem. §. non ſolum, vbi Bart. & l. interdum vbi Doct. ff. de minorib. & l. non ſolum ff. de in integr. reſt. & l. fin. §. fin. vbi Iaſ. nu. 5. ff. de cond. in deb. & in l. emancipata nu. 4 C. qui admitt. ad bon. Bart. in l. quia tale nu 1. ff. ſoluto matr. & Din. in regula priuilegium de regul. iur. lib 6. & Afflict. deciſ. 211. nu. 3. & Old. conſil 224. incipit. iſtæ ſunt allegationes col. 16. Cæſar Vrſ. deciſ. 224. nu. 1.

7 Reſtitutio, quæ competit minori, competit etiam maiori conſorti illius in re indiuidua, & inſeparabili, cum minore l. ſi cõmunem, vbi glo. verb. & ego & Doct. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & Iaſ. in l. hac cõſultiſsima §. ex perfecto. n. 13. C. de teſtam. & gloſ. ver. patrocinari in l. vnica vbi Cin. & alij C. ſi in cõmun. cauſ. in integ. & Alb. in l. 2. in fin. C. ſi vnus ex plurib. hippolit. in ſing.

Digitized by Google

ſing.180. Afflict.deciſ.213 nu.2. & Cæſar. Vrſ.ibidem.num 7.

9 Reſtitutio in integrum etiam competit maioribus vigintiquinq; annis, ſi probetur iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum. c.ex litteris.vbi Abb.num 5.de in integr.reſt. & l.illud nullam. vbi Doct. ff.de minor & l.1.vbi etiam notant ſcribẽtes,& per totum. ff.ex quib.cauſ maior. in integr.reſt. Cald. de renouat q.5 n.27.

10 Reſtitutio,quæ competit maioribus vigintiquinq; annis durat treginta annos. facit text.cum gloſſ verb. perſecutione.in l. ſicut. C de præſcript.30. vel 40.ann. & Iaſ.in §.rurſus. inſt de act. & Tiraquel de retract titul.1. §.35 gloſſ.4.num.41.Couru. in regula poſſeſſor. 3.part.§.3.num.4. verſ.quarto. Gem. in l 63 Tauri n.1.& gratĩa regu 362.& notant ſcribentes in clem. vinca.de in integ.reſt. & in l.2. C. de reſcind.vend.

11 Reſtitutio in integrum eſt petenda per officium iudicis, coram iudice rei.c.cauſa reſtitutionis. vbi Doct. de reſt. ſpoliat. & l.quod ſi minor. §.fin.vbi etiã notant ſcribentes. ff.de minoribus. & l.quoniam. vbi Bart.Bald Salicet. & alij. & l fin.vbi etiam notant ſcribentes. C. vbi, & apud quem cogn. in integr.& Abb.in c.1. nu.18.de in integ.reſt & c.2. vbi Doct. de offic. iud. & c.tunc ex litteris.vbi gloſſ.verb.officium. de in integ.reſt.

12 Reſtitutio autem aduerſus ſententiam Principis, ſeù eius delegati, eſt petenda coram Principe, quoniam iudex inferior non poteſt reſtituere contra ſententiam ſui ſuperioris. l.1.vbi Doct. C.vbi,& apud quem cogn.in integ & l.in cauſæ.2. §.fin. & l.præfecti & l.minor autem.ff de minor. & c.cum Bertoldus. vbi Doct.de ſent.& re iud. Abb. in c cauſa reſtitutionis nu 7.de in integ reſt.& aduerſus ſententiam Principis poteſt minor reſtitui. Gam.dec.110. num.8.

13 Reſtitutio in integrum debet fieri cauſa cognita,& citatis citandis partibus aduerſis l.in cauſæ.1. § cauſa. vbi Bart &d.etiã ſi. §. ſi hæreditate. vbi Doct. ff. de minor. & cap tunc ex litteris. vbi Innocent.Hoſt. Ant de Butr. Abb. & alij. de in integr.reſt. & etiam cõtra modicam læſionem auditur minor. ſi reſtitui voluerit. vt tenet Hippolit in l.furem.num 9. ff ad legem Corn.de de ſicar. & Pinel. in l.2. part. 1. Cap.1. num.26 C.de reſcind. vend. & Couruu. lib.1. reſolut.cap.3. num.11. Tiraquel in l. ſi vnquam. verb. omnia, vel partem.nu.
14 15. C de reuocand. donat. Valaſc.conſult. 112. num.1.

Reſtitutio in integrum non poteſt peti poſtquam ſemèl fuit denegata, & contra petentem ſententia fuit lata niſi ex noua cauſa, & ex nouis defenſionibus petatur, aut ſi petatur reſtitutio ad appellandum à ſententia, in qua fuit iudicatum,quòd reſtitutio in integrum non competebat,quia tunc datur reſtitutio ex noua cauſa, & etiã contra tres ſententias cõformes datur minori reſtitutio in integrum, ſi ex eiſdem actis conſtet de noua cauſa,ob quam minor fuit læſus. l.1. vbi Bart.Bald. & Salicet.& l.2 & 3.C.ſi ſæpe. in integ.reſt.poſt. & c.fin. vbi gloſſ.1.& 2.& Hoſt.Ioan.And. Abb. & alij. de in integ.reſt. Bald. in l.1. col.fin.verſ.ſed nunquid contrà ſententiã. C ne liceat. tertio prouocar.& deciſ Rotæ in deciſ.1.in nouis. in tit.de in integ.reſt. & deciſ 165. Gam. deciſ.110.num.11.Geripard.conſil 32. num.17.

15 Reſtitutio ad natalia, differt à diſpenſatione ad conſequenda iura ingenuorum, quoniam reſtitutio ad natalia eſt totalis integratio honoris,& dignitatis diſpenſatio vero poteſt fieri ad aliquid tantum non poteſt tamen fieri,vt aliquis fiat pro parte legitimus, & pro parte illegitimus. ex gl. verb ſi ambo. vbi Doct.declandiſt diſpõſat.Iaſ.in l.adoptiuum §.patronum.2.n 6. ff.de in ius vocan l. Merg conſil.38.n.13.

16 Reſtitutio rerum indebitè ſubtractarũ eſt facienda illi, cui res fuit ſubtracta, aut eius hæredi, quando in ſubtractione fuit commiſſa turpitudo à ſubtrahente tãtùm, quoniam ſi turpitudo commiſſa fuit ab vtraq; parte, non remanſit ille, qui dedit, dominus illius rei. poſtquam turpiter dedit pro iniqua ſententia, ſeù pro iniquo teſtimonio. c.non ſane 14.q.5. & gl.verb. ſed quæritur. vbi Doct.in regul.peccatum de regul.iur lib 6. & c. cum tu.de vſur.

17 Reſtituere tenetur quis rem alienam vero domino à quo res fuit ſublata, aut eius hæredi,quamuis illam emeret,& pretium ſibi non reſtituatur. l.cum fundus.§. ſeruum. vbi gl.verb. concedere, vbi Doct. ff.de reb.cred. & l.ſi mãcipium.vbi Bald. & Salicet C.de rei vind.& l.in ciuilem. vbi Doct C.de furt. & § rectè inſt.de mand. & c.ſæpe. vbi Abb. num 7.de reſt.ſpol. & gl. verb.non ſuperſlitibus. in cap. cum tu.de vſur.

Digitized by Google

vſur.& ſi dominus rei, ſeù hæres illius nõ inueniatur, tunc eſt eroganda pauperibus, cũ conſilio diæceſani, ſi res fuerit magnæ quantitatis, ſiuè valoris c.cũ tu.vbi gl.ver. non ſuperſtitibus, & Abb nu.4.de vſur.& dixi ſupra verb.res §.20.& ipſamet res eſt reſtituenda ſi extat, aliàs æſtimatio illius, aut illud quod ex re illa factum fuit, ſi non mutauit ſpeciem vt eſt tex.in l.ſolum. §. meum, & l.eius rei.& l.hæc ſi.& l.qui reſtituere. ff.de rei vind.& l.de eo exhibẽdo.§. ſæpius. verſ.ſi quis. ff.ad exhib. & gloſſ.in ſumma in regul.pro poſſeſſore. vbi communiter Doct.de regul.iur.lib.6.

18 Reſtitutio poteſt fieri tradendo rẽ, aut patiendo dominum poſſidere, hac mente, vt vellit reſtituere, & dominus poſſideat. l.reſtituta. vbi Bart.& l.facta in prin.ff.ad treb.& § interdum. vbi Doct.inſt. de rerũ diuiſ. & eſt facienda reſtitutio rei alienæ, vbi res ſita eſt, aut vbi res petitur, ſi retinens eſt poſſeſſor bonæ fidei, quoniam ſi fuerit poſſeſſor malæ fidei, tunc reſtitutio eſt faciẽda, vbi res fuit ſubtracta à domino illius, & ſi ſubtrahens ſe abſentauit, tenetur illam ſuis ſumptibus mittere ad verũ dominum, ſi autem verus dominus ſe abſentauit, tenetur illã mittere domino ſumptibus ipſius domini. l. ſi res mobilis. vbi Doct.& l.niſi ſi malit. & l.ſi vero. ff.de rei vind & gloſſ.verb. non ſuperſtitibus in c. cum tu.vbi Doct.de vſur. & gloſ.ver quæritur. vbi etiam notant ſcribentes. in regul.peccatum de regul.iur.lib.6.

19 Reſtituere tenetur percuſſor alicuius expẽnſas, quas percuſſus fecit in medicos, & in medicinas, & operas quaſcumq; amiſit, ſeù amiſſurus eſt omni tempore vitæ ſuæ, ſi fortè ex percutione fiat inaptus, quod regulabitur per iudiciũ boni viri.c.1.& gl.1. & Abb.n.6. de iniur.& dãno illat.& l.qua actione.ff ad leg. Aquil.& l.ex hac lege. ff. ſi quadr.paup.fec.& l.fin. ff de his qui deiecer.vel effud & §.item is.verſ.ſi vero.vbi Doct.inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. & ſpeculat.in tit de iniur. § 2. poſt prin.

20 Reſtituere tenetur, qui aperuit puteum, ſeù ciſternam, & illam non operuit, & in illam cecedit animal alienum, nã eò quòd datur culpa, propter quàm aliquis dãnum ſenſit tenetur ille, qui fuit in culpa reſtituere damnum. c.ſi quis aperuit. vbi gloſ. ver.reddet.& Doct.& c.ſi culpa. vbi Doct. de iniur.& damn.illat. & l.qui foueas. & l. qui occidit. §.in hac. verſ. nam & qui.vbi Bald. ff.ad leg. Aquil. & c.placet.1. quæſt. 1.& Exod.c.21. in fin. ſi autem ſine fraude, vel dolo puteum illum feciſſet in loco priuato, non teneretur tunc pro damno aliquo eueniente ex puteo illo. cum tunc non ſit in culpa, ſed culpa erit illius, qui malam curam habuit de ſuis animalibus. d. l.qui foueas.& d.l.qui occidit.§ in hac. vbi Doct. ff ad leg Aquil.& d. gloſſ.verb. reddet. in c.ſi quis aperuit. vbi Abb.nu.2. de iniur.& damno illat.

21 Reſtituere non tenetur ille, qui non habet vnde reſtituat, quoniam innanis eſt actio, quam inopia excludit. c.olim 2.vbi glo.1. & Doct.de reſt.ſpol. & c Oduardus. vbi etiam notant ſcribentes. de ſolut.& c. cum tu. de vſur. & l. nam is nullam. vbi Bald. ff.de dolo mal. & l. itaq; fullo ff.de furt. Ouid.de nuce. ſic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator; quod timeat: tutum carpit inannis iter. in delictis tamen non excuſat inopia, c. fraternitas. vbi gloſſ.1. in 12. quæſt.2.

Verbo Reus.

1 REVS dicitur ille, à quo res petitur, & à re dicitur reus c. forus. vbi gloſſ. verb. reus. de verbor.ſign. & §. tertia vbi Doct de in integr. & debet reus vti eiſdẽ priuilegijs, quibus actor.vt tenet Dec in l. non debet. nu.2. ff.de regul.iur. quoniam priuilegium conceſſum vni ex litigantibus porrigitur ad aduerſarium ob æqualitatem in iudicijs obſeruandam.

2 Reus eſt conueniendus coram ſuo iudice, quamuis turbet prædiũ de quo inter alium iudicem pendeat appellatio. c.cum ſit generale. vbi Doct. de foro comp. & c. Romana.§.cum vero. vbi Ioã.And.Dominic.& alij.de appellat.lib 6 & c.experiẽtiæ. & c.ſi quis quam.11 quæſt.1. & l. iuris ordinem. vbi Bald. C de iuriſd. omnium iud. & l fin. vbi Bart Bald.& omnes C.vbi in rem act.idem Bart.in l.2 ff.ſi quis in ius vocat non ierit. Afflict.deciſ.268. num.1. & Ceſar.Vrſ.ibidem.num.1. Alex in l.libertus. ff.de in ius vocand. & Dec. conſil. 43. & conſil.487.num 9.

3 Si duo actores vindicarent rem vnã ab eodẽ reo, & vnus prius obtineret, ipſi erit res tradẽda, præſtita cautiõe, de illo indẽni obſeruando, quoniã vnius petitio nõ impedit executionẽ alterius.l.pen.vbi Doct. ff.de pet.hæred.& l.is à quo.vbi Bart.ff de

Digitized by Google

rei vind. & facit text. in cap. Romana. § in alium. vbi Ioan. And. de appellat. lib. 6.

4 Plures rei poſſunt conueniri in eodem libello, quādo plures ſunt ſub vna obligatiōne, aut detinent vnū prædiū, villam, ſeù vnam hæreditatē. auth. hoc ita. vbi Doct. C. de duob. reis. & l. nulli. prorſus vbi Bart. Bal. Ang. Salic. Iaſ. & alij. C. de iud. & facit tx in l. ei qui §. cū prædia. ff. de pet. hæred. & l. 1. § qui nimō. vbi Bart ff. de pet. hæred. idem Bart. Imol. & alij. in l. in duobus reis. § vbi duo. ff. de duob. reis. & in l. ſi plures. §. 1. ff delegat. 2. & Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi plurium. n 8. ff. de noui oper. nunciat.

5 Reus citatus ad locum non tutum tàm propter ſuas inimicitias, quàm propter inimicitias ſuæ patriæ, nō tenetur venire, aut ob aliam quancumq; cauſam, vbi eminet vitæ periculum c. cum R. vbi Doct. de offic. iud. delegat. & Fel. in c. cum ordinē in prin. de reſcript. & in cap. olim. de except. Lanfrac. in c. quoniam contra. nu. 5. & Ben. & alij. de probat. Ang. & Imol in l. cum res legata. in prin. ff. delegat. 1. & l. 2. §. pen. vbi Bart. nu. 1. & Iaſ. nu. 1. ff. ſi quis caut. & gloſſ. fin. in l. ex quacumq;. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. attamen ſi iudex ignorans illud iuſtum impedimentum proferat ſententiam, contra impeditum, valebit talis ſententia, ſed impeditus habebit reſtitutionem in integrum, ſi àutem iudex ſciebat illud iuſtum impedimentum, ob quod citatus venire nō poterat, tunc ſententia ipſo iure non valebit. gl. verb. iudicata. in l. quæſitum. vbi Doct. ff. de re iud. & Bart. in l. ea, quæ. num. 4. C. quomod. & quand. iud. idem Bart. Bald. Iaſ. & omnes. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. & Abb. in c querelam. n. 4. de procurat. Leo. in tract. noui oper cap. 1. nu. 34.

6 Reus tamen impeditus à tertio, ne citatus veniret in iudiciū, poterit agere cōtra tertiū impedientem ad ſuū intereſſe, quāuis non releuetur, nec ſit reſtituendus. l. arbitrio. §. dolo. vbi Doct. ff. de dolo mal. & l. ex hoc edicto. §. ſi & ſtipulor. vbi etiā ſcribētes. ff. de eò per quē fact. & l. dedi §. fin. vbi Iaſ n. 5. ff. de cōd. cauſ. dat. & gl. ver. in potentiam in c. ex ratione. de appellat. & l. 2. §. fin. ff ſi quis caut. & gl. ver. conditione. in l. quibus diebus. ff. de cond. & demonſtr. & Iaſ. in l. ex quacumq;. nu. 43. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.

7 Reus non poteſt conueniri nomine proprio, pro re, quā nomine alieno poſsidet, ſed ſi vocatus fuerit in iudicium, debet declarare in cuius nomine poſsidet, & tūc eſt vocandus, in iudicium dominus rei. l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. vbi Doct. ff. de pet. hæred. quoniam poſsidēs nomine alterius nō dicitur poſsidere, ſed ille cuius nomine poſsidetur. c. ſi diligenti. de præſcript. & c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lit. non cont. & c. cū veniſſet. de reſt. ſpol. & l. quod meo. & l. generaliter. ff de acquir. poſſ. & l. vſu retinetur. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. d. l. nec vllam. § ſi quis abſentis. ff. de pet. hæred. & l. 1. C. cōmunia. de vſucap. & l ſi quis alterius. C. vbi in rem act. ſi tamē reus citatus dolo, ſeù lata culpa, neget ſuo nomine poſsidere rem, quæ ab illo in iudicio petitur, & poſtea conuincatur de mendacio, debet perdere poſſeſsionem rei, quæ eſt transferenda in actorē. ſaluo iure proprietatis. l. fin. vbi Doct. ff. de rei vind. & Bart. Bald. & alij. in l. 2. C. vbi in rem act. idem Bald. & Lud. Rom. in auth. itē ſi poſſeſſor. C. qui potior. in pign. hab. idē Lud. cōſi. 70. quod incipit viſis themate, & quæſtione. ſpeculat. in titul. de prim. & ſecūd. decret. §. reſtat. verſ. quid ſi nominans, & Fel. in c. cæterū. de iud. & Iaſ. inſt. de act in prin. & Afflict. deciſ. 18. n. 1. & Cæſar. Vrſ. ibid. n. 1. requiritur tamen quòd ſit maior vigintiquinq; annis, quoniam ſi fuerit minor poteſt reſtitui ex ſua cōfeſsione. l. certum confeſſus. § in pupillo. vbi Doct. ff. de confeſſ. & Alex. conſil. 35. incipit, in cauſa lite vertente. lib. 5 Hieronym. Grat. cōſil. 37. lib. 2. Aimon. conſil. 35. nu. 11. Cæſar. Vrſ. deciſ. 18. n. 3. Merg. conſil. 31. n. 17.

8 Reus tamen qui culpa ſua fuerit impeditus, tenetur mittere procuratorē, aliud enim eſt quando reus ex vi fluminis, vel tempeſtatis, ſeù magna infirmitate, aut alio caſu fortuito fuerit impeditus, & aliud quando ſua culpa, & caſu ſui dilecti ſit impeditus, quoniā tunc ſi citatus ad iudiciū non veniat tenetur mittere procuratorē, & aliàs non excuſabitur à contumacia. c. intelleximus. vbi Doct. de iud. & l. Papinianus. vbi Bart. ff. de minorib. idem Bart. & Bald. Ang. Cin. Iaſ. & alij. in l. 2. § ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. & gloſſ. ver. legatum. & Arch. ibi. in c. ſi quis ægrotans. 5. quæſ. 3. & Bart. in l. fin. n. 5. ff. de in integrū reſt. & Bald. in tit. de pace cōſt. in verſ. ſententiæ. ſpecul. in tit. de procurat. §. 1. & Alex. in l. recuſare. §. fin. col. 2. ff. ad treb. Cin. in l. 1. C. de reſt. milit. Angel. in l. 2. C. quod

diximus

Digitized by Google

diximus. ff.ſi quis caut.& Fel.in cap.accedens.2.col.3. vt lit. nō conteſt.Ioan And. & alij.in c.ſtatutum. §.1.de reſcript.lib.6. Ioan.de Imol. in l. de ætate. ff. ad treb. & cōmuniter Doct in c.cum dilecti.de dolo. & contum.& in c. ex parte.1. de appellat. ſi autē reus eſt impeditus ſine culpa, attamen impedimentum eſt perpetuum,tenetur mittere procuratorem,quoniam aliter periret ius alterius partis,& ita quādo cauſa requirit celeritatem , aut eſt cauſa leuis, quamuis impedimentū ſit temporale.tunc enim debet mittere procuratorē,ſi venire ad iudicium non poteſt. aliter vero iuſto impedimento detentus,nec tenetur mittere procuratorem,nec venire. licet bonū ſit mittere excuſatorem. c.querelam. vbi Hoſt Innoc. Ioan.And.Abb.& alij.de procurat.& c.ſi quis ægrotans. vbi gl.verb legatū.& Arch.5.quæſt.3.Innocēt.& Ant.de Butr.in c.cum dilecti.de dolo. & contum. & Barr.Bald.Ang.Iaſ.& omnes. in l.2. §.ſi quis in iudicio. ff.ſi quis caut.& Bald.in l. ab eo iudicato. C.quomod.& quād.iud.& in l.1. ad fin.prin. ff.de procurat. & Caſtr. Lud.Rom in d.l.2.d.§.ſi quis in iudicio.& Imol.in l.quæſitum.ff de reiud.idem Imol. & Alex.in l.recuſare.§.fin.ff ad treb. Doct. in c.cupientes.§.inſuper.de elect.lib.6.

9 Reus citatus ex quacumq; cauſa debet in termino cōparere,niſi aliqua iuſta cauſa illum excuſet. l.ex quacumq;.vbi glo.1. & Doct. ff ſi quis in ius vocat.non ier.& l. ſi quis ex aliena ff de iud.& c.1. & c.cum perſonæ.de priuileg.lib 6.& ſi citatus non venerit ad litem conteſtandam , & fuerit cōtumax poteſt excōmunicari.c.1.vbi gl. fin.& Abb.n 1.& omnes.vt lit.non cōteſt. & c.tuæ. vbi etiam notāt ſcribentes. codē tit.& tunc poteſt actor mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruādæ. d.c.tuæ.vbi gl.1.& Doct.vt lit.non conteſt.& c.1.& per totū. de eo qui mitt.in poſſ.cauſ. rei ſeruand.& etiam poteſt iudex ſequeſtrare rem petitam,& condemnare reum in expenſis.c.ex litteris. vbi gloſſ.verb ſequeſtrari.& Ioan. And.Abb.& alij de dolo,& contum.& Gofred.& Innocent.in c.ex ratione.de appellat. Leo.in tract.noui oper.c.1.n.8.

10 Reus autē ſi poſtquā fuit citatus,vbi lis nō eſt conteſtanda,aut poſtquā litem cōteſtauit,vbi eſt cōteſtanda, & receſſit à iudicio,nō relicto procuratore ad cauſam defendendā dicitur cōtumax, & tunc poteſt iudex procedere in cauſa,vſq; ad ſententiā diffinitiuā.c.conſtitutus.vbi Doct.de procurat.& c.pro vt nobis.vbi gl.verb.terminetis,& Innoc.Hoſt Ioan.And.Ant.de Bu. Abb.& alij.de dolo.& contum.& l propetandum.§.ſin autē reus. vbi Bart.Bald.Salicet. Alex Iaſ.& alij.C.de iud.& Iaſ.in l. qui ante Calēdas. n.5. Bart.n.3.ff de verb. obligat. debet tamen tunc ferri ſententia pro vt merita cauſæ poſtulauerint,ſi enim iudex viſis actis,& bene præponderatis inuenerit, quòd actor benè mōſtrauit,& ſuā probauit intentionē,debet proferre ſententiā contra reum,aliter autē eum abſoluere debet. d. l propetandum.§.& ſi quidem.& § ſin autem reus. vbi Doct.C.de iud.& gl. verb.terminetis.in d. c.pro vt nobis.& l.& poſt edictum.vbi Bart.n.3. ff de iud.

11 Reus debet abſolui ſi actor non probat. quamuis ipſe reus nihil probet,& etiam ſi confiteatur aliquem deffectum ſui iuris.cū tamen non confiteatur ius actoris,ſemper debet abſolui,ſi Actor non probat, ſaltim ab impetitione actoris.c.cum Eccleſia Sutrina. vbi notant ſcribentes de cauſa poſſ. & propr.& c.vnico.vt Eccleſiaſtica benef. & c.iuramentum §.ſane.de iur.iur.& c.inter dilectos. circa.fin. de fid.inſtr. & c.accuſare. 6 quæſt.fin. & c.contra morē.diſt. 100.& l.ſiue poſsidetis. C.de probat.& l.ſi eius.ff.ad treb.& l.qui accuſare. vbi Alex. Paul.& Iaſ.C.de edend.& l.fin.vbi Bald.& Salicet C.de rei vind.& l.ſi quis prætor.ff. de edend.& c.3.de ſent.& reiud. libr 6. & Abb in c.cum ſuper.nu.9.de cauſa poſſ.& propr.& in c.cum cauſa. n.6.de ſent. & reiud.& Doct.in c.mandatum.de reſcript.

12 Reus eſt abſoluendus ſi actor nihil probauit ita vt nec cogatur iurare poſtquam actor ſuam in efficacem probationē dedit, & hoc optime probat tex.in c.iuramentū. §. ſane ſi actor,& ibi Ioan Andr.& Abb.n. 6.de iure iur.& l.ſi quis ius iurandum.§.1. C.eodem titul.Abb.in c.2.n.2.de probat. Bart.in l.in bonæ fidei.C de reb.cred.& in l.in contractibus. §.illo C.de non numer. pecun. & Paul.de Caſtr. in l.manifeſtæ. ff. de iure iur.ſpecul.in tit. de iuramēt.dilat. §.1. verſ.ſin autem actor,& Bald. in rep.l. 2.col.36. ff de iure iur.& Paul.de Caſtr in l.admonendi.col.12.& in l.ius iurandū, & ad pecunias.ff de iure iur & Ioann.And.in addit ſpecul.vbi ſupra Bapt.de Sanct.Seuer.in rep. d. l.manifeſtæ.& ibi Mar. ff de iure iurand. & Socin. conſil.184. Alb. in d. l. in contractibus. d. §.illo. C. de non

Digitized by Google

numerat. pecun. & Marſil. in l de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & Dec. in c. ſicut de iure iur. & Boer. deciſ 95. part. 1. & Marant. de ord. iud. 6. part. § de teſtium pro-ductione. num 73. quamuis contrarium teneat Angel. & Alex. in d. l. manifeſtæ, vbi etiam Iaſ. num. 3. Purp. col. 2. verſ. difficultas eſt. ff. de iure iur. idem Iaſ. in rep. d. l. admonendi. num 72. eodem titul. Franc. de Aret. in cap. ſicut de iure iurand. Bald. in lect. l in bonæ fidei. C. de reb. cred. vbi etiam inquit Rauen. & dixi ſupra verb. iuramentum. §. 5. vbi vide, ſed prima eſt verior, quia littera text. in d. §. ſanè ſi actor illam directè probat, & magis videtur cõſonare iuris rationi, nam ſi actor à principio noluit deferre iuramentum reo, ſed ſuſcepit in ſe onus probandi videtur renunciare illi iuramento, & poſtea deferre non debet, niſi poſtea reus faceret poſitiones, per quas vellet probare contrariũ. ex Bart. in d. l. in contractibus. d. §. illo. C. de non numerata pecun.

12 Si reus citatus veniat ad iudicium, & actor non compareat, eſt tunc reus abſoluendus ab inſtantia iudicij, & tollitur virtus illius citationis, & fit circunducta, & actor qui reum fecit citari, & non comparuit, debet condemnari in expenſis, nec antequam illas perſoluat, debet audiri. l. & poſt edictum § 1. & 2. ff. de iud. & authent. qui ſemel. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C quomodo, & quando iud. & facit text. in cap. 1. vbi Doct. de dolo. & contum lib 6 & l Sancimus. vbi Bald. & Salicet. C. de iud. & Innocent in c. conſuluit. de offic. iud. delegat. Abb. in c cauſam nu. 17. de dolo. & cont. Rota. nou. deciſ. 402. & deciſs. 61. Iaſ. in l. properandum. § & ſi quidem. nu. 15 C. de iud. ſi tamen actor ſe abſentauit, poſtquàm obtulit libellum, ſiuè petitionem rei cauſa conteſtata, poteſt tunc reùs petere. vt abſoluatur diffinitiuè, ſuper re petita, & tunc iudex debet dare omnes dilationes, & terminos litis, vt actor probet ſuam actionem, poſtea vero, ſi actor nihil probauit, aut ſi cõſtet per probationes actorem non habere ius in re petita debet iudex abſoluere reum diffinitiuè à tota cauſa l. properandum. §. & ſi quidem. vbi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alij. C. de iud & d. auth qui ſemèl. vbi Doct. C. quomod. & quand. iud. & Cald. in cap. prout nobis. & Abb. in c. cauſam quæ. nu. 17. de dolo. & cont.

13 Reus, ſiuè actor contumax veniens ad iudicium, nõ eſt audiendus, niſi priùs ſoluat expenſas, & illis ſolutis, tunc debet ſatiſdare de iudicio ſiſti. l. Sãcimus. vbi Bart. Cin Bald. Salicet. Iaſ. & alij. C de iud. idem Iaſ. in l. Sancimus. §. incomputatione. n 6. C. de iure deliberand. & cap ex litteris. vbi Gofred. Hoſt. Innoc. Ioã. And. Ant. de But. Abb. & alij, de dolo. & cont. ſed hæc ſatiſdatio de iure ſiſti, iã hode non obſeruatur in praxi, præcipuè in noſtra Luſitania.

14 Reus excommunicatus poteſt eſſe in iudicio defendendoſe, vel cauſam ſuam; ſed tamen per procuratorem ſuum reſpõdere debet. c. intelleximus. vbi Doct. de iud. & c cum inter. de except. & c. 1. vbi Ioann. Monach Arch. Ioan And. Dominic. Anch. & omnes. eodem titul. lib 6 Abb. in c. poſt ceſsionem n. 16 de probat. Paul. de Caſtr. & Alex. in l. libertus. ff. de in ius vocand. Boer. deciſ. 255. circa prin. Afflict. deciſs. 268 n. 3 & Cæſar. Vrſ. ibidem. n 1.

15 Reus ſi ſuccumbat in poſſeſſorio, nõ eſt audiendus in proprietate, niſi prius ſoluat expenſas. c. ſignificauerunt. vbi Abb. n 8. de teſtib. & clem paſtoralis. vbi Doct. de cauſa poſſ. & prop. & l naturaliter §. nihil cõe. vbi Bart Bal. Caſtr. Iaſ. & omnes. ff. de acquir. poſſ. ſolutis tamen expenſis, benè poterit reus poſtquã ſuccubuit in poſſeſſorio tranſire ad petitoriũ, & è cõtrario de petitorio ad poſſeſſorium, ante concluſionẽ in cauſa. d. clem. paſtoralis. vbi Doct. & d. c. ſignificauerunt, & d. §. nihil commune.

16 Reus non auditur ſuper ſpoliatione ſuæ Eccleſiæ, ſi ſpontanea voluntate illam abiurauit, imò probata ſua abiuratione debet ſuccumbere. c. audita. vbi Innoc. Hoſt. Ioan. And. Ant de But. Abb. & alij de reſt. ſpol. quoniam nullus poteſt venire contra ſuum iuramentum, etiã prætextu appellationis. c. ad hæc. vbi Doct. & c. quæſtioni. de appellat. ſemper enim iuramentum eſt obſeruandum, ſi ſine detrimento ſalutis æternæ obſeruari poteſt. c. ſi vero, & c. verum de iure iur. & c. accepta. de reſt. ſpol. & c. ſi aliquid 22. quæſt. 4.

17 Reus poteſt pro ponere plures defenſiones, & exceptiones, etiam contrarias, ſi cõdicionaliter illas proponat. regul. nullus. de regul iur. lib. 6. & l nemo. ex his, qui negant. vbi Dec. nu. 1. ff de regul. iur. Bart. in auth contra qui propriã. n. 6. C. de nõ numerat. pecun. & in l. cum de indebito. in prin. n. 2 ff. de probat. And. de Iſ. & Bald. in

c. 1. §.

Digitized by Google

c.1. § Item ſi vaſallus ſi de inueſt.feud.cõ-
trouerſ. fuer. Ant.de Butr.& Abb. num.3.
in c.is qui. de ſolut. & Aret.Bald.Cin. Sa-
licet.& alij in d.auth. contra qui propriã.
C. de non numer. pecun. & Iaſ. in l. ſi ex
pecunia. num.22. C.de furt. quamuis non
nulli contrariũ teneant in exceptionibus.
contrarijs in d. regul. nullus. de regul.
iur. lib.6.

18 Reus tenetur probare ſuas exceptiones,
& replicationes, ſicut actor ſuam actionẽ,
quoniam in ſuis exceptionibus,& replica-
tionibus dicitur actor. l.1. vbi Cin. Bart.
Bald. Paul.de Caſtr. Ang. & omnes. C.de
probat. & l.nemo ex his. vbi Dec.nu.5. ff.
de regul. iur. & l. in exceptionibus. ff. de
probat.Abb.in c.cum inter.nu.11.de ex-
cept.Iaſ. in l.non ſolum.§.ſciendum.nu.6.
ff.de noui ope.nunciat. & in l.iurisgentiũ.
§.qui nimo num.28 ff.de pact.& l.1.& l.2.
vbi notant ſcribentes. ff.de except.præſ-
crip.& præiud.Paz.in praxi.1.par.1.tom.
§ libellus reſponſ.verſ.expoſitio. num.19.
Merg.conſil.28. nu.37. & ita fit reus actor
in proſecutione ſuæ appellationis poſt-
quam appellauit,& tũc tenetur docere de
iure ſuæ appellationis, & probare ſe iuſtè
appellaſſe. l.hi qui ad ciuilia. vbi Doct. C.
de appellat.& gl.ver.nihil.in c.poſt appel
lationem.2.quæſt.6. & Doct. in l.vnica. ff.
nihil innouar.appella.interpoſ.quãuis gl.
ver.recepta in d.l.vnic.teneat contrariũ.

19 Reus excipiens non videtur cõfiteri in-
tentionẽ aduerſarij. c.cum venerabilis.de
except. & c. illud. de præſcript. & regula
exceptionẽ.vbi Doct.de regul.iur.lib.6.&
l.non vtiq;.vbi Bart.ff de except gl.2.in c.
cũ dilectus.vbi Doct.de ord.cogn. & Abb.
in c.cũ ſuper.n.8.de cõceſ.præb.& Bart.n.
9 & Iaſ.n.11. in l.Iulianus.verũ debitorẽ.
ff. de cond. in debit. nec qui accuſare non
valet,prohibitur excipere,iuxta text in c.
cum inter de except. quoniam excipiens
de crimine non dicitur criminaliter age-
re. c.ſuper his.de accuſat.

Reus non cogitur dicere qualitatẽ ſuæ
20 poſſeſsionis, quãuis teneatur dicere, verũ
poſsideat pro hærede,aut poſſeſſore.l.co-
gi.vbi Bart.Bald.Caſtr.& alij.C.de pet.hæ
red.& l poſſeſsiones. C.de probat. & l.fin.
C.de rei vind.& l.extat Decretum.vbi Do-
ctor.ff.de iure fiſc.& l.1.C.de edend.&hoc
tàm cũ reus conuenitur rei vindicatione,
quàm in petitione hæreditatis.ex gl.verb.
præter. cum. in d. l.cogi. vbi etiam notat
Bald. & Paul.de Caſtr. C.de pet.hæred. &
Valaſ.de iure emph.quæſt.8.n 6.

21 Reus non tenetur exhibere ſua inſtrumẽ
ta actori,vt contrà ipſum reum fundet ſuã
intentionẽ, niſi illis ſit vſurus. c.1.vbi gl.
verb.nulli.& Ioan.And.Hoſt.& Abb.n.16.
de probat.& l.1.§.edenda. vbi cõmuniter
Doct.ff.de edẽd.& l.quia accuſare. & l.fin.
C.eodem tit.Cacer.in l.nimis graue.C.de
teſt.& Iaſ.nu.1.& Alciat. pag.92. in l.1.C.
de edend.nec etiã in cauſa depoſiti tene-
tur reus edere ſua inſtrumenta ſi illis vti
non vult. l.1.vbi Iaſ.n.4.C.de edend.licet
cauſa depoſiti ſit nimis priuilegiata. l. ſi
quis. vbi notant ſcribentes. C. depoſit.&
quamuis ſint acta publica,nõ tenetur reus
illa edere, niſi originale ſit de perditũ. vt
tenet Alex.in l.2.n.4 C.de edend & Rip.
in l.1. n.5. C.eod.tit.licet contrariũ dicat
Dec.in d.l.2 n.17.niſi inſtrumenta fuiſſent
cõmunia,quia tunc teneretur reus illa ede
re. c.G.perpetuus.vbi Doct.de fid.inſtr.&
l.in fraudem. §.ex his bonis.vbi Bart. ff.de
iure fiſc.& l. prætor ait. §.1. vbi Angel.&
alij ff de edend.& gl.verb.nulli.in c 1.vbi
DD.de ꝓbat.& Bar.in d.l.1.n.5 C.de edẽd.
& hoc non ſolũ quando inſtrumenta ſunt
cõmunia, ratione proprietatis, ſed etiam
ratione cõtractus,vel negotij,facit tx.in l.
quædam.vbi Doct.ff de edend.Socin.in re
gul.112.n.9. Valaſ.de iur.emph.q.8.n.5.

22 Reus tenetur reſpondere poſitionibus,
quãuis non teneatur exhibere propria in-
ſtrumenta, quoniã in facultate actoris nõ
eſt probare illud,quod dependet ex cõfeſ-
ſione rei, ſicut poteſt probare illud, quod
continetur in inſtrumento rei, vnde licet
reus nõ teneatur exhibere propria inſtru-
menta tenetur tamẽ reſpondere poſitioni-
bus,& ſi poſtquam actor iurauerit de calũ-
nia reus iuſſus à iudice,noluerit reſpõdere
poſitionibus,abſq; iuſta cauſa, aut contu-
maciter ſe abſentauerit,habibitur pro cõ-
feſſo.c.ſi poſt.vbi Ioan.Monach.Arch.Ioã.
And.& alij. de confeſſ. lib.6. ſpecul.in ti-
tul. depoſit. §.8.verſ item quæritur,& §.9.
verſ.verum. & §.10. verſ. poteſt. & clem.
ſæpe. §. poſitionibus, vbi Doct.de verbor.
ſign.& Hoſt. in c.1.de confeſſ.lib.6. Abb.
Dec.Bero. & alij in cap.1.de probat.idem
Abb.in c.cũ cauſam.n.20 de iurament.ca-
lumn.& Guid.Pap.conſil 7.Dec.& Alciat.
in l.1.C.de edend.idẽ Dec.in c.1.de iud.

23 Et ita Actor tenetur reſpondere poſi-
tionibus rei,nam ſicut reus tenetur reſpõ-

dere poſitionibus actoris, ita actor tenetur reſpondere poſitionibus rei, & illis reſpõdere recuſans, ſine iuſta cauſa, habebitur pro confeſſo. c. 2. vbi gloſſ. verb. ſufficienter & Doct. de teſt. lib. 6. & notant Doct. ſupra relati. & hæ poſitiones poſſunt fieri in quacumq; parte litis, tàm ante conteſtationem, quàm poſtea vſq; ad concluſionẽ in cauſa cum tamẽ fiat intrà illud tempus, quo debet fieri probatio. d. c. 2. vbi Doct. de teſt. lib. 6. & notatur. in c. 1 & 2. de cõfeſſ. eodem. libr 6 Abb. in c. cum cauſam. num. 20. de iuramen. calum.

24 Reus eſt fauendus magis quàm actor, quando iura partium ſunt obſcura in cauſæ deciſione, & in ferenda ſententia. c. ex litteris. vbi Doct. de probat. & c. cum ſint partium iura. vbi notant ſcribentes de regul. iur. lib 6. & gloſſ. verb. contra in cap. contra. vbi Din. Franc. & alij eodem titul. & lib. & l. fauorabiliores. vbi Dec. num. 1. ff. de regul. iur. & glo. verb. & pertinentijs. in cap. cum ad ſedem de reſt. ſpol. & Bart. Angel. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes in l. de die. ff. qui ſatiſ l. cog. idem Bart. in l inter ſtipulantem. §. 1. nu. 6. ff de verb. obligat. Abb. in c. duobus. nu. 2. de ſent. & re iud. Bald. in l. qui accuſare. col. pen. C. de edẽd. & in l. ſi ſtatutis in fi. C. de ord. cogn. & Iaſ. in rep. l. admonendi. num. 71. ff. de iure iur. & in l. non eſt nouum. C. de edend. in principio tamen litis, & in eis, quæ reſpiciunt præparationem illius magis fauendum eſt actori, quàm reo. l. ſi quis intentione. vbi Doct. ff. de iud. & l. de die. vbi Bart. Bald. Iaſ. & alij. ff qui ſatiſdar. cog. & d. l. inter ſtipulantem. §. 1. vbi Bart. num. 6. ff. de verb obligat. & gloſſ. verb. & pertinentijs. in cap. cum ad ſedem de reſt. ſpol. circa media autem cauſæ, & circa proceſſum nulla eſt differentia inter reum, & actorem. ex gl. verb. ex pertinentijs. in d. c. cum ad ſedem. reſt. ſpol. & Iaſ. in d. l. de die. num. 2. ff. qui ſatiſd. cogant.

25 In cauſa fauorabili, ſicut eſt matrimonium, libertas, dos, teſtamentum, res pia, & alia ſimilis ſemper eſt fauendus ille qui certat de validitate rei. c. fin. vbi Hoſt loã. And. Abb & reliqui ſcribentes. de ſent. & re iud. & c. ex litteris. de probat. & l. lege Iulia. vbi Doct. ff. de manumiſſ. & l. ſunt perſonæ. ff. de relig. domib. & Bart. Bald. Iaſ. & alij. in d. l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. & l. inter partes. ff de re iud. & Dec. in l. fauorabiliores. num. 3. ff. de regul. iur.

26 Reus victus debet condemnari in expẽſis, & aliter actor quoniam regla eſt generalis, victus victori condemnandus eſt in expenſis, quæ regula habet locum tàm in reo, quàm in actore, quæ expenſæ debent conſta re ex actis, & taxari per iuramentum victoris in eis, quæ ex actis non conſtant, nec iudex poteſt remittere hanc condemnationem expenſarum, quoniam temerarius litigator afficitur damno expenſarum. l. eum qui temerè. vbi Doct. ff. de iud. & l. properandum. § ſin autem. vbi Bart Bald. Salic. Alex. Iaſ. & alij. C. de iud. & c. finem litibus. vbi Doct. de dolo. & cõtum. & c. fin. vbi glo. fin. de maior. & obed. & c. calumniam. de pœn. & auth. de iud. §. oportet. vbi Bart. coll. 6. & ita ille, qui renunciauit liti eſt condemnandus in expenſis, quamuis non dicatur ſuccumbere, attamen temerè litigauit, vſq; ad illã diſiſtentiam. vt tenet Bald. in l. poſtquam liti, & ibi Alex. C. de pact. idem Bald. In authent. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. & Iaſ. in l. properandũ. § ſin autem n. 2. C. de iud.

27 Reus tamen, qui habet iuſtam cauſam litigandi excuſatur ab expenſis, quoniam regula illa, quæ habet, vt victus victori cõdemnetur in expenſis limitatur in illo, qui habet iuſtam cauſam litigandi. l. qui ſolidum. §. etiam. vbi Bart. num. 1. ff. delegat. 2. & facit text. in § oportet. in auth. de iud. coll 6. & Bart. in l. 3. § ſi rem. num. 1. ff. delegat. 3. idem Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. properandum §. ſin autem alter vtra. C. de iud. Doct. in d. c. finem litibus. de dolo, & cont. Dec. in l. qui in alterius. num. 7. ff. de regul. iur. Lanfrac. in rep. C. quoniam contra. verſ. expẽſæ. de probat. Din. & alij in regul. cum quis de regul. iur. libr. 6. non exiſtimes tamen, quòd ille, qui obtinuit in cauſa principali, & ſuccubuit in cauſa appellationis, habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, in cauſa appellationis, quoniam cũ exprimis actis ſuccubuit non dicitur habere iuſtã cauſam litigandi. vt tenet Bart. In l. generaliter. §. ſed iuramento. n. 8. C. de reb. cred Ant. de But. & Abb. in d. c. finẽ litibus. de dolo. & cont. Iaſ. in l. properãdum. §. ſin autem. nu. 24. & alij. C. de iud. ſi autem in cauſa appellationis ſuccumberet, ex nouis probationibus, non eſſet cõdemnandus in expenſis, niſi poſtquam illa noua probatio, & cauſa illius fuit agitata in iudicio. ex Bart. in d. §. ſed iuramento. d. num.

Digitized by Google

d. num.8. Bald. in auth. generaliter. C.de Epiſc.& Cler.

28 Reus qui in parte obtinuit, & in parte ſuccubuit, debet pro rata cum actore condemnari in expenſis, quoniam tunc vterq; eſt in ſua parte victor, & vterq; victus, vnde eſt obſeruanda regula victus victori in expenſis eſt condemnandus. ex gloſſ. verb. diſpendij, in l. generaliter. §. ſin autem. C. de reb. cred. Innocent. & Ioan And. Abb. num.47. & alij. in c. finem litibus. de dolo. & cont. & Bart. Bald. Aret. Salicet. Iaſ. & alij in l. properandum. §. ſin autem alter vera. C. de iud. & Imol. in l. qui ſolidum. in prin. ff. delegat. 2. & Bald. in l. eos. 1. §. cautione. C. de appellat. ſpecul. titul. de expenſis. §. pen. ad fin.

29 Reus conuentus, qui ſtatim cõfeſſus eſt debitum, & antea non fuit interpelatus à die, vel ab homine, nõ eſt condemnandus in expenſis, aut ſi poſtquam actor obtulit inſtrumentum diſiſtit à lite, quoniam tũc non dicitur temere litigare, imò vſq; ad terminum illum habuit iuſtam cauſam litigãdi. ex Bart. n.2. & Dec. n 7. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & in l. ſi quis inficiat. ff. deposit. Idem Bart. & Alex. col. 3. verſ. iuxta hoc, & Iaſ. num. 12. in l. properandum. §. ſin autem alter vltra. C. de iud. Ang. in l. deſtitiſſe. ff. eodem. & colligitur ex mente Abb. in c. 2. num. 3. de ſecund. nupt.

30 Reus accuſatus de crimine, ex officio iudicis tantum, eſt condemnandus in expenſis, quamuis à crimine abſoluatur, & licet de iure communi ille, qui abſoluitur à crimine debeat etiam abſolui ab expenſis, litis. vt tenet Sarmient. libr. 1. Celect. cap. 1. Segur. in direct. iud. Eccleſiarum. 2. part. cap. 12. num. 5. attamen conſuetudo contrarium obſeruat. imo ſemper reus eſt condemnandus in expenſis quamuis à crimine abſoluatur, ſi non detur calumnia; fraus, aut dolus, in prometore, fiſcali, ſiue alio accuſatore ex officio iuſtitiæ, quia ſi per calumniam accuſauerint non tantũ condemnabuntur in expenſis reo, ſed etiã tenebuntur ad iniuriam, & damnum, pro arbitrio iudicantis. conſiderata qualitate calumniæ, fraudis, & delicti, vt tenet Albert. in l. ea qui lem. num. 9. C de accuſat. Bald. in l. qui crimen. nu. 28. C. eodem Anania. in c. accedens. num. 11. de accuſat. Card. in c. libellorum. col. 2. in fin. 2. quæſt. 8. Ign. de Salzed. cap. 153. verſ. damnari. & Iul. Clar. libr. 5. § fin. quæſt. 62. num. 4. & ita obſeruat praxis in omnibus criminibus, vbi reus accuſatur à iuſtitia.

Verbo Rex.

1 REX in ſuo Regno, eſt Monarcha omnibus præcellens, & Princeps terræ in temporalibus. gloſſ. verb. cæleſte. in l. iubemus. 1. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & gloſſ. verb. Deo. in l. 1. §. ad municipalem. ff. ad leg. falc. And. de Iſ. & Fed. in l 1. C de prohib. alien. feud. & c. ſolitæ. de maior. & obed. Afflict. deciſ. 120. num. 6. & fuerunt Reges primi domini, quibus populus obediuit, à tẽpore Saulis, qui fuit primus Rex lib. 1. Reg. cap. 10. Bald. in tract. ſchiſmat. col. 10. verſ. & eſt notandum. Old. cõſil. 69. col. 2. in fin. And. de Iſern. in Rubr. quæ ſint Reg. col. 2. in prin. & facit text. in l. 2. ff. de orig. iur. Marant. de ord. iud. 3. part. num. 15.

2 Regalis tamen poteſtas in ſpiritualibus ſubeſt Sacerdotio Pontificali, & illi tenetur obedire. c. ſolitæ. vbi Doct. de maior. & obed. & c. ſuſcipitis. diſt. 10. c. cum ad verum. diſt. 96. & ſuſcipit Rex laudem, & honorem, quando vocatur filius Eccleſiæ, & Summus Pontifex ſemper eum filium vocat. c. quàm graui. de crim. falſ. & c. cõmunior circa fin. 13. quæſt. 8. & gloſ. verb. filij noſtri. & Doct. in extrauag. Ioan. 22. de Iudæis. & Sarracen.

3 Reges, & Imperatores tenentur in ſua coronatione præſtare iuramentum fidelitatis Eccleſiæ Romanæ, vt ſint defenſores, & Protectores Summi Pontificis, in omnibus neceſſitatibus, & vtilitatibus illius, cuſtodiendo, & defendendo, & conſeruando poſſeſsiones, iura, & honores Eccleſiæ Romanæ. clem vnica. vbi Ioan. And. Anch. & omnes. de iure iur. Afflict. deciſ. 2. nu. 3. & deciſ. 24. nu. 4. & habetur in libro Pontificali Eccleſiæ Romanæ, & etiam perſonas Eccleſiaſticas tenẽtur Reges defendere. vt continetur in d. lib. Pontificali, & refert Afflict. d. deciſ. 24. d. n. 4.

4 Reges vngebantur in vecteri teſtamento, vt habetur in lib. 1. Reg. cap. 10. & lib. 3. cap. 1. & alibi. & etiam hodie nonnulli Reges vnguntur oleo. in brachio non autẽ in capite, ſicut Summi Pontifices c. vnico. vbi Gofred. Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de Sacra vnct.

5 Rex poteſt condere legem, & ſtatuta in ſuo

ſuo Regno, quia hoc munus ad Regem tantum pertinet. debet tamen illa cōdere cum de liberatione procerum ſuorum populorum, & ſuorum ſenatorum. l. humanum. vbi gloſſ. verb. vniuerſorum. C. de legib. & Bart. in l. ſi Imperialis. n. 2. C. eodē titul. & facit text. in c. forus de verb. ſign. & in c. Moyſes. diſt. 7. attamen de conſuetudine non obſeruatur. vt Reges condant leges, ſeù ſtatuta cum de liberatione ſenatorum, & procerum ſuorum populorum, ſed illas per ſe condunt, & faciunt publicari in ſua Chancelaria, & tunc illas faciūt obſeruari, per ſuos miniſtros. vt tenet Alc. in l. placet. in prin. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. Oroſ. in l. 1. num. 1. ff. de conſt. princip. & in l. omnes populi. nu. 47. ff. de iuſt. & iur. Claud. Aquenſ. in l. 1 col. 3. eodē. non poteſt tamen illas condere in rebus Eccleſiaſticis, quoniam in illis, ſancio illarum expectat ad Summum Pōtificem, niſi Eccleſia hoc petat. cap. bene. diſt. 96 & §. hin. diſt. 17. & gl. verb. Eccleſiam. per tex. ibi in c. lege. diſt. 10.

6 Rex habet ordinariam iuriſdictionem, & merum, & mixtum Imperium in ſuos ſubditos, & coram illo, ſeù coram eius miniſtris tenētur ſtare iuri, nec illud poſſunt declinare, ſine licentia illius quoniā Rex, ſeù Princeps de iure communi habet intentionem ſuam fundatā in omnibus, quæ continentur ſubfinibus ſui Imperij, ſeù Regni. vt omnia ſubſint illius iuriſdictioni. arg. tex. in c. fin. de offic. Arch. & Ioan. And. ibidem & facit tex. in l. 1. C. de proh. alien feud. Abb. in c. ſi diligenti. num. 2. de præſcript. & Bart. num. 15. & Iaſ. num. 18. in l. 1. ff. de iuriſd. omnium iud. Alciat. in l. 1. num. 15. ff. de acquir. poſſ. Montal. in l. 5. titul. 28. part 3. Caſſan. in conſuet. Burg. in Rubric. §. 9. num. 5. verſ aliquando. col. 4. in fin. Palat. Rub. in c. per veſtras. in Rubric. §. 48. num. 47. Afflict. deciſ. 265. num. 34. & Cæſar. Vrſ. ibidem. nu. 34. Auilens. in lib. prætor. cap. 1. num. 2. & num. 13. Auend. in lib. 1. exequend. mand. cap. 4. num. 3. & 5. verſ. & in quantum. Valaſc de iure emph. quæſt. 8. num. 21. Gerip. conſil. 12. num. 29.

7 Rex etiam habet intentionem fundatā de iure communi ſuper dominio omniū rerum, quæ ſunt ſitæ inter limites ſui Regnī nam ex eò quòd res, & iura ſunt intra ſuos limites, videntur ſubeſſe dominio, & iuriſdictioni illius, facit text. in cap. fin. de

c.

offic. Arch. & in l. 1. C. de prohib. alien. feud. & Bald. in l. nec ſi volens. C. deliberal. cauſ. & Iaſ. in vſib. feud. nu. 52. & omne regimen Reipublicæ, remanet apud Regem, ex c. in apibus. 7. quæſt. 1. & omnis iuriſdictio diriuatur à Principe. vt tenet Alexand. in l. 1. num. 35. ff. de iuriſd. omnium iud. Bald. in l. more. ff. eodem. & in c. 1. § iniuria. in princ. col. 4. de Pac. iur. firmat. Fel. in Rubric. num. 4. de appellat. Alex. conſil. 16. lib. 5. Grat. voto. 28. Auil. d. lib. 1. prætor. cap. 1. num. 13.

8 Imperium dicitur merum, & mixtum, nam merum Imperium dicitur illud, quod mere collatum eſt in Principe, & nulli alij eſt ſubiectum ſed ipſi ſoli Principi competit, vt eſt facere legem vniuerſalem diſtinguentem in omnes ſuos ſubditos, & punientem delinquentes, inferentem vltimū ſupplicium, vel alias pœnas inferiores, & iuſtitiam laxantem, ſeù coercentem itaq; comprehendit maximum, & minimū Imperium, Imperium vero mixtum eſt iuriſdictio, quæ exercetur nobili officio iudicis, reſpiciens priuatam vtilitatem. l. Imperium. vbi communiter Doct. ff. de iuriſd. omnium iud. Abb. in c. quod Sedes. n. 5. de offic. iud. ord.

9 Rex aut ſuccedit in Regnum per ſucceſſionem, aut per electionem, licet communiter ſuccedat per ſucceſſionem. c. grandi. vbi Doct. & gl. verb. Regis, de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. gloſſ. verb. non ſanguini. in c. Moyſes 8. quæſt. 1. & facit tex. in c. licet. de voto. Abb. in c. intellecto. num. 5. de iure iur. & Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuriſd. omnium iud. & filius primogenitus ſemper de conſuetudine ſuccedit in Regnum ita quòd pater non poteſt priuare filium primogenitum à ſucceſſione Regni, nec nepotem filium illius primogeniti. l. fin. C. de imp. & alijs ſubſt. & l. liberorum ff. de verb. ſign. & d. c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. libr. 6. & Innocent. in d. c. grandi. in prin. & c. contra dicimus §. hac auctoritate. 35. quæſ. 3. & Ioan. And. Abb. & alij. in d. c. licet. de voto. idem Abb. in c. intellecto. num. 5. de iure iurand. & Iaſ. in l. nemo. num. 3. ff. delegat. 1. & vbi eſt filius legitimus non poteſt ſuccedere filius illegitimus. d. c grandi. vbi gloſſ. verb. legitimo. & Doct. de ſuppl. negl, prælat. libr. 6. & facit text. in c. per venerabilem. in fin. qui fil. ſint legit. & ſi ipſe filius primogenitus fuerit in ſufficiēs debet tunc Regnū

guber-

Digitized by Google

gubernari per curatorem à Papa conſtitutum cum deliberatione procerũ, & maiorum Regni ipſius. attamẽ ipſe filius primogenitus non eſt priuandus ſua ſucceſſione Regni. d. c grandi. vbi notant communiter ſcribentes, niſi ille primogenitus fuiſſet mente captus, aut perpetuò furioſus, aut prodigus, ita vt mentis intellectũ nõ haberet, quia tunc ſecundogenitus ſuccedit in Regnum. facit doctrina Bald. in auth. hoc amplius. col.2. C de fid.cõmiſſ. & in proœm Decret. Greg in col.3 in fin. Iaſ in l.nemo. num.3. ff. delegat.1. & dixi verb.filius.§ 71.

10 Si duo filij naſcerentur ex vno ventre in primo partu, & non appareat quis prius natus, tunc poterit pater gratificari cui illorum noluerit, & illum in teſtamento ſuo inſtituere. hæredem Regni, ſeù Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel Maioratus, & ſi fortè pater non diſpoſuerit in teſtamẽto. tunc ſi Regnum, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Maioratusvè poteſt pati diuiſionem, fiet diuiſio, inter illos. ſi autẽ diuiſionem non patiatur. erit Rex ille, quẽ populus elegerit, ſiue Dux, vel Marchio, quem ſubditi elegerint, in maioratum vero ſuccedet, quem ſors elegerit. arg.text. in l.ſi ita ſcriptum. ff delib.& poſthu.& in l.qui quadraginta. ff ad leg. falc. & notant § alicet. & Iaſ.num.18 in l.ſi extraneus.ff. de cond.cauſ dat. Bald. in auth. ex teſtamento. col.18. & col.fin. C de collat.& in l. in quibus. C.de ſecund.nupt. & Doct.in l Arethuſa.ff de ſtat. homin. & in d. l.ſi ita ſcriptum. ff.delib. & poſthu. Merg conſil. 54. num.21.

11 Si autem Rex non habuerit filios, qui in Regnum ſuccedere poſsint, tunc ſuccedet frater, ſeù proximior conſanguineus. ex linea paterna, ſeù materna, à qua Regnũ procedit. c.grandi. vbi gloſſ.verb. Regis, & Doct.de ſuppl.negl.prælat. libr.6 Abb. In c.intellecto. num.5. de iure iurand. & c.licet. vbi Abb. num 6. & alij.de voto. & quando per legem ſtatutum, vel conſuetudinem aliquid de venire debeat ad primo genitum ſubhoc verbo, ita pro lato non comprehenditur fœmina, maſculo exiſtẽte, licet ſit iunior, & à linea fœminina proveniat, vt tenet Petr.de Bella.Pert & Aret. in l.pater. § quindecim.ff deleg.3 & Bald. in l.1. ff de ſenat & in l.multis. ff. de ſtat. hom.Palat. Rub.in Rubric.§ 69 num.24. Pariſ. conſil.72. num 8. libr.4. Guid.Pap. deciſs.506. & Socini conſil.90 in fin.lib 1. Tiraquel.de prim gen. quæſt.10. num.16. & quæſt.11. num.2.

12 Regnum debet eſſe vnicum, & non eſt diuidendum quoniam ſi Regnum diuidatur, citò diſtrueretur, & vnicus Princeps in eo eſſe debet. c.in apibus.vbi gloſ.ver. vnus & Doct.7 quæſt.1. & gloſſ.fin. communiter approbata. in c.licet. de voto, & Doct ibidem.& Luc. cap.11. nec in bonis Coronæ quis ſuccedit iure hæreditario, vel ad ſimilitudinem iuris hæreditarij, ſed ex conceſsione. vt reſoluit Ant. Rub. in l.Gallus. §.quidam rectè.col.3. ff.delib. & poſthu. & Alex. conſil.349. col.2. verſ. per quæ concluditur. lib.2. Abb.conſil.85. lib.1. Old.conſil 224. num.28.

13 Rex non poteſt alienare bona Coronæ, ſed tenetur honorem iura, bona, & poſſeſsiones Coronæ, ſeruare illibatas. quoniam bona Regni, non ſunt propria ipſius Regis. imò ſunt illius dignitatis regalis, & non tantum illa bona Coronæ alienare nõ poteſt, ſed poteſt reuocare alienata. c.intellecto. vbi gloſ.verb.Regni, & Innocent. Abb. Bald. Imol. Anch.& alij.de iure iur. & facit text. in l. prohibere. §. planè. vbi Bart. num.5. ff.quod vi, aut clam.& Palat. Rub. in Rub.in Rubric. §.80. num.7. & §. 69. de donat.inter vir. & vxor.Mench. de ſucceſſ.creat.circa. §.10.num.248. Alciat. in l.tranſactione C de tranſact Baeça. de dot. cap.11. num.84 & Coſm. in pragm. in gloſſ.proœm.ſuper verb.depereunt.col. 4. fol.mihi.16 Bart. in titul.de pace.cõſt. col.30. verſ. poſsideat. & Din. in l. digna voz, C.delegib.& Iaſ.inuſib.feud.num.80. Lud.de Molin.de prim.gen. libr.1.cap 3. num.17. Felin.in c.ad audientiam. num 4. de præſcript. Tiraquel.de prim.gen.quæſ. 35. num.19. Cou.ru.in rep. cap. quamuis pactum.2 part. §.2 num.4. de pact. lib.6. Valaſ.conſult.69.num.14.

14 Rex tamen bene poterit facere modicas donationes de bonis Coronæ, ita tamen quòd dignitas regalis grauiter non lædatur, abſurdum enim eſſet, ſi illa magnificentia regalis, non poſſet facere aliquas donationes, cui ſibi placuiſſet, ſaltim ſine magno præiudicio ſuorum ſucceſſorum. vt tenet Bald.in l.ſi certarum.ff de teſtam. milit. idem Bald.in margarita, ſuper verb. Rex poteſt donare, & Iaſ.inuſib. feud. nu. 80. & Doct. in cap. intellecto. de iure iur. Bart.in l.prohibere. §.planc. nu.5. ff quod

vi, aut

vi, aut clam. Old.conſil.94. col fin. & Iaſ. conſil.10. num.3. lib.3. Afflict.in proæm. feud. num.120. & in c.1. nu.71. qui feud. dar. poſſ. Lud Molin.de prim.gen. libr.1. cap 3. num.18. Valaſc. conſult.132. nu 3. Imò Rex ſolet cõcedere aliquas terras ſui Regni, baronibus, & perſonis nobilibus, & creare Duces, Marchiones, Comites, & alios dominos terrarum, cum donationibus bonorum Coronæ. vt Regnum nobilitetur, & Rex in ſuos bene meritos, beneuolus oſtendatur, non tamen ita largiter, vt magis videatur prodigilitas, quàm beneuolentia, & hæc conſuetudo ſemper in Regibus, & magnis Principibus fuit obſeruata, nec tanquàm laudabilis eſt mutãda, ſed obſeruanda. c.ad Apoſtolicam, vbi Abb.num.3. de ſim.& cap.cum in tua. vbi Doct.de conſuet.lib.6 Afflict.deciſs.265. n.82.& Cæſar.Vrſ.vbi dem. n.11. & faciũt notata. per Alex.conſil.107.lib.2.

15 Rex potius debet habere ratum factum ſui prædeceſſoris, quàm in validum, ſi aliquod præiudiciale non contineat, quoniã beneficiũ Principis debet eſſe permanens & non debet recipere diminutionem l. hac ſaluberrima C de præpoſit. agent. in reb. libr.12. & auth de conſt quæ dign.§. illud. coll.6. Cin. Bald. & alij. in l. digna vox. C de leg. & Doct.in c.Abbate ſane.de re iud. lib 6. Afflict. deciſ.2. num.2.& deciſ.17.num.5. non tamen ita, quod ad hoc obligetur vi coactiua, ſed vi directiua quoniam vnus Rex, ſeù Princeps non imponit legem alteri ſucceſſori: vt tenet Bald. in l.1. ff.de conſt. princip. & And.de Iſer. in c.1. §.eo tenore. in fin.qui ſucced. ten. inuſib.Cæſar.Vrſ. deciſ.17.n.9.

16 Rex obligatur ex contractibus ſui prædeceſſoris, quatènus ille contractus concernit Imperatoriam, ſeù regalem dignitatem, vt reſoluit Aimon. conſil.241. incipit.Princeps. num.17. & tunc ſe, & ſuum ſucceſſorem obligat. ex Gram. conſil.47. & Paul.de Caſtr. in l.digna vox. C de leg. & in conſil.151.num.11. Cæſar.Vrſ.deciſ. 282. num.3. nec licet Regi venire contra. ſuum cõtractum in præiudicium alicuius tertij, ex Bald. in c.1. de nat. feud. & in l. qui ſe patris. C.vnde liber.& And.in cõſt. Regni. ea quæ ad decus. Abb. in c.1. nu.1. & alij. de probat. & Card.in rep.c.perpẽdimus. de ſent.excommunicat. niſi cõtractus eſſet in magnum præiudicium ipſi Regi, vel Regno, quia tunc illũ obſeruare non teneretur. vt reſoluit Gramat. conſil. 59. Capic.deciſs.122.à nu.12. Cæſar Vrſ. deciſ.17.num.12 Bald.in l.fin. ff.de ſenat. & in l.pen. C de donat.inter vir.& vxor & Gozad conſil.5.& deciſ.334. & Afflict.deciſs.361. num 6.

17 Rex non poteſt auferre ſuis ſubditis bona ſua propria, nec ſuas libertates, imò ſi non permittat ſuis ſubditis, vt ſuis bonis fungantur, & tueantur ſuis libertatibus, & hæc illis auferat ſine iuſta cauſa, peccat mortaliter, & tenetur reſtitutioni arg tex. In l.vnica. cum ibi notatis. C.ſi quacumq; præd. poteſt & eſt text. in c.ſi res aliena. 14 quæſt.6. Nau. in Manu. cap.25.num 6. & ita ſi regna aliena iniuſtè appetit, aut bella iniuſtè mouet. c. quid culpatur. 23. quæſt.1.& d. cap.ſi res aliena 14. quæſt.6. facit text.in cap.ſæpe. cum ibi notatis. de reſt. ſpol.

18 Regnum, quod detinetur à faucibus Turcarum, Maurorum, aut quorumcumq; infidelium poteſt à quocumq; recuperari, & optimum, & iuſtum bellum eſt illud, quod mouetur contra infideles, & inimicos noſtræ fidei Catholicæ, & quicumq; illud redemerit, aut recuperauerit conſequetur plenum dominium illius, ſine recognitione alterius, ſuperioris, ſicut Reges noſtri Hiſpaniæ, nõ ſubſunt Imperio, nec recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus, quia eruerunt Regna Hiſpaniæ à faucibus Maurorum à quibus tenebantur anno domini 800 gloſſ.verb.per ſingulas. in c.Adrianus.2.diſt.63.& Abb.in c.quanto. nu.6. de iur.iur. Iaſ. in l.id quod apud Hoſtes. num. ff.delegat 1. Abb.in c venerabilem. numer.16. de elect. & latè notat Vancius in annalibus Hiſpaniæ Sarraceni occuparunt totam Hiſpaniã, & à Regibus illius fuerunt expulſi, & à Granatæ Regno fuerunt expulſi à Petro filio Alfonſi Regis Caſtellæ, vt notat extrauag. vnica. & ibi Doct.de Iudæ.& Sarracen.l.an.22.

19 Machometa fuit, ille, qui dedit legem Sarracenis, & inſtituit illam peſtiferam, & præiudicialem ſectam Maurorũ, & à principio ſuæ vitæ fuit Romæ nutritus à quodam clerico nobili, & poſtea apoſtatauit à fide Catholica, & docuit illam ſectam, quæ poſtea creuit, ſicut creſcunt malæ herbæ, & infructiferæ, & productæ à terra tantum, ſine vllo facto hominis, quod interuenit in bonis holeribus, gloſſ.verb. Machometum, in clem.vnica.de Iudæis, & Sarracen.

Digitized by Google

Sarracen. & habetur in Hiſtoria Pontificali Eccleſiaſtica.

10 Rex Franciæ non ſubeſt Imperio, nec etiam recognoſcit ſuperiorem in temporalibus. vt tenet Abb. in c. ſuper. num. 3. de priuileg & in c. venerabilem. nu. 19. de elect. & in c per venerabilem. num. 9. qui fil. ſint legit. & Innocent. Ioan. And. & alij ibidem. & Bald. in cap. 1. col. 2. in titul. de inueſt. in mar. fact. verſ. feud. & in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. præt. & Doct in clem. 1. de iure iur. & Bart. in l. Hoſtes. num. 6. ff. de capt. idem Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. Bald. in c. 1. in prin. de pact. iur. firmat. & Ioann. de Imol. in l. Infantem ff. de publ. iud.

21 Rex Franciæ habet ſex menſes ad apræſentandum in beneficijs Eccleſiaſticis ſui Regni, Rex vero noſtræ Hiſpaniæ ferè in omnibus beneficijs Eccleſiaſticis. vbi habet ius patronatus præſentat toto tempore, & in omnibus Epiſcopatibus ſui Regni habet ius præſentandi toto tempore anni. ex extrauag. vnica. de treg. & pace intercoēs. cum ibi notatis.

22 Rex poteſt ex iuſta cauſa mutare volūtates defunctorum diſponētium circa res prophanas, & circa formam adminiſtrationi illarum, quoniam ſicut perſonæ diſponentes ſunt ſubditæ Regi, ita diſpoſitiones eorum, quoad iuſtam regimen, in temporalibus, ex his, quæ notat Cou. ruu. lib. 3. var cap. 6. col. 4. Valaſ. conſult. 105. nu. 28. circa tamen voluntates defunctorum diſponentium circa res pias, non poteſt commutare, vel mutare niſi Epiſcopus. ex Tridentin. ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat. & dixi ſupra verbo. Epiſcopus. §. 10.

23 Rex poteſt diuidere prouincias, & conſtituere in illis miniſtros, qui ſubditis iuſtitiam adminiſtrent, & faciant omnia, quæ Reipublicæ competant, & in his diſponere tanquàm bonus pater familias. l. ſi eadem. ff. de offic. adſeſſ. & c. lege Imperatorum. vbi gloſſ. verb. diuiſis. & Doct. diſt. 10. & gloſſ. verb. ereximus. in extrauagant. vnica. 1. de off. iud. delegat. intercommunes. & l. 1. vbi Doct. C. de Metropol. Ber. libr. 12.

L I T T E R A S.

Verbo Sacramentum.

1 SACRAMENTVM Eccleſiæ eſt Sacræ rei ſignū, ſanctificans nos, inuiſibilis gratiæ, viſibilis formæ. vt tenet Auguſt. libr. 10. de ciuitat. Dei. & magiſt. ſent. & alij. in 4. diſt. 1. & Sanct. Tho. 3. part. quæſt. 60 art. 2. Thom. Vuald. tom. 2. de Sacrament. cap. 2. Oſius de Sacramēt. Eccleſiæ. cap. 32. Caniſ. in lib. de Sacrament. cap. 3. Nau. in Manu. cap. 22. num. 1. Led. de Sacrament in prin. ſumma Sacrament. § 1. Emriq. de Sacrament. in prin. & eſt text. in c. ſacrificium. de conſecrat. diſt. 2. & Doct. in Rubric. de Sacrament. nō iterand.

2 Sacramenta nouæ legis differunt à Sacramentis veteris legis. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. nā Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, dignè ſuſcipientibus, ex opere operato, & aperiunt Cœli ianuam, quoniam Chriſtus in ſua Paſsione aperuit illā Cœli ianuam omni generi humano. Matth cap. 25. Paul. ad Eph. cap. 2. & ad Rom cap. 8. & Marc cap. 1. & Luc. cap. 3. & Ioan. cap. 5. Trid. ſeſſ. 7. can. 6. Sacramenta vero veteris legis non aperiebant Cœlum. vt probatur ex Sacra Scriptura. Geneſ. cap. 37. & cap. 44 & Iob. cap 14. & cap 17. & Pſalmo. 88.

3 Sacramenta nouæ legis alia ſunt alijs digniora diuerſis reſpectibus. ex Trid ſeſ. 7. can 3. & gloſſ. verb. quam corpus. in c. nihil de conſecrat. diſt. 2. Merg conſil 16. Reſpectu efficaciæ Baptiſmus ſuperat omnia alia Sacramenta, quia omnia peccata eius virtute, & efficatia remittuntur. c. maiores. § ad id. vbi Doct. de Baptiſm. & cap. per Baptiſmum, & c. firmiſsimè, & c. non poteſt cum multis alijs. de conſecrat. diſt. 4. & c. nullus. de pœn. diſt. 7. & c. acutius. diſt. 26. Reſpectu conſummationis præſtantior eſt Extrema Vnctio, quia dignè ſumpta dat conſummationem gratiæ. c. 1.

vbi

Digitized by Google

vbi Doct. de SacraVnct. Reſpectu vero dignitatis, & ſanctitatis præſtantius eſt Sacramentum Euchariſtiæ.c.nihil.de conſecrat.diſt.2. & c.multi.1 quæſt.1. Reſpectu reparationis præſtantius eſt Sacramẽtum Pœnitentiæ, quia ſi aliquis poſt Baptiſmum inciderit in peccatum, non reparatur, niſi per Sacramentum Pœnitentiæ, & dicitur ſecunda tabula poſt naufragium. c.ſecunda. vbi Doct.de pœn.diſt.1. Reſpectu conferentis præſtãtius eſt Sacramentum Confirmationis, quoniã ab Epiſcopo confertur. cap.manus.de conſecrat. diſt.5. Reſpectu regiminis præſtantius eſt Sacramentum Ordinis. Hoſt.in ſumma de Sacrament.non iterand. Reſpectu ſignificationis præſtantius eſt Sacramentũ Matrimonij, quoniam ſignificat Chriſti vnionem cum Eccleſia. c.debitum. vbi gloſſ. verb.Sacramentum, & Doct.de bigam. & c.accutius. diſt.26. & Abb. in Rubric. nu. 2. verſ.quæro.de Sacrament.non iterand. Bart.ab Ang.Dialog 1. §.15. & §.22.

4 Sacramenta fuerunt à Chriſto Domino inſtituta ad ſalutem generis humani, quoniam nullus ſaluari poteſt, niſi in Sacramentis Eccleſiæ. c.1. §. vna. vbi Doct. de ſumm. Trin. & c.maiores, & c.debitum de baptiſm. & c. filius Dei. & c. non dubito. de conſecrat.diſt.4 & Ioan. cap.3.& Trid. de Sacrament.in gen.can.4.

5 Sacramenta tribus de cauſis inſtituta fuerunt, quamuis Deus vnico Verbo omne genus humanum ſaluare poſſet, videlicet propter humilitatem, & eruditionem, & exercitationem. ex gloſſ.in cap.inſtitutio Miſſarum. de conſecrat. diſt.2. dum enim homo ex Dei præcepto ſe rebus ſenſibilibus, & inferioribus reuerenter ſubijcit, & humiliat, meretur apud Deum. cap.qui ſe ſcit.2. quæſt.6 & propter eruditionem, vt mens erudiatur per id, quod foris videtur in ſpecie, viſibili ad cognoſcendam inuiſibilem veritatem, quæ intus conſiſtit.cap. quia corpus. de cõſecrat.diſt.2. & propter exercitationem, quia homo nõ debet eſſe ocioſus, & ideò proponitur ei. vtilis, & ſalubris exercitio in Sacramẽtis. vt declinet vanã, & noxiã occupationẽ, vnde emanãt arma Hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuandas. c.niſi cum pridem. §.verum. de renunciat & gloſ.in d. c.inſtitutio Miſſarum.vbi ſupra Abb.in Rubric.num.3.de Sacrament.non iterand.

6 Sacramenta nouæ legis, ſunt ſeptem videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium, & Excommunicantur, dãnantur, hæreticiq; reputantur illi, qui ſentire, docere, prædicare, præſumpſerint Sacramenta nouæ legis plura, ſeù pauciora eſſe, quàm ſeptẽ, aut omnia à Chriſto Domino noſtro non fuiſſe inſtituta. c.adabolendam. vbi Abb. nu.2. de hæret.& Ioan. And. Fel. & alij in Rubric. de Sacrament. non iterand. Trid ſeſſ.7. can.1. & Nau.in Manu cap.22. num.2.

7 Tria requiruntur in quocumq; Sacramento, de eſſentia illius, ſcilicet materia, & forma, & intentio miniſtri, & ſi aliquod eorum deficiat, non fit Sacramentũ. vnde in Concil.Florẽt. ſic diffinitur tribus perficiuntur Sacramenta, videlicet rebus tanquàm materia, verbis tanquàm forma, & perſona miniſtri conferentis Sacramentũ, intentione faciendi, quod facit Eccleſia. Sot. in 4.ſent. diſt.1. in textu. & in diſt. 3. quæſt.1. artic.8. & diſt.26.quæſt.2.artic.3. Sanct.Thom. 3.part. quæſt.60. art.4. & 7. & quæſt 64. art.8. Magiſt.in 4.diſt.1.ſumma Ang.ver.Sacramentum. §.1.& Ricard. in 4.ſent. diſt.1.art.1.quæſt.1. Nau.in Manu. cap.22. nu.2. Bart. ab Ang. Dialog.1. § 7. Trid.ſeſſ 7.can.11.& ſeſſ.14 c.2.

8 Sacramenta nouæ legis omnia ſunt neceſſaria ad ſalutem, & non ſunt ſuperflua, quoniam, vel ſunt neceſſaria ſimpliciter, vel ſecundum quid. vt tenet D. Thom. 3. part. quæſt 65. artic.4. & in 4.ſent. diſt.7. quæſt.1. art.1. & quæſt.2. Sot. in 4.diſt.1. quæſt.6. art.4. Bart. ab Ang. Dialog.1. §. 12. verſ.dico. Trid.ſeſſ 7.can.4. Merg.cõſil.38. num 10.

9 Sacramenta nouæ legis, quædam ſunt iterabilia, & quædã non, & hæc datur differentia, quoniam Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo imprimunt characterem, & ideo non poſſunt iterari, alia vero quatuor Sacramenta non imprimunt characterem, & ideo iterari poſſunt. Abb.in Rubric.nu. 1. verſ.tertio. de Sacrament. non iterand. & Sanct. Thom. 3.part. quæſt.63. artic.6. Ricard.in 4.diſt.5. art.2. quæſt.3. & quæſt. 4. Bart. ab Ang. Dialog.1. §.17. Ang.in ſumma verb.Sacramentum.§.11.Trid.ſeſ. 7 can.9. & verum reitirans illa tria Sacramenta imprimentia characterem incurrat irregularitatem. dixi ſupra verb.irregularitas. §.28.

10 Sacramenta ſunt gratis conferenda, & ſine

Digitized by Google

ſine vlla prauitate, & à Catholico miniſtro. vt rectè conferantur. cap. veniens. §. Chriſma. vbi gloſſ. 1. & Doct. de præſcript. non habent tamen Sacramenta ex ſe aliquem deffectum, quamuis à malis miniſtris conferãtur, quoniam quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt. c. veſtra. vbi Gofred. Hoſt. Innocent. Ant. de Butr. Ioann. And. Abb. & alij. de cohab. cler. & mulier.

11 Sacramenta Eccleſiaſtica ad duo ordinata fuerunt videlicet ad perficiendum, & ponendum hominem in vita ſpirituali, & in cultu Religionis Chriſtianæ, & in remedium contra peccata, tàm originalia, quã actualia. c. maiores. vbi Doct. de baptiſm. & ſomma Sacrament. de Sacrament. in cõmuni. §. 6. verſ. ſufficientiam.

De Sacramento Baptiſmi.

1 BAptiſmus generaliter loquendo, eſt denuò regeneratio, quia cũ mortuus eſſet homo per peccatum, recipit vitã per lauacrum regenerationis, & renouationis. c. debitum de bapt. & clem. vnic. §. ad hoc. vbi Doct. de ſum. Trin. & Ioan c. 3. & Trid. ſeſſ. 7. de bapt. can. 2. quamuis alij aliter diffiniant, ſed hæc eſt propria, & vera diffinitio, cõprehendens tam baptiſmũ aquæ, quàm flaminis, vel ſanguinis.

2 Baptiſmus eſt triplex, videlicet, fluminis, flaminis, & ſanguinis. vt tenet Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 4. quæſt. 3. artic 3. & quæſt. 1. & 3. part. quæſt. 66. & quolibet. 6. art. 4. & Damac. relict. per Sanct. Ant. 3 p. titul. 14. cap. 13 & Sot. in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 11. Ricard. in 4. diſt. 4. art. 2. quæſt. 1. & Doct. communiter. in c. 1. per text. ibi de presb. nõ bapt. & Syluest. verb. baptiſmus. 1. §. 1. & Angel. verb. baptimus. 1. §. 1. & ſumm. Sacramẽt. verb. baptiſm. §. 24. Bart. ab Angel. Dialog. 2. de Sacramẽt. bapt. §. 1. & quamuis Eccleſia dicat, vna fides, & vnũ baptiſma eſt ab omnibus fideliter confitẽdum, ſicut vnus Deus. vt eſt text. in clem. vnica. §. ad hoc. vbi gl. ver. vnus. & ibi Ioã. And. Zabarel. & alij de ſumm. Trin. & magiſt. 1. ſent. diſt 24. D. Pau. ad Epheſ. c. 4. tamen tria dicuntur baptiſma non quòd omnia tria baptiſmata ſint Sacramentũ Eccleſiæ, nec dicitur verè baptiſmus, niſi baptiſmus aquæ; attamen baptiſmus ſanguinis, & flaminis dicitur baptiſmus, quia ſupplet vicem baptiſmi aquæ, & in illo includitur, vnde remanet vera propoſitio, vna fides, vnicum baptiſma, ſicut vnus Deus: ex quo dixit Sanct. Auguſt. in lib. 4. de vnico bapt. paruul. baptiſmi vicem aliquãdo implere paſsionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum fuit hodie mecum eris in Paradiſo. Luc. c. 23. & tenet D. Tho. in 4 ſent. diſt. 4. quæſt. 3. art. 3. quæſt. 1. & 3 p. quæſt. 66. art. 11. & S. Ant. 3. p. titul. 14. cap. 13. ante. § ſumma confeſſ. lib. 3. titul. 24 q. 20. ſumm. Ang. verb. baptiſmus. 1. §. 1 Ricard. in 4. diſt. 4. art. 2. q. 1. Bart. ab Ang. Dialog. 2. de bap. §. 2. & cap. debitum. vbi Doct. de bapt. & c. baptiſmi. de conſecrat. diſt. 4.

3 Baptiſmus flaminis dicitur fides, & propoſitũ ſuſcipiẽdi baptiſmum fluminis habita opportunitate, aut credens pro certo ſe verè baptizatũ, eſſe dum perſiſtit in illa fide, poteſt ſaluari, propter fidem Sacramenti. c. debitũ. vbi Doct. de baptiſm. & c. Apoſtolicã. vbi gl. ver. ab originali, & notant etiã ſcribentes. de presbyt. non bapt. Abb. in c. cum Eccleſiæ. nu. 5. deſim. & hic baptiſmus flaminis cõgruit ſolum adultis vſum rationis habẽtibus. ex D. Thom. 3 p. quæſt. 66. art. 11. & quæſ. 68. art. 2. S. Ant. 3. p. tit. 14 c. 13 §. 1. Ricard in 4 ſent. diſt. 4. art. 2. q. 2. Ang. in ſumm. verb. baptiſmus. 1 §. 1. verſ tertius. Sot. in 4. diſt 3 art. 11. q. 1. Syluest. ver. baptiſmus. 1. §. 1. ſumm. Sacramẽt. de baptiſ. §. 24. Bart. ab Ang. Dialo. 2. §. 3.

4 Baptiſmus autem ſanguinis eſt Martyrium ſuſceptum propter Deum. Marc. cap. 10. vbi poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor baptizari. & Ioann. Apocalypſ. cap. 7. Sanct. Thom. 3 par. quæſt. 66. art. 11. Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. c. 13. Nau. in Manu. c. 22. n. 5. Sot. in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 11. Angel. verb. baptiſmus. 1. §. 1. Ricard. in 4. art. 2. quæſt. 3. ſumma Sacrament. de baptiſ. §. 24. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 4.

5 Baptiſmus vero fluminis, ſiue aquæ eſt ablutio exterior corporis facta ſub forma verborum præſcripta vt tenet Magiſt. ſent. in 4. diſt. 3. Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. art. 1. & 3. part. quæſt 66. art. 1. & Sot. in 4 ſent. diſt. 3. quæſt. 3. art. 1. & Ricard. in 4. diſt. 3. art. 1. quæſt. 1. & ſumma Sacrament. de bapt. in prin. ſumma Ang. verb. baptiſmus. 1. verſ. ſecundus. Bart. ab Angel. Dialog. 2. §. 5.

6 Baptiſmi materia eſt aqua naturalis, pura, & ſimplex, & hæc eſt propria materia baptiſmi, & nõ poteſt eſſe ſaliua, nec alius liquor, niſi aqua elimentalis, patet ex illo. Ioan. c. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua,

Digitized by Google

Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cœlorum, & eſt text. in c. non vt apponeres. vbi Doct. de bapt. & c. 1. de conſecrat. diſt. 4. & tenet Petr. de Palud. & S. Thom. In 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 3. quæſt. 1. & in 3. part. quæſt. 66. art. 3. & 4. & Sanct. Ant. 3. part. titul. 14 cap. 13. §. 1. Ricard in 4. diſt. 3. artic. 3. quæſt 1. & Sot. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. art. 3. ſumma confeſſ. lib 3. titul. 24. quæſt. 13. ſumma Ang. verb. baptiſmus. 3. in prin. & Syluesſt. verb. baptiſmus. 2. §. 1. Nau. in Manu. cap. 22. num. 5. Vig de Sacrament. bapt. verſ. 2. & Tab. baptiſm. 4. §. 1. Armil. baptiſm. §. 20. & ſumma Sacrament. de bapt. §. 12. Bart. ab Ang Dialog. 2. §. 79. Concil. Florent. ſub Eugen. 4. & Concil. Trid. ſeſſ. 7. de bap. can. 2.

7 Baptiſmi forma eſt hæc, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, Amen. quæ verba mutari non poſſunt cũ mutatio illorum mutet ſenſum. cap. 1. vbi Doct. & c. non vt apponeres. vbi Innocẽt. Hoſt. Ioan Andr. Ant. de Butr. Abb. & alij. de bapt. & clem. vnica. § ad hoc. de ſumm. Trin. & c. in Synodo Anglorum de conſecrat. diſt. 1. & Matth. c. fin. & Cõc. Florent. ſub Eugen. 4. D. Tho. in 4. ſent. diſt 3. quæſ. 1. art. 2. & Nau. in Manu cap. 22. num. 2. verſ quarto. & nu. 5. & Sanct. Tho 3. part. quæſt 66. art. 5. Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. cap. 13. §. 2. & Sot. in 4. ſent. diſt 3. quæſt. 1. art. 5. Sylueſt. ver. baptiſmus. 1. §. 3. Tab. baptiſm. 3. §. 1. & 2. & 7. Armil. verb. baptiſmus. §. 4 & § 7. ſumma Ang. verb. baptiſmus. 2. in prin. & ſumma confeſſ. lib. 3. tit. 24. quæſt. 10. Ricard. in 4 ſent. diſt. 3. art. 2. quæſt. 2. ſumma Sacrament. de bapt. §. 14 Bart. ab Ang Dialog 2. §. 103. ſi tamen mutatio verborum non mutet ſenſum benefiet Sacramẽtum. puta ſi quis malè pronunciaret verba Latina, aut diceret Ego te baptizo in nomine Chriſti, ſeu in nomine Trinitatis, cum Chriſtus, & Trinitas, & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vnũ quippe, & idem ſit in eſſentia, & ſubſtantia, & natura, bene comprehenditur ſub illa forma, vt fiat Sacramentum, & probatur, in c. retulerunt, & c. à quodam Iudæo. de conſecrat. diſt. 4. & gloſſ. & Doct. in d. c. a quodam Iudæo. & gloſſ. & Doct in cap. multi. de conſecrat. diſt. 4. & tenet Sanct. Athanaſ. in lib. de Trin. & Spirit. Sanct. & Sanct. Amb. lib. 1. de Spirit. Sanct. cap. 3. & Sanct. Cyprian. Epiſtol. ad quirin. & Beda ſuper. Luc. c. 2. Hug. lib. 2. de Sacrament. 6. part. cap 3. Magiſt ſent. in 4. diſt. 3. & Caiet. 3. part. quæſt. 66 artic. 6. Adrian Papa. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. & ita docuit. D. Petr. Apoſtolus plenus Spiritu Sancto, in act. Apoſtol. cap. 2. contrariam tamen opinionem tenet Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. ad 3. & in 3. p. quæſt 66. art. 6. Sanct Bonauent. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 3. Alteſiod. libr. 3. tract 3. c. 4 quæſt. 2. Alex. 4. part. quæſt. 3. membr. 3. artic. 2. Palud. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. Marſil. in 4. diſt 3. quæſt. 3. Sanct. Ant. 3. p. titul. 14. cap. 13. §. 2. ſumma confeſſ. lib. 3. titul. 24. quæſt. 12. Vig. de Sacrament. baptiſm. verſ. 3. & Sylueſt. verb. baptiſmus. 1. §. 4. Tab. baptiſmus. 3. §. 5. Armil. verb. baptiſmus. § 6 Scot. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1 art. 6. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 120. ſed prima opinio eſt verior, & tenenda in rigore iuris. nã dicunt prædicti Patres, quòd Apoſtoli, qui baptizabãt in nomine Chriſti. hoc faciebant per ſpecialem diſpenſationem, ſed ego nunquàm vidi, nec legĩ vnde colligatur talis diſpenſatio. imo video, doctrinam D. Petri, vbi ſuprà prolatã ad noſtram eruditionem, & video deciſionem Summi Pontificis in d. c. à quodam Iudæo. de conſecrat. diſt. 4. vnde temerarium eſt dicere contrarium, & ita dico de illo, qui dicit ego te abluo, ſeù lauo. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. nam cum illa mutatio verborum non mutet verũ ſenſum ſemper fit Sacramentum, licet miniſter malè faceret, & peccaret, ſi non obſeruaret illam formam. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen & ita tenet Ang. verb. baptiſmus. 2. §. 3. & ſumma Sacramẽ. de baptiſmo. §. 13. & Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 117. & tenent ſupra citati.

8 Forma baptiſmi, & cæterorum Sacramentorum bene poteſt pronũciari, quoad validitatem illorum in omni lingua, tàm Latina, quam Hebræa, Græca, ſiuè vulgari, dum modo non mutetur verus ſenſus eſſentialis formæ. vnde homines idiotæ, & fœminæ, quãdo in caſu neceſsitatis baptizant, bene faciunt pronunciantes formam baptiſmi lingua ſua vernacula, tàm Luſitana, quàm Italica, ſiuè Hiſpanica, Gallica, Alemanica, aut quacumq; alia vulgari, ſeù materna. vt tenet Sanct. Thom. 3. par. quæſt. 60. art. 7. ad 1. & Caiet. ibidem. in corpore. Sot. in 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. art. 5. & diſt. 3. quæſt. 1. art. 5. Sanct. Ant. 3. par. titul.

Digitized by Google

titul.14. c.13.§.3.ſumm.Ang.verb baptiſmus.2.§.12 & ſumma Sacrament.de bapt. §.13.& Palud.in 4.ſent.diſt.3.quæſt 1.art. 3. Armil.baptiſmus.§.14. Tab.ver.baptiſmus.4 §.17.ſumm.Syluest.ver.baptiſmus. 1.§.5. Bart ab Ang Dialog.2.§.107.

9 Verba illa tamen ego,& amen non ſunt de eſſentia Sacramenti baptiſmi, ſed ſunt de neceſſitate præcepti, & peccaret mortaliter ille,qui baptizaret,ſine prolatione illorũ verborũ,ſicut ſine alijs ſolẽnitatib⁹ quæ non ſunt de eſſentia attamen valeret Sacramentum. vt tenent Doct. in c.1. de baptiſm.& D Thom.in 4 ſent.diſt.3.quæſ. 1.art.2.& in 3.part quæſt.66.art.5.incorpore. ad 1.& Sanct Ant.3 part.titul.14.c. 13.§.2.ſumma confeſſ.libr.3. titul.24 q. 10. Ricard.in 4 ſent. diſt 3 art.2.quæſt.3. Sot.in 4 ſent.diſt.3. quæſt.1.art.5. Nau. in Manu.c.22.n.5.ſumma Syluest.ver.baptiſmus.§ 3. Tab.ver.baptiſmus.3.§.1.& 2.& 7. Armil baptiſmus.§.4 & 7.ſumma Sacrament.de baptiſmo. §. 17. Bart ab Angel. Dialog.2.§.103. Angel. verb. baptiſmus. 2. §.1.

10 Miniſter propri⁹ baptiſmi eſt ſacerdos, quoniã ſicut Euchariſtiæ conſecratio pertinet ad officium ſacerdotis, ita baptizare expectat ad illius officium, nec alius præter qui ſacerdos debet baptizare ceſſante neceſſitate. imo peccat, & puniri poterit qui nõ eſt ſacerdos baptizans,ceſſante neceſſitate: quamuis baptiſmus valeat.c.cõſtat & c.Sanctum de conſecrat.diſt.4 Abb. In c.1. nu 3. de baptiſ. D Thom.in 4.ſent. diſt.5. quæſt.2. art.1. & quæſt.2. & in 3 p. quæſt.67. art.2 ad 3 & Iſidorus lib de offi. & Sanct.Ant. 3.part. titul.14. cap.13.§.4. Sot in 4.ſent diſt.4.quæſt.1 art.1.& 2.Syluest.ver.baptiſmus 3.§.1.ſumma confeſſ. lib.3.titul 24 quæſt.2.& Tab.verb baptiſmus 6.§.1 Bart.ab Ang Dialog 2.§.134. & in Manu.c.22.n.7. in caſu tamen neceſſitatis poteſt baptizare quicumq; homo, ſiuè mulier quoniam hoc eſt quædã actio humana, & fieri poteſt à quocumq; , tàm Chriſtiano, quàm pagano,cum non deficiat forma, & materia Sacramenti, & habeat intentionem faciendi,quod facit Eccleſia. c.conſtat. & c. in neceſſitate. & c a quodam Iudæo.cum alijs.de cõſecrat diſt. 4. & Abb.in c.1. nu.3. de baptiſm.& Nau. in Manu.cap.22. num 7. & ſumma Angel. verb.baptiſmus.5. § 1. Bart.ab Ang.Dialog.2.§.139. & c.ad limina.30.quæſt.1. & c.Diaconus.93.diſt. & c. ſi quem forte.24. quæſt.1.ſine neceſſitate tamen non poteſt baptizare, niſi ſacerdos, nec in neceſſitate cum ſolemnitatibus,& laicus,ſiuè clericus, non presbyter, qui ſine neceſſitate baptizat, fit irregularis, & eſt puniendus pro arbitrio iudicantis. c.1. vbi Doct. de cler. non ord. miniſtr. & Nau. In Manu. cap.22. num.7.

11 Baptizare non poteſt cum ſolemnitatibus, niſi presbyter, nam ſi diaconus, aut alius quicumq; clericus,qui nõ eſt presbyter,baptizaret cum ſolemnitatibus remaneret irregularis. d. c.1. & Doct. de cler. non ord.miniſtr. & Nau. vbi ſupra non fit tamen irregularis presbyter non curatus, qui baptizat ſine neceſſitate,& ſine licentia parochi, quid quid dicat Armil. verb. baptiſmus.§.39. & alij.quoniam tex.in d. c.1. de cler.non ord.miniſtr.non loquitur, niſi de illo, qui non eſt presbyter. vnde ſolus ille,qui nõ eſt presbyter,& baptizat cum ſolẽnitate, etiam in neceſſitate, aut ſine ſolemnitate abſq; neceſſitate remanet irregularis, quod nõ eſt in presbytero baptizante ſine licentia parochi,debet tamen grauiter puniri pro arbitrio iudicantis, ex Diuo Ant.3.part, titul.14. cap.13. §.4. Syluest.verb.baptiſmus.3.§.1.Bart.ab Ang.Dialog 2.§.138.

12 Miniſter proprius huius Sacramenti baptiſmi eſt ſacerdos parochialis, vbi natus eſt puer baptizandus. quamuis pater, & mater illius commorentur in alia parochia. Cum enim Sacramentum illud baptiſmi conferatur ipſi baptizato non reſpicitur vbi parentes illius inhabitent, ſed vbi natus fuit puer, quoniam ibi ſortitur domicilium. l. ad ſumptionem. §. fin. vbi gloſſ.verb. non domicilium.& gloſſ.verb. domicilio. in l.eius qui. §.celſus.ff.ad municipal. & facit text.in cap.cum nullus.de. temp.ord. lib.6. & in l.ſenatores. ff.de ſenat. ſi tamen puer, ſeù adultus tranſeat de vna parochia ad aliam cum animo ibi habitãdi ibi etiam poterit baptizari,quoniam ſtàtim ſortitur domicilium. l. non vtiq; & l.domicilium,& l.nihil. ff.ad municip. Abb. in c.fin. num 8. de paroch. & dixi ſupra verb.domicilium.à §.2.

13 Baptiſmus poteſt præſtari ab alio ſacerdote, de licententia parochi,vel Epiſcopi diæceſani in fonte baptiſmali, & non in aulis, ſeù cameris, vel priuatis domibus, niſi propter neceſſitatem, aut quando

Digitized by Google

baptizatur aliquis filius Regis, vel magni Principis, quia tūc domi illius poteſt fieri baptiſmus. clem. vnica. vbi gloſſ. 1. Ioann. And. & alij. de baptiſm Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. cap. 13. §. 4. & Abb in cap. cum contingat. num. 6. de decim. Nau. in Man. cap. 22. num. 7. verſ. octauo. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 135.

14 Baptizare ſe ipſum nemo poteſt, quoniā inter baptizatum, & baptizantem debet eſſe diſcretio, & ſicut nullus ſe naturaliter generare poteſt, ita nec ſpiritualiter. vt colligitur ex Verbis Domini, dicētis Apoſtolis ſuis. ite baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Matth. cap. fin. & c. debitum. vbi Doct. de baptiſ. & ſumma Angel. verb. baptiſmus. 3. §. 3. & Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 5. quæſt. 2. art. 1. & quæſt. 3. ad 2. & Scot. in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 5. & Syluеſ. verb. baptiſmus. 3. §. 10. Tab. verb. baptiſm. 6 §. 1. & ſumma Sacrament. de baptiſmo. §. 18. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 147. & Armil. Baptiſmus. §. 42. Ricard. in 4. ſent. diſt. 5. art. 5. quæſt. 3. & ipſe Chriſtus Dominus baptizatus fuit à Ioanne, vt nobis oſtenderet, quòd nemo ſe ipſum baptizare poteſt. d. c. debitum. vbi notant ſcribentes de bapt.

15 Baptiſmus eſt ianua, & fundamentum omnium Sacramentorū, & ante ſuſceptionem illius, nullum aliud Sacramentum recipi poteſt, quoniam vbi fundamentum non conſiſtit, ſuper ædificari non poteſt. c. fin. de presbyt. non bapt. & c. præter. §. verum. diſt. 32. & Abb. in c. cum contingat. num. 6. de decim. & Sanct. Ant. 3. par. tit. 14 cap. 13. ante. §. Syluеſt. verb. baptiſmus 6. §. 1. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 160. & ſumma Angel. verb. baptiſmus. 7. §. 12. Merg in conſil. 38. num. 26.

16 Baptiſmum non ſuſcipit, qui nunquam conſenſit, ſed penitus contra dixit, vnde ſi penitus contra dicens emergatur non poterit obligari ad obſeruationē fidei Chriſtianæ, c. maiores. §. item quæritur. vbi gl. verb. contrarium, & Abb. n. 2 de baptiſm. & c. de Iudæis diſt. 45. & cap. ad fidem. 23. quæſt 5. & c. contra Chriſtianos. vbi gloſ. ver. abſolute, & Doct. de hæret. lib. 6. & ſumma Ang. ver. baptiſmus. 6. §. 6. nullus enim poteſt cogi ad baptizandum, nec poteſt alicuī vim inferri ad credendum, & baptizandum c. ſicut. vbi gloſſ. verb. inuictos. & Doct. de Iudæiſ. & Sarracen. & Sanct. Tho. 22. quæſt. 10. art. 8. & Ricard. diſt. 6. art. 3. quæſt. 1. & Palud. diſt. 4. quæſt. 4. & Durād. quæſt. 6. & Bart. ab Ang Dialog. 2. §. 37. & habetur. in Conc. Toletan. 4. quamuis oppoſitū teneat Scot. in 4 ſent. diſt. 4. q. 9. dicens quòd liceat inducere infidelibus minas, & terrores ad ſuſcipiendū baptiſmū.

17 Qui tamen fictè accedit ad baptiſmum, & conſentit, quamuis minis, & terrore, cōſentiat recipit verum Sacramētum quoad characterem, licet non recipiat gratiam illius Sacramenti, attamen fit Chriſtianus, & tenetur ad obſeruantiā fidei Catholicæ, quoniam licet quis coactè, aut fictè cōſentiat dicitur cōſētire, quoniam coacta, vel ficta volūtas, voluntas eſt, & ita eſt dicendū in alijs Sacramentis imprimentibus characterē. c. maiores. §. item quæritur. vbi glo. verb. conditionaliter. & Abb. n. 3. & oēs. de bapt. & c. ſicut ficti. 1. quæſ. 1. & c. ſolet etiā quæri. de conſecrat. diſt. 4 & Sanct. Thom. in 4 ſent. diſt. 6. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 3. Ricard. in 4. diſt. 6. art. 3 quæſt. 2. & Sot. in 4. diſt. 5. quæſt. 1. art. 2. & Sanct. Ant. 3. p. titul. 14. c. 13. § 9. Armil. verb. baptiſmus. §. 59. Bart. ab Angel. 1. §. 59. & quamuis iſte gratiam Sacramenti non recipiat propter deffectum ſuæ diſpoſitionis, recipiet tamē illam poſtea receſſa fictione per veram confeſsionē, ita quòd non ſit neceſſarius nouus baptiſmus, aut noua confirmatio, vel ordinatio. c. tunc valere. vbi glo. 2. & 3. & Doct. de conſecra. diſt. 4.

18 Baptizatus tenetur obſeruare omnia præcepta Sāctæ Matris Eccleſiæ, & ab illis recedens cenſendus eſt hæreticus. c. cōtra Chriſtianos. vbi gloſſ. verb. procedendū, & ibi Ioan. Monach. Dominic. Ioan. Andr. & alij. de hæret. lib. 6. & Trid. ſeſſ. 7. can. 8. Albert. in tract. de agnoſ. aſſer. cathol. & hæret. quæſt. 23. nu. 59. & quæſt. 25. n. 14. & Afflict. deciſ. 151. num. 13.

19 Baptiſmus eſt de neceſsitate ſalutis, vt ſine illo nemo ſaluari poſsit, iuxta illud Ioann. c. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei, & Trid. ſeſſ. 6. c. 4. & Sanct. Thom. 3. p. quæſt. 68. art. 2. & alibi, & Soto. in 4. diſt. 5. quæſt. 1. art. 2. & Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 8. vnde paruuli tàm fidelium filij, quàm infidelium qui ſolo peccato originali decedunt damnantur, ſine baptiſmo damnantur, & priuantur viſione Dei, & patiuntur pœnam damni, c. maiores. §. verum. & §. ſed adhuc. vbi Doct. de bapt. & Marc. c. fin. & Sanct. Auguſt. contra Iul.

& de

Digitized by Google

& de baptiſ.puer.cap.13.& c.30. & Sanct. Thom.3.p.quæſt 68 art.2.& Bart.ab Ang. Dialog.2 § 9. ſumma Sacramẽt.de baptiſmo.§.25 quamuis Caitan.teneat contrarium,& male.in 3.part.quæſt 68 art.11.

20 Vnde paruuli ſunt baptizandi,& quamuis requiratur intentio recipientis Sacramentum Baptiſmi. in adultis tamen re requiritur formalis intentio, & voluntas, in paruulis vero,vſu rationis carentibus,ſufficit intentio Eccleſiæ in fide parentum carnalium, ſeù ſpiritualium,& hæc intentio,quamuis in adultis nõ ſufficiat,ſufficit tamen in paruulis,vſu rationis carẽtibus. c.maiores. §.verum,& §.ſed adhuc.vbi Doctor.de bapt. & Trid. ſeſſ.7. de baptiſmo. can.13.& can.14 S.Thom in 4.ſent.diſt.4. q 3 art,1.quæſt 1. & 3.p.quæſt.68 art 9.& Scot.in 4.ſent.diſt.4.quæſt 4. Durand ibidem.quæſt.7.Sot.in 4 diſt.5.quæſt.1.art.7. Sanct.Ant.3.part.tit.14 cap.13.§.9 Tab. verb baptiſmus.7 §.10 Ang.verb. baptiſmus.6.§.7.ſumma Sacramẽt.de baptiſmo. §.17. Bart.ab Ang.Dialog 2.§ 23.

21 Paruuli baptizati ſuſcipiunt characterẽ in anima impreſſum, ſicut cæteri adulti, quoniam in baptiſmo eorum interuenit materia, forma, & intentio miniſtri, quæ tria requiruntur de eſſentia huius Sacramenti, nec poſtea poſſunt contra dicere, aut annullare, quod factum tenuit, potius tenentur obſeruare omnia præcepta Religionis Chriſtianæ, & in illis habet locum. text.in c.contrà Chriſtianos. cum ibi notatis de hæret. lib 6. & tenet Anan in c. ſicut Iudæi de Iudæ & Sarracen Afflict.de ciſ.151.n 9.& Sanct Tho 3 part.quæſt 68. art.10. ſecundum Cai.t.ibidem. & Sanct. Ant.3.part.titul.14. cap.13. § 9.

22 Pueri tamen filij infideliũ, qui ſunt ſui iuris nullo modo ſunt baptizandi in vitis parentibus,ſeù tutoribus, in quorum cuſtodia,ſeù poteſtate ſunt conſtituti quoniã per inde eſſet paruulos illos baptizare in vitis parentibus,ſeù tutoribus, ac adultis vim inferre, ex D Thom.3 part.quæſt.68. art.10. & quolibet Sec. lib 7. & 22.quæſt. 10 art.12.& Sanct.Ant.3.part.tit.14.c 13. & Sot. in 4 ſent. diſt.5.quæſt 1. art.10.& Caiet.3 part.quæſt 68. art 10.& Ricard.in 4.ſent.diſt.6 art.3. Syluest.ver.baptiſmus. 4 § 4.& Armil.verb.baptiſmus.§.57. Tab. ver.baptiſmus.7 §.11.Durand.in 4.diſt.4. quæſt.6. ſumma Sacrament. de Baptiſmo. §.27. Bart.ab Angel. Dialog.2. §.28. quid dicat Scot.in 4 diſt 4 quæſt 9. & ſumma Angel. verb. baptiſmus 6 §.11. pueri tamen illorum infidelium, qui nõ ſunt ſui iuris, ſed ſunt ſub poteſtate Chriſtianorũ iſti tales ſunt baptizandi in vitis parentibus, nec illorum conſenſus eſt requirendus, & ita reſoluunt. Durand. Caiet. Sot. & alij ſupra relati.

23 Amentes,& furioſi, ſiuè dormientes nõ ſunt baptizãdi,ſi antea baptizari nolebãt, nam ſi antequam in furorem, amentiam, ſiuè in ſomnũ incidiſſent,volebant baptizari,bene poſſunt baptizari, quia videtur intentio illa durari virtualiter, & tunc recipiunt characterem. cap.maiores § item quæritur. & §. dormientes. vbi Doct. de bapt.& tenet D.Tho.in 4 ſent diſt.4 quæſ. 3. art 1 quæſt.3.& in 3.part.quæſt 68 art. 12. & Sanct.Ant. 3 part. tit 14. c.13. § 9. ſumma confeſſ.lib 3 titul.24. quæſt.36 & Ricar.in 4.ſent. diſt 6 art.2. quæſt.2. Vig. de Sacrament. bapt.verb 9 Syluest.verb. baptiſmus.4 §.3. Tab. verb.baptiſmus.7. §.14.Sot.in 4.diſt.5.quæſt.1.art.12.ſumm. Sacrament.de baptiſmo.§.26.Armil.verb. baptiſmus.§.58. Ang verb.baptiſmus 6.§. 10 Bart ab Ang.Dialog.2.§ 39.de perpetuò tamen amentibus, & furioſis idem eſt dicendum, quod de pueris carentibus vſu rationis,vt reſoluunt ſupra relati,nõ ſunt tamen dormientes baptizandi, niſi imminenti mortis periculo. vt notat Sanct.Auguſt. lib.4 confeſſ. de quodam amico ſuo, qui baptizatus fuit neſciens propter periculum mortis.

24 Per Sacramentum baptiſmi dimittũtur omnia peccata, tam originale peccatum, quam peccata actualia,& non tantũ quoad pœnam,ſed etiam quoad culpam atta men illa eſt differentia, nam peccatũ originale, quod abſq; conſenſu contrahitur ſine cõſenſu dimittitur per vim Sacramenti baptiſmi. peccata vero actualia,quæ abſq; cõſenſu non cõmittuntur c.ſed penſandum. diſt.6 nec ſine cõſenſu dimittuntur c.maiores §.verum.& §.ſed adhuc.vbi Doct de bapt.& c.ſine pœnitẽtia.vbi gl.ver.in baptiſmate.de cõſecrat.diſt.4. & c.deinde 26. diſt & c quod autem 32 q 1.& gl.fin. in c. gaudemus de diuort.& c.fin.de pœn diſt.7. & Abb.in c.1. § vna.n 3.de ſumm.Trin.

25 Baptiſmus quamuis tollat culpam, & pœnã in foro interiori, attamẽ aliter in foro iudiciali, quoniã poſt baptiſmũ poteſt quiſcumq; accuſari de quocumq; crimine

Digitized by Google

commiſſo ante baptiſmum, & gloſſ.fin.in c gaudemus. vbi Innocent.Abb num.16. & alij. de diuort.& gloſſ.verb. pœnitentia. in c.admonere 33 quæſt.2. & Fel.in c. de his criminibus. col.2. verſ ſecunda cõcluſio. de accuſat.& D Thom.3.par.quæſ. 69. art.2. ad 3. & Sanct.Ant. 3.part. titul. 14 cap.13. ante.§ Bart.ab Ang.Dialog.2. §. 164.

26 Baptiſmus non tollit coniungium,quãuis tollat crimina. c gaudemus.vbi Gofre. Innocen.Hoſt.Ioann Andr. Ant de Butr. Abb.& omnes. de diuort. & c.de infidelibus. vbi Doct. de conſang. & affin. & c.de inde. diſt.26. & c.quod autem 32.quæſt 1. & dicam infrà.verb matrimonium.§.73.

27 Baptiſmus non tollit irregularitatem, quæ naſcitur ex bigamia, vnde infidelis, qui contraxit cum vidua, ſeù corrupta,aut habuit duas vxores, non poteſt ordinari, poſt baptiſmum, ſine diſpenſatione.c.acutius. & c.deinde.26.diſt. & tenet Sanct. Thom.in 4.ſent. diſt.27. quæſt.3 art.2.& Sot. ibidem.& Sanct Ant. 3 part.titul.28. cap.3. & Ricard. in 4.diſt.27. quæſt 2.art. 4. Tab. verb baptiſmus. § 5. & Syluest. verb. baptiſmus.6. §.2. & Ang verb baptiſmus.7. §.3. & Bart ab Ang. Dialog 2. §.165. Abb.in c gaudemus.num.16.de diuort. nec tollit irregularitatem,quæ procedit ex deffectu natalium, vnde ſi filius infidelis, ſpurius, aut natus ex illegitimo, coniugio, baptizetur, non poterit ad ordines promoueri, vt reſoluunt ſupra citati.

28 Baptiſmus tamen tollit irregularitatẽ, quæ contrahitur cum peccato,ex homicidio,aut membri mutilatione,& in hoc nemo dubitat, ſed magnum eſt dubium,vtrũ tollat irregularitatem, quæ prouenit ex homicidio, ſeù membri mutilatione, ſine peccato, puta,ſi quis ex officio, cum eſſet paganus aliquẽ mori, ſeù mutilari faciat. & Hoſt.Ioan.And, & Ant. de Butr. tenent in c.gaudemus. de diuort. quòd non tollatur, ſed Hug. Ioan. Cald. Tancr.& Abb. in d. c.gaudemus tenent, quod baptiſmus tollat omnem irregularitatem, quæ prouenit ex homicidio,ſiue membri mutilatione, tàm cõtractam cum peccato, quàm ſine illo, & ita tenet ſumma confeſſ.lib.2. titul.1. quæſt.21. & Sanct.Ant. 3.part.tit. 28. cap.2. §.6. & Scot. in 4.ſent. diſt.33. ſumma Ang verb baptiſmus.7.§ 3.Syluеſt. verb.baptiſmus.6. §.2. Tab. verb.baptiſmus.8. §.2. Armil. baptiſmus.§.6.& verb. irregularitas. §.87. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §.169.

29 Baptiſmus licet tollat culpam, & pœnã quoad Deum, non prodeſt tamen perſeuerantibus in errore. c.firmiſſimè. vbi gl. verb. nec mors, & Doct. de hæret.& c.tollet. de conſecrat. diſt.4. & facit text.in c.ſi quis. de pœn. diſt 3.

30 Baptiſmus nõ poteſt reiterari, quia characterem imprimit, ne fiat iniuria Sacramentis habentibus effectum perpetuum, illud reiterans ſcienter de iure canonico vltrà irregularitatem quam incurrit, ſi eſt laicus excommunicatur, ſi verò eſt Clericus debet deponi ab officio, & beneficio. c.fin de bapt. & c.ex litterarum vbi Abb. num 2. de apoſt. & ſumma Sacrament. de baptiſmo §.36.de iure autem ciuili eſt puniendus vltimo ſupplicio vt eſt text.in l. 2 vbi Doct C.ne Sanct Bapt. iteret.& Abb. in d. c.ex litterarum. n 2. & eadem pœna punitur ille, qui publice ad hanc iterationem miniſterium præbet,& auctorizat crimen illud a gentes enim, & conſentiẽtes pari pœna puniuntur. c.1. vbi gloſſ.& Doct.de offic.iud.delegat. & d. c.ex litterarum cum ibi notatis. ſi vero ille,qui miniſterium præbuit erat minoris ætatis,aut crimen illud fuit occultum non remanet irregularis, nec incurrit in pœnas ſuprà dictas ſecundum diſtinctionem,quam dixi ſupra verb minor. § 16. & probat text. in d. c.ex litterarum. & Doct de apoſtat.reiterans tamen baptiſmum ignoranter ex ignorantia facti nullam pœnam incurrit, nec dicitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum, non autem ex ignorantia iuris. d. c. ex litterarum vbi Abb.num 4. & c.vnico.de cler. per falt.prom & c.placuit.111. de conſecrat.diſt 4. & c.ſolemnitates.1.de conſecrat. diſt 1. & Scot. in 4.ſent. diſt.6. quæſt.8 & Nau. in Manu cap.27. nu.226. Card. & Arch. in c. quibus ignoranter. de conſecrat. diſt.4. & Bart. ab Ang Dialog. 1. §.82.

31 Baptizatus à Latinis, non eſt iterum à Græcis baptizandus, neq; ille, qui apud infideles fidem Catholicam negauit iterũ eſt baptizandus ſi ad pœnitentiam, & fidẽ Catholicam conuertatur. c.fin. vbi Doct. de bapt.& Trid. ſeſſ 7. de bapt. can.11.& Geripard. conſil 49.nu.38.

32 Baptizari poteſt ſubconditione ille, de quo dubitatur verũ ſit baptizatus, vel non, & nihil

Digitized by Google

& nihil intereſt, an dubitatio ſit de iure, vel defacto, vbi enim clare non conſtat de vero baptiſmo, poteſt baptiſmus iterum præſtari ſubconditione. c. de quibus. vbi Abb. n. 2. & alij. de Bapt. & Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt 6. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1. & 3. part. quæſt. 66. art. 9. in corpore. & ad 4. & Scot. in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 9. & ſumma Angel. verb. baptiſmus. 4. §. 8. & Syluest. verb. baptiſmus. 4. §. 7. Bart. ab Ang. Dialog. 2. § 128. Nau. in Manu. cap. 27. nu. 226. & ſumma Sacrament. de Baptiſmo. §. 36. ſi autem non ſit dubiū de vero baptiſmo nullo modo poterit iterari, nec ſubconditione. imo ille, qui baptiſmum reiterauerit, licet ſit ſubconditione, incurret in pœnas ſupra relatas. vt tenet Scot. in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 1. art. 9. & ſumma Sacrament. de Baptiſmo. §. 36. & notant ſupra citati.

33 Baptizatus eſt leuandus à fonte baptiſmali, ab vno, vel à duobus, ita tamen quòd ſi vnus tantum leuet baptizatum, valeat, & nihil refert vtrum ſit vir aut mulier, ſi autem fuerint duo. debet eſſe vir, & mulier, & non duo viri, nec duæ mulieres, & iſti leuantes debent eſſe electi, & deſignati ab illis, ad quos expectat obligatio offerendi baptizandum ad baptiſmum, & debent tāgere baptizatum, poſtquam fuerint verba pro lata à miniſtro, & baptizatus fuerit ſubmerſus, & non antea, & ſi alij vltrà deſignatos baptizatum tetigerint non contrahunt cognationem ſpiritualem. ex Cōcil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 2. & Nau. in Manu. cap. 22. nu. 37. & Bart. ab Ang Dialog. 2. §. 75. & ſi parochus vltrà deſignatos, & electos alios recipiat, aut relinquat deſignatos, & recipiat alios ſua culpa ſeù negligentia eſt puniendus arbitrio iudicantis. ex Trid. vbi ſupra. & Bart. ab Ang. d. Dialog. 2. §. 78.

34 Baptiſmus valet quamuis non ſit qui leuet baptizatum à fonte baptiſmali, aut alius leuet, & non deſignatus, quoniam nō requiritur de eſſentia Sacramenti Baptiſmi, aliquis leuans baptizatum de fonte baptiſmali, ſed requiritur de ſolemnitate, vnde in caſu neceſſitatis vnus ſolus poteſt baptizare. vt tenet Sanct. Thom. 3. part. quæſt 67. art. 7. ad 2. Tab. verb baptiſmus. §. 15. Armil. baptiſmus. §. 36. Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 70.

35 Baptizatum poteſt à fonte leuare omnis ille, qui fuerit baptizatus, quamuis ſit hæreticus, vel ſchiſmaticus, iſte vero, qui nō eſt baptizatus, quamuis baptizare poſſit, non poteſt à fonte leuare, nec ſi defacto leuet, cōtrahit cognationem ſpiritualem, quòniam eſt incapax ad inſtruendum baptizatum in fide Catholica, in qua inſtructus non eſt. c. in baptiſmate, vbi gloſ. verb. baptizatus. de conſecrat. diſt. 4. & Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 42. art. 1. quæſ. 3. & 3. par. quæſ. 67. art. 8. ad 1. & 2. & Sāct. Ant. 3. part. titul. 1. cap. 15. §. 3. & Tab. verb. baptiſmus. 5. §. 15. Syluest. verb. baptimus. 5. §. 5. & Angel. verb. baptiſmus. 8. §. 1. & Ricard. in 4. ſent. diſt. 42. art. 1. quæſt. 3. Armil. verb. baptiſmus. §. 37 Bart. ab Ang. Dialog. 2. §. 72. ſumma confeſſ. lib. 4. titul. 7. quæſt. 25. Nau. in Manu. cap. 22. num. 36.

36 Regulares non debent aliquem tenerè ad baptiſmum, nec de fonte baptiſmali leuare, attamen ſi aliquem leuent contrahunt cognationem ſpiritualem. c. non licet, & c. monachi. de conſecrat. diſt. 4. & tenet Ricard. in 4. diſt. 4. quæſt. 1. art. 5. & ſumma confeſſ. libr. 4. titul. 7. quæſt. 25. & Tab. verb. baptiſmus. 5. §. 15. & Syluest. verb. baptiſmus. 5. §. 5. Armil. verb. baptiſmus. §. 38. Bart. ab Ang Dialog. 2. §. 73.

De Confirmationis Sacramento.

1 CONfirmatio eſt Sacramentum Vnctionis Chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontē baptizati inungit ſubcerta forma verborum. vt tenet D. Thom. 3. par. quæſt. 72. artic. 1. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 8. & Bart. ab Angel. Dialog. 3. §. 1. & eſt vere, & propriè Sacramentum à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, vt probatur ex Trid. ſeſſ. 7. de Confirmatione. can. 1. & hoc tenet omnis ſchola Theologorum, & Canoniſtarum, & eſt de fide tenendum.

2 Materia huius Sacramenti eſt Chriſma, quod conficitur ex oleo, & balſamo per Epiſcopum benedicto. c. vnico. §. ad exhibendum, de Sacra Vnct. & habetur in Concil. Florent. ſub. Eugenio. 4. & tenet Sanct. Thom. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 2. quæſt. 2. & in 3. part. quæſt. 72. artic. 2. Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. cap. 14. §. 2. ſumma confeſſ. lib. 3. titul. 24. quæſt. 46. & Sot. in 4. ſent. diſt. 7. quæſ. 1. art. 2. & ſumma

Sacra-

Digitized by Google

Sacrament. de Sacrament. Conformat. §. 41. & Nau. Manu. cap. 22. nu. 8. verſ. dixi. & Bart. ab Angel. Dialog 3. §. 4. & Tab. verb. confirmatio. §. 4. Sylueſt. verb. confirmatio. §. 2. balſamus tamen non eſt de eſſentia huius Sacramenti, ſed de neceſsitate præcepti. c. 1. de ſacra Vnct. & c. 1. de Sacrament. non iterand. & c. nouiſsime. de conſecrat. diſt. 5. ſic intelligendum, & tenet Caiet. 3 part. quæſt. 72. art. 1. & Sot. in 4 ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 2. & ſumma Sacrament. de Sacrament. confirmat. §. 40. & Nau. in Manu. cap. 22. num 8. verſ. dixi. & quamuis grauiſsimi. Doct. teneant contrarium non curo, cum habeamus deciſionẽ Summi Pontificis in textibus ſuprà relatis. vnde in d. c. 1. de Sacrament. non iterand. habetur quòd ſi Ille, qui vngendus eſt Chriſmate oleo tantum benedicto vngatur, non iteratur.

3 Forma huius Sacramenti Confirmationis eſt hæc conſigno te ſigno Crucis, & cõfirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. & cũ huius pro latione verborum, debet ſimùl concurrere vnctio, nam ſi miniſter prius vngat, & poſtea pro ferat verba, aut prius pro ferat verba, & poſtea vngat, non fit Sacramentũ, ſicut in baptiſmo, & extremavnctione, quoniam ſemper verba debent cõcurrere ſimùl cum vnctione, ſeù cũ a quæ tactu. vt probat tex. in c. detrahe. 1. quæſt. 1. & Sanct. Thom. ita videtur ſentire. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1 art. 3. quæſt. 2. & 3. part. quæſt. 72. art. 4. & ſumma Sacramẽt. de Sacrament Confirmat. §. 44. Nau. in Manu. c. 22. nu. 7. verſ. ſeptimo, & Bart ab Ang. Dialog. 3. §. 14.

4 Sacramentum Confirmationis poteſt conferri tàm pueris, quàm ſenibus, & in quacumq; ætate, quoniam ad eſſentiã huius Sacramenti non requiritur in recipiẽte, niſi vt ſit baptizatus. vt colligitur ex doctrina D Tho. 3. part. quæſt 72. art. 8. in corpore. ad 2. & tenet Bart. ab Ang. Dialog. 3. §. 29. nonnulli tamen dicunt, quòd ſit expectanda ætas duodecim annorum. vt tenet gloſſ. 1. in c. vt ieiuni. de cõſecrat. diſt. 5. & Marſil. in 4. ſent. quæſt. 5. artic. 4. verum tamen eſt, vt hoc Sacramentum ad bene eſſe non conferatur, niſi illis, qui habent vſum rationis, & illud per ſe petant. vt recordentur quocumq; tempore vitæ ſuæ, ſe eſſe in fide confirmatos. & propter hoc obſeruat conſuetudo, vt confirmatus alapa cædatur. non vt alapa ſit de eſſentia huius Sacramenti, nec omiſsio illius eſt peccatum, ſed vt melius recordetur ſe eſſe confirmatum, & etiam vt ſciat ſe ſuſcipere illud Sacramentum ad corroborationem fidei, & ad pugnam contra inimicos illius, & incipiat didicere plagas, & contumelias pro Chriſti nomine per ferre. & ad hoc eſt text. in c. vt ieiuni. de conſecrat. diſt. 5. & tenet Scot. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 12. & Sanct. Ant. 3 part. titul. 14. cap. 14. §. 5. & Sot. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 8. & Sylueſt. verb. confirmatio. §. 4. & Bart. ab Angel. Dialog 3. §. 32.

6 Confirmandus debet de præcepto, non autem de eſſentia Sacramenti, teneri ab aliquo dum confirmatur, qui ſuſceptor debet eſſe confirmatus, quoniam alias non contraheret affinitatem ſpiritualem, nec eſſet verè ſuſceptor, nec poteſt inſtruere confirmatum in Sacramento, quod nõ ſuſcepit c. in baptiſmate. de conſecrat. diſt. 4. & tenet ſumma Angel. verb. confirmationis. §. 11. & ſumma Sacrament. de Sacrament. confirmat. §. 51. & Nau. in Man. cap. 22. n 9. & Bart. ab Ang. Dialog. 3. §. 40.

7 Cognatio ſpiritualis contrahitur in hoc Sacramento Confirmationis inter confirmantem, & confirmatum, & illius patrem, atq; matrem, & tenentem. ex Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. cap 2. de reformat. matrim. & D. Thom. in 4. ſent. diſt. 42. quæſt. 1. art. 2. & ſumma Sacrament. §. 300. & Bart. ab Angel. Dialog. 3. §. 49. Nau. in Manu. cap. 22. nu. 36. Merg. conſil. 27. n. 42.

8 Miniſter huius Sacramenti Confirmationis eſt ſolus Epiſcopus, quoniã neceſſe eſt. vt Chriſma, ad hoc Sacramentum cõferendum ſit ab Epiſcopo benedictum. vt notat Trid. ſeſſ. 7. de confirmat. can. 3. & c. quanto. de conſuet. & c. de his. & c. manus, & c nouiſsime. de conſecrat. diſt. 4. & Sãct. Thom. 3. part. quæſt. 72. artic. 11. & idem Thom. & Palud. in 4 ſent. diſt. 7. quæſt. 4. ſumma Sacrament. de Sacrament. Confirmat. §. 50. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 8. & Bart. ab Ang. Dialog. 3. §. 60. ex diſpenſatione tamen Summi Pontificis bene poterit presbyter hoc Sacramentum adminiſtrare cum Chriſmate ab Epiſcopo cõfecto. c peruenit. vbi gloſ. 95. diſt & tenet D. Thom. 3. part. quæſt. 72. art. 11. in corpore. & in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 3. artic. 1. quæſt. 2. Sanct. Ant. 3. part. tit. 14. cap. 14. §. 6. & Sot. in 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 11.

& ſumma

Digitized by Google

& ſumma Ang verb.confirmationis.§.2.& ſumma Syluest. verb. confirmatio §.2. & ſumma Sacrament.de Sacrament.Confirmat.§.50. & ſumma confeſſ.lib.3.tit.41. quæſt.47 & Armil. verb.confirmatio.§ 3. & Nau.in Manu. cap.22. n.8. Bart.ab Angel. Dialog 3. §.63.

8 Confirmatio debet fieri de Chriſmate confecto illo anno, in die Cœnæ Domini, non tamen quòd hoc ſit de eſſentia Sacramenti, ſed de neceſsitate præcepti, vnde ſingulis annis vetus Chriſma eſt cōburendum intrà Eccleſiam, & die Cœnæ aliud eſt conficiendum, quamuis ſit tempus interdicti, de quo illo anno eſt facienda cōfirmatio. c.quoniam in baptiſmo. vbi glo. 1.& Doct.de ſent.excommunicat.lib.6. & tenet Sanct.Ant. 3.part. titul 14. cap.14. §.2.& cap.ſi quis de alio.de conſecrat.diſt. 4. & ſumma Ang verb.confirmationis.§.5.& Bart.ab Ang.Dialog 3 § 82. & eſt poſtea in Eccleſia ſubclauibus coſtudiendū. c.1. vbi Doct.de cuſt. Eucha.

9 Effectus huius Sacramenti Confirmationis eſt magnus, & multiplex, namq; per ipſum imprimitur character in anima indelebilis, & confertur gratia recipiēti, per quam efficitur Deo gratus, & accipit poteſtatem adagendum ea, quæ pertinent ad pugnam ſpiritualem contra Hoſtes, & inimicos fidei Catholicæ. vt tenet S Thom. in 4 ſent. diſt.7. quæſt.2. art.1. & 2. & 3. quæſt.1.& in 3.part. quæſt 72. art.5.& 7.& ſumma confeſſ.lib.3. titul.24. quæſt 49. & 51.& Sanct. Ant. 3.part. titul.14. cap.14. §.4. & Syluest. verb.confirmatio. §.3. & Bart.ab Ang.Dialog 3.75.

De Sacramento Euchariſtiæ.

1 HOC ineffabile Sacramentum, multis vocatur nominibus, propter eius ſummam excellentiā, vocatur namq; Euchariſtia, & Hoſtia, Sacramentum Altaris, ſacrificium diuinum, communio, & viaticum, & hæc omnia nomina conueniunt tanto Sacramento. ex D.Thom.3.p.quæſt. 73. art 4. & in 4.ſent. diſt 8.quæſt.1.art.1 quæſt 3.& Sot ibidem. quæſt.1.art.4 Sāct. Ant. 3.part. titul.14. cap 12. & Nauar.in Manu.cap.22. num.10. Bart.ab Ang. Dialog.4. §.1.

2 Sacramentum Euchariſtiæ continet verum Corpus Chriſti, ſub ſpeciebus panis, & vini, quoniam poſtquam fit conſecratio, trans ſubſtātiatur panis, & vinum in Corpus, & Sanguinem Chriſti, & poſt conſecrationem non remanet ſubſtantia panis, nec vini. ſed remanent accidētia tantùm, quod fit diuina virtute, & ſuper naturali: vt eſt tex. in c.cū Marthæ.§.quæſiuiſti.vbi gl.ver. ſanguinis. in 1.& 2.opinione, & ibi Doct.de celebrat. Miſſ. & c.1. §. vna vero, de ſumma Trin.& Concil.Trid. ſeſſ.13. c. 1.& can.2. & 4. & Sanct Tho.1.part.quæſ. 75. art.8. & in 3 part. quæſt.75.art 3. Nau. in Manu. cap.22. nu.10. ſumma Sacramēt. de Sacramēt Euchariſt.§.61. & eſt reprobata.3 opinio.d.gloſſ.verb.ſanguinis.in d. c.cum Marthæ. aſſerentis poſt cōſecrationem remanere ſubſtantiam panis, & vini, & habita pro hæretica. vt iudicatum fuit in Concil. Lateranenſ. ſub Innocentio.3. vt eſt text. in c.1. §. vna. de ſumma Trin. & in Concil.Conſtantienſ 8. vbi condemnatus fuit de hæreſi.Ioan. Vuiclef. tenens poſt conſecrationem remanere ſubſtantiā panis, & vini, & Concil Trid.ſeſſ.13.de ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramēto.can. 2.

3 Materia huius Sacramenti eſt panis triticeus. & vinum de vitæ. c.1. §. vna vero. vbi Doct.de ſumm.Trin. & c.cum Marthæ de celeb.Miſſ.& c.in Sacramento.& c.cum omne.de cōſecrat.diſt.2. & Matth. c.26.ibi cœnantibus autem eis accepit Ieſus panē, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait accipite, & commedite, hoc eſt Corpus meum, & accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis dicens bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus, & Marc. cap.14.Luc.cap.22.Ioan.cap.6.& habetur in Concil.Florent. & in Concil.Carthaginenſ. & in Concil.Trid. ſeſſ.13. cap.3. & c 4. & can.2. de ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.& D.Thom.in 4.ſent.diſt.11. quæſt.2. art.1. quæſt.1. & in 3.part. quæſt. 74. art.1. & Sot. in 4.diſt 9. quæſt.1.art.1. alij quā plurimi, quos refert Bart. ab Angel. Dialog.4. §.299. Alex.de ales.4.part. quæſt.32 ſumma Sacrament.de Sacramēt. Euchariſt.§.55.

4 Et quamuis hoc Sacramentum Euchariſtiæ contineat Corpus Chriſti, ſub duabus ſpeciebus, panis, & vini, & duas materias, & duas formas contineat, vnicum tamen eſt Sacramentum, & non plura, nam ſub ſpecie panis cōtinetur totus Chriſtus verè, & realiter, ſicut ſub ſpecie vini, etiā verè, & realiter continetur. vt notatur ex Trid.

Digitized by Google

Trid.ſeſſ.13. can.3. & tenet Sanct.Thom. in 4.ſent. diſt.8. quæſt.1. art.1. quæſt.1.& 3.part. quæſt.73. art.2.& Sanct.Ant.3 par. titul.14. cap.12. Ant. §. & Petr.de Palud. in 4.diſt.8. & 9. & Ricard.in 4.ſent.diſt.8. art.1. quæſt.2.& Sot. in 4 diſt. 8. quæſt.1. art.2.& Dionyſ.Carthuſ.ibidem.& ſumma confeſſ. lib.3. titul.24. quæſt.54. & ſumma Ang.verb. Euchariſtia.1. §.1. Sylueſtr. Euchariſtia. §.1. Tab.ibidem. §.3. & ſumma Sacrament. §.64. Abb. in c.cum Marthæ. num.4. de celeb.Miſſ. Bart.ab Angel. Dialog 4. § 11.

5 Aqua debet apponi in Calice,vbi eſt vinum conſecrandum nõ autem quòd aqua ſit de eſſentia Sacramenti, ſed eſt de neceſsitate præcepti. itaq; ſi ſacerdos celebraturus non apponeret aquam in Calice, vbi eſt vinum peccaret mortaliter,& eſſet puniendus pro arbitrio iudicantis, ſi ex malicia faceret,attamen verum conficeret Sacramentum,pluris tamen vini eſt apponendum, quam aquæ c pernicioſus, & c. cum Marthæ.§.quæſiuiſti. & vtrobiq; Doctor.de celebrat.Miſſ & c.ſic in ſanctificādo. de conſecrat. diſt.2. & D. Thom.in 4. ſent.diſt.11.quæſt.2. art.4 quæſt.1.& 2.& in 3.part. quæſt.74. artic.6 & 7. & Sanct. Ant.3.part.titul.13. cap 6 §.1. ſumma cõfeſſ.lib.3. titul 24. quæſt.99. & 100.& S t. in 4.ſent.diſt 9 quæſt.1 art.6 ſumma Angel verb Euchariſtia.1. §.15. & Sylueſtr. ibidem. §.2. & Tab Euchariſtia. §.21.& Armil.Euchariſtia. §.11. & ſumma Sacrament.de Sacramento Euchariſtia.§.60.debet tamen aqua apponi in parua quantitate, quoniam ſi eſſet in tanta quantitate, vt non poſſet in vinum conuerti, ſed reſolueret ſpecies vini, & illud corrũperet, non conficeretur tunc Sacramentum, & ita ſi apponeretur alius liquor in tanta quantitate, vt abſorberetur ſpecies vini. vt tenet Ioan.And.Abb num.5. & alij. in d. c.cum Marthæ de celebrat. Miſſ & Sãct. Thom.3 part. quæſt 74. art 8.& in 4.ſent. diſt.11. quæſt.2 art.4 quæ.4 Bart.ab Ang. Dialog 4. § 356.

6 Si vino conſecrato apponatur aliud vinum non conſecratum, ſiue alius liquor nihilominus remanet Corpus Chriſti quã diù remanent illa accidentia panis,& vini, in eodem numero. nam ſi mixtio fieret in tanta quantitate,vt non remanerent accidentia prioris vini conſecrati, ſed fieret alius numerus, tunc non remanebit ibi ſanguis Chriſti. c.cum Marthæ. §. quæſiuiſti. vbi Ioan.And. Abb,& alij de celebr. Miſſ. & Sanct.Thom.3 part. quæſt.77 art. 8. & in 4.ſent. diſt.12. quæſt.1 art.2 quæſ. 6. & Sanct.Ant.3.part. titul.13.cap.6 §.1, & ſumma confeſſ.lib.3. tit.24.quæſt.113. & Sot.in 4.ſent.diſt.10.quæſt.2. art.8. Sylueſt.verb. Euchariſtia.1. §.5. Bart.ab Angel. Dialog.4. §.360.

7 Sacramentum Euchariſtiæ fuit inſtitutum à Chriſto Domino, quando ſuũ Corpus conſecrauit in Cœna, tempore ſuæ Paſsionis. c.liquido.de conſecrat.diſt.2 & clem.vnica. vbi Doct. de reliq. & venerat. Sanct & D Thom. 3 part. quæſt.73. art.5. & in 4.ſent. diſt.8 quæſt.1. art.3. quæſt.3. Sot.in 4.ſent.diſt.1.quæſt.5 art.2. & Bart. ab Angel.Dialog.4. § 9. & Tridẽt.ſeſſ.13. cap.1.& probatur. ex D Math in c.26.

8 Forma huius Sacramẽti Euchariſtiæ eſt hæc videlicet in conſecratione panis, hoc eſt enim Corpus meum,& in conſecratione vini, hic eſt enim Calix ſanguinis mei, noui,& æterni teſtamenti,miſterium fidei, qui pro vobis,& pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.c.cum Marthæ. vbi Doct.de celeb. Miſſ. & in Concil.Florent. ſub Eugen.4. & Sanct.Thom. 3 part. quæſt.78. art.1. & in 4. ſent. diſt.8. quæſt. 2. art.1. quæſt.1. & Sanct. Ant. 3.part. tit. 13.cap.5 §.4. ſumma confeſſ. lib.3. tit.24. quæſt.55.& ſumma Ang.verb.Euchariſtia. 1.§.21. & Sylueſt.verb.Euchariſtia 1.§.7. & Sot. in 4.ſent. diſt.11. q.1. art.2.& Tab. verb. Euchariſtia 1.§.25. & ſumma Sacrament.de Sacramẽt. Euchariſt.§.74.& Petr. Sot.lib.de inſt. ſacerd.de Euchariſtia.lect. 1. Armil. verb. Euchariſt. §.13. & S Cyprian. de Cœna Dñi in principio,& Bart. ab Ang.Dialog 4. §361.quamuis de eſſentia conſecrationis ſanguinis ſufficiant illa verba hic eſt enim Calix ſanguinis mei, reliqua vero ſunt de perfectione formæ, ita quòd nõ liceat illa prætermittere.imo ſacerdos,qui illa prætermitteret. peccaret mortaliter. vt tenet Alex. de ales. 4.part. quæſt.33. ſanct.Bonauent.in 4.ſent.diſt.8. art.1. quæſt.2. & Durand.ibidem quæſt.2. art.2. Caiet.3 part. quæſt.78. art.1.ſumma Sacrament §.74. Bart. ab Ang. Dialog 4. § 366. quamuis contrarium teneat Scot. 4. ſent. diſt.8. quæſt.2. & Dionyſ. ibidem. quæſt.6.& Palud. quæſt.3. & alij ſed prima eſt communis,& verior.

9 Miniſter huius Sacramenti Euchariſtiæ eſt ſolus

Digitized by Google

eſt ſolus ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus in forma Eccleſiæ, & nullus alius poteſt hoc conficere Sacramentum, nec cōfectio illius competit, niſi ad officium presbyteri, rictè ordinati, c.1.§ vna verò. vbi Doctor. de ſumma Trin. & Concil. Florent. & Trid. ſeſſ.23 c.1.& can.1.& Sanct.Thom. in 4 ſent.deſt.13.quæſt.1.art.1.quæſt.1. & diſt.17. quæſt.3. art.3. quæſt.1. & diſt.24. quæſt.2. art.1. quæſt.2. & in 3.part.quæſt. 82. art.1. & Sanct.Ant.in 3.part.titul.13. cap.6.§.2. Ricard. in 4.ſent.diſt.13.art.2. quæſt.2. & Sot.ibidem. quæſt.1. artic.1.& ſumma. confeſſ. lib.3.titul.24. quæſt.123. ſumma Ang.verb.Euchariſtia 2.in prin.& Sylueſt.verb Euchariſtia 2 §.2.&Tab.ver. Euchariſtia. 2. § 1. & ſumma Sacrament. de Sacrament. Euchariſt. § 88. & Nau. in Manu cap.22. n 18. verſ.tertio, & Bart.ab Ang.Dialog.4.§.287.

10 Omnis ſacerdos poteſt defacto cōficere hoc Sacramentum Euchariſtiæ, quamuis ſit excommunicatus, hæreticus, ſchiſmaticus, ſuſpēſus, & irregularis cum enim hæc poteſtas conferatur in ordinatione preſbyteratus, per characterem in anima ſuſcipientis impreſſum, & indelebilem nullo delicto, nec poteſtate, poteſt ab illo auferri. vnde ſi Sacramentum defacto conficiat, tenebit attamen peccabit mortaliter, & incurret irregularitatem, & erit grauiſsime puniendus. c.1. vbi notant ſcribentes. de ſent. & reiud. lib 6 & c.1. vbi Doct. de ſent.excommunicat. eodem libr. 6. & D.Thom. in 4. ſent. diſt.13. quæſt.1. art.1. quæſt.3. & 4. & Nau. in Manu.c.27. n.133. Bart ab Ang Dialog 4.§.289. ſumma Sacrament. § 90.

11 Sacerdos tamen, qui fuit presbyter ordinatus, & non fuit baptizatus non cōficit hoc Sacramentum, nam cum iſte reuera non erat ſacerdos, non poteſt conficere Sacramentum Euchariſtiæ, licet enim cōmunis error faciat valere illa, quæ ſunt iuriſdictionis. vt eſt text in l. Barbarius. vbi notant Doct. ff.de offic. prætor. non facit tamen valere, nec perſiſtere illa, quæ dependent ab ordinibus, & ita tenet glo.fin. & Doct. in c.Apoſtolicam de præbyt. non bapt. licet nonnulli contrarium teneant, vt refert ſumma Ang verb.Euchariſtia.2. §.1. & Bart.ab Ang Dialog.4.§.289.

12 Hoc Sacramentum Euchariſtiæ tenetur omnis fidelis, tàm maſculus, quàm fœmina, cum ad annos diſcritionis peruenerit, ſuſcipere in paſchate à ſuo proprio parocho, & aliter incurret maiorem excommunicationem viuēs, & moriens carebit Eccleſiaſtica ſepultura, niſi de conſilio proprij parochi, ob aliquam rationabile cauſam, ad tempus ſumptio illius differatur. c.omnis vtriuſq; ſexus. vbi Doct.de pœn. & remiſſ. & Trid. ſeſſ.13. can.9. & Sanct. Thom.in 4.ſent.diſt.9 quæſt 1.art.1.quæſ. 2. & diſt.12.quæſt.3.art.2. quæſt.1.& in 3. part.quæſt.73. art.3.& quæſt.80. art.11 & ſumma confeſſ. lib.3. titul.24. quæſt 68.& ſumma Sacrament.§.53. & ſumma Angel. verb.Euchariſtia 3. in prin.verſ.ſecundo. & §.36. & Syluester. ibidem. §.1. & Tab. verb communicare.§.2. & Soto in 4.ſent. diſt.9. quæſt.1. art.3. & Armil. verb.communio.§.3. Bart.ab Angel. Dialog.4.§.21. & Nau.in Manu.cap.21. num.45.

13 Sacramentum Euchariſtiæ non negatur cuicumq; peccatori correcto, & pœnitēti, nec relapſo in hæreſim, ſi poſt abiurationem erroris pœniteat. c ſuper eo.vbi gl. fin & Ioan.And.Dominic.& alij.de hæret. lib 6. & tenet Sanct.Bonauent.& Palud.in 4 ſent. diſt.9. quæſt.4. colun. 3. & 4. & S. Ant.3.part. titul.14.cap.12. § 2. & Sot.in 4.diſt.12. quæſt.1. art.6. ſumma Sacramē. § 80. Bart.ab Ang. Dialog.4. §.48. & Nau. in Manu. cap.21. nu 55. antequam tamen pœniteat nullo modo ei debet dari, imò publico peccatori concubinario, vſurario, meretrici, & ſimilibus peccatoribus notorijs, non eſt publice communio adminiſtranda, donec publicè pœnitentiam agit, aut aliquo modo de vitæ emendatione conſtet, ex Sanct.Bonauent. & Palud. vbi ſupra. & Nau.in c.1. in prin.à num.9 & in c.ſacerdos. nu.63. & 101. de pœn. diſt.6. & in Manu. vbi ſupra.& ſumma Sacramēt. d. §.80.

14 Sacramentum hoc Euchariſtiæ non eſt denegandum illi, qui eſt decapitandus, aut furca ſuſpendendus, aut aliquo modo ad mortem damnandus, ſi pœniteat, nec valet conſuetudo in contrarium. clem.1. vbi Doct. de pœn.& remiſſ & c.quæſitum. 13 quæſt.2. & Abb. in cap.2. nu.3.de furt. & Sanct Thom. 3.part. quæſt 80. art.6. & Sanct Ant. 3.part. titul.14. cap.12. §.3.& Sot.in 4.diſt.12.quæſt 1.art 6. concluſione. 4. & art.11. & ſumma Angel.verb.furtum. §.53.& verb Euchariſtia.3.§ 26.& Sylueſ. ibidem.§.7. Tab.verb communicare.§.64. & Armil.verb.communio. §.27.& ſumma

Digitized by Google

Sacrament.de Euchariſt. §. 86. & Bart.ab Ang. Dialog.4. §.53. & Ant.Gom.cap.14. delict.num.6. verſ.i tem adde. & Iul.Clar. lib.5. §.fin. quæſt.99. num.3. & ita obſeruatur in noſtra Luſitania,non licet tamen eo ipſo die, quo quis eſt de capitādus,ſiuè furca ſuſpendendus, ſuſcipere illud admirabile Sacramentum Euchariſtiæ, quoniā fieret irreuerentia tanto Sacramento,ſi ſtatim,cum quis SacroSanctū Corpus Chriſti ſuſcipit illico infurcam duceretur, antequàm de guſtatæ eſſent ſpecies ipſius Sacramenti, vt inquit Sot. in 4.ſent. diſt.12. quæſt.1.art.11. & Bart.ab Angel. Dialog. 4. §.55.& Nau.in Manu. cap.25. num.23. verſ. vndecimo. ſed quando aliquis eſt de capitandus, aut furca ſuſpendēdus,& vult confiteri, & ſuſcipere Sacramentum Euchariſtiæ, eſt illi concedendum per vnum diem, antequam ſuſpendatur,& ſic euitatur periculum vomitus,& irreuerentia illius Sacramenti, vt tenet Bart. ab Angel. Dialog 4. §.55. & Iul.Clar.vbi ſupra,& ita obſeruat praxis in noſtra Luſitania,quamuis alibi hoc non obſeruet conſuetudo,quā conſuetudinem non laudo, imo peſſima mihi videtur, Sacramentum tamen Extremæ Vnctionis non datur capitaliter condemnatis. vt inquit Gomez Arias. ſuper. l.2. Tauri. num 67.& Iul.Clar.vbi ſupra.& apud nos obſeruat praxis.

15 Sacramentum Euchariſtiæ debet mūdè obſeruari, ſub clauibus in ſacrario,& loco ſingulari,& ſignato in Eccleſia, vbi honorificè, ac deuotè, & fideliter conſeruetur ad infirmos, ne aliquis perfidus ad illud manum temerariè extendat. cap.officium. vbi Doct.de offic.presb.& cap.ſane de celebrat. Miſſ. & in eius eleuatione, debet populus adorare,& ſe inclinare,& quando defertur ad infirmos eſt aſſociandum cum luminibus, & habitu decenti, d. cap.ſane. vbi notant Doct.& Trid. ſeſſ.13. can.6. & ſi is ad quem expectat cuſtodia, illud incautè relinquat,& aliquid nefandum eueniat, ſuſpendetur ab officio, tribus menſibus, & punietur alijs pœnis, pro iudicis arbitrio. ſecundum caſus contingentiam. d. cap.ſane. vbi gloſſ.1.& Doct.de celebrat. Miſſ. & cap.1.vbi glo.verb.grauiori. & Ioann.And.Ant.de Butr Abb.& alij de cuſt. Euchariſt.& Capell. Toloſan. deciſ. 218. Ign.de Salz.cap.44.num.1.

*

De Sacramento Pœnitentiæ.

1 Pœnitentia eſt peccata cōmiſſa flere,& flendá vlterius proponere non cōmittere. cap.nouimus. §.pro illo. vbi gl.verb. non committat.de verb.ſignifi. & cap.pœnitentia.1.& 2.& 3. & cap.irriſor, & cap. qui ad miſſa.1.& 2. cum alijs. de pœn.diſt. 3. & Trid. ſeſſ.14. cap.4. & D.Thom.3.p. quæſt.85. art.5. & quæſt.90. art.4.& ſumma Ang.verb.pœnitentia.in prin. vnde in pœnitentia duo ſunt neceſſaria, videlicet dolor peccatorum præteritorum, & propoſitum cauendi à futuris. cap. ſunt qui, & cap.non ſufficit,& cap.aliud.& cap.tres ſunt, de pœnitent. diſt.1.& cap.pœnitentes,& cap nihil de pœniten. diſt.3. & Cōcil.Trid.ſeſſ.14. cap.5. & tenet Can.in relect.pœn.1.part. pag.4. nec eſt vere pœnitens,qui non deponit animum peccandi, confeſsio tamen eius recipitur, ſed non datur illi abſolutio. cap.quod quidam,vbi Doct.de pœn & remiſſ.& d.cap.irriſor.de pœniten. diſt.3.

2 Pœnitentia eſt verè, & propriè Sacramentū Eccleſiæ, inſtitutū ab ipſo Chriſto, pro fidelibus, quoties poſt baptimum in peccatum labuntur, vt per illud, ipſi Deo reconſilientur, & contrarium tenens, docens, aut conſilians remanet ipſo facto excommunicatus,& incidit in hæreſim.cap. ad abolendam. vbi Doct. de hæret. & Cōcil.Florent. ſub Eugenio.4. & Cōcil.Trid. ſeſſ.14. de Sacrament.pœn. can.1. & cap. 1. §.& ſi poſt. de ſumma Trin. & fid.Cath. & ſumma Ang. verb.pœnitentia. in prin. & ſumma Sacrament. §.104.& Nau.in Manu. cap.22.num.2. & licet hoc Sacramentum contineat contritionem, ſatisfactionem,& confeſsionem,vocatur tamen pœnitentiæ Sacramentum, eò quòd hi actus ſunt pœnales. vt probatur ex doctrina D. Thom.in 4 ſent.diſt.16.quæſt.1.art.1.

3 Materia propinqua huius Sacramenti ſunt tres actus pœnitentis, ſcilicet, confeſsio, contritio, ſatisfactio. cap. perfecta pœnitentia.§.in corde.de pœn.diſt.1.Cōcil.Trid. ſeſſ.14. de Sacramento pœnitentiæ. can 4. & ſumma Angel. verb. pœnitentia, §. 10. & cap.perfecta pœnitentia. de pœn. diſt.3. & Nau. in Manu. prælud. 10. num 4. & Concil.Florent. ſub Eugenio.4. & ſumma Sacrament. §.105.materia

vero

Digitized by Google

vero remota ſunt peccata pœnitentis. vt tenet ſumma Sacrament. vbi ſupra.

4 Forma huius Sacramenti pœnitentiæ eſt. hæc. ego te abſoluo iuxta illud. Matth cap. 18. ibi, quæcumq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta, & in cœlo. & Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. & de Sacramento pœnitentiæ can. 19. & Sanct. Thom. 3. part. quæſt. 84. articul. 3. ſumma Sacrament. §. 106. & Nauarr. in Manu. Prælud. 10 numer. 4. & quamuis vtetur alijs verbis. puta ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Et alijs orationibus depræcatiuis, hæc tamen verba ſunt de congruitate, & non de eſſentia Sacramenti, quoniam illa ſola verba ego te abſoluo, eſt forma eſſentialis, huius Sacrament. vt notant ſupra relati.

5 Miniſter huius Sacramenti pœnitentiæ eſt ſolus presbyter habens poteſtatem ordinariam, vel ex commiſsione, & ita eſt diffinitum in Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 6. & de Sacramento pœnitentiæ. can. 10. & aſſerens, prædicans, docens, conſilians, alios eſſe miniſtros huius Sacramenti pœnitentiæ, aut non eſſe Sacerdotes, incurrit maiorem excommunicationem, & incidit in hæreſim. ex Trid. vbi ſupra, & refert Marſil. 4. part. quæſtione. 12. & Nauarr. in Manu. cap. 22. numer. 11. & ſumma Sacrament. §. 141. & quamuis confeſsio etiam peccatorum mortalium poſsit in neceſsitate fieri laico, ſi deeſt ſacerdos. vt eſt text. in cap quem pœnitet. de pœn. diſtin. 1. & tenet Abb in cap ſecund. numer quart. de furt. & Magiſt. in 4 ſentent. diſtin. 17. & Sanct. Thom. ibidem. quæſtion. 3. & in addit. quæſtion. 8. articul. 2. ſumma Angel. verb. confeſsio. 4. in princip. & ſumma Sacrament. §. 143. illa tamen confeſsio non eſt Sacramentum, nec laicus poteſt abſoluere, quia non habet poteſtatem abſoluendi, & ſi ille, qui eſt poſitus in articulo mortis non expectat ab illo, aliquod conſilium ad maiorem contrictionem, melius eſt tunc laico non confiteri, quia tunc ſufficit contrictio, & exponit ſe periculo confitens laico. c. Petrus, & cap. lacrimæ, & cap. dixi. & cap. magna. & cap. ſi quis cum alijs de pœn. diſt. 1. & Abb in cap. 2. nu. 4. de furt. Scot. in 4. ſent. diſt. 14 art. 2. & ſumma Sacrament. §. 143.

6 Sacerdos, quamuis in ſua ordinatione recipiat poteſtatem abſoluendi, non poteſt tamen illam exercere, niſi quando illi in actu conceditur iuriſdictio, quoniam clauis ordinis recipitur cum charactere, non autem clauis iuriſdictionis, & ita eſt intelligendus. D Thom. in 4. ſent. diſtin. 18. & Scot. ibidem. diſtin. 16. quæſtion. 1. & Marſil. quæſtion. 12. artic. 2. ſumma Sacrament. de clauibus. §. 8. & Adrian. de confeſſ. dub. 8. & Abb. in cap. omnis vtriuſq; ſexus. numer. 14. de pœn. & remiſſ. & Nauarr. in cap placuit. numer. 8. de pœn. diſtin. 6. & in Manu. cap. 4. numer. 2.

7 Proprius ſacerdos, cui pœnitens confiteri poteſt eſt Summus Pontifex in toto orbo terrarum, & Epiſcopus in ſua diæceſi, & Vicarius generalis illius, & legatus in prouincia, & ipſius pœnitentiarius, & curatus in ſua parochia, & quicumq; ex officio habet curam animarum, aut ex commiſsione. vt notat Abb in cap. omnis vtriuſq; ſexus. num 12. de pœn. & remiſſ. & ſumma Sacramēt. §. 145. & Nau. in Manu. cap. 4. num. 3.

8 Eccleſia poteſt obligare fideles ad confitendum ſua peccata tempore ab ipſa ſtatuto, & contrarium aſſerens, docens, prædicans, vel conſilians incurrit maiorem excommunicationem, & in hæreſim. ex Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 1. & cap. 5. & de Sacrament. pœnitent. can. 8. & cap. omnis vtriuſq; ſexus. vbi Doctor. de pœn. & remiſſ. & cap. à nobis. §. nec obſtat. de ſentent. excommunicat. & quamuis Eccleſia ad actus interiores nos obligare non poſsit. quoniam Eccleſia non iudicat de occultis. vt eſt text. in cap. vnico. vt Eccleſ. benef. & cap. ſicut tuis litteris, & cap. tua nos. de ſimon. & tenet D Thom. 12. quæſtion. 91. articul. 4. poteſt tamen nos obligare ad confitendum noſtra peccata. in primis quia confeſsio eſt de iure diuino. vt probatur. ex Euangelio. Matth. cap 18. & Ioan. cap. 20. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & de Sacramento pœnitentiæ. can 6. & Scot in 4. diſt 17. littera. G. Quand. ibidem. diſt. 16. prop. 14. & ſumma Sacrament. §. 126. de inde Eccleſia in obligatione confeſsionis non conſiderat actus inter nos, & inuiſibiles per ſe, ſed in quanto ſunt requiſiti ad actus exteriores, ad quos Eccleſia nos obligare poteſt. vt optime probat text. in cap. dolentes. de

Ooo celebrat,

Digitized by Google

celebrat.miſſ. vnde ſi quis tempore ab Eccleſia conſtituto veniat ad ſuum parochum, & confiteatur omnia ſua peccata, aſſerat tamen ſe abſtinere non poſſe, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, licet abſolui non poſsit. cap.quod quidam. vbi Doctor. de pœn. & remiſſ. & tenet Ricard in 4. ſent. diſt.17.quæſtion.8. articul.2. ad 5.& Ouandus, ibidem. diſtin. 16. prop. 26. Adrian. quæſtion. 5. de confeſſ. dub. 4. nec talis poterit prohiberi ab ingreſſu Eccleſiæ, nec declarari excommunicatus. vt tenet Ouand.in 4.ſent. diſtin.16.prop. 27.

9 Sacramentum pœnitentiæ, & alia Sacramenta ſunt recipienda in Hoſpitalibus à Rectore Eccleſiæ parochialis, vbi ſitum eſt Hoſpitale, niſi aliud ſit de conſuetudine, ſeù in fundatione aliud fuiſſet ſtatutum, clement.2. § fin. vbi gloſſ. verb.parochiales, & Ioann.de Imol. Zabarel. Ioann Andr.& alij. de relig.domib. & Concil.Trid.ſeſſ.7.cap.15.de reformat. & ſeſſ.25. cap.8. de reformat. Gerip. conſil.47. num.35.

10 Sacramentum pœnitentiæ denegatur manifeſto raptori rerum Eccleſiaſticarum, ſeù violatori illarum, niſi prius reſtituat, ſi eſt in potentia reſtituendi, & etiam illi negatur ſepultura Eccleſiaſtica, ſi obſtinata mente moriatur, & ſacerdos, qui talem admiſerit ad Sacramentum pœnitentiæ, ſiue ad Eccleſiaſticam ſepulturam, ſeù illum aſſociauerit, vel receperit oblationes illius eſt deponendus ab officio, & beneficio. cap.ſuper eo. vbi gloſſ.verb. pœnitentias, & Innocent. Hoſt. Ioann.Andr. Ant. de Butr. Abb. & alij. de rapt. & cap.miror.17.quæſt.4. nec pœnitentia prodeſt illi, qui in ſanitate obſtinata mente illam non petit.d.cap.ſuper eo. & cap.nihil prodeſt. de pœn.diſtin.3.

11 Manifeſtus vſurarius non poteſt admitti ad Sacramentum pœnitentiæ, nec moriens admittitur ad Eccleſiaſticam ſepulturam, nec oblationes pro illo ſunt recipiendæ, & illas accipiens, ſeù ad Sacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam admittens, eſt ſuſpendēdus donec ad arbitrium iudicis ſatisfecerit. cap. quia in omnibus. vbi Doct. de vſur. nec etiam eſt admittendus ad hoc Sacramentum pœnitentiæ publicus concubinarius, meretrix, & quicunq; publicus peccator, ſicut de Sacramento Euchariſtiæ.dixi ſupra verbo.de Sacramento Euchariſtiæ, §.13.

12 Sacramentum pœnitentiæ non negatur pœnitenti, & correcto licet antea fuiſſet hæreticus, ſi poſt abiurationem hæreſis doleat, & pœniteat. cap.ſuper eo. de rapt. & cap. ſuper eo. vbi Doct.de hæret. lib.6. & cap.Petrus.& cap.magna pietas. & cap.conuertimini,& cap.quem pœnitet. de pœn. diſt.1. nec etiam damnato ad mortem eſt denegandum hoc Sacramentum pœnitentiæ, ſi pœniteat, & illud petat. clem.1. vbi Ioann. Andr. Imol. & alij. de pœn. & remiſſ. & cap. quæſitum. 13. quæſtion.2. & Abb. in cap.2. num.4. de furt. & ſumma Angel. verb. furtum. §. 53 & Bart. ab Angel. Dialog. 4. §.53. ſicut dixi de Sacramento Euchariſtiæ, ſuprà verbo. de Sacramento Euchariſtiæ. §. 14.

13 Pœnitentia, quamuis per Sacros Canones ſit conſtituta, debet arbitrari à confeſſoribus pro qualitate criminum, & quantitate exceſſus, & contritione pœnitentis, & alljs conſideratis circunſtantijs, quoniam cum humana fragilitas multoties incidat in peccatum, non poteſt implere illud tempus pœnitentiæ, quod Sacri Canones conſtituunt, ſed reſeruatur in purgatorium, & dabitur aliqua pœnitentia, quam pœnitens adimplere poſsit, conſideratis omnibus ſupra relatis. cap.ſignificauit, & cap. quæſitum. & cap.Deus.de pœn.& remiſſ & cap. ſicut de homicid. & Concil.Trident. ſeſſ. 14. cap.8. & can.12. & Abb. in cap.ſuper. numer.5. verſ. item nota. de rapt. & cap. menſuram. de pœn. diſt.1. ſi tamen peccator egerit condignam pœnitentiam in hoc ſeculo, non punietur in purgatorio, quoniam Dominus non vindicabit bis in id ipſum, in tribulatione. cap.quid ergo. 23. quæſt.5. Abb.in cap.ſuper. num. 5. de rapt.

14 Pœnitens habens facultatem ab Epiſcopo, vel ab ordinario eligendi confeſſorem, non poteſt tunc eligere, niſi idoneum, nec tunc intelligitur per illam generalem facultatem illi concedi poteſtatem abſoluendi à caſibus eidem reſeruatis, quoniam in generali conceſſione non intelligitur conceſſum illud, quod in ſpecie quis non eſſet conceſſurus. cap.2. vbi Doct. de pœn. & remiſſ. lib.6.

Sacramen-

15 Sacramentum Pœnitētiæ prius eſt præſtandum infirmo, quàm aliqua medicina corporalis, & ita tenentur medici inducere infirmum ante omnia, & perſuadere, vt in primis confiteatur, quoniam non nunquam infirmitas corporis prouenit, ex infirmitate peccati, c. cum infirmitas. vbi Gofred. Hoſt. Innocent. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de pœn. & remiſſ.

16 Effectus pœnitentiæ eſt reconſiliatio cum Deo, & conſolatio Spiritus Sancti, quæ conſtituit in pace, ac ſerenitate illū, qui cum deuotione ſuſcipit hoc Sacramētum. Trid ſeſſ. 14. cap. 3 habetur enim in Euangelio, pœnitentiam agite, & appropinquabit Regnum Cœlorum. Matth. cap. 3. & Luc. cap. 3. & Marc. cap. 1. & Ezech. cap. 18. ibi ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius, quæ operatus eſt non recordabor. & cap. 33. & Sapient. cap. 11. ibi diſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, & Matth cap. 14 & Luc. cap. 15. gaudium eſt enim Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

17 Sigillum cōfeſsionis mirandum in modum eſt obſeruandum, quoniam ſacerdos, qui aliquo modo peccatum ſibi in confeſſione detectum reuelat, eſt deponendus ab officio, & beneficio, & detrudendus in arctum monaſterium ad agendam perpetuā pœnitentiam. c. omnis vtriuſq; ſexus. vbi gloſſ. fin. & Doct. de pœn. & remiſſ. & notant Theologi in 4. ſent. diſt. 21. & ſumma Sacrament. §. 183. attamen hæc detruſio in monaſterium iam hodie non obſeruatur in praxi, & loco illius mittitur in exilium, pro arbitrio iudicantis.

18 Pœnitentia alia eſt occulta, & ſecreta, & alia publica, & ſolemnis; nam pœnitentia ſecreta, & occulta eſt illa, quæ præſtatur pro peccatis occultis, & hæc iniungitur à ſacerdotibus, quando audiunt ſecretas confeſſiones peccatorum occultorum, & de his loquitur tex. in c. omnis vtriuſq; ſexus, & ibi Doct. de pœnitent. & remiſſ. Abb. in c. accedentibus. de exceſſ. prælat. pœnitentia vero publica, & ſolemnis eſt illa, quæ imponitur pro peccatis publicis, & hæc non imponitur, niſi ab Epiſcopo, ſiuè à Vicario generali illius. cap. 1. vbi gloſſ. & Doct. & cap. 2. de pœn. & remiſſ. & d. cap. accedentibus. vbi gloſſ. verb. publicas. Ioan. And. Abb. & alij. de exceſſ. prælat.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

1 SAcramentum Extremæ Vnctionis, eſt quædam medicatio, quæ applicatur extremè laborantibus, & dicitur remediū ad expellendas reliquias peccatorum. vt probatur ex Apoſtol. Iacob. cap. 5. vbi infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eo, vngentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & tenet Sot. in 4 ſent. diſt. 23. quæſt. 1. articul. 3. & eſt Sacramentum, quo presbyter vngit certas partes corporis infirmi Oleo conſecrato, cum certa forma verborum, & cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia. vt eſt text. in cap. 1. vbi Doct. de Sacra Vnct. & Nau in Manu. cap. 22. num. 12. & Bart. ab Ang. Dialog. 4. §. 88.

2 Materia huius Sacramenti eſt oleum oliuarum ab Epiſcopo benedictum. vt habetur ex verbis Iacob vbi ſupra, & cap. vnico. de Sacra Vnct. & D Thom. in 4. ſent. diſt. 23. quæſt. 1. art. 3. quæſt. 1. & Ricard. ibidem. art. 1. quæſt 3. & Sot. quæſt. 1. art. 3 & Sanct. Ant. 3. part. titul. 24. cap. 15. § 1. & ſumma confeſſ. libr. 3 titul. 24. quæſt. 139. & ſumma Ang. ver. vnctio §. 1. & Sylueſt. ibidem, & ſumma Sacrament. §. 216. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 13. Bart. ab Ang. Dialog. 4. §. 91.

3 Oleo conſecrato bene poteſt miſceri aliud oleum non conſecratum, in ſufficiēte tamen quantitate, ne fiat aliud tertium, quoniam magis dignum trahit ad ſe minus dignum, quamuis aliter ſit in vino cōſecrato cap. quod in dubijs. vbi gloſſ. fin. & Doct. de conſecrat. Eccleſ. vel alt. & c. cum marthæ. §. quæſiuiſti, vbi etiam notāt ſcribentes. de celebrat. miſſ.

4 Forma huius Sacramenti eſt oratio de precatiua, quando oculi, nares, & reliquæ partes corporis infirmi vnguntur, videlicet per iſtam Sacram vnctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum oculorum, & ſic de cæteris partibus, quæ omnia colliguntur. ex verbis Iacob.

Digitized by Google

d. cap. 5. & Concil. Florent. ſub Eugenio. 4. & tenet D. Thom. in 4. ſent. diſt. 23. quæſt. 1. art. 4. quæſt. 2. & Sot. & Ricard. ibidem. & Sanct. Ant. 3. part. titul. 24. cap. 15. §. 2. Alt lib. 4. cap. de Sacra Extr. vnct. & ſumma confeſſ. lib. 3. titul. 24. quæſt. 141. Nauarr. in Manu. cap. 22. num. 13. & ſumma Sacrament. §. 218. & ſumma Angel. verb. vnctio. §. 2. & Syluest. verb. vnctio. §. 2. & Tab. verb. vnctio. §. 4. & Bart. ab Angel. Dialog. 4. §. 102. & debet vnctio ſimul cõcurrere cũ prolatione verborum, quoniam ſi Sacerdos prius vngeret, quàm verba pronunciaret, aut è contrà prius pronunciaret verba quàm vngeret, non fieret Sacramentum, ſicut eſt in Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis, & Ordinis. vt tenet Nau. in Manu. cap. 22. num. 12. verſ. dixi. & dixi ſupra de Sacramento Confirmationis. §. 2.

5 Miniſter huius Sacramenti Extremæ vnctionis eſt ſolus ſacerdos, & nullus alius, etiam in extrema neceſſitate, poteſt hoc Sacramentum miniſtrare, nec ſi de facto à ſubdiacono, vel diacono miniſtretur, valebit, nec fiet Sacramentum, cum illi non ſint miniſtri. c. quæſiuit. vbi gloſſ. verb. etiam ſolus. & Doct. de verbor. ſign. & D. Iacob. cap. 5. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. de Sacrament. Extremæ vnct. can. 4. & D. Thom. in 4. ſent. diſt. 23. quæſt. 1. art. 2. Petr. de Palud. & Ricard. ibidem. & Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. & cap. 15. §. 5. & ſumma Ang. verb. vnctio. §. 3. & ſumma confeſſ. libr. 3. titul. 24. quæſt. 143. & Syluest. verb. vnctio. §. 4. Tab. verb vnctio. §. 6. & Sot. in 4. diſt. 23. quæſt. 2. artic. 1. & ſumma Sacrament. §. 220. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 12. & Bart. ab Angel. Dialog. 4. §. 143. & negans presbyterum eſſe proprium miniſtrum huius Sacramenti, aut hoc non eſſe vere, & proprium Sacramentum Eccleſiæ, incurrit maiorem excommunicationem, & in hæreſim. cap. ad abolendam. vbi Doct. de hæret. & c. vnico. de Sacra Vnct. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. & de Sacramento Extremæ vnctionis. can. 4. & ſumma Sacrament. §. 220. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 15.

6 Sacramentum Extremæ vnctionis non eſt miniſtrandum, niſi à proprio parocho, & quicumq; Sacerdos, qui illud miniſtrauerit, ſine extrema neceſſitate, aut ſine licentia proprij parochi eſt puniendus pro arbitrio iudicantis, de licentia tamen proprij parochi, aut in neceſſitate, difficiente parocho, quicumq; Sacerdos illud adminiſtrare poteſt. vt tenet Sot. in 4. diſt. 23. quæſt. 2. art. 1. & Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. cap. 15. §. 5. & Syluest. verb. vnctio. §. 4. & Tab. verb. vnctio. § 6. & Armil. verb. vnctio. §. 5. & ſumma Sacrament. §. 220. & Bart. ab Ang. Dialog. 4. §. 146.

7 Regulares vero hoc Sacramentum adminiſtrantes ſine ſpeciali licentia proprij parochi incurrũt maiorem excõmunicationem ipſo facto clem. 1. vbi gloſſ. verb. ſpeciali. & Ioan. And. de priuileg & tenet Sanct. Ant. 3. part. titul. 14. cap. 15. §. 5. & Tab. verb. vnctio. §. 6. & Armil. ibidem. §. 5. & ſumma Sacrament. §. 220. & Bart. ab Ang. Dialog. 4. §. 147.

8 Olea Sacra ſunt cuſtodienda in Eccleſia in loco congruo mundo, & decenti, ſub clauibus, & ſi ille ad quem cuſtodia ſpectat incautè illa relinquat, & inde aliquid nefandum eueniat debet ſuſpendi tribus menſibus ab officio, & aliqua pœna puniri pro arbitrio iudicantis. cap. 1. vbi Gofred. Hoſt. Innocen. Ant. de Butr. Ioann. And. Abb. & omnes. de cuſt Euchariſt. ſicut etiam dixi de cuſtodia Euchariſtiæ. ſupra. de Sacramento Euchariſtiæ. §. 15.

De Sacramento Ordinis.

1 ORdo generaliter loquendo eſt diſpoſitio parium, diſpariumq; rerum, ſua cuiq; loca tribuens, ſinè quo nihil rectè agitur. vt refert D. Auguſt lib. 19. de ciuitate Dei. cap. 13. & Bald. in tract. Schiſmatis. col. 3. Nau. in Manu. cap. 22. nu. 17. & in omnibus decretis eſt ordo ſeruandus, & in omnibus actis ſolemnibus, quoniam ordo eſt qui dat formam actui, & ſi ordo ſubſtantialis fuerit omiſſus, aut peruerſus, redditur actus nullus. l. prolatam. vbi Doctor. C. de ſent. & interlocut. omniũ iud. & l. 1. ff. de decret. ab ord. fact. & Bald. in l. ambiguitas. C. de teſtam. & ita ille hominum plaſmator in mundi creatione cũcta ſuo ordine compoſuit. Gen. c. 1. & quod ſemel ordine ſuo compoſitum eſt, firmum manet. l. quod ſemel. vbi Doct. ff. de decret. ab ord. fact. quia omnia ſuo ordine ſunt gubernanda, & vbi non eſt ordo, nihil aliud eſſe poteſt, quàm confuſio rerum, & nullitates actorum, itaq; nihil boni emergit, vbi deficit ordo, omnia namq;

Digitized by Google

namq; miſteria diuina, & humana ordine reguntur, & celebrantur, & hominum ordo præſtatior eſt ordine rerum. l.2. vbi Doct. ff. de ſtat. homin. attamen quia hic de Sacramento Ordinis agere conſtituo, incipiam à Sacra Ordinatione, qua homines per gradus ſuo ordine, accendunt, vt differatur alter ab altero. c. ad hoc. diſt. 89. & officia, quæ pertinent ad ſingulos ordinis gradus continentur. in cap. per lectis. diſt. 25.

2 Ordo eſt Sacramentum, & per illam Ordinationem Sacram, datur Spiritus Sanctus, & imprimittur character indelebilis in anima. ita vt nullo modo auferri poſsit, & traditur poteſtas vnicuiq; ſuo ordine miniſtrandi, & ita firma fide tenendum eſt Trident. ſeſſ. 23. cap. 3. & de Sacramento Ord. can. 4. & gloſſ. verb. ſeruanda. in §. 1. diſt. 32. ſumma Sacrament. §. 228. Nauarr. in Manu. cap. 22. num. 10. 17.

3 Ordines Eccleſiaſtici ſunt nouem, videlicet, tonſuratus, & oſtiarius, & exorciſta, & lector, & acolitus, & ſubdiaconus, & diaconus, & presbyter, & Epiſcopatus. cap. cleros. 21. diſt. & cap. per lectis. 25. diſt. & notant Doct. per text. ibi in cap. cum contingat. de ætat. & qualit. & Maior. in 4 ſent. diſt. 24. quæſtion. 1. Marc. Ant. in inſt. lib. 2. titul. 1. num. 10 & Albert. in cap. quoniam. num. 13. de hæret. lib. 6. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 18. & eſt communis canoniſtarum, ſicut enim in Eccleſia triumphante nouem ſunt ordines Angelorum. vt eſt text. in cap. principium. de pœn. diſt. 2. ita etiam in Eccleſia militante, quoniam Eccleſia militans eſt diuinitùs exemplata à triumphante. vt colligitur ex tex. in cap. ad hoc. 89. diſt. & eſt gloſſ. verb. Eccleſiæ, in clem. ad noſtram. de hæret. quamuis Theologi in 4. ſent. diſt. 24. teneant ſeptem tantum eſſe ordines, & ita tenet Syueſter. verb. ordo. 1. ſumma Angel. verb. ordo. 1. § 1. ſumma Sacrament. §. 225. Card. & Bellamer. in cap. cleros. diſt. 21. Chatecisſm. Rom. de Sacrament. Ord. verſ. docendo igitur, & eſt communis Theologorum. dicunt enim primam tonſuram eſſe tantum diſpoſitionem Ordinis Epiſcoparum vero non eſſe ordinem, ſed officium, & dignitatem, & non referri ad Sacram Euchariſtiam, ad cuius finem ordines attendunt. vt tradit Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. & notat Sot. in 4 ſent. diſt. 24 quæſt. 1 art. 3 & alij, ſed opinio canoniſtarum verior mihi videtur.

4 Materia huius Sacramenti Ordinis eſt traditio illius rei ſenſibilis, per quam confertur ordo, & contactus illius, qui fieri debet durante prolatione verborum, vt notant Theologi in 4 ſent. diſt. 24. & Caiet. quolib. 1. quæſt. 16. & ſumma Sacrament. §. 229. & 230. & Nau in Manu. c. 22. num. 12. & num 17. & facit text. in c. de trahe. 1 quæſt. 1.

5 Forma huius Sacramenti eſt prolatio verborum, per quæ traditur poteſtas cuiuſcumq; ordinis gradus. tenet Nau. in Manu. cap. 22. num. 17. cum enim in omnibus Sacramentis Eccleſiæ requiratur, materia, & forma, & intentio miniſtri, etiam in hoc Sacramento dantur illa tria de eſſentia vt perficiatur. ex Trid. ſeſſ. 7. de Sacrament. in gener. can. 11. & ſeſſ. 14. c. 2. & Magiſt. ſen. & Sot. in 4. diſt. 1. & alij ibidem.

6 Miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus, & ita diffinitum eſt in Concil Trident. ſeſſ. 23. cap. 3. de reformat. ita vt ſi ſimplex ſacerdos aliquem ordinare præſumpſerit nihil faciat cap presbyteri. vbi Doctor. diſt 68. & Sanct. Thom. 3. parte. quæſtion. 72. articul. 11. & in 4. diſtin. 7. quæſtion 3. articul. 1. quæſtion 3. & Palud. in 4. diſtin. 7. quæſtion. 4. concluſione. 2. quamuis minores ordines poſsint conferri ab Abbatibus, & ab alijs presbyteris exemptis. cap. cum contingat. vbi Doct. de ætat. & qualit. & cap. quoniam. videamus. vbi gloſſ. verb. lectoris. diſtin. 69 & Trid. ſeſſ. 23. cap. 10. de reformat. tamen illos conferre non poſſunt; niſi illis, in quos habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, vt eſt text. in cap. Abbates. vbi gloſſ. verb. quaſi. Ioann. Andr. & alij. de priuileg. libr. 6. & Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 3. de reformat. & Abb. in cap. veniens. numer. 5. de præſcript. & Papa poterit committere presbytero collationem ordinum minorum, non ſacerdoti vero non poteſt, nec collatio ordinum maiorum poteſt committi, niſi Epiſcopo duntaxat. vt tenet Sanct Thom. & Palud. vbi ſupra, & ſumma Sacrament. §. 234.

7 Ad officium, & ordinem Epiſcopalem pertinet conficere Chriſma, & Oleum Sanctum. cap. referente, vbi Hoſt. Innocent.

Digitized by Google

Ant.de Butr.Abb & alij. de celeb.Miſſ. & c.presbyterus. diſt.95. & confirmare. cap. peruenit. diſt 95. & virgines conſecrare. gloſſ. & Doct.in cap.ea quæ.de regul.iur. libr.6. & templa, baſilicas, altare, vaſa, & veſtes ſacras. c.quamuis Chorepiſcopi, & c.Chorepiſcopi. diſt.67. & Abb. in c.veniens. num.5. de præſcript.& ſumma Sacrament. §.234.

8 Ordinari non poteſt ille qui non eſt baptizatus, cum enim baptiſmus ſit ianua & fundamentum omnium Sacramentorum, vt dixi ſupra, de Sacramento baptiſmi.§. 15. qui non eſt baptizatus non poteſt ſuſcipere alia Sacramenta,& ſi defacto ordinetur non recipit characterem,nec ordinatio tenet. c.1. vbi Doct.& cap.veniens. vbi Hoſt.Ioan.And.Innocent.Abb.& alij. de presbyt. non bapt.

9 Ordinari poteſt homo maſculus, qui pollet ætate, moribus, grauitate,& ſcientia. c.cum incunctis. vbi gl.1. Hoſt.Ioan. And.Innocent.Ant.de Butr. Abb & omnes.de elect. & Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.5. & cap.7. de reformat. & c.vnico.vbi notant ſcribentes. de Scrut. ord. & c.à multis. de ætat.& qualit. & authent.quomod. oport. Epiſc.§ hæc autem. vbi Bart.coll. 1. & ſumma Sacrament.§.239. Merg.conſil.29. num.12. & ille, qui ordinandus eſt debet probare de ſuis moribus, & vita, & de ſua legitimitate, ſi eſt infamatus quòd non ſit legitimus, & ſi defecerit in probatione non poteſt ordinari. c.accedens.vbi gloſſ.verb.purgatione, & Doct.de purgat. canon.

10 Ordinari non poteſt quis ante legitimã ætatem,& quamuis ſi pueri,amentes,& cæteri fideles poſt ſuſceptum baptiſmum, ordinentur. ſuſcipiant verum Sacramentum: vt tenet Scot. in 4 ſent.diſt.25 quæſ. 2. & Ricard.art.4. quæſt.2.& Ouand.propoſ.7.& tenent omnes.non debent tamen ordinari in minoribus ordinibus,nec prima tonſura initiari, qui non habent vſum rationis, & ad primam tonſuram debent ſcire legere,& ſcribere,& eſſe docti in rudimento fidei, ita vt ſint in via ad maiores ordines, & poſtquam fuerint confirmati. c.fin. vbi gloſſ.verb.in facti,de temp.ord. lib.6.& Trid. ſeſſ.23. cap.4. de reformat. & ad minores ordines promouendi debent ſaltim intelligere linguam Latinam. Trid.ſeſſ.23. c.11.de reformat.& ad ſubdiaconatum requiritur ætas viginti duorũ annorum, & ad diaconatum vigintitrium, & ad presbyteratum vigintiquinq́;,ex Trident. ſeſſ.23. cap.12. de reformat.ſufficit tamen annus incæptus, licet non ſit impletus, & ad primam tonſuram, & ad tres ordines minores requiritur ætas ſeptem annorum completorum, & ad àcolytum ætas duodecim annorum, etiam completorum. d. c.fin. vbi gloſſ.verb. infacti. de temp.ord. lib.6. & c.in ſingulis. diſt.77. & Ouand. in 4.ſent. diſt.25. prop.7. & ordinans aliquem ante legitimam ætatem ſuſpenditur ab ordinum collatione, ordinatus vero ſuſpenditur ab ordinum executione.c.vel non eſt,& ibi gloſſ.verb.ætatẽ. & Doct.de temp.ord. & notant ſcribentes in c.ex tenore.eodem titul.

11 Ordinari nõ debet illegitimus, nec poteſt habere beneficium ſimplex,vel curatum. c.1.vbi gloſſ.verb.ex fornicatione,& Doct. de fili.presbyt. & c. cum incunctis. de elect. & c. conſuluit. de ſeru. non ord. & c.de inceſtis.35. quæſt.3. diſpenſat tamen Epiſcopus in minoribus ordinibus, & in ſimplici beneficio, quamuis ſit canonia in Eccleſia Cathedrali, vbi non eſt cura animarum in ſacris ordinibus, & in beneficijs curatis, ſeù vbi cura animarum eſt annexa, aut indignitatibus,non diſpenſat cum illegitimis, niſi ſolus Papa. c.1.vbi gloſſ.verb. beneficium, & Ioann.Monach. Arch.Dominic.Ioan.And.Philiph.Franc. & omnes. de fil.presbyt.lib.6.

13 Ordinari nõ poteſt homicida poſt baptiſmum ex traditione Eccleſiæ,cum ſit homicida voluntarius, tam licitè,quàm illicitè,ſicut eſt ille, qui ex propoſito interfecit, ſeù mandauit,conſilium, vel auxilium dedit, aut fuit iudex in ſententia ſanguinis, quæ ſuum ſortita eſt effectum, ſcriba, lytor, aut aduocatus,vel teſtis,& ſimiliter, nam omnes iſti remanent irregulares, & non poſſunt ordinari, quamuis ſi de facto ordinentur, valebit ordinatio, & tenebit ordo. c.1. & per totum. de homicid. & c. clericis. ne cler. vel monach.& c.ſententiam, vbi Hoſt.Innocent.Ioann.And.Ant. de Butr. Abb. & alij. eodem titul. & c.ex litteris. vbi glo.verb.conſuluit. de exceſſ. prælat. & gloſ.verb. quicumq́;. in c.1.diſt. 51.& Abb.in c.2.de vita & honeſt.cler.& ſumma Sacrament. §.239.

12 Ordinari etiam non poteſt, qui membrum alicuius mutilauit, vel manu, ſiuè pede mutilatus eſt, cũ deffectus ille cauſet horrorem,

Digitized by Google

horrorem, ſeù ſcandalum, & nihil intereſt, verùm ſua culpa, aut ſine illa membri mutilatio eueniat. c. expoſuit. vbi gloſſ. 1. & Doct. de corp. vitiat. & c. pœnitentes. diſt. 55. aut qui amiſit duos digitos. cum dimidia palma manus, aut pollicem, per quē impediretur ad frangendam Euchariſtiā, & non poſſet ſine ſcandalo celebrare. cap. presbyterum, vbi glo. fin. & Doct. de cler. ægrotant. & c. 1. vbi etiam notant ſcribentes. de corp. vitiat. & gloſſ. verb. manu in d. c. expoſuit. eodem tit. & l. idem o filius. ff. de ædilit. edict. & gloſſ. fin. in cap. vlt. de corp. vitiat. itaq; quicumq; deffectus, aut inhabilitas alicuius membri, quæ inhabilē facit ad celebrandum, & cauſet horrorem, & ſcandalum, ſi celebret efficit irregularem, ſiue incurrat culpa illius, qui ordinari vult, ſiue ſine ea. c. pen. & vlt. de corp. vitiat. & Abb. in cap. 2. de cler. ægrotant Nau. in Manu. cap. 27. num. 180. ſi autem digitum amiſiſſet, per quam amiſsionem paruam pateretur deformitatem, nec impediretur ad Euchariſtiæ fractionem, bene poterit tunc ordinari. c. 1. & c. fin. vbi gloſſ. fin. & Doct. de corp. vit. & cap. lator. diſt. 55. quod relinquitur in arbitrium Epiſcopi. ex Innocent. in c. 1. & Card. & Ant. de Butr. in c 2. de corp. vitiat. Nau. vbi ſupra. ſi tamen quis ſua indignatione ſibi digitum, aut aliud membrum amputauerit, nō poterit ordinari, quoniam ſibi amputans membrum, quātumcumq; leue ſit redditur indignus ad ordines ſuſcipiēdos. c. qui partem. diſt. 55. & c. maritum. diſt. 33. Abb. in c. ex parte. 1. num. 5. de corp. vitiat.

14 Medicus etiam qui curauit infirmum, & negligentia, ſiuè imperitia eius infirmus mortuus eſt, ordinari non poteſt, quāuis in arte fuiſſet peritus. c. ad aures. vbi gloſſ. verb. remordeat. & Doct. de ætat. & qualit. quoniam euentus mortis infirmi imputatur medico, ſi ſua negligentia, aut imperitia mortuus fuit, & aliter non imputatur ei. l. illicitas. §. ſicuti. vbi Doct. ff. de offic. præſid. & l. qua actione. §. vult. ff. ad leg. Aquil. & l. medicus vbi notant ſcribentes. ff. de var. & extraord. cogn. & l. imperitia. vbi Dec. ff. de regul. iur. & gloſſ. verb. remordeat. in cap. ad aures. de ætat. & qualit.

15 Ordinari tamen poteſt ille, qui habet maculam in oculo, ſi macula illa non inducat magnam deformitatem. c. cum de tua. vbi gloſſ. fin. & Abb. num. 1. de corp. vitiat. & l. qui clauum. ff. de ædilit. edic. & Nau. in Manu. c. 27. num. 179. vnde ſi careret viſu alicuius oculi poſſet ordinari, ſi deformitas illa non impediret exercitium celebrationis, nec pareret ſcandalum, aut horrorem, quod relinquitur in arbitrium Epiſcopi, & hoc intelligitur tam de oculo ſiniſtro, quàm de dextro, & ita ingiboſis, & alijs corporis vitijs, nam quando deffectus eſt paruus, non impedit, quonimùs quis ordinari poſsit. c. cum de tua vbi gloſſ. fin. & Doct. de corp. vitiat. dixi ſupra verb. irregularitas. §. 25. quamuis nonnulli faciāt differentiam inter illū, qui caret viſu oculi dextri, & ſiniſtri. vt tenet Nau. in Manu. cap. 27. nu. 179. ille tamen, qui caret oculo non poteſt ordinari, nec refert. verū oculus eruatur ab ordinando ſua culpa, aut ſine illa quoniam monoſculus fit irregularis, quæ ſine culpa incurrere poteſt. c. euāgelica. diſt. 55. & gl. verb. inuiſu. in c. conſtitutionem. de verb. ſign. lib 6.

16 Caſtratus à natiuitate poteſt ordinari, & ita ille, cui virilia abſciſa fuerunt contra ſuam voluntatē, aut cauſa ſanitatis, vt euitaret aliquod corporis vitium. c. ex parte. 1. vbi Abb. num. 5. & cap. ex parte. 2. vbi Doct. de corp. vitiat. & c. ſi quis à medicis, & c. Eunuchis, & c. ſi quis pro ægritudine. & c ſi quis in infirmitate. diſt 55. ille tamen qui propria volūtate virilia abſcidit, ſeù abſcindere iuſsit, non poteſt ordinari, quamuis bono zelo, & Dei deuotione feciſſet. cap. ſignificauit. vbi glo. & Doct. de corp. vit. & c. ſi quis abſciderit, & c. hi, qui ſe. & c. qui partem. diſt. 55. & gloſſ. verb. ſecùs. in d. c. ex parte. 2. de corp. vitiat. & Burcard. lib. 2. c. 14. & Abb. in c. ex parte. 1. nu. 5. de corp. vitiat.

17 Ordinari poteſt ille, qui fuit vxoratus cum vnica muliere, & virgine, quamuis cū alio fuiſſet ſponſata de præſenti, cum tamen corrupta non fuiſſet, nec ab alio cognita. c cum debitum. de bigam. vbi notant ſcribentes. & Nau. in Manu. cap. 27. num. 176. & c. ſane. de cler. cōiug. quamuis Magiſt. ſent. in 4. diſt. 27. & alij Theologi ibidem contrarium teneant in ſponſata de præſenti, ſed opinio canoniſtarum eſt verior ſecundum litteram text. in d. c. debitum. ibi. vbi deficit inter huiuſmodi coniuges commixtio corporum non deeſt huiuſmodi ſignaculum Sacramenti, & ibi gl. verb. viduæ. bigamus tamen ordinari non

Ooo 4 poteſt,

poteſt, nec publice pœnitens, nec homo malis moribus infectus. c.1. vbi gloſſ.ver. pœnitentes, & Doct.de bigam.& c.1. §.ne ſit. & c.nullus. diſt.55.& c. ex pœnitentibus. diſt.50. & c.non promoueantur. diſt. 61. & cap.curandum, & cap.præcipimus. & cap. ſi quis viduam 34 diſt. & Abb. in Rubric.de bigam & ſibi gamus ordinetur remanet ſuſpenſus ab ordinum executione, nec licet diſpenſare cum illo, ſi in ſacris ordinatus fuerit, & ordinator priuabitur poteſtate diſpenſandi. c.ſuper eo. vbi Doct.de bigam. & Card. in clem.2.de ætat. & qualitat. & Arch. in c.lector. diſt. 34.

18 Ordinari etiam poteſt vxoratus cũ virgine, & ad ſacros ordines promoueri, & ad Epiſcopatus ordinem, & dignitatem aſſumi, ſi mulier profiteatur, & promittat continentiam,& ſacrum velum ſibi imponat,& aſſumat veſtem religionis. c.coniugatus,& c.ſane. de conuerſ.coniug.& licet nonnulli dicant ſufficere mulierem promittere continentiam,quamuis non profiteatur, vt maritus ordinetur vſq; ad ordinem Epiſcopatus. ego tamen exiſtimo nõ ſufficere, niſi profiteatur, quia ex verbis tex. in d. c.coniugatus,colligitur non ſufficere.ibi niſi ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus,& ita obſeruat cõſuetudo.

19 Ordinari etiam poteſt,ſeù profiteri ille, qui ſeparatus eſt ab vxore, propter adulterium vxoris, ſiuè propter fornicationẽ ſpiritualem, cum tamen poſt adulterium, & ſeparationem,mulierem non cognouiſſet. c.conſtitutus. vbi gloſſ.verb. ad gradum, & Innocent. Hoſt. Ioann. And. Ant. de Butr.Abb. & omnes. & cap.fin.de conuerſ.coniug. & c.Agathoſa.27.quæſt.2. & Ioan.And. in c.veniens.de conuerſ.coniugat. Merg.conſil.31. num.23.

20 Ordinari quoq; non debet criminoſus manifeſtus, nec infamatus de furtis,ſeù latrocinijs, nec publice pœnitens, vel aliquo facinore infeciatus, nec dum pendet accuſatio alicuius criminis. c fin. vbi Doctor.de furt. & c.omnipotens vbi gloſſ.1. & Abb. num 2. de accuſat. & c fin.de teſt. & c.1. §.ne ſit.diſt.55. & c.tantis Daniel. diſt.81.& c.1. vbi gloſſ.verb.pœnitentes. de bigam. criminoſus tamen occultus nõ debet ordinari, licet prohiberi nõ poſsit, ſi ad ordinatorem accedat.c.ex tenore vbi Doct.& cap.quæſitum. vbi gloſſ.verb.mouendi, de temp. ord. quia ſolus Deus eſt iudex peccatorum occultorum,& ad illum ſolum expectat cognitio illorum. l. iuris iurandi. vbi Bald. C.de iure iur. & c.erubeſcant diſt.32. & c conſuluiſti.2 quæſt.5. & gloſ.verb.occultum.in d.c.ex tenore.

21 Ordinari non debet excommunicatus, ſuſpenſus,vel interdictus,quoniam ſi ſciẽter ordinetur remanet irregularis, & ſi eſt Clericus ſecularis deponitur in perpetuũ, regularis vero ſuſpenditur ab ordinum executione, ſi autem ignoranter fecit, erit tunc diſpenſandus à Summo Pontifice, ſi eſt clericus ſecularis, ſi vero eſt regularis diſpenſatur à ſuo Abbate. c.1.vbi Doct.de eo,qui furt.ord.ſuſcep. & c. cum illorum. vbi Innocent.Hoſt.Ioan.And.Ant.de But. Abb. & alij.de ſent.excõmunicat.& Nau. in Manu. cap.27. num.221. ſi tamen delictum eſt occultum poteſt ab Epiſcopo diſpenſari. ex Trid.ſeſſ.24. c.6.de reform.

22 Ordinari non poſſunt ad ſacros ordines executores, ſeù tutores, vel curatores, aut exactores pupillorum, niſi depoſito officio, ſi non ſunt perpetui, quia ſi perpetui ſunt ab ordinibus perpetuò repelluntur, aut adminiſtratores generales bonorum alterius, quoniam infamaretur Eccleſia, ſi ad ſacros ordines promoueret aliquem cum danno alterius. c.1. vbi gloſſ verb.ratiocinia & Ioan.And. Ant.de Butr. Abb.& alij de obligat. ad ratiocin & c.legem. diſt.53. & c.quicumq; diſt.54. & ſpecul.in titul.de obligat. ad ratiocin.poſt prin. nec ille, qui publicarum rerum nexibus implicatus eſt. c.1. ne ſit. diſt.55.& l.officiales vbi Doct.C.de Epiſc. & cler. & gloſſ.verb. ratiocinia. in d. c.1. vbi Innocent.de obligat.ad ratiocin.

23 Ordinari nullus poteſt niſi à ſuo proprio Epiſcopo, aut cum commendatione proprij Epiſcopi. c. nullus vbi gloſſ.verb. ordinare, & Abb. num.3. de paroch. & c. nullus. 1. & c. nullus,2. & c.nullum, & c. non inuitati, & c.fin.9.quæſt.2. & Concil. Trid.ſeſſ.23. c.8. de reformat.& cap.1.vbi Ioan. Monach Dominic.Ioan.And. & alij. de temp ord. lib.6. & Trid.ſeſſ.7. cap.11. de reformat.

24 Et ordinans Clericum alienum ſcienter ſine commendatione ſui Epiſcopi fit ſuſpenſus per annum ab ordinum collatione, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum executione,quandiu proprio ordinario expedire videbitur. c. eos qui. vbi Doct. de

temp.

Digitized by Google

temp.ord. libr.6. & Trid.ſeſſ.23.cap.8.de reformat. & ſeſſ.6. cap 5. de reformat. & ſemper præſumitur ſcientia dum non probatur contrarium, quoniam ordinator tenetur ſcrutari de illis, quos ad ordinandū recipit. c.innotuit. vbi gloſſ.verb.ignorātiam, & Doct.de elect.gloſſ.verb.ſcienter. in d. c. eos qui. vbi Dominic.Font. & alij. de temp.ord.& poſtquam manifeſtū fuerit Epiſcopum eſſe ſuſpenſum per annum, eò quòd Clericum alienum ordinauit, ſine commendatione ſui Epiſcopi, tunc poterunt ſubditi ordinari ab Epiſcopo vicino, ſine licentia illius. d. c.eos qui vbi Doct. de temp.ord. lib.6

25 Proprius Epiſcopus, à quo quis ordinari poteſt, eſt ille vnde traxit originem, etiā ſi à tranſeunte natus fuiſſet, quia vbi quis naſcitur ſemper ibi retinet domicilium, & vbi beneficiatus exiſtit, atq; vbi habet domicilium c.1. vbi gloſſ verb exiſtit, & Ioan.Monach. Dominic. Ioan. And. Anch. Philiph. Franc.& omnes. & c.cum nullus. vbi etiam notant ſcribētes de tēp. ord. lib.6. & Abb. in c.1. num.6. de foro comp. & in cap. cum iam dudum. num.7. de præb. & in c.nullus. num.4. de paroch. & poteſt quis ratione domicilij ordinari vbicumq; ſe contulerit cum animo habitandi, vnde poteſt hodie quis ſe transferre de noſtro Epiſcopatu Lamacenſi in Epiſcopatum Portuenſem, & mane ibi ordinari ab Epiſcopo Portuenſi, quoniam ſtatim ſortitur domicilium, vbi ſe tranſtulit cum animo habitandi. vt eſt tex. in l. non vtiq;.& in l domicilium, & in l.nihil. ff.ad municip. Abb.in c.fin. num 8. de paroch. ita tamen, vt ibi verè ſit tranſlatus, & non iuris fictione.cap.ſi quis iam tranſlatus. 21. queſt.2.& Abb. in cap.extirpidæ. §. quia vero. nu.11.in 2.lect.de præb. & dixi ſupra verb.domicilium.§ 7,& verb. parochia. § 3.

26 Familiaris Epiſcopi, qui per triennium cum ipſo Epiſcopo fuerit commoratus, poterit ab illo ordinari, licet ſuus ſubditus non ſit. tenetur tamen Epiſcopus ſtatim illi conferre beneficium, ſi ad titulum ſui patrimonij illum nō ordinauit.ex Trident.ſeſſ 23.cap.9. de reformat & Nau.in Manu.cap.22. num.18. verſ.tertio. niſi ſit Epiſcopus titularis, quia ab illo nullus ordinari poteſt ſine licentia ſui Epiſcopi, quamuis ſit familiaris,& commenſalis ipſius Epiſcopi titularis. ex Tridentin. ſeſſ. 14. cap.2. de reformat. & Nauarr.vbi ſupra.

27 Regularis tamen profeſſus poteſt ordinari ab illo diæceſano, vbi degit.quamuis ibi non ſit oriundus. c.cum nullus.§.religioſi. vbi Ioann.Monach.Dominic.Ioann. And. Philiph. Franc.Anch. & alij de tēp. ord. libr.6 & vbi eſt oriundus, quia ſemper domicilium retinetur, vbi quis natus fuit. cap cum nullos.vbi gloſſ.verb oriundus, & Doct.de temp.ord. lib.6. & l. ſenatores.ff.de ſenat.& l.ad ſumptio.ff.ad municipal. & l.ordine. §.ius originis.ff.codē. & dixi ſupra § 25.

28 Ordinandi licentiam in alterius Epiſcopatu dat Epiſcopus illius, qui eſt ordinandus, & Epiſcopo abſente in remotis, eius Vicarius generalis illam concedit licentiam ſuis ſubditis, per litteras dimiſſorias, vt poſsint ordinari ab alijs Epiſcopis, & Capitulū Sede vacante poſt annum à die vacationis concedit licentiam per litteras dimiſſorias, aut ante annū, ſi quis ratione beneficij ordinari teneatur, & aliter ordinatus ab Epiſcopo non ſuo in minoribus ordinibus non gaudet priuilegio clericali, in maioribus verò ipſo iure remanet ſuſpenſus ab ordinum executione vſq; ad beneplacitum prælati. cap. cum nullus. vbi Ioann.Andr. Dominic. Franc. Font. & alij.de temp. ord. libr.6. & Trid. ſeſſ.7. cap.10. & cap.11. de reformat. & ſeſſ.23 cap.10. de reformat.& ſeſſ.14.cap. 1.ad fin.de reformat.

29 Ordinatus ſine examine, aut furtiuè, ſiuè contra voluntatē ſui Epiſcopi, vel Prælati, patitur pœnas ſupra relatas, quando nō fuit facta prohibitio ſubpœna excōmunicationis, vt nullus ſe ingereret, & intromitteret ad ſuſcipiendos ordines furtiuè, & ſine voluntate Epiſcopi ſui, aut Prælati, quoniam ſi fuit facta prohibitio, vt nullus ſe intromitteret, ſeù admiſceret, ſubpœna excommunicationis ipſo facto ad ordines ſuſcipiendos, eò ipſò quòd ſe intromiſit, remanſit excommunicatus, & ſic iam excommunicatus ſuſcepit illum ordinem, & ſit ſuſpenſus ab ordinum executione, & irregularis, & non poteſt diſpenſari niſi à Summo Pontifice. cap.1. vbi notant Doctor.& cap.fin.de eo qui furt. ſi autem hoc crimen fuerit occulrū bene poterit Epiſcopus abſoluere ab hac ſuſpenſione, & irregularitate.ex Concil.Trid.ſeſſ.24 c.6.de reformat.& Nau.in Manu.c.27.n.174.

Ordinari

Digitized by Google

30 Ordinari non debet Clericus ſecularis, quamuis ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad Sacros Ordines, niſi prius pacifice poſsideat beneficium Eccleſiaſticum, ſufficiens ad congruam ſubſtentationem ipſius ordinandi, aut patrimonium æque ſufficiens, vel penſionem, in aliquo beneficio, quæ talis ſit, vt ſufficiat ad vitam ordinandi ſubſtentandam, quod patrimonium, ſiue penſionem alienare, aut extinguere non poterit ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiẽs ſit adeptus, aut aliunde habeat vnde commodem viuere poſsit, nec beneficio renũciare poterit. cap. tuis quæſtionibus vbi Doct. de præb. & cap 1. & 2. diſt. 70. & Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.

31 Clerici quoq; religioſi, ſeù canonici, qui intrà clauſtra monaſteriorum, ſeù domorum, more religioſorum incommuni viuunt, & qui non faciunt profeſsionem, aut illam faciunt ad tempus certum, & ex clauſtro exire poſſunt, & redire ad ſeculũ, non ſunt promouendi ad Sacros Ordines ſine patrimonio ſufficiente. iuxta formam Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat. & qui illos ſine patrimonio ad Ordines Sacros promouerit, remanet ipſo iure ſuſpẽſus à præſtatione ordinum, & tales promotiones ſunt nullæ, & irritæ, quòad ordinum executionem, & ita promoti non poſſunt miniſtrare in miniſterio altaris, & ſi miniſtrarent, remanerent priuati omnibus priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus Eccleſiaſticis, & fiunt irregulares, à quibus non poſſunt abſolui niſi à Romano Pontifice, vt habetur in motu propr. Pij Quinti edito, anno Domini 1568. die 13 menſis Septembris, fol. mihi. 104. & non ſolum religioſi incurrunt in pœnas ſupra relatas, ſed etiam Clerici ſeculares, per dictum motum Pij Quinti, excipiuntur tamen ab hac regula religioſi ſocietatis I E S V, qui poſt tria vota emiſſa ante profiſsionem poſſunt ordinari ad Sacros Ordines ſine patrimonio, cum licentia ſui Præpoſiti, per indultum Greg. XIII. die vltima Februarij anno 1573. cõceſſum.

32 Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, debet conſiſtere in bonis immobilibus, & non in pecunia, ſeù in rebus mobilibus, vt probatur ex verbis Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat. dum dicit, quòd ordinatus non poſsit ſine licẽtia Epiſcopi alienare, extinguere, vel remittere bona patrimonij, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere poſsit, & ita de coadiutoria, ſeù capellania temporali, & non perpetua; nam ſi quis habeat coadiutoriam perpetuam, vel capellaniam ſufficientem ad congruam ſubſtentationem, poterit promoueri ad illius titulum, ſecùs ſi in ſola temporalitate conſiſtat. ex Mand. regul. can quæſt. 12. num 3. Ign. de Salz in pract. criminal. cap. 18. n. 10.

33 Clericus ordinatus ſine titulo, aut cum beneficio alteri debito, ſit ſuſpenſus ipſo iure ab ordinum executione, per text. in cap. 1. & 2. diſt. 70. quæ iura licet fuiſſent correcta, per text. in cap. cum ſecundum Apoſtolum de præb hodie tamen ſunt renouata per Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. in fin. de reformat.

34 Epiſcopus, qui aliquem ſine titulo in ſacris ordinauit, aut eius ſucceſſor, tenetur illi præſtare vnde viuere poſsit. c. non licet. vbi Doct de præb. & c. Epiſcopus. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de But. Abb. & alij eodem titul. & c. accepimus. vbi etiam notat Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. de ætat. & qualit. & ſi ordinatus habebat beneficium alteri debitum, & ad titulum illius fuit ordinatus Epiſcopo ignorante, illo vero ſciente non tenetur tunc Epiſcopus illi prouidere, quoniam vnicuiq; malicia ſua debet nocere, & non prodeſſe, ſi tamẽ ordinatus ignorabat beneficium alteri eſſe debitum, tunc tenetur Epiſcopus prouidere illi ordinato de remedio, vnde viuere poſsit, ſi beneficium ab illo fuerit ſublatũ, & ſi Epiſcopus ſciebat beneficium alteri eſſe debitum, & ordinatus ignorabat, tunc tenetur illi prouidere de altero beneficio æquiualente. facit text in cap. ſi beneficia cum ibi notatis. de præb. lib. 6. & in c. paſtoralis de iure patr. & gloſſ. fin. in cap. cum ſecundum Apoſtolum. de præb.

35 Ordinari ad Sacros Ordines non poteſt quis cum patrimonio falſo, nec paciſci cũ illo, qui patrimonium dedit vt illud ab eo non repeteret, aut fructus illius, quia tunc committit ſimoniam, & remanet ſuſpenſus ab ordinum executione, & ante diſpẽſationem miniſtrare nõ poteſt in ſuſcepto ordine, nec ad maiores ordines aſcendere, quoniam nullum pactum, nec conuentio valet, nec præſtari, ſeù interuenire poteſt

inter

inter donatorem patrimonij, & donatarium, vt illud poſt modum retineat, aut fructus illius, ſeù aliud ſimile. cap. tua nos. vbi Doct. & cap. per tuas 3. vbi gloſſ. fin. & cap. pen. de ſim. & cap. fin. de pact. & c. quam pio. 1. quæſt. 2. & gloſſ. verb. ab executione. in c. ſi quis ordinauerit. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. Anan. Fel. & omnes. de ſim. & Nau. in Manu. cap. 27. num. 138. Ign. de Salz. cap. 18. num. 12. ſi tamen talis ſuſpenſio, & irregularitas fuerit, & procedat ex pacto occulto, poterit in illa Epiſcopus diſpenſare: qui tamen poſt ordinationem remittit ius patrimonij, aut non ſuſcipit fructus illius, vel retrò donat in caſu, quod illud retro donare poſsit, nullo pacto, aut promiſsione ante ordinationem interueniente non incurret pœnam ſupra relatam: facit doctrina gloſſ. fin. in c. ſi Epiſcopus. de præb. lib. 6. & tenet Nau. in Manu. d. cap. 27. num. 138. & Ign. de Salzed. d. cap. 18. num. 13.

36 Ordinans aliquem ſub promiſsione de non petendo ab eo prouiſionem, manet ſuſpenſus per tres annos ab ordinum collatione, & ordinatus remanet ſuſpenſus in perpetuū ab executione ordinum. cap. ſi quis ordinauerit. vbi gloſſ. verb. ab executione. & Doct. de ſimon. nec tale pactum valet. ex gloſſ. 1. communiter approbata. in d. cap. ſi quis ordinauerit, & ibi Doct. & gloſſ. fin. in c. ſi Epiſcopus. de præb. lib. 6. Salzed. in pract. cap. 18. num. 11. & Nau. vbi ſupra.

37 Ordinari non licet ab Epiſcopo ſimoniaco, ſi tamen quis ab eo ſuſcipiat ordines, antequàm ſciat eum eſſe ſimoniacum, poterit miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, ſed non poterit poſtea ab eo ad alios promoueri. cap. per tuas. 2. vbi gloſſ. verb. ſecure miniſtret. & Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſim.

38 Nec ab Epiſcopo excommunicato, vel ſchiſmatico, & ab illo ordinatus caret ordinis executione, & remanet excommunicatus. c. 1. vbi Abb. num. 3. & cap. 2. vbi Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. de ſchiſmat. attamen ſi ignoranter Ordines ab eo ſuſcepit, tunc ſuus Epiſcopus diſpenſat cum illo, ſi autem ſcienter ſolus Papa diſpenſat. c. 1. vbi Doct. & c. 2. vbi etiam notant ſcribentes de ord. ab Epiſcop. qui renunciauit Epiſcop.

39 Ordinari non debent Latini ab Epiſcopis Græcis, nec Græci ab Epiſcopis Latinis ſecundum alter verius ritus, & inſtitutionis obſeruantiam, ſi vero ritus ordinādi non ſint diuerſi bene poterit, alter ab altero ordinari, de licentia ſuorum Prælatorum. cap. cum ſecundum. vbi Doct. de temp. ord. Græcus tamen ſubiectus Epiſcopo Latino non poteſt ordinari ab Epiſcopo Græco, ſine licentia ſui Epiſcopi, & ſi ab illo ordinetur ſine mandato, vel licētia ſui Prælati, interdicitur illi ordinis executio. c. quod tranſlationem. vbi Doct. de temp. ord.

40 Clerici Græci in minoribus ordinibus conſtituti poſſunt contrahere matrimonium, & poſtea promoueri ad Ordines Sacros, & in illis vti ſuo matrimonio, quoniam votum continentiæ non emittunt. cap. vt clericorum. §. fin. & ibi gloſſ. vlt. & Doct. de vita, & honeſt. cler. & cap. cum olim. vbi gloſſ. verb. votum, & Gofred. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes. de cler. coniug. & c. Nicena. & c. quoniam, & cap. aliter. diſt. 31. & Abb. in cap. quod tranſlationem. nu. 3. de temp. ord.

41 Ordinari non debet aliquis in ſacris ordinibus, niſi in quatuor tēporibus, & Sabbato Paſsionis, & Sabbato Sancto. cap. 1. & cap. ſanc. & cap. de eo. vbi Doct. de tēp. ord. & gloſſ. verb. à iure. in cap. ſi pro clericis. vbi Arch. Ioan. And. Philiph. Franc. Anch. & alij. de præbend. libr. 6. ſi tamen defacto ordinetur extra tempora recipit ordinem, quia tempus non eſt de eſſentia ordinationis, ſed de ſolemnitate, attamen ipſo facto remanet ſuſpenſus ab ordinis executione, & non poteſt diſpenſari, niſi à Summo Pontifice, & ordinator remanet ſuſpenſus à collatione ordinum, quos cōtulit. cap. cum quidam. vbi gloſſ. 1. & 2. & Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. & c. conſultationi. vbi gloſſ. verb. poteris, & Hoſt. Ioan. And. & Abb. de tēp. ord. idem Abb. in cap. litteras. num. 3. verſ. oppono quod nō ſit, eodem titul. ſi autem ordinatus fuit ignoranter tunc poterit diſpenſari ab Epiſcopo. d. cap. conſultationi. vbi Doct. de temp. ord. & facit text. in c. cum clericis. de ord. ab Epiſcop. qui renunciauit Epiſcop.

42 Ordines autem minores bene poſſunt conferri quibuſcumq; diebus Dominicis, ſeù feſtiuis. c. de eo autem, vbi Doctor. de temp. ord. & poſſunt omnes quatuor ordines minores vna die conferri. c. cum hi.

vbi

Digitized by Google

vbi Abb. num. 1. de eo qui furt. & gloſſ. verb. ad minores. in cap. de eo autem. vbi Ant. Abb. & alij. vbi ſuprà, & c. ſi Romanorum. diſt. 19. hodie tamen relinquitur in arbitrium Epiſcopi, verum ſibi videatur illos conferre ſimul, aut per temporum interſtitia. ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 11. de reformat.

43 Ordines minores, & ſubdiaconatus ordo non poſſunt eodem die conferri, & illos ſuſcipiens fit ſuſpenſus ab executione poſterioris ordinis. cap. 2. vbi Doct. de eo qui furt. ord. ſuſcep. & facit text. in cap. 2. de temp. ord. & Nau. in Manu. cap. 25. nu. 71. verſ. octauo, & ita de illo, qui duos Ordines Sacros eodem die, vel duobus continuis diebus ſuſcepit, valet tamen ordinatio, at ordinatus remanet ſuſpēſus ab executione poſterioris ordinis, & ordinator a collatione ordinū. c. litteras, & c. dilectus. vbi gl. ver. tres, & Doct. de temp. ord. & cap. fin. de eo qui furt. ord. ſuſcep. vbi Abb. num. 3. & idem Abb. in cap cum ſis. num. 1. de conſecrat. Eccleſ. vel alt. & Trident. ſeſſ. 23. cap. 13. de reformat. & Nau. in Manu. c. 25. nu. 71. verſ. octauo.

44 Ordinatus per ſaltum de ſubdiaconatu ad presbyteratum, aut ad alium quēcumq; ordinem alio prætermiſſo, recipit characterem, quamuis non recipiat executionē ordinis, & ſi ignoranter fecit per acta pœnitentia, pro negligentia diſpenſatur ab Epiſcopo, & ordinatur ad ordinem, quem pertermiſit, nec tunc dicitur Sacramentū ordinis iteratum, quoniam, quod factum non fuit, non iteratur, ſed ſuppletur, quod defuit. ſi autem ſcienter per ſaltum fuit ordinatur. idem ipſum eſt, ac ſi furtiuè, & ſine licentia, & voluntate Epiſcopi ordines ſuſcepiſſet, & tunc non poterit diſpēſari, niſi à Romano Pontifice. vt dixi ſupra. §. 29. & probat text. in cap. vnico. vbi gloſſ verb. de miſericordia, & Hoſt. Innocent. Abb. & alij de cler. per ſalt. & cap ſolicitudo. vbi Præpoſit. & Arch. diſt. 52. & Ign. de Salz. cap. 24. num. 3.

45 Seruus ordinari non debet, niſi prius à proprio domino liberetur à ſeruitute. c. 1. vbi Doct. & c. 2. & per totum. de ſeru. non ord. & cap. nullus. & c. de ſeruorum. diſt. 54 ſi tamen defacto ordinetur verum ſuſcipit ordinem. vt tenet Propoſit. & Card. in diſt. 54. in ſumma, ſi autem fugiat dominum ſuum, & aliqua calliditate, vel fraude ordinetur eſt deponendus, & dominus illum recipiet. d. cap. de ſeruorū. vbi gloſſ. verb. deponitur. & Doct. de ſeru. non ord. & cap. ex antiquis. diſt. 54. attamen ſi domino ſciente, & non contradicente ordinetur, tunc remanet liber. gloſ. verb deponatur. & Ioan. And in d. cap de ſeruorum, & cap. ſi ſeruus ſciente diſt. 54. ſi autem domino ignorāte Epiſcopus ſciēter illum ad ordines ſacros promoueat, reddet tunc Epiſcopus domino duos ſeruos æquiualentes, & ita ſi negligētia Epiſcopi, quamuis ignoranter ordinetur, eò quòd non benè ſerutauit de moribus, & vita ſerui ordinandi quoniam licet in minoribus ſeruus ſit deponendus, & tradendus domino ſuo, in ſacris autem non licet iacere in ſeruitate. cap. ſi ſeruus. vbi notant communiter Doct. 54. diſt. & gloſſ. fin. in cap. 2. vbi etiam notant ſcribentes. de ſeru. non ord. & Ign de Salz. c. 19. n. 3.

46 Ordinatus à Papa, non eximitur à iuriſdictione ſui Epiſcopi. cap. per tuas. vbi gloſſ. fin & Doct. de maior. & obed. & Geripard. conſil. 14 nu. 27. non poteſt tamen ad ſuperiores ordines promoueri, ſine licentia Papæ, propter reuerentiam ipſius Papæ ordinatoris, qui illi manus impoſuit. cap. cum indiſtribuendis. vbi gloſſ. 1. & Gofred. Hoſt. Ioann. Andr. Ant. de Butr. Abb. & omnes de temp ord. & gloſſ. fin. in c. per tuas. de maior. & obed.

47 Ordinis Sacri ſuſceptio impedit, & dirimit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum, quamuis carnali copula conſummatum non fuiſſet, & eſt reuocatus text. in c. vnico de voto. libr. 6. per extrauag. vnica. vbi Doct. de voto. Ioann. 22. & gloſſ. verb. ſacri ordinis. vbi Ioan. And. Dominic. Franc. & omnes. in d. cap. vnico. de voto. lib 6.

48 Diaconus Miſſam celebrans, aut exercēs aliquod officium ad quod non eſt ordinatus, non poterit poſtea promoueri ad ſacerdotium, & ſuſpendetur à diaconatu ad tempus pro arbitrio iudicantis, quamuis diſpenſetur ab Epiſcopo, vt remaneat in beneficio, ne cum dedecore exeat ad ſecularia negocia. cap. 1. & 2. vbi gloſſ. verb. negotiis, & Hoſt. Innocent. Abb. & alij. de cler. non ord. miniſtr. ſpecul. in titul. de leg. §. nunc oſtendendū. verſ. decimooctauo. praxis tamen obſeruat in noſtra Luſitania, vt condemnetur ad triremes quinquennio. vt dixi ſuprà verb. Miſſa §. 3. quoniam & ſi de iure non liceat condemnare

clericos

Digitized by Google

clericos conſtitutos in ſacris ordinibus ad triremes, vbi nudantur, & flagella manibus laicorum patiuntur. attamen tantum creſcunt crimina clericorum, vt eorum improbitas aliter coerceri non poſsit, vnde valet conſuetudo, vt ob hoc crimen, & alia grauiſsima crimina clerici condẽnentur ad triremes. ex Nau. in c. nullam. num. 52. in 18. quæſt. 2. & Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 70. num. 5. Ign. de Saiz. in practica. cap. 143. num. 3.

49 Subdiaconus etiam dicens Euangelium cum veſtibus ſacris deputatis, & cum ſolemnitate, ſeù clericus in minoribus qui ſolemniter, & in veſtibus ſacris deputatis, cantauit Epiſtolam, vbi talis non erat conſuetudo, fit irregularis, & non poteſt ad maiores ordines promoueri, ſine diſpenſatione, & ita dico de laico. & eſt deponendus cap. 1. vbi Hoſt. Innocent. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de cler. non ord. miniſtr. Abb. in c. vt quisquis presbyter. num. 3. de vita & honeſt. cler. Nau. in Manu. cap. 27. num. 222. verſ. ſeptimo, quamuis ſine veſtibus ſacris deputatis, & ſine ſolemnitate bene poſsit quicumq; cantare Epiſtolam, & Euangelium, & nulla incurret cenſuram. c. vt quisquis presbyter. vbi gloſ. ver. Epiſtolam, & Doct. de vita & honeſt. cler. & Hoſt. & Abb. in cap. 1. de cler. non ord. miniſtr. & Nau. in Manu. cap. 27. num. 222.

50 Reſuſcitatus etiam remanet ordinatus, quamuis aliud ſit in religioſo, & vxorato, quoniam ille character, qui in anima imprimitur eſt indelebilis, & nunquam extinguitur, nec poſt mortem anima relinquit effectum conſecrationis, & ſemèl ordinatus, nunquam poſt mortem deſinit eſſe ordinatus. facit text. & ibi Arch. in cap. 2. in 32. quæſt. 7. & Ioan. And. & Abb. nu. 22. in cap. fraternitas de frigid. & malef. & Abb. in cap. 1. num. 1. de conſecrat. Eccleſ. vel altar.

De Sacramentò Matrimonij.

1 MAtrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ cõſuetudinem retinens. cap. illud quoq; de præſumpt. & §. 1. in 27. quæſt. 2. & cap. ex litteris. de conuerſ. infidel. & prin. inſt. de patr. poteſt. vbi notant ſcribentes, & gloſſ. 1. in cap. fin. de tranſlat. Epiſcop. & eſt res ſancta, & ſancte tractanda, ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat. matrim. & Theologi in 4. ſent. diſt. 27. ſumma Ang. ver. matrimonium. 1. in prin. & Nau. in Manu. c. 22. n. 19. & l. 1. ff. de ritu nupt.

2 Matrimonium fuit inſtitutũ à Domino, in ſtatu innocentiæ, quatènus ad procreãdam prolem, quando adduxit Æuam ad Adam, & tunc dixit ille Adamus ore prophetico, hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, quã ob rem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Gen. cap. 2. in fin. & cap. vnico. vbi gloſſ. verb. in ſtatu. & Ioan. Monach Dominic. Ioan And. & alij. de voto. lib. 6. & c. lex diuinæ. 27. quæſt. 2. idem Ioã. And. & Abb. nu. 5. in c. fin. de frig. & malef. & Magiſt. ſent. in 4. diſt. 26. §. coniugij autem, & §. ſeq. vbi Sot. quæſ. 1. art. 1. & alij Theologi, & Abb. in c. ex publico. nu. 12. de conuerſ. coniug. & Trid. ſeſ. 24. in prin. reprobata, gloſſ. verb. inſtitutor in c. fin. de frig. & malef. dicente, matrimonium fuiſſe inſtitutum per illa verba creſcite, & multiplicamini, ab ipſo domino prolata. vt refert gl. verb in ſtatu. in d. c. vnico de voto. lib. 6. quatènus tamen eſt cõtractus, & remedium ad euitandam illicitã fornicationem, fuit inſtitutum in lege naturæ, quatènus autem eſt Sacramentum, & confert gratiam ex opere operato, inſtitutũ fuit à Chriſto Domino, vt probatur ex Matt. c. 19 ibi quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet, & Marc. cap. 10. & Luc. cap. 16. & eſt verè, & propriè vnum ex ſeptem Sacramentis legis Euangelicæ, à Chriſto Domino inſtitutum, vt probatur ex D. Paul. ad Epheſ. cap. 5. ibi propter hoc relinquet homo patrem, & matrẽ, & ad hærebit vxori, & ibi Sacramentum hoc magnum eſt, & habetur in Trid. ſeſſ. 24. can. 1. & Theolog. in 4. diſt. 26. art. 4. quæſt. 2. & sũma Angel. verb. matrimonium. 1. §. 1. & ſumma Sacrament. §. 24. Nau. in Manu. cap. 22. nu. 19. & hoc Sacramentum matrimonij, aut plenũ eſt, aut nullum, quoniam eſt res indiuiſibilis, & non poteſt pro parte tenere, & pro parte non ex gloſſ. 1. in c. fin. vbi Doctor. de tranſlat. Epiſc.

3 Materia, & forma huius Sacramenti eſt mutuus conſenſus vtriq; parti ſignificatus & quãuis variæ ſint opiniones circa huius Sacramenti materiam, & formam hæc tamen propriè colligitur ex Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. matrimon. vbi viro, & muliere interrogatis, & eorũ mutuo conſenſu intelle-

Digitized by Google

intellecto, & Concil. Florent. de Sacram. in prin. verſ. hæc omnia, & c. tuæ. deſponſal. & ferrar. 4 contrah cap. 78 quæſt. 2 art. 1. Cou. ru. 2. deſponſal. cap. 2 nu. 8. Nau. in Manu. cap. 22 num. 20. vnde ſolo legitimo conſenſu cõtrahitur matrimonnium, nec inualidatur ſi conſuetudo patriæ non obſeruetur requiruntur tamen verba, aut alia ſigna, quantum ad Eccleſiam, ad exprimẽdum illum mutuum cõſenſum de præſenti c. 1. & c. cum locum, & c. cum apud, & c. tuæ deſponſal. & l. nuptias ff. de regul. iur. & l. cui fuerit. ff. de cond. & demonſtr. nec mihi verum videtur illud D. Tho. dicẽtis, quòd verba vnius coniugis ſunt materia, & verba alterius ſunt forma. in 4. diſt. 26. quæſt. 2. art. 1. & 2. & 4. & diſt. 1. quæſt. 1 art. 1. neq; illud Palud. in 4. diſt. 26. & Capreol. ibidem. dicentiũ, quòd coniuges ſe habẽt. vt materia, & verba, vt forma.

4 Mutus poteſt contrahere matrimoniũ, licet enim requiratur, quòd conſenſus interior exprimatur exterius. vt tenet D. Thom. in 4. diſt. 27. quæſt. 3. & Palud. ibidem. quæſt. 2. art. 2. & gl. verb. verba. in c. tuæ. deſponſal. ſufficiunt ſigna in muto exprimentia de præſenti illum conſenſum. c. cum apud. vbi gl. verb. ſurdus, & c. tuæ. deſponſal. & l. mutus. ff. de iure dot.

5 Miniſter huius Sacramenti ſunt ipſi cõtrahentes, quoniam ipſi ſe habent tanquàm miniſtri, & licet in cæteris Sacramẽtis requiratur miniſter Eccleſiaſticus, in hoc tamen Sacramento matrimonij non requiritur de eſſentia ipſius Sacramẽti. ex doctrina D. Thom. in 4 ſent. diſt. 26. art. 3. quæſt. 2. eſt tamẽ parochus neceſſarius de neceſsitate præcepti, ita vt qui aliter, quã præſente parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius parochi, ſeu ordinarij licẽtia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium cõtrahere attentauerit, nihil faciat, nec tale matrimonium valet, quoniam Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matr. illos inhabiles reddit ad ſic contrahendũ. vt probant relati ab Alph. de Vera Cruce. in Apend. ad ſpecul. cõiug. lib. 28. Nau. in Man. c. 16. n. 38.

6 Vnde qui abſente parocho protulerint illa verba, ego te accipio in vxorẽ, & ego te accipio in virũ, vel cõſentio vt ſis mea vxor, & vt ſis meus vir, aut poſt hoc tẽpus te habeo in vxorem, & te habeo in virum, ſeu iam ab illo tempore eſt mea vxor, & eſt meus vir, aut promitto poſt hæc te habere in vxorem, aut ſimilia verba, nihil faciunt, quoniã hæc omnia verba conſtituũt matrimoniũ de præſenti, vt probat text. in c. ex parte. vbi gl. 1. & Doct. & c. ſi inter. vbi Abb. n. 4. deſponſal. & Iaſ. in l. ſerui electione. nu. 23. ff. delegat. 1. & Nau. in Manu. c. 22. nu. 20. verſ. ſecundo. nec alter poterit alterum obligare ad poſtea contrahendũ, quia per verba illa matrimonium contractum non prodeſt ad ſponſalia de futuro, cum ſit matrimonium de præſenti, & per d. Concil. Trid. d. cap. 1. ſit irritum, & nullum, ac inualidum matrimoniũ ita cõtractum, & quod nullum eſt nullum parit effectum, nec aliquod præſtat impedimẽtum. c. non præſtat. vbi gl. 1. & Doct. de regul. iur. libr. 6. & l. non dubium. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. deleg. & l. quos retrahe. vbi Doct. C. ſi aduerſ. libert. Valaſc. conſult. 71. nu. 5. poterunt tamen validè contrahere ſi voluerint, quoniã actus nullus non impedit iterationem eiuſdẽ actus. l. qui per ſalutẽ. vbi Bart. n. 3. & Iaſ. nu. 2. ff. de iure iur. & l. 2. ff. de option. leg. & l. ſi præſes. vbi Doct. C quomod. & quãd. iud. & Iaſ. in l. ſerui electione. n. 3. ff. de leg. 1.

7 Matrimonium vt rectè ſit contractũ, eſt neceſſè, vt prius ter, aut ſecundũ conſuetudinẽ edicta proponantur per parochũ in Eccleſia tempore Miſſarum, & vt denũcietur, vt ſi quis aliqua impedimenta opponat, matrimonium interdicatur, donec agatur coram Iudice Eccleſiaſtico de impedimentis oppoſitis, & aliter matrimonium contractum dicitur clandeſtinum, quamuis coram teſtibus, & parocho contrahatur. c. cum inhibitio. vbi gloſſ. verb. clandeſtina, & Doct. de clandeſt. deſponſat. & c. fin. qui matr. accuſar. poſſ. & c. aliter. 30. quæſt. 5. & Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matr. & l. fin. ff. de ritu nupt. & Bart. in l. 2. n. 1. C. de his, qui ex publ. rat. lib. 10. & Iaſ. in l. clam poſsidere. n. 10. ff. de acquir. poſſ. & Dec. in l. quo tutela. §. clam. n. 2. ff. de regul. iur. & Nau. in Manu. cap. 16. num. 36. & Ign. de Salzed. cap. 73. verſ. primo autem: datur tamen differentia inter matrimonium clandeſtinum coram parocho, & teſtibus, ſine ſolemnitatibus requiſitis, & clãdeſtinum ſinè parocho, & teſtibus. nam matrimonium clandeſtinum ſinè parocho, & teſtibus, eſt irritum, nullũ, & inualidum, quoniam Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim. inhabiles iudicauit contrahentes ad ſic contrahendum, matrimonijs vero clandeſtinum coram parocho, & teſtibus

Digitized by Google

teſtibus tenet, & valet, quamuis parochus diſſentiat, & contradicat. c.1.& per totū. de clandiſt. deſponſat. & Trid. d. ſeſſ 24. cap.1.de reformat.matrim.& Nau. in Manu. cap.22. n.70. & ita interpretatum fuit Romæ in cōgregatione Cardinalium.die 6 Ianuarij.anno Domini 1582.

8 Homines vagi, & qui incertas habent ſedes non ſunt admittendi ad matrimoniū contrahendum niſi prius fecerint diligētem inquiſitionem, & conſequantur licētiam ordinarij ad matrimonium contrahendum. ex Trid.ſeſſ.24. cap.7. de reformat. matrim.

9 Ordinarius poteſt diſpenſare, vt matrimonium contrahatur vna tantum denunciatione facta, aut ſine illa, ſolùm coram parocho, & duobus vel tribus teſtibus, ſi aliqua probabilis ſit coniectura, quòd matrimonium malicioſè impediri poſsit, & quamuis relinquatur in arbitrio ordinarij, vt poſsit remittere illas denunciationes, non debet tamen illas remittere, niſi prius ſibi conſtiterit per ſummariam informationem matrimonium malicioſe impediri poſſe ab aliquibus. vt probatur ex Trid.ſeſſ.24.c.5. de reformat. matrim.

10 Parochus, aut quicumq; ſacerdos, qui non prohibuerit matrimonium fieri ſine denunciationibus, aut illi interfuerit ſuſpendetur ab officio per triennium, & etiā punietur alijs pœnis grauioribus pro arbitrio iudicantis. cap.cum inhibitio.§.ſane.vbi Doct.de clandiſt.deſponſat.& Trident. ſeſſ.24. cap.1. de reformat. matrim. & cum parochus, ſeù ſacerdos ſit ſuſpenſus ab officio pro crimine, intelligitur etiā ſuſpenſus à beneficio, quod datur ratione officij. vt tenet gloſſ.verb. ab officio in c. latores. de cler. excommunicat.miniſtr.& gloſſ.verb.ſuſpenſi ad fin. in clem. cupientes.de pœn.& Card.& Præpoſit.in c.fin.de cland.deſponſat. & Ign.de Salz.c 73 n.2.

11 Contrahentes matrimonium clandeſtinum, tàm coram parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, quàm ſine parocho, & teſtibus, nec non teſtes, qui ſcienter matrimonio clandeſtino interfuerunt puniuntur grauibus pœnis pro arbitrio iudicantis, quoniam mandatum Eccleſiæ contempſerunt. cap.fin.§.vlt.vbi gloſſ.verb pœnitētia, & Hoſt.Innocent. Ioann.Andr.Ant.de Butr. Abb.& alij.de clandeſt.deſponſat.& c.1.vbi Doct.de matr.contr.cōtr.interdict. Eccleſ.& Trid.ſeſ.24.c.1.de reform.matr. Salz. in pract. cap.73.n.4. verſ. peccaret.

12 Matrimonium coram parocho, & duobus, vel tribus teſtibus contractum valet, quamuis parochus per vim adſit diſſentiens & contradicens, & nullam autoritatem præſtans, cum enim Concil. Trid. d. ſeſſ.24 cap.1.de reformat.matrim. non requirat niſi parochi præſentiam, ſufficit illa, quamuis per vim adſiſtat, & ita declaratum fuit per congregationem Cardinalium anno Domini 1582.& tenet Ign. de Salz c.73 nu.4.verſ.& ita in cauſa illa ſi tamen parochus nihil vidit, neq; audiuit, at tamen præſens erat, ſed forte, dormiebat, aut ita remotus, quòd non intellexit verba, nec alia ſigna mutuum conſenſum contrahentium exprimentia, tunc non valet matrimonium, tanquàm ſine parocho cōtractum, quando enim præſentia alicuius requiritur de præcepto, ſine qua actus non valet, eſt neceſſe, vt ille præſens videat, & intelligat, quia aliter non dicitur formaliter præſentia, & ita fuit declaratum in cōgregatione Cardinalium anno Domini 1582. vt refert Ign. de Salz. diſt. cap.73. verſ. quartum dubium.

13 Parochus proprius, coram quo matrimonium contrahi poteſt eſt Epiſcopus in tota ſua Diœceſi, aut eius Vicarius generalis, & proprius ſacerdos vtriuſq; contrahentis, vbi vnuſquiſq; illorum contrahentium habitat verè, & realiter, & non iuris fictione.c.ſi quis iam tranſlatur.21. quæſt.2.& tenet Segur. in direct.iud. Eccleſi. par. cap.15.nu. 47. & is erit cenſendus parochus in cuius parochia inhabitat, qui cōtrahere debet tempore, quo matrimoniū contrahitur; puta aliquis ſcholaris noſtræ ciuitatis Lamacenſis commoratur Conimbricæ, vel Salmanticæ, & vult contrahere, tunc poteſt matrimonium contrahere in illa parochia, vbi habitat tempore, quo matrimonium contrahi debet, & ita dico de famulis, & alijs perſonis ſimilibus, vt reſponſum fuit a Cardinalibus ſicut refert Ign.de Salz.cap.73. verſ. decimo quarto.

14 Ordinarius non poteſt prohibere, nec conſtituere in ſua Diœceſi, vt matrimonia cōtracta coram parocho, & duobus vel tribus teſtibus, ſine ſolemnitatibus requiſitis non valeant, licet ordinarius tollere poſſit iuriſdictionem à parocho in partem, vel in totū, ſicut fit quādo ſibi reſeruat aliquos caſus ſpeciales; cū enim matrimonia cōtracta corā parocho, & duobus vel trib⁹

Digitized by Google

teſtibus, ſine alijs ſolemnitatibus recipiāt validitatem ſuam per Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim. non poteſt ordinarius aliquid prohibere, ſeù ſtatuere contra Concil. facit text. cum ibi notatis in cap. quod ſuper, de maior. & obed. & in cap. fin. de offic. Arch. presb. & fuit deffinitum per congregationem cardinalium.

15 Matrimonium non poteſt quis contrahere coram alieno ſacerdote, niſi interueniat expreſſa licentia proprij parochi; nec ſufficit tacita. vt tenet Lap. allegat. 86. Tiraquel. in leg. conub. gloſſ. 7. numer. 8. Menoch. de arb. libr. 2. cent. 5. cauſu. 453. numer. 14. & ita fuit diffinitum in congregatione Cardinalium, Anno Domini 1573. die 12 Nouembris, & ſacerdos, qui aliter matrimonio alterius parochiani interfuerit, ſuſpendetur ab officio. vt dixi ſupra. §. 10.

16 Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum, declarans perſonam, cum qua matrimonium eſt contrahendum, ita tamen, vt ſi antequàm contrahatur mandatum reuocetur, non valeat tunc contractum quamuis reuocetur ignorante procuratore, & altero contrahente, quia iam tunc deficit conſenſus vtriuſque contrahentis. cap. fin. vbi gloſſ. verb. ſpeciale, & Ioann. Monach. Dominic. Ioan And. Anch Philip. Franc. & omnes. de procurat. libr. 6. & cap. ex parte. 2. de conuerſ. coniug. & cap. honorantur. 32. quæſtion. 2. & l. ſufficit, & l. fin. ff. deſponſal. & l. mulierem. vbi Doct. ff. de ritu nupt. & Marc. Ant. lib. 5. maior. inſt. titul. 11. num 35. ſumma Sacrament. §. 244.

17 Matrimonium ratum, & conſummatum, nullo caſu poteſt diſſolui viuentibus contrahentibus, ſi inter legitimas perſonas fuit contractum, etiam ſi alter coniugum fiat hæreticus, vel ſchiſmaticus, quoniam ex quo matrimonium eſt contractum, & conſummatum inter legitimas perſonas per verba de præſenti, nullo caſu diſſolui poteſt, vt alterutrum altero contrahere poſſit viuente altero. cap ex parte tua. 2. verſ. nos autem. vbi Doct. de cōuerſ. coniug. & cap. conſtitutus. vbi etiam notant ſcribentes, eodem titul. & Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Sacrament. matrim. can. 5. quoad thorum tamen bene poterit matrimonium ratum, & conſummatū ſeparari, ad veniente cauſa ſeparationis. c. tua nos duxit fraternitas. vbi Doct. de iure iur. & gloſſ. verb. iudicio. in c. fin. de conuerſ. cōiugat. & Trid. ſeſſ. 24. can. 8.

18 Separatio matrimonij non poteſt fieri propria auctoritate, quamuis ſubſit iuſta cauſa ſeparationis, ſed eſt facienda per Iudicem Eccleſiaſticum, cauſa cognita, & bene perponderata. c. porro. vbi Innocē. Ioan. And. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes. & c. de illa. vbi gloſſ. fin. & Doct. de diuort. & cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit. & Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 12. poterit tamen fieri ſeparatio matrimonij ex officio iudicis nemine opponente. cum ad id ſubſit iuxta cauſa. d. cap. porro. vbi gl. verb. ſeu publica, & Abb. nu. 4. de diuort. debent tamē iudices aduertere, quòd ſint aliquæ mulieres, quæ procurant ſeparari à viris ſuis, vt ſine impedimento luxurioſè viuant.

19 Matrimonium ratum, & conſummatum poteſt ſeparari quoad thorum, propter adulterium, tàm viri, quàm mulieris. cap. fin. vbi gloſſ. 2. & Doct. de conuerſ. coniug. & c. ex litteris. vbi Abb. nu. 5. de diuort. & c. præcepit. 32. quæſt. 5. & Trid. ſeſſ. 24. can. 7. & dixit Dominus. Matth. c. 19. & Ouād. in 4. ſent. diſt. 35. prop. 1. aut ſi vir recipiat domi ſuæ, mulieres impudicas in cōtemptum vxoris, aut frequenter cum illis maneat in aliqua domo, auth. vt liceat matri. §. cauſas. verſ. ſi quis in ſua domo coll. 8.

20 Septem tamen ſunt caſus propter quos mulier excuſatur à ſeparatione, viri. Primus ſi alter fornicetur, quoniam mutua crimina compenſatione tolluntur. c. ſignificaſti. vbi gl. verb. niſi conſtaret, & Ioann. And. Abb. num. 6. & alij. & c. ex litteris. de diuort. & c. pen. & vlt. de adult. & c. 1. diſt. 25. & c. nihil. 32. quæſt. 6. & c. qui crimen. 6. quæſt. 1. & l. ſi vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. viro. ff. ſolut. matr. Secūdus ſi vir eam proſtituit. l. Mercalem. vbi Doct. C. de cond. ob turp. cauſ. & l. mariti. §. quoad ait. ff. de adult. & gl. verb. vxorem. in §. crimen. 32. quæſt. 1. Tertius, ſi credēs probabiliter mortuum eſſe virum, & alteri nupſit. l. ſi ex lege. ff. ad leg. Iul. de adult. & c. cum per bellicam. 34. quæſt. 2. Abb. in c. fraternitas. num. 10. de frigid. & maleficiat. Quartus, ſi fuit cognita per fraudem credens probabiliter ſuum eſſe virum. cap. in lectum. 34. quæſt. 2. Quintus, ſi fuit vi oppreſſa. cap. ita ne. 32. quæſt. 5.

vbi.

Digitized by Google

vbi gloſſ.fin. Sextus, ſi eam iam reconciliauerat, aut debitum petierat, facit text. in cap.ſi vir. de adult. & in cap. in coniugio. & in cap.ſi quis vxorem, & in §.crimen 32. quæſt 1. Septimus, quando infidelis ante baptiſmum repudiauit vxorẽ, & ipſa alteri nupſerit. cap.gaudemus. ad fin. de diuort. & omnes hos caſus refert. gl.verb.ſed ponatur.in §.1. in 32.quæſt.6. & Bonauent. & Ouand. in 4.ſent. diſt.35. prop. 4.

21 Matrimonium ſeparatur quoad thorum propter ſcelus contra naturam, ſiuè pollutionem manualem; cum hoc crimen ſit maius adulterio. cap. omnes cauſationes. 32 quæſt 7. & tenet Cald. Ioan And. Ant. de Butr. Abb. Anan. & alij.in cap.maritus. de adult.& Caſſan.in conſuet Burg. Rubr. 7. §.3. verſ.primo quæro. num.7.& Lambert. de iure patr.1.part lib 2.quæſt 9.art. 18 in fin. Cou.ru.in 4 decret.2 part.cap. 7. §.5. num 6. Iul.Clar. libr.5. §.ſodomia. num.7. Corrad. fol.374 num.4. & Ign.de Salzed cap 86. verſ. & propter,& Ouand. in 4.ſent. diſt 35. prop 1. licet Innocent. in d. cap.1. & in d. cap. maritis de adult. tenet contrarium, & gloſſ.verb.ſodomita. in d. cap omnes cauſationes.32.quæſt. 7.& Bald.in marg.Innocent.in verb.vxor. verſ.fin. & Florian. in d. cap. maritis. de adult. ſed prima eſt communior,& verior. vt inquit Iul.Clar. vbi ſupra.

22 Mulier poteſt ſeparari à viro ſi illam tentauerit ad actus ſodomiticos, & contrà naturam,vt tenet Innocẽt.Flor Anan. num.3. & alij in cap maritis. de adult. & Barb. conſil.64. lib.1. & Dec.in l.1. num. 8. C.de ſecund nupt. & Menoch.lib.2 de arb. iud. cent. 3. caſu 286. numer. 14. & Ign.de Salzed. cap 86. verſ. & propter hoc.

23 Et propter fornicationem ſpiritualem, ſi vir vxorem ad infidelitatem trahere voluerit. cap.quæſiuit. vbi gloſſ.ver.vel alio. & Hoſt.Ioann Andr. Ant de Butr.Abb & alij de diuort. & cap.idolatria 28.quæſt.1. & Nau.in Manu.cap.22 nu.22. & Ouand. in 4.ſent.diſt.35.prop.1.& alij Theologi. ibidem.

24 Aut ſi vir in mortem vxoris machinetur, & ita ſi mulier machinata fuerit in mortem viri. l. conſenſu C. de repud. & auth. de nupt. §.mitiores. coll 4. & gloſſ. 2. in cap.2.de diuort.& Hoſt Ant.de But. Abb. & alij. in c.1. eodem titul. & auth. vt liceat matr. § ſi plurimas coll.8.& Abb. in c.litteras. num 7. de reſt ſpol.& Ouand. in 4 ſent.diſt.35. prop.5. aut ſi ſciebat aliquem mortem viro inſidiatum fuiſſe, & illi non indicauit, vel ſi aliquis mortem mulieri inſidiaretur, & vir ſciens non indicauit, vel prohibuit, tunc enim poſſunt ad inuicem ſeparari, auth vt liceat matri. §.cauſas coll.8. & notant ſupra relati.

25 Aut ſi tentauerit contra caſtitatem vxoris, & ſi voluit illam tradere ad adulterandum, ſiuè illam accuſauit de adulterio, & non probauit l.conſenſu. vbi Doct. C de repud. & auth. vt liceat matri. §.cauſas. collat.8. Geripar.conſil.36 nu.14.

26 Aut ſi contra Imperatorem, ſiuè Regem aliquid fuit machinatus,aut alijs machinantibus,& ille conſcius non indicauit per ſe,aut per aliam quamcunque perſonã,auth. vt liceat matri. §.cauſas. coll 8. & l conſenſu.C.de repud.& auth de nupt. § mitiores coll. 4.

27 Aut propter magnam ſæuitiam viri, ita vt vxor cum illo ſecure viuere non va cae c.litteras.§.fin vbi gloſſ verb. ſufficiens, & Doctor.de reſt.ſpol. & c extransmiſſa,vbi Abb.nu 4 eodem titulo & gloſſ verb. ſub cautela in c.de benedicto. 32 quæſt.1. & auth de nupt.§.mitiores coll.4. & quanuis ſæuitiæ viri procedant ex culpa vxoris, puta quia commiſit adulterium, aut ſimilia,nihilominus ſunt cauſæ ſufficientes, vt vxor petat ſeparationem matrimonij quo ad thorum,aut recipiet ſecuritatem à viro ſi ſæuitiæ tales ſint,vt mulier vitæ ſuæ periculum incurrat. cap. de benedicto, vbi gloſſ.verb. ſub cautela, & Doct. 32. quæſt. 1. Abb. in cap.litteras.numer.23. de reſt. ſpol.

28 Aut ſi maritus mulierem verberauit verberibus,quæ mulieri ingenuæ non conueniunt.l,conſenſu,vbi Doct C de repud. & auth.ſed nouo. iure. ibidem ſi tam flagellis illam cædat,ſiue fuſtibus, non eſt cauſa diuortii,auth vt liceat.matri § ſi quis autem propriã,vbi Doct coll.8 & gloſ. verb. flagellis in auth.de nupt.coll.4 quia maritus tenetur regere vxorem ſuam, & illam poteſt corrigere,& caſtigare ſi opus fuerit,non tamen ſeuere, & inhoneſte,vt modum excedat, qui tali mulieri conueniat iuxta ſuam nobilitatem, vel ruſticitatẽ. c. duo iſta nomina.23. quæſt.4 & l. conſenſu C.de repud.& gloſſ.fin in c.quemadmodũ

Digitized by Google

§.illud autem,vbi Abb nu.15. de iure iur. & glo.1.in c.ſicut alteri⁹.7.quæſt.1.& glo. ver. cognita. in §.In poteſtate.inſt. de his, qui ſunt ſui,vel alien.iur.Abb.in c.extrans miſſa nu.3 de reſt.ſpol.& Dec. in l. fæminæ nu.52.ff. de regul.iur.

29 Iudex Eccleſiaſticus inquirit ſummariè de ſæuitiis,ſine citatione partis, & tunc ſi conſtat de ſæuitia viri,committit mulierem alicui probæ,& honeſtæ fæminæ, vbi ſecure moretur,dum cauſa ordinariè diſcutiatur parte citata:ſemper tamen cauſæ matrimoniales ſunt ſummariæ,& procedi tur in illis ſine ſtrepitu,& figura iudicii.c. extransmiſſa,vbi Doct.& gloſſ.fin.in c.litteras. de reſt.ſpol.& c.cum,vbi etiam notant ſcribentes,de ſponſal.& clem.diſpen dioſam; vbi gloſ.verb.matrimoniis,& Doctor.de iud.& Abb.in c.Albericus nu.2.de teſtib.aut poterit poni in aliquo monaſterio,& loco religioſo monialium,vbi etiam, ſecure,& honeſte commorari poſsit,facit text.in c.accedens,de procurat. & in d.c. cum locum,de ſponſal.

30 Maritus etiam poteſt.ſeparari ab vxore, ſi illa maritum aliquo crimine inficiatum oſtenderit,vt capi poſsit auth. de nupt. §. mitiores coll.4.aut ſi cōmoretur,vel frequenter conuerſetur cum viriis extraneis, nolente,& prohibente viro,aut per noctes aliquas extra domum remaneat,ſi non fuerit apud proprios parentes, aut ob aliquā iuſtam cauſam, aut ſi inter fuerit theatris ignorante,aut prohibente viro, ſiue cum veneficis conuerſetur, aut arte illa vtatur, auth. vt liceat matri. & auiæ.§. quia vero plurimas,vbi Doct.coll.8.& auth.ſed nouo iure,vbi Bald.C.de repud.

31 Matrimonium tamen ratum,& non cōſumatum poteſt diſſolui in totum per profeſsionem factam in religione approbata, quoniam ſicut per mortem naturalem alterius coniugis diſſoluitur matrimonium, ſic per mortem ciuilem,ante copulam carnalem c.vnico,vbi gloſſ. verb. ſacri ordinis,& Doct.communiter de voto,lib. 6. & c.verū,vbi gloſſ.1.& Innocent.Ioan. And. Abb.& alii. & c.ex publico.de conuerſ.cōiugat.Bart.Briſon.quē ſequitur Ioan.And. in regul.ea.quæ contra in mercurial.lib 6. Concil.Trid.ſeſſ.24.Can.6 & c.cōmiſſum. deſponſal & Magiſter ſent.in 4.diſt. 27. §. hoc autem cōiugatis & Sot.ibidem.quæſt. 2.art.4 & Ricard ad 1.& ouand. prop.7.

32 Per ſuſceptionem ſacri ordinis nō diſſoluitur matrimonium ratum, per extrauaga.vnicam Ioan.22.de voto, vbi notant ſcribentes,& gloſſ.verb ſacri ordinis in c. vnico de voto.lib.6. &Ouād.in 4.ſent.diſt. 27.prop.7 quanuis per iura ſexti diſſoluabatur matrimonium ratum,& non conſumatū,vt eſt text.in d.c.vnico de voto. lib. 6.ſponſalia tamen de futuro bene diſſoluuntur per ſuſceptionem ſacri ordinis,vt tenet Ouand.vbi ſupra Ant.de Butr in rubric.de ſponſal.& Præpoſit.in c.de illis.eodem titulo,& dico verb ſponſal.§.28.

33 Matrimonium ratum,& non conſumatum etiam diſſolui poteſt per diſpenſationem Summi Pontificis,quoniam licet matrimonium non requirat copulam carnalem ad ſuam eſſentiam, ante illam tamen non ſignificat rem indiuiduam, ſed diuiſibilem,& ſicut Eccleſia facit,vt per ingreſſum religionis approbatæ matrimonium diſſoluatur,ita per diſpenſationem Summi Pontificis,vt tenet gloſſ fin.in c.ex publico,vbi communis canoniſtarum. de conuerſ coniugat.& Caiet. tomo. 1. Opuſcul. 19.quæſt.13.& Præpoſit in c.2. nu.6. deſponſal,& Fel.in c quæ in Eccleſiarū a nu. 20.de Conſt.& Cagn. in l.nuptias nu.6. ff. de regul.iur.& Dec.in conſil.603, num. 7. Curt.Iun. conſil.170. Gozad.conſil. 2 nu. 3.Paris Conſil.21.nu.14.lib.4. Menoch.cōſil.15.nu.2.Nau.in Manu.cap.22.num. 21. Selu.nupt.lib.1,nu.152.Med.de Celib.lib. 5.cap.87.Silueſt.verb.diuort.quæſt. 4. iuuat etiam quòd multi Summi Pontifices diſpenſarunt in matrimonio rato, & non conſumato,ut fuit Martinus Quintus,Eugenius Quartus,vt refert D.Ant.3.part.titul.1.cap.22 § 3.Dec.& Curt.Iun. vbi ſupra,& diſpenſauit Paulus Tertius, & Pius Quartus,vt,refert Nau.ubi ſupra Theologi tamen in 4.ſent.diſt.27. tenent contrarium aſſerentes Summum Pontificem non poſſe diſpenſare in matrimonio rato, & non conſumato,per verba Euāgelij a Chriſto Domino prolata, quos Deus coniungit homo non ſeparet, & illos ſequitur Couru.deſponſal.2.part.cap.7.§.4 nu. 14.quā communem opinionem Theologorum veriorem exiſtimo,quia licet nonnulli Summi Pontifices diſpenſaſſent in matrimonio rato,& non conſumato,alii tamen illā diſpenſationem negarunt,dicentes ſe diſpenſare non poſſe, & licet matrimonium ratū. & non conſumatum diſſoluatur per ingreſſum religionis approbatæ, hoc fit,

quia

Digitized by Google

quia per religionis ingreſſum homo moritur mundo, & ſicut mulier ſoluta eſt a lege per mortem naturalem viri, poſt quam vnus quiſq; habet poſſeſsionem corporis alterius, ita per mortem ſpiritualem antequam ſint duo in carne vnas: quod non habet locum in illo, qui eſt diſpenſatus, quoniam vterque viuit etiam mundo. & dicere, quòd illa verba, quòd Deus coniungit homo non ſeparet, intelligantur per carnis commixtionem, & non per vnionē ſacramenti matrimonij, eſt diuinare, quoniā ex verbis Euangelij non colligitur.

34 Matrimonium contrahens cum ſecunda viuente prima tenetur dimittere ſecundam, & cohabitare cum prima c. 1. & c. ex parte, vbi Doct. deſponſal. & c. 1. & 2. & 3. deſponſat duor. & fit infamis l. 1. & l. quid ergo. ff. de his, qui notant. infam. & l. cum qui vbi Doct. C. de adult. & l. neminem C. de inceſt. nupt. & C. nuper. de bigam. & debet verberari, & poni ignominiæ, & mitti in exilium, & amittere honorem, & dignitatem, ſi forte in aliqua eſt conſtitutus, & bona illius remanent ipſo iure confiſcata auth. inceſtas, vbi Doct. c. de inceſt. nupt. & c. Epiſcopi. 26. quæſt. 1. & c. de benedicto, vbi gloſſ. verb. & Caluas. 32. quæſt. 1 & Abb. in c. cū haberet nu. 3. de eo qui dux. In matrim praxis tamen obſeruat, vt mittatur ad trire mes per quinquennium, vt notat Salzed. in prat. cap. 80. verſ. & pœna, & videtur male ſentire de fide, & de ſacramento matrimonii, vt tenet Dominic. & Philip. Francus, in c accuſatus. §. ſane, nu. 7. de hæret. lib. 6. & Fel in c. ad abolendā in prin. de hæret. Alph. a Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 1. c. 1. ſumma Roſel. verb. hæreticus nu. 6. Lud Card. de hæret. §. circa ſecundum. num. 60. ad fin. & Repert. inquiſit. verb. hæreticus. verſ. ex quibus ſupra traditis. Brun. de hæret. lib. 1. cap. 2. Albert. de agn. quæſt. 13. Iacob. Sept. in Ench. titul. 12. Ioan. Lup. in rep. cap. per veſtras. §. 12. num. 25. de donat. inter vir. & vxor. & Roxas. in tract. de hæret. 1. part. num. 540. Cou. ru. in 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 3. num. 6. Ign. de Salzed. cap 80. verſ. nec illud. vnde talis tanquàm hæreticus puniri poteſt per Inquiſitores hæreticæ prauitatis: eſt tamen hoc crimen mixti fori, & in illo eſt locus præuentionis inter inquiſitores, & Epiſcopum, & iudicem ſecularem quando agitur ad puniendū hoc delictum. facit text. in cap. 1. vbi Abb. num. 3. & alij de offic. iud. ord. idem Abb. in cap. cum ſit generale. de foro comp. & in c. cum haberet. num. 3. de eo qui dux in matr. quam poll. per adult. & Albert. de agn. aſſert. quæſt. 23. num. 76. Cou. ru. in d. 2. part. cap. 7. §. 3. num. 6. & Ign. de Salz. cap 80. verſ. receptum tamen.

35 Matrimoniales cauſæ, ſunt merè Eccleſiaſticæ, & non poſſunt agitari, niſi coram iudice Eccleſiaſtico, dum agitur de validitate Sacramenti matrimonij, & de thori ſeparatione, c. tuam. vbi communiter Doct. de ord. cog. & cap. decernimus. vbi etiam Doct. de iud. & cap. cauſa reſtitutionis. de in integr. reſt. & c lator. & c. cauſam quæ. 2. qui fil. ſint leg. & Fel. in c. cæterum. nu. 2. de iud. & Ioann. And. in cap. fin. de foro comp. lib. 6. cum tamen agitur ad pœnam poteſt iudex ſecularis cognoſcere. cap. tuæ fraternitati. vbi Doct. de procurat. & cap. Rex debet. 23. quæſt. 5. Abb. in cap. 1. nu. 3. de offic. iud. ord. Dec. in Rubric. de iud. Alex. conſil. 66. & conſil. 82. lib. 1. ille tamen qui binas nuptias contraxit, dicens ſe poſſe ſimul duas habere vxores, eſt mittendus ad Sanctam Inquiſitionem, vt ibi ab inquiſitoribus puniatur. ex doctrina Abb. in c. cum quidam. nu. 4 de iure iur.

36 Matrimonium contractum cum vna valet pendente lite cum alia ſuper matrimonio, ſeu ſponſalibus, ſi primum matrimonium erat nullum, quia litis pendentia, ſeù matrimonium nullum, non impedit validitatem ſecundi matrimonij, rectè contracti. c. cum in Apoſtolica. vbi Abb. num 3. & alij deſponſal: poterit tamen iudex illum punire pro arbitrio, quia matrimonium illud contraxit contra interdictū Eccleſiæ, c. 1. & 2. & 3. vbi Doct. de matr. contract. contra interd. Eccleſ.

37 Matrimonium contractum per verba obſcura, valet cum verba illa demonſtrent mutuum conſenſum vtriuſq; coniugis, nec anullatur in foro contentioſo ſi aliquis ex contrahentibus vteretur verbis obſcuris animo decipiendi alterum, quoniam potius conſideratur, quod eſt factum, quā quod eſt dictum c. tua nos. vbi gl. 1. & Doctor. & c. ex litteris. deſponſal.

38 Nec ſufficit ad inualidandum matrimonium in foro contentioſo, ſi aliquis. ex cōtrahentibus proteſtetur coram aliquibus teſtibus, ſe non dixiſſe verba illa animo contrahendi matrimonium, quoniam aliter daretur contrahentibus materia, vt

Digitized by Google

poſtea diuerterent à coniugibus, ſi diſplicerent, gloſſ. verb. mulierem, in c. tua noſ. vbi Innocēt. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb & alii deſpōſal. Merg. cōſil. 53. nu. 27.

59 Matrimonium tamen contractum timore mortis non valet, nec tenet, & ſi tunc ille, cui metus fuit illatus cadens in conſtātem virum, fuit proteſtatus antequam cōtraxiſſet, ſe non eſſe pronunciaturum verba illa animo contrahendi matrimonium, iuuat tunc proteſtatio, quia nō videtur ab illa recedere per cōtrarium factum, ſi poſtea ratum non habuit, c. de muliere, & c. veniēs, 1. & c. veniens 2. & c. ad id, & c. cōſultationi deſponſal. & facit text. in c. 1. de iis quæ vi, met. cauſa fiunt, & c. Lotharius 31. quæſt. 2. & Abb. in c. tua noſ. nu. 9. deſponſal. & Alex. concil. 47. nu. 4. & tenet Socin. conſil. 28 circa prin. lib 1. & Aimon. conſil. 49. & Cæſar. vrſ. Deciſ. 336. nu. 8. ſi tamē poſtea ratum habuit, non auditur contra matrimonium quamuis inuitus contraxiſſet, c. inſuper vbi Abb. nu. 1. qui matr. accuſar. poſſunt.

40 Matrimonia, & ſponſalia debent eſſe libera, nec pœna apposita in illis valet, nec obligat. c. cum locum, & c. requiſiuit, & c. gemma. vbi gloſſ. verb ſtipulatio. & Abb. nu 4. deſponſ. & Trid. ſeſſ. 24. de reformat. matr. cap. 9. & Cou. ru. in Epitome libr. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. & l. titio centum. §. titio. 1. vbi Doct. ff. de cond. & demonſtr.

41 Arrhæ non debentur quando matrimonium non tenēt l. 1. vbi notant communiter Doct. C. de cond. ob cauſ. dat. & tamen ſi pro ſponſalibus dentur arrhæ, & aliquis reſiliat ab ſponſalibus, tunc ille, qui reſilit perdet arrhas, gloſſ. verb. ſtipulatio in c. gemma. vbi Abb n. 7. deſponſal.

42 Matrimonium non eſt ab aliquo maliciose impediendum, nam ſi clericus illud malicioſe impediat ſuſpenditur ab officio & beneficio, ſi autē eſt laicus punitur per arbitrium iudicis. c. cum inhibitio. §. ſane vbi gloſſ. fin. & Doct. de clandiſt. deſpnſ. & c. cum dilectus, vbi Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes de Calumn. & Ign. de Salz. cap. 73. verſ. duodecimo ſexto.

43 Matrimonium impeditur dicto vnius ad contrahendum, niſi iuramentum interueniſſet; quoniam ratione iuramenti requiritur efficatior probatio, nam dicto vnius creditur ad euitandum peccatum, præſertim in matrimonio contrahendo, vbi in dubio ſecurius eſt non contrahere, quam contrahendo manere in peccato c. cum in tua, & c. præterea. 2. vbi gloſ. fin. & Abb. nu. 7. & c. iuuenis, vbi Doct. de ſponſal. & c. ſuper eo. 2. vbi gloſſ. fin. & Abb. nu. 7. de teſtib. & ſpecul. in titulo de teſt. §. reſtat. verſ. hoc tamen fallit & c. per tuas deprobat. & Iaſ. in rep. l. admonendi nu. 197. ff. de iure iurand. dixi verb. parochia. §. 6.

44 Matrimonium etiam impeditur ad contrahendum per ſolam famam, quia ſola fama de impedimento ſufficit ad illud impediendum, vſque clare conſtet nullum inter contrahentes conſiſtere impedimentum. c. cum in tua, vbi gloſſ verb famam, & Abb. nu 6. & alij, deſponſal. & c. ſuper eo, vbi communiter Doct. de cōſang & affin. & gloſſ. verb. ex fama in c. ex litteris de iure iur. eſt tamen differētia inter famam publicam, & notoriam ad impediendum matrimonium, & inter famam occultam, aut priuatā, nam fama publica & notoria ſufficit; fama vero priuata ſiue occulta, quam iudex ſcit, non ſufficit, licet poſsit inquiri ad eruendam veritatem, vt notat Innocēt. & Abb. in d. c. cum in tua deſponſal.

45 Matrimonium tamen iam contractum non dirimitur dicto vnius, nec ſola fama, ſed tunc requiritur ſufficiens probatio. c. de illo, vbi gloſſ. 1. Innocent. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & alii de eo, qui cogn. conſang. vxor. ſuæ. & gloſſ. fin. in c. ſuper eo. 2. de teſti. & gloſſ, verb, niſi iuramentū in c. præterea deſponſal. & Abb. in c. ſuper eo nu. 5. de eo qui cogn. conſang. vx. ſuæ, & Doct. in c. cum in tua deſponſal.

46 Matrimonium iam contractum non ſeparatur per confeſsionem coniugum dicētium affinitatem inter ipſos præceſſiſſe. etiā ſi ſit rumor viciniæ, ne detur illis occaſio colludendi contra matrimonium, c. ſuper eo, vbi gloſſ verb. confeſsionem, & præpoſit. Ant. Abb. & alii de eo qui cogn. conſang. vx. ſuæ. & c. cōſanguinei, vbi gloſ. fin. & Doct. de ſent. & re iud.

47 Matrimonium iam contractum non ſeparatur per ſuperuenientem affinitatem, quoniam affinitas, ſeù cognatio ſuperueniens, non ſoluit matrimonium de præſenti, quanuis ſoluat ſponſalia defuturo. c. veniens, vbi Abb. nu. 2. & c. diſcretionem, & c. tuæ fraternitatis, & c. Iordanæ, vbi Doct. de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ & c. ſi vir, & mulier, vbi Hoſt. Innocent. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & alii de cog. ſpiritual, & c. ad limina. 30. quæſt. 1.

Cognatio

Digitized by Google

48 Cognatio ſpiritualis cõtrahitur in baptiſmo inter baptizatum, & baptizantem, & patrem,& matrem baptibati,& inter illum,qui baptizatum de fonte leuauit,ſi electus fuit ab illis, ad quos ſpectabat obligatio offerendi baptizatum ad baptiſmũ, quoniam ſi electus non fuiſſet, non contraheret cognitionem ſpiritualem, quanuis a parocho admiſſus fuiſſet,& inter confirmantem,& confirmatum illiuſq; patrẽ, & matrem, & inter tenentem ad confirmationem,& confirmatum,& patrem,& matrem illius, & non in collatione aliorum ſacramentorum ex Trid.ſeſſ.24. cap.2. de reformat.matr.& c.fin.vbi gloſſ.fin. Dominic.Ioan.And.&alij de cogn.ſpiritual. lib. 6. & D. Thom. in quæſt. addit. ad 3. part. quæſt.56.art.2.& hæc cognatio impedit,& dirimit matrimonium. c.1. vbi Dominic. Ioan. And.& reliqui ſcribentes de cognat. ſpiritual.lib.6.& Trid.vbi ſupra,& Nau.in Manu. cap.22. nu.36.

49 Cognatio ſpiritualis nõ naſcitur ex ſolẽnitatibus in Eccleſia factis, quando puer ob neceſsitatem domi fuit baptizatus,nec matrimonium propter talem cognationẽ dirimitur c.cõtracto, vbi Doct.de cognat. ſpiritual.& c.per chatechiſmum,vbi Ioan. Monach. Dominic.Ioan.And. & alij eodẽ titulo lib 6,& Nau.in Manu.cap.22. num. 40.non dirimit tamen cognatio ſpiritualis ſuperueniens matrimonium iam contractum,ſed tatum impedit debiti exactionem,& ita de affinitate ſuperueniente c.1. & 2.& per totum de eo qui cogn.conſang. vx.ſuæ.& Theologi in 4. diſt.41. Silueſt. verb.matrimonium.8.quæſt.7. §. 2. & Ang. verb matrimonium 3.impedimentum .15 §.2.& ſumma Sacrament .§.283.

50 Cognatio publicæ honeſtatis contrahitur inter ſponſalia cõtrahentes,& fratres illorum duntaxat,quando ſponſalia defuturo valida fuerunt, quoniã ſi inualida fuiſſent,nullum inducerent impedimentum & licet aliquis contraheret ſponſalia cum berta,ſi ſponſalia fuerunt inualida,poterit contrahere depræſenti cum ſorore illius,ex Trid. ſeſſ, 24.cap.3. de reformat. matri.& Nauarr.in Manu.c.22 num.57.& Ouand.inſt.ſent.diſt 41. prop.15.

51 Affinitas contracta per copulam illicitam non impedit, nec dirimit matrimonium,niſi in primo,& ſecundo gradu, nã quanuis Concil.Trid.ſeſſ.24.c.4. de reformat.matrim.ſtatuiſſet matrimonium poſt copulam illam contractum non dirimi, poſtea tamen per motum proprium Pij.5. fol.mihi.24.fuit declaratum affinitatem illam neque impedire, nec dirimere, & ita tenet Nau.in Manu.cap.22.num.42. attamen affinitas contracta per copulam licitam,& matrimonium depræſenti impedit & dirimit matrimonium,vſq; ad 4.gradũ, itaq; ſi ticius contraxit matrimonium depræſenti cum berta, ſiuè illam carnaliter cognouiſſet,ſiuè non, contrahere non poteſt cum conſanguinea illius vſq; ad quartum gradum c.1. vbi gloſſ. verb. quarto Hoſt.Ioan. And. Innocent. Ant. de Butr. Abb.& alij de conſang. & affin.& Nau. in Manu.c.22.nu.57.& c fin .de diuort Ouãd. in 4.ſent.diſt.41.prop.5.niſus tamẽ ad copulam non facit copulam,vnde ſi quis nõ haberet copulam intra vas naturale non contraheret affinitatem, licet ſæpe niſus fuiſſet ſine effectu.c. fin. vbi gloſſ.vlt. & Doct.deſponſal.& c.atteſtationes deſponſat.duor.

52 Matrimonium non poteſt contrahi inter conſanguineos vſq; ad quartum gradũ, ſi tamen vnus fuerit vltra quartum gradũ, puta in quinto,aut in vlteriori,non impeditur matrimonium,licet alius ſit in primo,aut alio quocunq; gradu,quia ſufficit, vt vnus ſit extra quartum gradum c. non debet,& c. fin. vbi gloſſ. vlt. & Innocent. Ioan.And.Abb.& alij de conſang.& affin. & Nau.in Manu.cap.22.num.42.

53 Matrimonium contrahens cum conſanguinea,aut affine in gradu prohibito ſciẽter, aut per ignorantiam affectatam, quia neglexit requiſitas ſolemnitates fit ipſo facto excommunicatus, & ſeparabitur a coniugio, & carebit ſpe diſpenſationis, clem.vnica, vbi Doct.de conſang. & affinit.& Trid.ſeſſ.24. c.5. de reformat. matr. D.Ant. tractu. de excommunicat. cap. 34. Cou.ru.lib.4.decret.2.part. cap.3. §.2.nu. 8.Nau.in Manu.cap.22. nu.43. quæ tamen pæna non habet locum in illo,qui contraxit ſponſalia de futuro,nec in illo, qui cõtraxit cum habente maritum,nec cum iudæa,vel infideli ſeù pagana,vel cum cognata ſpirituali,vel legali,vel cum illa, cum qua habebat impedimentum publicæ honeſtatis:cum enim clem.illa ſit pænalis, nõ extenditur ad caſus non expreſſos,vt tenet gloſſ. verb.eas qui,& gloſſ. verb. contrahere in d.clem.vnica de conſang. & affin. & ibi Ioan. de Imol. Ioan. And. & alij & Nau.

Digitized by Google

Nau.in Manu.cap.22.n.43.& Tiraquel.de vtroq; retract.titul.2.de retract. conuent. ad fin.n.42.& Cou.r.4. part.2.c.6.in prin. &. 1.part.c.4.in prin.nec ligat ignorantes ignorantia probabili facti, vt facit text.in d. clem.vnica, & gloſſ.ibi ver.ſcienter, & Doct.de conſang.& affin.& Præpoſit. in c. non debet.nu.21.verſ. pro complemento quæ ro.de conſang.& affin.

54 Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, aut religioſi profeſsi,ſeù moniales matrimonia contrahentes ipſo facto ſubiacent ſententiæ excommunicationis, & alijs pœnis, in d.clem.vbi gloſſ.verb.religioſus & Ioan.de Imol.& Ioan.And.& omnes de cõſang. & affin. & Fel. in c. non dubium de ſent.excommunicat.& fit irrigularis clericus in ſacris,ſeù religioſus profeſſus, qui matrimonium contrahit.c 1.vbi Abb.nu. 3.& c.2.vbi Doct.communiter, qui cleric. vel vouentes,diſpenſat tamen Epiſcopus cum illo,qui in ſacris matrimonium contraxit,ſi non incurrit in bigamiam c.1.vbi Doct.qui cler.vel vouentes,& Hoſt. Innocent.Ant.de Butr.Abb.& alij in c.2. codẽ titul. & religioſi ſocietatis I E S V, qui biennio peracto tria vota ſimplicia iuxta conſtitutiones ſuæ religionis emiſerint,ſiunt in habiles ad matrimonium contrahẽdum,& ſi defacto illud contraxerint, nihil faciunt, & matrimonium eſt nullum & irritum,ex motu.prop.Greg.10. anno Domini.1584.edicto. & tenet Ign.de Salzed. cap.80.verſ. religioſi etiam.

55 Cognatio legalis contrahitur per adoptionem legitimè factam,& impedit, & dirimit matrimonium,inter adoptantem, & adoptatum,& inter adoptantem,& deſcendẽres adoptati, vſq; ad quartũ gradũ, & inter vxores illorum,ita vt nec filius adoptiuus poſsit habere vxorem patris adoptantis,eò mortuo,nec pater adoptans poteſt habere vxorem filij adptiui,illo mortuò, quoniam cognatio hæc inter perſonas iſtas durat perpetuò.l.adoptiuus. ff de ritu.nupt.& facit text.in c.ita diligere 30. quæſt.3.&.§.ergo inſt.de nup.& Abb.in c. vnico nu 6.de cognat.legal.& Nau.in Mano.cap.22.nu.45.& contrahitur etiam inter adoptatum, & filios naturales adoptantis,durante adoptione,& dum filius naturalis eſt in poteſtate patris.c.vnico, vbi gloſſ.1.& Abb nu.6.& alij de cogn. legal. & c.per adoptionem.30.quæſt.3. & l.poſthumos.§.fin.ff delib. & poſthu.& .§. inter eos,vbi Doct.inſt.de nupt.& Nau.in Manu. c.22.nu.45.& Theologi in 4.ſent. diſt.42. inter adoptantem tamen,& matrem adoptiui non contrahitur cognatio legalis, & bene poterit adoptans contrahere matrimonium cum matre adoptiui,etiam viuẽte illo filio adoptiuo,nec etiam contrahitur inter filios illegitimos adoptãtis ex Nauarr.in Manu.cap.22.nu.45.

56 Matrimonium non poteſt quis contrahere cum illa,cum qua contraxit viuente prima ſi ambo ſciebant,quia ſi illa ignorabat maritum eſſe vxoratum,& viuere primam vxorem,in eius optione eſt, verum velit ſeparari a viro,aut non; eſt tamẽ neceſſarius nouus conſenſus,ſi cum illo permanere voluerit,qui conſenſus diuerſo tẽpore etiam in priuata domo interuenire poteſt quo ad forum conſcientiæ, quo ad forum tamen iudiciale debent illum ſpecificare, & oſtendere coram parocho, & duobus vel tribus teſtibus.c.1,&.c.veniẽs, vbi Doct.de eo qui dux.in matr. quã poll. per adult.& Theolog in 4.diſt.27.Nau. in Manu.cap.22.nu.80.ſi autẽ prima nõ erat legitima vxor,tenet matrimonium cum ſecunda contractum.c.ſignificauit,vbi gloſſ. fin.& Abb.num,5. de eo qui dux.in matr. quam poll.per adult.& l.nec ab initio.C. de nup.

57 Matrimonium non poteſt quis contrahere cum illa,cui fidem dedit,& cognouit viuente vxore,aut ſi illam cognouit,& machinata fuit in mortem primæ vxoris,quãuis fidem non dediſſet.c.1. & c. ſuper, vbi gloſſ.verb machinata,& verb, fidem dederit,vbi Ioan.And.Ant.deButr.Abb.& omnes de eo qui dux.in matr.quàm poll. per adult.&.c.ſi quis viuente 31.quæſt.1. machinatio tamẽ debet eſſe cum effectu quoniam ſola machinatio ſine effectu,non dirimit, nec impedit matrimonium. facit text.in l.1.§.hæc autem,vbi Doct.ff.quod quiſq; iuris,& gloſſ. verb. machinatio.in d.c.ſuper eo,vbi Abb.nu. 5. communiter receptus de eo.qui dux.in matr.quã. poll. per adult. nec ſufficit adulterium ſolum, nec ſola machinatio mortis, neq; ſola fidei datio,ſed vtrumq; interuenire debet.c. 1.vbi Doct.de conuerſ.coniug.& d. c.ſuper,& c fin.de eo qui dux. in matr. quàm poll.per adult.& c.ſignificaſti eodem titul. & gloſſ.verb.occidiſſe.in d.c.ſi quis viuente.31. quæſt. 1. & Nau. in Manu. cap.22. num 46.

Matrimo-

Digitized by Google

58 Matrimonium probatur per cohabitationem diutinam,& alia adminicula, quoniam licet de iure ciuili ſufficiat cohabitatio diutina ad probationem matrimonij,vt eſt text.in l.in liberæ,vbi Doctor.de ritu.nupt.de iure tamen canonico non ſufficit ſine alijs adminiculis, c.illud, vbi gl. verb vxorem,& Doct.de præſumpt. & c.1. in 30. quæſt. 1. vnde iudex Eccleſiaſticus poteſt obligare quoſcunq; ſimul cohabitātes, vt faciant fidem de ſuo matrimonio, non obſtante quacunq; longa cohabitatione propter animæ periculum, præſertim vbi fuerit aliqua ſuſpicio,quoniam diuturnitas temporis non tollit peccatum, imo tanto ſunt grauiora peccata,quanto in fœlicem animam detinēt alligatam.c.fin. vbi Doct.de conſuetud.

59 Matrimonium poteſt quicumq; contrahere cum meretrice,quia meretriciū quātumcunq; publicum ſit,non priuat mulierem Sacramento matrimonij,imo cum illa contrahēs,ſi ſe corrigere vult,facit op⁹ pium, quod illi proficit ad remiſsionem peccatorum.c inter opera, vbi gloſſ.verb. reuocare.& Hoſt.Innocēt.Ant.Abb & alij deſponſal .& Ant.Gomes.tom.3.var. reſolut.cap.13.verſ.quintus caſus, & Iul. Clar. lib.5.§.fin.quæſt 98.num. 6. & Cou-ru. in Epitom.lib.4.part.2.§.11 cap.8 nu.17. nō tamen, vt alicui demittatur aliqua pœna delicti propter cōiugium meretricis, nec eſt verum quod dixit Paris. put.de Syndicatu.fol.355 nu.2.in fin.quem refert Ant. Gom.cap.13. delict.nu. 37.& Viuius libr. communium opin.verb. condemnatus ad mortem,verſ.3.& Iul.Clar. vbi ſupra, inquiens practicari in noſtra Hiſpania,quod ſi condemnatus ducatur ad ſupplicium, & appareat meretrix,quæ illum petat ſibi dari inuirum,debeat condemnatus liberari, & illi meretrici in coniugium copulari, quia nunquam in noſtra Hiſpania talis praxis fuit obſeruata,nec exiſtimo alibi poſſe eſſe iudices ita inertes , qui propter meretrices liberarent latrones,aut alios delinquentes, cū vnus, & alius puniri deberent, ne delicta remanerent impunita,propter vtilitatem communem,& bonum rei publicæ.l.ita vulneratus verſ.cum nec impunita.ff.ad leg.aquil.& l.locatio .§. quod illicite.ff de public.& vectig.& l. ſtichum. §.tametſi. ff. deſolut. & l. ſi areo. §. illud quod.ff.de.fid.iuſſ.& l.ſi operis.C.de pœn. neq; debet ſtultus eſſe melioris conditionis,quam ſapiens.l. ſeruius.ff. quod vi aut clam.& C.cum qui de præb.lib.6.

60 Matrimonium contrahere poteſt, quicunq; habet potentiam generandi , quoniam matrimonium conſideratur ex potentia generandi, & non ex numero annorum.c.puberes,vbi gloſſ.verb oſtendit, & generare,& Doct,deſponſal. & eſſentialia matrimonij ſunt tria bona,videlicet proles,& fides,& Sacramentum.c.omne itaq;. 27.quæſt.2.& c.cum non enim. 32. quæſt. 1 & gloſſ.verb.de tribus.in c. peruenerabilem,qui filij ſint leg.& gloſſ.verb.tardiſſime in c.puberes.de deſponſat. impub. & Scot.& Ouand.in 4 ſent.diſt.31.

61 Vnde impuberes vir ante decimū quartum annū completum,& fœmina ante duo decimum matrimonium contrahere non poſſunt,quoniam ſunt impotentes ad generandum,niſi malicia ſuppleat ætatem.c. vbi non eſt,& ibi gloſſ.verb.Canonicus, & Hoſt.Innocent.Ant. de Butr. Abb. Ioan. And.& alij,& c.de illis 2.& c.atteſtationes & c.continebatur.deſponſat. impub. &.l. minorem,vbi Doct ff.de ritu nupt. ſi tamē quis cōtrahat matrimonium cum illa, quæ eſt proximior ætati,tenet,ſi vir illam cognouiſſe aſſerit, quamuis illa neget quoniā tūc eſt ſtandum aſſertioni viri,dum aliud legitimè non probatur.c.cōtinebatur.vbi gloſſ.verb.viri ſtandum eſt,& Abb.num.5. deſponſat. impub. & c. ſi quis accepit.33. quæſt.1.& c.propoſuiſti,vbi Doct.& c. cauſam matrimonij deprobat.

62 Matrimonium contractum ab impuberibus, maioribus tamen ſeptennio reſoluuntur in ſponſalia defuturo , & nullus eorum poterit reſcilire antequam ad annos aptos peruenerit,& tunc cōfirmabitur matrimonium aut ſeparabitur,ſi ſimul ſponſalia remiſerint.c.a nobis, vbi gloſſ. verb. conſenſum, & Innocent. Ant. de Butr. & Abb.& c fin.vbi Doct.de deſpōſat.impub. & c.1 §.idem quoq;, vbi Dominic. Ioan. And.Anch.& alij eodem titul.lib.6.

63 Matrimonium contractum ab illo, qui fingit ſe vocari Ioannem,cum vocetur alio nomine tenet in foro iudiciali, licet animo decipiendi mulierem hoc feciſſet,quāuis in foro animæ non valeret, ſi non habuit conſenſum contrahendi.c. tua nos. vbi Gofred.Innocēt.Hoſt.Ioan.And.Ant. de Butr.Abb.& omnes deſponſal.

64 Matrimonium tamen impedit, & dirimit error.nam ſi quis contrahat cum ſer-

ua

Digitized by Google

ua putans eſſe liberã, non tenet matrimo-
nium,quia errauit in perſona, & non ha-
buit conſenſum cum tali perſona contra-
hendi,& tunc propter defectum conſen-
ſus,qui eſt de eſſentia Sacramenti matri-
monij,non valuit, niſi poſtquam ſciuit illã
ſeruilem conditionem,habuiſſet copulam
cum illa,quia tunc matrimonium illud cũ
ſerua cõtractum approbare videtur:c. pro
poſuiſti:vbi Doct.& c.fin.de cõiug.ſeruor.
& § item conſenſus.29.quæſt.1.& Theo-
logi.in.4.diſt.36. & .37. & ſumma Angel.
verb.matrimonium .3. impedimentum.4.
§.4 & Nau.in Manu cap:22. nu.35. nec ad
validitatem matrimonij ſufficit, ſi poſtea
fiat libera,aut Dominus poſtea eam libe-
ram faciat,quoniam illud, quod a princi-
pio non valuit, tractu temporis non con-
ualeſcit,niſi nouus accedat conſenſus,quia
tunc valebit ex nunc,& non ex tunc.c. nõ
firmatur,vbi gloſ.fin.& Doct.de regul.iur.
libr. 6.& l. quod initio ff. de regul.iur.&
Ang.verb.matrimonium.4.§.10.& ita ſi ali
qua putabat contrahere cum rege, Duce,
vel Marchione,ſeù comite,& contraxit cũ
alio,tunc nõ valet matrimonium, quia nõ
adhibuit cõſenſum ad illam perſonam, vt
tenet Cald.& Abb.nu.5.in d.c. propoſuit.
de coniug ſeruor.& Theologi in.4.diſt.30.
& ſumma Roſal.verb.impedimentum.2.&
Silueſt.verb.matrimonium.8 quæſt.1.§. 5.
& Angel.verb. matrimonium 3. impedi-
mentum 4.in prin.& Nau.in Manu. c. 22.
num 32.

65 Error tamen fortunæ,ſeù qualitatis non
dirimit matrimonium,quoniam ſi quis cõ
trahat cum paupere putans eſſe diuitem,
aut cum corrupta putans eſſe virginẽ, aut
cum infirma putans eſſe ſanam,tenet tunc
& valet matrimonium.§.ad hæc &.§.error
fortunæ.29 quæſt.1.& Abb.in c.propoſu-
iſti nu.5.de coniug ſeruor.& Theologi in
4.diſt.29 & Angel.verb.matrimonium .3.
impedimentum.4 § 2 & Nauar. in Manu.
cap.22.num.34 verſ.erroris.

66 Ancilla contrahens cum Domino ſuo
conſequitur libertatem, & ita ſeruus cum
Domina, quia inter illos poteſt conſiſtere
matrimonium, quamuis de iure ciuili cõ-
trarium ſit ſtatutum l.cum ancillis .C. de
nupt.ſed tamen obſeruatur in hoc ius ca-
nonicum inter ſeruum,& liberam appro-
bans matrimonium c.1. &.c.ſi quis ancil-
lam.&.c ſi quis ingenuus, & c. ſi fœminæ,
& c.cuius rei.29 quæſt.2.cum multis alijs,
& ſi Dominus ancillæ eam tanquàm libe-
ram alicui libero in matrimonium tradi-
derit, remanet libera, à fortiore cum illa
contrahens euaneſcit conditio ſeruilis, &
ita ſi Dominus ſine vxore exiſtat, & ancil-
lam habeat in concubinam.l.fin.vbi com-
muniter Doct .C.cõmunia.de manu. mi t.
& Doct.in.§.fin.inſt.de ſucceſſ.& Iul.Clar.
lib.5.§ fornicatio.num. 20.

67 Dominus tradens ancillam ſuam alicui
libero in matrimonium tanquàm liberam
eo ipſo intelligitur ei dediſſe libertatem,
ſi ille liber ignorabat conditionem ſerui-
lem.auth.ad hoc,vbi Bald.& Salicet. C.de
latin libert.& auth.de nupt.§.ſi vero de-
cretum verſ.nam ſi tradiderit,vbi Doctor.
coll.4.& gloſſ fin.in c.vlt.de coniug. ſer-
uor.aliter tamen ſi Dominus ſciat tantum
ancillam ſuam cõtrahere cum libero;quo-
niam ſcientia, & patientia Domini circa
matrimonium non præſtat libertatem,nã
ad illam præſtandam eſt neceſſe, vt Domi
nus tradat ancillam alicui libero,tanquàm
liberam,tunc enim videtur illi tacite con-
cedere libertatem, quod non fit per ſim-
plicem taciturnitatem,&patiẽtiam.auth.
ad hoc,vbi ſupraCou.ru.deſponſal.2.part.
cap. 3.§ 7.col.2.verſ.ſecundo hac in re, &
facit text.in c.1.de coniug.ſeruor. & Va-
laſc.de iur.Emph.quæſt.37 nu. 5. & dicam
infra verb. ſeruitus.§.75.

68 Matrimonium diſſoluitur ſi aliqua erat
affinitas,aut conſanguinitas inter contra-
hentes tempore contractus matrimonij.
c. fraternitate, vbi Innocent. Ioan. And.
Ant.de Butr.Abb.& omnes,& c.ex litte-
ris,& c.veniens.9.de eo qui cogn.conſang.
vxor ſuæ.& c.5. & per totum de conſang.
& affin ſi tamen affinitas ſuperueniat poſt
matrimonium contractum,non ſeparabi-
tur,vt dixi §.47.

69 Matrimoniũ etiam diſſoluitur propter
impotentiam coeundi,ſi tempore contra-
ctus matrimonij aliquis ex contrahenti-
bus erat impotens,& nihil inter eſt, verũ
impotentia proueniat ex ætate,aut à natu
ra,dum tamen iam exiſteret antequàm ma
trimonium fuiſſet contractum,non ſtatur
tamen in hoc confeſsioni vtriuſq; coniu-
gis,ſed debet impotentia probari per ſuf-
ficientem probationem c.1.& c. laudabi-
lem,& c.quod ſedẽ,vbi cõmuniter Doct.
dẽ frig & malefic. & l.in cauſis, vbi etiam
notant.ſcribentes.C.de repud.& Theolo-
gi.in.4.ſent.diſt.38.& ſumma Angel.verb.
matri-

Digitized by Google

matrimonium. 5. impedimentum. 16. in prin. ſi tamen impotentia arte medicorũ, ſiuè alia humana arte, aut medicamento reparari poteſt, non diſſoluitur matrimonium. cap. ex litteris. vbi gloſſ. fin. & Abb. n. 2. & c. fraternitatis. vbi gloſſ verb. inuenit. & Doct. de frig. & malef. ſi tamen contrahens ſciebat impotentiam non ſeparatur matrimoniũ, ſed ambo permanebunt ſicut fratres. cap. conſultationi, vbi Ioan. And. Innocent. Abb. & alij de frig. & malef. & Palud. in 4. diſt. 34. quæſt. 2. & Sanct. Ant. 3. part. titul. 1. c. 12. §. 3. attamen cõtrarium tenet Nau. in Manu. c. 22. n. 60.

69 Matrimonium etiam ſeparatur propter impotentiã maleficij, ſi iuramẽto vtriuſq; coniugis, & alijs probationibus ſtatim cõſtiterit de impotẽtia perpetua, quia aliter cohabitare debent per triennium, & tunc ſi poſt triennium conſtiterit de impotẽtia. debent ſeparari. c. laudabilem. vbi Doctor. & c. litteræ. de frig. & malef. & Theologi. in 4. diſt. 34. & Sanct Ant. 3. part. tit. 1. c. 12. & ſumma Ang. verb. matrimoniũ. 3. impedimentum. 16 §. 10. & Syluest. ver. matrimonium. 8. §. vlt. ſumma Sacramẽt. §. 283. Nau. in Manu. cap. 22. n. 59.

70 Matrimonium non diſſoluitur per ſuperuenientem lepram, nec per aliã quamcumq; infirmitatem, ſed potius mulier tenetur reddere debitum marito leproſo, & è contrà maritus tenetur reddere debitũ mulieri leproſæ, ſeù alia infirmitate cõtagioſa detentæ. c. 1. & 2. vbi notant communiter ſcribentes. de coniug. lepros.

71 Matrimonium non poteſt contrahi a fideli cum infideli, quoniam ſi Chriſtianus contrahat cum Sarracena, Iudæa, aut alia quacumq; infideli nõ baptizata, matrimonium non valet. c. caue. & c. ſi quis, & §. itẽ illud. 28. quæ. 1. & Theologi in 4 ſent. diſt. 39. quoniam licet matrimoniũ poſsit conſiſtere inter infideles, quatenus eſt contractus. c. de infidelibus, vbi Doct. & c. gaudemus de diuort. & c. deſnde. 26. diſt. & Theologi. vbi ſupra, quatenus tamen eſt Sacramentum non poteſt apud infideles conſiſtere, cum nõ ſint baptizati. c. veniens. vbi Ioan. And. Innocent. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de presbyter non bapt. & Abb. in c. cum contingat. nu. 6. de decim. & Nau. in Manu. cap. 22. nu. 48.

72 Matrimonium contractum inter infideles non diſſoluitur, ſi ambo ad fidem Catholicam conuertantur, etiam ſi in gradu a iure canonico prohibito cõtraxiſſent, quoniam per Sacramentum baptiſmi non diſſoluuntur coniugia, ſed crimina dimittuntur. c. de infidelibus. de conſang. & affin. & c. gaudemus. de diuort. ſi autem ille vir infidelis plures habebat vxores adhærebit tantum primæ, quamuis illam repudiaſſet, d. c. gaudemus, vbi gloſſ. verb. vel quam, & Doct. de diuort. ſi tamen vnus infidelis cõiugum conuertatur ad fidẽ, & alter noluerit ſibi cohabitare ſine cõtumelia ſaluatoris, tunc diſſoluitur matrimonium, & ille, qui conuerſus eſt ad fidem, poteſt cũ alio contrahere, quod nõ erit ſi duo fideles baptizati eſſent vxorati, & vnus lapſus fuiſſet in hæreſim, quia tũc nõ dirimeretur matrimoniũ, c. quãto, vbi gl. ver. qui relinquitur, & Doct. de diuort. & Theologi. 4. diſt. 39.

73 Matrimonium poteſt contrahi omni tẽpore, neq; aliqua in iure canonico eſt prohibitio de matrimonio contrahendo tam in aduentu, quàm in quadrageſsima, vt eſt text. in c. Capellanus, vbi Abb. num. 2. de fer. nec prohibitio Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat. matr. loquitur, niſi de ſolemnitatibus nuptiarum. quæ fieri non poſſunt ab aduentu Domini noſtri IESV Chriſti vſq; in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vſq; in octauam Paſchæ incluſiuè: contractio vero matrimonij ſimpliciter, & ſine ſolemnitatibus, & benedictionibus bene poterit fieri in Aduentu, & Quadrageſsima, ſicut alijs temporibus.

74 Matrimonium non diſſoluitur per alicuius temporis abſentiam, vnde ſi mulier, cuius maritus eſt abſens, voluerit cum alio contrahere, debet legitime probare mortem primi mariti, quoniam vſq; ad centum annos viuere præſumitur. l. fin. vbi Doct. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. c. in præſentia. vbi gloſſ. fin. & Doct. deſponſal. & c. Dominus. de 2. nupt. auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quod autem. coll. 8.

Verbo Sacrilegium.

1 SAcrilegium eſt rei ſacræ violatio, ſeù eiuſdem vſurpatio, vt notat gl. 1. in c. ſacrilegium. 17 quæſt 4. & facit text. in l. ſacrilegium, vbi Paul. de Caſt. ff. ad leg. Iul. pecul. & Innocent. in c. cum pro cauſa de ſent. excommunicat. & D. Thom. 22. quæſt. 99 art. 1. & D Ant. 2. part. tit. 1. c 21. Grill. in tract. de pœn. omni ſariam coitus. q 1. num.

Digitized by Google

num. 5. & Bernard. Dias. in pract. cap 87. & Ign. de Salzed. ibidem. num. 1. ſeruius in Egloga 9. Virgil. & ſumma Syluestr. ver. ſacrilegium, & Angel. ibidem in prin. & Petr. Greg. lib 33. Syntagmat. cap. 14. In prin. & Prateus de verbis iuris. verſ. ſacrilegium. Lud. Moncal. in reprobatione ſententiæ Pilat. art. 1. n. 50. Dominus Ioan. Vel. in tract. de pœnis delict. c. 30. in prin.

Sacrilegium tribus modis committitur. Primò ratione perſonæ ſacræ, ſiue religioſæ. Secundò ratione loci. Tertiò ratione rei. & quamuis nonnulli ſacrilegiū diuidant in quatuor ſpecies, & in plures, omnes tamen in his tribus ſpeciebus includuntur.

2 Sacrilegium committitur in perſonam, quando quis læſerit Clericum, vel perſonam ſacram, ſiuè religioſam inferens manus violentas in eam. cap. ſi quis ſuadente. vbi notant communiter Doct. 17. quæſtion. 4. & Bald. in l. ſi non dum. C. de furt. & cap. quæ multotiens. vbi gloſſ. verb. in ſacris, & Ioan. Andr. Abb. & alij. de regul. iur. & cap. nulli licet. 12. quæſt. 2. & Bernard. in pract. cap. 87. & Salzed. ibidem. num. 1. & Menoch. de arb. caſu. 389. num. 15. & etiam ſacrilegium committit ille, qui in clericorum veſtes manus inijcit eas lacerando, aſpuendo, aut aquam perfundendo, diabolica perſuaſione. ex gl. communiter recepta verb. manus. in d. cap ſi quis ſuadente: 17. quæſt. 4. & Innocent. in c. nuper. de ſent. excommunicat. & Marſil. ſingul 188. & Menoch. vbi ſupra. nu. 107. Ioann. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 30. verſ. ſecundo, ita ſi perſonam ſacram, ſeù religioſam detineat incarcere publico, ſeù priuato vel aliquomodo illam violenter detineat, ſine licentia ſui ordinarij. cap. cum non ab homine. vbi gloſſ. verb. deprehenſus. & Doct. de iud. & cap. nuper vbi Abb. nu. 2. & cap. vt famæ. de ſent. excommunicat. quod tamen non erit ſi ſine violentia illum in aliqua domo retineret, licet ex illa detentione aliquam pateretur verecundiam, nec cum dormiret aliquid ab eo ſurriperet, quia tunc non dicitur inijcere in illam manus violentas diabolica perſuaſione, nec per Iocum. c. 1. vbi Doct. de ſent excommunicat. & Ang verb. excommunicatio. 5. §. 29.

3 Verba iniurioſa dicta clerico, ſeù perſonæ Eccleſiaſticæ, vel in Eccleſia nō ſunt ſacrilegium, vt tenet Syluest. verb ſacrilegium, in fin. & Salz in pract. c. 87. verſ. ſed verum, nec tunc habet locū pœna. c. ſi quis ſuadente, vt tenet Couarru. lib. 1. var. reſolut. c. 11. n. 5. & Ioan. And. in c. Felicis. de pœn lib 6. ſumma Ang. verb. excommunicatio 5. §. 49. Innoc. in c. nuper. de ſent. excommunicat. nec clericus poteſt cōuenire laicum corā iudice Eccleſiaſtico propter verba iniurioſa. vt tenet gl. fin. & ibi Inno. in c. parochianos de ſent. excommunicat. licet contrarium teneat Abb. ibidem. n. 5. & Ign. de Salzed. vbi ſupra niſi aliud ſit de conſuetudine, & in noſtra Luſitania cōueniuntur laici coram iudice Eccleſiaſtico propter verba iniurioſa dicta clericis, ſicut ob percuſsionem, ſi clericus eſt conſtitutus in ſacris, aut coram iudice ſeculari, apud quem clericus percuſſus, ſeù verbaliter iniuriatus magis voluerit, & approbatur apud nos opinio Abb. vbi ſupra. per ord lib. 2. titul. 9 §. 3.

4 Sacrilegium etiam committit ille, qui carnaliter cognouit Virginem Deo dedicatam. c. impudicas, & c. virginibus. 27. quæſ. 1. & l. ſi quis in hoc genus, vbi Doct. C. de Epiſc. & Cler. Bald. in l. ſi non dum. C. de furt. & Grilland. de pœn. omni far. coit. quæſt 1. num. 4. & 10. & Bernard. Dias. in pract. cap. 87. & Salz. ibidem, & Menoch. de arb caſu. 389. n. 22. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 30. verſ. ex qua diffinitione. Merg. conſil. 37. num. 16. & D. Thom. 22. quæſt 99. art. 3. ad 3.

5 Sacrilegium ratione loci committitur quando violatur locus ſacer, Eccleſia, aut eius cæmiteriū, vel immunitas illius offenditur pugnando percutiendo, aut interficiendo aliquem in Eccleſia, aut cæmiterio illius. c. ſi quis in atrio. 17. q. 4. & Abb. in c. cum Eccleſia. nu. 2. de immunit. Eccleſ. & Salz. in pract. c. 87. n. 2. & Gerip. conſil. 13. nu. 42. vnde qui aliquē percuſsit in Eccleſia, vel cæmiterio illius, aut illi dedit alapam, ſeù gladijs, ſiuè fuſtibus fecit pugnā, cōmittit ſacrilegiū, quāuis effuſio ſanguinis nō interueniat: aut extrahendo aliquē, qui ad Eccleſiam confugit. c. miror, & cap. reum. 17. quæ. 4. & c. inter alia. vbi Doct. de immunit. Eccleſ. & l. fideli, & l. præſenti. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Cou. r. lib. 2. var. cap. 20. Bernard. & Salz. cap. 123. idem Salz. cap. 87. Remig. de immunit. Eccleſ. fallent. 1. Q. ueſad quæſt iuris cap. 1. Bald. in l. ſi non dum. C. de furt. ſumma Ang. ver. ſacrilegiū.

§. 1. Iul:

§.1. Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt.30.num. 1. Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.cap. 30. verb tertio,& Corraſ.lib.5. miſcellan.c.23

Iudex, lictor, ſeù alius officialis ſecularis, qui extraxerit ab Eccleſia illum, qui ad illam confugit, & illum non ſinit gaudere immunitate Eccleſiaſtica, poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico, quia committit ſacrilegium corrumpendo immunitatem ipſius loci ſacri. c.reum, & c.frater. 17. quæſt. 4. & Bald in l.ſi nõ dum C.de furt.& Grill. de pœn.omni far.coit.quæſt. 1.nu.4. Ioan. de Viſchis. in tract. de immunit num. 2. Ioan.Vella d.c.30 verſ.tertio ex prædicta. & de iure canonico quod in hoc ſeruari debet eſt, vt excommunicetur donec reũ ad Eccleſiam reducat, & debet condemnari in pœna aliqua pecuniaria, & illi eſt imponenda publica pœnitentia c.miror. & c. ſi quis contumax.& c. quiſquis. 17. quæſt. 4. quæ iura nouiter Concil.Trid.ſeſſ.24. c. 20. de reformat.obſeruare iubet.& ita tenet Abb.in c. Eccleſiæ.num. 11. de immunit.Eccleſ.& Ioan.de Viſchis.d.tract. immunit.nu.65.& Paz.in praxi, quintæ part. 1.tom. cap.3.§.3.num.16. & de iure ciuili erit puniendus, ac ſi committeret crimen Læſæ maieſtatis, l.præſenti, vbi Doctor.C. de his, qui ad Eccleſiam Confug Mainer.in l.de domo.ff.de regul.Iur.& Ioan.Idon. in rep.l.1.fol.14. ff.ad Sylan. attamen praxis in hoc crimine obſeruat ius canonicum & quamuis vltra alias pœnas, per ius canonicum impoſitas vbi ſupra, illa impoſitio publicæ pœnitentiæ non obſeruatur decõſuetudine, ſed tantum illa pœna excõmunicationis, & pecuniaria, quæ hodie eſt arbitraria, vt tenet gloſſ.in d.c.ſi quis contumax 17.quæſt.4. & Hoſt.in ſumma hoc titul.§.hæc pœna, & Arch.in d.c.quiſquis, & Abb.in d.c.Eccleſiæ nu. 11.& glo.verb. connubio in c.cum mulier. 15. quæſt. 8. & Ang.de Caſtr. inter conſilia Paul.de Caſtr. patris illius conſil.438.circa fin.lib. 2. & Iul.Clar.lib.5. §.fin quæſt.30.nu.1. & Paz vbi ſupra.& Ioan.Vella.in d.tract.de pœn. delict.cap.30 attamen quia aliqui ſunt caſus propter quos delinquens non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, tunc priuſquam ſecularis iudex extrahat ab Eccleſia eum, qui ad illam confugit, debet iudex Eccleſiaſticus, & iudex ſecularis ſimul cognoſcere ſũmatim, verũ delinquẽs gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica, aut nõ, & interim obſeruabitur delinquens in Eccleſia, aut mittetur ad carcerem in cuſtodia ſi forte in Eccleſia cuſtodiri non poſſit, ex mandato vtriuſq; iudicis, & ita obſeruat praxis, & conſuetudo, vt atteſtantur. Ioan. Ign.in rep.l.1.in princ.col.3. ff.ad Silan & Remig.in tract.de immunit. Eccleſ. quæſt. 5. Cou ru.lib.2.variar. c.20 nu.17.verſ.trigeſimo primo, & Guid.Pap.deciſ.121. circa fin.& Iul Clar.lib.5 §.fin.quæſt 30.n. 21. Paz in praxi.quintæ part.to.1.c.3.§.3.n.3.

8 Sacrilegium de iure canonico cõmittitur ratione rei, auferendo rem ſacram de loco ſacro, vel nõ ſacro, aut rem non ſacrã de loco ſacro, quoniã tunc datur rei ſacræ violatio.c.licet, & c.ſi quis contumax.§.ſacrilegium, & c.quiſquis 17.quæſt.4.& glo. in c.ſacrilegium eadem cauſa, & quæſt. & Bart in l.diui.nu.1 ff.ad leg.Iul.peculat. & Bald.Paul.nu.3.& alij in l.ſi nõ dum. C.de furt.& Menoch.de arb.caſu.389 nu.2.Paul. Grill.in tract.de omni far.coit.quæſt.1.nu. 6.Iul.Clar.lib.5.§.ſacrilegiũ.nu.1. & Boer. deciſ.254.a nu.1.Boſſ.in pract. in prin.Iacob.de Belouiſ.in pract.rubrica de furt.& latronib.nu.46. ſumma Angel.verb.ſacrilegium.§.1.Bernard.& Salz in pract c 87. Zanet.in tract.de different.vtriuſque iuris nu.128.Nau.in Manu cap. 17.nu.95.de iure ciuili duo requiruntur, ad hoc vt proprie committatur ſacrilegium, videlicet, quod res furata ſit ſacra, & de loco ſacro ſubtrahatur, vt tenet Bart.in d l.diui.n. 1. ff.ad leg.Iul.pecul.& l.ſacrilegij.9. eodem titul.& Doct ſupra relati.

9 Sacrilegium committitur effringendo fores, ſeras, feneſtras, tectum, ſeù parietem Eccleſiæ.c.ſicut, & c.quiſquis.17. quæſt.4. & qui talia faciendo ſimul furtum fecerit ipſo iure fit excommunicatus c. conquæſtus, vbi gloſſ. 1.& Doctor.de ſent. excommunicat. & c. canonica.11. quæſt. 3.& c. omnes Eccleſiæ.17.quæſt.4.& Nau.in Manu.cap.17.num. 95. Bernard. Dias.& Salz. cap.87 Ioan.Vella.d. cap.30.verſ. Pontificum, & de iure ciuili pro primo furto in Eccleſia facto punitur ſacrileg⁹ pœna mortis.l.ſacrilegij.9. ff.ad leg.Iul. peculat.& l. aut facta §.locus ff. de pœn.& l.1. in prin. ff.ad leg Iul maieſt.Boſſ.in titul.de ſacrileg.num.6. Ant. Com. 3.tom. var. cap. 5. num. 11. Ioan. Vella. de pœn. delict. cap. 30. verſ. puniuntur autem. Boer. deciſ. 354. num. 13. reprobata opinione Menoch.de arb.caſu.389.nu.4.& Iul.Clar. lib. 5.§. ſacrilegium. num. 3. & Petr. Greg.

Digitized by Google

lib.33. Syntagm. c.14. exiſtimantium hoc iure ciuili pœnam ſacrilegij eſſe arbitrariam, ſi autem non concurrat furtum cum effractione, aut fiat effractio ſine furto, quamuis ſacrilegium committatur, non fit tamen ſacrilegus excõmunicatus ipſo iure, ſed eſt excommunicandus. vt tenet glo. verb. excommunicatos. in c. conqueſti. vbi Abb. Fel. & communis. de ſent. excommunicat. & c. cõqueſtus. vbi Ioan. And. Abb. nu.7. & alij. de foro comp. idem Abb. in c. relatum. nu.4. de iure patr.

10 Sacrilegus autem pro manuum iniectione in perſonam Eccleſiaſticam ipſo facto remanet excommunicatus, cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. & c. non eſt dubium, & c. mulieres. & c. porro. cum multis alijs. de ſent. excommunicat. & c. religioſo. & c. eos qui & c. cum quis. vbi Doct. eodem titul. lib. 6. & Nau. in Manu. cap. 27. nu. 56. Bald. in l. ſi non dum. C. de furt. Bernard. Dias, & Salz. in pract. cap. 87. & Menoch. de arb. caſu 389. num. 15. Ioann. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 30. verſ. ſecundo deducitur.

11 Sacrilegium committit ille, qui occupat ſiue vſurpat bona Eccleſiæ, aut Eccleſiam moleſtat, & perturbat in ſua poſſeſſione, vnde laicus poteſt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, quando vi expulſiua, ſiuè turbatiua occupat bona Eccleſiæ. c. cum ſit generale, vbi Doct. de foro comp. & cap. conqueſtus. vbi Abb. num. 2. eodem titul. & cap. Auguſtino. 12. quæſt. 2. & qui vi, vel timore incuſſo occupauerit iuriſdictionem, bona, cenſus, aut iura feudalia, ſiuè emphyteutica, vel fructus, aut emolumenta, vel quaſcumq; obuentiones alicuius Eccleſiæ, aut cuiuſuis ſecularis, ſeù regularis beneficij, vel aliorum piorum locorum, per ſe, vel per alios, & in proprios vſus illa conuertere, vel vſurpare præſumpſerit, aut impediret, ne percipiantur ab illis, ad quos de iure pertinent, ipſo facto fit excommunicatus, donec illa reſtituerit, & à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit, & ſi fuerit patronus eius Eccleſiæ, aqua illa occupauit, vltrà prædictas pœnas remanet ipſo iure priuatus iure patronatus, ſi autem fuerit clericus, & illa ita occupauerit, aut ad id dederit conſenſum eiſdẽ pœnis ſubiacebit, & erit priuatus quibuſcumq; beneficijs, quæ obtinuerit, & efficitur inhabilis ad alia conſequenda, & ſuſpenderetur ab executione ordinum ſuorum. cap. generali. vbi Doct. de elect. lib. 6. & Tridẽt. ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat. ſi autem per vim, & timorem incuſſum illa non occupauerit, ſed ſimpliciter, non remanet ipſo iure excommunicatus, ſed eſt excommunicandus, nec incurrit ipſo iure in pœnas ſupra relatas. c. conqueſtus. vbi Doct. de foro comp. & c. conqueſti. vbi gloſſ. 1. & Innocent. Ioan And. Ant. de Butr. Abb. & alij. de ſent. excommunicat.

12 Sacrilegium etiam committitur in loco, ſeù rebus Deo dicatis. cap. quisquis inuentus. 17. quæſt. 4. & cap. nulli liceat. 12. quæſt. 2. quia dicitur ſacrilegium, quaſi rem ſacram lædere, vel legere, ex Diu. Iſidoro. lib. 10. Ethymolog. cap. 18. & D. Thom. 22. quæſt. 99. art. 1. & Montal. de reprobat. ſent. Pilati. num. 50. quoniam legere aliquando furari ſignificat, vt inquit ſeruius. in Egloga Virgilij. 9. & Prateus de verbis iuris verſ. ſacrilegi ſunt, & Ioann. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 30. in prin.

13 Sacrilegium committit ille qui rem ſacram recipit de manu laici, ſiuè Eccleſiam, ſeù aliquid Eccleſiaſticum. cap. dudum. vbi Abb. num. 7. de decim. attento iure canonico, ſecundum quod ſufficit ad ſacrilegium committendum, vt res furata ſit ſacra, aut ſubtrahatur de ſacro loco licet non ſit ſacra, vt dixi ſupra. §. 8. & cum laicus non poſsit poſsidere rem ſacram, ſeù ſpiritualem, neq; in ea præſcribere, quoniam res ſacra, ſeù ſpiritualis non cadit in laicum. cap. cauſam. vbi gloſſ. verb. detinere, & Abb. nu. 2. de præſcript. & cap. Sacroſancta. & cap. Maſſana. de elect. nec illam dare alicui poteſt, & tunc pro non dato habetur illud, quod de iure donari non poteſt. c. quod autem, & c. daibertum. 1. quæſt. 7. vnde talis titulus non excuſat ſuſcipientẽ à ſacrilegio. vt inquit Abb. ſupra. d. num 7.

14 Sacrilegium etiam committere videtur ille, qui vſurpat bona patrimonialia clericorum. per text. in cap. quisquis inuentus 17 quæſt. 4. & tenet Abb. in c. caterũ. num. 17. de iud. Fel. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. n. 7. de conſt. ſed contrarium tenet Arch. & alij in d. cap. quisquis inuentus, & hæc opinio eſt verior, nã res patrimoniales clericorum non ſunt Sacræ, nec Eccleſiæ dedicatæ, vnde fiat violatio rei Sacræ, & ita obſeruat praxis.

Sacrilegij

Digitized by Google

15 Sacrilegij crimen eſt mixti fori, & de illo poteſt cognoſcere iudex Eccleſiaſticus, aut ſecularis, vt detur locus præuentioni. cap.cum ſit generale. vbi gloſſ. verb. malefactores, & Abb.num 1. & alij. de foro comp. & cap.fin.de pœn. libr.6.& cap.ſunt quædam. 23. quæſt. 5. & l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. & tenet Guid. Pap. deciſs.562.num.3. Grat. Lup. in Parlament. Pap.lib.1. tit.4. Areſt. 6. Pedamont. deciſs.103. num.7. Mantua. conſil.266. num 80. Iul. Clar. lib.5. §.fin. quæſt 37. nu.6. Montal. de reprobat. ſent. Pilat. num.52. Grilland.de pœn. omniſar. coit.quæſt.1. num.2. Palat.in cap.per veſtras.notab.2. § ſed eſt pulchra dubitatio. Gou.ru. lib 2. var. cap.40. num fin. Paul. de viſit. lib.2.cap.21.num.28. Ign.de Salz. cap.87. verſ.alij vero cenſent. Ioan.Vella. in tract.de pœn.delict.cap 30.verſ.aduertas autem quod & ſi ſacrilegij crimen, & dixi ſupra verbo. forus. §.7. reiectis alijs alia cenſientibus, quia praxis obſeruat, vt inter iudicem Eccleſiaſticum, & Secularem in hoc crimine ſacrilegij detur locus præuentioni, ita vt iudex Eccleſiaſticus poſsit laicum ratione ſacrilegij, per ſe, aut per ſuos miniſtros capere, & mittere in carcerem, ſi grauitas delicti id exegerit, & in bonis tēporalibus illorum ſuas exequi ſententias, quoniam vno conceſſo in effectu videntur omnia ad illud neceſſeria cō ceſſa, l.refectionis, vbi Bart.& omnes. ff.cō munia præd.& l.loci corpus.§.ſi quis mihi.ff.ſi ſeruit.vind.& l.ſeruius autem in fin. ff.de riu.& gloſſ.verb.ab Eccleſia. in auth. item nulla cōmunitas.C.de Epiſc. & cler. & Bart in l.1.nu.44.C. de ſumma Trin. & Anan.in rubrica de Sort.& Aufrer in rep. clem.1.de offic ord.& Fel.in d. c. cum ſit generale, nu.20.de foro comp. & Dominic.in c.Epiſcopus,nu.9.de offic ord. lib. 6.Couru.pract.cap.18.nu.2. Mench. ſucceſſ creat, §.22.num.18. director. iudicum Eccleſiaſticorum.2 part.cap.13. num. 24. Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de Epiſc. & cler.Marant.de ord.iud.6.part.nu.141. Roxas. in ſpec.fidei. ſpec.108. ante fin. & facit Trid.ſeſſ.25. cap.20. de reformat.& ita obſeruat praxis in tribunalibus Eccleſiaſticis, quamuis oppoſitum teneat Oldrad. cōſil.86.Palat.in repet.c.per veſtras. notab.2, §.ſed pulchra eſt dubitatio.à numer.18.Boer.deciſ 227 num.11. Iul.Clar. libr.5. §.fin. quæſtio.37. num.8. & Ioann. Andr. in addit. ſpecul. ſicut illum refert Iul.Clar. ſupra.

16 Sacrilegij crimen punitum per iudicē Eccleſiaſticum poteſt iterum puniri per iudicem ſecularem, & ita punitum per iudicem ſecularem, poteſt iterū puniri per iudicem Eccleſiaſticum. vt tenet Abb.nu. 1.& Barb. nvm.39.& Fel. num.21. & alij in c.cum ſit generale.de foro comp. idem Abb. in cap. tuæ. num.5. de procurat. & in c.2.de maledic.& Alciat.in c.1. n.134. de officio ord.& Dec.in c.atſi clerici.n.24. de iud.Cou.ru.lib.2. reſolut.cap.20.nu.6. & Albert.de agnoſcend. cath.aſſert.quæſt. 25. à nu.58. ſed contrarium verius exiſtimo, nam fruſtra datur locus præuentioni in hoc crimine ſacrilegij, ſi punitus pro crimine illo ab vno iudice ab altero puniri poſsit, cum pro vno delicto non debeat quis duplicem pati pœnam, nec accuſatio poteſt duplicari de his criminibꝰ, de quibus accuſatus eſt abſolutus. cap. de his.vbi Doct.de accuſat.& facit tex.in c.2. de except. lib.6. vnde accuſatus de crimine ſacrilegij ab vno iudice, non debet ab alio accuſari, & ita tenet gl.verb adimimus. in c.fin.de pœn. lib.6. vbi Dominic. nu.3. & Bart.in l.ſenatus.nu.3. ff.de accuſat.& Iaſ.in l.cunctos populos.2.lect.n.26. C.de ſumma Trin.& Socin.in c.poſtulaſti. nu.16. de for.comp. Roland.Valle.conſil. 24.nu.13. lib.2. & eſt communis legiſtarum. vt tenet Abb.in d.c.tuæ.n 3.de procurat attamen ſi ſacrilegus ſit abſolutus ab vno iudice per colluſionem, aut in vtroq; foro pœnæ pro crimine illo ſint diuerſæ, & quæ ab vno iudice imponi non poſſunt; tunc accuſatus ab vno poterit ab alio iterum accuſari. vt in ſpecie notat Bald. in l.data opera. à nu.19.C.de his qui accuſar.non poſſ. & Fel.in c.de cauſis. nu.11. & Dec. nu.14. de offic. iud.delegat. & Paul.de Caſtr.in l.1. §.dixerit.n.6.ff de publ.& Ant.Gom.3.tom c.1.n 38 Rolād. à Valle. conſil.35.n 48. lib.2. Cou.ru. lib. 2. var. cap.9.n.8. Mench. illuſtr.c.14. à n. 3. Menoch.de arb. caſu.96.

17 Sacrilegij pœnæ ſunt diuerſæ inter ius canonicum, & ius ciuile, nam de iure ciuili ſacrilegi ſunt capite puniendi, vt eſt tx. in l.ſacrilegij. 2. vbi Doct. ff. ad leg. Iul. peculiat. & l.aut facta. ff. de pœn. & l.1. ff.ad leg.Iul. Maieſt & Boſſ.titul.de ſacrileg.num 6. Ant.Gomez.3.tom.var.cap.5. num.11. de iure tamen canonico punitur

Digitized by Google

pœna excommunicationis, in quam aliquando incurrit ipſo iure,& aliquando eſt excommunicandus, vt ſuis locis remanet reſolutum, ſemper tamen eſt declarandus excommunicatus à iudice Eccleſiaſtico.c. indigne.12.quæſt.2. & c.frater, & c.quisquis.17.quæſt.4. & gloſſ in c ſacrilegium. eadem cauſa,& quæſt. & Abb.& alij. in c. fin.de furt.& fiunt infames.quoniam omne crimen de iure canonico infamat. cap. infames. vbi gloſſ.verb.fures.6.quæſt.1.& cap.attendendum. 17. quæſt.4. & cap.fin. de furt.Reb.in pract.benef.2.part.titul.de mod. amittend. benef.num.36. Salzed. c. 87 verſ.diffinitionem Ioan.Vella.in tract. de pœn. delict. cap. 30. verſ. Pontificum autem, & multantur pecuniaria pœna. c. ſi quis contumax. & c.quisquis, in fin.vbi gloſſ.vlt.17.quæſt.4.& gloſſ.in d. c.ſacrilegium. vbi ſupra.

18 Et clericus tamen ſacrilegus eſt deponendus ab officio, & beneficio, vt tenet Hoſt.in ſumma titul.de accuſat. §. quis ſit effectus, verſ.ex gratia exempli. Bonacoſ. incommunibus opinionibus. verſ.ſacrilegium. Socin.in c.Eccleſia.num.45.de ſortileg. Ign.de Salzed.cap.87.num.2.Ioann. Vella. de pœn. delict. cap.30. verſ.Pontificum autem.nec poteſt ad ordines promoueri, ſine diſpenſatione Epiſcopi.cap. ſi quis presbyter. vbi gloſſ.diſt.50.& Salz. d. c.87. verſ.diffinitionem, nec gaudet ſacrilegus immunitate Eccleſiaſtica. c. frater. 17. quæſt.4. Boer. deciſs.110. num.3. Carrer. in pract.criminal. cap.3.num.16. praxis tamen, & conſuetudo obſeruat, vt in ſacrilegij crimine in rem,ſiuè in locum commiſſo, vltra pœnam excommunicationis, detur pœna arbitraria,quam iudices arbitrantur conſiderata qualitate, & modo delinquentis. vt tenet Menoch. de arb. caſu.389. num 4. Petr.Greg. libr.33. Synt. cap.5. & Iul.Clar. libr.5. §.ſacrilegium. num.3.

Verbo Salarium.

1 SAlarij cauſa eſt ſummaria,quando agitur de ſalario,ſeù mercede laboris,pro aliquo opere, & de cauſa illius debet iudex ſummariè cognoſcere. vt tenet Bald. & alij in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex pericul.reſcind. & Marant. de ord.iud. 4 part.diſt.9. num.197. & aut petitur ſalarium per actionem ex ſtipulatu, quando aliquid fuit promiſſum, aut per conditionem ex lege, quando nudo pacto eſt conuentum. l.1. vbi Doct.C.de ſuffrag & l.ſalarium. vbi gloſſ.1. & l.qui mutuam. §.ſalarium. ff mand.& l.1. & l.ſalarium.C.eodem. & §.1. vbi Doct.inſt.de locat. & §.in ſumma. vbi gloſſ.verb.mercede.inſt.mād. ſi autem nec promiſſum fuit ſalarium,nec conuentum inter dominum, & mercenarium.tunc petitur officio iudicis dummodo non conſtet quòd gratis præſtaturus facere volebat. l. 1. §. in honorarijs. vbi Doct. ff.de var.& extraord.cogn. & l.ſalarium. vbi Bart. ff.mand. & facit text. in §. in ſumma. vbi gloſſ.verb. mercede,& Angel.inſt.mand.

2 Salariū quod pro aliquo opere eſt præſtandum, regulariter debet ſolui in fine operis, niſi aliud ſit conuentum inter dominum, & mercenatium, aut aliud ſit de loci conſuetudine. tenet gloſſ. fin. in l.2. vbi Cin. Bart. Bald.& omnes. C.de locat. & gloſſ.fin. in l.æde. eodem tit. & Bart. in l.1. §.Diuus.2. num.16. ff.de varijs. & extraord.cogn. idem Bart. in l.qui inſulam. §.qui edem. ff.locat.& Abb.in c.fin. num. 32. ff. de foro comp. & Petr. de Anch. & Imol.in cap.propter ſterilitatem.de locat. & Iaſ.in l.diem functo. num.14. ff.de offi. aſſeſſ.& in l.fructus.aliàs. l.diuortio.num. 38. ff.ſolut. matrim. & Dec. in l.in omnibus. num.2.ff.de regul.iur.& conſil.70.nu. 2. & Guid.Pap.deciſ.112. Doennas.in regula 63. & ita ſalarium diurnum alicuius mercenarij eſt ſoluendum in fine diei. ex illo verbo diuino voca operarios,& redde illis mercedem.Matth.cap.20. & Deuteronomi. cap.24.& Tob.cap.4.Leuit.cap.30. & Doct.in l.æde. C.de locat.

3 Salarium tamen quod eſt dandum illi, qui locauit operas ſuas pro faciēda domo, turri, naui, aut ſimili, verum ſit præſtandū in fine operis, ſiuè in principio, vel in medio, quando inter dominum,& mercenatium nihil actum fuit, aut non conſtat de conſuetudine regionis, eſt inſpicienda qualitas ipſius mercenarij, nam ſi mercenarius ille eſt diues, & bene poterit ex ſuo opus perficere, tunc in fine operis illi eſt ſoluendum, ſi autem eſt pauper, ita quod non poſsit opus perficere,tunc minuatim eſt illi ſalarium per ſoluendum. vt tenet gloſſ.fin.in l.2. C.de locat. & Abb. in cap.fin. num.32. de foro comp,& eſt conſuetudo in quampluribus regioni-

Digitized by Google

regionibus, vt in principio, & medio & ſine operis ſoluatur.

4 Salarium, quod præſtatur aduocato, debet præſtari in principio litis, vt tenet gl. verb. ſalarium in l. venditor. § ſi conſtat. ff. communia præd. & ſpecul. & Ioan. And. in titul. de ſalario. § ſequitur. verſ. ſed quando ſoluetur, & Alex. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. & tenent nonnulli in l properandum. § illo procul dubio. C. de iud. contrarium tamen tenet Innocent. Ant. de Butr. & alij in c. propter ſterilitatem de locat. & Cin. & ſalicet in l. vnica. C. de ſuffrag. & l. Archiatri. C. de profeſſ. & med. lib. 10. Bald. & alij in l. 1. C. mand. & Iaſ. in l. diem functo. nu. 11. ff. de offic. aſſeſſ. & hæc opinio eſt communior. vt poſt alios tenet Doenn. regul. 63. verſ. ampliat. 2. licet per ord. libr. 1. titul. 91. § 17. ſolui debeat in principio litis, & medio & in fine. ſi tamẽ totum ſoluatur in principio poſtea non repetitur ab hæredibus ſi moriatur aduocatus. l. 1. § Diuus. ff. de varijs, & extraord. cogn.

5 Salarium autem, quod ſoluitur rectoribus ciuitatum, & poteſtatibus terrarum debet ſolui in principio officij, quoniam non perſoluitur illis pro labore tantum, ſed pro oneribus, & expenſis, vt tenet Paul. de Caſtr. & Iaſ. num. 9. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. & Bald ibidem. in 1. lect. & ſi durãte officio poteſtas moriatur non ſunt hæredes illius cogendi ad ſalariũ reſtituendum, nec ab illis eſt repetendum. vt tenet gloſſ. verb. præſtitum. in l. diem functo. ff. de offic aſſeſſ. & ibi Bart. Angel. Salicet. Lud. Alex. Iaſ. & omnes & gloſſ. verb. repeti. in l. 1. §. Diuus. 2. vbi Bart. à num. 7. ff. de var. & extraord. cogn. & idem Bart. & Ang in l. fin. C. de dom. & protect. lib. 12. & ita dico de doctoribus legentibus, aut ſi propter gerram, ſiuè peſtem, vel alium caſum fortuitum legere nõ potuerint, nihilominus integrum ſalarium habere debent. vt tenet gloſſ. verb. reperi in d. §. Diuus. vbi Doct. & tenet Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & alij in l. diem functo. ff. de officio. aſſeſſ. & idem Bald. in l. vnica C de ſuffrag. ſi autem ſine cauſa non legerent toto anno, aut parte illius, tunc non debẽt habere ſalarium, niſi pro rata illius temporis, quo legerunt tenet Bald in l. 1. opposit. 2. C. deleg. & in l. 2. & in l. æde. col. 3. C. de locat. & Iaſ. & in l. diem functo. n. 40. ff. de offic. aſſeſſ.

6 Salarium debetur officiali, ſeù famulo, qui ex deffectu, ſiuè culpa ſuperioris non ſeruiuit, quamuis deffectus ille proueniſſet ex caſu fortuito, quoniam caſus fortuitus contingens in perſonam conductoris eum non liberat à mercede, niſi mercenarius alij operas ſuas locaret. l. ſed addes. §. cũ quidam, vbi Doct. & l. qui operas. ff locat. & Iaſ. in l. diem functo. num. 22. ff. de offic. aſſeſſ. Abb. in c. aduerſus. n. 18. de immunit. Eccleſ. & Nau. in Manu. c. 17. n. 197.

7 Salarium famuli in fine anni eſt præſtãdum, niſi aliud conueniatur inter dominum, & famulum. glo. fin. in l. 2. vbi communiter Doct. & gloſſ. fin. vbi Bald. & Salicet. C. de locat. ſi vero famulus aliquo tempore fuerit infirmus non habebit ſalarium illius tẽporis, quod fuerit infirmus, quamuis per illum nõ ſteriſſet, quo minus ſeruiret, vt tenet Bart. in l operæ teſtamẽto. ff. de vſu fruct. legat. & in l. ſi vno. §. itẽ cum quidam. ff locat. & Ant. de Butr. & Petr. & Anch & Imol. col. 12. in cap. propter ſterilitatem. de locat. & cond. & Abb. in c. 1. num. 6. de cler. ægrot. & Bald. in l. liberti. C de oper. libert. Iaſ. in l. diem functo. num. 47. ff. de offic aſſeſſ. quamuis cõtrarium teneat gloſſ. verb. ægrotante. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. & quẽadmod. ſpecul. in titul. de locat. §. poſtquã. verſ. quid ſi mercenarius, & Imol. Ioann. And. in c. propter. de locat. Hoſt. in ſumma tit. de locat. §. quæ actiones. verſ. quid autem. quam ſententiam approbarem, ſi famulus ſeruiret tantum tempus, quantum fuit infirmus. vt vult Bald. in l. fin. in fin. C. de cond. inſert. & Bart. in d. §. item cũ quidam. num. 9. ff. de locat.

8 Famulus, qui promiſit annum ſeruire, pro certo ſalario, & antequàm ad impleret tempus recedit, nullum debet habere ſalarium. vt tenet gloſſ verb. perſonis. in l. ſi vno. alias. l. ex conducto. §. item cum quidam ff. locat. & apud nos in noſtra Luſitania amittet ſalarium, & ſeruiet omne tempus, ad quod ſe obligauit ſine ſalario. ord. libr. 4. titul 34. & ita ſi dominus ſine cauſa iuſta à domo expellat famulum, antequam adimpleat tempus, quod ſeruire promiſit, illi ſoluet omne ſalarium, etiam ſi omne tempus non ſeruiret. ord. vbi ſupra. & facit doctrina Bald. in l. 2. & in l. æde quam. C. de locat. col. 2. verſ. ſed pone famulum. & Iaſ. in l. diem functo. num. 46. ff. de offic. aſſeſſ. quoniã tunc non ſtetit

per famulum illum, quominus tempus ad impleret, vt notant ſupra relati.

9 Viator, ſeù ambaſiator, ſi in itinere infirmetur debet habere ſalarium tādiu, quā diu fuerit infirmus, vt tenet Bart. in l. ſi cui §. tandiu. ff. ex quib. cauſ. maior. & Iaſ. in l. diem functo. ff. de offic. adſeſſ. num. 48. & Ioan. de Anan. in c. quam ſit. col. 1. de iudæ & ſarracen.

10 Salarium non debet præſtari medico, niſi poſtquam infirmus fuerit ſanus, quia ſi fortè non cognouit infirmitatem ægroti, & medicamentum applicare neſciuit, non debet habere ſalariū l. Archiatri. vbi Bart. & omnes. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & Iaſ. in l. diem functo. nu. 12. ff. de offic. adſeſſ. & Doenn. regul. 63. verſ. amplia primo.

Verbo ſententia.

1 SEntentia dicitur multis modis. nam aliquando ſumitur pro ſignificatione cuiuſcumq; rationis, ſeù pro opinione in aliqua re, aliquando pro determinatione alicuius cauſæ. & alia dicitur diffinitiua, & alia interlocutoria, & alia condicionalis, alia præceptiua, alia multa, alia ſuſpenſionis, alia excommunicationis, vt notat gloſ. in clem. vnica, vbi Doct. de dolo, & contumac. & Hoſt. in ſumma hoc titul. in prin. & Abb. in rubrica num 4. de ſent. & re iud. & gloſ. verb. quod autē in ſumma. 2. quæſt. 1. & Doct. in rubrica. ff. de re iud.

2 Sentētia diffinitiua eſt illa diffinitio iudicialis, controuerſiæ finem imponēs gloſ. in ſumma ad medium in clem. vnica de dolo, & contumac. & gloſſ. verb. diffinitiua in clem. vnica de ſequeſtr. & facit text. in c. ſummopere. 11. quæſt. 3. & l. qualem. §. dicere, vbi Doct. ff. de arb. & gloſſ. verb. diffinitiua in c. fin. 2. quæſt. 6. & Iaſ. in rubrica. num 3. & in l. 1. in prin. ff. de re iud. & Abb. vbi ſupra, & ſpecul. in titul. de ſent. §. 1. verſ. diffinitiua Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria iudicij. num. 1.

3 Sententia interlocutoria alia eſt, quæ diffinit aliquid incidens, & emergens in cāuſa principali, tàm a principio vſq; ad diffinitiuam, quàm poſt. nam illa, quæ nōn diffinit cauſam principalem dicitur interlocutoria, vt eſt text. in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & Alex. Iaſ. & alij in rubrica eodem titul. Angel. conſil. 114. & conſil. 115. & Abb. in rubrica num. 5. de ſent. & re iud. alia interlocutoria, quæ habet vires diffinitiuæ, vt quādò per interlocutoriam finitur cauſa principalis, ſicut ſi iudex interloquendo pronūciat libellum non eſſe admittendum, aut ſe non eſſe iudicem competentem, aut partem non eſſe ad litem admittendam, aut quando petitur reſtitutiō in integrum, & iudex pronunciat ſuper ætate, aut aliquid ſimile, quod in diffinitiua reparari non poteſt gloſſ. verb. intra vtile in l. intra vtile. ff. de minorib. & Ant. de Butr. Imol. Abb. Franc. & alij in c. cum ceſſante. de appellat. & gloſſ. fin. in l. qui reſtituere. ff. de rei vind. & Bart. nu. 14. & Iaſ. num. 1. verſ. nono. in l. quod iuſsit. ff. de re iud. Alex. conſil. 72. nu. 1. lib. 7. Abb. in rubrica. nu. 8. de ſent. & re iud. Marant. de ord. iud. 6 part. §. deciſoria. nu. 42. Vaſaſc. conſult. 47. nu. 1.

4 Sententia præcepti eſt illa, quàm iudex ſine cauſæ cognitione extra iudicium profert, quando aliquid præcipit, & quamuis hoc præceptum iudicis extra iudicium propriè non dicatur ſententia, dicitur tamen lato modo, vt tenet gloſſ. verb. quod autem in ſumma. 2. quæſt. 1. & Innocent. in c. ad aures. de temp. ord. & Abb. in rubrica. nu. 8 de ſent. & re iud. Geripard. in conſil. 43. num. 37.

5 Sententia etiam excommunicationis, & ſuſpenſionis lato modo dicitur ſententia ad gloſſ. verb. quod autem in ſumma. 2. quæſt. 1. & gloſſ. in ſumma, vbi Doctor. in clem. vnica, de dolo. & contumac. & Merg. conſil. 28 num. 32. de alijs modis, quibus dicitur ſententia dicam ſuis locis.

6 Sententia ſemper eſt ferenda ſecundum modum agendi, & iuxta petitionis formā. c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. de accuſat. & l. hæc ſententia. 1. vbi Doctor. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prolat. & c. licet helt. de ſim. & gloſſ. vnica ad fin. in c. vnico de lit. conteſt. & gloſſ. verb. reſtitutio. in c. cū dilectus. de ord. cog. & clem. fin. §. verum. de verb. ſign. & cauſa bene examinata, debet iudex pro ferre ſententiam eo examine peracto, vt poſsit habere pleniorē certitudinem ad faciendam clariorem diffinitionem clem. fin. §. verum, vbi notant ſcribentes, de verb. ſign. & auth. ſed nouo iure. C. de relationib.

7 Sententia eſt ferenda conformis libello & aliter non valet, quia ſi iudex iudicaret in his, quæ in libello non continentur, nihil aliud eſſet, quàm exercere poteſtatem

vltra

vltra illud, quod in iudicium deductum fuit l. vt fundus, vbi Bart. ff. communi diuid. & l. ſi præſes. ff. de pæn. & c. licet heli. de ſimon. & clem ſæpe. §. verum de verb. ſign. & l. fin. vbi Bald. C. de fid. commiſſ libert. & Abb in c. fin. nu. 14. de ſucceſſ. ab inteſt. & Iaſ. in l. vinum num. 23. ff. de reb. cred. Afflict. deciſ. 372 nu. 3. & Marant. de ord. iud. 6 part, §. deciſoria iudic. num. 62. hæc tamen regul. multis modis limitatur.

Primo. in cauſis, quibus proceditur veritate inſpecta tantum. & quando ex neceſsitate condẽnatio fiat in alia reglo. vlt. in l. fin. ff quæ ſent. ſine appellat. reſcind. Bart. in l. ſtipulationes non diui. nu. 11. & in l. ſi ſeruum. §. effectus huius. ff. de verb. obligat. & Bald. in l. fin. C. de fid. commiſſ. libert. Secundo in Papa, ſeù Imperatore, rege vel alijs principibus, qui ex poteſtate poſſunt ferre ſentẽtiam in alia requã ſit petita. vt tenet ſpecul in titul. de act. & pet. §. ſupereſt verſ. ſed nunquid. cum verſ. ſeq. & Ioan. And. in c. mandatum. de reſcript. & Ant. de Butr. in c. licet hely. de ſimon. Arch. in c. 2. de reſt. ſpol. libr. 6. & Bart. in l. æmilius. num. 5. ff. de minorib. Alex. & Iaſ. in l. vinum. ff. de reb cred.

Tertio limitatur regul. vt procedat in cauſis ciuilibus, quoniam in cauſis criminalibus bene poterit iudex ferre ſententiam non cõformem libello accuſationis imò in libello accuſatorio non requiritur concluſio, ſed ſemper ſententia fundatur in diſpoſitione iudicis, vt notat Bald. in l. quid ergo. §. pæna grauior. col. 2. verſ. venio ad tertiam. ff. de his qui notant. infam. & quamuis non petatur in libello, delicta ſunt punienda quomodocumq; apparuerint. c. Ecce autem. 24. quæſt. 3. & glo. verb. religionem. in c. peruenit. vbi Abb. nu. 14. de fid. iuſſ. idem Abb. in c. quamuis. nu. 6. de ſent. & re iud. Quarto limitatur d. regul. de conſenſu partium. quoniam partibus conſentientibus poteſt iudex ferre ſẽtentiam in alio, quam petitum ſit in libello, ſi concurrant omnia, quæ requiruntur de ſubſtantia iudicij, ex Alex. & Iaſ. in l. vinum. ff. de rebus cred. Quinto limittatur in iudicijs deciſorijs, in quibus iudex poteſt ferre ſententiam non conformem libello, propter commoditatem partiũ. nam bene poteſt in libello peti diuiſio bonorum, & iudex poterit aſsignare vni omnia bona, & illum condemnare, vt ſoluat æſtimationem partis ſocio, ſi euidenter ita ſit neceſſe diuidere bona. § fin. vbi Doct. inſt. de offic. iud. & facit text. in l. vſus fructus & ab initio, vbi Florian. ff. de vſu fruct.

Sexto regul. iſta limitatur quando emptor ageret in libello actione quanto minoris, nihilominus poterit iudex condemnate venditorem ad redhibitoriam, & conſequenter in alio quam petitum ſit. l. bouem § aliquando. ff. de ædilit. edit. gloſſ. verb. iudicij formam in c. licet hely. de ſimo. Septimo limitatur quando in libello reſtitutionem poſſeſsionis peto, & iudex pronunciat de re reſtituenda, valebit ſententia, licet ego poſſeſsionem petierim ex Bald. in addit ſpecul. in titul. de reſt. ſpol. circa prin verſ. ſi peto reſtitutionem poſſeſsionis, & Ant. de Butr. in c. cũ ad ſedem. col. 3. de reſt. ſpol. Octauo limitatur quando aliquis eſſet conuentus actione reali, & ſine colluſione, ſeù fraude pendente iudicio deſinit poſsidere, poterit tunc iudex in ſententia eum condemnare ad cedendum interdictum vnde vi contra deiectorem, licet ad illum actum non ſit in libello. l. quod ſi in diem. §. Iulianus ſcribit, vbi Ang. ff. de hæred. petition. & ſpecul. in titul. de interrogat. quæ fiunt ante lit. conteſt. § nũc de interrogatione verſ. ſed ecce reus. Nono limitatur in illo, quod venit in iudicio ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, eo quòd illud dicitur tacitè in eſſe petitioni, licet petitum non fuiſſet, videlicet ſi egi contra aliquem actione legis aquiliæ, & ſimpliciter petij damnum emendari, poteſt fieri condemnatio ad duplum, quamuis duplum non ſit petitum in libello, quoniam duplum venit tacite ex natura actionis legis aquiliæ. l. contra negantem, vbi Doct. C. de lege aquil. Decimo limitatur in cauſa matrimonialij vel in quacumque cauſa ſpirituali concernẽti periculum animæ, quoniam in his fertur ſententia ſecundum veritatem inſpectam, licet in libello non petatur, vt reſoluit Card. in clem. ſæpe. §. 1. in 2. opposit. de verb. ſign. & has omnes limitationes recẽſet Iaſ in l. vinum a nu. 23. ff. de reb. cred. Decimo primo limitatur quando vnum petitur & aliud conſtat per confeſsionem partis, quoniam tunc poteſt iudex cõdemnare partem in illo, quod fuit confeſſus, licet in libello non fuiſſet petitum, vt habetur in deciſ. 32. in fin. Conſil. Neapol. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria. iud. nu. 62. Decimo ſecundo limitatur in petente

Digitized by Google

tente debitum, cui traditum fuit pignus, quoniam licet in libello non contineatur niſi petitio debiti, poteſt tamen iudex cōdemnare ad reſtitutionē pignoris ex Bald. in l. cum eorum. C. de ſent, & interlocut. omnium. iud. & Marant. vbi ſupra. nu. 63.

8 Sententia eſt ferenda cauſa cognita, & iuris ordine obſeruato, nam ſi ſententia feratur ſine cauſæ cognitione, & iuris ordine ſubſtantiali non ſeruato, eſt nulla ipſo iure ita, vt non ſit neceſſe ab illa appellare. c. ad petitionem, vbi Doct. de accuſat. & l. prolatam, vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de ſent. & interlocut. omnium iud. & l. 1. C de execut. rei iud. & gloſſ. fin. ibidem. & C. ei qui appellat. §. item quia. 2. quæſt. 6 & c. accedens. 1. vt lit. non cōteſt. & gloſſ. verb. iuſte in c. 1. de cler. excōmunicat. Marant. de ord. iud. 6 part. §. deciſoria. iud. nu. 51. poſſunt tamen partes illam validare in vim pacti. vt tenet Abb. & Fel. in c. de cauſis. de offic. iud. delegat. & Marant. 2. part. nu. 40. & etiam princeps de plenitudine poteſtatis poteſt validare ſententiam nullam ex defectu iuris ordinis nō ſeruat. C. ad petitionem, vbi gloſſ. verb. facta fides. de accuſat. & Abb. in c. in cauſis. num. 1 de ſent. & re iud. & debet ſentētia ferri ſecundum allegata, & probata. l. illicitas. §. veritas, vbi Doct. ff. de offic. præſid. & c. paſtoralis. §. quia vero, vbi gl. ver. tenetur. de offic. iud. delega. & c. iudicet. 3. quæſt. 7.

9 Iudex ad preferendam ſententiam debet permaturè conſiderare totum proceſſum hoc modo; primo debet videre citationem partis conuentæ, cum enim citatio ſit fundamentum totius proceſſus, in primo loco eſt attendēda, ſi forte deficiat. 2. debet videre procurationes verum ſint ſufficientes, an non, & ſi aliqui procuratores fuerunt ſubſtituti, debet videre vtrum procurationes continet poteſtatem ſubſtituendi. 3. debet videre actionem actoris & replicationem rei, & ſi lis fuit conteſtata, vbi conteſtari debet, quamuis in noſtra Luſitania, in foro Seculari non ſit curandum de litis conteſtatione, quia lex regia lib. 3. tit. 20. §. 5. iubet, quod iudex habeat tem pro conteſtata, & non eſt neceſſe, vt pars conteſtetur. 4. debet videre interlocutoriam, per quam recepit libellum actoris, replicationem rei, & cæteros articulos, & vtrum ſint recepti, an non, & etiam interlocutoriam per quam recepit partes ad ſuas probationes. 5. debet videre terminum dilationis, quod partibus dedit ad teſtes producendos, & verum fuit prorogatum, an non, & videat ſi probationes fuerunt factæ durante tempore dilationis, & ſi partes fuerunt citatæ, vt viderent producere teſtes, & illos examinare, & iurare. 6. debet videre, ſi teſtes depoſuerunt iurati, aut ſi fuit iuramētum remiſſum a partibus. aut ſi depoſuerunt de ætate, & more, vt ita dicamus. 7. debet videre interrogationes actoris, & rei, & quot teſtes deponunt interrogationibus ſubſtantialibus & debet examinare vnius cuiuſq; interrogationem, & reſponſionem. 8. debet videre omnes teſtes in numero, & quot deponunt de viſu, & quot de auditu, & quot de certa ſcientia, & quot de credulitate, & quot de fama, & præponderare rationes, quas præſtant de ſuo teſtimonio, & quomodo ſciant, quod in interrogatione continetur, & ſi ſunt concludentes, & quod in ſubſtantia concludunt, & ſi ſunt affines, ſiue conſanguinei illius partis, pro qua teſtificantur, ſeù famuli ſiuè particulares amici, aut inimici alterius partis, aut ſi de hoc depoſuerunt in ſuo teſtimonio, 9. debet videre, ſi fuerunt oppoſitæ exceptiones teſtibus, & ſi ſuper illis fuerunt probationes ſuſceptæ, & ſi teſtium exceptiones ſunt cōcludentes ad illos repellendos in totum, aut ad dicta, & teſtificata minuenda, & attinuenda, & ita videre quantam fidem illis dare debeāt, & ſi exceptiones fuerunt ſufficienter probatæ, aut non. 10. quando probationes actoris, & rei ſunt directè cōtrariæ, debet videre, quis probat numero teſtium maiore, & ſaniore, & qui dant concludentes rationes ſui teſtimonij, & quorum dicta ſunt veriſimiliora. 11. debet videre ſcripturas, quas partes obtulerunt in ſuam probationem, & ſi habent diem & annum, & teſtes, & ſi partes contrahentes erant notæ, aut teſtes illas cognoſcebant, ſiuè notarius affirmat ſe cognoſcere illas, & videat ſi in illis ſcripturis cōtineatur aliquis defectus. 12. videat actum publicationis teſtium. 13. videat rationes aduocatorum, & illas coaptet cum allegato, & probato, quoniam non debet illis fidem dare, niſi in illo, quod conſtat ex proceſſu, & his bene viſis, notatis, & perponderatis veniat ad ſententiam diffinitiuam ſcribendam.

10 Iudex autem appellationis vltra ſupra relata, debet videre actum concluſionis diffiniti-

Digitized by Google

diffinitiuæ, & ſi fuit lata in præſentia partium, ſiuè earum procuratorum, aut ſi poſtea fuit illis notificata, quando præſentes non fuiſſent, aut ſi cauſa fuit agitata in abſentia alicuius partis, debet videre, ſi pars illa fuit citata, iuxta terminos, & edicta iuris, & ſi fuit aſsignatũ auditorium ad acta notificanda, & ſi abſentiæ fuerunt recuſatæ in omnibus terminis requiſitis. Secundò videat ſi iudex fuit recuſatus, & ſi fuit recuſatio probata, aut non, & ſi eſt iudex ſecularis, ſi aſſumpſit adiũctum, vbi illum aſſumere debet. 3. videat, ſi fuit petita reſtitutio in integrum, eo quod aliquis ex partibus erat minor, aut perſona, cui ſecundũ ius competebat reſtitutio in integrum, & ſi officium iudicis fuit ad illud imploratum, & ſi fuit probata læſio, & minor ætas, aut alia iuſta cauſa ad reſtitutionem in integrum neceſſariæ, & ſi pars, cui fuit conceſſa reſtitutio in integrũ, fecit ſuos actus neceſſarios intra terminos a iure requiſitos. 4. videat ſi ſententia diffinitiua eſt libi conformis, aut ſi reus fuit cõdemnatus, aut abſolutus in parte vel in totũ, & ſi fuit appellatum infra iuris terminos, & ſi Apoſtoli fuerunt petiti in forma, & tempore, & cum inſtantijs a iure requiſitis. 5. videat cum magna attentione litis relationem, & illius concluſionem, vnde intelligat actionem, & remedium, quod ex illa reſultat, vt his viſis, & ponderatis cognoſcat naturam litis, & quod ius circa illam diſponit, & cum illo, quod eſt probatum in proceſſu, videat illud, quod iuſtè, & rectè iudicare poſsit, & hac deliberatione præhabita, debet iudex pro ferre ſententiam, & non debet illam ſubito, & repente inſcribere, & pronunciare. l. hac lege, vbi Doct. C. de ſent. ex pericul. recitand. & c. pen. 2. quæ. 2. & oro te amantiſsimè iudex vt ſemper in mente habeas. c. 1. de ſent. & re iud. lib. 6.

11 Sententia diffinitiua eſt ferẽda in ſcriptis, & aliter eſt nulla, & nullius momenti. l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij C de ſent. ex pericul recitãd. & C fin. vbi Ioan. And. Franc. & alij de ſent. & re iud. lib. 6. & c. in primis § fin, 2 quæſt. 1. & Iaſ. in l. ne quicquam n. 60. ff. de offic. proconſul. & in l. ait prætor: §. ſi iudex nu: 1. ff. de re iud, ſpeculat. in titul. de ſent. §. iuxta col. 4. in fin. verſ. non valerent. & gloſſ. verb. ſententiã in. § curare. inſt. de act. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria iud. nu. 12. & etiam in cauſis ſummarijs, vbi non requiritur libellus eſt ferenda ſententia in ſcriptis, vt probat text. in clem. ſæpe. §. ſententia, de verb. ſign. quæ clem. procedit in vtroque iure, cum de iure ciuili nõ inueniatur textus in contrarium, niſi in cauſis expreſsis, quidquid dicat Bart. in extrauag. ad reprimendam verſ. & figuram, circa fin & tenet Marant. de ord. iud. 6 part §. deciſoria iud. numer. 17. niſi breuiores, ſint cauſæ & agatur inter viles perſonas, authent. niſi breuiores vbi Doctor. C. de ſentent. ex pericul. recitand. & auth. demand. prin. §. ſit tibi, vbi Bart. coll. 3. & Rom. ſingul. 5. incipit. ſententia, & Doct. in c. ſciſcitatus, de reſcript. & in c quoniam contra. de probat. & in c. fin. de ſent. & re iud. libr. 6. aut quando Epiſcopus de cauſa ciuili iudicat per ſe inter ſuos clericos. c ſi quis cum clerico. 11. quæſt. 1. & d. auth. niſi breuiores, vbi Doct. de ſent. ex pericul. recitand. & auth. vt cler. apud prop. Epiſcop. coll. 6. & auth. vt iud. ſine quoq; ſuffr. §. neceſsitatem coll. 2. aut quando præſes depoſito officio conuenitur, vt redeat ad adminiſtrationẽ auth. vt iud. ſine quoq; d. §. neceſsitatem, vbi Doct. coll. 2. aut quando Papa ſeù Imperator, Rex, vel Princeps, per ſe pronunciat, quia tunc valet ſententia, quamuis in ſcriptis non proferatur, quia princeps abſolutus eſt a lege, & eius præſentia ſupplet omnem ſolemnitatẽ. l. digna vox. vbi Doctor C de legib. & l. omnium C. de teſtam. & gloſſ. verb. ſententiam in. §. curare. inſt. de act. & gloſſ. verb. illuſtrium in c fin. de ſent. & re iud lib 6. & Dec. conſil. 198.

12 Sententia tamen interlocutoria non requirit ordinem iudiciariũ, nec vt feratur in ſcriptis, quoniam ſine ſcriptis proferri poteſt, quamuis poſtea in actis redigi debeat, vt ex illis appareat. gloſſ. verb. interlocutiones, & Abb. nu. 17. in c quoniam de probat, ſpecul. in titul. de ſent. §. iuxta verſ. quid de interlocutoria col. 5. in prin. & gl. verb. quæſtionem in fin. in l. 2. ff. de appellat. recip. vel non, & gloſſ. verb. diffinitiua in c. fin vbi Doctor. de ſent. & re iud. lib 6. & Bald. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. facer. poſſ. & Bart. Bald. Ang. Iaſ. nu. 59. & alij in l. nequicquam. ff. de offic. procõſul. Ang. Bald. Imol. Alex. & alij in l. Patris, & Filij ff. de vulg. & pupill. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria, nu. 12.

13 Sententia bene poteſt probari per teſtes, quamuis non deponant de cauſis quæ iudicem

Digitized by Google

iudicem mouerunt.c.Albericus,vbi Innocent.Ioan.And.Ant.de Butr.Abb. & omnes de teſtib.& c.ſicut nobis,vbi Abb.nu. 24 de ſent.& re iud. & Leo. in tract. noui oper.nunci. cap.5.nu.16.debent tamē teſtes declarare tenorem ſententiæ, & quod in illa continebatur,& tunc valet probatio, ſicut in alio quocumq; authentico inſtrumento,& ſcriptura iudicis. c.Ioannes, vbi Doctor.de fid.inſtr. & c.tertio loco.de probat.& l.cum præcibus.C. deprobat. & gloſſ.verb.teſtimonia.in d.c.cum a nobis 28 de teſtib & auth.ſi quis in aliquo. C.de edend. Abb. in d.c.Albericus. num.3. de teſt.

14 Sententia diffinitiua debet continere condemnationem, aut abſolutionem, vel æquipollens, & aliter erit ipſo iure nulla, quoniā tota lis ad hunc finem agitatur, & ipſa condemnatio,ſiuè abſolutio eſt cauſa finalis ipſius controuerſiæ,quæ cauſa finalis ſi deficit, tota ſententia corruet. l. præſes.vbi Bart.Bald.Salicet. & alij.C. de ſent.& interlocut.omnium iud.& l.pen.& vlt.vbi Doct.C.de ſent quæ ſine cert.quāt. & c.illa præpoſitorū,vbi gloſſ fin. & Abb. nu.6.de accuſat.& c.ei qui.§.diffinitiua 2. quæſt.6.& c.illud etiam.23.quæſt.4.& c in his.de verb.ſignificat.& l.quid tamen.§. ſi arbiter.ff de recept.arb.& l 1.vbi Alex. & alij.ff.de re iud.& Innocent. in c.2. de libelli Oblat & Ioan And.in addit. ſpecul. in titul.de ſent.prolat.§.qualiter.verſ.quid ſi iudex.Marant.de ord.iud.6.part.§ deciſoria iud. nu. 122. nec alia verba iudicis prolata, quæ non contineant condemnationem,aut abſolutionem, vel æquipollēs dicuntur ſententia.l.ex ſtipulatione, vbi Bart Bald. & omnes, & l. cum iudex, vbi Bald. Salicet.& alij C.de ſent.& interlocut.omnium.iud.quamuis ſententia poſſit ferri per quæcumq; verba. dum modo per illa verba conſtet de iudicis intentione. c. in his. vbi Ioan. And. Ant.de Butr. Abb.& omnes.de verb.ſign.

15 Sententia non poteſt regulariter ferri in re dubia,neq; tenet ſententia incerta in præiudiciū alicuius c.fin,diſt.33.& c. graue.11.quæſt.3.& l,in ſumma.§. qui ſortis, vbi Doct.ff.de re iud &.§ his ita.30 quæſt. 5.&.§.curare,vbi Aret.Inſt.de act.& l.hæc ſententia.1.vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C de ſent.quæ ſine cert quant. & Marant. de ord.iu l.6 part.§ deciſoria iud.nu.120. ſi tamen natura actionis non patitur, vt certa feratur ſententia,ſicut eſt in iudicio vniuerſali, & generali,valebit tunc ſententia incerta,quæ poſtea in executione illius, aut ex actis proceſſus certificabitur.l.2. vbi gloſſ.& Doctor.C.de ſent.quæ ſine cert. quant.& gloſſ.magna in l.1.vbi Bart.Bald. Angel,Fulg,Alex.& alij.ff de edend.& Iaſ. in l.ait prætor.§.ſi iudex.n.37.ff.de re iud. & ita eſt intelligenda ord.lib.3.tit.66.§ 2.

16 Sententia generalis,vbi cauſa ſpecialis fuit proſecuta reſtringitur ad proſecuta tantum l.licet,vbi Alex.Salicet Iaſ. & alij C.de iud.& ord.libr.3.titul.66.§. 3.& reſtringuitur etiam ad omnia acceſſoria, & dependentia.l.ſi cum tibi,vbi Bart. Bald. Alex.Salicet.Iaſ.& omnes C. de iud.

17 Sententia lata contra plures in vna quātitate,non obligat niſi vnumquemq; pro ſua parte, & non in ſolidum, niſi aliter in ſententia fuerit expreſſum.l.Paulus.2. vbi Paul.de Caſtr.& alij.ff.de re iud.& l.1.& 2. & 3.vbi notant ſcribentes.C.ſi plures vna ſent.

18 Sententia eſt ferenda in loco publico, & vbi ſolet ius partibus exhiberi,alias ſētentia erit nulla,quia iudex nō poteſt proferre ſententiam in loco ſecreto,ſed in loco,vbi ſui prædeceſſores ſolebant ſententiam pronunciare.l. cum ſententiam, vbi Doctor.C.de ſent.& interlocut.omniū iud. & facit text.in c.fin.de ſent.&re iud.lib.6. & in l. ſi vt proponis.2. C. quomodo, & quand.iud.& l.ius pluribus,vbi Bart.Bald. Iaſ. & alij.ff. de iuſt. & iur. & in l.1. C. de ſent.ex pericul.recitand.& Angel.in tract. malef.verſ ad noſtram ſolitum.ſi tamen iudex nō habet locum deputatum bene poterit eligere quemcumque locum voluerit,etiam cameram ſuam,vbi iuſtitiam partibus reddere poſsit: vt tenet Bald.in.l.cū ſententiam.C.de ſent.& interlocut.omniū iud.& in l.pen.2.lect.circa finem.ff.de iuſt. & iur.& Marant.de ord.iud.6.part.§.deciſoria.nu.71.de conſenſu tamen partiū poterit iudex iudicare alibi quam in loco maiorum,& etiam interritorio alieno,niſi prohibeatur a iudice alterius territorij. facit text.in l.ſi cum dies.§.arbiter.ff.de arb. & Bart.in l.ius.pluribus.nu.3.ff. de iuſt. & iur.

Sententia non eſt ferenda nocte,ſed an-
19 te noctis tenebras,quia poſt tenebras iudicium exerceri non poteſt,nec valet iudicatum, niſi partes præſentes conſentiant,aut ſit conſuetudo,licet erit peſsima conſue-

Digitized by Google

confuetudo, vt eſt text.in c.conſuluit.vbi
Abb.Fel.& omnes. de offic.iud delegat.&
auth. de iud. §.ſedebunt. vbi Doct.coll.6.
& gloſſ.verb.lucis.in l.more Romano. vbi
Bart.Paul.de Caſtr. Bald.Angel.Alex.Iaſ.
& omnes. ff.de ferijs, & Doct.in l non mi-
norem. C.de tranſact.& Petr.Corn.conſil.
54. col.pen.lib.2. Marant.de ord.iud 6 p.
§.deciſoria iud.n.92.Merg conſi. 48.n.17.
Sententia eſt ferenda congruo tēpore,
20 quoniam ſi die feriato lata fuerit, nō vale-
bit,niſi ex voluntate partium. l.ſi feriatis.
& ibi notant ſcribentes.ff.de ferijs.& l.fin.
vbi Bald.& Salicet. C.de fer.& Bart.in l.2.
à num.1. ff.ſi quis in ius vocat.non ier. &
l. ſi vt proponis.1. vbi Doct. C quomod.
& quand.iud. & Angel. Alex.Iaſ.& alij in
l.præſides. ff.de fer. Marant. de ord.iud.6.
part. §.deciſoria. num.88.

21 Sententia etiam eſt nulla ſi feratur pen-
dente dilatione quoniā dilatione penden-
te conquieſcit officium iudicis.l.ſiuè pars.
vbi Bart.Bald.Salicet.& omnes. C.de di-
lat.& Cin. Bald. & alij. in l.pen. C.de arb.
& Marant.de ord. iud. 6 part. §.deciſoria.
num.93. & Geripard.conſil.38.nu.8.

22 Sententia lata à iudice, qui detulit ap-
pellationi, tam interlocutoriæ,quàm dif-
finitiuæ eſt nulla,poſt appellationem,quia
iudex deferens appellationi ab dicat à ſe
iuriſdictionem c.cum appellationibus.vbi
Ioan.Monach.Dominic.Ioann.And.Arch.
Anch.& oēs. de appellat.lib.6.& gloſ.ver.
non deferens. in clem.vnica. vbi Card. q.
1.& oēs.de dolo,& contumac. & Maranta.
de ord.iud. §.deciſoria. nu.102.& ita poſt
inhibitoriam, quoniam antequā iudex ſit
inhibitus à ſuperiore nō habet iuriſdictio
nem ſuſpenſam, quamuis pars appellaſſet
à ſua interlocutoria. vt eſt tx.in c.non ſo-
lum,& ibi Doct.de appellat.lib.6.Marant.
de ord.iud.6.p.§.deciſoria.n.6.& n.103.
Sententia lata à iudice, qui non habet
23 iuriſdictionem, aut non eſt iudex partium
litigantiū,eſt nulla ex deffectu iuriſdictio-
nis.c.P.& G.de offic.deleg.& c.1.vbi Abb.
nu.5. de ſent.& reiud. & c.ad noſtram. de
cōſuet.& c.at ſi clerici.de iud.& c. nullus.
de paroch.& c.quod autem.de pœn.& re-
miſſ.& l.1.& l fin.vbi notant ſcribētes.C.
ſi à non comp.iud.& l.non valet.C.ad leg.
Fab.de plag.& l.procurator. C.de pœn. &
c.in primis. §.fin.2.quæſt.1. & Maranta.de
ord.iud. 6.part.§.deciſoria.iud. nu.96. &
Afflict.deciſ.117.n.1.& Cæſar.Vrſ.ibidem.
n.1. neq; mihi videtur bona praxis relata
à Valaſc.conſult.65.n.3. §.fin. vt ſenatores
ſupremi ſenatus non annullent ſententias
propter iudicis incompetentiā, quoniam
ſenatores etiam ſupremi ſenatus ſunt iu-
dices, & non debent duci ſuo ſenſu, ſed
legum auctoritate, imò debent eſſe cuſto-
des legum,& iuris. c.1.de conſt.& l.leges.
1. C delegib.& l.cōſtitutiones.C.de iuris.
& fact.ign.& c.omnia.§.ergo.25.quæſt.1 &
c.cum quibus in fin.24.quæſt.3. & c.ſuper
his.de maioritat.& obed. ſi tamen laici ex
certa ſcientia conſentiant in iudice non
ſuo,qui alij præeſt iuriſdictioni, bene te-
net ſententia ab illo lata,quia tunc proro-
gatur iuriſdictio. l.2.vbi Doct.ff.de iud. &
probat text. à contrario ſenſu. in l. ſi per
errorem. vbi Bart num.4. ff.de iuriſd.om-
nium iud.& gl.fin. in c.ad noſtram.de con-
ſuet. ſi autem nulli præeſt iuriſdictioni,nō
tenet iudicatum, licet partes conſentiant,
quia priuatorū conſenſus nō facit iudicē.
l.priuatorū.vbi DD.C.de iuriſd.omn.iud.

24 Sententia etiam erit nulla ſi prolata fue-
rit à iudice excommunicato notorio,quia
tunc ex deffectu ipſius iudicis non valet.
c.ad probandā, vbi Doct.de ſent.& reiud.
& gloſſ. in ſumma.35.quæſt.5. & Doct. in
c.1.de except.lib.6. & Abb.in c.1.nu.5.de
ſent.& reiud.& in cap.ſciſcitatus. n.11.de
reſcript.& Bart.in l.ſi arbiter.num.2.C.de
ſent.& interlocut. omnium iud. & Bald.in
l.1.col.pen.in fin.verſ.vnum omiſi. C. de
iuris,& fact.ign.Marant.de ord.iud.6.part.
§.deciſoria,iud. n.99. ſi tamen publicè nō
reputabatur excommunicatus valebit ſen-
tentia ab illo prolata, & idem eſt dicendū
in iudice infami.ex text.in l.Barbarius.vbi
Doct.ff.de offic.præt. & d. l. ſi arbiter.vbi
Bar. d. numer.2. C.de ſent. & interlocut.
omnium iud.

25 Sententia lata contra minorē eſt nulla,
ſi litigauit ſine curatore,aut ſi illū habebat
ſine auctoritate illius,quoniam ſemper eſt
dandus curator ad litē minoris,eſt tamen
diſtinguendū inter ſententiā quando ipſo
iure eſt nulla,& quādo valet,ſed minor eſt
reſtituendus, nam ſi minor erat pupillus,
& litigauit ſine curatore,ſentētia erit nul-
la ipſo iure,licet minor pupillus fuiſſet ci-
tatus,quia citatio pupilli nihil valet.l.hæc
autem. §.1.vbi Doct. ff.ex quib. cauſ. in
poſſ.& Marant.de ord.iud. 4 part.diſt.16.
n.43. ſi autē minor iā nō erat pupillus,&
litigauit ſine curatore valet ſentētia mero

 iure,

Digitized by Google

iure, ſed minor erit reſtituendus. vbi fuerit læſus. l.ſi curatorem habens. vbi Doct. C. de in integr. reſt. & l.clarum. C.de auctorit. præſt. & l.1. & 2. vbi etiam notant ſcribentes. C. qui lig.perſ.hab ſtād.iniud. & Abb.in c.1. num.5. de ſent. & reiud. & Marant. vbi ſupra.

Sententia lata contra minorem in defenſum, aut per falſas allegationes, eſt ipſo iure nulla, ſi autem minor fuit defenſus, valebit ſententia ipſo iure, ſed minor læſus reſtituetur, quod non erit ſi ſententia fuerit lata pro minore in defenſo, quia tūc in fauorem minoris valebit ſententia. l.cū & minores. vbi Doct. & l fin. C.ſi aduerſ. rem iud.& l.ſi præſes. vbi Bart.num.1. C. quomod & quand iud. & l.non cò minus. vbi Bart.Bald. Alex.Salicet. & omnes. C. de procurat.& Iaſ.in l.ius iurandum.§.pupillus. num.12. ff. de iure iur. & l. contra pupillum. ff.de reiud.& gloſſ.verb.abſolutione. in c.tenor. de ſent. & reiud. & Marant. de ord. iud. 4 part. diſt.16. nu.45. & 6.part.§.deciſoria. iud.num.106.

26 Sententia eſt ferenda in pupillum, quāuis iudicium fundetur cum tutore nomine pupilli. ſi tamen feratur in tutore valebit quoniam ſolus tutor poteſt condemnari, aut abſolui. cap.Raynuntius. vbi Innocent. Ioann.And. Ant.de Butr. Abb. & omnes. de teſtam. & l.ſi ideo. vbi Doct. ff. de euict. & l.1. ff.de adminiſtr.tut.& gloſ. 2. in l.1. C.de ſent.& interlocut.omnium iud.

27 Sententia lata contra ius ſcriptum eſt ipſo iure nulla. ita vt ab illa non ſit neceſſe appellare. cap.1.vbi Doct.de ſent.& re iud. & c.ei qui. §. item ſi ſententia contra ius ſcriptum 2.quæſt.6. & l.1. §.1. ff. quæ ſent.ſine appellat.& l.2. vbi Bart.Bald.Salicet.Paul.de Caſt.& omnes.C.quand prouocar.non eſt neceſſ.& gl.verb.prolatis.in l.cum prolatis. ff. de reiud. ſi tamen iuris error non ſit expreſſus in ſententia. tunc tenet ſententia, ſed eſt ab illa appellandū. l.præſes.vbi Doct.& d. l.cum prolatis.vbi gl.verb.prolatis.& Paul.de Caſtr. Ioan.de Imol.Alex.& alij. ff.de reiud. Abb. & Fel. in cap.1. de ſent.& reiud.& Iaſ.in l.ſi is ad quem. ff.de acquirend.hæred. Alex.in addit.Bart in l.2. C quand.prouocar.non eſt neceſſ.idem Alex.conſil.79.in fin.lib.2.Marant.de ord.iud.6 par.§.deciſoria.n.117.

28 Sententia tamen lata cōtra ius litigatoris valet mero iure, ſi ab illa non fuerit appellatum. c.cū inter.de ſent. & reiud. & c. examinata.de confirmat.vtil, vel inutil,& l.præſes. vbi Doct. & l. cum prolatis. ff.de reiud & l.ſi cum inter.C.quand.prouocar. non eſt neceſſ.& c.ei qui. §.ſi vero contra. 2.quæſt.6. & gl.ver.manifeſtam. in c.inter cæteras.vbi notant ſcribentes.de ſent.& re iud.& Abb. nu.7. & alij in c.1. eodem tit. Marant.de ord. iud. 4.part.diſt.5.num.38. ſpecul.in titul. de act. ſeu petit. §.2. verſ. ſed quando. Gam. deciſs.110.num.41.niſi ſit lata contra minorē. quia tunc erit ipſo iure nulla lata contrà ius litigatoris, quāuis error non exprimatur in ſententia, ſed ſufficit, quòd exactis proceſſus erat ferenda pro minore, & lata fuit contrà ipſum. per text.in l.ſcire. §.cōſequens.ff.de excuſat.tut. vbi Bart nu.1. in 2.lect.& Abb. in c.1. de ſent.& reiud.& Fel.in c.cum inter. col.2. eodem tit.& Gam.vbi ſupra.

29 Sententia continens manifeſtam iniquitatē, ſeù falſam cauſam, ſiuè erroneam, eſt ipſo iure nulla. c.inter cæteras, vbi gl.fin. & Innocent.Ioan.And. Ant.de Butr.Abb. Fel.& omnes. de ſent.& reiud.& Alex.cōſil.77.col.1.lib.3.Ang.in l.ſi pars.per text. ibi. ff.de inoffic. teſtam. & Bald. in l.1. C. ſent.reſcind. non poſſ. verſ. quæro vtrum abſq; appellatione,& Iaſ.in l.1.C.de error calc.& Marant.de ord.iud.6.part.§.deciſoria iud.nu.116. & Afflict. deciſs.27.n.7. & Dec.in c.quoniā contrà. col.24.de probat & Afflict.deciſs.39. n 5. & Cæſar.Vrſ. deciſs.28. nu.4. nec talis ſententia eſt mittenda executioni. vt tenet Curt.Sen.cōſil. 60. col.6.in prin.& conſil.66.& conſil.71. & Socin. conſil.66. nu.8. & 9. lib.4.& Cæſar.Vrſ.deciſ.356. num.2.

30 Sententia lata cōtra illum, qui fuit citatus exiſtens extrà territorium, aut ſecurè venire nō potuit ad locum, ad quē citatus fuit eſt nulla, quia nullus ſe tenetur re ponere inſinu inimicorum ſuorū, nec ſubire illorum conſiſtorium. clem. paſtoralis. §. notorium. & § ſto igitur, vbi notant ſcribentes. de ſent.& reiud.

31 Sententia etiam erit nulla, ſi fuit lata in loco, ad quem pars citata non fuit. quoniā ſi quis fuerit citatus ad vnum locū, non poteſt virtute illius citatione in alio loco cōueniri, nec poteſt dici contumax, ſi fuerit ad vnum locum citatus, & iudex in alio ius partibus reddat, & ille citatus ad locū illū non veniat, quia mutatio loci excuſat à cōtumacia, & reddit ſententiam nullā. l.ſi ve pro-

Digitized by Google

proponis.2. vbi Bart.Bald.Salicet.Paul.de Caſt.& oẽs.C quomod.& quand.iud.

33 Sententia lata contrà abſentem cauſa Reipublicæ, aut contrà illum qui ad maius auditorium vocatus eſt, non valet. l.cõtra pupillum, vbi Doct. ff. de reiud. ſi autem fuit impeditus ex alia cauſa probabili, & neceſſaria, & iudex ſciebat impedimentũ ſententia erit nulla. ſi vero iudex ne ſciebat impedimentum valet ſententia, ſed reuocabitur probata cauſa impedimenti. c. querelam. vbi gl.verb detentus, & Innoc. Ioan.And.Ant.de But. Abb.& alij de procurat.& c.tenor.& c.cũ Bertoldus.de ſent. & reiud.& l.quæſitũ.ff.de reiud.& l.ſi prætor. §.Marcellus.vbi Doct.ff.de iud. & l.nõ exigimus.§.ſi quis iniudicio. vbi Bart.Bal. Ang Iaſ.& alij.ff.ſi quis cautionib.

34 Sententia non poteſt ferri cõtra abſentem non citatum, & ſi forte contra nõ citatum fuerit pronunciatum, talis pronunciatio erit nulla ipſo iure quoniam citatio neq; à ſtatuto, nec etiam à principe tolli poteſt. cum ſit defenſio, quæ à iure naturali prouenit. c.1. vbi communiter Doct. de cauſa poſſ. & prop. & clem. paſtoralis, §.cæterum de ſent.& reiud.& c.inter quatuor. de maior. & obed. & cap.caueant.3. quæſt 9. & gloſſ.verb.abſolutione, vbi Doctor.de ſent.& reiud. & Bald. in cap.1.de offic. iud. deleg.& Fel. in cap.ex parte.2. verſ.primo eodem titul.& gloſſ.verb.perſonaliter. In extrauag. rem non nouam. vbi Ioan. Monach. intercommunes.& tenent Doct.in l.fin. C.deleg.& Alex.in l.de vnoq;. ff. de reiud. & Dec. conſil.63. col. pen. num 12. & conſil.68.& conſil.416.& conſil.528.lib.4. & Rom.ſingul.674 Alex. conſil.225. num 1. libr 6. Afflict. deciſs. 307. num.29. & deciſs.391. num.2.& Paris. in tract. Synd. verb tortura. & Cæſar. Vrſ. deciſs 391. nu.1. & Boer.deciſs.247. col.3.& Marant.de ord.iud.4.part.diſt.16. num.12.

35 Sententia lata in fauorem non citati eſt ipſo iure nulla, ex quo enim non fuit obſeruata forma citationis, omnia corruunt, & nullius ſunt momenti. l. de vnoquoq;. ff.de reiud. & gloſſ.ver.per contumaciam. vbi Doct.in l ea quæ. C.quomodo, & quido. iud. & Ant.de Butr. & Abb. in c cauſam, quæ de iud. & l.ſi accuſatoribus. vbi gl.fin. C.de accuſat.& gl.1. in l.quæſitum. ff.de reiud.& Iaſ.in l furioſo.n.6. ff.eodem titul. & Fel. in c.ad petitionem, de accuſat. & Lanfrac. in cap.quoniam contra.de probat. Bart.Bald.& omnes.ind.properãdum. §.ſin autem reus. C.de iud. Bald. & Iaſ. num.48. in l.nec quicquam ff.de offic. proconſul.& leg.& Valaſc.conſult.81.nu. 2. Merg conſil.35. nu.18.

36 In cauſa tamen criminali bene poteſt ferri ſententia pro reo non citato præſente accuſatore non poteſt tamen ferri contra reum non citatum. l.quamuis indubitati. vbi Doct. C. ad leg. Iul. de adult. & Bald. in l.ſi accuſatoribus.col.fin.C.de accuſat.& Alex. in l.furioſo. col.2. ff.de iud. & Marant. de ord.iud. 6.part. §.citatione. num.16. Valaſ.conſult.81. nu.2.& Gerlp. conſil.27. num.48.

37 Sententia interlocutoria valet ſine citatione, vbi non requiritur cauſæ cognitio, vt tenet Innocent. in c.auditis. de procuratorib.& Iaſ.in l.ne quicquam.num.48.ff. de offi.proconſul.& legat. vbi tamen requiritur cauſæ cognitio non valet ſententia, etiam interlocutoria. vbi deficit citatio. l.fin.vbi Doct.C.ſi per vim, vel alio modo, & l.in cauſæ.1. §.cauſa enim cognita. vbi Bart.ff.de minor.& Doct.in cap.debitores. de iure iur. & Iaſ.vbi ſupra.nu 49.

38 Sententia in cauſa ſummaria, vbi proceditur ſine ordine, & figura iudicij, valet lata in fauorem non citati. vt tenet Bart. in extrauag. ad reprimend. verſ. & figura. ad fin. & Alex. in l furioſo. col.2. ff. de reiud.& Marant. de ord. iud. 6.part.§.de citatione. 1. membr. num.17. & iuuat, quia ſententia lata in ſummario iudicio non præiudicat in plenario. l.ſi iudex. vbi glo. fin. ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & l. ſi quis a liberis. § ſi vel parens. ff.de liber. agnoſc. Iaſ.in l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper. num.5. ff.de reiud. contrarium tamen verius exiſtimo. immò nec in ſummarijs, vbi datur aliqua controuerſia inter partes valet ſententia, etiam in fauorem non citati lata. quia eſt text. in clemẽt.2. de verbor. ſignifi.vbi deciditur, quod etiam in cauſis ſummarijs, vbi proceditur de plano, & ſine figura iudicij, non omittatur citatio tanquàm fundamentum ſubſtantiale. vnde omnes actus facti, ſine citatione, aut quando citatio eſt nulla, nullius ſunt momenti, quia deficit illud, quod eſt de ſubſtantia. ex iure naturali, & diuino. vt text. & ibi communis. in cap.1. de cauſ. poſſ. & prop. & clem. paſtoralis. de ſent. & re iud. & l. de vnoquoq;. ff. de reiud. & l. ea

Digitized by Google

quæ. C.quomod. & quand iud. Leo.in tractat.noui oper.cap.3. n.22.

39 Sententia lata ex falſis teſtibus, ſiuè corruptis, vel ex falſis inſtrumentis, eſt nulla, ſi iudex ſecutus dicta teſtium illorum, ſeù falſitatem inſtrumentorum ſententiam tulit. c.cum venerabilis.de except.& cap ſicut. de teſt.& cap cum I.& A.de ſent.& re iud. & gloſſ.2. in c.1. de crim.falſ.& l.Diuus Adrianus. vbi Iaſ. nu.12. ff. de reiud. & l.1. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes.C. ſi ex falſ. inſtrument.& l.falſam.vbi etiam notant ſcribentes.eodem titul.& gloſſ.fin. in cap.ſeries. deteſt. & Dec. in l.fin. C de edict.Diu.Adr.Menoch.de adepiſcend.remed.4. n.721. Valaſ.conſult.51.n.14.

40 Sententia lata cum falſo procuratore non habente mandatum, aut ſi mandatum eſt reuocatum non valet, nec alicuius eſt momenti. c. ex inſinuatione. vbi gloſſ.1. & Innocent.Ioan.And. Ant.de Butr.Abb. & omnes. & c.in noſtra. de procurat.& l. vnica:vbi gl.Bart.Bald. & alij.C.de ſatiſd. & l.licet. vbi Alex. C.de procurat. & Marant. de ord. iud. 6.part. §. deciſoria iud. n.110. & Geripard.conſil.38. n.12.

41 Sententia etiam eſt nulla, ſi fuerit prolata à iudice, qui dubitat de ſua iuriſdictione, & aliqui ex litigatoribus reſiſtit attamen viribus præturæ compulſus eſt. nam tunc non valet ſentẽtia ſi alias. iudex non eſt quamuis aliter ſit, ſi ſciat, ſe non eſſe ſubiectum iuriſdictioni eius, & ſine vi in eum conſentiat. l conſenſiſſe. vbi gl. verb.præturæ. & Doct ff.de iud.& Bart.in l.multum.n.2.ff.de cond.& demonſtr.& in l.hoc autem.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſſion. & Abb.in c.prudentiam. n.2.de offic.iud. delegat. & Marant.de ord.iud.6.par.§.deciſoria iud. n.54. & n.101.

42 Sententia à conſule, ſiuè à iudice mercantiæ, vel alicuius artis lata, in rebus non pertinentibus ad illam mercantiam, ſiuè artem, eſt nulla, quoniam iudex, qui datur ſpecialiter in aliquam artem, non poteſt cognoſcere, niſi in rebus connexis, & dependentibus ab illa arte. l. certa ratione. vbi Doct. C.quand. prouocar. non eſt neceſſ. & l.duo ex tribus. ff.de re iud.& authent. vt iud.non exp. ſacr. iuſſ.§.ſi autem duo. coll 9. & Bald. in l.fin. not.3. C.de iuriſd omnium iud. idem Bald.& Alex.in l.ſi quis. §.ratione. ff. de edend. & Ioann. And.in c.cum ſit generale. de foro comp. & Bald.conſil.460.lib.4. & Lud.Rom.conſil.300.& conſil.483.& Marant.de ord.Iud. 4.part. diſt.9. nu.88.

43 Sententia etiam erit nulla, ſi feratur cõtra mortuum, quoniã morte rei per emptorium ſoluitur. l.in ſumma. §. ſi quis, ex edicto. vbi Bart. ff. de reiud. & l. Paulus. 1. vbi gloſſ. ff. quæ ſent.ſine appellat.reſcind.& Iaſ.in l.nulla dubitatio.nu.4. C.de procurat. vbi tamen iam lis eſt conteſtata, & litigatur per procuratorem. poteſt ſententia ferri contra procuratorem mortuo domino litis. vbi procurator non reuocatur per mortem domini: d. l. nulla dubitatio. vbi Bart. Alex. Bald. Salicet. Iaſ. & omnes. & Marant. de ord. 6. part. §.deciſoria. num.108. & de hoc dixi ſupra verb. procurator. §.92.

44 Sententia quoq; erit nulla, ſi feratur in fraudem creditorum reuocãtur enim omnia, quæ fiunt in fraudem creditorum. l nã poſtea. §.ſed & ſi. vbi Alex. ff. de iure iur. & l.1. & per totum. ff.quæ in fraud.cred. & §.item ſi quis in fraudem. inſt.de act.& dixi ſupra verb. alienàtio.§.18.

45 Sententia, vbi incipitur ab executione, eſt nulla, quoniã, primo debet iudex cognoſcere de cauſa, & illa examinata, venire ad diffinitiuam, & poſtea ad executionem. l.1.vbi Doct.C de execut.rei iud quia ſententia prolata cauſa non cognita, eſt nulla, & nullius momenti, l.prolatam. vbi notãt ſcribentes. C de ſent.& interlocut.omniũ iud. & l. nec quidquam. §. vbi Decretum. & ibi Bart. num.1. ff. de offic.proconſul. & Marant. de ord. iud. 6.part.§.deciſoria. iud. num.51.

46 Sententia non valet contra aliam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. l.1. vbi Doct. C quand. prouocar. non eſt neceſſ. & Abb. in cap cum M. num.36.de conſt & in c.inter monaſterium.de ſent.& reiud.& gloſ.vnic.in l nam poſtea.§.ſi dãnetur. ff.de iure iud.& Iaſ in l. ait prætor. § ſi damnetur. num 7. ff. de iure iurand. niſi ille, pro quo lata fuit ſententia ſtetiſſet per triginta annos, & non petijſſet executionem ſententiæ, & alia ſententia fuit lata ex nouo proceſſu, quia actio in factum tollitur ſpatio triginta annorum. l. ſicut. vbi communiter Doct.& l.omnes. vbi etiam notant ſcribentes. C. de præſcript.30. vel 40. ann. & tenet Bald.in R[illegible] bric.col.fin.eodem titul.& Iaſ.in l.ait [illegible] tor.2 §.ſi damnetur.nu 8.[illegible] aut ſi prima ſenten[illegible]

Digitized by Google

nec producta in iudicium, dum agitabatur illa cauſa, ſuper qua fuit ſententia ſecunda prolata. d.c.inter monaſterium.vbi gl. fin. & Doct.de ſent.& reiud.& cap.ſuborta eodem titul.in l.Imperatores. num.5. ff de reiudicat.

47 Sententia lata contrà priuilegiũ tenet, ſi ab illa non fuit appellatum, nec intereſt vtrum priuilegiũ fuiſſet oſtenſum, aut non c.ſuborta. vbi Innocent.Ioann.And.Ant. de But.Abb.& omnes.de ſent & reiud.tũc enim tollitur priuilegium per ſententiam illam, ſicut per conuentionem. ex gl. fin. in d.c.ſuborta & Gofred.& Hoſt.& Ioan. And. & alij. & facit text. in l.cum pro latis. ff.de reiud.

48 Sententia lata in cauſis ciuilibus, nõ retractatur prætextu inſtrumẽti nouiter reperti.c.inter monaſterium,& c.ſuborta.in fin.vbi Doct.de ſent.& reiud. & l.ſub prætextu.1. vbi Bart.Bald.Salicet.Alex. Paul. de Caſtr. Iaſ.& alij. C.de tranſact. & l.ſub ſpecie, vbi etiã notant ſcribentes. C.de re iud.& l.Imperatores.ff.de reiud.hoc fallit tamẽ in cauſa publica, quæ reuocatur vſq; ad triennium,& poſtea ſi præuaricatio arguatur. d.l.Imperatores.vbi Doct.ff.de reiud. & l.1. C.de ſent.aduerſ.fiſc.libr.10.& gloſ.fin.in d.l.ſub ſpecie.vbi Bart.Bald.Salice.& alij.C.de reiud.& in cauſa Eccleſiæ. auth.de non alien.aut per mut.reb.Eccleſ. §. ſinimus. coll.2. & in cauſa pupillari, nã minor poterit reſtitui ad exhibenda inſtrumenta poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, aut Eccleſia, ſiue ille, cui cõpetit reſtitutio in integrum. c.tunc ex litteris. & c.ſuſcitata. vbi Doct. de in integ. reſt.& l.Rempublicam.C.de Iure Reipubl. lib.10.& d.gloſſ.fin.in d.l.ſub ſpecie.C.de reiud. & Alex.in l. ait prætor. §.ſi minor. ff.de iure iur.& Afflict.deciſ.356.nu.5.& Cæſar.Vrſ.ibidem. nu.4. immò, quòd ſententia tranſacta in rem iudicatam reſcindatur per Inſtrumenta nouiter reperta, quando condemnatus habuit iuſtã cauſam ignorantiæ. tenet Hyppolit. ſingul. 229. Gramat.cõſil.130 Cæſar.Vrſ.in deciſ.356 n.2. quæ opinio mihi non deſplicet.

49 Sententia tamen lata pro iuramento delato parti ad ſupplementum probationis, retractatur, ſi poſtea inueniantur inſtrumẽta cõtra illud, quod fuit iuratum. l.admonendi. vbi gloſſ. verb.exacto & Bart. n 9. ff. de iure iurand. & Leo.in tract. de noui oper.nunciat. cap.4. num.29.

50 Sententiæ venales ſunt nullæ ipſo iure, & à iure ipſo reprobatæ. ita quòd non ſit neceſſe appellare ab illis. c.cum ab omni. vbi gloſ.fin.& Abb.nu.7.de vita & honeſt. cler. & l. venales, & ibi Bald.Bart.Paul.de Caſtr.& alij. C.quand.prouocar.nõ eſt neceſſ.& c.ei qui.§.venales.2.quæſt.6.

51 Sententia lata à iudice ſuſpecto poteſt retractari de teſta ſuſpecione oppoſita, antè ſententiam quia ſi pars litigauit coram iudice ſuſpecto,& illum non recuſauit, nõ poteſt poſtea redarguere ſuam ſententiã, ſed ſi male iudicauit competit remedium appellationis. vt tenet Abb. in c.cum inter. num 22. de except. reprobata gl.ver. conſcientia. ibidem,& alijs. multis modis poteſt ſententia dici nulla. vt ſuis locis videndum eſt.

52 Sententia lata contra Eccleſiã prætextu iniquæ conſuetudinis, retractatur. c. cum cauſa quæ. vbi Gofred.Innocen.Hoſt.Ioã. And.Ant.de Butr. Abb.& omnes.de ſent. & reiud.quoniam iniqua conſuetudo non eſt obſeruanda, quia potius dicitur corruptela, quam conſuetudo. c fin.vbi notãt ſcribentes. de conſuet.& Geripard.conſil. 48. num.22.

53 Sententia lata contrà poſſeſſorem maioratus non videtur nocere ſucceſſoribus ad maioratũ vocatis.nam ſententia debet ferri cum legitimo contradictore, ad quẽ litis defenſio principaliter expectat,& illi ſoli præiudicare debet, & non alijs cum res inter alios acta, & iudicata nullũ alijs præiudicium faciat. l.1. vbi Doct.ff.de except. nec etiam poſſeſſor maioratus, cum illi ſit interdictum alienatio, poteſt actiones rei in iudicio exercere. l. ait prætor. verſ.eſt enim abſurdum. ff.de iure delib.& glo.1.ad fin.in c.doceri.de reſcript.& glo. 1. in c.contingit. de tranſact. & Bart.in l. filius familias. §.Diui.2.num.6. ff.delegat. 1. & And.de Iſcern. & Aluar. in c.ſi vaſalus. col.fin. ſi de feud.fuer.contr. & Fel.in c.fin. nu 5.de maior.& obed.& Dec.conſi. 445. nu 29. Crauet.conſil.90. n.1.& Cou. ru. in pract. cap.13. nu.6. Pinel.in cap.1. part 3. nu.48. c.de bon.matern. contrariã tamen opinionem veriorem exiſtimo, nã ſententia lata cõtra poſſeſſorem maioratus, debet præiudicare alijs ſucceſſoribus, quoniã ille poſſeſſor, cũ habeat primas,& præcipuas partes defendẽdi, dicitur legitimus defenſor,& ſentẽtia lata cũ legitimo defenſore, præiudicat alijs ſucceſſoribus,

Digitized by Google

arg.text. in l.Papinianus.§.fin. ff.de in offic.teſt. & res iudicata accipitur pro veritate.l.ingenuũ.ff.de ſtat.homin.ſicut enim in cauſa hæreditatis, eſt citandus hæres ad quem primo, & principaliter negotium tangit, & non ſubſtitutus ad quem ſecundario expectat, & lata ſententia contra primum hæredem, præiudicat ſubſtituto. vt eſt text.in l.ſi patrini.55.§.fin.vbi Doct. ff. ad treb.& ita in primo ſucceſſore cuiuſcumq; maioratus, & hanc ſententiam, vt veriorem probat Old. conſil 94.nu.19. quia ius defenſionis principaliter expectat ad ipſum poſſeſſorem,& ille ſolus eſt citandus, & non alij, qui ſecundario lædi poſſunt, & ſentẽtia lata contra illum,præiudicat alijs.vt tenet Ang.Imol:Fulg.Alex. Iaſ.& alij.in l.filius familias.§.Diui.ff.delegat.1.& Ang.Lud.& alij in l.in diem. ff.de aqua plu.arc. & Imol.in l.decẽ. ff.de verb. obligat. gloſſ.2. in l.de vnoquoq;.vbi Doctor. ff.de reiud. Cou.ru. & Pinel.vbi ſup. Ant.Gom.in l.40. Taur.num.73.& Molin.
54 de prim.gen.Hiſpan. lib.4.c.8. nu.3.

Sententia tamen lata per colluſionem, dolum, ſeù fraudem, non præjudicat ſucceſſoribus. probata fraude, & dolo. vt facit text. in l. ſi proluſorio. ff. de appellat. & tenet Claud. in l.filius familias. §.Diui. num.7. & Grat. gloſſ.40. num 9. & Merg. conſil.30. num 27. Pinel in l.1.part.3.nu. 48. C. de bon. matr. Valaſc.de iure emp.
55 quæſt.10. num.3.

Sententia ſemper præſumitur,quòd rectè, & iuxtè lata fuiſſet donec probetur contrarium. cap.cum inter.vbi Innocent. Ioan.And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſent.& reiud.& idem Abb.in cap.quoniam contra. de probat Innocent.in c.bonæ. de elect. & in c. cum in iure de offic. iud. delegat. Marant. de ord. iud. 4 part. di l.16. n.18. Gelpard. conſil.23.n.16.

56 Sententia poterit annullari, & valere proceſſus,quando cauſa nullitatis reſpicit ſolùm ſententiam tunc iudicatur ſententia nulla,& ex eiſdem actis iudicabitur rictè, & verè ab illo, qui iudicare poteſt, & ita ſi acta fuerint nulla ex aliqua parte litis, tunc illa iudicabuntur nulla,& alia valebunt.vt notat gloſſ.fin.in l.ſi expreſſum. vbi Bart. num.1. ff.de appellat & relat. & gloſſ.verb.denuò. in l.ſi vt proponis.1.vbi Doct. C.quomod.& quand.iud. & Abb. in c.ad petitionem.nu.10.de accuſat.& dixi. verb proceſſus. §.15.

57 Sententia nulla nunquam tranſit in rẽ iudicatam, ſed quocumq; tempore, vſq; ad triginta annos poterit retractari. l. ſi expreſſum. vbi Doct. ff.de appellat. & relat.& Card. in clem.1,quæſt.14. de re iud. & Bald.& Salicet.in l.ſi preſes C.quomod. & quand.iud. & ſpecul. in titul.de ſent.§. iuxta. in fin. & l.1. vbi Doct. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ.& Bald. in l.data opera. col.15.in fin. verſ.C.ſed quid ſi banitus. c.qui accuſar.non poſſ. & Franc. in c.dilecto. col.5. verſ.quæritur. de appellat.& Marant.de ord.iud.6.part.§. deciſoria iud.nu.154.Paz.in prax.part.1.tom.1. duodecimum tempus. §.de nullitate ſententiæ nu.7. nec mandatur executioni, l. ſi ſe non obtulit.§.condemnatum, vbi Doctor.ff.de re iud.ſed ad intelligentiam huius legis eſt attendendum, vtrum nullitas ſententiæ conſtet ex eiſdem actis proceſſus,nam tunc non mandatur ſentẽtia executioni,licet ſententia iam fuiſſet tranſcripta ex actis proceſſus, & tradita parti ad illam exequendam.ſi autem nullitas nõ conſtat ex actis proceſſus, ſed condemnatus opponit exceptionem nullitatis, & offert. ſe ad illam probandam præſumitur tunc pro ſententia ratione proceſſus, ex quo fuit translata ex proceſſu, & tranſiuit in rem iudicatam,& non impeditur executio illius,propter oppoſitam exceptionem,vt tenet Bart Imol.Alex.Iaſ.& omnes in d. l.ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff.de re iud & Ioan.de Lign in c.1.de ſent. & re iud.& ſpecul.in titul.de ſent.§ vt autem verſ.& nota.Abb conſil.64.nu.6.part. 1.Bart.in l.1.C.de execut.rei iud.& Bald. in auth.qua ſupplicatio.C.de præcib.imp. offerend.& Ang.in l.1. ff.nihil nouar. appellat.pend.Marant.de ord.iud.6.part. §. de executione.nu.3.& ſi pignora capta fuerint, & diſtracta per ſententiam, quæ fuit nulla iudicata, poſſunt poſtea reuocari, l. ſi cum nulla,vbi Doctor.ff.de re iud.

58 Nullitas ſententiæ poteſt agitari coram eodem iudice,qui protulit ſententiam ipſam,& ipſe iudex illam retracta repoterit. c.fraternitatis. de frigid.& malef.& c.2.de purgat.canonic.& l.fin.C.de ſent. quæ ſine certa quant. & l.1. C.de ſent.& interlocut. omnium iud. vbi notat Bart. Paul. & alij,& tenet Lanfranc.in c.quoniam cõtra. verb.interlocutoriæ. num.54. de probat. ſiuè agatur per viam actionis,ſiue per viam exceptionis. vt reſoluit Gou.ruu.in pract.

Digitized by Google

pract. quæſt. cap. 25. num. 4. nec interim, dum agitur de nullitate currit tempus ad appellandum. vt tenet Bald. in l. contra maiores. C. de in offic. teſtam. & Angel. in l. Paulus. § hæres. col. 1. in fin. ff de vſur. & hyppolit. ſingul. 152.

59 Sententia, contrà quàm petitur reſtitutio in integrum non habet executionem paratam, ſed potius impeditur executio illius donec finiatur cauſa petendi reſtitutionem in integrum. ex text. in l. vnica. vbi Doct. C. de in integr. reſt. & l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. & l. ſi ex cauſa. ff. de minor. & Doct in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iud. Afflict. deciſ. 356. num. 3. & Cæſar. Vrſ. ibidem. num. 1. & Guid. deciſ. 225. num. 6. & quamuis reſtitutio requirat altiorem indagationem, niholominus impedit executionem. vt tenet Ioan. de Imol. Alex. Iaſ. num. 26. Rip. num. 30. & communis contra Bart. in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iud. Cou. ru. pract. cap. 25. num 7. niſi cōſtet, quòd reſtitutio malicioſe petatur, quoniam tunc non impediretur executio. cap. ſuſcitata. vbi Doct. de in integr. reſt. & Afflict. deciſ. 356. num. 3.

60 Tres ſententias cōformes contrà ſe reportans, non poteſt agere de nullitate illarum, vel alicuius earum quamuis incōtinenti offerat probationem nullitatis, nec ab illis appellare poteſt, antequàm executioni mandentur. vt obuietur calumnis hominum litigantiū, qui nunquā aquieſcunt habentes ſententias contra ſe. vt eſt text. ſingularis, in clemēt. 1. vbi Doct. de ſent. & re iud. clemēt. fin. cum ibi notatis. de appellat. & c. ſi autem. §. ſi quis. 2 quæſt. 6. & Pàul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iud. & dicuntur conformes, quando omnes ſententiæ conſonant, & ſecūda, & tertia fuerint confirmatoriæ primæ. in quā ſecunda, vel tertia nihil additur, vel minuitur. quia ſi ſecunda, vel tertia fuerit confirmatoria prioris, & tamen in ea aliquid addatur, vel minuatur. iam tunc non dicuntur conformes arg. text. in l. ius ciuile. & ibi Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſt. Fulg. Iaſ. & omnes. ff. de iuſt. & iure. & tenet Gou. ru. in pract quæſt. cap. 25. num. 6. Paz. in praxi. 7. part. 1. tom. cap. vnico. nu. 118. & quando exceptio nullitatis poſsit incontinenti probari, impediti executionem ſententiarum illarum, tenet Bald. in l. vnica. circa prin. C. ne liceat tert. prouocar. & And. de Iſern. in cap. 1. circa. fin. de contr. inter. vaſal. ſed praxis hanc non obſeruat immo licet reportans tres ſententias conformes contra ſe vellet incontinenti probare nullitatem, non audietur, antequàm executioni mandentur. vt inquit Iaſ. in d. l. ſi ſe non obtulit. d. §. condemnatum. num. 15. ff. de re iud. ſi tamen nullitas conſtaret, ex eiſdem actis proceſſus, tunc impediretur executio, etiam poſt tres ſententias conformes, & poſt mille, quia tunc ceſſat ratio illa calumniarum, quam Summus Pontifex refert in illa, clement. 1. de ſent. & re iud. & ita tenet Bald. in l. ſi vnus. § pactus ne peteret. col. 14. ff. de pact. & Salicet. in l. 1. C. ne liceat tert. prouocar. & Imol. & Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nunciat. & Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. eodem titul. & Merg. conſil. 37. num. 21. & ita quando aliquis tertius ſe opponit ad impediēdam executionem ſententiæ ratione nullitatis, & cauſa ſui intereſſe. tunc enim non habet locum d. clem. 1. de ſent. & re iud. vt tenet Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. num. 16. ff. de re iud.

61 Sententia mandatur executioni ab ipſo iudice, qui eam protulit, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, iuxta ſtatutum loci. c. quod ad conſultationem. de ſent. & re iud. & l. cum quædam. puella. ff. de iuriſdict. omnium iud. & l. 1. vbi Doctor. C. de execut. rei iud & Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. num 7. ff. de re iud. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de executione ſententiæ. num. 2.

62 Sententia trānſacta in rem iudicatam habet executionē paratam ſi imploratur officium iudicis, & ſententia non fuit renouata. l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. vbi Bart. num. 1. & Iaſ. num. 3. idem Bart. in l. intra dies. num. 1. & in l. à Diuo Pio. vbi etiam notant alij. ff. de re iud. & Soarez. in l. poſt rem iudicatam. not. 1. ff. eodem Cou. ru. pract. quæſt. cap. 16. Parlad. libr. 2. rerum quotidianarum. cap. 22. §. 1. num. 1. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de executione ſententiæ. nu. 2. ſi tamen intentetur actio rei iudicatæ. tunc nō habet executionem paratam. ſed requiritur libellus via ordinaria, ſicut in cæteris actionibus. vt tenet Bart. in l. intra dies. nu. 1. & Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. num. 3. ff. de re iud. alij tamen

Digitized by Google

dicunt, quòd licet regulariter actiones, debeant exerceri via ordinaria aliter eſſe in actione iudicati, & quòd in illa ſummariè procedatur, nedetur ex vna lite alias oriri. vt tenet Ant.de Butr. in c.1. de libell.oblat. & Doct in l. à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ff.de reiud ff.de reiud.quæ opinio mihi placet.

63 Sententia ſuperioris aliquando mandatur executioni, per inferiorem qui illam exequi debet, quamuis ſciat ſententiã eſſe iniuſtam, niſi in executione contineatur aliquod peccatum, quia tunc magis debet ille inferior timere tribunal diuinum, quàm humanũ. c.paſtoralis. §. quia vero. vbi Doct.de offic iud.delegat.ſi autem iudex inferior viderit, quòd ſententia illa fuiſſet lata per falſas litteras, non debet illam mandare executioni. c. ſuper eo vbi Innocent. Hoſt. Ioan. Andr. Ant.de Butr. Abb & omnes. de crimin. falſ. ſed debet ſuper ſedere in executione illius ſententiæ, & reſcribere ſuperiori rationem, qua re ſententiam non debeat mandare executioni. cap.ſi quando. vbi Doct. de reſcript.

64 Sententia non debet mandari executioni, ſi ille, pro quo lata fuit, ſtetiſſet per triginta annos, antequam peteret executionem illius, quoniam actio in factũ tollitur ſpacio tringinta annorum. l.ſicut, & l.omnes. vbi notant ſcribentes.C.de præſcript.30. vel 40. annorum, & Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi damnetur. num 8 ff. de iure iur.& Bald.in Rubric. col.vlt. C.de præſcript. Merg. conſil.38. num.17.& dixi ſupra. §.46.

65 Sententia lata per iudicem vnius territorij, poteſt mandari executioni, per iudicem alterius territorij, cum litteris requiſitorijs. l.argentarium.§.nomine.vbi Bart. ff. de iud. & l. properandum. §. ſin autem reus. vbi Doct. C.eodem titul.& l à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. vbi Bart. Bald. Imol. Paul.de Caſtr. Alex. Iaſ.& omnes.ff. de reiud. ſpecul. in tit.de executione ſententiæ. §. nunc videndum. verſ. ſed pone iudex peruſinus.

66 Sententia lata inter duos litigantes non eſt mandanda executioni, ſi ius alterius partis lædatur. c. cum ſuper. vbi Gofred. Innocent. Ioan.And. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſent & reiud.& cap.ſuper eo. vbi Doct. de offic. iud delegat. & l. à ſententia. vbi Bart. nu.3, ff. de appellat. & relat. & gloſſ.verb. audiendus.in c. veniens 2. vbi Abb.num.1. de teſtib.& facit tex.in l.Titia.ff.ſolut.matrim.& Merg. conſil.37. num.29.

67 Sententia lata contra vnum regulariter alijs non præiudicat: nec prodeſt. l 1.vbi Doct. C res inter alios act. & l.ſæpe. ff.de reiud. & l.1.& per totum. C quibus res iud. non nocet. & l.modeſtinus. vbi Paul. de Caſtr. ff.de except.& l.ſicui crimen. §. hisdem. ff.de accuſat.& l.2.vbi Bart.Bald. Salicet. & alij. C.de fid. inſtrum. & c.cum olim de cauſa poſſ. & prop. & c. quamuis. vbi Doct. de ſent. & reiud. fallit tamen in ſententia lata contra hæredem, in cauſa falſi teſtamenti, quia vbi cauſa nullitatis teſtamenti agitatur contra hæredẽ,& teſtamentum declaratur nullum nocet ſententia illa legatarijs,& fidei commiſſarijs. l.Papinianus. §. fin. vbi Bart.num.2. ff.de inoffic.teſtam.& l.Titia. ff.eodem titul. & l.fin. §.vlt. C.de pet.hæred.& l.ſi nemo.ff. de regul.iur. & l.1. vbi Doct. ff.de except. rei iud.& l ſi ſuperatus. §.1. ff.de pign. & Alex.in l.ſæpe.num.24. ff.de reiud.& Iaſ. in l. ſi ſeruus. §.ſi hæreditatis. 1. num.1.& 7. ff. delegat.1. ſi tamen ſententia ſit lata per fraudem, ſeù colluſionem hæredis, aut illam non defendit, ſeù non appellauit à ſententia tunc non præiudicabit talis ſententia legatarijs, ſeù fidei commiſſarijs,& nota regulam hanc, ad omnem ſententiã latam contrà hæredem, ſiuè poſſeſſorem, vel legitimum adminiſtratorem alicuius rei. l. qui repudiantis. & l. ſi per luſorio. ff. de appellat. & relat. & l.Diui fratres. ff. de liberal. cauſ. & l. ſi ideo. ff.de euict. & l.1. vbi Doct.& per totum. ff.de colluſ.deteg. & l. exceptione. ff. de fidei iuſſor. & Iaſ in d. l. ſi ſeruus. §.ſi hæreditatis. 1.nu. 1. ff. delegat.1.

68 Sententia lata in cauſa filiationis, ſeù legitimationis nocet, & prodeſt alijs, nam ſi cauſa à filiationis agitetur inter patrem, & filium, ſeù inter matrem,& patrem. tũc ſententia lata ſuper cauſa illa nocet, & prodeſt alijs fratribus, ſiue conſanguineis. l.1. §.fin.& l.2. & l.3. ff.de liber.agnoſc.& gloſſ.verb res inter alios. in c. quamuis. vbi Doct.de ſent.& reiud.& Alex. in l.ſæpe.nu.60. ff.de reiudicat.& Cou.ru.pract. cap.13.num.5. & ita in cauſa legitimationis. nam ſi agatur cum legitimo contrà dictore de cauſa legitimationis, ſententia illa facit ius quoad omnes. authẽt. ſi quis

liberos.

Digitized by Google

lliberos. vbi Doct. C de naturalib. liber. quòd tamen non erit, ſi cauſa non fuerit agitata cum legitimo contradictore, quia tunc non faciet ius, niſi quoad illum, cum quo cauſa fuit agitata. vt tenet Abb. in d. cap. quamuis. num. 17. & Fel. num. 9. de ſentent. & reiud. & Gou.ru. pract. cap. 13. num. 5. Alex. in d. l. ſæpe. num. 60. ff. de reiud. aliter tamen erit dicendum in ſententia lata contra matrimonium inter vnum ex duobus fratribus, cum duobus ſororibus coniugatis. ex gloſſ. fin. in c. dilecto filio. de præb.

69 Sententia lata in cauſa ingenuitatis ſeù nobilitatis facit ius inter omnes, quando agitur cum legitimo contradictore. l. 1. vbi Doct. C. de ingen. & manu miſſ. & l. ingenuum. vbi Bart. ff. de ſtat. homin. & l. Diui. §. 1. ff. de liberal. cauſ. & gloſſ. in c. quamuis. de ſent. & reiud. & tenet Faber. in §. præiudiciales. in fin. inſt. de act. & Tiraquel. in tract. de nobilit. cap 37. num. 2. & 5. Molin. de primogen. cap 8. num. 3. in fin. ſi autem non ſit lata cum legitimo cõtraditore: tunc non facit ius contra alios, l. cum non iuſto, vbi Doct. ff. de collus. detegend. & d. l. 1. C. de ingen. & manu miſſ. & Tiraquel. vbi ſupr. n. 4. & Octolar. de nobilit. 2. part. 3. part. principalis cap. 8. nu. 10. vnde ſi frater conſecutus fuerit ſententiam cum legitimo contradictore in cauſa nobilitatis. puta, quòd pro leuibus cauſis, non ſit incarcerandus, in publico carcere, ſed domi ſuæ, aut habeat totam ciuitatem, ſeù oppidum pro carcere, & in ſimilibus, tunc ſententia illa prodeſt alijs fratribus, vt probatur ex iuribus ſupra relatis, & tenet Ioan. Gratia, de nobilit. gloſ. 6. nu48. & facit illud. Greg. in l. 7. verb. *Los otros hermanos*. titul. 15. part. 4 & etiam in cauſa cõnexa, & in diuiſa. l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vind.

70 Sententia lata inter vnum prodeſt alijs in cauſis cõnexis, & in diuiduis. c. ei qui. §. quandoq; vnam. 2 quæſt. 6. & l. loci corpus §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vind. & l. ſi communem. ff quemadmod. ſeruit. amitt. & c. pen. de appellat. & gloſſ. verb. prædio. in l. qui aliena. alias. l. liberto. §. fin. ff. de neg. geſt. & l. denunciaſſe. §. quæritur. verſ. ſi abſolutus. ff. de adult. & auth. ſi quis liberos. C. de natural. liber. & gloſſ. verb. irrogare. in l. 2. C. quib. res iud. non nocet. & Alex. in l. ſæpe. n. 48. ff de reiud. non debet tamen nocere ſententia lata contra vnum, alijs in cauſa cõnexa, & indiuidua, ſi alij citati non fuerunt, quia licet in cõnexis, & indiuiſis ſententia lata inter vnum alijs proſit, nocere tamen non poteſt, vt probant iura ſupra relata.

71 Sententia lata contra principalem debitorem, mandatur etiam executioni contra fideiuſſorem de iudicium ſoluendo, ex eodem proceſſu. facit text. in l. 1. vbi Doct. ff. iudicium ſolu. & Paul. de Caſtr. In l. cum querebatur. ff eodem. & Afflict. deciſ. 182. nu. 2. & Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. duobus reis. §. ergo. ſi quis. ff. de iure iur. & Bald. in l. fin. C. de vſ. rei iud. & in l. 2. §. fin. ff qui ſatisd. Cogant. & in. §. fin. inſt. de ſatisd. & Imol. in l. a ſententia in prin. ff. de appellat. & in l. ex duobus. col. 4. ff. de duobus reis & Fel. in c. quamuis. nu. 16. de ſent. & re iud. & Cæſar. vrſ. deciſ. 182. nu. 2. vnde fideiuſſor poterit appellare à ſententia lata contra debitorem ord. libr. 3. titul. 81. §. 1.

72 Si ſententiæ diuerſæ a pluribus iudicibus fuerint prolatæ, ſtatur illi, quæ lata fuerit à maiore parte, cum omnes ſint iudices ordinarij. l. duo ex tribus, vbi Doct. & l. pomponius. ff. de re iudicat. & l. ſicuti, ff. de arbitr. & c. 1. de arbitr. & c. 1. vbi Doct. eodem titul. lib. 6. in pari autem numero valet ſententia pro reo, niſi in cauſa matrimoniali, doctis, ſeù libertatis, aut in alia cauſa liberali, ſeù fauorabili. l. interpares, vbi Bart. Alex. Iaſ. & alij. ff. de re iud. & c. fin. vbi gloſſ. 1. & Doct. de ſent. & re iud. ſi autem fuerunt iudices delegati erit ſententia in ſuſpenſo, vſq; ad arbitrium delegantis. d. c. fin. de ſent. & reiud. & l. duo iudices. vbi Bart. Ang. Imol. Iaſ. & alij ff. de re iud. & gloſſ. 1. in l. interpares. ff. eodem oportet tamen, vt omnes ſint præſens, quia ſi alius, ſit abſens, & alij iudicauerint tunc ſententia eſt nulla. l cum magiſtratus, vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & alij. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. & gloſſ. 1. in d. c. fin. de ſent. & re iud.

73 Si autem fuerint arbitri compromiſſarij, nulla ſententia valebit. c. fin. vbi Doct. de ſent. & re iud. aliter tamen in arbitris iuris ad ſententiam ferendam. nam ſi duo arbitri iuris diſcordant in ferenda ſententia tenentur eligere tertium c. ſuſpicionis vbi Doct. de offic. iudic. deleg. & l. item ſi vnus. §. ſi in duos. vbi Doct. ff. de recept arbitr. & ſi ex tribus arbitris iuris duo concordant tenet ſententia illorum, ſi vero

pro

Digitized by Google

proferunt diuerſas ſententias tenet ſentētia in minore ſumma. c.1. vbi Doctor. de arb.lib.6.

74 Sententia duorum arbitrorum ex tribus electis, quando vnus legitime requiſitus non venit tenet de iure canonico.c.2.vbi Ioan.And.& communis canoniſtarum. de arb.lib.6. de iure autem ciuili non valet ſententia. l.item ſi vnus §.fin. vbi Bart. & omnes. ff. de arb.& gl.ver. non valere ibidem,& l. duo ex tribus,vbi etiam notant ſcribentes ff. de re iud. vnde in hoc inter iudices Eccleſiaſticas eſt obſeruandum ius canonicum,& inter ſeculares ius ciuile,vt tenet gloſſ. verb. lex ciuilis in d. c.2. arb. lib.6.& ibi Dominic.Anch.Franc. & communis,& Bart.nu.3.& Iaſ. nu.4.& alij in d. l.duo ex tribus de re iud.

75 Sententia interlocutoria poteſt ferri ab vno iudice ſine alio. ſi interlocutoria illa non habuerit vim diffinitiuæ, gloſſ. verb. proferre in fin. in l.ſi vni alias.l. pomponius,vbi Bart.nu.4.& Iaſ.num.11. ff.de re iud idem Bart.& alij in l.quod iuſsit.ff eodem titul.& Geripard.conſil.37.nu.27.

76 Sententia Papæ,Imperatoris,ſiuè Regis, vel Principis, qui legem condere poteſt. prolata in cauſa vbi diffiniuit plene cognoſcendo, habet vim legis, ſi in iure eſt ſcripta, & non eſt contra aliquam legem. ita vt iudices alij teneantur ſimiliter iudicare.c.in cauſis,vbi gloſſ.fin. & Doctor. de ſent.& re iud.& l.fin.vbi Doct.C.de leg. & l.1.vbi Bart.Bald.Paul.Iaſ. & omnes ff. de conſt.prin.& ita ſi per Epiſtolam aliquid de iure decreuit. nam tunc illud habetur pro lege d.l.1.vbi Doctor.ff de conſt.prin. Bald.Ang.& alij in l.2.ff.de fer.idem.Angel.in l.item veniunt.§ cæterum.ff.de pet. hæred.ſecùs tamen in ſententa,ſeù Epiſtola iudicum inferiorum a Principe quia talis ſententia non habet vim legis,immò ſi fuerit iniqua erit reſcindenda. facit text. in l.1.vbi Doctor ff. a quib. appellar. non eſt neceſſ.& tenet Fulg.Lud.Iaſ.& alij in l. 1.ff.de fer.& Alex.in l.ciuitas.col. fin.ff. de reb.cred.nec ſententiæ noſtri ſenatus habent vim legis,quamuis ſint latæ,& ſcriptæ ſub nomine Regis,quia noſtri ſenatores etiam ſupremi ſenatus,non habent poteſtatem condendi legem, vt inquit Valaſc.conſult.148.num.26.

77 Sententia eſt communis inter partes litigantes,& facit ius inter illas,& vnus quiſque litigantium poteſt adiuuari, ex iure ſententiæ inter illos prolatæ c.G perpetuus,vbi Abb.num.3.de fid.inſtr. & ſic facit ius inſimilibus, quãdo deficit lex. quia tunc iudicatur de ſimili ad ſimile.l.ſiue cõtrà.ff.de liber.agnoſc.& c.in cauſis.de ſent. & re iud.& c.recolentes.& c.ſuper quod i. de ſtat. Monach. & c.inter cætera.de reſcript.& c.inter corporalia.de tranſact. & l.non poſſunt.ff.de legib.& gloſſ.fin.in l.de ætate.ff.de minor.

78 Sententia diffinitiua non poteſt reuocari a iudice proferente quoniam cum iudex peruenit ad diffinitiuam, & illam tulit,iam functus eſt officio ſuo,quatènus ad illam reuocandam.l.quod iuſsit, & l.iudex poſtea, vbi Paul. de Caſtr. & omnes, & l. poſt rem & l.cum quærebatur.ff. de re iud. & l.1.vbi Doctor C.ſent.reſcind. & l. poſt ſententiam,vbi Bart Bald.Salicet.& alij.C. de ſent. & interlocut. omnium. iud. & c. pen.2.quæſt.2. & l. ea quæ vbi Doctor. C. comminat.Epiſtol. quamuis poſſit ſupplere omiſſa in illa.l.Paulus 42. & l.actorum, vbi Doctor.ff.de re iud.& gloſ.verb. corrigendi, in l.hac lege.C.de ſent. experic.reſcirand aut dubia illius interpretari: vt tenet Bart.in l. ab executione.num. 5. ff. de appellat & relat.& Alex. in rubrica. ff. de offic.eius cui mand.eſt iuriſd bene poterit tamen iudex mutare ſuam diffinitiuam, antequam illam legat in conſiſtorio loci, vbi ius partibus proferre ſolet. l.actorum, vbi Doctor.ff.de re iud.& l.hac lege.C.de ſent. expericul. recitand.

79 Sententia tamen Interlocutoria bene poterit reuocari à iudice proferente, quamuis pars appellaret ab illa, & etiam poſt decem dies. c. cum ceſſante, vbi gloſſ. & Doctor. de appellat. & l. quod iuſsit, vbi Bart.Angel.Imol.Iaſ.& omnes.ff.de re iud. & l.dicere.aliàs.l.qualem.§.vnde. ff.de recept.arb.& l.pen.ff. de præt. ſtipul. & l. ſi opus, vbi Paul. de Caſtr. ff. de noui oper. nunciat.& Alex conſil. 119. lib.3. & gloſſ. in c.fin de appellat.lib.6. & Marãt.de ord. iud.6.part.§.deciſoria iud.num.7.& eſt cõmis ſententia,quibus tamen caſibus reuocari non poteſt dixi verb.iudex.§.67.

80 Sententia interlocutoria,etiam incalculo diffinitiuæ,poteſt reuocari,præſertim ſi petatur officio iudicis, & eſt hodie praxis in noſtra Luſitania, vt pars grauata ex illa interlocutoria,appellet in actu proceſſus, & tunc etiam in appellatione diffinitiuæ habetur ratio illius interlocutoriæ, vt dixi ſupra,

Digitized by Google

ſupra, verb. appellatio. §. 51. & ita eſt intelligendus Card in clem. ſæpe. §. & quia. nu. 7. de verb. ſign. & Bart. in l. 1. §. fin. nu. 3. ff. de prætor. ſtipulat. & Alex. in l. iudex poſtquam. col. 1. circa fin. ff. de reiud. & Dec. in c. cum ceſante de appellat. & conſil. 83. col. pen. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria. num. 7.

81 Sententia interlocutoria tranſit in rem iudicatam reſpectu partis ad appellandum non autem reſpectu iudicis ad illam reuocandam. vt tenet gloſſ fin. in c. cum dilectus. 32. de elect. & gloſſ. verb. infra in c. ſignificauerunt. de teſt. & glòſſ. in c. cum ceſſante de appellat. limita tamen, vt per Iaſ. in l. quod iuſsit. à num. 10. ff. de reiud. & Abb. in d. c. cum ceſſante. num. 10. de appellat. & dixi ſupra verb iudex. §. 67.

82 Sententia interlocutoria poteſt reuocari, moderari, augeri, vel minui ſine partis citatione, vbi non requiritur cauſæ cognitio, vt tenet Innocent. in c. ad petitionem. de accuſat. & Bart. in extrauag. ad reprimendam. col. 2. verſ. per edictum. & Bart. nu. 1. & Iaſ. nu. 25. & alij in l. nequicquam ff. de offic. proconſul. & legat. & Abb. in c. cum ceſſante. num. 18 de appellat. & Bald. ſibi contrarius. in c. 1. in prin. de Mil. Vaſal. ſi autem reuocetur cum cauſæ cognitione debet tunc pars citari, vt tenet Ioan. And. in addit. ſpecul. in titul. de ſent. prolat. §. ſpecies verſ. eſt quoque melius, & Abb. in d. c. cum ceſſante. d. num. 18. & Bart. vbi ſupra, & in l. quod iuſsit. num. 18. de re iudicat.

83 Sententia præcipiens aliquid fieri, vel dari ad certum tempus, facit currere tempus ad transeundum in rem iudicatam, à tempore latæ ſententiæ, non autem à tempore termini finiti, vnde ab illa eſt appellandum infrà decem dies à tempore publicationis. c. quoad conſultationem, vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſent. & reiud. & eſt ord. lib. 3. titul. 77.

84 Sententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem iudicatam in præiudicium ſuperioris, niſi poſt decennium. c. cum dilectus. 32. vbi Abb. num. 4. de elect. & c. cum olim. vbi Doctor. de dol. & contumac. & c. cum Bertoldus, vbi etiam notant ſcribentes. de ſent. & re iud. quoad præiudicium tamen partium bene tranſit in rem iudicatam, facit text. in c. ad audientiam. 2. de reſcript. & in d. c. cum dilectus. de elect. & gloſſ. verb. pellendi. in c. 1. vbi Abb. nu. 4. de conceſſ. præbend. & Innocent. in c. ad aures. de reſcript.

85 Sententia in cauſa matrimoniali, & in alia quacumque cauſa ſpirituali, nunquam tranſit in rem iudicatam. c. series. & c. cũ in tua. de teſtib. & c. lator. & c. conſanguinei. de ſent. & re iud. & c. 1. & c. laudabilem & c. fraternitatis. de frig & malefic. & Abb. in c. 1. num. 4. de conceſſ. præb. & in c. cum inhibitio. num. 10. de clandiſt. deſponſat. & Iaſ. in l. cauſas, vel lites. num. 2. C. de trãs act. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. deciſoria iud. num. 135. quo ad inſtantiam iudicij tamen omnes ſententiæ tranſeunt in rẽ iudicatam nam quamuis ſententia in cauſa matrimoniali, & beneficiali, & vbicumque ſententia eſt nulla, nunquam tranſiat in rem iudicatam quò ad effectum, vt retractari non poſsit tranſit tamen quò ad inſtantiam iudicij, & quò ad effectum, vt ab illa poſt decem dies appellari non poſsit, ſed tunc ad illam retractandam, eſt neceſſarius nouus proceſſus, niſi quis audiatur ad appellandum per beneficium reſtitutionis, poſt decem dies facit text. in c. 1. & per totum. de in integr. reſt. & l. 1. & per totum. ff. de minor. Abb. in c. lator. num. 12 de ſent. & re iud.

86 Acta extra iudicialia nunquam tranſeũt in rem iudicatam, niſi a die ſcientiæ, quo quis ſcit ſe grauatum eſſe, & tunc poteſt vti remedio appellationis, aut reuocationis, quo vti poteſt etiam poſt decem dies. c. concertationi, vbi Ioan. Monach. Dominic. Arch. Ioan. And. & omnes. de appellat. lib. 6. & Abb. in c. cũ omnes. nu. 2. de cõſt. & Mergunt. conſil. 28. num. 16.

87 Sententia lata in cauſa ciuili cum ligitimo contraditore à iudice ſeculari, debet admitti à iudice Eccleſiaſtico, & è contra lata à iudice Eccleſiaſtico eſt admittenda per iudicem ſecularem. c. cum quidam, vbi gloſſ. verb. de iure, & Ioan. And. Dominic. Franc. num. 2. Vanquel. in ſumma. & omnes. de except. lib. 6. & Fel. in c. Paſtoralis, col. pen. de except. & Dec. in c. at ſi clerici. num. 14. de iud. in criminalibus tamen, nõ tenetur iudex Eccleſiaſticus obſeruare ſententiam iudicis ſecularis, nec ſecularis tenetur obſeruare ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, vt tenet Bart. in l. Magiſtratibus. ff. de iuriſd. omnium iud. & in l. diuus. ff. de cuſt. reorum, & Imol. in c. 1. de offic. ord. & Fel. in d. c. at ſi clerici. nu. 4. de iud. & Ma-

tian. &

Digitized by Google

rian.& Anan.in c-qualiter.2.§.ad corrigẽdos.de accuſat.& Valaſ.conſult.48.nu.10. fallit tamen quando iudex Eccleſiaſticus, petit auxilium.brachij ſecularis,aut in cauſa hæreſis,vt eſt text.in c.vt Inquiſitionis. §.prohibemus,vbi Doctor.de hæret. libr. 6.& Abb in c.1 num.11.de offic.iud. ord. Valaſ. vbi ſupra.

Verbo Sepultura.

1 SEpultura eſt locus concauus factus in loco Eccleſiaſtico , aut in cæmiterio illius,vbi corpus Catholicus conquieſcit, vt tenet Ioan.And.Innocent.Hoſt.Ant. de Butr.Abb.& omnes, in rubrica de ſepult. & ſummiſtæ verb. ſepultura.

2 Sepeliendus eſt vnusquisque Catholicus vbi elegerit ſepulturam, quamuis relinquat ſepulturam maiorũ ſuorum, & eligat locum minùs religioſum.c.1.&.2. §. ſi quis,vbi Doctor.de ſepult.lib.6.& extrauag 1.vbi Ioan.Monach.Card.& alij de ſepult.inter communes,& gloſſ.verb.ad noua in c.fraternitatem,vbi Ioan.And. Innocent.Abb.& alij,& c.de vxore.de ſepult.ſi autem ſepulturam non eligit,eſt ſepeliendus in Sepulchro maiorum ſuorum. c.1. vbi Doctor.de ſepult.& c.is qui. & c.licet pater.eodem titul.lib.6.& Iaſ.in l.2.§ prætor ait.num.3.ff.de in ius vocand.more Patriarcharum,qui fuerunt ſepult. in Sepulchris patrum ſuorum,& etiam Ioſeph.moriens in Ægypto iuſsit aſportare oſſa ſua in ſepulturam maiorum ſuorũ.c. vna quæque.§.item Ioſeph.13.quæſt.2 & Geneſ. c. 50.& ita Iacob.Genſ.c.49.& reg.1.c.31.& alibi,ſi autem Pater,& Auus ſint ſepulti in vna Eccleſia.ab Auus autem,& tritauus,& cæteri maiores ſint ſepulti in alia debet tunc mortuus ſepeliri in Patris ſepultura,& ita ſi Mater ſepulta ſit in vna Eccleſia,& Pater in alia ſemper eſt ſepeliendus in ſepultura Patris,vt tenet Ioan.And. in c.2.de ſepult.lib.6.& Abb.in c.1.nu 5.eodem titul.& Ioan.And.in addit.ſpecul. in titul.de ſepult.ſuper rubrica,& Iaſ. in l. 2. d. §.prætor ait.num 3.ff.de in ius vocand. mulier vero ſepelietur in ſepultura poſtremi mariti.c is qui .§.mulier, vbi Doctor. de ſepult.lib.6.hodie tamen ſi quis nõ elegerit ſepulturam,erit ſepeliendus in ciuitate,caſtro.vel loco,ſeù Parochia. vbi deceſſerit.per extrauag.1.§.volentes.vbi Doctor.de ſepult inter communes,& per illam eſt correctum. c.2. de ſepult. libr.6.

3 Eccleſia tamen Parochialis ſemper habebit ſuam canonicam portionem.c. 1. & c.2. vbi Doct.de ſepult.& clem.dudum eodem titul.& Trid.ſeſſ.25.c.13.de reformat. niſi aliud ſit de conſuetudine,& ita eſt dicendum de illo,qui æqualiter habet domicilium in duabus Parochijs .c. cum quis, vbi Doctor.de ſepult. lib. 6. aut ſi ſe,ſuaq́ꝫ obtulit monaſterio .c. de his, vbi notant ſcribentes. de ſepult.

4 Sepulturam poteſt filius familias maior impubere eligere, quamuis impubes illã eligere non poſsit, ſed pater poteſt illum ſepelire,vbi voluerit, ſi ita erit conſuetudo,aliter autem ſepelietur in Eccleſia.vbi deceſſerit. c.de vxore. §.verum. vbi gloſ. verb. diffinitum de ſepult.& cap.licet.vbi Doct.de ſepult.lib.6. & extrauag.1.§.volentes. de ſepult.Intercommunes.

5 Sepulturam poteſt quicumq́ꝫ Catholicus mutare, quotiescumq́ꝫ voluerit , ſicut illam eligere poteſt non obſtante pacto, aut conuentione de illa non mutando.c.1. vbi Ioan.Monach.Dominic.Anch. & alij. de ſepult.lib.6. immò in ducens aliquem, vt non mutet , aut eligat ſepulturam in aliqua Eccleſia remanet ipſo iure excommunicatus aqua excommunicatione non poterit abſolui, niſi à Romano Pontifice, aut in mortis articulo,quia tunc quicumq́ꝫ ſimplex ſacerdos ab illa abſoluere poterit. d. cap.1.de ſepult. lib 6. & clem.fin. §.vlt. vbi Ioan.And. & alij. de pœn.& Trid.ſeſſ. 14.cap.7 de caſuum reſeruatione.

6 Sepulturam tamen non poteſt religioſus, vel ſeruus eligere quidquid teneat Hoſt. in cap de vxore. de ſepult. quamuis enim ſeruus , aut monachus per obitum abſoluatur à lege ſuperioris,habetur tamẽ reſpectus ad initium, quando ſeruus , ſeù monachus non eſt dominus ſuæ voluntatis, vnde monachus eſt ſepeliendus in ſuo monaſterio,niſi in loco ab illo remoto decedat ita quod ad illud commodè portari non poſsit. cap.fin. vbi gloſſ.vlt.& Ioann. And.Dominic.Anch. & omnes.de ſepult. libr.6. & Innocent. Abb. & alij.in d. c. de vxore. eodem titulo.& tunc ſepelietur in parochia vbi deceſſerit ex d. extrauag.1. §. volentes. de ſepult. intercommunes, & ita videtur eſſe dicendum in Abbate, ſiuè priore , ſeù prælato monaſterij, quoniam appellatione religioſorum comprehenditur Abbas, ſeù Prior , vel Prælatus. vt eſt text.

Digitized by Google

text. in fin.de ſim vbi gl.verb. Abbates. & Doct.& tenet ſumma Ang.ver.ſepultura.§.27.& ita debent cõprendi ſub illa prohibitione.d.c fin.de ſepult.lib.6.quia certè indecens eſſet ſi Abbas, Prior, aut Prælatus alicuius monaſterij, relicto ſuo cænobio, ſepulturam alibi elegiſſet, quamuis Abb. in d. c. de vxore. nu.5. teneat. quòd Abbas, Prior, ſeù Prælatus poſſet eligere ſepulturam, vbicunq; voluerit, & in illis nõ habeat locum. d. c.fin.de ſepult.lib.6.

7 Sepulturã poteſt quis habere in loco ſacro,& religioſo.vt in illa ſepeliri poſsit.nõ tũ quòad proprietatẽ. l.longa. ff.de mort. inferẽd.vbi gl.cõiter approbata. & l.monumẽta. vbi DD.C.de leg.ſed quòad vſum ſepeliendi.vt ipſe,& ſui ſepeliantur. l.2.ff. de relig.& ſũpt.funer.& Gofre.Hoſt.Abb. & oẽs in c.abolendæ.de ſepult.quia locus, ſeù terra ſacra,ſiue religioſa, in qua ſepeliẽdi ſunt mortui,vẽdi nõ põt,nec poſſunt clerici aliquod pretiũ exigere ratione terræ,vbi effodi ſepulturã permittunt.c.abolendæ.vbi gl.ver.ſepultura, & Abb.n.2.de ſepult.& l.ſacra loca,in fin. ff.de rer.diuiſ. & l.2.vbi Paul.de Caſtr ff.de relig.& ſũpt. funer. bene poſſunt tamẽ aliquid petere à laicis ratione illius vſus ſepulturæ.intuitu eleemoſinæ vbi talis fuerit cõſuetudo. arg. tx.in c.ad Apoſtolicã.de ſimon.& tenet gl. verb.exigere.in d.c abolendæ.vbi Hoſt.& Abb.n.7.de ſepult.& Gerip.cõſi.14.n.52.

8 Sepeliens parochianũ alienũ, ſinè iuſta cauſa,tenetur reſtituere corp⁹ defuncti, & omnia,quæ ratione illi⁹ obtinuit.c.ex parte.1.vbi Innoc.Hoſt.Io.ã.And. But.Abb.& oẽs.& c.cũ liberũ ſit. de ſepult. & c 1. vbi DD.de ſepult lib 6.Abb.in c.fraternitatẽ. n.3.eod.tit.&ſũm Ang.ver.ſepultura.§.33.

9 Sufragia,quæ fiũt pro defunctis,ſemper meritoria, & nõ perduntur. nã ſi fiant pro malis hominib⁹,ſunt cõſolationes viuorũ & illis proſunt,pro bonis vero,qui ſunt in requie,ſunt gratiarũ actiones pro mediocriter autẽ bonis, qui ſunt in purgatorio, valẽt,ad illis partẽ pœnæ auferendã. c.cũ Marthæ.§.tertio loco.vbi Doct.de celebr. Miſ.& Abb.in c.fraternitatẽ.n.4.de ſepul.

10 Expẽſæ funeris,quæ ſunt neceſſariæ ad corpus ſepeliendum ſunt debitæ ipſi corpori defuncto,quaſi æs alienũ,& deducũtur ex omni aceruo,& non diminuunt tertiam,in noſtra Luſitania. in quibus expẽſis continetur officium corporis præſentis, aſſociatio, cerei, pulſatio campanarũ oblationes, & cætera,quæ ſecundum conſuetudinem, & qualitatem perſonæ defuncti expedi ſolent ad corpus ſepeliendum l. papinianus. §.quarta.vbi Doct ff.de in offic.teſtam.& l.ſcimus. §.in computatione. C.de iure.delib. & l. 1. §.de impenſa. ff ad leg.falc.Abb.in quæſt.3. n.1.& Gam.deciſ. 308.n.1. & dixi ſup.verb.expenſæ.§.10.

11 Sepultura carere quis poteſt multis de cauſis. primò,qui decimas,retinet,quas iniuſtè poſsidet,& illas nõ reſtituit Eccleſiæ ad quam expectant. c.prohibemus.vbi gl. fin.& Ioan.And.Hoſt.Ant.de Butr.Abb.& alij.de decim.& Guid.Papa.deciſs.283.

12 Secundò,religioſus profeſſus,qui in extremis,conſtitutus cũ peculio fuerit inuẽtus,ſine licentia prælati,& dignè nõ pœniteat. tunc enim debet ſubterrari cũ peculio in ſterquilinio.c.monachi. & c.cum ad monaſteriũ.vbi Doct.& c.ſuper quibuſdã. de ſtat.monach.& Merg.conſil.34.n.15.

13 Tertiò, caſus eſt in eo, qui reliquit in ſuo teſtamẽto presbyterum tutorẽ filiorũ ſuorum. c.neq; apud altare.88.diſt.& cap. Cyprianus.21.quæſt.3.& gl.verb.cõmunicabitur.in c.ex parte.2. de ſepult.

14 Quartò,caſus eſt in quolibet, qui cõſtat deceſsiſſe in peccato mortali, niſi in puncto mortis appareat aliqua contritio, cap. neq; apud.diſt.88.& c.pro obeuntibus.13. q.2. & gl.verb.ſepulturam.in c.2.de ſtat. monach.& gl.ver.in ſterquilinio.in c.cum ad monaſterium.vbi Abb n.14 eodem tit. idem Abb.in Rubric.nu.3.& glo.fin.in c. ex parte.2. vbi Abb. nu.2. de ſepult. & in c.ad audientiam. nu.1. de torneament.

15 Vnde ſi quis ſe præcipitet voluntariè in aquã,& ſuffocatur,aut laqueo ſe ſuſpendit, aut per ferrum,vel per venenũ,ſeù aliquo modo ſibi mortẽ infert.præſumitur deceſſiſſe in peccato mortali,& nõ eſt tradẽdus Eccleſiaſticæ ſepulturæ.c.placuit.vbi gloſ. verb.ad ſepulturam.23.q.5. & gl.verb.pro impijs. in c.pro obeuntibus.13.q.2.& gl. 1.in c.ex parte.2. & ibi Doct. de ſepult.& Abb.in c.2.n.1. de furt.aliter tamen eſt in illo,qui mortu⁹ eſt caſualiter. nã ſi aliquis caſu deceſſerit, vbi credebat ſe euadere poſſe,nõ debet carere Eccleſiaſtica ſepultura,ſed poti⁹ ſunt pro illo præſtãdæ oblationes,& officia diuina. d.c.ex parte.2.vbi gl.1.& Doct.de ſepult.& Arch in c.nõ eſt noſtrũ.23.q.5.& D.Th.22 q.64.art.5.ad 3.

16 Quinto, caſus eſt in illo, qui notoriè erat in peccato,& illi ſuperuenit furor, &

Digitized by Google

amiſit ſenſum, ſi in hoc furore moriatur, antequam à peccato exeat quia dum eſt in furore præſumitur perdurare in illo peccato. facit text. in c maiores. §. fin vbi Doctor. de baptiſm. & l. eum qui. ff de probat. & Paul de Caſtr. in l. ambiguitatem. C. de vſu, & habit & Bart. Paul. de Caſtr. & alij. in l. nunquam. §. fin. ff. de vſucap.

17 Sextò, caſus eſt in excommunicato quia excōmunicatus non poteſt ſepeliri in Eccleſia, nec in cæmiterio illius, & ſi ibi ſepeliatur debēt oſſa eius ex humari, ſi poſſunt diſcerni ab oſſibus aliorum fidelium, & proijci. c ſacris. vbi gl. verb. ex humari. & Doct. de ſepult. & c. ſane. 24. q 2. & clem. 1. vbi gl. verb. publicè, & Ioan. And. Petr. de Anch Imol. & alij de ſepult. & Alfonſ. de Caſtr lib. 2. de iuſt. hæret. pun. c. 18 & ſepeliens ſcienter manifeſtum excommunicatū in Eccleſiaſtica ſepultura fit ipſo facto excōmunicatus. c. Epiſcoporum. de priuileg. lib 6 & clem. 1. vbi gl. verb. ſubiacere, & Doct. de ſepult. Abb. in c cū & plantare. n. 1. & in c. ad hæc. n. 1. de priuileg. ſi autē fuit abſolutus à ſuo parocho. in mortis articulo bene poterit ſepeliri in loco, & ſepultura Eccleſiaſtica, & compelluntur hæredes ſatisfacere. c. fin. vbi Ioann. And. Innocent. Abb. & alij de ſepult.

18 Septimo, eſt in hæretico ſiuè in illo, qui poſt mortem conuincitur de hæreſi. c. ſane profertur. 24. q. 2. & c. Eccleſiam. de cōſecratione. diſt. 1. & gloſ. fin. vbi Doct. in c ex parte 2. de ſepult. quoniā ſepeliens hæreticum ſcienter in Eccleſiaſtica ſepultura, aut eorū factores, defenſores, ſiuè receptatores incurrit excōmunicationem ipſo facto à qua abſolui non poteſt, niſi ex humet corpora eorū, & locus, vbi fuerunt ſepulti remanet prophanus. c. quicumq; vbi gloſ. & Doct. de hæret. lib. 6. Catholicus, tamen ſepultus à ſchiſmaticis non eſt ex humandus, quia illi non nocet talis ſepultura, ſi aliàs bonus ſit. c. à nobis. vbi gloſſ. 1. & Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes. de Sacrament. non iterand.

19 Octauo, eſt in manifeſto vſurario, ſi enim in hoc peccato deceſſerit debet carere Eccleſia ſepultura. c. quia in omnibus. vbi Innoc. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & alij de vſur & c. quamquam, vbi Doct. eod. tit. lib 6. & gl fin. in c. prohibemus. de decim. & ſepeliens ſciēter manifeſtos vſurarios. in Eccleſiaſtica ſepultura fit ipſo facto excōmunicatus, à qua non erit abſoluēdus, niſi prius ſatisfacit illis, quibus iniuria fuit abrogata c. 2. de vſur. lib. 6. & clem. 1. vbi Ioā. And. Imol. Anch. & alij. de ſepul. & Abb. in c. cū & plantare. n 1. de priuil.

20 Nono, eſt in blaſtemante de Deo, aut de Virgine Maria, ſiue de aliquo Sancto huic enim inter dicitur Eccleſiæ ingreſſus, & in obitu carebit Eccleſiaſtica ſepultura. c. fin. vbi DD de maled. & Iacob Nouell. in tract. defenſion omnium reorum titul. quæ perſonæ accuſar. non poſſ. nu. 51. Ioan. Vell. in tract. de pœn. delict. cap. 4. in prin.

21 Decimò, eſt in Eccleſia interdicta, quoniā in Eccleſia interdicta, & tēpore interdicti nullus poteſt ſepeliri, niſi ad hoc habeat ſpeciale priuilegiū. c. cū, & plantare, §. quod ſi tēplarij vbi gl. verb. defunctorū. & Doct. & c. vt priuilegia. de priuileg. & ſepeliens in ſepultura Eccleſiaſtica interdictos, ſeù tēpore interdicti, ipſo facto fit excōmunicatus. clem. 1. vbi DD. de ſepult.

22 Decimoprimò, eſt in quocumq; fideli Chriſtiano, qui ſemèl in anno non fuit cōfeſſus peccata ſua, aut in Paſcha nō ſuſcepit Sacramentum Euchariſtiæ. cap. omnis vtriusq; ſex⁹. vbi Doct. de pœnit & remiſ. & Abb. in c. ex parte. 2. n. 3. de ſepult.

23 Decimoſecundò, eſt reſpectu loci nam ſi in Eccleſia, vel cæmiterio illi⁹ fuit aliquis excōmunicatus ſepultus, nō debet ibi aliquis ſepeliri, niſi prius Eccleſia, vel cæmiteriū ſit reconſiliatū, & corpora excōmunicatorū ſint ex humanda, & reijciēda extra cæmiterium, ſi diſcerni potuerint. c cōſuluiſti. vbi gl verb. cæmiteria, & Doct. de conſecrat Eccleſ. vel alt. & cap. ſi ciuitas. in fin. vbi gl. verb. ſepeliri. & Doct. de ſent. excommunicat. lib 6. & gl. verb pollui. in c. vnico de immunitat. Eccleſ. lib. 6.

24 13 Eſt in Eccleſia vel cæmiterio in quo ſepultus fuit paganus, vel hæretic⁹, ſiue infidelis, quoniā nō eſt ibi aliquis ſepeliēd⁹ donec corpus illius ejiciatur extra cæmiteriū, & Eccleſia, vel cæmiteriū recōſilietur. c. Eccleſiā. in qua paganus. & c. Eccleſiam, in qua mortuorum. de conſecrat. diſt. 1.

25 Decimoquartò, eſt in muliere pregnante, quando partus inutero viuit, aut eſt dubium, tunc enim talis ſepeliri non debet antequam ſcindatur, vt fœtus ab vtero extrahatur. l. negat lex regea. ff. de mort. inferēd. ſi autē eſt certum, quòd fœtus ſit mortuus. ſepelietur cum partu mortuo. vt tenet Hoſt. in Rubr. § an ſit iteranda. verſ. quid ſi mulier pregnās. de cōſecr. Eccleſ. vel altar.

Decimo

26 Decimoquintò, eſt quando fuit pactum initum inter Rectores aliquarum Eccleſiarum, ſiuè inter religioſos aliquorũ monaſteriorum, & Rectores Eccleſiarum parochiarum, de non recipiendis aliquibus parochianis ad ſepulturam, quoniam tale pactum eſt licitum, & obſeruandum, quãuis non valeat pactum, quod parochianus promittat, vel ſe obliget, vel iuret eligere ſepulturam in tali Eccleſia, vel electam non mutare. cap. 1. vbi gloſſ. verb. elegerint. & Dominic. Ioan. And. Franc. Anch. & omnes. de pact. lib. 6.

27 Decimoſextò, eſt in Eccleſia, monaſterio, religione, aut capella, quæ non habet populum, nec priuilegium, aut ſit conſuetudo, vt in illa mortui ſepeliri poſsint. vt tenet Innocent. Ioan. And. & alij in c. 1. de ſepult. Merg. conſil. 38. nu. 22.

28 Decimoſeptimò, eſt in creditore, qui habet inſtrumentum garentigium, tunc enim poteſt creditor ille detinere cadauer debitoris, ne ſepeliatur, donec debitum ſoluatur ſecundũ Angel de Peruſ. in auth. vt defunct. ſeù funer. eorũ. coll. 5. in prin. add. Abb. in c. ex parte. 1. de ſepult. cõtrarium tamen eſt verius, & opinio Angel. eſt communiter reprobata. immò nullus poteſt detinere corpora defunctorũ ratione debiti, nec eorum ſepulturam impedire. auth. vt cum de appellat cogn. §. hæc autẽ depoſuimus. verſ. me minimus. vbi Doct. coll. 8. & Ant. de Butr. in c. cum dilectus. §. nos igitur. col. 13. verſ. quid ſi aliquis. de ord. cogn. & idem Ant. de Butr. & Abb. n. 3. in c. ex parte. 1. de ſepult. & Guill. de Bened. in repet. c. Raynuntius. ver. mortuoq; teſtatore. 1. n. 56. de teſtam. & Fel. in c. ſicut de Iudæ. & Sarracen. & Rodr. Suar. in l. poſt rem iudicatam in 1. extentione. & 5. & eſt ſententia ab omnibus recepta.

29 Decimooctauò, eſt in Eccleſia, vel cæmiterio ſanguinis, vel ſeminis effuſione polluto, quoniam antequam reconſilietur nemo in eo ſepeliri poteſt, quod intellige, de ſanguine humano iniurioſè effuſo, & ſemine humano luxurioſo. cap. vnico. vbi gloſſ. & Dominic. Ioan. And. Arch. & alij. de conſecret. Eccleſ. vel alt. lib. 6.

30 Decimononò, eſt in publicis latronibus, ſeù alijs, qui in pendentibus facinoribus moriuntur, quoniam ſi latrones in furando, ſeù deprædando occiduntur, non eſt pro illis orandum, nec ſunt tradendi Eccleſiaſticæ ſepulturæ. cap. fures. vbi Doctor. de furt. & cap. placuit. 23. quæſtion. 5.

31 Viginti, eſt in illo, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, à iure vel, ab homine, quoniam durante tali interdicto, non debet ſepeliri in Eccleſia, vel in cæmiterio illius. c. is cui. vbi Dominic. Ioan. Andr. & & alij de ſent. excommunicat. lib. 6.

32 Vigintiprimò, eſt in publicis clericorũ cõcubinis, quæ decedũt in hoc peccato nã hæ debent carere Eccleſiaſtica ſepultura per conſtitutionẽ Cardinalium. in titul. de cohab. cler. & mul. in 1. conſtitutione.

33 Vigintiſecundò, eſt in illis, qui moriũtur in torneamentis, & ad illa venerunt cauſa ludendi, & non tantum cauſa vidẽdi, quoniam ſi cauſa videndi veniſſent ad torneamenta, & caſu deceſsiſſent, non carerent Eccleſiaſtica ſepultura. c. 1. & c. 2. vbi Doctor. de torneament. & ita in illis, qui moriuntur in agitatione taurorum. per motum prop. Pij V. fol. mihi 73. & Merg. conſil. 23. num 37.

34 Vigintitertiò, eſt in manifeſtis raptoribus, & Eccleſiæ violatoribus, nam ſi malè ablata non reſtituant, ſi potuerint, vel non fecerint emendandi firmam, & plenam ſecuritatem, non ſunt admittendi ad pœnitentiæ beneficium, vt mereantur abſolutionem, nec ad Eccleſiaſticam ſepulturam ſi vſq; ad obitum in contumacia perdurauerint. cap. ſuper eo. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij. de rapt.

35 Vigintiquartò, eſt in clerico publico cõcubinario, ſi vſq; ad obitum in illa fornicatione iaceat. c. presbyter. & c. ſi qui ſunt præsbyteri, & c. ſi quis à modo. diſt. 81.

36 Vigintiquintò, eſt in moriente in duelo quoniam qui in ipſo conflicto, deceſſerit, perpetuò carebit Eccleſiaſtica ſepultura, ex Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reform. & tenet Fab. in §. interdum. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. & Nau. in Manu. c. 11. nu. 39.

Verbo Sequeſtratio.

1 SEqueſtratio eſt ſeparatio rei de qua agitur, quoniam dum res eſt apud ſequeſtrum depoſita, nec actor, nec reus poſsidet. l. licet. vbi Doct. ff. depoſit. & gloſſ. in ſumma. in clem. vnic. vbi Doct. de ſequeſtr. & eſt prohibita, & non debet fieri, niſi in caſib⁹ expreſsis, & iuris ordine obſeruato. l. vnica. vbi Doct. C. de prohibit. ſequeſt. & Abb. in c. 2. n. 7. de ſequeſtr. & Doct. in Rubric. eodem tit. & Gerip conſil. 47. n. 26.

2 Sequeſtratio alia eſt voluntaria, & alia neceſſaria, nam ſequeſtratio voluntaria eſt illa, quæ fit partium voluntate, quando inter illos eſt contentio de aliqua re ſolent illam deponere apud aliquem, qui illam tradat vincenti, & interim nemo ex contendentibus poſsidet, ſed ille apud quem res eſt depoſita. cap. examinata. vbi Doct. de iud. & d. l. licet. vbi Bart. ff. depoſit. & l. intereſſe puto. vbi etiam Bart. ff. de acquirend. poſſ. & Abb. in cap. 2. nu. 11. de ſequeſtr. & Doct. in l. vnica. C. de prohib. ſequeſt.

3 Sequeſtratio neceſſaria eſt illa, quæ fit à iudice ſine alicuius partis conſenſu, quando nemo poſsidet, tunc enim fit officio iudicis, & aliquando fit ad petitionem vnius litigantis, ne veniant ad arma. vt notant Doct. in l. vnica. C. de prohibit. ſequeſtr. & in l. æquiſsimum, aliàs. l. ſi cuius. §. æquiſsimum. ff. de vſufruct. Abb. in cap. 2. num. 12. de ſequeſtr. & ſpecul. in titul. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. in prin. & in titul. de expẽſ. §. poſtremo. circa prin. & Bald. in l. fin. C. de ord. cogn. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatisdatum. num. 27. ff. qui ſatisd. cogant. & Meneſius. in Rubric. num. 5. C. de tranſact. quando enim nemo poſsidet, & prætendentes aliquam ſucceſſionem, poſſunt venire ad arma, vnde eſt praxis, vt iudex ſequeſtret fructus donec via ordinaria cauſa terminetur, & prohibeat vtriq; parti ingreſsionem. ex Bart. in l. æquiſsimum. quam legit ſub. §. ſed ſi inter duos. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtat. & Iaſ. & Meneſ. vbi ſupra. Valaſ. conſult. 191. nu. 33.

4 Sequeſtrum non debet facile concedi, ſed quando ſummariè conſtat eſſe dubium inter ſucceſſores maioratus, aut conſtat de aliquo debito, ob quod fit ſequeſtratio, quia debitor non commoratur, nec habet domicilium, vbi tenetur ſoluere, & ſunt res, quæ ſequeſtrari poſſunt, & recedere poteſt cum detrimento creditoris, quia l. vnica. & titul. C. aſsignatur de prohibita ſequeſtr. & ibi Bald. & alij. idem Bald. in cap. olim ex litteris. col. 3. de reſcript. & Alex. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatisdatum. ff. qui ſatisd. cog. Valaſc. conſult. 159. num. 20.

5 Sequeſtratio facta loco miſsionis, propter ſcandalum euitandum debet reuocari oblata cautione. cap. 1. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſequeſtr. Abb. in cap. 2. num. 10 & num. 14. de dolo. & contumac. Leo. in tract. noui oper. nunciat. cap. 3. nu. 19. quia facta ſecuritate, per idoneam cautionem non debet negari reuocatio ſequeſtri. ex notatis per Aug. Beroum. in cap. 1. à nu. 33. de in integr. reſt. & Gozad. conſil. 100. num. 21. Valaſ. conſult. 111. num. 21.

6 Sequeſtratio fit decem, & ſex caſibus, quos refert gloſ. in l. vnica. C. de prohibit. ſequeſtr. & Abb. in cap. 2. à num. 7. de ſequeſtr. & in cap. fin. §. in alijs. num. 15. vt lit. non conteſt. vbi videre poteris, & in alijs caſibus mente tene, quòd titulus eſt de prohibita ſequeſtratione.

7 Res ſequeſtratæ venduntur auctoritate iudicis, ſi ſeruando ſeruari non poſſunt, aut timetur de illarũ corruptione, & pretium, quod ex illis recipitur remanet loco, ſequeſtri. facit text. in l. litibus. vbi Bart. num. 12. C. de agric. & cenſit lib. 11. & l. fin. §. & intra annum. vbi Bart. num. 1. ff. de requirend. reis. & l. is cui legatorum. §. quæri poterit. vbi Doctor. ff. vt in poſſ. leg. vel fideicommiſſ. & Abb. in cap. 2. num. 26. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & ita ſi aliquo tempore venire expediat. ex d. §. quæri poterit, & in ſequeſtro voluntario. id facere poterit ſolus ſequeſter. ex Bart. in d. l. litibus. d. numer. 12. C. de agric. & cenſ. lib. 11. per text. in l. ſi oleum. aliàs. l. ſi quis ad firmauit. §. labeo. ff. de dolo. mal.

Verbo Seruitus.

1 SEruitus eſt triplex alia namq; eſt perſonalis, alia realis, & alia mixta quamuis illa mixta poſsit perſonalis appellari. l. 1. vbi notant ſcribentes. ff. de ſeruit. & Cæp. cap. 1. de ſeruit.

2 Seruitus perſonalis alia eſt, quæ debetur ab homine homini, & dicitur conſtitutio iurisgentium. qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. cap. iusgẽtium. diſt. 1. & cap. cum Redemptor. 12. quæſ. 2. & § ſeruitutes. inſt. de iure perſon. & l. libertas. ff. de ſtatu. hom. alia eſt quæ debetur à perſona rei, quæ eſt illa, de aſcriptitijs. l. fin. C. de tranſact. & l. poſſeſſionem. C. communia vtriusq; iud. & l. colonos. 1. & l. cum ſatis. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. & l. 2. C. in quib. cauſ. colon. cenſ. lib. 11. & l. quicumq;. C. de remilit. lib. 12.

Digitized by Google

lib. 12. & hi aſcriptitij iam apud nos non ſunt in vſu, quoniam hodie nullus liberna tus ſit ſeruus, auth. ſed hodie, vbi communiter Doct. C. de donat. inter vir. & vxor. & alia eſt, quæ debetur a re perſonæ, & hæc eſt mixta, velut vſus fructus, & vſus & habitatio. l. 1. & per totum. ff. de vſu fruct. & quemadmod. & l. 1. & per totum. ff. de vſu & hab. attamẽ hæc ſeruitus appellatur perſonalis, vt eſt text. in l. 1. vbi Doctor. ff. de ſeruit. & cæp. cap. 3. de ſeruitut.

3 Seruitutes reales ſunt illæ, quæ debentur à re rei, & non poſſunt eſſe, ſine prædijs, altero dominante, & altero ſeruiente. l. 1. vbi Doct. & l. ſi quis duas, vbi etiam notant ſcribentes. ff. communia præd. & §. ideo autem inſt. de ſeruit. & cæp. cap. 2. de ſeruit. & hæ ſeruitutes reales, aut cohærẽt prædijs Vrbanis, aut Ruſticis, & dicuntur iura, & qualitates illorum. l. quid aliud. ff. de verb. ſign. & l. 1. & per totũ. ff. de ſeruit. vrb. præd. & ff. de ſeruitut. prædior. ruſt.

4 Prædia alia ſunt vrbana, & alia ruſtica, nam prædia vrbana dicuntur omnia ædificia, cauſa habitandi facta, tàm in ciuitate, quàm in oppido, ſeù pago. l. 1. vbi Doctor. ff. communia præd. & l. vrbana prædia. ff. de verb. ſign. & § prædiorum inſt. de ſeruit. & Alciat. & Reb. & alij in d. l. vrbana prædia. cæp. cap. 11. de ſeruitut. prædia autem ruſtica dicuntur omnia prædia, ſine domo ad habitandum, quamuis habeant tectum pro fructibus colligẽdis, vel ſit ſtabulũ pro equis bouibus, pecoribus, & cæteris animalibus, quoniam cum ſint ſeparata ab omni ædificio habitationis, dicuntur prædia ruſtica. l. 1. & per totum. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & gloſſ. verb. prædijs. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſt.

5 Duplex actio competit pro ſeruitutibus vindicandis, videlicet, confeſſoria, & negatoria, l. de ſeruitutibus, vbi Doctor. & l. loci corpus. § competit. ff. ſi ſeruit. vind. & l. vti frui. ff. ſi vſus fruct. pet. confeſſoria enim competit alicui ratione iuris ſeruitutis debitæ prædio ſuo, vel quaſi ſuo, & actione confeſſoria illam petit contra perturbatem, vel impedientem ſeruitutem. l. 2. vbi Doctor. & d. l. loci corpus. §. in confeſſoria. ff. ſi ſeruit. vind. & l. harum, vbi etiam notant ſcribentes. ff. eodem, & l. ſi prius quàm, vbi Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Imol. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & omnes ff. de noui oper. nunciat. & l. ſi quis §. agi autem. ff. ſi ſeruit. vind. & Iaſ. num. 55. & Oinot. num. 7. & Meſing. num. 7. in §. æque ſi agat. inſt. de act. & actio negatoria ſeruitutis competit, contra illum, qui vtitur ſeruitute, quæ prædio ſuo non debetur, l. Egi ius. & l. ſi cum meus, vbi Doctor. ff. ſi ſeruitut. vind. & l. ſi quando. ff. eodem, & l. ſed ſi inter. ff. de ſeruitut. vrb. præd.

6 Seruitus alia promiſſa, & alia conſtituta, ſi tamen promiſſa fuerit nulla erit confeſſoria actio, ſed perſonalis ex contractu, in conſtituta verò ſic, & eſt conſtituenda per illam partem, per quam prædium ſeruiens minus lædatur, quia non licet per medias vineas, ſeù per medium fundum ire ſed per illam partem, quæ minus lædat, poſt ſeruitutem tamen conſtitutam, illam mutare non licet. l. ſi cui ſimpliciter, vbi Doctor. ff. de ſeruitut. & l. ſed quæ. ff. de ſeruitut. ruſt. præd. & ſi fuerit legata erit electio hæredis per quam partem fundi illam conſtituere velit. ſine fraude tamen legatarij. l. ſi via, iter. vbi Bart. ff. de ſeruit. præd. ruſt. ſi autem antea fuerat conſtituta, & nunc eſt confuſſa debet reſtitui. l. ſi ei cuius, vbi Bart. ff. cõmunia præd. & etiam indiuiſione imponi poteſt, vt vnum prædium alteri ſeruiat l. cum eſſent, vbi Doct. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. duorum, & l. ſi quis duas. ff. communia præd.

7 Seruitus antequam certo loco ſit diſtinata debetur ex toto fundo, ita vt omnes glebæ ſeruiant, & dominus fundi debentis ſeruitutem non poteſt facere aliquid in agro, quo ſeruitus impediatur, vbi tamen ſeruitus vna parte fundi determinata fuerit, cæteræ fundi partes liberæ remanent, quæ limitatio, per iudicem, fieri debet, l. certo genere. § ſi totus, vbi Bart. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. ſi quis Sepulchrũ. ff. de relig. & ſumpt. funer.

8 Seruitutem tamen debẽs poterit illam mutare, & variare, ſi id ſine incommodo alterius fundi, cui ſeruitus debetur. fieri poteſt l. 2. §. ſed ſi non minus. ff. de relig. & ſumptib. funer. & gloſſ. verb. non liceret. in l. ſi cui ſimplius. ff. de ſeruit. & Bart. num. 5. ibidem, & Paul. de Caſtr. & Alex. in l. 2. ff. Solut. matr. & Fulg. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut. vrb. præd. & Rom. & Iaſ. num. 8. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat. idem Iaſ. in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum. nu. 26. ff. de legat. 1. & cæp. de ſeruit. ruſt. præd. §. de ſeruitutibus itineris

Digitized by Google

col.2 quod enim tibi non nocet, mihi impedire non poteſt. etiam in re communi. l. fiſtulam. vbi gl fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. licet ille, cui debetur ſeruitus non poſsit mutare. vt tenet Bart. vbi ſupra, & Leo. in tract. noui oper. cap. 3. nu. 5.

9 Seruitus non acquiritur ſinè facto hominis, & bona fide. l. 1. §. idem. vbi Paul. de Caſtr. & l ſi in meo. ff. de aqua plu arc. & l. fin. vbi gloſſ. verb. creditor. vbi Doct. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. hæc autem. vbi glo verb. & officiendi, in l. 1. ff. de ſeruit. præd. ruſt. Abb. in c. cum Eccleſia Sutrina. num. 22. de cauſa poſſ. & propr. & Merg. conſil. 14. num. 29.

10 Seruitus aquæ non acquiritur per venas fundi, nam ſi aqua diſcurrat per ſe ipſam ex fundo ſuperiore ad fundum inferiorem per venas ſubterraneas, & dominus fundi inferioris, qui fortè habet in fundo ſuo fontem, ſeù puteum, vel molendinū, nihil fecit in fundo ſuperiore ſciente, & patiēte domino fundi, prohibere nō poteſt dominum fundi ſuperioris, ne effodiat in ſuo fundo, ad aperiendas venas aquæ, vt illam illinc in aliā partem ducat, & impediat, ne currat ad fontem, puteum, ſeù molendinū domini fundi inferioris, quāuis, per mille annos, ad fundum inferiorem aqua illa per venas ſubterraneas decurriſſet, quia tunc dominus fundi ſuperioris vtitur iure ſuo. l. fluminum, §. fin. vbi Doct. & l. proculus. ff. de damno. infect. & l. 1. §. idem aiunt. vbi Paul. de Caſtr. & l. ſi in meo. vbi Doct. ff. de aqua plu. arc. & cæp. cap. 4. col. 19. verſ. dubium in hoc ſolum remanet. de ſeruit. præd. ruſt. & Bald. in c. 1. §. ſi quis de manſo. col. 6. in titul. de contr. in veſt. & Balb. in tractat. de præſcript. 2. part. quart. part. principal. quæſt. 4. nu. 3. & Iaſ. in l. ſi ſeruus. num. 3. ff. delegat. 1.

11 Seruitus non requirit titulum, in præſcribendo ſed ſcientiam, & patientiā aduerſarij, nec in ſeruitutibus datur poſſeſsio, cum ſeruitus ſit in corporalis, ſed datur quaſi poſſeſsio. l ſi ædes meæ. §. fin. ff. de ſeruitut. vrb. præd. & l. ſeruus. §. in corporales. vbi Doct. ff. de acquirēd. rer. domin. & l. ſeruitutes. 14. vbi Doct. ff de ſeruitut. & l. foramen. ff. ſi ſeruit. vind. & in iſtis rebus in corporalibus ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, habetur pro traditione. l. quotiēs. vbi Bart. n. 3. ff. de ſeruit. & l. 1. §. traditio. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. omnium. verſ. dare. ff. de vſufruct. & l. 2. vbi Doct. C. de ſeruitut. & aqua. & Iaſ. in l. 1. n. 64. ff. de acquirēd. poſſ. & in l. ſi domus. §. de euictione. n. 20 ff. delegat. 1.

12 Seruitus alia dicitur continua, alia diſcontinua, alia quaſi continua, & in hoc multum differt in acquirendo, & præſcribendo. facit text. & Bart. ibi in l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. præd. & eſt gl. ver. certam. in l. ſi ſeruitutes. 14. vbi Doct. ff. de ſeruitut. & Gerip. conſil. 47. nu. 26.

13 Seruitus continua dicitur illa, quæ ſemper habet cauſam continuam, & perpetuā, & ſemper eſt in vſu actualiter, & potentialiter, vt eſt ſeruitus, quæ in ſuperficie conſiſtit, & in tigno immiſſo, & ſimilibus. l. ſeruitutes. vbi Doctor. ff. de ſeruit. vrb. præd.

14 Seruitus autem quaſi continua dicitur illa, quæ eſt perpetua in potentia, ſed non eſt actualiter in vſu, ſicut eſt ſeruitus ſtillicidij, vel ductus aquæ. ex cœlo cadentis. l. foramen. vbi Bart. ff. de ſeruitut. vrb. præd.

15 Aquæ tamen ductus poſtquam per riuum, ſeù canalem eſt diriuatus à principio per factum hominis, dicitur ſeruitus continua, quamuis continuò non fluat, ſicut tignum immiſſum, quod per ſe ipſum continuat. l. 1. vbi Doct. ff. de ſeruitut. vrb. præd.

16 Seruitus aquæ ducendæ bene poterit competere alicui diſcontinuè per dias, & per horas. l. ruſticorum. vbi Doct ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. aquam. ff. quēadmod. ſeruit. amitt. & l. cum conſtet. §. inter duos. ff. de aqua quot. & æſt. & ſi aqua per dias, & horas ad plura prædia ducatur, tunc plures ſunt ſeruites, & poteſt vna amitti, altera remanente; & quod vnus perdit alteri non acreſcit. vt inquit Bart. in d. l. aquam. ff. quemadmod. ſeruit. amitt.

17 Seruitus diſcontinua dicitur illa, quæ non habet cauſam continuam, nec ſemper eſt in vſu actualiter, & potentialiter, ſed per interpoſitionem, & in ſui vſu requirit factum hominis, quod non poteſt eſſe continuum. vt eſt ſeruitus actus, itineris, & viæ, & in ſimilibus, quia nemo tàm perpetuò, & tàm continenter ire poteſt: vt nullo momento poſſeſsio eius interpellāri videatur. l. ſeruitutes. 14. vbi Doct. ff. de ſeruit. & hoc etiam procedit in ſeruitute reali iuris paſcendi, ſeù aquæ ductus, à puteo vicini auferendi; ſiuè pecora ad aquādi, aut ad fontē adeundi, & ſimilibus.

l. ruſti-

Digitized by Google

l.ruſticorum,& l.item ſic poſſunt. in prin. & in.§.qui habet & l.pecoris. ff.de ſeruitut.præd.ruſt.& Innocent. Abb.Fel.& alij. in c.de quarta. de præſcript.& cæp. c.19. col.2.verſ.circa quod de ſeruit.vrb.præd. & eſt differētia in hac ſeruitute iuris, paſcēdi,ſeù aquæ ductus. nam ſi dominus pecorum habet prædium,vbi pecora commorentur,& iaceant recipiantur, & reducantur,acquirit ſeruitutem prædialē, quæ tranſit cum ipſo iure in hæredem, licet ope exceptionis extinguatur cum perſona,non tamen ipſo iure.ſi autem non habet prædium dominans. dicitur perſonalis ſeruitus, quæ extinguitur cum perſona l.item ſic poſſunt, & l. pecoris, vbi gl. & Bart.ff.de ſerut. præd.ruſt.idem Bart in l.mela.§.fin.ff de aliment.& cib.legat.

18 Seruitutes tamen mixtæ quæ debentur a re perſonæ,vt eſt vſus fruct⁹,iuriſdictio, & ſimilia dicuntur continuæ. quoniam iſtæ ſeruitutes ſemper animo poſsidentur, ſeù quaſi poſsidentur, quamuis actus ſint diſcontinui.facit text.in l. poſsideri .§. in amittenda.ff.de acquirend.poſſ.& Bart. in l. iuſto.§.non mutat.nu.3.ff. de vſu cap. & Cin.in l.2.C.de ſeruit.& aqua.& glo.verb. quaſi.in l.ait prætor. §. item ei .ff ex quib. cauſ.maior.& Bart.in l. naturaliter. nu. 1. & in l.1.in prin.nu.12.& Rip.nu.14.ff.de acquirend.poſſ.& Cou.ru.in regul. poſſeſſor.2.part.in prin.nu.4. Padilla. in d. l. 2. nu.2.& 3.C de ſeruit. & aqua.

19 Seruitutes continuæ, ſeù quaſi continuæ præſcribuntur tempore decennio inter præſentes,& inter abſentes tempore viginti annorum, ſi quis non vi, non clam. non precario vtetur ſeruitute illa ſicut res immobilis l. 1.vbi gloſſ.verb.longi tēporis,& ibi Doctor.& l.2. vbi etiam notāt ſcribentes.C.de ſeruitut.& aqua.& l. foramen.ff.de ſeruitut.præd.vrb.& gloſ. verb. certam in l.ſeruitutes.14.vbi Doctor.ff.de ſeruit.& cæp.de ſeritut.vrb.præd. cap.19. col.2.& Innocent.& Abb.nu.21.& alij in c.de quarta de præſcript.& l.ſi quis diuturno,vbi gloſſ.verb forte tot.vbi Bart. ff. ſi ſeruit.vind.& Iaſ.in l.1.nu.76.de acquirend.poſſ.& gloſſ.verb. breuitatem. in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſ. & prop.

20 Seruitus autem habens cauſam diſcontinuam requirit in ſua præſcriptione tempus in memoriale quoniam curſus tanti temporis habet vim priuilegij. c. ſuper quibuſdam, vbi gloſſ. verb. non extat. de verb.ſign.& l.hoc iure.§.ductus aquæ, vbi Doctor.ff.de aqua quotid.& æſt.& l.1.§.fin. ff.de aqua plu.arc. & gloſſ.verb. certam in l ſeruitutes.14 ff.de ſeruitut.& gloſſ.verb. quæſiſtit in l.2. C.de ſeruit. & aqua. & Innocent.Ioan.And.Ant.de Butr. Abb. Fel. & alij.in c.de quarta.de præſcript. & cæp. de ſeruitut.vrb.præd. cap.19. col.2. verſ. primo.quando quis,& Iaſ.in l.1.nu.76. de acquirend. poſſ.quamuis ipſemet Iaſ. in l. qui in aliena.nu.44 ff.de acquirēd. hæred. teneat quòd etiam in ſeruitute diſcontinua ſufficiat tempus decem annorum, ſed hoc ſuſtineri poterit,quando ſeruitus cōſtitura fuiſſet titulo donationis, quia tunc ſufficeret tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam in ſeruitute diſcontinua.

21 Vtrum ille,qui vtitur ſeruitute diſcontinua, ſufficiat allegare titulum, quamuis illum non probet per inſtrumenta,vel per teſtes,eſt magna controuerſia inter Doct. & regulam affirmatiuam tenet gloſſ.verb. certam.ad fin.in l.ſeruitutes .14. ff. de ſeruitut.dicens ſufficere illum probare per coniecturas,videlicet per ſcientiam, & potentiam domini fundi,qui ſeruitutem debet arg. text. in l.cum de in rem verſo.ff. de vſur.& tenet gloſ.verb.diu.in l.1.§.fin. ff.de aqua plu.arc.& Azo. in ſumma C. de ſeruit.§ item conſtituantur ſeruitutes, & Innocent in c.ſi deligenti.de præſcript. & Ioan.And. in c. peruenit. decenſ. & Bart. Flor.Aret.Paul.de Caſtr. & communis. in l.ſeruitutes.14.ff.de ſeruitut. & cæpol. de ſeruit.vrb.præd.cap.19 col.3.verſ. ſecundus,& Doctor. in l.qui in aliena.§. ſed & non adierit.ff de acquirend.hæred. contrariam tamen opinionem tenet Petr.de Bellap & Cin.& Iacob.Butr.& Rain.in l.ſi certis annis C.de pact.& Angel.ibidē in rep. quam opinionem,contra communem,veriorem exiſtimo,& illam video obſeruari in praxi,quoniam ſi daretur quòd ſufficeret allegare titulum,quamuis non probetur ad nihilum ſeruirent leges ſupra relatæ, conſtituentes ſeruitutes diſcontinuas non præſcribere,niſi vſus illarum exiſtat per tempus immemoriale,quia facile erat allegare titulum, ſi illum probare neceſſe non eſſet,nec tunc daretur differentia inter ſeruitutem continuam,& diſcontinuā, quia etiam in continua requiritur ſcientia, & patientia domini fundi ſeruientis,

Sſ 4 vnde

Digitized by Google

vnde in iudicando, & conſulendo in hoc caſu non obſerues communem.

22 Seruitute vtens vi, clam aut præcario, non poterit præſbere, etiam in ſeruitute continua .l. ſi præcario, vbi Doctor. ff. cõmunia præd. & l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuq; priu. & facit text. in l fin. ff. quemadmod. ſeruit. vind. & l. 1. vbi Doctor. C. de ſeruitut. & aqua, & gloſſ. verb. certam in l. ſeruitutes. 14. ff. de ſeruitut. & ille, qui vtitur ſeruitute debet probare aliquid, propter quod motus fuit ad credendum ſibi ſeruitutem deberi .l. 1. §. ſed & ſi hoc iure. ff de aqua quotid. & æſtiu. & hoc probato, tunc alteri parti in cumbit onus probandi. quòd ille ſit vſus. vi, clam aut præcario. l. inde etiam. ff. de itiner. actuq; priuat. & Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. nu. 12. ff. eodem, nec vtens furtiuè poteſt præſcribere. l. vſum, vbi Bart. C. de aquæ duct. lib. 11.

23 Seruitus continua amittitur tempore decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes illa non vtendo .l. ſicut, vbi Paul. de Caſtr. C. de ſeruit. & aqua hoc tamen eſt intelligendum in ruſtica ſeruitute, in vrbana enim, non ſufficit non vti, ſeruitute illa, ſed requiritur, quòd dominus prædij ſeruientis illam impediat, l. hæc autẽ. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. ſi quis §. ſi cum ius. vbi Bart. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & gloſſ. verb. vna in fin. in l. ſi ſic. ff. eodem, & Innocent. Ant. de Butr. & Abb. num. 31. in c. de quarta de præſcript.

24 Seruitus autem diſcontinua, & quæ nõ habet vſum continuum, nec per interuallum dierum, ſeù noctium, ſed per annos, vel menſes, amittitur tempore duplicato, videlicet viginti annos inter præſentes, & quadraginta inter abſentes. l. ſi ſic conſtituta. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. fin. in prin. vbi Doctor. C. de ſeruit. & aqua. & gloſſ. verb. per ſingulos annos. in l. notiſſimi. §. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & gloſſ. verb breuitatem temporis in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & prop. & Abb. in c. de quarta. num. 31. de præſcript. alij tamen dicunt non duplicari, niſi tempus decem annorum, & ita ſeruitus diſcontinua tam inter præſentes, quàm inter abſentes amittitur tempore viginti annorum, vt tenet gloſſ. fin. in l. pen. C. de ſeruit & aqua & Bart. Bald. & alij in l. fin. eodem titul. & Bald. in auth. ex teſtamento. C. de collat. & cap. de ſeruitut. vrb. præd. cap. 24. col. 2. ſed prima opinio mihi videtur verior. cum enim d. l. ſi ſic. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. ſimpliciter dicat, quòd in ſeruitutibus diſcontiduis duplicetur tempus, debet intelligi, tàm de tempore inter præſentes, quàm inter abſentes.

25 Seruitus tamen debita prædio Eccleſiæ non amittitur niſi pacio quadraginta annorum, quoniam aduerſus Eccleſiam nõ currit minor præſcriptio, quàm quadraginta annorum. c. de quarta. vbi Doctor. de præſcript. & auth de Eccleſiaſt. titul. §. pro temporibus, vbi etiam notant ſcribẽtes. coll. 9.

26 Qui tamen habuit iuſtum impedimentum ſeruitute non vtendi poteſt reſtitui. l. vnus ex Socijs. §. ſi Fons. & l. Atilicinus. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l ſi locus. ff. quemad mod. ſeruit. amitt. & l. ſi ager cuius. & l. cũ vſum fructum. ff. quib. mod. vſus fructus, amitt. & Bart. in d §. ſi Fons.

27 Seruitutem etiam amittit ille, qui vtitur alio tempore, quàm quo ſibi debetur. nam ſi quis habeat aquàm nocturnam, & illa non vtatur per tempus ſufficiens ad illam amittendam, ſed vtatur diurna, tunc amittit aquã illam nocturnam, & ſeruitutem illius, quoniam per vſum aquæ diurnæ, non retinetur nocturna .l. ſi communem. §. ſi is qui, vbi Doctor. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. ſecùs tamen ſi quis vtatur ſeruitute pluſquàm debito tẽpore, quia tunc non amittet ſeruitutem competentem, puta ſi latiore itinere vſus ſit. aut ſi plura iumenta ducat, quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam, & in ſimilibus. l. is cui via, vbi Doctor. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. ſi eo loco. §. qui latiore; vbi etiam notãt ſcribentes. ff. ſi ſeruit. vind.

28 Seruitutem habens ducendi aquàm certam per fundum alterius, non poteſt recipere aliam aquam ex fundo vicino, vt magis effundatur in fundum ſeruientem, & recipientem aquam fluentem ex fundo ſuperiore, & ſi quis habeat ſulcum ad ſuſcipiendam aquam fluentem ex ſuperiore fundo, non cogitur ſuſcipere aliam aquam niſi conſuetam. l. is qui duo, vbi Bart. ff. de ſeruitut. ruſt. præd. & ſi dominus fundi ſuperioris aliam aquam recipiat in fundo ſuo, & illam immiſceat, vt magis effluat in fundum inferiorem ſeruientem, poteſt a domino fundi in tota prohiberi, quamuis ſecus ſit in ducendo certo numero pecorum quia tunc non poteſt prohiberi, niſi

in illo

Digitized by Google

in illo plure, quod ducere non poteſt eò quòd pecora ſeparari poſſunt. aqua vero ſeparari non poteſt, quoniam ſi aqua potuiſſet ſeparari, idē, quod dicimus de pecoribus, eſſet dicendū. l. 1. §. illud. ff. de aqua quot. & æſt. & facit regul. vtile. vbi gloſſ. & Doctor. de regul. iur. lib. 6.

29 Seruitutem aquæ ducendæ habens per fundum alterius, non poteſt ex riuo concedere alteri hauſtum aquæ, nec poteſt ad aliam partem, aquam ducere, niſi ad illam, ad quam ſeruitus eſt conſtituta. l. ex meo. vbi Bart. & l. cum eſſent. §. per plurium. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. 1. §. illud. ff. de aqua quotid. & æſtiu. & l. non modus, vbi Paul. de Caſtr. C. de ſeruitut. & aqua poſtquam tamen in fundum fuerit ingreſſa, bene poterit illam, ad aliam partem ducere, ſiue ad prædium, quod ſuo adiunxit, ſine præiudicio tamen fundi ſeruientis. d. §. illud. & gloſ. verb. poſſit. in d. l. ex meo. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

30 Seruitus, quæ vni debetur, non poteſt ab altero deteriorari, licet meliorari poſsit. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium, vbi Doctor. ff. de ſeruitut. præd. vrb. & l. per quem. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. & ſi forte. §. fin. vbi Doctor. ff. ſi ſeruit. vind. Leo. in tract. noui oper. cap. 3. nu. 19.

31 Seruitutem habens eundi per multos fundos, ſi tantùm ierit per vnum, & non per alios. per temporis ſpacium, quo ſeruitus amittatur. nihilòminus tota ſeruatur ſeruitus, quoniam ſeruitus viæ, itineris, ſeù aquæ ductus eſt indiuidua, & non poteſt pro parte retineri, & pro parte amitti, nec pro parte venire in obligationē, & pro parte non ſed aut tota retinetur, aut tota amittitur, & aut tota acquiritur, aut nulla, l. vna eſt via, vbi Bart. ff. de ſeruit. præd. ruſt. & l. ſi ſtillicidij. §. is, qui & l. aqua ff. quemadmod. ſeruit. amit. & l. pro parte, vbi Doctor. ff. de ſeruitut. & l. viæ. itineris, vbi Bart. ff. eodem tit. & l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. & l. ea quæ in partibus, & ibi Dec. nu. 1. ff. de regul. iuris, & Iaſ. in l. ſi pluribus. nu. 32 ff. de legat. 1.

32 Seruitus non debetur Emptori, ſi expreſſè de ea actum non fuit in contractu venditionis, quoniam ſi vendis mihi prædium, non intelligitur vendi actum, vel viam per alium tuum prædium l. in vendendo, vbi Bald. ff. de contrahend. Empt. & Doctor. in l. quod conclaue. ff. de damn. infect. & Iaſ. in l. ſi fundum. §. qui fundū. nu. 14. ff. de legat. 1. ſi autem ſeruitus viæ, itineris, ſeù aquæ ductus, debeatur prædio vendito, vel legato. tunc tacitè ſequitur prædium, & videtur actum, vt contignationes vti ſtant, ita ſtent. l. ſi aquæ ductus, vbi Doctor. ff. de contrah. Empt. & gloſſ. verb. ſi dicta ſint. in d. l. in vendendo, & l. Binas, vbi Bart. ff. de ſeruit. vrb. præd. & Geripard. conſil. 14. nu. 26.

33 Seruitus debetur areæ, ne ventus illi impediatur. nam ſi area, in qua fructus triturantur, non poſsit habere ventum, niſi ab vna parte, vt paleæ a fructibus diſcernantur, tunc in fauorem agriculturæ cenſetur ſeruitus impoſita ita vt nullus poſsit alterius ædificare, vt ventum impediret, l. fin. §. fin. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de ſeruitut. & aqua. & gloſſ. 1. in l. Imperatores, vbi Angel. ff. de ſeruit. vrb. præd. & Cæp. de ſeruitut. vrb. præd. cap. 27. quæſt. 4. & cap. 29. quæſt. 8.

34 Domum ſuam poteſt quis tollere vſque ad cœlum, licet domum vicini obſcuret, ſi tamen illi ſeruitus non debeatur, aut ædificare poteſt in ſuo, & vſque ad cœlum tollere ædificium ſuum. l. altius, vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de ſeruit. & aqua, & l. ſiue ædibus. C. eodem, & l. cum eo, vbi Bart. & l. cuius ædificium. ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. ruſticorum ff. de ſeruit. ruſt præd. & l. in tradendis. §. in expoſitis. ff. cōmunia præd. & Cæp. de ſeruit. vrb. præd. cap. 26. & Iaſ. in l. quominus. nu. 23. ff. de fluminib.

35 Proſpectum tamen non poteſt quis impedire. nam ſi habeo feneſtram, aut ſolarium in domo mea, vnde video cœlum, aut amænia viri daria, ſiuè mare, ſeù fluentem fluuium, ſicut eſt fluuius durius vicinus meus, quià durius vocatur eò quòd per dura ſaxa delabitur, aut Tagus, & ſimilia. tunc non poteſt ædificare, vt ædificio tuo, mihi proſpectum meum impedias. neque aliquid facere poteris, quo Sol non oriatur, & Calefaciat meum ſolarium, aut impediat, ne meus proſpectus ita liber, & gratior ſit l. inter ſeruitutes, vbi gloſſ. verb. habet & Bart. & omnes, & l. lumen, vbi gloſſ. verb. inferioribus, & Doctor. ff. de ſeruit. vrb. præd. & Cæpol. de ſeruitut. vrb. præd. cap. 33. & cap. 34.

36 Ianuam, ſiuè portam poteſt quis facere in domo ſua verſus viam publicam, aut verſus murum, ſi vicino non noceat. l. fin. §. Lucius, vbi Bart. Rip. & alij. ff. de ſeruit. vrb. præd. ſi tamen illam faciat ad deſpectū

vicini,

Digitized by Google

vicini,verſus ſuam portam,ſeù feneſtram, ſiuè iuxta ſuum hortum,ſeù vt videret ſecreta vinici,vel puellas,ſeù moniales, aut perſonas religioſas, poteſt prohiberi, quoniam nihil eſt faciendum in deſpectum, alicuius.l.opus nouum .ff.de operib. publ. & tenet Bald.Paul.de Caſtr. & alij in l.altius.C de ſeruit.& à qua.& Cæp.de ſeruit. vrb.præd.cap.62. col. 2. verſ. ſecundo,& Leo.in tract.noui oper.cap.3. num.8.

37 Portam vero non poteſt quis facere verſus fundum vicini, vt per fundum vicini habeat ſeruitutem,quia per fundum alienũ ire fas eſt ius autẽ non eſt.c.1.diſt.1.& l.diuus.ff.de ſeruitut.ruſt.præd.& Cæp. de ſeruit.vrb.præd.cap.42.col.1.verſ.vbi adde.ſi autem nõ prætendat ſeruitutem per fundum vicini,benè poterit facere portã, de nouo in ſua pariete dum modo, illam in deſpectum vicini non faciat,& nõ protendatur rigor ſtillicidij .l. fin. §.Lucius, vbi Doctor.ff.de ſeruitut.vrb.præd.& Cæpol.vbi ſuprà.

38 Solarium etiam poteſt quis facere in ſuo pariete,cum modo ligna, & trabes in ſuo requieſcant,& non in alieno,quoniam in re aliena, non licet aliquid immittere, contra voluntatem domini.l.quemadmodum.§.ſi protectum .ff.ad leg. Aquil. nec diſcooperire domum , aut ſecreta vicini, & in ſuum deſpectum facere.vt habetur in d.l.opus nouum ff.de oper.publ.& notant Doctor.in l.altius.C.de ſeruitut.& aqua.

39 Tignum immiſſum in pariete alieno habens acquirit ſeruitutem continuam l.1 & l.ſeruitutes,vbi Doctor.ff.de ſeruit.vrb. præd.& ſi dominus illud a moueat,& dominus parietis ſeruientis obturauerit foramen perdet ſeruitutem ſpacio decem annorum, quod non erit ſi foramen pateat, quia ſeruitus vrbana non amittitur per non vſum domini,prædij dominantis, ſed requiritur factum domini prædij ſeruientis.l.hæc actio,vbi Doctor.ff.de ſeruit. vrb. præd & l.ſiquis alia §.ſi cum,vbi etiam notant ſcribentes .ff. quemadmod. ſeruit. amitt.

40 Habens vnum tignum in pariete alterius,non poteſt grauare parietem ſeruientem,alia tigna de nouo immitens, ſed poteſt prohiberi per actionem negatoriam.l. ſi cum meus,vbi Doctor.ff.ſi ſeruit.vind.& facit text.in l.1.§.illud .ff de aqua quotid. & æſtiu.& Leo.in tract.de noui oper.nunciat cap.2. nu.34.

41 Tigna trans portata vi fluminis,aut tempeſtatis in agrum alienum, non acquiruntur domino agri, ſed poſſunt vindicari a domino illorum tignorum.l.ſi quis .§. fin. vbi Iaſ.num.3.ff.de reb.cred.& l.hoc amplius.§.de his autem,vbi Doct.ff.de damno infecto.&.§.præterea,vbi Aret.inſt. de rerum diuiſion.& Merg conſil.26.nu.12.

42 Tignum alienum ædibus,ſeù naui iniunctum,non eſt auferendum, ab ædibus, ſeù naue, cum in ædificio ſit impoſitum, ſed tunc vindicabitur pretium illius .l.1. vbi Doctor ff.de tign.immiſſ. & l. in rem actio.§.tignum,vbi Bart.ff. de rei vind.

43 Seruitus poteſt conſiſtere in creta fodienda,& in lapidicinis.nam licet id,quod noſtrum eſt,ſine facto noſtro, à nobis auferri nõ poſsit .c.ab eo,vbi Doct.de elect. lib.6.& l.id quod noſtrum,vbi Dec.n. 2.ff. de regul.iur .ſi tamen quis habeat conſuetudinem cretæ fodiendæ , aut lapedicinæ cædendæ in agro alieno,&talis ſeruitus debeatur,non poterit excludi, ab ea ſeruitute.l.venditor .§. ſi conſtat .ff. communia. præd.ſoluto tamen ſalario domino fundi. ex d.§.ſi conſtat,vbi gloſſ. verbi ſalarium, & Doct.vnde conſtat ciuitatem poſſe facere ſtatutum,vt cogatur qui vendere cretam in ſuo fundo,& effodi poſsit,a quocumque de populo,ſeù lapides ex ſua lapidicina.cum tamen ſtatutum ſit generale, & non ſpeciale,nec in odio alicuius priuati,vt tenet Bart.in d.§.ſi conſtat. & in l. omnes populi. nu.52.ff.de iuſt.& iur. Angel.& Alex.in l.2.ff.quod quiſque iuris, & Abb.in Rubrica.nu.2. de conſt.Iaſ. in l.1, nu.4.ff.de legib.

44 Seruitutem habens poteſt facere illud, quod eſt neceſſarium ad ſeruitutem, & ſine quo ſeruitus conſiſtere non poteſt, cui enim conceditur aquæ ductus,videtur conceſſa via,&omnia ad illam neceſſaria, cum enim aliquid conceditur,intelligitur conceſſum omne illud, ſine quo conſiſtere nõ poteſt.l.item ſi poſſunt .§. qui habet, vbi Bart.& l.quintus,vbi Doctor. ff. de ſeruit. ruſt.præd.& l.ſeruitutes in prin.&.§.1.vbi gloſſ.verb.cliuos.&.Doctor.ff. de ſeruitut. vrb.præd.& l.ſi iter .ff. de ſeruit.& l. inde etiam §.fin.ff.de itiner.actuq; priuat. & l. refectionis.ff.communia præd.

45 Seruitutes reales, & mixtæ, numerantur inter bona immobilia , quoniam iura, & qualitates ſunt prædiorum.l.2. vbi Doctor.C.de ſeruitut.& aqua & gloſ.verb intelliguntur.

Digitized by Google

telliguntur.in l.vnica C. de vſu cap.transformand.& gloſſ.verb. iura in c. hoc conſultiſsimo.de reb.Eccleſiæ. non alienand. lib 6.& Alex.conſil.16.& conſil.31.libr.1. & Tiraquel.lib.1. retract.§.1.gloſſ.5.nu.2. & Geripard.conſil.14. num.18.

46 Seruitutem poteſt quis acquirere per tēpus immemoriale,vt poſsit cogere habitatores alicuius oppidi ad molendum in ſuo molendino,vel ad coquendum in ſuo furno,ſi per tempus, cuius memoria non extat in contrarium ad molēdum in ſuo molendino ſeù coquendum in ſuo furno veniant homines illius oppidi, quoniam cōſuetudo tanti temporis inducit vim priuilegij. c. ſuper quibuſdam.de verb. ſign. & l. hoc iure .§. ductus à quæ .ff. de aqua quotid.& æſtiu. & videtur ad hoc text. in c.ſignificante, vbi Bald.de appellat. idem Bald.in rep.l.de quibus.col.21.ff.de legat. 1.ſed contrarium eſt verius.nam cum homines ierint ad molendinum, ſiue ad coquendum in furno per actus merè voluntarios,ſeù per actusgratuitos,quia gratiam facere volebant domino , molendini , ſeù furni,non poſſunt induci per aliquem curſum temporis ad præciſſam obligationē, nec ex hoc cadit præciſſa obligatio. arg. text.in c.poſſeſsiones.16.quæſt.1.& gloſſ. fin.in l.ſolent.ff.de offic.pro conſul.& legat.&tenent communiter Doctor. in l. 2. C.de ſeruit.& aqua.& Cin.in l.2.C.quæ ſit longa conſuet.Abb.in c.Abbate.nu.13. de verb.ſignif.& Iaſ.in l. quominus.nu. 28. ff. de flumin.

47 Molendinum habens in quodam oppido,non poteſt præſcribere,vt ipſe ſolus,& poſteri eius illud habeant,& aliud nō fiat, niſi ipſe prohibuiſſet alios, & illi aquieuiſſent ſuæ prohibitioni,quia tunc ex illo tempore prohibitionis poterit præſcribere, & tunc dicetur ſeruitus prædialis, arg text.in l.ſi quiſquam.ff.de diuerſ.præſcript.& Bald.in l.item lapilli.quæſt. 3. ff. de rerum diuiſ.& Iaſ.in d.l.quominus.nu. 32.ff.de flumin.ſi tamen ad ſit aliqua cauſa publica,tunc poterit fieri aliud molendinum,non obſtante illa prohibitione facit text.in l.fin.ff.de vſu cap. & Iaſ. in d.l. quominus.num.32.

48 Molendinum habens in flumine priuato,aut qui ad molendinum ſuum duxit aquam ex flumine publico,poteſt illam diuertere quò voluerit, & non ſine refluere ad molendinum inferiorem, ſi illi ſeruitus non debeatur ,vt tenet Bart. nu.23.& Iaſ.nu.94 in l.quominus .ff. de flumin. & gloſſ.verb.rationis.in l.ſi quis ex argentarij.§.ſi initium,vbi Iaſ nu.15 ff.de edend. & Bald.in l.aquam.C.de ſeruitut.& aqua.& in c.cum omnes.col.10. verſ.pone ex publico.de conſt.

49 Seruitutem piſcandi in fluminis publici diuerticulo , poteſt quis acquirere , per tempus immemoriale . piſcans enim per plures annos in quodam deuerticulo fluminis publici,poteſt alios prohibere,ſi ſolus ibi piſcatus ſit.l.quiſquam,vbi Doctor. ff.de diuerſ. præſcript. & tunc præſcribet ratione ſeruitutis diſcontinuæ, vt tenet Bart.in l.quominus.nu.30.ff.de flumin.& poteſt etiam quis ſe obligare,ne piſcaretur in certa parte maris,quamuis mari ſeruitus imponi non poſsit,quia mare natura ſua omnibus patet.l. venditor,vbi Doctor.ff.communia.præd.

De ſeruitute mere perſonali.

50 SEruitus mere perſonalis, quatenus quis liber eſſe definit,inducta fuit a iure gētium.c.ius gentium, diſt.1. & l. manumiſſiones,vbi Doctor.ff.de iuſt. & iure, & l.& ſeruorum,vbi Bart.ff.de ſtat homin.de ſeruitute vero a iure ciuili inducta dicam infra quatenus tamen ſeruitus eſt ſubiectio regimini alterius,inducta fuit à iure naturali, à tempore Noe,cum male dixit filio ſuo Chan.dicens maledictus puer Chanaan , ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Gen.cap.9.

51 Seruus quis efficiebatur quinque modis.primo ex natiuitate,quando quis naſcitur ex ancilla,ſequitur illum cōditio illa ſeruilis materna,quoniam filius quo ad libertatem,ſeù ſeruitutem ſequitur naturam,& conditionem matris l. pactum, vbi Bald.& alij.C.de rei vind.& l.ex libera.C. de ſuis,& legit.& l.cōmercio .C. depoſtlim.reuerſ. & l.cum ancillis .C.de in inceſt. nupt.& l.aui paterni. C.de liberal.cauſ. & l.ne diutius C.de Agricol.& Cenſ.libr.11. & l.& ſeruorum,vbi Doctor.ff.de ſtatu. homin.& c.fin.de ſeru.non ord.& c.vnico de nat.ex libr.vent & .§.ſerui.vbi etiam notant ſcribentes.inſt.de iur.perſ.

52 Secundo ex bello. nam ille , qui captus eſt in bello inito auctoritate Papæ.vel Imperatoris,aut Regis , ſeu Principis, non recognoſcentis,ſuperiorem.efficitur ſeruus.

& bona

& bona illius efficiuntur capientium, vt notant Doctor. per text. ibi in l. & ſeruorum. ff. de ſtatu homin. quoniam illi, qui bella decernunt contra Populum Romanum, ſeù Imperatorem, ſiuè Regem, vel Principem, aut contra quos ipſi decernũt. Hoſtes ſunt, & iuſtum contra illos, eſt bellum cum ſit initũ Principis auctoritate. l. Hoſtes, vbi Doctor. ff. de Capt. & Poſtlim. & l. Hoſtes. ff. de verb. ſign. & eſt differentia inter bella inita contra infideles, & inter Chriſtianos, quia Chriſtianus Captus in bello, etiã inito auctoritate Principis, non efficitur ſeruus, vt tenet Bart. num. 16 in fin. & alij. in d. l. Hoſtes. ff. de Capt. & Poſtlim. & Abb. in c ſicut. 3. nu. 8 & bellam. nu. 20. & alij. de iure iur. & Bald. in l. 1. col. 12. quæſt. 14. C. de Sacto Sanct. Eccleſ. & in l. 1. in prin. C. de Cad. toll. & Cou. ru. in regul. peccatum. in releſt. 2. part. §. 11. nu 6. Valaſc. conſult. 30. nu. 3. neq; tenetur dare pretium Redemptionis, ſeù relaxationis ſui ipſius, vt perperàm dicunt nonnulli relati a Valaſco, d. conſult. 30. nu 4. quia illud, quòd nõ eſt, redimi non poteſt, ſi omnes fatentur Chriſtianum Captum a Chriſtianis, etiam in bello iuſto non fieri ſeruum capientium, quomodo teneretur redimere ſeruitutem, ad quam nõ peruenit, quòd enim vna via negatur, altera concedi non debet. c. vnico de cler. coniugat & c. cum quid, vbi Doctor. de regul. iur. libr. 6. infideles tamen capti a Chriſtianis Optimo iure fiunt ſerui capientium. quoniã contra ipſos ex parte noſtra eſt bellum iuſtiſsimum. vnde fiunt captiuitates. d. c. ius gentium. diſt. 1. & d. l. & ſeruorum. ff. de ſtat. homin. & gloſſ. verb. ſeruitutes. in d. c. ius gentium, & Doct. in d. l. Hoſtes. ff. de Capt. & Poſtlim. & in. d. l. Hoſtes. ff. de verb. ſign.

53 Chriſtiani capti a Sarracenis non fiunt ſerui de iure, cum enim Sarraceni faciant bellum iniuſtum Chriſtianis, & illis occupent ſuas terras, & bona iniuſtè eſt bellum iniuſtum a parte Sarracenorum, vnde Chriſtiani pugnant cum Sarracenis ad ſua recuperanda, & à parte eorum eſt bellum iuſtum at à parte Sarracenorũ eſt iniuſtũ, & ideo Chriſtiani captia Sarracenis, non fiunt ſerui de iure, quia Sarracen. faciunt tanquam latrones, l. Hoſtes, & l. latrones. ff. de Capt. & Poſtlim. & l. Hoſtes. vbi Doct. ff. de verb. ſign. & Cou. ru. in regul. peccatum. 2. part. 11. nu. 6. & Doct. in l. quia latrones. ff. de teſt. & Valaſc. conſult. 30. n. 8.

54 Tertio, ex delicto, & ingratitudine, nam ſi libertus fuerit ingratus, in patronum ſuum, reuocatur in ſeruitutem. l. ſi manumiſſus, vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de libert. eorum liber. & c. de familis. de ſerui ſ. non ord. aut qui offerunt merces vetitas Sarracenis. c. ita quorundam. & c. ad liberandam. de Iudæ. & Sarrac. aut de raptore puellæ. c. fin. 36. quæſt. 1.

55 Quarto, ex voluntate, cum maior 20. annis patitur ſe venundari, ad participandũ de pretio. l. liberis, vbi Doctor. de liberal. cauſ. & l. 1. ff. quib. ad libert. clamar. non licet & . §. ſerui autem inſt. de iure perſ. & Merg conſil. 24. num. 32. & l. & ſeruorum. ff. de ſtat. homin.

56 Quinto, quando pater propter nimiam paupertatem, & egeſtatem filium, ſeù filiã vendiderit. tunc remanet ſeruus vſq; pretium reddatur, pro quo fuit venditus, aut aliud mancipium pro illo præſtetur. l. 2. vbi gloſſ. verb. vendiderit. & Doctor. C. de patr. qui fil. diſtrax. hodie tamen nullus bene natus ſit ſeruus, niſi in bello iuſto ſit captus. auth ſed hodie, vbi notant Doctor. C. de donat. inter vir. & vxor. & gloſſ. verb. in opus metalli. n l. aut. damnum. ff. de pæn. & Bart. in l. quidam ſunt. nu. 1. verſ. item oppono & in l. qui vltimo. nu. 3. ff. de pæn. & in l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. Cam. deciſ. 361. n. 3.

57 Serui multis modis efficiuntur liberi. primo ex manumiſsione. l. 1. & per totum. ff. de manumiſſ. & l. 1. & per totum. C. de ſeruis manumiſſ. & inſt. de libert. & §. cadem inſt. quib. ex cauſ. manumitt. non licet.

58 Secundò, in expoſito. nã ſi dominus ſeruum ſuum Infantem expoſuerit, aut domino ſciente fuerit expoſitus. aut cum ſit langidus impiè illi negauerit alimenta, tunc ſeruus conſequitur libertatem. c. vnico, vbi Doctor. de infant. & lang. ex poſit. & l. 2. vbi Bald. & Salicet. C. de infant. expoſit. quoniam videtur pro de relicto habere ſeruum ſuum, qui illum exponit, aut in infirmitate nega: alimenta, vel patitur, vt ab alio exponatur. l. fin. & ibi Bart. ff. pro de relicto. & l. vnica. §. ſed ſcimus, vbi Doctor. C. de lat libert. tollend. & gloſſ. verb. languidis. in d. l. vnica. de infant. expoſit. ſi autem ſeruus ſit expoſitus domino ignorante, ſiuè in vito, aut in infirmitate curatus. poterit tunc illum repetere, ſolutis

expenſis,

Digitized by Google

expenſis, quæ cum ſeruo factæ fuerunt. l. 1. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de infant. expoſit. & Doct. ibidem.

59 Tertiò, in ſeruo Christiano empto à Iudæo, nã ſi Iudæus emat ſeruũ Christianũ, aut illum, qui vult eſſe Christianum ad ſibi ſeruiendũ statim conſequitur libertatem. c. multorũ. vbi Doct. de Iudæ. & Sarracen. & c. mãcipia. diſt. 54. & l. vnic. C. ne Christian. mancip. ſi autem illũ emat cauſa mercimonij, & ſeruus eſt Christianus aut vult fieri Christianus datis duodecim. ſolidis conſequetur libertatem. c. 1. vbi Doct. de Iud. & Sarracen. tenetur tamen Iudæus intrà tres menſes ſeruum illum venditioni exponere, à die emptionis, aliàs nullo pretio dato conſequetur libertatẽ. ex gl. verb. datis, & Doct. in d. c. 2. de Iudæ. & Sarracen. multi alij ſunt caſus quibus inuenitur in corpore iuris ſeruos effici liberos ſed illos omitto quia hodie non ſunt in vſu.

60 Seruus non naſcitur ille, cuius mater libera erat tẽpore cõceptionis, ſiuè tẽpore partus, quia ſufficit, vt quis naſcatur liber ſi mater aliquo tempore, quo illũ portabat inutero libera fuiſſet. l. & ſeruorum. vbi Doct. ff. de ſtat. homin. & §. ſufficit. inſt. de ingen. & gloſſ. verb. concepti. in c. 2. qui filij ſint legit.

61 Vnde ſi ancilla fuerit legata, & dicat teſtator lego ancillã meam bertã filio meo ea cõditione, vt poſt mortẽ filij mei remaneat libera, tũc omnes filij, quos illa berta pepererit dum viuit filius teſtatoris remanent ſerui, & quos pepererit poſt mortem illius erunt liberi. l. ſi iuſſu. vbi Bald. Salic. & alij. C. ſi mancip. ita fuer. alien. & dicit ſupr. verb. filius. § 39. ſi vero dicat teſtator relinquo ancillã meam bertã liberam ea tamẽ cõditione, vt ſeruiat filio meo Titio, dũ ille vixerit, tunc filij illius bertæ nati poſt obitũ teſtatoris remanent liberi, quoniam nati ſunt eo tẽpore, quo mater libera erat. d. l. & ſeruorũ. vbi Doct. ff. de ſtat. homin. & §. ſufficit. inſt. de ingen.

62 Seruus nõ poteſt inſtitui hæres in proprietate alicuius hæreditatis, dum cõſiſtit in ſeruitute. l. ſeruus alienus. ff. de hæred. inſt. & l. ſeruus. vbi Bald. C. communia de ſucceſſ. & l. cũ proponas. vbi gl. ver. hæreditas & Alex. C. de hæred. inſt. & gloſ. in l. quod attinet. ff. de regul. iur. Abb. cõſil. 63. n. 7. lib. 2. & l. ſequitur. §. ſeruus. vbi gl. ver. ſeruus, & Pau. de Caſt. ff. de vſucap. ſub cõditione tamen cũ liber fuerit, poterit hæres inſtitui, ſi ab aliquo inſtitutus fuerit, & nõ à domino. l. ſeruus. vbi Doct. ff. de cõd. inſt. & tunc ſi dominus illũ manumittat, adibit hæreditatem. ſi autem illum manumittere noluerit, eam nõ conſequetur. l. ſi tutor. vbi Doct. C. de neceſſ. ſeru. inſt.

63 Seruus autem inſtitutus hæres à domino intelligitur, cum libertate, quamuis dominus in teſtamento illud non exprimat. l. cum ſerui. vbi Doct. & l. cum quidam vbi Bald. Salic. Alex. & alij. C. de neceſſ. ſeru. inſt. ſi autem illum hæredẽ instituat ſub conditione caſuali, & ex fortuna deficiat, aut dicat eum inſtituere, vt remaneat ſeruus non valet talis inſtitutio. l. fin. vbi Doct. C. de ſeru. neceſſ. inſt.

64 Seruus cõmunis manumiſſus ab vno ex ſocijs, poteſt alios obligare, vt ſuſcipiant æſtimationem ſua partis, vt ille ſeruus in toto libertatẽ conſequatur. l. 1. vbi Doct. C. communi ſeru. manumiſſ. & Iaſ. in l. ſeruis. nu. 1. verſ. ſecundo limita. C. delegat. & Merg. conſil. 19. nu. 38.

65 Seruus non poteſt conſequi legatũ ſibi relictum ſine libertate nam ſi legatum factum fuerit ſeruo, remanente in ſeruitute; non valet nec reconualeſcit, ſi poſt mortem teſtatoris efficiatur liber. l. ſeruis. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. C. delegat. Bart. in l. quidam. §. illo. C. de neceſſar. ſeru. inſt. nec etiam conualeſcit legatum ſi ſeruus viuo teſtatore conſecutus fuiſſet libertatem, vt tenet Bart. & Bald. Paul. Iaſ. & omnes. in d. l. ſeruis. alimenta tamen bene poterunt ſeruo manenti in ſeruitute relinqui. l. ſi in metalum. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. & l. ſeruos. vbi Doct. ff. de aliment. legat. & gloſſ. in l. quod attinet. ff. de regul. iur. & etiam poteſt ſeruus relinqui vſu fructuarius, attamen acquirit vſum fructum domino, & non ſibi. l. fin. vbi Doctor. C. de vſufruct. & Geripar. conſil. 13. num. 18.

66 Seruus non poteſt manumitti in fraudẽ creditorum. l. in fraudẽ. 2. vbi Doct. ff. qui & à quib. manumiſſ. lib. & l. 1. vbi Bald. Salicet. & alij, & l. ſi in fraudem. vbi Doct. C. qui manumit. nõ poſſ. & dicitur in fraudem creditorum, quando ille, qui ſeruum manumittit, eſt non ſoluendo tẽpore, quo ſeruũ manumittit, aut data libertate ſoluere non poteſt. l. in fraudem. 1. ff. qui & a quib. manumiſſ. lib. & §. in fraudem. vbi Doct. inſt. quib. ex cauſ. manumit. nõ licet.

67 Seruus non debet ordinari ante manumiſsionem, quamuis ſi ordinetur recipiet characterem ordinis. c.1. & c.de famulis. & c.conſuluit. de ſeruis non ord. & ſi fuerit ordinatus ſine licentia ſui domini, debet deponi. vt eſt text. in c. de ſeruorum. vbi gl.verb.deponatur,& Doct.de ſeru. nõ ord. & de hoc dixi ſupra de Sacramentis. verb.de Sacramento ordinis. §.45. ſi tamẽ manumiſſus ab Eccleſia ſit aliquis, vt fiat clericus, & ipſi Eccleſiæ ſeruiat,non poterit ſe ad aliam Eccleſiam transferre. c. eo liberius. vbi gl.verb.eo tenore,& Doct.de ſeruiſ. non ord. quoniam libertas poteſt dari ſubconditione. c.2. vbi Doct.de cõd. appoſit. & ius ſerui ita debet intelligi in diacono,quàm in ſubdiacono,quia vterq; eſt ordo facer c miramur.vbi gl.verb.mentio.& Doct.de ſeru.non ord.

68 Seruus Eccleſiæ,& conuerſus factus, nõ poteſt alienari, nec permutari cum rebus prophanis, niſi ſit fugitiuus. c.mancipia. vbi gloſſ.& Doct.& c. iniuſtum de rerum permut. & c. præcariæ. §.fin. 10.quæſt.2. & cap. fugitiui. vbi etiam notant ſcribentes. 12. quæſt.2.

69 Seruus fugiens ad Eccleſiam propter timorem domini, & ob ſeuitiã illius debet reddi domino ſuo poſtquam iurauerit, vt in ſeruum vltrà modum non ſeuiret. cap. inter alia. vbi Doct.de Immunitat.Eccleſ. & c.metuentes, & cap id conſtituimus.17. quæſt.4 & l.ſi ſeruus. C.de his. qui ad Eccleſ. confug. dominus tamen poteſt ſeruũ ſuũ caſtigare,& in vincula conijcere,occidere vero non poteſt, nec deformidare.l. vnica.vbi Doct. C.de emend.ſeruor. & §. ſed hoc tempore. vbi etiã notant ſcribentes inſt.de his qui ſunt ſui vel alieni.iur.

70 Seruum fugitiuũ recipiens,& occultans tenetur de furto,ſi ſeruum fugitiuum eſſe ſciat. & ſi aliqua furtiua cum ſeruo occultauerit, poteſt agi contra illum ad rem, & ad pœnam. l.1. & l. ſi quis ſeruum, & per totũ. vbi notant ſcribentes. C.ad leg. Fab. de Plag.& ſi apparent indicia,quod in aliqua domo ſit ſeruus cum rebus domini aſportatis, datur facultas ipſi domino per officiũ iudicis, vt ſeruũ ſuum atq; res perquirat l.requirendi vbi Bart.Bald.Pau.de Caſtr.Salicet.& omnes.C.de ſeru.fug.

71 Seruus poteſt accuſari criminaliter de omnibus criminibus,vt corporaliter puniatur. l.ſeruos quoq;. & l.hos accuſare.§. omnibus. vbi gl.verb.quia ea lege.& Bart. nu.1.& alij. ff.de accuſat.& l.ſerui ex delictis.ff.de act.& obligat.& l.ſi criminis. vbi Bald. C.ad leg.Iul.de vi public.& glo.in l. quod attinet. ff.de regul.iur & Dec.in l.in perſonam. nu.4. ff eodẽ non poteſt tamen puniri in amiſsione bonorum,quæ nõ habet, nec in aliqua pœna pecuniaria. d.l. hos accuſare. d. §.omnibus.vbi Bart.n.1.& omnes. ff.de accuſat.& Merg.conſil.38. n. 24. & Salicet. in l.2. num.4. C.de accuſat. & Plac.lib.1. delictorum. num.18. & Iul. Clar.libr. 5. §.fin. quæſt.80. num.6.nec in praxi recipitur diſtinctio Bart.in d.§.omnibus.n.5. quia nullo caſu pœna pecuniaria cadit in ſeruum. vt tenet Angel.in d.§. omnibus. & Doct.ſupra relati.

72 Dominus poteſt defendere ſeruum ſuũ, pro ſuo intereſſe, & omnes allegationes pro illo deferre,quando ſeruus criminaliter accuſatur. ſeruus tamen condemnabitur, & non dominus. l.ſi cuidam.vbi Bart. Bald. & omnes. C.de accuſat.quamuis dominus noxaliter teneatur ſi non cõſenſit. l.ſiue ſeruũ.& l.fin.vbi Doct.C.de noxal.

73 Seruus tamen non poteſt ciuiliter conueniri, in cauſis prophanis, & pecuniarias quãuis res alienas detineat, ſed cũ domino eſt agendũ.l.nõ ſeruum.vbi gl.& Doct. C.de rei vind.& l.ſeruus. & l.cum debitoris. C.de iud.pro cauſa tamen ſpirituali,& petendo vxorem ſuam, bene poteſt ſeruus eſſe in iudicio nomine proprio. cap.illud. vbi Innoc.Ioan.And.Ant.de Butr.Abb.& omnes. de præſumpt.& notant Doct.in c. fin.de iud.lib.6.& in c.1.de cõiug.ſeruor.

74 Seruus poteſt contrahere matrimoniũ, ſeu alia quæcumq; Sacramenta contra voluntatẽ domini. non conſequitur tamẽ libertatẽ. niſi dominus illo contrahente cũ libera eius conditionẽ ignorãte, taceat ex propoſito. vt ſeruus ille, cum illa muliere cõtrahat,& fingat eum eſſe liberũ,nã tunc ex illa fictione videtur ſeruum manumittere, ad ſic contrahendũ aliter enim ſiuè dominus contradicat, ſiuè taceat, ſemper ſeruus remanet in ſeruitute licet matrimonium contrahat cũ libera, vel cum ſerua. c.1.vbi Innocent Hoſt.Ant.de Bur.Abb.& omnes. de coniug ſeruor.& Gou.r.deſpõſal.2.part.c.3. §.7.col.2. verſ.ſecundo hac in re,& Valaſc.de iure emph.q 37.nu.5 & dixi ſupr.de Sacramentis.ver.de Sacramẽto matrimonij. §. 67. non poterit tamen dominus, ſi non contra dixit matrimonio ſui ſerui,illum vendere in partes remotas.

vt vxori

vt vxori debitum coniugale per ſoluere non poſsit ſi mulier cũ qua contraxit erat ſeruus, & illum ſe qui non poteſt quia ſi cũ libera contraxiſſet, tenetur cum ſe qui in quamcumq; partem iuerit. vt tenet Abb. n.6.& cõmunis in d.c.1.de coniug.ſeru.

75 Seruus etiam poteſt eſſe iniudicio nomine proprio in omnibus cauſis, agẽs de ſua libertate, quoniam in omnibus cauſis ad ſuum ſtatum pertinentibus, non prohibetur nomine proprio in iudicio perſiſtere, & ita in certas cauſis pertinentibus ad vtilitatem publicam. l. vir certis. vbi Doct. ff. de iud. cum enim ſeruis nihil gratius præſtari poſsit, quàm libertas. l.Paulus. in prin. ff. de fid.cõmiſſ.libert.& Dec. in l. libertas. nu.1. ff.de regul.iur.optima ratione in cauſa, quæ pertinet ad ſtatum ſerui poteſt conſiſtere iudicium inter ſeruum,& dominum. vt notat Bart. in d.l.vir certis. ff. de iud.

76 Seruus eſt infamis infamia iuris, & non poteſt eſſe iudex, nec aduocatus nec procurare in iudicio, nec teſtis. cap.ſcilicitatus, vbi gloſſ. verb. ſeruum. & Abbas. nu. 2.Fel.num.5. Dec. nu.10 de reſcript.& c. præterea. vbi gloſſ. verb. à peribendo. de teſtib. cogend.& l.1. vbi Doct.C.de teſtament.& l.cum prætor. §.non autem. ff.de iud.& l.1. §.hoc edicto ff.de poſtulat.itaq; ſeruitus morti aſsimilatur. vt eſt text.in l. intercidit. in fin. ff. de cond. & demonſtr. & l.cum hic ſtatus. §.ſi donator.ff.de donat.inter vir. & vxor. & ideo ſerui ciuilibus officijs non funguntur. l.qui teſtamẽto. §. ſeruus. vbi Doct.ff.qui teſtament.facer.poſſ. & l.in omnibus. vbi Dec.num.1. ff. de regul. iur.

77 Seruus tamẽ bene poteſt eſſe inſtitutor alicuius mercimonij, ſiuè negocij. l.ſed & quis.§.parui.vbi Doct ff.de inſt.act.& poteſt eſſe procurator ad negotia. l. ſeruum quoq;.vbi Bart.& alij.ff.de procurat.& l.1. §.magiſtrum nauis.verſ.cuius autẽ.vbi notant ſcribentes.ff.de exercit. act.

78 Seruus, qui concubuit cum domina, eſt verberandus,& poſtea comburendus.domina vero decapitanda. l.vnica.vbi gloſſ. verb.verberone. & Doct.C.de mulier,quæ ſe prop.ſeru. iniunxer. & Ioann.Vella. in tract.de pœn.delict. cap.36. §.ſeruus autẽ verberatus. & dixi ſupra verb. mulier. §. 26. Ant.Gom. in l.80. Tauri. nu.23.

79 Ancilla tamen concubans cum domino non meretur pœnam in foro iudiciali,immo. ſi dominus vxorem non habeat,& ancillam vſq; ad mortis tempus habuerit in concubinam. tunc ancilla illa conſequetur libertatem, & etiã ſoboles illius,quod tamen aliter erit, ſi dominus habens vxorem ſeruam inconcubinam habuerit,quia tunc libertatem non conſequetur.l.fin.vbi Doct. C. communia de manumiſſ. & auth. ſed noua. & auth. noua. C.de natural. lib. & gloſſ.verb. verberone. in d. l.vnica C. de mulier, quæ ſe prop.ſeru. & Iul. Clar. libr.5. §. fornicatio. num.20. & Doct. in §.fin. Inſt. de ſucceſſ.ſublat. Ioann.Vella. in tractat. de pœn. delict. cap.36. verſ.ex his apparet.

80 Seruus excõmunicatus, propter enormem clerici percutionẽ tenetur ire ad Sedem Apoſtolicam, pro obtinenda abſolutione, ſi tamen ſeruus faciat in fraudem domini, vt ab obſequio illius ſubtrahatur, aut dominus graue damnum patiatur, & percutio fiat ſine culpa ſua, poterit illum abſoluere Epiſcopus. c.relatum.vbi gloſſ. verb. ſine culpa, & Hoſt. Innocent. Ant. de Butr. Ioan.And. Abb.& alij, & c.quamuis. vbi Doct.de ſent.excommunicat.

Verbo Simonia.

1 Simonia eſt ſtudioſa voluntas, ſeù cupiditas emendi,aut vendendi rem ſpiritualẽ,aut ſpirituali annexam pro tẽporali, vt tenet gloſ.in ſumma,& Doct.1.quæſt.1. Abb.in Rubric.& in c.nemo nu.6.& Ana. in Rubric.nu.2.de ſimon.& Alex.deneuo. conſil.64.& Alciat. in conſil.2. & Natta. conſil.299.& Bertran. conſil 251. lib.6.& Dec.conſil.118. & Marg.conſil.37. nu.13. & D.Thom.22.quæſt.100.art.1. & Sot.de iuſt. & iure. lib.9. quæſt.5. art.1. & Theologi. in 4.ſent. diſt.25. & Iul.Clar. libr.5. §. ſimonia. nu.1. & Nau. in Manu. cap.23. num.100. & Ioan.Vella. in tract. de pœn. delict. cap.32. §. diffinitur. & ſummiſtæ. verb.ſimonia.

2 Simonia eſt triplex, alia namq; eſt mentalis tantùm,& alia conuentionalis,& alia realis mentalis itaq; eſt illa, quæ mente tantùm perpetratur, nec venit ad actum exteriorem,c.fin.vbi glo.verb.affectum de ſimon.& Hoſt.& Abb.n.6 eodẽ tit.& hæc ſimonia mẽtalis affert peccatum mortale, nulla tamen pœna punitur in foro iudiciali, quia cum ſit mentalis,& occulta,nõ cadit in actum iudicialẽ, de quo Eccleſia

Digitized by Google

iudicare poſsit, quia Eccleſia non iudicat de occultis. c.vnico.vt Eccleſiaſt.benefic. & c. ſicut tuis litteris. & c. tua nos. de ſimonia. vnde ſola pœnitentia remittitur. c.ſuam nobis. vbi Abb.nu.3.de ſimon.

3 Simonia conuentionalis tantùm dicitur illa, quæ fit per conuentionem tacitã, vel expreſſam non dum tamen abvtraq; parte eſt executa, & ſiuè ab vna parte tantùm ſit executa, ſiuè a neutrà dicitur conuentionalis, nec tales pactiones valent. c.fin vbi Doct.de pact.& Abb.in c.nemo.num 6.de ſimon. & Nau. in Manu.cap.23.num 104. & Ioan. Vella. in tract.de pœn.delict.cap. 32. verſ.conuentionalis.

4 Simonia realis dicitur illa, quæ fit quando partes conueniunt, de aliquo temporali dando, aut recipiendo, tacitè, vel expreſſe pro ſpirituali, aut illi ãnexo, & vltra pactum, vel conuentionem perficitur conuentio interuentu rei ex vtraque parte, vt tenet Hoſt.Innocent. Ant. de Butr. Ioan. And. Abb & omnes.in c.nemo. de Simon. & Nau.in Manu.cap. 23. nu.105. & Ioan. Vella.in tract. de pæn.delict.cap. 32. verſ. realis.vero Simonia.Gerip.cõſil.29.n.24.

5 Simonia alia prohibita, quia Simonia. vt in venditione Sacramentorum, aut alicuius doni Spiritus ſancti, & omnia illa, quæ veteri, aut nouo teſtamento ſui natura erant Simoniaca c.qui ſtudet.& c. Petrus Simoni.& c.ſicut Eunuchus. 1. quæſt. 1.& gloſſ.verb.dimittere. in c.ex parte.1. de offic.& poteſt.iud.de legat.& gloſ.verb. illicite.in c.cum pridem.de pact. & gloſſ. verb.mala.in c.& ſi Chriſtus.vbi Abb. nu. 11.de iure iur.

6 Et alia prohibita per conſtitutionẽ Eccleſiæ, & dicitur Simonia, quia prohibita, qualis eſt pactum de renunciatione beneficij, in fauorem alicuius, aut de aliquo poſtea dando, & inſimilibus, & in illa Simonia poteſt ſummus Pontifex diſpenſare, in alia vero quia Simonia non poteſt. gloſſ. verb.demittere.& Abb.nu. 5. & omnes in c.ex parte.1.de offic. & poteſt iud. de legat.& gloſſ.verb.illicitè & Abb. nu. 10. in c.cum pridem.de pact.& gloſſ. verb. mala in c.at ſi Chriſtus.nu.11.de iure iurand.& Hoſt.& Abb.nu.5 .in c. 1. de Simon.

7 Simoniam cõmittit Prælatus conferens beneficiũ, ſeù aliquid ſpirituale ſuo cõſanguineo, vel amico particulari, vel famulo in recõpenſatione ſui ſeruicij, ſi aliàs non erat conceſſurus. quoniam illa affectio habetur loco pretij. c.vnico. §.omnibus. vbi gl.verb.carnalitatẽ.& Abb.n.19.vt Eccleſ. benef.& facit tex.in c.ſi quis neq;, & c. sũt non nulli.1. q.1. quid quid dicat Nau.in Manu.cap.23.nu.107.

8 Simonia tamen non cõmittitur quando Epiſcopus confert beneficiũ ſuo familiari qui ei ſeruiuit, ſi eſt dignus, nec patronus, qui præſentauit ſuum familiarẽ ad beneficium ſui iuris patronatus, ſi hoc nõ facit in ſolutionem ſeruitij, quia aliàs ex ſuo, illi ſoluit ſuum ſalariũ, nec familiaris illi ſeruiuit directe, & principaliter, vt ab illo beneficium conſequeretur. quia tunc vterq; cõmitteret ſimoniã. vt tenet gl.1. & Hoſt. Ioan.And.Ant.de But.Abb.& omnes.in c. cũ eſſent de ſimon.& certè omnis, qui ſeruit Epiſcopi ſinè aliquo ſalario, & ab illo cõſequitur beneficiũ cõmittit ſimoniam, quia tunc principaliter, & re principaliter illi ſeruit ob conſequendum beneficiũ, & tunc illud ſalarium ſeruitij remanet loco pretij. ex gloſſ.& Doct.in cap.vnico.vt Eccleſ.benefic.& Merg.conſil.42.n.16.

9 Simoniam cõmittitur ille, qui pro cõferendo ſibi beneficiũ aliquid tẽporale dat collatori, ſeù illi fructus relinquit, aut paciſcitur de maiore penſione ſoluẽda. c.cũ clerici. vbi gl.verb.paciſcantur, & Doct.de pact.& c.vnico.vbi Abb.nu.14. vt Eccleſiaſt benef.& c.auaritiæ.de præb.& c.prohibemus.de cenſ.& tale pactum non valet tanquàm turpe, c.fin. vbi Doct.de pact.& d.gl.ver.paciſcantur, & facit tex. in l.iuris gentiũ.§ ſed & ſi quis.ff.de pact.& l.pacta, quæ contra.vbi Alex.& alij. C.de pact.

10 Simonia cõmittitur in dando pecuniã, ſeù aliquid tẽporale contradicenti, vel litẽ inferenti, pro acquirendo beneficio, ſeù aliquo ſpirituali, aliter tamen ſi quis aliquid dederit, ne vexetur in beneficio, ſeù aliquo iure iam acquiſito. c.Matthæus.vbi Doct & c.dilectus.27.vbi gl.1.& Abb.n.2. de ſimon.& glo.illicitæ. in c.cũ pridem.de pact.& ita in illo, qui recedit ab appellatione data pecunia, ſeù aliquo tẽporali in cauſa electionis Epiſcopatus, ſeù alicuius beneficij, aut alicuiꝰ rei ſpiritualis, ſiuè illi annexæ.c.prouida.vbi Dominic.Ioã.And. & alij.de elect.lib.6.Merg.cõſi.34.n.12.

11 Simonia etiam cõmittitur dãdo aliquid temporale, pro eligendo aliquem in Epiſcopum, vel in monachum, ſeù monialem vel ad Clericalem ordinem, ſiuè ad aliquod beneficium, vel ad aliquid ſpirituale,

aut

Digitized by Google

aut illi annexum,& hoc habet locum, etiā illo electo ignorante dum tamen, non ſit in fraudem illius, quia tunc datio illa, non poterit redundare in præiudicium illius. c.pen. vbi gloſſ.& Doct. de elect. & c nobis. vbi gloſſ.ver.reprobanda,& Abb.n.4. & c.ſicut.2. de ſim.

12 Simonia cōmittitur recipiendo pretiū, vel aliquid tēporale pro ingreſſu alicuius religionis,tàm virorum, quàm mulierum, cum pacto,& proprioratibus, vel capellis concedendis,& pro Prælatis inſtituendis, & pro ſepultura cōcedenda, pro chriſmate, conferendo, & pro oleo Sancto, & pro benedictionibus nubentium, vel alijs Sacramentis adminiſtrandis,aut conferēdis, ſiuè conficiendis. c non ſatis.vbi communiter Doct. & c.cum in Eccleſiæ.& cap.ea quæ.& conueniens. & c.ad noſtram. & c.de regularibus,& c.ſuam nobis,& c.in tantū, & c.audiuimus.& c.quoniam & c.ad Apoſtolicam.de ſimon.& extrauag. 1.vbi Doct. de ſimon. intercommunes, & c.monachi. de ſtat. monach.

13 Hodie tamen moniales non incurrunt ſimoniam recipiētes mulieres in ſuis monaſterijs ad profeſſionem faciendam cum pacto: vt offerant aliqua temporalia ad victum neceſſaria. vt declarauit Papa Martinus V. vt refert Felician. in c.quoniam de ſimon. & Nau.ibidem.& ita conceſſum fuit à Clemente VII. vt habetur in comp. priuileg.verb. moniales. num. vlt. & Nau. in Manu. cap.27. num 86.

14 Simonia etiam committit ille,qui bona ſua confert Eccleſiæ,eò pacto,vt ibi recipiatur in canonicū, ſeù beneficiatū, quod tamen non erit, ſi ſine pacto ea conferat, & ſi poſtea recipiatur,aut ſimùl cum traditione bonorum, recipiatur ceſſante pactione. c. tua nos, vbi gloſſ.verb. pure.& Hoſt.Ioann.Andr.Innocent.Ant.de Butr. Abb.& omnes.de ſimon.quodcumq; enim pactum nō gratuitum ſuper ſpiritualibus, efficit contrahentes vitio ſimoniæ. c.cum pridem. vbi Doct.& c.fin.de pact.& c.quæſitum.de rerū permutation.& c.niſi eſſent de præb.& Geripard.conſil.37. nu.13.

15 Simonia cōmittitur ſuſcipiendo patrimonium ab aliquo ad ordines recipiēdos, eo pacto,vt poſtea illud non repeteret,aut fructus illius. c.per tuas 37. vbi Innocent. Ioan.Andr.Ant.de Butr.Abb.& omnes.de ſimon.& de hoc dixi ſupra de Sacramētis. verb.de Sacramento Ordinis. §.35.

16 Simonia committitur dando aliquid tēporale,pro vicaria,ſeù pro aliqua adminiſtratione rerum ſpiritualium,c.conſulere. & c ad noſtram, & c.ad Apoſtolicam. vbi Doct.de ſimon. & c.licet.vbi gloſſ. fin. de pœn.& c.quoniam. vbi etiam notant ſcribentes,ne prælat.vic.ſuas pro labore tamē poteſt dari aliquid temporale, etiam cum pacto,& cōuentione pro obligatione exercendi munus Vicarij generalis Epiſcopi, aut munus ſenatoris,vel parochi, ſeù capellani, aut concionatoris, pro vno anno ſiuè pluribus,vel minùs, ſiuè pro laboribus dicendi aniuerſarium, aut eundi aliquem locum ad miſſam, dicendam. vt tenet Innocent.in c.quoniam.ne prælat.vic. ſuas.& Doct.in c.ſignificatum. de præbēd. & dign. & Nau.in Manu. cap.23. nu.102. verſ. quibus addo. Abb. in c. ſuam nobis, n.12.de ſimon.& Iul.Clar.§.ſimonia.n.2.

17 Simonia etiam committitur prò extorquēdis exequias mortuorum, ſiuè pro benedictionibus nubentiū. c.ſuam nobis.de ſimon.& Doct.ibidem. niſi vbi fuerit conſuetudo illas extorquendi,quia cōſuetudo attenditur in recipiēdis muneribus. circa ſpiritualia.c.ad Apoſtolicā.vbi Hoſt.Ioan. And.Ant.de Butr.Abb.& alij,de ſim.& gl. ver.pro exequij.in c.ſuā nobis.eod.tit.

18 Simonia cōmittitur dando aliquid tēporale pro conſecratione Epiſcoporū,& pro benedictionibus Abbatū,& pro ordinibus conferendis,ſi in hoc pactum interueniat, quia dando aliquid gratis,& ſine pacto nō cōmittitur ſimonia c.1. & ibi gl.ver.vendere. & Doct.& c.ſicut pro certo. & c. & ſi quæſtiones. vbi Hoſt.Innoc. Ant.de Butr. Abb.& alij.de ſimon.& c.tua nos. & c.fin. eodem tit. & extrauag. 1. eodem tit. inter communes.& Trid.ſeſſ.21. c.1.de reform. & ita pro præſentatione ad ordinandum. c.ex tuæ vbi Doct.de ſimon.& Merg.cōſil. 38 n.26.Iul Clar.lib.5. §.ſimonia.n.2.

19 Simonia committitur quādo quis ordinatur inito pacto cum ordinatore, ne ab illo petat ſubſtentationem,aut à præſentatore,& ordinator tunc ipſo iure fit perpetuò ſuſpēſus ab ordinum collatione, præſentator verò ab ordinum executione per triennium, & ordinatus ab ordine ſuſcepto,& ab alijs ordinibus executione donec obtineat diſpenſationem. cap.ſi quis ordinauerit. vbi gl.verb.ab executione. & Innoc.Hoſt.Ioan.And.Abb.& alij.de ſimon. Idem Abb.& alij in c.per tuas.2.eod.tit.&

Digitized by Google

c.reperiuntur.1 quæſ.1.neq; tale pactum inducit obligationem,quamuis iuramento ſit firmatũ,quia turpe eſt.c.fin. de pact. & l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus.ff.mãd.& gl. ver.promiſſione.in d.c.ſi quis.de ſimon.

20 Simonia committitur in celando peccatum pœnitentis pretio, ſeù fauore,aut nõ reconſiliando verè pœnitentem,aut in remouendo à confeſſione,aut non verè pœnitentem,& indignum admittendo,aut nõ ordinando,qui ordinãdus eſt,aut indignũ ad ordines admittendo. c.nemo. vbi gloſ. verb. celet. & Doct. de ſimon.& c. nullus Epiſcop⁹.§.qui autẽ,& c.ſunt quidã.1.q.1.

21 Simonia committitur recipiendo pretium,ſeù aliquid temporale pro abſolutione ab excommunicatione , ſeù ab aliquo peccato præſtanda,quia beneficium abſolutionis non eſt pretium redimendum, cũ ſit Eccleſiaſticũ,& ſpiritnale miniſterium. c.ad aures.vbi gl.verb.abſolutionis.& Doctor.& c.nemo.& c.cũ Eccleſiæ.de ſimon. & gloſſ.1. in d.c.cum Eccleſiæ.& cap.non ſolum,& c.res Eccleſiæ.1.quæſt.3.

22 Simonia cõmittitur promittendo beneficium Eccleſiaſticum pro aliquo negotio tractando,nam cum ille labor, & tractatio negotij ſit quod tẽporale,non poteſt præſtari,nec promitti pro beneficio Eccleſiaſtico, & eſt turpis, & illicita promiſsio. c. cum eſſent.vbi gl.1.& Hoſt. Ant.de Butr. Abb.& alij.& c.tua.de ſimon.& cap.fin. de pact.& c.quam pio.1.quæſt.2.ſi autem pactum non interueniat,bene poteſt Epiſcopus, ſeù alius quicumq; conferre beneficium illi,qui tractauit negotia ipſius conferentis,aut ad illud præſentare,quãuis ad remunerandũ ſeruitium,& laborem illius negotij faciat.vt tenet gl.1.& Doct.in c.cũ eſſent. de ſimon. cum principaliter tamen ad id non faciat. vt dixi ſupra. §.8.

23 Simonia committitur in emendo , aut vendendo Eccleſiam, ſiuè manſum illius, quia ſpirituali annexum eſt.c.querelã. vbi gl.verb.emi.& Doct.de ſimon. & facit tex. in c.cum pridem.& in c.fin. de pact. & in c.ſuper eo.de tranſact.& in c.decimas.16. quæſt.7. & Geripard.conſil.37.n.21.

24 Simonia cum eſt facere homagium pro rebus ſpiritualibus,licet enim iuramentũ fidelitatis poſsit præſtari ſuperiori habito beneficio Eccleſiaſtico, homagium tamen fieri non poteſt. c.ex diligenti,vbi gl.1. & Hoſt.Ioã.And.Butr.Abb.& alij. de ſimon. & c.fin.vbi gl.fin.& Doct.de regul.iur.

25 Simoniaci tamen non ſunt illi,in quorũ ordinatione, aut promitione,ſeù electione interuenit ſimonia,illis tamen ignorãtibus, ſed poſtquam ſciuerint tenentur renunciare beneficio,ſeù dignitati,ad quam electi, ſeù promoti, fuerunt, & tunc Epiſcopus poterit cum illis diſpenſare, & aliter non niſi hoc fuiſſet cõmiſſum, in fraudem illorũ,quia tunc non tenentur renũciare ſuo beneficio,ſeù dignitati,nec tunc indigent aliqua diſpenſatione , quia labes ſimoniæ illius illos non tangit . c.de ſimoniace. vbi gl.verb.remanere.& Hoſt.Ioan. And.Ant.de But.& alij.& c.ex inſinuatione.& c.nobis.vbi Doct.de ſimon. & c.pen. de elect.& c.præſentium.1.quæſt.5.

26 Simonia dicitur à giezi,& à ſimone mago, quoniam giezi, ſeruus hæliſei, primò in veteri teſtamento, vendidit gratiã ſanitatis Naaman Principis,militiæ Regis Syriæ,& remanſit cum pecunia,& veſtibus,& cum lepra,cum qua hodie remanẽt ſimoniaci in anima , vt habetur in libr.4. Reg. c.5. ſimon. magus fuit,qui poſtea in nouo teſtamento voluit emere gratiam Spiritus Sancti,act.Apoſtol. cap.8. & habetur in c. qui ſtudet,& c.reperiuntur, & c.cito turpem.1.quæſt.1.& gl.fin.in c ſicut pro certo.de ſimon. & Gabriel.Prateul. lib.17. de ſect.hæret.c.35.quia ſimon.magus in nouo teſtamento,fuit primus qui voluit emere pecunia poteſtatẽ , vt cuiq; imponeret manus acciperet Spiritum Sanctũ, ab illo dicitur ſimonia,& non giezia,a giezi.

27 Simoniæ crimen enumeratur inter grauiora delicta.c.fin.vbi gl.verb grauiora,& Doct.de purgat.can.& etiã notant ſcribẽtes.in Rubric.de ſimon.& æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.vt tenet Abb. in c.ex diligenti n.6. de ſimon.cuius cõparatione cætera crimina pro nihilo habentur.c.fin. vbi Doct.1.q.7. & c.ſicut.1. & c.licet.heli. de ſimon.& d glo.verb.grauiora.ita quòd crimen ſimoniæ dicatur hæreſis,quoniam quis emit,& vendit donũ Spiritus Sãcti.c. quicumq;.& c.qui ſtudet.& c.presbyter.1. quæſt.1.& c.quotiens,& c.ſicut ſimoniaca. de ſimon.& cap.fin.1.quæſt.7. & docet D. Thom 22.quæſt.100.art.1.ad primum.nõ tamẽ quod ſimonia ſit hæreſis,ſed aſſerere aut credere,licere ſibi emere, aut vendere ius ſpirituale,aut illi ſpirituali annexũ,& ſimoniam non eſſe peccatũ,eſt hæreſis. vt tenet Innocẽt.Abb.& omnes in c.quotiẽs. & idem Abb.in c.licet heli,n.21.de ſimon. & Bald.

Digitized by Google

& Bald. in c. at ſi clerici. col. 7. de iud. & Arch. in c. fertur. 1. quæſt 1. & Iaſ. in Rubrica nu. 2. C. de ſumma Trin. & Ioan. Curiel. in lib. 3. de prim. Gen. quæſt. 7. nu. 8. & Ioan. Vella. in tract. de pæn. delict. cap. 32. in prin.

28 Simoniæ crimen eſt merè Eccleſiaſticum, & de illo non cognoſcit, iudex laicus, ſed iudex Eccleſiaſticus. gloſſ. verb. male factores, in c. cum ſit generale. de foro compet. communiter approbata, vt per Ananiam. in c. 1. num. 9. de Symon. & Iul. Clar. libr. 5 §. Symonia. nu. 7. & Ign. de Salz. cap. 91. §. præmiſſa diffinitione. & Ioan. Vella. in tract de pæn. delict. cap. 32. §. vlt.

29 Simoniaci, & mediatores Simoniæ in ordine, & beneficio ſunt ipſo facto excõmunicati, excommunicatione Papali, & non ſunt abſoluendi, niſi à Romano Pontifice. Extrauag. 2. de Simon. inter communes. & ibi notant ſcribentes. & Extrauag. Pij Quinti. quæ incipit. cum primum Fol. mihi. 17. & Caſſan. in titul. de conſt. diſt. 5. venditio tamen, aut emptio penſionis, in qua committitur Simonia, & venditio iuris Patronatus, non inducit excommunicationem ipſo facto, quia d. Extrauagat. 2. ſolum inducit excommunicationē ipſo facto in ordine, & beneficio, & cum ſit pænalis, non extenditur ad alios caſus non expreſſos, ſed in illis eſt ex communicandus. c. pæna. de pæn. diſt. 1. & l. reſpiciendum. & l. hodie. & l. pen. ff. de pæn. & c. ſtatutum. Feliciſ. de elect. libr. 6. & c. is qui. de ſent. excommunicat. libr & l. quod cõtra rationem, vbi Dec. nu. 4. & l. factum. §. in pænalibus, vbi Doctor. ff. de regul. iur. & Nau. in Manu. cap. 23. nu. 111. & Ign. de Salzed. cap. 91. verſ. ſeptimo. & ſunt Simoniaci ſuſpenſi ipſo facto ab ordinibus, & officio, & beneficio, c. ſicut Simoniaca & c. de hoc, vbi Doctor. & c. inſinuatum. & c. veniens. & c. dilectus de Simon. & c. cum ſuper. de confeſſ. & c. ſi quis Epiſcopus. 1. quæſt. 1. & c. ſane. 15. quæſt. 3. & Abb. in c. cum non liceat. num. 4. de præſcript. Iul. Clar. libr. 5. §. Simonia. num. 8 hodie Simoniacus in ſuſceptione ordinis fit ſuſpenſus ipſo iure ab ordinem executione, vt tenet d. Extrauag 2. de Simon. inter communes. & per Extrauag. Mart. Quint. fit etiam Simoniacus ſuſpenſus ipſo iure in beneficio, vt tenet Feli in c. in noſtra. Corollario. 2. in fin. de reſcript. & Nau. in Manu. cap. 23. num. 111. verſ. Sexto dico. & Ign. de Salzed. cap. 91. in fin. prin. & fit Simoniacus etiam in famis infamia iuris. c. ſi quis Epiſcopus. 1. quæſt. 1. & c. fin. 1. q. 3. & gloſſ. verb. infamia. & Abb. nu 6. in c. ex diligenti. de Simon. & c. ſane. 15. quæſt. 3. & Ioan. Vella. de pæn. delict. cap. 32. §. puniuntur autem.

30 Simoniaci etiam alijs pænis puniuntur per arbitrium iudicantis, conſiderata qualitate Simoniæ. & natura perſonæ, & modo delinquendi in crimine illo. & etiam ſecundum alias pænas contentas in ſuis locis, vt docet Bald. in l. in eos. ff. de tutel. & Hoſt. in ſumma huius titul. §. qua pæna. feriatur. & Præpoſit. in c. presbyter. col. fin. verſ. regul. 1. quæſt. 1. & Anan. in Rubrica. de Simon. num. 3. & Ign. de Salz. cap. 91. & Menoch. de arb. caſu. 401. num. 28. Ioan. Vella. in tract. de pæn. delict. cap. 32. §. vltimo punitur.

31 Simonia tamen realis inducit illas ſupra dictas pænas. videlicet excommunicationis, & ſuſpenſionis, & non Simonia mentalis, nec conuentionalis, nec illa Extrauag. 2. de Simon. inter communes, nec illa Pij Quinti comprehendit, niſi Simoniacos. de Simonia reali, ſecundum interpretationem Romanæ Curiæ. vt refert. Caſſad. deciſ. 5. & Lud. Gomes. in regul. de Trienal. quæſt. 12. nu. 3. & Cou. ru. in regul. peccatum. 2. part. relat. §. 8. nu. 7. de regul. iur. lib 6. & Nau. in Manu. cap. 23. nu. 104. & in c. ſi quando. except. 4. de reſcript. & in c. fin. nu. 28. de Simon. & Ign. de Salzed. cap. 91. verſ. Extrauagantem & Ioan. Vella in tract. de pæn. delict. cap. 32. verſ. realis vero. & eſt communis. quidquid dicat Caiet. in ſumma. verb. Simonia. & Sot. libr. 9. de iuſt. & iure. quæſt. 8. art. 1. & Rebu. Fuſ. in praxi. 3. part. titul. de Simonia. in renunciat. nu 9.

32 Simoniacus tenetur reſignare beneficia, ſeù illa ſpiritualia, ſiuè ſpirituali annexa & in duplum reſtituere illud tēporale, quòd Simoniace ſuſcepit. c. audiuimus. de Simonia. & c. procurationes. § fin. de cenſ. & c. quia plerique de immunitat. Eccleſ. & auth. de Sanct. Epiſc. §. ſi quis autem. verſ. ſi vero laicus. & §. ſi autem Secularis, vbi Doctor. coll. 9. ſi autem recipiatur Simoniacè ex concordia dantis, & accipientis, non tenetur tunc Simoniacus reſtituere duplum ſed ſimplum. c. de hoc autem, vbi gl. verb. reſtituant. & Doctor. de Simon. & Abb. in d. c. audiuimus. num. 1. eodem titul.

Simonia-

Digitized by Google

33 Simoniacus prohibetur ab adminiſtratione diuinarum, pendente accuſatione, ſi de hoc crimine ſimoniæ fuerit publicè diſſamatus, aut de hoc conſtat per aliquam generalem Inquiſitionem. c. accuſatū. vbi gloſſ. 1. & Doct. & c. quotiens. & c. tanta, & c. de hoc autem, & vtrobiq; Doct. de ſimon. quamuis tamen ſimoniacus non recipiat ordinum executionem, recipit verū characterem, quoniam character eſt indelebilis, & relinqui non poteſt. c. quomodo. & c. oſtenditur. de conſecrat. diſt. 4. & facit text. cum ibi notatis. in c. maiores. §. item quæritur. de bapt. & cap. quotiens. de ſimon. & doctrina D. Thom. 22. quæſt. 100. artic. 6.

34 Præſentatio ad beneficium Eccleſiaſticum, ſiuè electio, vel collatio, & quæcumq; alia diſpoſitio beneficij, aut Sacramenti, vel cuiuscumq; rei ſpiritualis, ſeù illi annexæ, per ſimoniam realē habita, eſt ipſo iure nulla, & inualida atq; nullius momēti. c. pen. vbi notant communiter Doct. de elect. c. fin. vbi etiam notant ſcribentes. de pact. & c. cum eſſent. & c. ex inſinuatione. & c. nobis, & c. tua nos. de ſimon. & Nau. in Manu. cap. 23. n. 111. verſ. nono.

Verbum Societas.

1 Societas eſt fortunæ, & periculi participatio inita tacitè vel per conuentionē inter duos, vel plures ob commodiorem vſum, & vberiorem quæſtum. facit text. in l. ſocietatem. 1. & gloſſ. verb. fraternitatis. in l. verum. ff. pro ſocio. Maranta. de ord. iud. 4. part. diſt. 4. nu. 3. & contrahitur tacitè, vel expreſſè. l. 4. cum alijs. ff. pro ſocio & l. conſenſu. ff. de act. & obligat. & Iaſ. in l. cum proponas. nu. 3. C. de pact.

2 Societas ſicut tacito conſenſu contrahitus, ita tacito cōſenſu renouatur. l. nam cum tractatu. ff. pro ſocio. & Faber. in §. vnico. col. fin. inſt. de obligat. quæ ex conſenſ. & Dec. in auth quod locū. C. de collat. & Valaſc. conſult. 34. nu. 2. & ita Tacitò conſenſu diſſoluitur. l. itaq; ff. pro ſocio, & Bald. in l. ſi patruus. col. 4. num. 13. verſ. ſed quæro. iuxta prædicta C. communia vtriuſq; iud. & facit text. in c. 1. de regul. iur. libr. 6.

3 Societas, aut contrahitur in omnibus bonis, aut in vna negotiatione, ſecundum pacta, & conuentiones inter ſocios initas, & ita obſeruari debet. l. 1. vbi Doctor. ff. pro ſocio. & l. de Societate. vbi Bald. C. eodem titul. & l. ſi Societatis, vbi Doctor. C. eodem. & prin. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de Societ.

4 Societas inita ſimpliciter intelligitur pro partibus æqualibus tàm in lucro, quā in damno. ſi tamen partes inter ſe conueniant, vt vnus habeat duas partes, & alter vnam, aut plus vel minus obſeruabitur, quod actum fuerit, & ita ſi conueniant, vt vnus conferat pecuniam, & alter operam, vel induſtriam, & hæc Societas eſt iuſta, tam de iure canonico, quam ciuili. l. ſi non fuerit. vbi Bald. ff. por ſocio. & prin. inſt. de Societ. & Doctor. in l. legata. §. in legato. ff. de legat. 1. & Doctor. in c. per veſtras. de donat. inter. vir. & vxor. Marāt. de ord. iud. 4. part. diſt. 4. nu. 18. & Ant. a Gam. deciſ. 110. nu. 28. quando tamen vnus confert, pecuniam in Societatem, & alter operam, ſeù induſtriam, tota iactura pecuniæ erit conferentis, & tota iactura laboris, erit illius, qui illum ſubijt, & tota iactura induſtriæ illius, qui illam ad hibuit, nec poterunt inire pactum, vt periculum pecuniæ non expectet ad conferentem. & ſi tale pactum interueniat, erit nullum, & nullius momenti. gloſſ. in l. 1. vbi Doctor. C. pro ſocio. & D. Tho. 22. quæſt. 78. art. 2. ad 5. Nau. in Manu. cap. 17 num. 252. & Gam. deciſ. 253. num. 1.

5 Socius tamen tenebitur de dolo, & negligentia, ſi non ad hibuit diligentiam in emendis mercibus, & in illis rebus communibus, ſicut in ſuis proprijs. ad hibere debuit. §. fin. vbi Doctor. Inſt. de Societ. & §. ex quibuſdam. inſt. de pæn. temer. litigant. & l. ſocius ſocio, vbi Bart. & l. cum duobus §. venit autem, vbi Doctor. ff. pro ſocio. & l. contractus, vbi Dec. nu. 39. ff. de regul. iur. & Alex. conſil. 47. col. 5. libr. 1. ſocin. conſil. 24 libr. 1. col. 12. verſ. & ideo. dicunt Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 9. num. 104. & Gam. diſt. 233. nu. 2.

6 Societas contracta ad tempus, non diſſoluitur ante tempus conſtitutum, niſi ex conſenſu vtriuſq; partis contrahentis. l. ſi conuenerit & l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio. & §. manet. vbi Doct. inſt. de Societ.

Si tamen ſocius fuerit rixoſus, aut damnoſus, vt non expediat illum pati, aut ſuperueniat aliqua inimicitia, tunc poterit alter in tempeſtiuè renunciare Societati, d. l. ſi conuenerit. vbi Doctor. ff. pro ſocio, & Valaſc. conſult. 185. nu. 12. Greg. in l. 14. titul. 10.

Digitized by Google

titul.10. part.5. Aut ſi re illa, cuius gratia inita eſt, frui non poſsit, quia Societas ſemper contrahitur cauſa lucrum quærendi, & non intelligitur, niſi ad fruendum re illa, cuius gratia initur Societas, nec facit in contrarium ſi forte aliquando damnum euenire poſſet, vbi lucrum expectatur. l. vel quod. ff. pro ſocio. & l. ſi non fuerit, & l. Mutius. ff. eodem. & l. cum in Societatis. C. eodem titul. maxime in Societate contracta cauſa negotiationis, mercimonij, culturæ agrorum, oliuetorum, ſeù vinearum. & ſimilium, quia ſemper intelligitur tacitè contracta, vt ſi res in ſtatu ſit, quòd frui poſsit, ex Alex. conſil. 154. num. 6. libr. 2. niſi ſi vnus ex ſocijs renunciaret Societati eo tempore, quo inter fuit ſocijs non dirimi Societatem, nam ſi poſt quam incepimus colere agrum ſuper quo inita fuit inter nos Societas, & poſtea euenit caſus ob quem agro frui non poſſumus aut ſi emimus mancipia inita Societate, & poſtea vendi non poſſunt tunc renunciare Societati non poteris, quia cauſam meã deteriorem facis. l. actione. §. labeo autem ff. pro ſocio. Aut ſi ſocius diu cauſa rei publicæ inuitus ſit ab futurus, aut quid ſimile poſt initam Societatem cõtingat, nec tenetur tunc alteri committere Societatis adminiſtrationem, niſi æquæ ſit idoneus. l. idem quærit, vbi gloſſ. verb. idoneus. ff. pro ſocio, & idoneus non poterit facilè inueniri, cui inſtitutionem, & adminiſtrationem Societatis. ille, qui ab futurus eſt, cõmittere poſsit, vt notat Bart. in d. l. idem quærit. ff. pro ſocio.

7 Socius, qui Societatem in tempus coiuit, & illi, altero inuito, ante tempus renunciauit, liberat ſocium a ſe, ſed ſe non liberat a ſocio. l. actione. §. item, qui Societatem. ff. pro ſocio. & pallat. in rep. Rublicæ. §. 64. num. 5. & Gam. deciſ. 253. num. 2. & ſi poſtea aliquod commodum eueniat non habebit partem illius, ſi autem eueniat damnum ſatisfaciet pro parte ſua. d. l. actione. §. item qui, vbi Doctor. ff. pro ſocio. & gloſſ. verb. actionem. in l. ſi conuenerit. ff. eodem. & Valaſc. conſult. 185. num. 5.

8 Societas quam teſtator relinquit, in teſtamento, ad tempus inter hæredes. eſt ſeruanda, & tenentur tempore illo poſsidere agrum, vineam, ſeù oliuetum, aut alia bona in communi. vt tenet Bald. in l. 4. in prin. notab. 2. ff. de cond. inſt. & Dec. in conſil. 441. incipit. præſens conſultatio, col. 102. num. 2. quamuis præceptum illud ab hæredibus remitti poſsit. ſi cõſtat quod ad fauorem illorum tantum fuiſſet relictum. quoniam ſi in fauorem animæ relictum fuiſſet ab ipſis remitti non poſſet, vt tenet Old. conſil. 241. & Bart. in l. filius familias. §. diuus. ff. delegat. 1. & Valaſc. conſult. 63. num. 15. ſi autem teſtator præciperet, vt Societas illa duraret in perpetuum, non valeret tale præceptum tanquam cõtra bonos mores, quia communitas ſemper parit diſcordias, vt tenet Paul. de Caſtr. & Iaſ. num. 5. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum ff. de cond. inſt.

9 Socius tenetur in toto obſeruare æqualitatem cum ſocio, & communicare omnes merces, in quibus eſt Societas, & non poteſt ſuſcipere ſibi partem in ſolidum, de rebus, Societatis, neq; alias merces, ſibi, & alias ſocio comparare, quominus ſocius, omnia cum ſocio communicet, nec partẽ lucri in pecunia dare ſocio, & ſibi ſummere merces, nec è contra, ſed omnia æqualiter inter ſe deuidere tenentur. l. verum. §. ſi cum tres. vbi Bart. & Bald. & l. actione. §. item ſi Societatem. ff. pro ſocio. & Gam. deciſ. 153. nu. 1. & Merg. conſil. 48. nu. 13.

10 Expenſæ factæ in rebus conſernentibus Societatem ſunt de ducendæ. de vniuerſitate Societatis. l. cum duobus. §. ſi quis ex ſocijs, & ibi Doctor. ff. pro ſocio. & Alex. conſil. 130. nu. 22. libr. 5. & Doctor. communiter in l. 1. C. pro ſocio. Matant. de ord iud. 4. part. diſt. 9. num. 103. & Gam. deciſ. 110. num. 29. & Valaſc. conſult. 118. num. 9. & ita ſi ſocius cauſa Societatis ob iniuriam iudicis aliquid damnatus præſtiterit cum iudicio adeſſet, nam ſi ob maleficium ſuũ condemnatus aliquid ſoluiſſet ex ſuo illud ſintire debet, & non ex corpore Societatis. l. cum duobus. §. fin. vbi Doctor. & l. adeo. §. pen. & l. Mutius. ff. pro ſocio. & l. ſi is cum quo. ff. communi. diuid. & l. quod quis, & l. quod a quoquam. ff. de regul. iuris & l. 2. §. ſolet. ff. de hæred. vel act. vend.

11 Socius, qui de voluntate cõmuni, merces in aliquam partem portabat, & in via fuit a latronibus ſine culpa ſua de robatus, aut in mari fuerunt merces demerſæ habebit damnum commune cum ſocijs. ſi vero per imprudẽntiam ſocij, aut per malam cuſtodiam, ſiuè quia per itinera periculoſa, cum alia eſſent tuta, iter faciebat, & ita fuit derobatus, tunc ille ſolus ſentiet damnum.

Digitized by Google

num. & non alij ſocij. l. cum duobus. §. damna. vbi Doct. ff. pro ſocio. & l.2. §. ſi eo tempore. ff.de adminiſtr.rerum ad ciuit. pertinent. & Bald.conſil.416 & conſil.417. lib.3. Maranta. de ord.iud.4 part. diſt.4. num.28.

12 Societas non probatur ex eo quod duo geſſerunt aliquam negotionem, ſimùl, & alternis vicibus. vt tenet Bald.conſil.125. lib.5. ſed eſt neceſſe probare, quod contraxiſſent ſocietatem in perpetuum, vel ad tempus per confeſsionem contrahentium, aut illius, qui conuenitur, aut per librum ſuorum rationum, aut per ſcripturã ipſius ſocietatis, aut quando duo, vel plures ſimùl vnam negotiationem gerunt, & ſunt maiores, quia tunc tacitè contrahitur ſocietas, non vero ſi plures fratres ſtant ſimùl & vnus tantum negotiatur, & alij non quia tunc nõ intelligitur ſocietas tacitè inita, ſed requiritur quòd interueniat expreſſa conuentio. vt notat Bart. Bald & alij in l. ſi patruus. C. communia, vtriuſq; iud. idem Bald.in Rubric.c.depoſit.& Socin.conſil.86. col.4. in princ. & col.fin. in prin. lib.1. & Iaſ. in l.ſi vnus ex argentarijs.nu.1. ff.de pact. & Marant de ord.iud. 6.part.§.de teſtium productione.n.78.

13 Socius non poteſt alienare de rebus cõmunibus plusquam partem ſuam, quamuis ſit ſocius omnium bonorum. l. nemo ex ſocijs. vbi Doct. ff.pro ſocio. & l.ſi ſocius. vbi Bart. Bald. Angel. Paul.de Caſtr. Iaſ.& omnes. ff. de reb. cred. & gloſſ.fin. in l.infamiæ. C.familiercìſc. & l.2. & l.falſo.vbi Doct & l portionem. vbi Bald. & Salicet. C.communia rerum alien.facit tex.in l.fiſtulam. ff.de ſeruit.vrb. præd.& Valaſ.conſult.64. num.12. & conſult.98. num.12.& conſult.143 num.7. niſi ſit magiſter ſocietatis. l.item magiſtri. vbi Doct.ff.de pact. aut ſi fuerint res venales, quia tunc poterit vnus ſocius vendere res communes, ſine conſocio, & valebit venditio de tota re cõmuni, quoniam vnusquiſq; videtur inſtitutus ad alienationem omnium rerum cõmunium, & ad inuicem propoſitus ad vendendum. ex gloſſ.verb. alienare ſic intelligenda in l.nemo ex ſocijs.vbi Bart. Bald. Odofred. Alb. & alij. ff. pro ſocio. idem Bald. in l.1. C. qui teſt. facer.poſſ.& Iaſ.in d. l.ſi ſocius num.3. Dec num.3. ff.de reb. cred. Alex.conſil.139.lib.5. & conſil.186. lib.2. & Valaſc. conſult.98. num 12. fallit tamen in duobus caſibus. primò, ſi fraude alienet. ſecundò, ſi cæteri ſocij contrà dicant. ex Bart.in d.l.nemo ex ſocijs. ff.pro ſocio. Valaſc.conſult.143.nu.8.

14 Res communis cum fiſco poteſt ab ipſo fiſco tota inuito ſocio, alienari ex priuilegio ſpeciali, & valebit venditio, quamuis priuatus totam rem vendere non poſsit contràdicente fiſco. l. multum. vbi Bald. & Salicet. C. commu. rerum alien. & Iaſ. in l.ſi ſocius. numer.3. ff. ſi cert.pet.& l.1. vbi Doct.C.de vẽd.rer.fiſc.lib.10.Doenn. regul. 295. limitat.3.& regul.375.& Valaſ. conſil.143. num.13.

15 Socius tamen poteſt diſponere de re communi inutilitatem conſocij nomine communi, & valebit alienatio, cum fuerit facta in conſocij vtilitate, ſi conſocius non contradixerit. vt tenet Rip. in l.ſerui electione. §. labeo. num.14. ff. delegat.1. & Sarmient. in tractat. de reddit. Eccleſ.1. part. cap.2. num.8. & num.13. Tiraquel. de iure marit. gloſſ.8. à nu.65. Valaſ.conſultat.143. num.9. hoc tamen eſt intelligendum quando conſocius vult ſtare illi alienationi, & illam approbare, nam vnusquis poteſt ratum habere factum ſocij in ſuum fauorem, tacitè, vel expreſſè, & tunc erit tanquam à ſocio factum. facit text.in cap.quoties. de purgat.can. & l.ſi pupillo. §. ſed ſi ego. ff. de negot. geſt. & in l. iure ſocietatis. ff.pro ſocio.& Valaſ.conſult.98. num.12. & conſult. 143. num.16. aliter enim non poteſt dominium rei noſtræ auferri à nobis ſine facto noſtro. l. id quod noſtrum. vbi Doct.ff.de regul.iuris.& Valaſc. d.conſult.143. d. nu.16.

16 Socius poteſt totam domum, ſeù fundũ locare, ſi partem ſuam ſeparatim locare non poteſt, licet conſocius contradicat ſi tamen domus illa, ſeù fundus. conſueuit locari, aut eſt conſuetudo, vt talis res locetur. facit text.in l.ſi quis putans. §.1. ff. communi diuid. & Paul. de Caſtr. & Bart. in l.& hæc diſtinctio. §. cum fundum.nu. 2. ff. locat. & Bald.& Angel. in l.duo fratres. ff de acquirend.hæred. & idem Bald. in l 1. ad fin.& Iaſ. num.24. C. qui teſtam. facer poſſ. idem Bald. in cap.cum omnes. col 9. de conſt. & Iaſ. in l.ſerui electione. §.labeo. num.16. ff.delegat.1.& in l.quominus. nu.159. ff.de flumin. & Valaſ.conſult.143 num.11.

17 Si ſocius voluiſſet habitare domum cõmunem, & alter ſocius vellet illam locare. præferretur ille, qui vult habitare, quia

vtitur

vtitur re ſua, ad ſuam neceſsitatem, nec a ſocio poterit prohiberi, dum non obligatur de communi diuidundo. l. ſabinus vbi gloſſ. verb conſtat & Doctor. ff. commun. diuid. & Bald. & Angel in d. l. duo fratres. ff de acquirend. hæred & Iaſ. in l. ſerui electione. § labeo num. 16 ff. delegat. 1. & ſocius habitans in domo communi non tenetur ſoluere penſionem pro parte conſocij quia vtitur re ſua qua aliter vti non poteſt, & illud facere poteſt inuito conſocio, vt tenet Bald. & Ang in l, duo fratres ff de acquirend. hæred. & Paul. de Caſtr. & Iaſ. n. 27. in l. 1. C qui teſt. facere poſſ. & Bald. in l. 1. § præterea ducatus. col pen. C. de prohib feud. alien. & Iaſ. in l. ſerui electione. §. labeo. nu. 17. ff delegat. 1. & in l. iuris gentium § fin. n 7. ff de pact.

18 Socius habens fundum communem cũ ſocio, & vult colere, & ſeminare, alter vero conſocius non vult. vt colatur, & ſeminetur, ſed vt maneat in cultus. tunc eſt videre vtrum fundus ille conſueuit coli, & ſeminari, quia ſi conſueuit coli, & ſeminari, poterit illum colere, & ſeminare inuito conſocio, ſecùs verò non, & quando illum totum ſeminauerit, reſpondebit conſocio de fructibus ſolutis expenſis. quoniam vna ratio datur in domo, & alia in fundo. ex gloſſ. verb diuidere in l iubemus. 2. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. & Iaſ. in l. ſerui electione. § labeo. nu. 19. ff delegat. 1. licet Salicet. teneat in d l. iubemus. 2. quod ſocius tunc non teneatur reſpondere conſocio de fructibus. ſed prima opinio eſt verior, & ſecurior, & ita ſi ſocius habet ſiluã communem cum ſocio, quæ cædi conſueuit. arg text. in l. arboribus. §. nauis. ff. de vſu fruct. & Iaſ in d. l. ſerui electione §. labeo. nu. 18. ff. delegat. 1. tenetur tamen ſocius, antequam agrum colat, & ſeminet requirere conſocium ad illum colendum, & ſeminandum quoniam ſi violenter inuito ſocio illum inuadat teneretur interdicto vnde vi. vt tenet gloſſ. magna ad mediũ. & Doctor. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, & Alex. cõſil 103. col. 5. verſ. nõ obſtat quartum argumentum. lib 1.

19 Socius vtrum poſsit in fundo communi ædificare inuito, conſocio. dixi. ſupra verb. ædificare à §. 13.

20 Socius tenetur amicabiliter reddere rationem ſuo conſocio, de geſtis, & adminiſtratis ſaltim de anno in annũ, niſi aliud in pacto illorum caueatur, aut lex ſiuè ſtatutum loci, ſeù conſuetudo aliud diſponat, vt tenet Bald. in l. Mutius ff pro ſocio. aut quando a conſocio ſine calumnia petitur. facit. text. in l. tandiu. vbi Bald. & Salicet. C pro ſocio. & Doctor. in rubrica. C. eodem. Socin. conſil. 193. col. 5. verſ. circa quintum, & conſil. 213 col 3. verſ. 1 concluſio. lib. 2. & Marant. de ord. iud. 4. part. diſt. 4 nu. 28.

21 Socius non poteſt agere contra debitorem ex debito ſuæ ſocietatis, niſi pro parte ſua tantum. quando ſocij per ſe ipſos cõtraxerunt, & non ſunt correi. nec ſocius habet mandatum, ab alijs conſocijs, vt agere poſsit in ſolidum, aut ſit magiſter ſocietatis conſtitutus. facit text. in l. item magiſtri ff. de pact. & in l. iure ſocietatis. ff. pro ſocio. & Bart in l. eandem. nu. 9. ff. de duob. reis & Dec. in l. ſi ſocius. nu. 2 ff. de reb cred. & facit text. in c. cum M de cõſt. & tenet Fulg. Paul. de Caſtr. Iaſ & alij in l. ſi vnus. ex argentarijs. ff. de pact. & Alex. conſil. 147. col 1. libr. 2. & Valaſc. conſult. 143. num. 14. nec etiam poſſunt conueniri alij pro alijs. niſi vnusquiſq; pro ſua rata. vt reſoluunt ſupra relati. quamuis Angel. teneat contrarium. in d. l. ſi vnus ex argentarijs. ſi tamen ſocij ſint correi credendi bene poterit alter eorum agere, in toto debito, & etiam præiudicare conſocio, litem conteſtando, & præoccupando actionem ſuper debito, vel recipiendo debitum, a debitore, ſocietatis, non poteſt tamen facere pactum de non petendo, nec nouare debitum. l. ſi vnus in prin. vbi Bart. & Iaſ. nu. 3. & latè Iacob de ſanct. Georg. 1. & 2. lect. ff. de pact & l. ſi duo. ff de arb. & l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat.

22 Socij poſsidentes fundum, oliuetum, vineam, ſeù hæreditatem vel aliquam rẽ pro indiuiſo, omnes ſunt conueniendi ab illo, qui ab eis rem vindicare vult, & non vnus tantum nam ſi omnes poſsident pro indiuiſo, omnes retinent partem vindicantis, quamuis ſit cohæres illorum, ille, qui rem vindicat, quia in quacumq; parte hæreditatis, quis pro indiuiſo poſsidet, retinet partem alterius vindicantis. l. 1. §. qui nimmo. vbi Doctor. & §. ſi ego. verſ. cæterum. ff ſi pars hæred petat & l. pomponius. ff. de rei vind ſi autem cohæres meus, & extraneus poſsideant hæreditatem. ſeù rem pro diuiſo, extraneum tantum cõueniam, quia cohæres meus ſuum tantum poſsidet. d. l. põponius. ff de rei vind. & ita littera Bart. in d. §.

in d.§ ſi ego ex parte debet eſſe corrupta dicens pro indiuiſo. quoniam ita ſuſtineri nõ poteſt immo.ſi pro indiuiſo poſſiderent, cum vtroq; experiri debeo. cum vterque partẽ meam poſſideat vt tenet Lud. Rom. in d.§.ſi ego. ex parte.

23 Socij gerentes aliquam mercantiam ſimul in eodem loco, non remanent obligati ex ea ſinguli in ſolidum, ſed vnusquiſq; pro parte ſua, & in quocumq; contraxit, nam in illo eſt conueniendus, quamuis res in quibus contraxit, ſuam partem excedant. vnde procedit illud vulgare prouerbium tecum contraxi, ſolue mihi. & obliga ſocios l.1. §. fin. & l.ne in plures ff. de exercit.act. & facit doctrina Bald. in l.cum te in Galliea. col.2. C. ſi cert.pet. & in rubrica quæſt. pen.c.de exercit.act. & Bart. in l. eandem.n.9. ff.de duob.reis. & in auth. hoc ita nu.51. C. de duobus reis ſtipul. & in l. ſi tamen.num.1.ff. de exercit.act. & Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. in l. ſi vnus ex argentarijs.ff.de pact. & idem Alex. conſil.139. in prin. verſ. idem in duob.reis. & conſil.147. in prin.lib.2. Ronchegal. in d.l. eandem.nu.19.ff.de duob.reis.& Ruin. cõſil.92.col.2.libr.5. Marant. de ord. iud.4. part.diſt.9 nu.99 & Valaſc.conſult.98.nu. 4. quamuis contrarium teneat Angel. in d. l.ſi vnus ex argentarijs.ff. de pact. & Doct. antiqui.in d. l. cum te in Galica.C. ſi cert. pet. & Bald. in l.certum.nu.8.C. familier- cis. & in conſil.262.lib.5.ſed prima eſt cõmunior, & verior niſi aliter per conſuetudinem, vel loci ſtatutum, obſeruetur. ſocius enim non videtur procurator alterius conſocij in re communi, vt colligitur ex l.de pupillo.§.ſi plurium. vbi Iaſ.nu.2. & alij.ff.de noui oper.nunciat.

24 Aliter tamen in pluribus ſocijs mercatoribus animalium, nam ſi plures ſocij vẽdant aliqua animalia, & poſtea agatur redhibitoria actione poteſt vnusquiſq; conueniri pro altero. vt tenet Bald. in l.ſi præ diũ. col.4. verſ. ſed pone. c.de ædilit.actionib. & Corſet.ſingul.165.& Ronchegal. in l.eandem.n.187. ff.de duob.reis.& Marant. de ord. iud.& 4 part.diſt.9.num.99.& ita eſt dicendum in mercatoribus ſeruorum, vt refert Marant. vbi ſupra.

25 Socij plures exercentes nauem per ſe ſimul tenentur vnusquiſq; pro ſua parte, ſi autem per alium tertium, liberum vel ſeruum illam exerceant aut per vnum ex ipſis, tunc qui libet tenetur in ſolidum.l.1.§ magiſtrum.& §.fin.vbi Bart.& alij, & l. ne in plures.& l.ne quicquam & l.ſi tamen cũ alijs.ff de exercit.action.

26 Socij, qui diuerſis locis gerunt aliquam mercantiam, & vnus eſt in vno loco alter vero in alio tenentur ſinguli in ſolidum, & vnusquiſq; poteſt conueniri in ſolidũ pro contractu ab aliquo eorum inito de rebus conuentis in vtilitatem illius ſocietatis. quia vnuſquiſque illorum videtur habere alterum inſtitutorem, & factorem in altero loco. facit text. in l.1.§.fin.vbi Doctor.ff.de exercit.act.& Bart. in l.ſi tamen.ff. eodem & idem Bart. in l.eandem.nu.9.ff.de duob. reis.& facit text. in l.iure prouiſum .C. de Fabricenſ.libr.11. & Valaſc.cõſult.98 nu. 7.& Gerip.conſil.32.nu.26.& idem ſi vnus mercantiam lanæ, & alter panorum, vel aliter inter ipſos diuiſerunt ſuam mercantiam, quia tunc videntur ſibi inuicem eſſe Præpoſiti.arg.tex. in l.eius, qui in Prouincia.ff.de reb.cred & tenet Bart. in l. ſi tamen.ff.de exercit.act.& Valaſc.conſult.98. num.7.

27 Socij alicuius adminiſtrationis reipublicæ tenentur alter pro altero in ſolidum quia tales efficiuntur duo rei debendi. quãuis alter pro altero reſpectu priuati, ad quem negotium expectat, non teneatur. l. cum alicui. vbi Bart. ff de negot.geſt.& l.1. ff.de loco public.fruend.& l.idem in duobus.ff de pact.& Bart. in l.eandem, num.9. ff.de duob reis. Coſtal. in l.Procuratoris.§. ſi plures.in prin.ff.de trib.act.& Iaſ. in l.ſi vnus ex argenearijs.nu.2.ff.de pact & Valaſc.conſult.98 nu.8. quando tamen vnus ſocius ſoluit, habet actionem contra conſocium l.ex facto. vbi gloſſ.verb. qua actione.ff.de negot.geſt & l.ad litem. vbi Doct. de in lit.dand.tutor. & l.2.§. ius reipublicæ.ff.de adminiſtr.rerum.ad ciuitat.pertinent.

28 Socius in tutela etiam poteſt vnusquiſque conueniri & conuenire in ſolidũ. nam in omnibus actibus ſufficit auctoritas vnius tutoris, ſeu curatoris, cum tutelam plures ſimul exerceant & ita vnus pro altero obligatur in ſolidum, l.fin.vbi Bald.& Salicet. & l.3.vbi Doctor. C. ſi vnus ex plurib. & Bart. in l.eandem.nu 9 ff.de duob.reis. & l.fin. C. de auth, præſt. Valaſc. conſult. 98. num.9.

29 Socij etiam qui per vnum inſtitutorem gerunt vnam negotiationem tenentur ſinguli in ſolidum.l.1.§.fin.vbi Bart. & l.ne in

plures.

plures. ff. de exercitor. act. & l. habebat. §. ſi duo. vbi Doctor. ff. de inſt. act. & l. Lucius. §. Sempronij. ff. de adminiſtr. tut. & Bart in l. eandem. numer. 9. ff. de duob. reis. & in authent. hoc ita. num. 11. C. de duob. reis ſtipul. & ſic tales ſunt rei debēdi, non tamen rei credendi, quia ex contractu exercitoris, vel inſtitoris, non quæritur actio domino, niſi poſt actionem, vel in ſubſidium. l. 1. vbi Doct. ff. de inſtit. act. & Valaſ. conſult. 98. nu. 10.

30 Socius poteſt teſtificari in cauſa ſui cōſocij, cum non ſit ſocius criminis, & muneris, & etiam poteſt teſtificari in cauſa ſuæ vniuerſitatis. cap. tertio loco. vbi Doctor. de probat. & cap. in ſuper. & cap. veniens. de teſt. & cap. & ſi Chriſtus. de iureiurand. & §. vniuerſitatis. & §. nullius autem. inſt. de rerum diuiſ. & gloſſ. verb. participes. in l. quoniam. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de teſt. & Bald. in l. omnibus. C. eodem titul. & Angel. in l. ſi duo. in prin. ff. ſi quis caut. & ſpecul. in titul. de teſt. §. 1. verſ. item quod eſt ſocius, & Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes, in d. cap. in ſuper. de teſt. & Iaſ. in l. ſerui electione. §. labeo. num. 20. ff. delegat. 1. & dicam infrà verb. teſtis. §. 27. & 28.

31 Socius tamen in cauſa ſimoniæ admittitur contra conſocium, ſi fuit ſocius criminis, & non muneris, & agitur ciuiliter. & non criminaliter. c. 1. vbi gloſſ. & Doctor. de teſt. lib. 6. & cap. veniens. 1. de teſtib. & cap. per tuas. §. fin. vbi gloſſ. verb taliter. & ſcribentes. de ſimon. & hyppolit. in l. 1. §. fin. ff. de quæſt. & dicam infra verb. teſtis. §. 28.

32 Societas in re turpi non obligat, neq; vim aliquam habet. l. ſi a reo. §. fin. vbi Doctor. ff. de fid. iuſſ. & l. quod autē, & l. quod enim. & l. nequicquam. & l. nec prætermittendum. ff. pro ſocio. & l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. mand. & l. quod ſæpe. §. 1. & leg. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ff. de contrahend. empt. & l. 1. §. non tantum. vbi Doct. ff. de tutel. & rat. diſtrah.

33 Aſſocians homicidam, latronem, ſeù alium delinquentē animo occidendi, furādi, ſeù delinquendi, aut prohibendi, ne delinquens impediatur. pari pœna, aut quaſi puniri. debet. cap. ſicut. §. illi autem. & §. illi etiam. vbi Doct. de homicid. & cap. ſtudiat. diſt. 50. conſentiens enim delicto ſimul cooperando, aut defendendo delinquentes. ne impediantur æqualiter puniri debet. cap. notum ſit vbi gloſſ fin. 2 quæſt. 1. & cap. ſi quis Epiſcopus. 1. quæſt. 1. & cap. conſanguineorum. 3. quæſt. 4. & cap. de puellis. 36. quæſt. 2. & gloſſ. verb. pari. in cap. 1. vbi Doct. de offic. & poteſt iud. delegat. & l. ſi quis non dicam rapere. vbi gloſſ. 1. C. de Epiſcop. & Cler.

34 Societas regulariter finitur morte, tàm naturali, quàm ciuili, & non tranſit ad hæredem. l. nemo. & l. ad eo autem. vbi Doct. & l. actione. § morte vnius. vbi etiam notant ſcribentes. ff. pro ſocio, & §. ſoluitur. vbi Angel. & alij. inſt. de ſociet. & Iaſ. in l. ex ea parte. §. in inſulam. num. 2. ff. de verb. obligat. & Bart. conſil. 35. & Paris. conſil. 28. num. 31. lib. 1. & Valaſ. conſult. 63. num. 3. & de iure emph. quæſt. 30 num. 5 nec valet pactum. vt ſocietas tranſiat in hæredem, niſi in ſocietate vectigalium. l. adeo morte. vbi Doct. & l. nulla. ff. pro ſocio. & Angel. in d. §. ſoluitur. num. 3. inſt. de ſociet. quia in ſocietate videtur electa induſtria perſonæ. vnde tranſire ad hæredem non debet, & ignoratur quis ſit futurus hæres. verum ſit bonus ſocius, & idoneus ſocietati. ex Angel. vbi ſupra, & Valaſc. conſult. 63. num. 4. ſi tamen ſocietas inita fuerit inter plures, & vnus eorū decedat diſſoluitur ſocietas inter omnes. niſi in cuncta ſocietate aliud fuiſſet conuentū. l. actione. §. morte. vbi Doct. ff. pro ſocio. & l. verum. §. in hæredem. & l. ad eo. & l. hæredes ſocij. ff. eodem. & l. furti. §. 1. ff. de his. qui notant. infam. & §. ſoluitur. inſt. de ſociet.

35 Societas inita ad aliquod negotium, diſſoluitur finito negotio, aut quando bona conſocij publicantur, ſiuè illius ceſsit. forte debito prægrauatus, aut cum bona ipſa aliquo modo amiſit, ſeu vitam, vel ciuitatem. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. & §. ſoluitur. vbi Doctor. inſt. de ſociet. commoda autem, & actiones ſocietatis remanent. poſt mortem inter hæredes. l. nemo poteſt. & l. adeo. & l. verum. §. in hæredem. vbi Doct. ff. pro ſocio. & l. cum in ſocietatis. C. pro ſocio. hoc tamen eſt intelligendum, de lucro, & commodo ſocietatis, pro tempore ante mortem ſocij, quia licet ſocietas non tranſiat ad hæredē, emolumentum tamen ſic. d. l. verum. §. in hæredem. ff. pro ſocio. & Angel. in d. §. ſoluitur. & Ant. Gomez. 2. tom. cap. 5. col. 2. poſt medium. & Valaſ. conſult. 63. n. 6.

Verbo Sodomia.

1 SOdomia eſt turpitudo contra naturalē ordinem, & ſeminatio, ex qua generatio ſequi non poteſt, & dicitur peccatū nefandum, quaſi de eo loqui non poſſet, quia ſuper omnia crimina eſt deteſtandū. facit text. in cap. flagitia.32.quæſtio.7. & auth. vt non luxur.homin. contra nat.vbi Doct.coll.6. & Alex.de Neuo. conſil.85.& Marſil. conſil.28. Calcan.cōſil.110.Socin. Iun. conſil 8.lib.3. Ant.de Butr.conſil.58. Dec.cōnſil.90.Mant.conſil.213 lib. 2.Gramat conſil 65. & Paris. conſil.163. Merg. conſil.29. num.12. & Iul.Clar. lib.5.§.ſodomia num.1. Ioann.Vella. in tractat. de pœn. delict.cap.33. in prin. Caietan.22. quæſt.154. art.11.

2 Sodomiæ crimen eſt deteſtabilius, & grauius adulterio, vel incæſtu etiam cum propria matre, quia ea offenditur Deus,& natura ipſa. c. adulterij. & c. offerebat. & c.flagitia.32.quæſt.7 & de illius. de teſtatione dicunt Doct.in auth. ne luxur. homin. contr. nat.coll.6. & D.Tho 22.quæſ. 154.art.11. & Sanct Ant. 2.part. ſummæ titul.5. verſ.quantum ad ſecundum,& Lābert. de iure patr. 1.part. libr.2. quæſt.9. art.18 & Lucas. de pœn. in l. ſiuè ex prætorium. col.3. C.de execut. & exact. libr. 12.& Afflict. in conſt. Neapol. libr.3 Rubric.24 num 10. Paris. conſil.163. lib.4. Boer.deciſs.316. Iul.Clar. lib.5.§. ſodomia. num 7 Caſſan. in conſuet. Burg Rubric.7.§ 3. Ant.Gomez in l.80. Tauri.nu. 32.& Menoch. de arb. caſu 286. Ignat.de Salz cap 86. nu.2. verſ.de teſtanda. Ioan. Vella in tractat.de pœn. delict cap.33. in prin.itaq; ob hoc crimen ſubuertit Deus ſodomam, & gomòrram,& vniuerſam terram regionis illius,Gen.cap.19 vnde à ſodoma dicitur ſodomia crimen nefandū.

3 Sodomiæ crimen committit maſculus cum maſculo,aut quando maſculus ordine peruerſo cognouit mulierem, vel polluitur. c.adulterij,& c.flagitia.& cap.vſus 32. quæſt.7.& l.cum vir.vbi Doct C ad legem Iul.de adult. & Card. in clem.1.quæſt.13. de conſang.& affin.& Dec.in l.ſi qua mulier.n.9 C.de ſecund.nupt. Afflict.in cōſt. Neap.lib.3.Rubric.24 n.10 Viuius in lib. communium opin.verb.ſodomiæ delictū Ant.Gom in l.80 Tauri nu.33.Menoch.de arb.caſu.286.nu 5. Iul.Clar.lib.5. §.ſodomia.num.2.Abb.in c.in Archiepiſcopatu. nu.1.de rapt. Ioan.Vella.in tract.de pœn. delict.cap.33.§.ex prædictis.

4 Sodomiæ crimen etiam committit mulier coiens cum muliere,ſicut vir. aut vtēs aliquo inſtrumento. quo agat actus venereos, contra naturam. facit text. in l.cum vir. & gloſ.1.& Salicet.in l.fæedisſimam. C.ad leg.Iul.de adult. & tenet Gom. in l. 80. Tauri. num.32. & Abb. in cap in Archiepiſcopatu. num.1. de rapt.& Doct. in auth vt non luxur.hom.contra nat.coll.6. Dec. in l.ſi qua mulier.nu 8. C.de ſecund. nupt. Iul.Clar. libr.5. §. ſodomia. num.2. D Thom 22. quæſt.154 art.11. Ioan.Vella in tractat.de pœn. delict. cap.33. §.ex prædictis.

5 Sodomiæ crimen committit vir,aut mulier coiens cum bruto animali hoc enim peccatū eſt contra naturam, & appellatur beſtialitas. c.hoc ipſum. §.hoc autē.33.q. 2. Imol.in l.defuncto.col.1.ff.de publ.iud, Alex. in l.ex facto. nu.35. ff. de vulgar. & hyppolit.in l.1.nu.60. C.de ſicar.Roland. à Valle. conſil.7. libr.1. & Iul Clar.libr.5. §. fornicatio. nu.27. & Ant.Gom. in l.80. Tauri. nu 35. & Boer. deciſs.316. vſq; ad. num.5. & D.Thom.22.quæſt.154. art.11. Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.cap.33. §.ſecundo ex prædictis, & quamuis animal ſit irrationale,& nullo modo legis capax eſt tamē interficiendum,ne remaneat memoria tanti criminis. cap. mulier. 15. quæſt.1.& Sapien. in l Imperium.n.6.ff.de iuriſd.omnium iud.& Boer.deciſ.316.nu. 6. & Ant.Gom.in l.80.Tauri,in fin. n.35. Iul.Clar.lib 5. §.fornicatio.n 27. & quæſt. 99. nu.8. Ioan.Vella vbi ſupra.

6 Sodomitæ amittunt ipſo iure dominiū bonorum ſuorum.c.cum ſecundum leges. vbi gloſſ verb.perdant. & Doct. de hæret. lib.6 & facit txt.in l.incæſtæ.ff.de rit.nupt. & in l. qui contra C. de inceſt. nupt. Iul. Clar.lib.5. §.ſodomia. nu 6.& eſt communis.vt per Bermon.de concubinat.fol.123. n.27. vt inquit Iul.Clar.vbi ſupra.nam ſodomitarum bona confiſcantur ipſo iure, per perfacto delicto tàm de iure communi, quam ſtatutario. vt tenet Bermon. de concubinat. cap.de peccato ſodomiæ. nu. 27.& Doctor. in auth vt non luxur. hom. contr.nat. & Ign.de Salzed.c.86. verſ.quæ ſane ignis. vnde ſodomitæ teſtari nō poſſunt l.is cuius.§ fin.ff de teſtam.& gl.verb. inteſtabiles. in §. teſtes. inſt. de teſtam. &

Doctor.

Digitized by Google

Doctor. in d. authent. vt non luxur. hom. coll.6. Guill. Benedict. in c. Raynuntius. verſ. mortuo itaq; teſtatore. 1. num 134. de teſt. Socin. in l. quidam relegatus num. 1. ff. de reb. dub. Ioann. de Plat. in §. fin. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt. Dec. in l. 1. num 8 C. de ſecund. nup. Plot. in l. ſi quando. numer. 311. C. vnde vi. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verſ. reuertatur. num. 384. C. de reuocand. donat. Corrat. in l. teſtamento. num. 23. C. de impub. & Boſſ. in pract. criminal. titulo. de ſtup. in maſcul. num. 2. Cou. ruu. in clement. ſi furioſus. 1. part §. 1. num. 6. & Menoch. de arb. caſu 286. num 14. Ioann. Vella. in tractat. de pœn delict. cap. 33. §. puniuntur autem, & eſt cõmunis ſententia. quam obſeruat praxis, quidquid dicat Telus Ferdinandus in l. 4. Tauri. num. 35 & Meleret. de maiorat. 1. part. quæſt. 1. num. 14. & Ign. de Salzed. cap. 86. verſ. punitur.

7 Sodomitæ ſunt puniendi vltimo ſupplicio. l. cum vir. vbi Salicet. & Doctor. communiter. C ad leg iul. de adult. & cap. ſolicitatores. de pœn. diſt. 1. & habetur in Liuit. cap. 20. & Exod. cap. 22. & tenet Paul. Grilland. de pœn. omni fariam coitus. quæſt. 2. in prin. & quæſt. 8. numer. 4. Socin. Iun. conſil. 8 num. 3. lib. 3. Cou. ru. in d. clem. ſi furioſus. d. num. 6. Iul. Clar. d. § ſodomia. num. 4 & Menoch. & Gom. vbi ſupra, & hæc pœna vltimi ſupplicij, eſt per ignem exercenda nam praxis obſeruat, vt ſodomitæ igne concrementur, & etiam concrematur pecus ſi cum pecore fuerit crimen ſodomiæ commiſſum vt in cap. Theodoſian. titul. 7. & tenet Iul. Clar. d. nu. 4. & Ignat. de Salzed. d. cap. 86. verſ. hæc quidem mortis, & ita ſtatutum eſt per legem noſtræ Luſitaniæ. libr. 5. titul. 13. in princip. & per leges Caſtellæ. l. 1. titul. 21. lib 8. recup.

8 Sodomitæ ipſo iure fiunt infames, niſi per vim patiantur. l. cum vir. vbi gl. verb. infames. C. ad leg. Iul. de adult & l. 1 §. remouet. vbi gloſſ. verb. paſſus. ff. de poſtulan. l. & §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud. & filij, & nepotes eorum fiunt inhabiles, & infames ſicut filij, & nepotes illorum, qui commiſſerunt crimen læſæ maieſtatis. per ord. Reg. noſtræ Luſitaniæ. libr. 5. titul. 13. in prin. à qua immunes ſunt eorum filij per leges Caſtellæ. l. 1. in fin. titul. 21 lib 8. recup.

9 Clericus ſodomita de iure communi etiam peracta pœnitentia remanet ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio, & eſt detrudendus in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, & ſeparetur à conſortio clericorum. vt habetur in cap. clerici. vbi Doct. de excell. prælat. ſed hæc detruſio in monaſterium iam hodie non eſt in vſu, & loco illius datur pœna arbitraria, attamen ſemper fit ſuſpenſus ipſo iure, etiam occultus, & ſi poſt per actam pœnitentiam celebrat, efficitur irregularis, à qua irregularitate non poterit diſpenſari, niſi à Summo Pontifice. facit text. in cap. 1. de reiud. lib. 6. & tenet Ant. de Butr. in cap niſi cum pridem. § 1. de renunciat. Marian. Socin. in cap ad audientiam. num. 27. de homic. Lambert. de iure patr. 1 part. libr. 2. cap. 9 art. 18. num. 4. Viuius. lib. 2. commun. opin. opinione. 255 Cou. ruu. in clem. ſi furioſus. 1. part. §. 1. numer 6. & Arch in cap. de his. 2. diſt. 50. Ign. de Salz. d. cap 86. §. illud tamen huic loco, & Iul. Clar. lib. 5. §. ſodomia. num. 5. Ioan. Vella. in tract de pœn. delict. cap 33. §. Pontificum autem hodie tamen ſi crimẽ ſit occultum diſpenſat Epiſcopus in hac ſuſpenſione, & irregularitate. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap 6. de reformat. nec eſt congrua ratio Nau. in Manu. cap 27 num. 229. dicentis crimen occultum ſodomiæ non inducere irregularitatẽ in clerico, eò quòd non ſit de caſibus expreſsis in iure, quia text. in d. c. clerici inquit clericos cõmittentes hoc crimen ſodomiæ, eſſe deijciendos à clero, quæ verba inducunt ſuſpenſionem, & ita per mot. prop. Pij V. mihi 98. & nullum dubium eſt clericum ſuſpenſum celebrantem incurrere irregularitatem. cap. 1. vbi Doct. de ſent. & reiud. lib. 6. & cap. 1. § fin. de ſent excommunicat. d. lib 6. attamen non comprehenditur in hac pœna exercens omnem luxuriã contrà naturam. licet omnis pollutio extràordinaria ſit de genere peccatorum contra naturam, vt habetur ex illo D. Paul. 2 ad Corinth 5. & D Thom 22. quæſt 154 art. 2. ſicut ille, qui polluitur voluendo intellectu in turpibus cogitationibus, & afficiendo voluntatem in carnali delectatione, aut immiſcendo ſe conuerſationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam pollutionem prouocant aut exercendo manualem pollutionem. vt tenet Nau. in Manu. cap. 16. nu 6. & Ignat. de Salz. cap. 86 §. ſecundo poſt dicta conſtitutio.

Digitized by Google

10 Clericus ſodomita non poteſt eligi ad Eccleſiaſticum beneficium, immò collatio ei facta, eſt ipſo iure nulla, vt tenet Rebuf. in tract. de pacific. poſſeſſ. num. 208. & Couarru. in clem. ſi furioſus. 1 part. §. 1. num. 6. & Ign. de Salzed. cap. 86. § illud tamen. ad fin. § & Ioann. Vella. in tractat. de pœn. delict. §. Pontificum autem. cap. 33.

11 Hodie tamen clericus propter hoc crimen ſodomiæ actualiter regradatus traditur curiæ ſeculari, quæ de illo illud capiat ſupplicium, quò d in laicos hoc in exitio de volutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum ex motu propr. Pij V. edito anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, tertio Kal. Septẽbris, incipit horrendum illud ſcelus. fol. mihi. 93. & tenet Ignat de Salz. cap. 86. §. curiæ tradetur. & Ioann. Vella. in tract. de pœn. delict cap 33. § hodie autem.

12 Sodomiæ crimen eſt mixti fori, & in eo eſt loc⁹ præuẽtionis, & ideò de eo cognoſcere poteſt iudex laicus, aut iudex Eccleſiaſticus, vt tenet Hoſt. Innocent Ioã. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. in c. clerici. de exceſſ. prælat. & idem Innocent. in cap. quod ſuper his. de voto, & Abb. in cap. in Archiepiſcopatu. num 7 de rapt. & Doct. in c. cum ſit generale de foro comp. & Bermon. in tractat. de public. concub. cap. de peccato ſodomiæ, nu 37. & 43. & Iul Clar. lib. 5. §. ſodomia. num. 3. & quæſt. 37 nu. 5. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 33. § fin.

13 Inquiſitores hæreticæ prauitatis, etiam cognoſcunt de hoc crimine ſodomiæ per indulta ad id conceſſa, propter criminis grauitatem, & connexitatem, quam cũ hæreſi videtur habere, vt refert Simanch. de cath. inſt. titul. 50. nu. 30. & Ign de Salz. c. 86. verſ. quæ ſane ignis pœna. & Ioan. Vell. In tract. de pœn. delict. cap. 33. § fin.

Verbo Solutio.

1 Solutio eſt redditio illius quod debetur, & liberatio ab obligatione. prin. vbi Doct. inſt quib. mod. toll. obligat. & l. ſolutionis. vbi Doct ff. de ſolut. & Mergunt. cõſil. 47. num. 29. & duæ ſunt ſolutionis ſpecies, nam vna eſt vera, & altera ficta vera, & naturalis fit, quando quis reddit, quod debet ficta vero, & ciuilis, quando quis delegat debitum, aut per aliquem diſtractum tollitur naturalis, & ciuilis obligatio. l. 1. vbi Doct. ff. de acceptilat. & §. 1. & §. 2. vbi Doct. inſt. quib. mod. toll. obligat. & l. ſolutam. ff. de ſolut. & differt ſolutio à reſtitutione. nam ſolutio fit in alia ſpecie reſtitutio vero fit quando idem corpus reſtituitur. facit text. in l. 2. § mutui. datio. vbi Iaſ. nu. 2. ff. de red. cred. & text. in l. videamus. § in fauiana. ff. de vſur.

2 Solutio eſt facienda creditori, quamuis pendeat accuſatio contra illum, de crimine, vnde veniant bona publicanda, quoniã dum ſententia non eſt lata contra illum, aut prohibitum debitoribus, ne illi ſoluãt, valet ſolutio illi facta, & debitores liberãtur ab obligatione debiti, ſi illi ſoluerint. l. reo criminis. vbi Paul. de Caſtr. & l. ſed nec illud. vbi Doct. ff. de ſolut. aut fieri poteſt alteri de mandato creditoris, ſeù eius hæredi, vel legitimo adminiſtratori. nihil enim intereſt, verum ſolutio fiat creditori, aut alteri de eius mãdato. l. nihil intereſt. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de ſolut. & l. ſolutum. §. ſolutam. vbi Bart. n. 2. ff. de pign. act. & l. ſolutam. vbi Paul. de Caſtr. ff. de ſolut. & dixi ſupra verb. debitor §.

3 Solutio tamen facta alicui, ſine mandato creditoris, non liberat debitorem. l in uito. vbi Doct C. de ſolut. & l. filius paciſcendo. C. de pact. & l. ſi ego. vbi Bart. ff. de negot geſt. & l. qui hominem. §. ſi gener. & l. vero. vbi gloſſ. verb adminiſtratio. vbi Doct. ff de ſolut. & c. ca te credimus. de iure iurando.

4 Soluens etiam procuratori dato ad litẽ ſimpliciter, ſine ſpeciali mandato ad debitum recipiendum, non liberatur. l. hoc iure. vbi Doct. ff. de ſolut & l. ſed ſi tantũ. ff. de pact. Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. reſcriptum. §. plerumq; ff. eodem. & l. tranſactionis, vbi Bald. Salicet. Alex. & omnes. C. de tranſact. quoniam requiritur mandatum ſpeciale in acceptilatione, & ad debitum recipiendum. l. per procuratorem. vbi gloſ. & Doct. ff. de acceptilat. & dixi ſupra. verb procurator. §. 31.

5 Soluens poſſeſſori malæ fidei, & etiam prædoni, ignoranter liberatur à debito, cum ex ſuo contractu ſoluat. l. filiæ in teſtato. vbi gloſſ. verb. liberatos. & Doct. ff. de ſolut. & l. ſi vrbana. vbi Bart. Bald. Paulus de Caſtr. Iaſ. & omnes. ff. de cond. ind. & l. ſi cum ſeruus. vbi etiam Doct C. de ſolut. & Abb in cap grauis. n. 5. de reſt. ſpol. ſi autem ſoluens ſciebat illum, cui ſoluit, eſſe prædo-

prædonem, aut ſoluat, non ex ſuo contractu cum prædone, ſed ex contractu veri domini. tunc non liberatur, l. ſi iur, in teſtato. ff. de ſolut. & Bald. & Iaſ. in d. l. ſi vrbana, & Paul. de Caſtr. in l. ſi pro parte. ff. de in rem. verſ.

6 Soluens itaq; Prælato, Rectori, ſeù beneficiato, intruſo in beneficium, & iniuſtè electo liberatur ſi ſoluat ex contractu inito. cum ipſo falſo Prælato, & ignorabat quod falſus eſſet. ex d. l. ſi vrbana, vbi Bart. num. 4. & Iaſ. num. 7. & alij. ff. de cond. ind. & Innocent. in cap. nihil eſt. de elect. & idem Innocent. Ioann. Andr. in cap. in litteris. de reſt. ſpol & etiam liberatur ſi ſoluat. ex contractu veri domini Prælato, qui habet confirmationem ſuperioris, licet illa confirmatio ſit in valida, quoniam tunc ille ſoluens habet iuſtam cauſam credendi illum eſſe verũ dominum. arg text. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. vbi doctrina Bart. ff. de reb. cred. Innocent. in d. cap. nihil. & in cap. querelam. de elect. & Bart. Angel. Paul. de Caſtr. Iaſ. num. 7. & alij. in l. ſi vrbana. ff. de cond. ind.

7 Solutio non poteſt fieri illi, qui non eſt mentis compos, aut maior. vigintiquinq; annis, quoniam ſi illis fiat ſolutio, eſt facienda cum auctoritate tutoris, aliàs, enim non liberatur debitor ſoluens furioſo, aut minori, quoniam rerum administratio illis non competit. l. ſus iurandum. §. pupillus. vbi gloſſ. verb. debet. & Doct. ff. de iure iurand. & l. quod ſi forte. §. pupillum. & l. pupillum. & l. pupillo. vbi Doct. ff. de ſolut. & gloſſ verb. poteſt. in l. contrà. ff. de pact. & §. nunc admonendi. vbi Doctor. inſt. quib. alien. licet. & melius, & ſecurius faciet, ſi ſoluat cum auctoritate tutoris, & iudicis quoniam licet ſoluens minori cum ſola auctoritate tutoris liberetur, attamen ad euitandam omnem fraudem, ſecurius eſt, vt interueniat auctoritas iudicis. §. at ex contrario. vbi Doctor. inſt. quib. alien. licet, & gloſſ. verb. poteſt. in d. l. contra. ff. de pact. & etiam facta ſolutio ſola iudicis auctoritate liberat debitorem. l. ait prætor. §. quid enim. vbi Doctor. ff de minor. competit tamen exceptio ſoluenti pupillo, vel furioſo, ſine auctoritate tutoris, ſi pecunia ſalua fuerit, aut verſa in utilitatem pupilli, vel furioſi. l. pupillo. vbi Doct. ff. de ſolut. & §. ſin autè inſt. quib. licet alien.

8 Solutio facta procuratori reuocato, valet, & liberat debitorem ab obligatione debiti, ſi reuocatio nõn venit ad notitiam debitoris, quamuis veniat ad notitiam procuratoris. l. vero. §. ſed & ſi. vbi Bart. num. 2. & l. cum quis. §. ſi debitorem. vbi Bart. numer. 4. ff. de ſolut. & l. eius qui. vbi Doctor. ff. de reb. cred. & l. ſi tamen. ff. ad ſenat. conſult. Maced. & l. ſi fideiuſſor. ff. mand. & Abb. in cap. mandato. num. 5. de procurat. & Doct. in cap. ex parte. decani. de reſcript. Angel. verb. ſolutio. § 8. & dixi ſupra verb. procurator. §. 83.

9 Solutio debiti curiæ ciuitatis, eſt facienda curatori ciuitatis, & debet inſcribi à tabulario ciuitatis quoniam nullam executionem poteſt theſaurarius facere, ſine ſubſcriptione tabularij. l. ſecund. vbi gloſſ. 1. & Doctor. C. de præd. decurion. libr. 10. gloſſ. verb. ſubnotauit. per text. ibi. in l. fiſco. C. de conueniend. fiſc. debit. lib. 10. ſi tamẽ theſaurarius per ſe ſcribat ſe ſuſcepiſſe. obligatur ciuitati, ſi fiſco. ex ſua inſcriptione. vt tenet Bart. in d. l. fiſco. num. 1.

10 Solutio facta ſocio valet, & liberat debitorem quando ſocius eſt correus. l. ſi vnus. in princip. vbi Bart. Iaſ. Iacob. de Sanct. Georg. 1. & 2. lect. ff de pact. & l. cum duo eandem. & leg. in duobus. §. vbi duo. rei. & ibi Bart. num. 15. ff. de duobus reis, & dixi ſuprà. verbo ſocietas. §. 21. & qualiter duo rei conſtituantur. proponit Bart. in l. cum duo. à numer. 2. ff. de duob reis.

11 Soluens creditori ſui creditoris liberatur ipſo iure à debito ſi creditor, creditoris illius ſoluentis habeat bona ſui debitoris obligata ſecùs enim liberabitur ope exceptionis. leg. ſi liber homo. vbi Bart. ff. de neg. geſt. & l. vtrum præſente. ff. de conſt. pecun. & l. ſolutum. §. ſolutam. vbi Doctor. ff. de pign act. & l. ſi opera. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de dol. mal. except. & dixi ſupra verb. debitor. §. 25.

12 Promittens ſoluere certo loco, & tempore, nõ poteſt ſoluere alio loco, nec ante terminum inuito creditore. l. qui Romæ. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. ff. de verb. obligat. ſed in loco, vbi promiſit, & ibi poteſt conueniri, aut vbi habet domicilium. l. is qui certo loco. vbi Doctor. ff. de eo quod certo, & l. fideiuſſor. §. qui

Digitized by Google

§.qui certo ff.de fideiuſſ.& l.vſuras. C.de ſolut. & cap.dilecti filij. de foro comp. & etiam poſt diem ſit moroſus. l.certi conditio. in prin. ff. ſi cert.per.& l.magnam. vbi Bald. C.de contrah. & committit.ſtipulat. & §. omnis ſtipulatio. inſt.de verb. obligat. hoc tamen eſt intelligendum de die, qua in locum illum debitor. ire poteſt nam ſi debitor prohibitus fuiſſet à iudice ne ſolueret, non diceretur moroſus, & excuſaretur à periurio, ſi ſoluere iuraret. l.continuus. §. cum ita. vbi Doct. ff. de verb. obligat. & §.loca. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de verbor.obligat.& tenet Iaſ.in l.fin. num.21. ff. qui ſatisd.cogant. & Cin.Salicet.& alij in l.fin. C.ſi cõtra ius, vel vtil. publ. & etiam ſi iudicis præceptum fuiſſet iniuſtum. facit doctrina Bart. in l. creditor. num.3. ff. de ſolut. & tenet Thom.Parp. in rep. l.ſi quis maior. num.34. C.de tranſact.& Ant.à Gam. deciſs.285.n.2. & Gerip.conſil.22.n.30.

13 Soluere aliud pro alio, non poteſt debitor inuito creditore, de voluntate tamẽ eius bene poterit. l.2. §. mutui datio. vbi Bart. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de reb. cred. & l.1. §. an poteſt. ff. de conſt. pecun. & prin. inſt. quib. mod. tollitur. obligat. & l.ſi quis aliam. vbi Doct. ff.de ſolut.& Iaſ. in l.qui Romæ. num.3. ff.de verb obligat. & in l.cum in certus. num.2. ff.delegat.1. & in l.4. §. ait prætor. num.4. ff.de reiud. & facit text. in l.talis ſcriptura.ff.delegat. 1. & ſumma Angel. verb. ſolutio. §.15. & Valaſc.conſult.151. num.3.

14 Et ita recipiens oleum, vinum, frumentum, mutuum, non poteſt ſoluere æſtimationem illius inuito creditore, quoniam, ſi illud facere poſſet, in effectu eſſet ſoluere aliud pro alio, quod iura non admittunt. d.l.2. § mutui datio. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr.Iaſ.& omnes.ff.de reb.cred. & idem Iaſ.in l.non amplius. §.fin.nu.16. ff.delegat.1.& gloſſ.verb. æſtimatione. in l.ſi quis.2. C.de donat. & Abb. in c.quanto. num.15. de iure iurand. licet Aret.teneat contrarium. in d. §. mutui datio, ſed eſt cõmuniter reprobatus quia leges, quibus nititur, non probant in illa forma. licet ord. noſtra lib.4. titul.20. opinionem illius approbat.

15 Soluere tamen aliud pro alio poterit debitor inuito creditore, quam pluribus caſibus, quos enumeraui .verb. creditor. §.12.

16 Solutio, & promiſsio, de ſoluẽdo, à pari procedunt quoniam ita agnoſcere debet legatum ille, qui ſoluit, quàm ille, qui ſoluere promiſit, ſiuè cautionem, ſeù pignora, vel fidei iuſſorem dedit. l.fin.vbi Doct. C.ad legem falc. & l.ſi patronus. ff.de donat. & Dec. in l. nemo dubitat. num.1. ff. de regul. iur. ſi tamen quis ſit condemnatus ſoluere, aut promiſit ſub certa pœna, ſiue ſub nullitate contractus ad certum diẽ pecuniam ſoluere non liberabitur dando ſi lei iuſſorem, ſeù promiſſorem, aut pignora, vel cautionem, ſed in effectu ſoluere tenetur per naturalem ſolutionem, & non perfictam, ſeù imaginariam, quoniam datio fideiuſſoris, ſiuè pignorum, non eſt vera ſolutio, ſed quædam ſatisfactio. vt tenet Bald. in l.1. ff.qui ſatisdare cogãt & Alex. in l. ſi ſe non obtulit. §.1.& Iaſ.§.ait prætor. num.2. ff. de reiud. & Bald. in c.cum aliquibus de ſent.& reiud. & facit doctrina Bart. in l.ſolutionis. ff.de ſolut.

17 Solutio vnius ſummæ facta ab illo, qui in pluribus ſummis eſt debitor, poteſt applicari ab ipſo ſoluẽte, cuicumq; ſummæ voluerit. nam quando quis ex pluribus cauſis eſt debitor, & vnum debitum ſoluit ſimpliciter. nam declarando ex qua cauſa ſoluebat. tunc remanet in illius electione dicere in quam cauſam vellet eſſe ſolutũ. l.1. vbi Doct. ff.de ſolut.

18 Solutio tributi, eſt probatio ſubiectionis, ſecundum materiam ſubiectam, in qua fit ſolutio. nam aliquando facit probationem, aliquando præſumptionem.c omnis. vbi Innocent. Abb.num 3. & alij.de cenſ. & c.fin. vbi Doct.de cauſa poſſ.& prop.& Fel.in c.ad audientiam.col.7. verſ.primo, de præſcript. vnde ſolutio penſionis rei donatæ, facta donatario, cum auctoritate donatoris, ſeù ab illo, facit donatarium illum poſſeſſorem illius rei donatæ, adeò, vt ſi expellatur, poſsit agere interdicto recuperandæ. cap.cum veniſſet. vbi gl.verb. annuam. & Doct.de reſt.ſpol. & facit tex. in l.quædam mulier. ff.de rei vind.& in l. quisquis. vbi Bald. & Salicet.& l.ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem. vbi Doct. C. de donat.

19 Solutio cenſus eſt facienda in illa moneta, quæ erat in vſu tempore contractus, & ſi tempore ſolutionis non inueniatur, aut diminuatur. tunc debetur æſtimatio illius. c.cum canonicis. vbi Doct.de cenſ. & c.cum olim.eodem titul. & Bart. Paul. & om-

Digitized by Google

& omnes. in l. Paulus. ff. de ſolut. & Doct. in l. cum quid. ff. de red. cred. Abb. in cap. quanto. num 12. de iure iur. & ſumma Angel. verb. ſolutio. §. 2. vnde ſi in aliquo cōtractu declaratur moneta, quæ ſolui debet, puta ſi dicatur ſoluam ducatos antiquos, tunc ſi poſtea non ſint in vſu. ſoluam illorum æſtimationem, prout valebant tēpore contractus. ex Bart. in l. cum quit. num. 17. & Iaſ. num 27. ff. de reb. cred. & facit text. in l. quæſitum. §. Illud. ff de delegat. 3. ſi autem in promiſsione non habetur reſpectus ad bonitatem monetæ, ſed tantum ad valorem pecuniæ in quantitate certa, prout cōmuniter declaratur, quādo de pecuniæ loquimur. tunc debitor tenetur ſoluere monetam ad æſtimationē antiquam videlicet, ſi moneta antiquitus antiquitus valebat mille, poſtea autem valebat centum, & debitor ſe obligauit ſoluere mille ex moneta nunc currente, tunc ſoluet tot monetas, quæ valeāt mille quia habetur reſpectus ad illa millia, & non ad bonitatem monetæ. ex Bart. & alijs. vbi ſupra. & Rom. conſil. 123. Corn. in conſil. 81. col. 26. littera I. lib. 2. Afflict. deciſ. 90. num. 3. & Cæſar. Vrſ. ibidem. nu. 1. Gam. deciſs. 374. num. 2.

20 Solutio frumenti debet fieri per menſuram, quæ erat tempore, quo obligatio fuit inita, & ſi poſtea augeatur, ſeù diminuatur mēſura antiqua, debet reſtitui, aut diminui illa ſumma ita vt fiat ſicut erat tempore contractus. ſi vero nō conſtat de tempore contractus, ſeù de mēſura illius, ſemper eſt facienda per menſuram cōſuetam. c. ex parte. vbi gl. verb. paruiſsimam. & Doct. de cenſ. & Merg. conſil. 38. n. 6.

21 Solutio penſionis emphyteuſis, ſeù feudi locati, eſt facienda in fine anni, à tempore contractus, poſt fructus receptos, niſi aliud ſit conuentum inter dominū, & emphyteutam, gloſſ. verb. percepturum in l. defuncta. ff. de vſufruct. & gloſſ. in l. 1. C. quand. dies leg. Bart. Bald. Salicet. & Iaſ. num. 180. in l. 2. C. de iure emph. & dixi ſupra verb. penſio. §. 30.

22 Solutio penſionis emphyteuſis trium proximorum annorum, facit præſumptionem ſolutionis totius retro temporis. ita vt ſi emphyteuta oſtendat apochas trium proximorum annorum, præſumitur omnes annos retrò ſoluiſſe. niſi probetur cōtrariū. l. quicumq; vbi Doct. C. de apoch. publ. lib. 10. & gloſſ. communiter approbata. verb. repellere. in l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſ. num. 133. & communis. C. de iure emphyt. & Petr. de Anch. Imol. & alij. in cap. potuit. de locat. Iaſ. in l. 1. num. 3. C. de fid. commiſſ. & in l. ſi certis. num. 4. C. de pact. & ita dico in quacumq; penſionis ſolutione per identitatem rationis debet tamen illa ſolutio eſſe facta quælibet de per ſe in illis tribus annis continuis, quoniā ſi ſimul fuiſſet facta, aut interpollata non ſufficeret. vt tenet Bald. in l. quicumq; C. de apoch. publ. lib. 10. & in l. 2. C. de dot. promiſſ. vbi etiam notat Cin. & tenet Iaſ. in d. l. 2. numer. 135. C. de iure emph. quia ille, qui ſoluit per interualla temporis, & non ſoluit die conſtituta præſumitur ita retrò male ſoluiſſet quoniam ex præteritis præſumitur futurum. c. mandata. & c. ſcribam. & c. cum in iuuentute. de præſumpt. vbi Doct.

23 Solutio ſemper debet probari ab illo qui illam allegat, quoniam ſicut creditor debet probare pecuniam numeratam, ita debitor tenetur probare ſolutionem. l. 1. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes. C. de probat. & gloſſ. verb. repellere. in l. 2. C. de iure emph. & Bart. in l. in illa. num. 6. ff. de verb. obligat. & Alex. conſil. 2. col. 1. lib. 2. & conſil. 211. col. 2. d. lib. 2. & Afflict. deciſs 91. num. 2.

24 Solutio debiti videtur etiam probari per redditionē inſtrumenti debiti, ſi enim creditor reddiderit inſtrumentum debitori, eò ipſo intelligitur debitum remiſiſſe. vnde præſumitur debitorem ſoluiſſe, quàndo in poteſtate habet inſtrumentum debiti. l. labeo. vbi gloſ. 1. & Bart. Bald. Angel. Lud. Rom. Fulg. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de pact. & Bald. in l. euacuatis. in fin. C. de decur. lib 10. & Ant. de But. Ioan. And. Abb. num. 17. & alij. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 2. vt lit. pend.

25 Soluere etiam poteſt quis pro alio inuito, & ignorante. l. ſoluendo, vbi Bart. ff. de neg. geſt. & l. ſoluere. ff de ſolut. & repetet à debitore, ſi ſua inter erat, vt ſolueretur pecunia, & remaneret liberatus. l. cum pecuniam. vbi Doct. & l. quæ vtiliter. §. fin. & l. fin. ff. de neg. geſt. & l. modeſtinus. ff. de ſolut. & l nihil. C. eodem & l. cum is. ff. de fid. iuſſ. ſi autem non interfuit debitoris, vt illa pecunia ſolueretur, aut illam cōpenſare poterat. tunc ſoluens non poterit repetere. d. l. cum pecuniam. vbi gloſ. fin. quam Bart. ibidem approbat. & l. ſed an

Digitized by Google

vltrò. §.fin. ff. de negoc. geſt. & l.contra.
vbi Alex.C.eodem titul. & ſumma Angel.
verb.ſolutio.§.4 & Gam.deciſs.246.n.2.

26 Solutio exactionum admunitionẽ viarum,pontium, ſontium,murorum,& ſimilium, debet fieri ab omnibus, ſecundum
quantitatem patrimonij poſſeſſorum. l.ad
portus. vbi Doct. communiter. C.de operib.pub. & l. per bithiniam. vbi Bart. C.
de immunit. nemini. conced. lib.10. hoc
tamen eſt intelligendum de via publica,
extrà ciuitatem, & muros illius,quia ſi via
publica ſit intrà muros ciuitatis, quilibet
debet eam munire iuxta domum ſuam. vt
inquit Bart.in d. l.per bithiniam n.2.Leo.
in tract.nou. oper.cap.1. num.26.

27 Soluens indebitum ſcienter, videtur illud donare,& non habebit repetitionem
illius, ſi vero ſoluat ignoranter bene poterit repetere. l. qui ſe debere. vbi Bart.
Bald.Angel. Fulg. Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.
& omnes. ff. de cond. cauſ. dat. & l 1. vbi
etiam notant ſcribentes. ff de cond.ind. &
l. cuius per errorem. vbi Dec. num.1. ff.
de regul. iur. & l 1. indebitum. vbi Bald.
C.de cond indeb & l.cum qui. § 1. ff de in
offic.teſtam.& gloſſ.1. in c.fin.de ſolut. &
in dubio ſemper præſumitur ignoranter
ſoluiſſe, quoniam non præſumitur quis iactare ſua. l. cum de indebito. §.qui enim.
ff. de probat. & cap.quia de præſumpt. &
Abb. in cap & ſi,num.3. de ſimon.ſoluens
tamen indebitum ignoranter poteſt recõpenſare in vero debito. l. etiam quod. vbi
Doct. ff.de compenſat. & c. cum Ioannes.
vbi etiam notant ſcribentes. de fid. inſtr.
& d. l. cuius per errorem. ff. de regul.iur.
Abb. conſil.5.part 1. debet tamen probare indebitum ſoluiſſe ille, qui repetit indebitum, niſi aduerſarius neget ſolutionem,quia tunc illi neganti competit probatio, quòd debitum recepiſſet. c.fin. vbi
Doct.de ſolut. ſi autem erraſſet in iure nõ
repeteret. l.cum quis. vbi Doct. C de iur.
& fact. ign. niſi vtroq; iure ſit indebitum.
l. ſed & ſi me putem. ff de cond.ind.& glo.
in d. l.cum quis. fallit tamen vt per Bart.
ibidem. num 27.

28 Multo melius eſt non ſoluere indebitũ,
quàm ſolutum repetere. l. ſi ſtipulatus eſſes. ff.de fid.iuſſ. & l. nemo. vbi Dec.nu.1.
ff de regul.iur.dolo enim facit ille,qui petit illud, quod poſtea reſtituere debet. l.
dolo. vbi Doct. ff de except. dol. & l.exceptione. vbi Bald. & Salicet. C.de euict.
& c.dolo.de regul.iur. lib.6. & l. incommodatione.ff.de regul.iur.

29 Soluens indebitum per tranſactionem
inualidam repetit illud per conditionem
ſine cauſa. l. vnica. vbi Bald.Bart.Alex. &
alij C.de error. calcul. & l.cum hi.§.ſi eidem. vbi gloſſ.verb.imputabitur. & Doct.
ff. de tranſact.& l.1. vbi etiam notant ſcribentes. ff.de cond.ſine cauſ. ſi tamen trãſactio fuerit valida non repetitur ſolutum.
l.in ſumma. vbi Bart. num 1. ff de condit.
indeb.& l. 2 vbi Bald.& Salicet.C.de cõd.
indeb.& gloſſ.verb. iudicati in l.1. C.eodem titul.Merg conſil.32. nu.26.

Verbo Sortilegium.

1 SOrtilegium aliquando dicitur maleficium,& aliquando ſortilegium, & aliquando necromantia,& aliquando incantatio,& etiam multis alijs modijs dicitur
vt videre eſt in c.ſortes,& in c. nec mirũ.
26.quæſt. 5. & illi proprie dicuntur ſortilegi,qui ſub nomine fictæ religionis, per
quaſdam ſortes diuinationis ſciẽtiam profitentur,vt habetur in c.primo.26 quæſ.1.
& tenent Doct in rubrica de ſort.dicuntur etiam lato modo ſortilegia, omnes
vanæ obſeruatiões magorum,vt tenet Per.Greg.lib 34 Synt cap.1.nu.11 .& Ioan.
Vell in tract.de pœn.delict.c. 34 in prin.
Albert de agnoſcend.aſſertionib.cap. 11.
nu 3.Paul.Grilland in tract.de ſortileg.

2 Sortilegus non dicitur hæreticus, niſi
in illa arte vtatur aliqua hæreſis ſpecie. c.
accuſatus §.ſane vbi Doctor.de hæret.lib.
6 Abb in c 1.nu.4. de ſortileg. & dixi ſupra verb.hæreſis.§.26.& quando hoc crimen ſapit hæreſim,punitur ſortilegũ pœna hæreſis,& ab ipſis Inquiſitoribus, vt tenet Abb.in d. c.1.de ſortileg & Paul.Grilland.in tract.de ſortileg.q.11.Simanc.de
Catholic.inſt titul.63 Menoch.de arb.caſu 388.Iul.Clar libr.5. §.hæreſis.nu.25.&
Ioan.Vella.in tract.de pœn.delict.cap. 34.
§ huius autem ſortilegij.

3 Sortilegij crimen quando non ſapit hæreſim eſt mixti fori, & de eo poteſt cognoſcere, tàm iudex Eccleſiaſticus, quàm
ſecularis, & datur in illo locus præuentionis c.1.vbi Abb.num.3.& omnes. de ſortileg.& c.contra idolorum 26 quæſt.5. & l.
2.& per totum C de malefic.& Math.Iul.
Clar.lib.5 §.hæreſis.nu. 25. Ioan. Vell. in
tract de pœn.delict.c.34.§. hodie vero.

Sorti

Digitized by Google

4 Sortilegia pro furtis inueniendis, aut pro quibuſcumq; diuinationibus inueſtigandis ſunt prohibita, quia attribuitur criaturæ illud, quod eſt ſolius creatoris videlicet ſcire occulta, & præſcire futura, quod ſoli maieſtati diuinæ competit .c. 1. vbi gloſſ. 1. & Abb. nu. 2. & c. 2. vbi Doctor. de ſortileg. & c. illud. 26 quæſt. 2. & c. ſortes. & c. peruenit. 26. quæſt. 5. Gem. conſil. 54. & Afflict. ſuper conſt. regni. Rubric. 1. num. 17. Merg conſil. 18. num 16 Iul. Clar. libr. 5. § hæreſis. nu. 25. & etiam ſortes pro electionibus ſunt prohibitæ quamuis ſors de ſui natura non ſit mala. cum non ſit ad dæmona conſulenda, nec aſsiduitas illius ad id labatur. c. fin. vbi gloſſ. vlt. & Doctor. de ſort. & quando ſortibus vti liceat. eſt videndus ſanct. Thom. 22. quæſt. 95. art. 8.

5 Sortibus tamen aliquando diſcernitur res in iudicio, & in pluribus caſibus admittitur vſus ſortis, præſertim quãdo plures conſortes diſcordant in diuiſione .l. ſed cum ambo. ff. de iud & l. ſi quæ ſunt. ff. familiere. & l. ſi duobus vbi Doctor. C. communia deleg. & l generaliter. §. proinde. ff. de ſid commiſſ. libert. & § optimis. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. deleg. & gloſſ. fin. vbi Abb. nu. 6 in c. fin. de ſortileg.

6 Puniuntur ſortilegi, & malefici, de iure canonico, grauiter. nam ſi laicus hoc ſortilegij crimen commiſerit, & ſit ſeruus verberatur, liber autem perpetuo carceri mancipatur. c. contra idolorum. 26. quæſt. 5. Felin. in c. cum ſit generale. num. 20. de for. comp. & Rom. ſingul. 680. quamuis hodie obſeruet praxis. vt laicus ponatur ad ſcalam, ſeù ad fores Eccleſiæ, tempore, quo diuina celebrantur cum vituperio, & imponitur illi mitra ad ignominiam, quod lingua noſtra Luſitania vocatur Charocha. & eijcitur extra ciuitatem, & diœceſim. c. Epiſcopi. 26 quæſt 5. & gloſſ. fin. in c. 1. vbi Abb. num. 2. de ſortileg & Lud. Rom. ſing. 680. Berb. in viatorio iuris. in Rubric. de ſortileg ad fin. & Fel. in c cum ſit. num. 10. de for. comp. ſi autem clericus in hoc crimen incidat, eſt priuandus ab officio, & beneficio, & a quacumq; dignitate vel honore, & detrudendus in monaſterium. in cuius detrutionis locũ ſuccedit hodie degradatio verbalis .c. non oportet. & .c. ſi quis Epiſcopus. & c aliquanti. 26 quæſt. 5. & gloſſ. fin. in c. 1. vbi Abb. nu. 2. de ſortileg. Paul. Grilland. in tract. de ſortileg. quæſt. 11. & Menoch de arb. caſu. 388. nu. 10. Aret. in c. cum non ab homine. col. 10. de iud Bernard. Dias cap. 107. ſi tamen clericus bono zelo, & ſimplicitate hoc crimen commiſerit. ſuſpẽdetur ab altaris miniſterio per annum, aut amplius, ſecundũ qualitatem ſimplicitatis, ſeù turpitudinis. c. 2. vbi gloſſ. verb. ſi tibi viſum, & Abb. nu. 4. de ſortileg Grilland. in tractatu. de ſortileg quæſt 11 num. 2. & 6. & Menoch. de arb caſu. 388 nu. 10. Ioan. Vell. in tract. de pœn. delict. cap. 34. § hodie vero.

7 De iure autem ciuili puniuntur ſortilegi, malefici, & in cantatores, diuinatores, & aruſpices, pœna ig is l nullus, & l. nemo & l. multi C. de malefic. & math. & gl. verb. ſupplicio. in d l. nemo, hodie tamen non obſeruat praxis huius pœnæ impoſitionẽ, ſed imponitur pœna fuſtigationis, & ducuntur in publicum cum mitra depicta in capite ad ignominiam, & eijciuntur extra oppidum vt tenet Abb. in c. 1. nu. 2. de ſortileg Barb. in viator. iur in Rubric. de ſortileg ad fin. Menoch. de arb. caſu. 388. nu. 10 Bernard. Dias & Salzed. cap. 107. Iul. Clar. lib. 5. § hæreſis. nu. 25. magiſter. meus Ioan. Vell. in tract. de pœn. delict. cap. 34. iure vero & qui recipit iſtos ſortilegos, maleficos, in cãtatores, deportabitur, & bona illius, confiſcabuntur. d. l. nullus. vbi Doct. C de malefic. & math. attamen hodie hoc non obſeruat praxis, ſed datur illi eadem pœna, quæ datur ipſis ſortilegis. c. 1. vbi gl. verb pati pœna. de offic. iud. delegat. & c. facientes. 86 dist. & c. notum. 2. quæſt. 1. & aliquando minor.

Verbo Sponſalia.

1 SPonſalia ſunt promiſsio futurarũ nuptiarum .c. noſtrates 30 quæſt. 5. & l. 1. vbi Doctor. ff deſponſal. & gloſ. 1. in c. fin. de tranſlat. Epiſcop. Abb. in c. acceſſit. nu. 2. de deſponſal. impub. & in Rubric. nu. 5. deſponſal. & Theolog in. 4. diſt. 27. Nau. in Manu. cap. 22. nu. 25. & hoc eſt intelligendum de promiſſione mutua, ſiuè reciproca, quoniam non ſufficit ad ſponſalia efficienda promiſſio alterius, tantum, ſed eſt neceſſe, vt vnusquiſque ſponſalia contrahens alteri promittat, tacitè vel expreſſè nec arræ, ſiuè iuramentum eſt de eſſentia ſponſalium, neq; eſt neceſſe, vt interueniãt arræ, ſiuè iuramentum ad validitatem ſpõſalium, quamuis firmiora ſiant arris, ſeù iura-

Digitized by Google

iuramento.vt notat Nau.ex mente omniū. d.nu.25.Merg.conſil.25.nu.18.

2 Sponſalia aut contrahuntur pure, ſimpliciter, & abſolutè, aut ſubconditionè: pure namq; & ſimpliciter fiunt. quando per verba de futuro quis dicit, promitto, vel iuro,quòd te accipiam in vxorem, aut quando ſimilia verba prolata interueniūt inter ſponſos.tunc contrahuntur ſponſalia ſimpliciter,& abſolutè.c.ſi inter virum §.verum.vbi Doct.de ſponſal.ſi enim præceſſerunt verba apta ad contrahēdum matrimonium de præſenti,non dicuntur ſpōſalia.vt habetur in d.c.ſi inter virū,& dixi ſupra verb.matrimonium.§.6.

3 Sponſalia pura, & certa contracta per conſenſum vtriuſq; contrahentium inducebant impedimentum publicæ honeſtatis quamuis aliqua de cauſa fuiſſent inualida.c.vnico,vbi notant omnes. de ſponſal. libr.6. cum multis alijs, hodie tamen vbi ſponſalia, ob aliquam rationem non fuerint valida nullum publicæ honeſtatis inducunt impedimentum, & vbi valida fuerint non excedunt primum gradum ex Trid.ſeſſ.24 cap.3.de reformat.matrimonij.& Nau in Manu.cap.22.num.57.

4 Sponſalia dicuntur contracta ſubconditione, quando ſponſi promittunt contrahere ſub aliqua cōditione appoſita.quæ conditio ſi fuerit turpis,vel impoſſibilis habetur pro non appoſita niſi ſit contra bona matrimonij,quia tunc impediet.c.1.& c.fin.vbi Doctor.de cond.appoſit.ſi autem conditio eſt honeſta,& non improbata,eſt valida,& debet obſeruari,nec tunc compelleretur quis contrahere ante aduētum conditionis,c.ſuper eo.vbi Doct.de cond. appoſit.niſi ſponſi carnaliter ſe cognoſcant,quia tunc videntur remittere conditionem.c.de illis. & c. per tuas.de cond. appoſit.

5 Sponſus iurans contrahere cum aliqua, ſi centum ſibi fuerit datum, vel donatum, non fit periurus, nec tenetur contrahere ſi illa centum ſibi data non fuerint niſi illam ſponſam carnaliter cognoſcat, quia tunc licet illa centum non ſint data contrahere tenetur.nam tunc videtur renunciare illi conditioni, quatenus ad contrahendum ante aduentum conditionis,vt dixi.§ proximo.& probat.d.c.de illis.& d.c. per tuas.de cond.appoſit.& gloſſ.verb.cōditionem in c.vnico.§. ille vero de ſponſal.libr.6 poterit tamen ille ſponſus poſt contractum matrimonium obligare promittentem ad implēdam promiſsionem.

6 Sponſalia contracta ſub conditione,nō inducunt impedimentum publicæ honeſtatis,ante aduentum conditionis, aut ſi antea ab illis recedatur, quia antea non ſunt vera ſponſalia,vt eſt neceſſe, ad illud impedimentum inducendum.c.vnico.§. ille vero.vbi notant ſcribentes de ſponſal. lib. 6 neq; hodie naſcitur hoc impedimētum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus inualidis,& matrimonio clandeſtinè, & inualidè contracto.arg text in d.Trid ſeſſ.24. c. 3 de reformat.matrim.& tenet Nau.in Manu.cap.22.nu.58.

7 Sponſalia contracta inter conſanguineos ſubconditione ſi Papa diſpēſauerit, valent aduenientе Papæ diſpenſatione, nec vllo modo vnus poteſt mutare voluntatem altero nolente,quamuis id facere vellit ante Papæ diſpenſationem,facit text.& ibi gloſſ. verb. alieno arbitrio. in c. ſuper eo.de cond.appoſit.& in c.de illis. in fin. de ſponſ.quod enim quis approbat in vno contractu, illud reprobare non poteſt inuito altero contrahente .l. pomponius .ff. de neg geſt & l.ſi vxor.§.fin. ff.ad leg. Iul. de adult.& C.cos qui.20.quæſt.3.& c. hortendus.32.quæſt.5. nec obſtat illud, quod nonnulli reſoluunt in matrimonio de præſenti contracto ſubconditiòne ſi Papa diſpenſauerit,dicentes illud non tenere poſt diſpenſationem ſummi Pontificis,niſi interueniat nouus conſenſus, vt tenet Innocent.Card.Abb.nu.8. & alij. in d.c. ſuper eo de cond.appoſit.& Aret.& Iaſ. nu. 11. in l.cum ſeruus.aliàs. in l. apud Iulianum. §.conſtat ff.delegat.1.nam hæc eſt veriſſima reſolutio in matrimonio de præſenti quoniam dum non interuenit conſenſus, non fit matrimonium, quia deficit vnum ex ſubſtantialibus illius,& illo adueniente poſt diſpenſationem ſummi Pontificis fit matrimonium. ſed aliud eſt in ſponſalibus de futuro,quoniam ſtatim ſunt valida contracta ſubhoneſta, & non improbata conditione.d.c. ſuper eo. & c. per tuas. de cond.appoſit.& Abb in c.de illis.num. 2.eodem titul.poterit tamen iudex conſtituere terminum conuenientem ad petendam diſpenſationem.

8 Sponſalia de futuro poſſunt contrahere,quicunque poſſunt contrahere matrimonium,aut ad illum ſtatum peruenire,& tunc ſubconditione, ſufficit tamen ætas

ſeptem

Digitized by Google

ſeptem annorum, tàm in maſculo, quàm in fœmina ad contrahenda ſponſalia de futuro at ad contrahendum matrimonium de præſenti requiritur ætas duodecim annorum in fœmina, & quatuor decim in maſculo. §. 1. In 30. quæſt. 2. & tenent Theolog. in 4. diſt. 27. Nau. in Manu. cap. 22 nu. 29. & dixi ſupra verb. minor. §. 4 & verb. de Sacramento matrimonij. §. 61.

9 Sponſalia de præſenti contracta ab impuberibus non transeunt in matrimoniũ adveniente ætate, niſi ipſi impuberes illa de præſenti approbent attamen valent, ſicut ſponſalia de futuro. c. vnico. §. idem quoq́ȝ. vbi Ioan. Monach Dominic. Ioan. And. Arch. Anch. & omnes. de deſponſal. impub. libr. 6. & gloſſ. verb. conſenſum. in c. à nobis. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. Andr. Abb & omnes. de deſponſal impub.

10 Sponſalia contrahere non poſſunt minores ſeptem annis, quoniam ætas legitima ad contrahenda ſponſalia, eſt ſeptem annorum completorum, tàm in maſculo, quàm in fœmina. c. litteras. & c. acceſsit. & c. duo. vbi Doct. de deſponſ. impub. & l. in ſponſalibus. ff deſponſal. & gloſſ verb. canonibus. in c. vbi non eſt, & ibi Abb. nu. 5. de deſponſal. impub. neq́ȝ valent ſponſalia antea contracta, niſi propter aliquid bonum pacis tollerentur. d. c. vbi non eſt, & ibi Doct. de deſponſ. impub. poſt ſeptẽ annos tamen contracta ab impuberibus, & ante annos aptos ad contrahendum valent, & neuter illorum poteſt ab illis reſelire ante annos pubertatis. cap. de illis, & c. à nobis. vbi gloſſ. 2. & Abb. num. 2. de deſponſal. impub. & c. atteſtationes. eodẽ titul. Abb. in cap. iuuenis. num. 5. de deſponſal. poſt annos tamen pubertatis poterit ab illis reſelire. dico infra §. 23.

11 Sponſalia per vim, & metum cõtracta, non valent, nec impediunt quominùs ille, qui inuitus ſponſalia contraxit, poſsit cũ alia contrahere niſi poſt ſubſequatur carnalis copula, ſine aliquo metu, aut coactione. c. ex litteris. vbi glo. verb. per annum. & Innocent. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de ſponſal. impub.

12 Sponſalia contracta à parentibus pro filijs non valent, nec illos obligant, ſi filij illa tacitè, aut expreſſè non approbant. cap. vnico. §. porro. vbi Doct. de ſponſal. impub. libr. 6 & Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & alij. in cap. ex parte. de reſt. ſpol. & idem Abb. in cap. ſi quis autem. num. 9. de regular. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 58.

13 Sponſalia poſſunt contrahi inter abſentes, & per Epiſtolam, ſeù ſcriptum, vel per nuncium cum mandato ſpeciali ad ſponſalia contrahenda. cap. veniens. vbi gloſſ. verb. promiſit, & Doct. qui cler. vel vouẽt. & l. ſufficit, vbi Bald. & l. fin. vbi Doct. ff. deſponſal. ſi tamen mandatum reuocetur antequam nuncius contrahat ſponſalia. tunc non tenent ſponſalia, etiam ſi nuncius ignoret reuocationem mandati, quia tunc temporis iam deficit conſenſus contrahentis ſicuti in matrimonio. c. fin. vbi Doct. de procurat. lib. 6. & Merg. conſil. 4. num. 12.

14 Sponſalia de futuro tranſibant in matrimonium de præſenti, de iure antiquo, ſi copula carnalis ſubſequebatur. vt eſt text. in cap. is qui, & in cap. veniens. cũm multis alijs. deſponſal. hodie tamen iam non tranſeunt in matrimonium de præſenti, licet ſubſequatur copula carnalis cum affectu maritali, quia iam ceſſant matrimonia præſumpta. vt habetur in Concil. Tridẽt. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim. & Nau. in Manu. cap. 22. num. 28. §. E contrario, & cap. 25. num. 144.

15 Sponſus, aut ſponſa, qui promiſit cõtrahere cum alio, ſiuè dixiſſet, promitto te ducere in vxorem, ſeù promitto non ducere aliam in vxorem, aut alium in virum, niſi te eſt compellendus, per cenſuras Eccleſiaſticas, ad promiſſum adimplendum, & ad contrahendum de præſenti, niſi aliquod ſubſit impedimentum. ob quod de præſenti contrahere non poſsint. cap. ex litteris. 2. vbi Abb. num. 8, & cap. requiſiuit. vbi Abb. num. 4. & c. ſicut. deſponſal. Abb. in cap. ſuper eo. num. 2. de conſang. & affin. & Cou. ru. in 4. deſponſal. part. 1. cap. 4. in prin. Guter. de iurament. confirmat. 1. part. quæſt. 51. & quæſt. 52.

16 Sponſalia de futuro ſoluuntur multis caſibus quamuis ſint iurata duobus tamen caſibus ſoluuntur ipſo iure. Primò, per matrimonium de præſenti. licet aliter ſit per ſponſalia de futuro. c. veniens. 2. & c. ſicut ex litteris, & c. ſi inter eo. deſponſal. & c. duo. de deſponſal. impub. & c. 1. & c. 3. deſponſa duor. & c. ex litteris. de matrimon. contr. contr. interd. Eccleſ. & Abb. in cap. nulla Eccleſia. num. 2. de conceſſ. præb. & gloſſ verb. iudicio Eccleſia. in c. de illis. de deſponſal. impub. Secundò, per

Ingreſſum

Digitized by Google

ingreſſum religionis approbatæ. vbi primum enim vnus ex cōiugibus emittit profeſſionem alicui de religionibus approbatis, ipſo iure diſſoluuntur matrimonia rata, & non conſumata, ita vt remanens in ſeculo poſſit ſtatim cum alia contrahere. c. vnico, vbi communiter Doct. de voto. lib. 6 ſponſalia verò diſſoluuntur per ingreſſum tantum c. 2. de conuerſ. coniugat. & c. veniens. qui cler. vel vouent. & facit text. in c. diſponſata n. 27. quæſt. 2. & gloſſ. verb. iudicio Eccleſiæ. in c. de illis de deſponſal. impub. & Theolog. in 4 ſent. diſt. 27. & ſũma Angel. verb. ſponſalia. §. 22. & Silueſt. in ſumma verb. ſponſalia. quæſit. 10 Nau. in Manu. cap 22 num. 26. melius tamē faciet ille, qui iurauit contrahere, cum aliqua, ſi illam primo ducat, & poſtea ingrediatur religionem c. commiſſum. vbi notant cōmuniter ſcribentes deſponſal.

17 Sponſalia autem in alijs caſibus ſunt ſoluenda per iudicem Eccleſiaſticum. quoniam non licet ſponſis de futuro recedere ab ſponſalibus propria authoritate, ſine iudicio Eccleſiæ. c. de illis, vbi gloſſ. verb. iudicio Eccleſiæ. & c. duo pueri. in fin. de deſponſ. impub. & gloſſ. verb. ipſo iure in c. acceſſit. eodem titul. Nau. in Manu cap 22. num. 28. Ioan. And. in d. c. de illis Theolog. in 4. ſent. diſt. 27.

18 Primus caſus, in quibus ſponſalia de futuro diſſoluuntur per iudicium Eccleſiæ, eſt quando ſponſi remittunt ſponſalia. & nō intereſt tàm in hoc caſu, quàm in alijs. vtrum ſponſalia ſint iurata, aut non c. præterea. 2. vbi gloſſ. verb noluerint. & Doct. deſponſal. & Abb. in c. iurauit. nu. 5. de probat. & Nau. in Manu. cap. 22. nu. 25. Ricard. & Oland. in 4 ſent. diſt. 27.

19 Secundo, quando aliquis ſine cauſa ſe tranſtulit ad aliam regionem, aut non apparet, ſeù cum aliqua cauſa, ad remota ſe contuliſſet, & iudex illi diffiniuit congruū tempus redeundi, & ille intrà terminum non redijt, tunc alius cum alia contrahere poteſt. c. de illis. vbi notant ſcribētes. deſponſ. de iure tamen ciuili, tenetur mulier expectare ſponſum, vſque ad triennium ſi ſine cauſa ſit abſens in regionem remotam, tunc enim ſi non redierit poterit cum alio contrahere. l. 2. vbi Salicet. & omnes. C. de repud. & gloſſ. verb. liberum. in d. c. de illis. deſponſ. ſi vero in regione propinqua ſit abſens. tenetur expectare biennium. c. 2. vbi Doctor. C. de ſponſal. ſi autem iuſta de cauſa ſit abſens tenetur expectare quadriennium & vltrà. l. ſæpe. ff. de ſponſ. attamen in hoc eſt ſtandum iuri canonico, & non ciuili vt notat Nau. in Manu cap. 22. nu. 26 verſ. quarto.

20 Tertio, quando ſuperuenit lepra, ſeù paralyſis vel amiſſio oculorum, aut narium ſiuè aliqua difformitas, aut turpitudo. c. quemadmodum vbi Innocēt. Hoſt. Ioann. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de iure iurand. & c. fin. vbi gloſſ. vlt. & Doctor. de coniug. lepros. eſt tamen tunc in electione alterius ſponſi, vtrum diſſoluantur ſponſalia aut non.

21 Quarto, quando ſuperuenit affinitas, ſeù conſanguinitas. c. litteras. & c. duo pueri. de deſponſal. impub. & c. veniens. de eo. qui cogn. conſang. vxor. ſuæ. & Trid. ſeſſ. 24 cap. 3. de reformat. matr. & ita ſi ſuperueniat cognatio ſpiritualis. c. ſuper eò. vbi Doctor. de conſang. & affinit.

22 Quinto, quando aliquis ſponſus fornicatus eſt, ſiuè voluntariè, ſiuè coactè poſt ſponſalia contracta, nam ſi antea fornicaretur non diſſoluerentur ſponſalia, & tūc eſt in optione illius, qui non eſt fornicatus vtrum velit, quòd diſſoluantur ſponſalia, aut non c. quemadmodum. vbi gloſſ. verb. oculos. & Doctor. de iure iur. & c. raptor. & c. ſtatutum. 27. quæſt. 2.

23 Sexto, quando minor peruenit ad legitimam ætatem, & non vult approbare ſpōſalia. c. a nobis. & c. de illis. vbi notant ſcribentes de deſponſal. impub.

24 Septimo, diſſoluuntur ſponſalia per votum caſtitatis emiſſum, ante ſponſalia, nā ſi poſtea emittatur, non diſſoluuntur. c. rurſus. vbi Abb. nu. 3. & in c. veniens. num. 5. qui cler. vel vouent.

25 Octauo, quando eſt fama impedimenti inter ſponſos. quia tunc ſufficit illa fama, ſi procedat ex veriſimilibus coniecturis, ad diſſoluenda ſponſalia de futuro. c. cum in tua, vbi Doctor. deſponſal. & dixi verb. fama. §. 6. & verb. de Sacramento matrimonij. §. 45.

26 Nono, quando ſuperueniunt inimicitiæ capitales. tunc enim diſſoluuntur ſpōſalia ne deterius contingat. quoniam matrimonia coactè cōtracta in felices exitus parere ſolent. & ideo inimicitiæ ſunt iuſta cauſa, ad diſſoluenda ſponſalia de futuro. c. 2. & c. requiſiuit. vbi notant ſcribentes de ſponſal. & Doctor. in c. ſic quippe, 27. quæſt. 2.

Decimo,

Digitized by Google

27 Decimò, quando non adimpletur illud, quod promiſſum fuit, ſiuè per voluntatẽ, ſiuè per impotentiam, cum enim viro aliquid promittitur, vt cũ muliere cõtrahat, nõ tenetur illã ducere, vſq; illud ſibi ſoluatur. c. de illis. vbi Doct. de cõd. appoſit. niſi illã prius carnaliter cognoſcat. vt dixi § 4.

28 Decimoprimò, quando ſponſus ſuſcepit ſacros ordines. vt habetur in cap. vnico de voto. lib. 6. & extrauag. antiquæ eodem tit. & tenet Ant. de Butr. in Rubric. de ſponſal. & Præpoſit. in cap. de illis. eodem tit.

29 Decimoſecundò, quando ſuperuenit cognatio legalis. c. vnic. vbi Doct. de cogn. legat. & l. qui per adoptionem. ff. de adopt. & l. adoptiuus. ff. de ritu nupt. & §. ergo. Inſt. de nupt.

30 Decimotertiò, quãdo alter fit hæreticus quia tũc dicitur fornicari ſpiritualiter, ſicut enim per fornicationẽ carnalẽ ſuperuenientem diſſoluuntur ſpõſalia de futuro. vt dixi ſupra. §. 22. ita per fornicationem ſpiritualem, quãdocumq; detegitur. c. non ſolum, & c. iam nunc 28. quæſt. 1.

31 Decimoquartò propter ſæuitiam, & aſperitatem alterius contrahẽtium, vt tenet Abb. in cap. veniens, qui cler. vel vouent. aut propter aliquod nouiter ſuperueniẽs, quod ſi à principio fuerat, ſponſi non contraherent ſponſalia. vt tenet Præpoſit. in d. c. de illis. de ſponſal. & Ricard. & Sanct. Tho & alij. Theol. in 4. ſent. diſt. 27. Merg. conſil. 26 num. 32.

32 Sponſus debet interdici ſub cenſuris, ne matrimonium contrahat cum alia, dum pendet cauſa, ſuper validitate ſponſalium. cap. tua fraternitas. vbi notant communiter Doct. de ſponſ. duor. & gloſſ. ante deciſsionem. in d. cap. tua fraternitas.

Verbo Statutum.

1 STatutum eſt ius, quod proprium vnuſquiſq; populus ſibi conſtituit, & vocatur ius ciuile. l. omnes populi. vbi Doct. ff. de iuſt. & iur. & §. 1. inſt. de iure natural. gẽt. & ciuil. & poteſt facere ſtatutum, quicumq; poteſt cõdere legem. vt tenet Bart. Bald. Paul. Iaſ. & alij. in d. l. omnes populi, & Dec. in l fœminæ, n 69. ff. de regul. iur.

2 Statutum eſt ſtricti iuris, & ſtrictè eſt interpretandum. Abb. in c. ex parte. 3. n. 4. de verb. ſign. & Bart. in l. omnes. num. 60. ff. de iuſt & iur. & Bald. in l contractus. col. 2. C. de fid. inſtr. & Paul. de Caſt. in l. benignius. ff. de legib. & Iaſ. in l. ſeruo legato. § ſi teſtator. nu. 9. ff. de legat. 1. & ſi ſtatutum diſponit ſuper illo, ſuper quo diſponit ius commune, recipit illam interpretationẽ, quam recipit ius commune. l. 2. vbi Doct. C. de noxal. Abb. in cap. ex parte nu. 5. vbi ſupra, & Iaſ. in l. tres fratres. num. 3. ff. de pact. & in l. fin. §. in computatione. nu. 13. C. de iure deliberand. Valaſ conſul. 38. nu. 1. ſi autem derogat iuri communi, cui derogare poteſt. vt tenet gloſſ. in l. nec ex precario, & ibi Dec. nu. 3. & gl. verb priuatorum. in l. nec pignus. ff de regul. iur. tunc non recipit interpretationem à iure communi, nec intelligitur ſecundum illud, ſed ſimpliciter prout iacet. vt tenet Bald. in l. maximũ vitium. col. 6. verſ alterius quæritur. de tali quæſtione. C. deliber. præter. Paul. de Caſtr. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Iaſ. in auth. nouiſsima. nu 24. C. de in offic. teſtam caſus tamẽ omiſſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis l. ſi vero. §. de viro. ff ſolut. mat. Iaſ. in l & ſi. n. 4. ff cui mand.

3 Statutum puniens delinquentem, non habet locum in mandante fieri illud delictum ſi loquatur ſpecialiter in perſona faciente. videlicet dicens, qui occiderit, aut qui vulnerauerit, ſiuè qui detulerit frumẽtum, ſeù vinum, vel oleum extrà territorium, tali pœna puniatur. tunc cum ſtatutum ſit ſtricti iuris, non comprehendit mandantem, licet ille comprehendatur in alia pœna ſecundum diſpoſitionem iuris. ſi autem ſtatutum nõ loquatur ſpecialiter in perſona faciente, ſed loquatur in ipſo maleficio, dicens pro tali homicidio, ſeù pro tali delicto, ſit talis pœna. tunc bene comprehenditur mandans. vt tenet Bart. in l. ſi quis id, quod. §. ſerui quoq;. nu. 11. ff. de iuriſd. omnium iud. idem Bart. in l. ſed & ſi vnius § ſeruus. à num. 2. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter. §. fin. numer 3. ff. quod vi aut clam. & Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. nu. 38. & D. c. num. 38. ff. de iuriſd. omnium iud. & Curt Iun. in l. 2. § ſi procurator. nu 4 ff. quod quiſq; iur. & Alex. in l. 1. in prin. nu. 23. ff de verb. obligat. & Iaſ in l. ſi is qui pro emptore. nu 361 ff. de vſucap. Afflict. deciſs. 404. nu. 6. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 89. num. 2.

4 Statutum puniens tali pœna illum, qui extraxerit frumentum, vinum, ſeù oleum, panos, aut quid aliud extrà territoriũ, non comprehendit inuentum in itinere, ſi tamẽ

Digitized by Google

ſtatutum dicat, qui frumentum, vinum, vel quid aliud, tulerit in aliud territorium, tali pœna puniatur. bene comprehendit inuentum in itinere. ex doctrina Bald. in l. fugitiui. C de ſeru. fug. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cler. Iaſ in l. 1. §. hæc autem verba n 1.4. ff. quod quiſq; iur. hoc tamen non habet locum in illo, qui extrahit frumentum, vinũ, ſeù aliud, ad ſuum vſum, vel familiæ ſuæ, arg. text. in l. cætera. §. item quæri poteſt, & § ſed & ſi quis. vbi Bart. num. 4. Imol. & Iaſ. nu. 7. & alij. ff. delegat. 1. Alciat. in l. cenſere. verſ. victus ſui. ff. de verb. ſign. Viuius. lib. cõmu. opin. §. ſtatutum prohibens limit. 2. & Merg. conſil. 27 n 9. & Iul. Clar. lib 5. §. fin. quæſt. 82. verſ. circa Blada num. 4 neq; habet locum in illo, qui aliundè affert frumentum, vinum, ſeù aliud, & illud per trãſitum territorij exportat, niſi ſtatutum illud exprimat, dicens, quicumq; frumentũ extraxerit extra territorium, aut aliundè per illud exportauerit, tali pœna puniatur, quia tunc comprehẽdet vtrumq; vt tenet Ang. Alex. & Iaſ. n. 21. in l. cætera §. ſed & ſi quis. ff. delegat. 1. Viuius. lib. cõm opin. verſ. ſtatutũ prohibens. limit. 4 & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 82. verſ. circa Blada n. 3. neq; habet locum in perſonis Eccleſiaſticis, cũ ſit ſtatutum laicorũ, nam ſi clericus extraxerit frumẽtum, vinum, ſeù quid aliud extrà territorium, & illud fuerit ex fructibus ſui beneficij, vel ſui patrimonij, nõ incurrit in pœnas ſtatuti, quoniam ſtatuta laicorum nõ conſtringunt Eccleſiam, nec perſonas Eccleſiaſticas, ſeù bona illarum, niſi à Summo Pontifice fuerint confirmata. c. quæ in Eccleſiarum. vbi cõmuniter Doct. de conſt. & c. grauem. de ſent excõmunic. & c. 1 diſt. 10. Gramat. deciſ. 100. nu. 15. & Gou. r. in regula poſſeſſor. 2. part. §. 4. n. 8. Boer. deciſ. 125. Rip. lib. 3 reſponſ. cap. 15. Burſat. conſil. 93. n. 26. lib 1. & Doct in l. 1. de ſum Trin. Valaſ. de iure emph. quæſ. 20. n. 6. verſ. item quæro. & eſt cõmunis quãuis Ign. de Salzed. c. 55. verſ. ſed vt habere dicam contrarium teneat, contra communem, & malè contra libertatem Eccleſiæ, & perſonas Eccleſiaſticas, & ita dico de ſtatutis punientibus damna animalium, quia non habent locũ in animalibus clericorũ, nec clerici poſſunt cõueniri pro pœna ſtatuti, ſeù dãnis ſuorũ animaliũ niſi coram iudice Eccleſiaſtico. vt notant Doct. in c. Eccleſia Sãctæ Mariæ. 2. de cõſt. & c. cleric. de iud. & c. 1. & c. cũ contingat. & c. ſi diligenti. cũ alijs. de for. cõp. & auth ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cler. poterũt tamẽ paſtores maiores vigintiquinq; annis, cõueniri pro dãno animaliũ & pœnis ſtatuti, coram iudice laico. vt reſoluunt Io. And. Card Ancharan. & alij. in c grauem. de ſent. excõmunicat. Petr. Aued. in cap. prætor. 1. p c. 4. n. 30. verſ. itẽ in propoſito. Salzed. c. 55. pag 209. verſ. ſecurius. Gerip. cõſi. 32. n. 6.

5 Statuta cõtra libertatem Eccleſiæ edita ſunt nulla, ipſo iure, & delenda, & abradẽda, & illa edens, aut obſeruare faciens, aut ſcribẽs, aut ſecundũ illa iudicans incurrit maiorem excõmunicationem. c. nouerit. vbi Doct. de ſent. excommunicat. & officiales, locorum, qui illa delere non faciunt infrà duos mẽſes ipſo iure incurrunt maiorem excommunicationem. c. grauem. vbi gl. ver. promulgare, & Innocent. Hoſt. Io. And. Ant. de Butr. Abb & omnes. de ſent. excõmunicat. & auth. Caſſa vbi Bart. Bald. & alij. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.

6 Statuta dicuntur edita contra libertatẽ Eccleſiæ, quãdo clerici, ſeù perſonæ Eccleſiaſticæ, ſiuè bona earũ efficiuntur deterioris conditionis, quàm laici, ſeù bona illorum, cum debeant eſſe melioris conditionis, aut quando aliquid diſponunt contra priuilegia, à Summo Pontifice, ſiuè Rege, vel Principe Eccleſijs vniuerſaliter conceſſa. vt notat Bart. in auth. Caſſa. nu. 5. & alij. C. de Sacr. Sanct Eccleſ & Innoc. Abb. & omnes. in c. nouerit. de ſent. excõt.

7 Statuta pœnalia diſponentia de clericis, non extenduntur ad laicos, diſponẽtia tamen contra obtinentes dominia tẽporalia cõprehendunt clericos. clem. 2. vbi gl. ver. dominiũ, & Doct. de pœn. nec ſtatuta diſponentia per nomina propria in vna perſona extenduntur ad alias, facit text. in c. quod alicui. de regul. iur. lib. 6. & l. 1. in fin. vbi Doct. ff. de conſt. princip. & Bart. in l. omnes populi. n. 63. ff. de iuſt. & iur.

8 Statutũ puniens inuentũ cum armis de nocte, ſiuè cũ armis prohibitis, non comprehendit, niſi corporaliter apprehẽſum, quia ad hoc probandum non admittuntur teſtes, vt obſeruat conſuetudo, & colligitur ex l. ſi barſatorem. vbi gloſ. & Bart. C. de fid. iuſſ. Alex. in l 1. in prin. num. 77. ff. acquirend poſſ. & Iaſ. ibidem. nu 87. & tenet Angel. Imol. & Alex. in l. qui ſeruum. ff. de verb. obligat. & Claud. in l. poſſideri. §. Neratius. num. 6. ff. de acquirend. poſſ. &

Paul.

Digitized by Google

Paul.de Caſtr. in l.ſi fullo. ff.de cond. ſine cauſ.& Ang.Cæp.nu.81.& alij in l.ſi fugitiui.C.de ſeru.Fug idem Ang.in l.1.nu.4. ff.ad leg.Iul. de vi publ.& Viuius.lib.com. opin. verſ. ſtatutum diſponens. fol.198. Cæſar.Vrſeul.deciſ.21. nu.17.& Iul Clar. lib.5.§ fin quæſt 82. verſ.circa delationẽ. armorum. nu.1.& ita dico de illis,qui inuenti ſunt cum veſtibus prohibitis,& cōtra formam ſtatuti, quia ſunt puniendi, ſi corporaliter fuerint deprehenſi cum ipſis veſtibus prohibitis,& aliter nō,niſi ſtatutum aliter ſpecialiter diſponat, dicens ſi quis inuentus fuerit cum talibus veſtibus, aut illas domi habuerit,vel ſarcinator,qui illas fecerit,& ſimiliter tali pœna puniatur. quia tūc in illis caſibus,in quibus ſpecialiter locutum fuerit ſtatutum,& admiſerit probationem per teſtes eſt obſeruādum. vt eſt gl.verb.deprehenſus.in l.1 C. vbi ſenat.vel clariſsim. & ex Angel. & Iaſ. in l.cætera.§.ſed & ſi quis.ff.delegat.1.Angel.in l.1.n.4.ff.ad leg Iul.de vi publ. Ant. Gom.in l.45. Taur. nu.50. Villalob.in ſua collect.comm.opin.littera S. nu.112.Iul. Clar.lib.5. §.fin.quæſt.82. verſ.circa delationem armorum. nu.1.

9 Clericus portans arma prohibita,aut de nocte, nullo modo poteſt à familia poteſtatis laicorum comprehendi,nec puniri à iudice laico. immò ſi aliquis circuitor,ſeù triumviratus manus in illum inijciat,ſine licentia ſui ordinarij,incurret ſententiam excommunicationis.cap.vt fam.e.de ſent. excommunicat. & gl.verb. deprehenſus. in c.cum non ab homine.vbi Doct.de iud. quidquid in contrariū dicat Cau. pract q. 33.n.7.& Iul.Clar.lib.5.§.fin.q.36 n.26.

10 Statutū generaliter edictū de non portandis armis, non cōprehendit inquiſitores,nec familiā eorum,gl.verb.retardetur. & Doct. in c.ſtatutum.1.de hæret.lib.6.nō poſſunt tamen inquiſitores habere homines armatos, neç excedere modum ſuorū priuilegiorum in armis portandis. clem. nolentes. §.fin.vbi glo.verb.conceſsione, & Ioan. And. de hæret. nec valent ſtatuta per quæ retardetur, aut impediatur officium inquiſitorum, ſed potius ſunt nulla, & nullus momenti. c.ſtatutum.1. vbi glo. & Doct.de hæret.lib 6.

11 Statutū factum à cōmunitate, ſeù collegio ſuper iuribus ſingulorū,non valet quia ſol⁹ princeps poteſt tollere ius vni,& dare alteri, immò nec princeps ſine cauſa hoc facere debet. at cōmunitas non poteſt facere ſtatutum, in præiudicium ſingulorū, ſed ſuper iuribus ſuæ vniuerſitatis. c.cum omnes. vbi Doct.de conſt. & facit text.in l.id quod noſtrum. ff. de regul.iur. ſumma Angel.verb.ſtatutum.§ 8. & gloſſ.fin.in l. 2. C quæ ſit long. conſuet. Abb. in cap.in noſtra.nu.5.de iniur.& dann.illat.

Statutū edictum in odiū alicuius perſonæ particularis eſt nullū. vt tenet Bart. in l.oēs populi.n.52.ff.de iuſt & iur.& quamuis Bart. dicat, quòd ſit neceſſarium ab illo appellare. exiſtimo tamẽ ſufficere illud contradicere,per ſimplicem querelā, quia ſtatutum non tranſit in rem iudicatam,cū ſit actus extrà iudicialis,qui nunquàm trāſit in rem iudicatam, & tunc grauatus per actus extrà iudiciales poteſt vti remedio appellationis,aut reuocationis,etiam poſt decem dies cap. concertationi. vbi Doct. de appellat. lib.6 & Abb.in cap.cum omnes. num.2. de conſt.

12 Statutum pœnale edictum in fauorem alicuius, non comprehendit contra facientem, ſi conſenſit ille,in cuius fauorem ſtatutum erat edictum. vt tenet Abb in c.1. n.7.de locat ſi tamẽ ſit edictum in fauorẽ vnius, propter bonum publicū, non ſufficit tunc conſenſus illius, in cuius fauorem fuit conditū. ſicut ſi ſtatutū ciuitatis prohibeat, ne animalia mittātur inter vineas, ſeù ſegetes aliquorum vicinorum, ſub certa pœna applicanda cameræ ciuitatis, ſeù alicui publicano, cui competit ex officio commodum illius pœnæ, tunc enim licet dominus vineæ. aut ſegetis dicat,ſe cōſenſiſſe. vt animalia intrarent in vineam ſuā ſeù ſegetem, non ſufficit, vt dominus animalium eua$at à pœna ſtatuti. quia nullus poteſt iuri ſuo renunciare, cum præiudicio alterius, aut in fraudem iuris communis. c.ſi diligenti. vbi gloſ.1. de foro cōp. & cap.1. de reſt. ſpol. & l.fin. §.ſi mulier. & ibi Doct. ff. ad ſenat. conſult. Vell. & l. fin. C. quand. mul. tut. offic. fung. pot. & auth. vt ſin.proh matr.deb.& cred.§ quia vero multam. coll.7.

13 Statuta laicorum beneualent edita cōtrà leges Cæſareas. l. ex hoc iure. & l. omnes populi. vbi Doct. ff. de iuſt. & iur. & Abb. in c.ſuper ſpecula.n.1.de priuileg. & in c quod ſuper his.n.1.de maior.& obed. aliter tū dicitur in ſtatuto edicto ab Epiſcopo cōtra canones,nā cum Epiſcopi ſint cuſtodes canonum,& non præuaricatores,

Digitized by Google

non poſſunt aliquid contrà canones ſtatuere, nec tale ſtatutum valebit, quamuis in Synodo ſit factum, ſi canonibus contradicat. d. c. quod ſuper his. vbi Abb. nu. 1. de maior. & obed. & cap inſtitutionis. 25. quæſt. 2. & Ioã. And. in c. fin. de offic. Archipresbyt. & in c. fin. de appellat. lib. 6. Abb. in d. c. ſuper ſpecula. n. 1. de priuileg.

15 Synodus Epiſcopalis debet fieri iuxta canonum ſanciones, & vocatis Abbatibus populum habentibus, & non alijs, & vocatis ſacerdotibus, qui ſunt diæceſani Epiſcopi. c. quod ſuper his. vbi gloſſ. 1. & Doct. de maior. & obed. & c. Abbates, 18 quæſ. 2. & Merg conſil. 22. num. 12.

16 Statutum, quod per decem annos non eſt receptum in obſeruatione, nullius eſt momenti. c in iſtis. § leges. diſt. 4. & gloſ. 2. in c. 1. de treg. & gloſſ. verb. conſuetudo, in c. fin. vbi Doct. de conſuet. lib 6. & Alex. conſil. 132. lib 1. & conſil. 40. lib. 3. & Iaſ. in l. rem non nouam. n. 5. C. de iud.

17 Statuta ordinariorum non ligant ignorantes, ſine culpa, cum in facto conſiſtant, nam ſi ſtatutum ſit in aliqua prouincia, vt omnes, qui intrarent tale territorium, cũ panis, ſeù alijs mercibus, antequam ſoluerent aliquid loco illi applicatum, tali pœna punirentur, vel panos, ſeù merces amitterent, tale ſtatutum non comprehendit illos, qui veniunt ex alia prouincia, & reuera ignorant ſtatutum illud. c. cognoſcẽtes. vbi gloſſ fin. & Ant. de Butr. Abb. n. 6. & alij de conſt. & c. 1. & 2. vbi gl. 2. & Doct. eodẽ tit. lib 6. & l. fin. ff. de decret. ab ord. fact. & gloſ. 2. in c. à nobis 21. vbi Abb. de ſent. excõmunicat. & Bart. in l. cunctos populos. nu 21. C de ſum. Trin. ab hominibus illius prouinciæ, ſeù ciuitatis nõ licet ignorare ſtatutum præconizatum in foro publico illius ciuitatis, nec in illo dantur duo menſes, ſicut in conſtitutione Principis quæ ligat omnes, qui ſunt ſub ſua iuriſdictione. vt tenet Bald. in l. leges ſanctiſſime. C de leg. & Ioan. And in proæmio. lib. 6. & Hoſt in ſum. titul. de conſt § quando. & Abb in c cognoſcẽtes. n 7. de conſt. lex tamen nunquam ignorantur, nec poteſt quis excuſari à pœna legis propter ignorãtiam, eò quòd conſiſtit in iure. l. regula. ff. de iuris, & fact. ign. & gl. ver. ſtatuta in c. 2. de conſt. lib. 6 ſi tamen pœna ſtatuti, etiam continetur in iure communi, tunc nullus excuſatur propter ignorantiam, & forẽſes ſunt puniendi, tanquàm alij. vt tenet Iaſ. poſt Bart. in l. cunctos populos. in prima. lect. nu 30 C. de ſumm. Trin. & Marſil. in l. fin. 81. ff. de iuriſd. omnium iud.

18 Statuta iuris canonici ligant omnes & ab omnibus ſunt obſeruãda c. 1. vbi Doct. & c. fin de conſt Trid. ſeſſ. 25. c. 18 de reform. ſicut leges ſunt obſeruãdæ ab omnibus ſubditis l. leges. 1. vbi Bald. & Salic C. de leg. & l. conſtitutiones. vbi Doct. C de iur. & fact. ign. & gl. ver. ab omnibus. in d. c. 1. de conſt. ita canones Summi Pontificis ſunt obſeruandi in toto orbe terrarum. c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. ſi tamẽ lex cõtradicat canonibus eſt ſtandum canonibus in rebus ſpiritualibus, & in materia de peccato, facit tex. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſt. in temporalibus vero, & in materia, quæ nõ inducit peccatum ſtandum eſt legibus in terris ſubiectis Imperatori, Regi, ſeù Principi ſeculari, in terris autem ſubiectis Eccleſiæ ſtabimus ſacris canonibus. cap. perueneratabilem. cum ibi notatis, qui fil. ſint leg Bart. in l. priuilegia. num. 2. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.

19 Statuta Epiſcoporũ non ligant, niſi ſubditos, nec extenduntur extrà fines ſuarum diæceſum c. 2. vbi Doct. de cõſt. lib. 6 quoniã ſtatutũ extra territoriũ ſtatuentis nihil operatur. vt tenet Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. n. 6. & alij. in l. ſi creditori. ff. delegat. 1. ſi tamen Epiſcopus fecerit ſtatutum, vt ſi quis furatus fuerit tale, ipſo facto fiat excommunicatus, bene comprehenditur tũc forenſis, furans in illa diæceſi, quia ratione rapinæ fit de foro illius Epiſcopi, vbi res furata fuit. c. 1. vbi Doct. de rapt. & dixi ſupra verb. excommunicatio. § 47.

20 Statutum nihil diſponere poteſt cõtrà, vel pro non ſubditis ſtatuentis. ſtatutum enim noſtræ Luſitaniæ nõ ligat gallos, nec germanos, quoniam ſtatutũ vnius loci, ſeù Regni, non extenditur ad bona, vel perſonas exiſtentes extrà loca ſtatuentis. vt tenet Bart. quæſt 7. n. 41. verſ. ſed poſſet dubitari de tali quæſtione. & verſ. circa ſecũdum nu. 24 in l. cunctos populos. & Bald. col. 11. verſ. ſubſequenter quæro. ibidem. C. de ſumm Trin. idem Bald. in l. 2. col. 4. C quæ ſit long. conſuet. & Abb. in c. paſtoralis. n. 15. & in c. fin. n. 40. de for. comp. & Bart. Bald. Ang Salicet. Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. & omnes. in l. ſi creditori. ff. delegat. 1. Anch. in rep. c. 1. col 47. verſ. ſed remanet forte dubium, & verſ. quæro iuxta prædicta. de conſt. & Valaſ. conſult. 182. n. 14.

Statutum

Digitized by Google

21 Statutum vnius loci non comprehendit ſubditos ſtatuentis delinquentes extrà territorium, nec tunc ſunt puniendi pœna ſtatuti loci originis, ſed pœna ſtatuti loci delicti, niſi ſtatutum imponat pœnam hominib⁹ ſui territorij, qui iuerint in aliud delinquere. tunc enim punit illum actum delicti. vt tenet Bart. in l. cunctos populos. à num. 47. C. de ſumm. Trin. & Fel. in cap. à nobis. num. 6. de ſent. excommunicat. & Alex conſil. 111. à nu. 1. col. 2. verſ. & cum ſit, lib. 2. Socin. conſil. 302. num. 4. lib. 2. Paris. conſil. 159. num. 6 lib. 4 Ruin. conſil 84 in fin. lib. 4. Afflict. ſuper. 3. par. conſt. Regn. Rubric. 55. à num. 19. Boſſ. in titul. de pœn. num. 19. Doenn. regula. 146. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 85. nu. 4.

22 Statutum reſpicit futura, & non præterita, niſi de præteritis faciat mentionem. cap cognoſcentes. vbi gloſſ. verb. futuris, & Abb. n. 1. & cap fin. vbi Doct. de conſt. & l. cum lex. vbi Bart. num. 2. ff. de legib. idem Bart. in l. omnes. num. 40. ff. de iuſt. & iur. & l leges. vbi Bart. Bald. & omnes. C. eodem tit. & cap. ex frequentibus. de inſt. vbi tamen aliquid indulget, & loquitur per verba præſentis temporis, non extenditur ad futura. l. cum lex ff. de legib.

23 Statuta pœnalia, exorbitantia à iure cõmuni regulariter non patiuntur extenſionem. cap. odia. vbi Doct. de regul. iur. lib. 6 & cap. 2. de regul. eodem lib. & facit tex. in l. ſi vero. §. de viro. ff ſolut. matr. & in l. fin. vbi Doct. C. de interd. matr. & Cin. in l. 4. C. quæ ſit long conſuet. & Afflict. deciſ. 21. num. 5.

Statuta humana variantur ſecundum tẽporum varietatem, cap. non debent. vbi Doct. de conſangui. & affinit. & cap. fin. de tranſact. non finiuntur tamen per diſceſſum proferentis, ſed ſucceſſor illa poteſt renouare. cap. fin. de offi. legat. & l. 1. § fin. ff. de offic præfect. vrb. & l. 1. C. de poſtuland. & gloſſ. 2. in cap. à nobis. 1. vbi Abb. num. 12. de ſent. excommunicat.

24 Statutum fieri poteſt à legato, cum non ſit contra ius canonicum, & durat etiam legatione finita, dum ſucceſſor illud non reuocat. cap fin. de offic. legat. & c. ſi quis. & cap. fin. de maiorit. & obed. Abb. in cap. 1. num. 2. de locat.

25 Statutum eſt perpetuum quando eſt factum à populo nam ſtatutum, quod praxis in noſtra Luſitania vocat à cordo da camera, eſt perpetuum, & durat vſq; populus illud reuocet ſi autem ſtatutum ſit factum à iudice dicitur temporale. vt tenet Bart. in l. omnes. n. 52. ff. de iuſt. & iure.

26 Statutum excludens omnem exceptionem non tollit officium iudicis, aliter tamen ſi tollat omnem defenſionem in cauſis ciuilibus, ſicut poſt ſententiam ſupremi ſenatus, aut ſimiliter quia tunc ſoluet, & poſtea repetet. vt tenet Bart. in l. 1. C. ſi quis alt. vel ſibi. & Abb. in cap. item cum. num. 8. de reſt. ſpol. & in cap. ex parte. 2. num. 6. de offic. Iud. deleg. & Bart. in l. plane. in fin. ff. de pet. hered. & Dec. in l. iure naturæ. num. 3. ff. de regul. iur. non poteſt tamen ſtatutum tollere defenſionem, quæ competit de iure naturali. clem. paſtoralis de re iud. nam ſi homo accuſatur, de homicidio, & vult ſe defendere, quod illud commiſiſſet in ſua iuſta, & neceſſaria defenſione, nõ poteſt tunc defenſio illa tolli per ſtatutum, nec tale ſtatutum edictum valebit, & ſic in ſimilibus quoniam iura naturalia ſemper firma manent. §. ſed naturalia. vbi Doct. inſt. de iur. natural. Abb. in c. dilecti filij. num. 13. de except.

27 Statuta ſuper Vſuris ſoluendis, aut non reſtituendis, ſiuè nõ repetendis ſunt nulla ipſo iure, quia ſunt nutritiua peccati, & illa facientes, dictantes, ſcribentes, promulgantes, ſeù iudicantes ſecundum illa, aut officiales, qui habent poteſtatem illa delendi, & infrà tres menſes illa non delent remanent ipſo facto excommunicati. clem. 1. vbi gloſſ Ioan. Andr. & omnes, de vſur. & Dec. conſil. 87 col. 2. lib. 1.

28 Statutum de non obediendo Sũmi Pontificis mandatis, aut de nõ recipiendo eius præceptis eſt nullum, & deteſtabile. cap. 2. § ſtatutum. vbi notant ſcribentes. de verb. ſign. lib 6. quia vnusquiſq; ſubditus tenetur obedire mandatis, & legibus ſui Principis, & aliter debet grauiter puniri, niſi leges, & mandata ſint contra Dei veritatẽ, & continiant peccatum in obſeruantia illarum, quia tunc non teneretur ſubditus obedire, imm[o] mereretur non obediendo. cap. Imperatores. diſt 9. & cap. Imperatores. 11. quæſt. 3. & l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & cap. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.

29 Statutum, vbi cauetur ſub aliqua pœna, vt nullus habeat capreas in certo loco. vtrum habeat locum in hircis, dixi ſupra verb pœna. §. 9.

Digitized by Google

Verbo Studium.

1 STudium poteſt conſtitui in quocumq; loco, ſeù ciuitate, vt tenet Abb. in c. quanto. nu. 3. de magiſtr. & vbicumq; erigitur aliqua vniuerſitas ſtudiorum habet priuilegium. authẽt. habita ne fil. pro patr. vt tenet Abb. in cap. cum olim. num. 8. de conſuetud.

Studia cuiuscumq; vniuerſitatis, quæ immediate ſubiecta eſt Summo Pontifici, & eius viſitationi, debent viſitari, & reformari, per delegatos Summi Pontificis illa vero, quæ ſunt in vniuerſitate ſubiecta Imperatori, Regi, ſeù Principi ſeculari, ſunt viſitanda, & reformanda per deputatos ab ipſo Imperatore, Rege, ſeù Principe, & ab ipſis ſunt Magiſtri, & Doctores illius vniuerſitatis cogendi vt ſubeant iuramentum in principio cuiuslibet anni. vt doceant ea, quæ ſunt Catholica fidei, & vt canones, & decreta Trid. integrè, & inuiolabiliter obſeruentur. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. de reformat.

2 Docentes ſacram ſcripturam, aut Grammaticam in Eccleſijs cathedralibus, ſeù alio publico loco, vel priuato, ſunt prius examinandi, & approbandi ab Epiſcopo diœceſano, de vita moribus, & ſcientia, ne ſub ſpecie pietatis impietas ſeminetur, quod tamen non intelligitur. de lectoribus in clauſtris monachorum. ex Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. ad fin. de reformat.

3 Studentes, ſeù docentes ſacram Theologicam, vel ius canonicum in ſcholis publicis. poſſunt recipere fructus ſuorũ beneficiorum in abſentia, dum ius illud docent, aut ſtudent per quinquennium. vbi per tempus illud graduantur, aut per ſeptennium, ſi vſq; ad ſeptennium non graduentur. c. fin. vbi Doct. de magiſt. & c. licet vobis. vbi etiam notant ſcribentes. de de præb. & cap. cum de diuerſis. vbi gloſſ. vlt. de priuileg. lib. 6. & Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat. & poteſt Epiſcopus cum illis diſpenſare ne ordinentur. c. cum ex eo. vbi notant omnes. de elect. libr. 6. non poſſunt tamen recipere diſtributiones quotidianas, nec aniuerſaria. d. c. licet vobis. de præb. & cap. vnico. vbi Doct. de cler. non reſid. lib. 6.

4 Doctores creantur in vniuerſitatibus generalibus, & alijs locis, vbi ad hoc ſuum habent priuilegium, cum ſuis ſolemnitatibus. attamen à Summo Pontifice, ſeù Imperatore, vel Rege, ſiuè Principe, non recognoſcente ſuperiorem; creantur Doctores ſolo verbo, ſine alia ſolemnitate, vocando aliquem Doctorem, ea tamen intentione, vt illum faciat Doctorem, & non aliter. arg. tex. in clem. fin. de ſent. excommunicat. & tenet Angel. in l. 1. C. de ſent. paſſ. & in l. apud eum. ff. de manumiſſ. & Iaſ. in l. qui in aliena. §. interdum. num. 21. ff. de acquirend. hæred.

Verbo Stuprum.

1 STuprum eſt illicita virginum defloratio cap. lex illa. §. ſtuprum. 36. quæſt. 1. & l. ſtuprum. ff. ad leg. Iul. de adult. & tenet Alciat. Rebuf. & alij in l. inter ſtuprum. ff. de verbor. ſign. & ſumma Angel. verb. ſtuprum. in prin. & Ignat de Salzed. cap. 83. num. 1. Iul. Clar. lib. 5. § ſtuprum. num. 1. & Ioan. Vella in tract. de pœn. delict. cap. 35. in prin. dicitur etiam ſtuprum commiſſum multis modis, nam ſicut committitur cum virgine, ita cum vidua, vt tenet Marſil. conſil. 13. & Socin. Iun. cõſil. 121. lib. 3. Boer. deciſ. 338. & cum puero. l. inter liberas. § ſtuprum. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. ſtuprum. § adulterium. ff. eodẽ. & Iul. Clar. lib. 5. § ſtuprum. nu. 1. & Doct. in §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud.

2 Stupri crimen eſt punibile de iure ciuili, tàm in maſculo, quàm in fœmina. l. inter liberas. ff. de adult. & d. §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud. & Salicet. in l. eum qui. num. 2. C. de adult. & Bapt. in l. ſi qua illuſtris. num. 23. C. ad ſenat. conſult. Orfician. Gom. in l. 9. Tauri. nu. 13. & in l. 80. num. 15. Cou. ruu. de ſpõnſal. 2. part. cap. 8. § 5. num. 17. verſ. adijciam. de iure tamen Regeo noſtræ Hiſpaniæ. non eſt punibile, niſi in maſculo quoad mulierem vero eſt punibile, ſicut de iure canonico. vt eſt tex. in cap. 1. & 2. vbi Doct. de adult. & Salicet. in d. l. eum qui. num 3. C. de adult. & Alciat in l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſign. & Valaſc. conſult. 29. num. 11. & conſult. 147. num 7.

3 Stuprans virginem, ſine vi tenetur eam dotare, & in vxorem accipere, ſi ipſa, & pater ipſius conſenſerint aliter vero tenetur ſoluere dotem. licet tamen ſit differẽtia in illa dotis æſtimatione, quoniam ſi ſtuprator illã in vxorẽ ducere voluerit, & illa renuerit, tenetur tũc illi ſoluere dotẽ

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum facultates ipſius virginis, ſi autem ipſa cum eo contrahere voluerit, & ipſe ſtuprator noluerit, tunc tenetur illi dotem ſoluere iuxta facultates ipſius virginis,& qualitatem illius,ac parentum ipſius, ita vt dote illa alium virum conſequi poſsit, ac ſi virgo exiſteret,& ita eſt intelligendus. text. in cap. 1. vbi Ioann. Andr. Abb. Anan.& allj. de adult. nec hodie patitur aliam pœnam in foro contentioſo ille. qui ſine vi corrumpit aliquam virginem. vt tenet Ant. Gom. in l. 80. Tauri. num. 7. Chaſſan. conſil. 40. Iul. Clar. lib. 5. §. ſtuprum. num. 3. & Ign. de Salz. cap. 83. Littera E.& Paris. conſil. 100. num. 14. lib. 4. ſi autem ſtuprator illam dotare noluerit, aut non habuerit bona ad illam dotã-dam, corpore punietur. puta, ſi eſt perſona nobilis relegabitur ſi autẽ ſit vilis verberabitur, & relegabitur. §. item lex Iulia. vbi Doct. inſt. de publ. iud. gloſſ. verb plectendus, in cap. 2. de adult. & licet. d. cap. 2. de adult. conſtituat pœnam detrutionis in monaſterium, & aliæ leges pœnã mortis imponant illi, qui ſine vi ſtuprauerit virginem hodie tamen iam iura illa non obſeruantur in praxi. vt tenet Iul. Clar. vbi ſupra. Afflict. deciſ. 276. num. 6. & Papol. lib. 22. titul 9. arreſt 9.

4 Stuprans tamen virginem, aut viduam per vim punitur pœna mortis. § item lex Iulia. de vi. verſ. ſin autem per vim. inſt. de publ. iud. Abb. in cap. peruenit. num 5. de adult. & l. mariti. §. fin. ff de adult. & Iul. Clar. lib. 5. §. ſtuprum. num. 3. Ign. de Salzed. cap. 83. nu. 3. & dixi ſupra verb. raptus. §. 4.

5 Clericus ſtuprans virginem eſt deponẽdus. vt tenet Abb. in cap. 2. num. 4. poſt Ioan. And. & alios. de adult. Bernard. Dias. in pract. criminal. c. 77. & Salzed. c. 83. nu. 2. & Iul Clar. d. § ſtuprum nu. 3. Menoch. de arb. caſu 288. nu. 5. Ioan. Vella in tract. de pœn. delict. cap. 35. §. Pontificum autẽ, & eſt communis. vt inquit Grilland. de diuerſ. criminib. lib 3. quæſt. 7. & vltrà pœnam illam depoſitionis tenetur dotare illam ſtupratã, vt notatur ex doctrina Ioan. And. & Abb. in d. cap. 2. num 4. de adult. & Ignat. de Salzed. in d. cap. 83. d. num. 2. nec videtur, quòd pœna depoſitionis, quæ clerico imponitur pro delicto ſtupri, eò quòd cum ſit clericus tale commiſit delictum, redundet in damnum mulieris, ne illi ſua dos reſtituatur, ſi clericus ille, habeat bona, vnde dotem mulieri ſoluere poſsit. arg tex. in l. qui ea mente. ff de furt. & in l. non prodeſt. ff. de vi bon. rapt. quãuis non videam hoc obſeruari in praxi, in tribunalibus, ſed potius clericus condemnatur ad ſoluẽdam dotem mulieri ſtupratæ, ſecundum facultates, & qualitatem illius, ac parentum eius, & in alia pœna arbitraria leuiori, quàm pœna depoſitionis quæ praxis videtur colligi ex d. cap. 1. & 2. de adult.

6 Stuprans virginem in domo patris ipſius puellæ committit raptum virginitatis, & proditionem, quamuis ipſam non ducat de loco ad locum, & eſt puniendus in pœnis raptoris. vt tenet Recenſ. in cõſil. 1. Alex. lib. 3. & Cæſar. Vrſ. deciſ. 276. num. 6. quoniam ex ſtupro non ſolum virgini ſit iniuria, ſed etiam eius parentibus, & conſanguineis. vt reſoluit Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 35. in fin. prin. ſed verum eſt quòd ipſe dicatur raptor virginitatis,& non virginis. vt dixi ſupra. verb. raptus. §. 4. vnde non debet puniri pœna raptus, ſed virginitatis.

7 Stuprans virginem volentem,& cõſentientem ad nihilum tenetur in foro conſcientiæ ipſi mulieri, nec in foro contentioſo, ſi ipſa puella non eſt ſubpoteſtate patris, aut matris, vel tutoris, ſeù curatoris, aut alicuius conſanguinei, ſeù affinis. quoniam mulier ſoluta habet poteſtatem ſui corporis, quoad forum exterius, & in re ſua vnusquisq; eſt moderator,& arbiter. l. in re mandata. vbi Doct. C. mand. & poteſt illa vti commodo cumq; voluerit, dum tamen intraditione illius alteri fraudem non faciat. etiam ſi illa male vtatur. l ſed & ſi. § conſuluit. ff. de pet. hæred. & l. 1. C. de ſolut.& l. 1. & l. Paulus 2. ff. eodem & hoc expreſſè tenet Ign. de Salzed. d. cap. 83. Littera C. verſ at ſi à parentum poteſtate, ſi autem ſit in poteſtate parentum, tutoris, vel curatoris. tunc tenetur ſtuprans ſatisfacere iniuriam læſis. conſiderata qualitate perſonæ, cui facta fuit iniuria, & modo delinquendi. arg. text. in l. neq; leges. ff. de leg. & in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & famoſ. libell. ſi autem puella ſuaſionibus, donis, ſiuè blandicijs conſentiat. tunc ſtuprans tenetur ad præſtationẽ dotis, & ad pœnas ſupra relatas quoniam perſuadere, ac perinde eſt in hoc, tanquã cogere, & compellere. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeru. corrupt. & l. quod & lex. § ſi

Digitized by Google

quis volentem.ff.deliber.homin.exhibēd. & Abb.in c.1.nu.1.de adult.& Nau.in Manu.cap.16.nu.16. & Salzed. cap 83.littera C.verſ hæc autem. vbi dicit communem. & in dubio ſemper præſumitur.quòd mulier odioſis artibus ſit ſeducta.l. vnica .§. pœnas autem vbi Doctor.C.de rapt. virg. & Ioan.de Anan.& alij.in d.c.1. de adult. Salzed. vbi ſupra. Petr. Nau. in cap.3. nu. 445.

8 Stuprans puellam non dum viri potentem,damnatur in metallum , ſi eſt humilior perſona, honeſtior autem in inſulam relegatur.l.ſi quis aliquid.§. qui non dum. ff. de pœn. & tenet ſign. conſil. 207. attamen hæc pœna iam hodie non eſt in vſu. ſed praxis obſeruat, vt ille , qui deflorauerit puellam non dum viri potentem, & fregerit pudenda illius, teneatur illam dotare, & condemnatur ad triremes. vt tenet Gramat.deciſ.22. & Guid. Pap. deciſ. 555. quamuis pœna mortis illi ſit imponenda teneat Ioan. Fab. in §. item lex Iulia. a nu. 7. inſt.de publ. iud. Afflict. ſuper. 1.part. conſt. regn.Rubric. 19 num. 14. & Boſſ. in titul. de Coitu.damnat.nu. 67. Iul. Clar. d. §. ſtuprum num. 9.

9 Mulier dum reputatur virgo, ſemper talis præſumitur. quamuis ſtuprator neget illam eſſe virginem. vt tenet Abb. in c. 1. num. 5. & alij. de adult. Bermon. in tract. de concub. a num. 9. Iul. Clar. d. §. ſtuprum nu. 4. poteſt tamen ipſe ſtuprator probare contrarium. quoniam ſi ille non probat,& mulier eſt in fama virginis, ſufficit ad virum condemnandum pro ſtupro mulieris. vt tenet Ant. de Butr. Abb. & alij , in d. c. 1. de adult. ſanct. Ant. 2. part. titul. 5. cap.6. §. 1 & Nau. in Manu. cap. 16. num. 16 verſ. ſecundo. & Alex. conſil. 29. lib. 6. Caſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 1. num. 42. & Maſcard. de probat. concluſ. 1412. num. 1. & 2. & Loaz. matr. reg. Ang. dubio. 15. nu. 6. & Ign. de Salzed. cap. 83. littera B. verſ. nec ab huiuſmodi.

10 Stuprum tamen commiſſum cum vidua hodie non eſt punibile. quamuis vidua honeſtè viuat, licet enim ſtuprum committatur cum vidua, vt dixi ſupra.§.1.pœna maximē illius,apud nos non obſeruatur in praxi. vt tenet Ant. Gom. in l. 80. num 14 & Iul. Clar. d. §. ſtuprum, num. 4. verſ. cæterum Ign. de Salzed. cap. 83. littera A. verſ. & nota, nec mulier vidua perdit dotem,ſi poſt mortem mariti committat ſtuprum, vt tenet Socin.Iun conſil. 111. nu. 7.in fin. lib.3. & Guid.de Bened.in 3 part. rep. c. Rainuncius. nu. 202. de teſtam. & ita obſeruat praxis. licet contrarium teneat Paul. de Caſtr. in conſil. 147. libr.2. & Boer.dec 338. num.1.& Bellon. in Rubric. num. 8 c. de edend. & Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. & dicit cōmunem Iul. Clar. d.§ ſtuprum.num. 5. de ſtupro cum puero. dixi ſupra.verb. ſodomia.§. 3.

Verbo Suſpenſio.

1 SVſpenſio eſt quædam cenſura Eccleſiaſtica , qua interdicitur certæ perſonæ Eccleſiaſticæ aliquod officium , vel exercitium illius, & aliquando a iure, & aliquando a iudice clem cupientes, vbi glo. verb. ſuſpenſi & Doctor. de pœn.& gloſſ. verb in canonibus. in c.ad reprimendam. de offic. iud. & ord. ſumma Angel. verb. ſuſpenſio .1. in prin. & Geripard. conſil. 23. num. 14.

2 Suſpenſio quibus caſibus incurratur a iure recenſet ſumma Angel. verb. ſuſpēſio.1.a §.1. & dico in ſuis locis.

3 Suſpenſio alia eſt temporalis,& alia perpetua, ſuſpenſio temporalis tollitur finito tempore ſine alia abſolutione. perpetua vero idem eſt ac depoſitio .c. ſi quis Epiſcopus.vbi gloſſ.verb. ſuſpendatur.83. diſt. & c. ſi quis. 1. quæſt. 3. & Imol. in c. cum dilectus col. 8. de conſuet. Dec. & alij in c. Apoſtolicæ.de except. & Ign.de Salzed. cap. 130. num. 5.

4 Suſpenſus propter delictum, ſi celebrat durante ſuſpenſione , aut ſe ingerit diuinis, remanet irregularis. c.1. vbi Doctor. de ſent. & re iud. libr. 6. & c.1. § fin. vbi gloſſ. verb. irregularitatem. & Ioan. And. & alij de ſent. excommunicat. eodem lib. 6. Abb. in c. ſi celebrat. num. 4. de cler. excommunicat. celeb. & Fel. in c. Apoſtolicæ. col.7. num. 17. de except. & Doctor. in c. is cui. de ſent. excommunicat. libr. 6. & Rota in titul.de ſent.excommunicat.dec. 3. in antiq. & Ign. de Salzed. cap. 26 num. 3. ſuſpenſus tamen quoad Deum propter peccatum, non efficitur irregularis, celebrans, aut exercēns aliqua diuina officia, quamuis peccet mortaliter c. fin. vbi Doctor. de cohab. cler. & Mul. Innoc. & Abb. num. 4 in d. c. ſi celebrat. de cler. excomm.celeb. & Villa Diog. de irregulari.

Digitized by Google

irregularit col.8. Ign. de Salzed. cap.130. littera D. verſ. eſt irregularis.

5 Suſpenſus ab officio, & beneficio non poteſt agere pro ordinatione Eccleſiæ, ac ſi eſſet excommunicatus, quamuis pro ſua electione agere poſſit, & exercere illa, quæ ſunt iuriſdictionis extra officium, quoniā ſuſpenſus non remanet priuatus hominum commercio, c. a nobis. & c. Apoſtolicæ. vbi gloſſ. verb. contingere. & Doct. de except. & in illa, quæ ſunt iuriſdictionis illorum, quæ competunt ratione officij ſe intromittere non poteſt, quia ſuſpenſus ab officio, non poteſt exercere iuriſdictionem, quæ ratione officij competit. c. cum dilectus. de conſuet. & Abb. in c. fin. num 7. de cler. excommunicat. celeb. ſuſpenſus tamen propter aliquem defectum, non fit irregularis. celebrando, quamuis peccet mortaliter, quia illi non eſt directè interdictum exercitium officij. vt tenet Abb. d. c. fin. num. 4.

6 Suſpenſus ab officio propter aliquod crimen intelligitur ſuſpenſus a beneficio, cum enim beneficium detur propter officium ſuſpenſus ab officio non poteſt cōſequi commodum beneficij. gloſſ. verb. ſuſpenſi. in clem. cupientes. de pœn. Card. in clem. 1. quæſt. 7. verſ. cæterum de priuileg. & Imol. in c. cum dilectus. col.7. de conſuet. & Præpoſit. in c. presbyterum. col. 2. & 3. diſt. 28. ſuſpenſus tamen ſimpliciter per iudicem à beneficio in vno territorio poteſt habere aliud beneficium in alio territorio, cum illa ſuſpenſio ſimpliciter facta non intelligatur, niſi in territorio illius iudicis, vt tenet gloſſ. fin. in c. paſtoralis. §. verum de appellat. ſi autem iudex intendebat inhabilitare illum ſuſpenſum ad omnia beneficia, tunc effectus illius ſententiæ porrigitur ad beneficia extrà territorium iudicis pro ferentis exiſtentia. quamuis executio debeat fieri per iudicem illius territorij, vbi ſunt beneficia, vt tenet. Ant. de Butr. Abb. num. 21. & alij in c. Paſtoralis. §. verum de appellat. & Ign. de Salzed. cap. 230. num. 3. ſi autem ſuſpenſio fiat a iure, tunc ſuſpenſus remanet inhabilis ad omnia beneficia, ſi vero ſit ſuſpēſus reſpectu vnius Eccleſiæ, remanet inhabilis ad beneficia illius Eccleſiæ tantum facit text. in c. cum in cunctis. §. fin. de elect. Abb. in d. § verum. num. 21.

7 Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi tempore ſuſpenſionis moriatur impænitēs debet carere Eccleſiaſtica ſepultura. c. omnis vtriuſque ſexus. vbi Innoc. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de pœn. & remiſſ. & c. is cui, vbi Dominic. Ioan. And. & alij. de ſent. excommunicat. lib.6. & dixi ſupra. verb ſepultura. § 31.

8 Suſpenſus remanet ipſo iure Parochus, vel quicumque ſacerdos, tàm regulares, quàm ſecularis, qui coniungit in matrimonium, aut benedicit ſponſos alterius diæceſis, ſeù alterius Parochiæ, ſinè licentia illius Parochi, ad quem expectat illos cōiungere, ſeù benedicere, nec ſufficit ad ſuſpenſionem non incurrendam allegare ſibi licere ex conſuetudine immemoriali, cum illud faciat in Parochia aliena, quæ ſuſpenſio durabit, vſq; quod videbitur ordinario eius Parochiæ, cuius Parochus matrimonio illi intereſſe debebat, aut ſponſos erat benedicturus, vt eſt conſtitutum in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matr.

Digitized by Google

L I T T E R A T.

Verbo Tabellio.

1 TABELLIO dicitur habens publicum officium ſcribendi inſtrumenta publica ad fidē faciendam, & acta iudicialia, vt eſſet probatio certa rerum geſtarum, & varijs nominibus antiquitus appellabantur Tabelliones .l. in offerendis. C. de appellat. & l. ſcrinarios. C. de teſtam. milit. & Doctor. in Rubric. c. de Tabular. libr. 10.

2 Tabellio olim vocabatur ſeruus publicus, vt eſt text. in l. nō aliter. ff. de adopt. & l. 2. ff. rem pupil. ſalu. for. & ibi gloſſ. verb. publicum, & l. 2. C. de adopt. & §. cum autem. vbi notant Doctor. inſt. de adoptionib. non poteſt tamen eſſe ſeruus. licet enim ſeruus publicus vocabatur, & rei publicæ ſeruiebat, & tanquam ſeruus publicus, compellatur ad inſtrumēta partibus conficienda, vt tenet Paz. in praxi. tom. 1. annotatione fin. num. 19. Auil. in capit. prætor. cap. 39. & cap. 17. num. 21. & Roias. in Epitom. ſucceſſ. cap. 10. nu. 30. hodie tamen non vocatur ſeruus, ſed perſona publica. l. generali. C. de Tabular. libr. 10. & l. orphano trophos. C. de Epiſc. & cler. & tenet Dueren. in Rubric. de ſeruit. in prin. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 24. in fin. prin. & habetur in c. quoniam contra de probat.

3 Tabellio in principio ſui officij debet iurare de conſuetudine, quòd de his, quæ videbit, & audiet, & requiſitus fuerit, ſine diminutione veritatis, nec commixtione falſitatis, conficiet inſtrumenta ſuper cōtractibus, & alia acta iudicialia, & quòd ſecreta ſibi iniuncta celabit, quando ex iuſta cauſa oporteat tenere ſilentium, & quod non faciet aliquod inſtrumentum ſuper illicito contractu, & vbi contineatur peccatum mortale, & quòd tenebit penès ſe protocollum de omnibus inſtrumentis, quæ reddet, & quòd ſit fidelis illi, à quo fuit conſtitutus, & quòd ſi ſciret damnum illius tractari, illi reuelabit per ſe, aut per nuncium, & quòd exercebit officium ſibi iniunctum cupiditate, odio, amore, vel timore remoto. vt tenet Hoſt. & Abb. num. 19 in c. ſicut ne cler. vel monach.

4 Tabellionem creare nō poteſt niſi Princeps, & ille, cui ipſe commiſerit, aut Rex, qui nō cognoſcit ſuperiorem, aut ciuitas, quæ habet iura Principis, aut Papa facit text. in l. actuarios. C. de numular. act. libr. 12. & Innocent. & Abb. num. 7. & alij. in c. cum P. de fid. inſtr. idem Abb. in c. cum contingat. num. 15. de foro comp. & auth. de tabell. §. ſi vero. coll. 4. & Oldrad. conſi. 75. Alex in l. nec ei. §. 1. ff de adopt. Auēd. de exequend. mand. princip. lib. 1. cap. 10. in prin. & ita creare poſſunt tabelliōnes, aut ſcribas Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Prælati, Duces, Marchiones, comites, vice comites, ſiuè magiſtractus, ſeu domini iuriſdictionem habentes, aut qui per conſuetudinem id facere poſſunt. vt tenet Innocent. & Abb. num 2. in c. cum dilectus. idem Abb. in cap cum P. tabellio. num. 7. de fid. inſtr. & Ioan. And. in cap. ſeculares. de foro comp. lib. 6. Cou. ru. pract. cap. 19. num. fin. Bald. de perus. de tabell Ioan. de Grat. de ſubſt. procurat. § publicus. Imperialis, auctoritate notarij, & Paz. in prax. tom. 1. annot. vlt. num. 14.

5 Tabellionis officium eſt vile, quia antiquitus vocabatur tabellio ſeruus public9. l. 2. vbi gloſſ. verb. ſeruo publico. & Doct. C. de adopt. & l. 2. ff. rem pup. ſalu for. & l. non enim. ff de adopt. & cap. 2. vbi gloſ. verb. ſeruo de vſur. lib. 6. & gloſſ. Bart. & Plat. in l. vniuerſos C. de decurionib. libr. 10. & Roman. ſingul. 350. & Palat. Rub. in rep. c. per veſtras. notabili. 3. §. 10. num. 7. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. 24. §. hinc primo. & Suarez. in prax. tom. 1. annot. vlt. num. 3. Tiraquel. de nobilit. c 30. nec obſtat tex. in l. vnica. C. de mand. princip. & text. in l. laudabile. § & poſtquam tale. C. de aduocat. diuerſ. iud. quoniam iura illa loquuntur de notarijs principum, vt notant ſupra relati, iuuat etiam quia tabellionis officium non excuſat à

munerī-

Digitized by Google

muneribus perſonalibus. l. 1. §.illud. & l. fin. §.pen.ff.de munerib & honorib.& dixi ſupra verb.officium.§.50. hodie tamen reputatur apud nos in noſtra Hiſpania officium nobile, & honorificum, ex Cou ruu. in pract. quæſt. cap.19. à num 5. & Petr. Roch. in praxi cauſarum ciuilium. cap.5. num.20. Gondical.Suarez. in prax.tom 1. annot.vlt. num.4. & Ioan.Vell.in tract de pœn.delict. cap.24. §.hinc primo. & dixi ſupra verb.officium. §.50.

6 Tabellionis officio non poteſt fungi infamis, qui infamiam iuris, vel facti patitur. cum portæ dignitatis ei non pateant. c.infamibus. de regul.iur. libr.6. & l.2. C. de dign. lib.11. & Bart.in l.eadem. §. hac lege.num 4. ff.ad leg Iul.repetund præcipuè cum hodie in noſtra Hiſpania reputetur officium nobile. vt dixi.§.ſupra proxim. vnde hodie creandi ſunt tabelliones optimæ æſtimationis,& famæ,& non infames. ex Cou.ru. pract.quæſt. cap.19.num. 5. verſ. prima concluſio. Suarez. in prax. tom.1. annot.vlt. nu 9.

7 Tabellio non eſt creandus impubes. l. impuberem. vbi Bart. numer.1. ff. ad leg. Corn.de falſ.& l.2. §.impuberes.ff.de iure immunit. & l.fœminæ. §. impuberes. vbi Dec. num.2. & 8. de regul iur.de iure tamẽ Regeo noſtræ Hiſpaniæ ætas tabellionis debet eſſe vigintiquinq; annorum. vt eſt in noſtra Luſitania. ord. lib 1. titul.93. in prin. & in Regno Caſtellæ. l.30.tit.25. lib.4. recupilat.

8 Tabellio,tanquàm publica perſona poteſt alteri ſtipulari ratione ſui officij. vt notatur in l.non aliter. ff. de adopt. & l.1. §. exigere. ff.de magiſtr. & l.2. ff.rem pupill.ſalu.for. Bart. & Alex. in l.ſtipulatio iſta. §.ſtipuler.col 3. ff.de verbor.obligat. Bal l. in l.nec ei. §.eorum.verſ quæro nũc tabellio. ff.de adopt. Dec. in l quo tutela. §. nec paciſcendo. num.2. ff. de regul.iur. & Soci n.Iun. conſil.67 num.4.lib 3. & Iul. Clar. § donatio. quæſt.12. nu.2. & de hoc non eſt dubitandum ita quòd donatio,aut venditio per ſtipulationẽ tabellionis tranſiat dominium in donatarium, ſeù emptorem, vt ante ratificationem eius,cuius nomine tabellio ſtipulatus fuit, donator,ſeù venditor non poſsit alteri donare, aut vẽdere. vt tenet Paul.de Caſtr.conſil.195. à num.3. verſ.ſola vero reuocatio.lib.2. Gozad.conſil.78. circa.fin. & Dec.in d. §.nec paciſcendo.nu.3. & Iul.Clar.d §.donatio. quæſt.13.num.2. Cæſar.Vrſ.deciſ.300.nu. 5. licet. Cagn. in d. §. nec paciſcendo. teneat contrarium,& Tiraq. de conſt. limit. 30. num 9.

9 Tabellio debet ſcire illud,quod pertinet ad eius officium, non tenetur tamen eſſe doctor, nec totius iuris peritus, ſed ſufficit, quòd ſit inſtructus circa officij ſui artem, & ſciat apponere notas, & formas, & clauſulas conſuetas, & quòd intelligat illicitos,& reprobatos contractus,ad illos non ſcribendos. nam ſi propter imperitiã illius, partes fuerint damnificatæ tenetur reſtituere damnum. l.illicitas. § ſicut.vbi Doct. ff.de offic.præſid. & gloſſ.1.in l.generali. C.de tabullar.lib.10. Bart. in l.fin. eodem titul.Innocent. in cap.cum incunctis. de elect. & Abb. in cap.1. num 7. de fid. inſtr. & Auil. in cap. prætor. cap.36. num.6. Suarez. in prax. tom.1. annot.vlt. num.46.

10 Tabellio tenetur ſcribere in inſtrumentis à ſe confectis nomina contrahentium, & cauſam, & locum in quo facta fuerint, diem, menſem, & annum, & teſtes, aliter enim inſtrumenta publica non valent.cap. quoniam contra. vbi gloſſ.verb.tempora. & Aug Ber.num 220. poſt multos alios de probat. & cap Abbate. §.præfactus.vbi gl. verb.conſeretur, & Doct de ſent.& reiud. libr.6. & authent. de tabellionib. § illud quoq;. coll.4. Abb.in cap.1.num 3.de fid. inſtr. Bald.& omnes. in l.contractus.C de fid inſtr. Ioan.à Grat. de ſubſt.procurat.in prin. Peruſ. de tabell num 79. Suarez. in prax. tom.1 annot.vlt. num.26. ord.libr. 1. titul 78. §.4.

11 In contractibus non creditur tabellioni ſine teſtium ſubſcriptione, licet aliter ſit in actibus iudicialibus,quoniam locus publicus, in quo fiunt ſupplet vicem teſtium quod non eſt in contractibus,qui fieri poſſunt in quocumq; priuato loco. auth. de hæred.& falc. § hinc nobis. verſ. tabullarijs. coll.1. & gloſſ.verb. duos viros. vbi Doct. in cap. quoniam contra. de probat. vbi etiam notant ſcribentes.

12 Tabellio debet inſcribere ea, quæ celebrantur, & poſtea legere coram partibus contrahentibus, & teſtibus,ne aliàs eidem fides debita detrahatur, & tunc habentur contractus à partibus contrahentibus pro præfectis,quoniam dum à contrahentibus non habentur pro perfectis, & abſolutis, nullam habẽt firmitatẽ, licet à tabellione ſint

Digitized by Google

ſint inſcripti.l.contractus.vbi Bart.& alij. C.de fid.inſtr.& Cou.ru.in c.relatum.1.n.1.de teſtam.& Suarez,in prax.tom.1.annotat.vlt. num.32.

13 Tabellio non poteſt inſcribere acta iudicialia, ſine mandato iudicis;nec deferre iuramentum in litē.vt tenet Ant.de Butr. in c.tuis.col.1.deteſt. Bald. in l.1.col.8. C.qui accuſar.non poſſ. & Fel.in cap.quoniam contrà. col.7. de probat. & Bald. in l.iubemus. C.deliberal.cauſ.& in l.interrogatam.eodem titul. & in l.ſi ea. C.qui accuſar.non poſſ. Lucas. de pen. in l.2.C. de iure fiſc.lib.10.Affiict.dec.245.n.8.

14 Tabellioꝰ i creditur in actis iudicialibus,ſine teſtibus, quia de mandato iudicis, & in loco publico tenetur ſcribere acta iudicialia in proceſſu. cap. quoniam contra, vbi gloſſ.verb.duos viros,& Innocē.Hoſt. Ioan.And. Ant.de Butr. Abb. Dec. & omnes. de probat. & l. in donationibus. vbi Bald.Bart. Salicet. & omnes. C. de donat. & l.fin.vbi Paul.de Caſtr.C.de reiud & ſufficit fides tabellionis aſſerentis ſe legiſſe tenorē ſcripturæ in his, quæ redacta ſunt in actis iudicialibus,& ſolū agitur de præiudicio contrahentium, vt tenet Bart. in auth. ſi quis in aliquo documento. nu.21. C. de edend. & ibidem Iaſ.num.7. & Purpur. num.42. & Alex.conſil.6. num.7. lib. 4. Gam.deciſ.370. nu.1. niſi de ſtylo alicuius tribunalis aliud obſeruaretur, & ſolerent in illis actis iudicialibus apponi teſtes, vt reſoluit Hyppolit. ſingul 118.Suarez. in prax.tom.1.annot.vlt.nu.27.

15 Tabellioni tamen non creditur, niſi in his,quæ pertinent ad eius officium,& quæ in præſentia illius per partes aguntur. vt tenet Bart. in auth. ſi quis in aliquo. nu.8. C.de edend.& Bald.in Rubric. à col.5. c. de fid.inſtr.& in l.cum precibus.C.de probat. Innocent.in cap.quoniam contra. de prob. & Angel. in l.optimam. col.2. C. de contrahēd. ſtipul.& Card.in clem.1.quæſ. 2. de probat. Iaſ.in l.ſi duo. §. idem Iulianus num.20. ff.de iur.iur.& Affict.deciſ. 245. num.7. Valaſc.conſil.189. nec interrogatus facit maiorem fidem, quàm vnus teſtis. cap.cum Ioannes. vbi Doct. de fid. inſtr. & l.domitius. vbi Bart. nu.3. & omnes.ff.de teſtam.

16 Tabellio tenetur apponere omnes clauſulas conſuetas in inſtrumentis à ſe confectis, ita vt illa ſubſtantialia,quæ in inſtrumentis apponi ſolent,habeātur pro appoſitis. ſi ille tabellio per ſimplicitatem ea non apponat, quia ſimplicitas tabellionis non debet nocere partibus contrahentibus. l.fin. vbi gloſ.vlt. Bald.Salicet.& alij. C.de fid.iuſſ.nec etiam in his,quæ de more ponit in inſtrumentis prodeſt, aut præiudicat partibus, arg.text.in cap.cum veniſſent. de inſt. & in l.cum de indebito. ff.de probat. Ant.de Butr. in c.quinta vallis.de iure iur. Abb in cap.cum contingat.num.24. eodem titul.

17 Tabellio debet primo inſtrumenta redigere in protocolo,quod apud ſe tenetur ſeruare, & ſicut omnia acta iudicialia debent ſtare penès notarium, ita protocolū inſtrumentorum. vt ſi fortè aliqua dubitatio ſuboriatur, recurratur ad protocolum. auth.de tabell. §.illud quoq;.vbi Doctor. coll.4 Ioan.Andr.Abb. nu.4. & omnes in c.quoniam contra de probat.Auil. de exequend. mand. princip. 1 part. cap. 36. à num 1. & fin.nec poteſt tradere partibus ſuum protocolum, immo peccabit mortaliter, & fiet periuris,ſi protocolum partibus tradat, & ſecum non retineat. ex Nau.in Manu. cap 25.num.52. Suarez. in pract.tom.1.annotat.vlt. num.29. Gerip. conſil.32.num.27.

18 Protocolum tabellionis, vbi inſcribit omnia inſtrumenta, quod apud nos vocatur nota facit plenam fidem, in contractibus factis inter contrahentibus adhibitis omnibus ſolemnitatibus requiſitis vt probatur.in cap cum P. tabellio.vbi gloſſ.fin. & Abb. num.3. de fid.inſtr. & auth.de tabell. § illud quoq;. coll.4. & facit text. in l.argentarius. ff de edend. & ſpeculat. in titul.de inſtr.edend. §. videndum. verſ. & nota protocolum verò, quod tabelliones habent ad breuitates ſcribendas, in auditorijs,& ad ſuam recordationem,non facit fidem, antequàm tabellio redigat ſcripturam illius, in acta publica. d. c.cum P.tabellio. vbi Innoc.Hoſt.Ioann.And.Ant.de Butr.Abb. & omnes.de fid.inſtr.idem Ioā. And.in addit. ad ſpecul.in d.verſ.nota.

19 Tabellio poteſt cum auctoritate iudicis authentica re ſcripturas, & inſtrumenta ſui anteceſſoris per protocolum, ſeù notā ſibi commiſſam. vt eſt text.in d. cap. cum P. tabellio. vbi Doctor.de fid.inſtr. Anch. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. in l.ſi quis. §.cogentur.ff.de edend.& Ang.Bald. Salicet. Fulg. & alij in l.quædam. §.nihil. ff. de edend. attamen contrarium tenet Abb.

Digitized by Google

Abb. in d. c. cum P. tabellio. nu. 2. dicens, quod tabellio ſuccedens alteri tabellioni poſsit auctoritate legis, ſine auctoritate iudicis, authentica ſe inſtrumenta, & ſcripturas protocoli, ſiuè notæ ſui anteceſſoris, & videtur text. in d. l. ſi quis argentarius. §. cogentur. vbi Bart. num. 3. ff. de edend. & hoc obſeruat praxis.

20 Tabellio bene poteſt per alium facere inſcribere inſtrumentũ, cum ipſe ſubſcribat, quando tamen ſubſcribit inſtruméto, tenetur illud prius integraliter legere, & videre, ſi forte habeat aliquod vitium, quia ſubſcribens illi, videtur approbare omnia contenta in illo, ac ſi ipſemet actualiter ſcripſiſſet. c. cum Redemptor. § hanc. 12. quæſt. 2. Abb. in c. inter. nu. 7. de fid. inſtr. & c. cum P. nu. 10. eodem titul. & Ang. in l. pluribus. in prin. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero. § Chryſogonus. ff. de verb. obligat. & ibi Ioan. de Imol. col. 3. & Paul. de Caſt. & Alex. & alij. & tenet Iaſ. in l. cum antiquitas. nu. 17. C. de teſtam. & receptiſsimũ eſt in noſtra Hiſpania. vt atteſtatur Gou. r. pract. quæſt. c. 21. n. 3. & Guid. Pap. dec. 3. n. 2. Auil. in cap. præt. c. 19. verb. traſlade à n. 1. Suarez in prax. to. 1. annotat. vlt. n. 31.

21 Tabellio videtur poſſe conficere inſtrumentum extra territoriũ de conſenſu partium, quoniam inſtrumenta contrahentiũ poſſunt fieri ſine ſtrepitu cognitionis iudicialis, & tunc partes poſſunt conſentire, vt tabellio extrà territorium conficiat inſtrumentũ, tanquàm exercẽs iuriſdictionẽ voluntariam, & ita tenet Bart in l. procõſul. nu. 2. ff. de offic. proconſ. & in l. cũctos populos. n. 35. C. de ſũma Trin. Abb. in c. licut. n. 13. ne cler. vel monach. Marant. de ord. iud. 3. p. n. 104. hoc tamen habet locũ in tabellione creato à Papa reſpectu ſuæ iuriſdictionis, in tertis ſubiectis Papæ, & in tabellione creato ab Imperatore, in expectantibus, ad ſuum territoriũ, & iuriſdictionẽ, vt tenet Abb. in d. c. cũ P. tabellio. n. 9. de fid. inſtr. tabellio tamen aliter creatus, aut in territorio limitato non poteſt conficere inſtrumenta extra territoriũ, nec de partium conſenſu quoniam tabellio nõ habet iuriſdictionem, & quod exercet, eſt quoddam officium, ſine iuriſdictione, & illud non extenditur extrà limitatũ territoriũ, ſed potius tabellio vnius loci, nihil magis remanet in alio loco, quàm quæcumq; perſona priuata. vt tenet Abb. in d. c. cum P. tabellio. nu. 9. de fid. inſtr. Palat. Rub. in Rubric. nu. 21. de donat. inter vir. & vxor. Rebuf. ad leg. Gall. part. 1. pag 89. nu. 43. in tract. delict. obligat. art. 3. gloſſ. 1. Gou. r. q. pract. c. 19. col. vlt. Valaſ. cõſul. 9.

22 Inſtrumẽta facta à tabellione, in ſuo territorio, valebũt in alio quocumq; territorio, vt notant communiter Doct. in cap. cum P. tabellio. de fid. inſtr. Abb. in cap. licut. nu. 15. ne cler. vel monach. Bald. in l. hac ſacratiſsima. C. de donationib. & Iaſ. in l. 1. lect. 2. n. 93. C. de ſumma Trin.

23 Scriba camerarius vnius cuiuscumq; oppidi, ſcribit electiones, & vota eligentiũ officiales illius oppidi, quando à præſide factæ ſunt electiones, & non ſcriba ipſius præſidis, niſi per tẽpus immemoriale per ſcribã ipſius præſidis ſcriptæ fuiſſent. quia tunc licet de iure pertineret ad ſcribã camerariũ, illa tamẽ quaſi poſſeſsio tanti tẽporis inducit priuilegiũ. c. ſuper quibuſdã. vbi gloſſ. verb. non extat. & Doct. de verb. ſign. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſt. & Ant. da Gam. deciſs. 184.

24 Tabellio fabricans falſum inſtrumentũ, punitur in amiſsione officij, & nunquàm de cætero ad illud reuertetur. vt eſt tx. in l. in l. ſi aliquid. vbi gl. ver. decoxit. & Doct. C. de ſuſcept. Præpoſ. lib. 10. & gl. ver. de fide editionis, & Bart. ibidẽ. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. 1. ff. de edẽd. & auth. de arm. § fin. & gl. vlt ibi. coll. 6. & incurrit perpetuã infamiã de iure ciuili. l. lucius. ff. de his qui notãt infam. & punitur pœna falſi, quæ eſt deportatio, & publicatio omniũ bonorum. l. 1. § fin. vbi Doct ff. ad leg. Corn. de falſ. Menoch. de arb. caſu. 306. in prin. & ſi magnitudo cõmiſsi falſi, & exigat. capite punietur. l. vbi falſi, & ibi gl. ver. cõmiſsi, & Bald. & alij. C. ad leg. Corn. de falſ. & Ioã. Vell. in tract de pœn. delict. c. 24. §. puniũtur, & ſi falſum inſtrumentũ immunitatis ſcripſerit igne eſt cõburendꝰ. l. 1. vbi DD. C. de immunit. nemin. lib. 10. Gou. r. pract. quæſt. c. 19. Petr. Gregor. lib. 36. Syntagm. c. 3. à n. 2. hæc tamen pœna iam hodie non obſeruatur, ſed vbi ſunt ſtatuta diſponẽtia ſuper pœna, quæ eſt imponẽda tabellioni, aut cuicũq; alij falſum inſtrumentũ, vel falſas ſcripturas fabricãti. id obſeruãdũ erit. vt tenet Gand. in titul. de falſ. n. 3. Ang. ad Ang. de malef ver. falſario. à n. 48. vbi autẽ per ſtatutũ non eſt aliqua pœna terminata. tunc regulatur pœna per arbitriũ iudicis, cõſiderata qualitate delicti, & modo delinquẽdi. vt tenet Iul. Clar. lib. 5. §. falſũ. n. 40.

Yyy & aliqui-

Digitized by Google

& aliquibus Regnis eſt ſtatuta pœna amputationis manus dexteræ, quæ amputari debet tanquàm agens, & amplius alius inſtrumentum nõ fabricet, vt tenet Hyppolit. ſingul. 118 & Ioannes Vell. in tract. de pœn. delict. c. 24. § Regeo autem quamuis de iure communi, quandò manus amputatur debet eſſe ſiniſtra, & non dextera. ex gloſſ. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. & Iaſ. in l. de quibus nu. 36. ff. de legib. poterit tamen tabellio per antiquiſsimã conſuetudinem excuſari a falſo, in illis, quæ ſua natura non ſunt mala, aut quando facit de conſilio ſapientis. vt tenet Bald. in l. ex his verbis. col. 2. C. de teſtam. milit. & in l. captatorias. col. 2. eodem. & Iaſ. in l ſingularia. num. 50. ff. de reb. cred.

25 Tabellio ſubſtitutus cõmittens falſum, punitur eadem pœna, qua puniretur proprietarius. quoniam iura ſupra relata directè, & propriè attendunt ad falſam fabricationem inſtrumenti, vnde tàm tabellio creatus à Principe, quam ſubſtitutus debet puniri in pœnis ſupra relatis. cum falſum inſtrumentum fabricauerit, ſi autẽ ille, qui non eſt tabellio, vel quondã fuit ac modò priuatus exiſtit, cõfecerit inſtrumentum tanquàm tabellio, mortis pœna puniendus eſt. vt reſoluit Suarez in praxi. tom. 1 annotat. vlt. nu. 40. & Leo. in tract. noui oper. cap. 2. num. 23

26 Tabellio committit falſitatem, cum cõtrà veritatem aliquid atteſtatur, quoniam falſum nihil aliud eſt quam veritatis mutatio. l. quid ſit falſum. vbi Doctor. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & authent de inſtrument. caut. & fid. non ſolum enim tabellio committit falſum in fabricando falſum inſtrumentum, vel falſas litteras, ſed in ponendo in illo, quod verum non eſt. puta, ſi in inſtrumento mutui, ſeu venditionis, vel locationis, aut in ſimilibus poſuerit, quòd pecunia præſente illo, & teſtibus fuiſſet numerata cum tamen tempore illo, quo confectum fuit inſtrumentum numerata non fuiſſet. vt tenet Bart. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. num. 47. Dec. num. 23. Curt. Iun. num. 36. & alij. in l. ſingularia ff. de reb. cred & idem Alex. in l. prædia. num. 4 ff. de acquirend. poſſ. & Iul. Clar. lib 5. § falſum. num 27. aut ſi apponat in inſtrumento, quod Titius cum rogaret ad conficiendum inſtrumentum, & Semproni⁹ ſpoponderat, & ſimiliter, & poſtea appareat, quòd Titius eſſet abſens tempore confectionis inſtrumenti. vt tenet Bart. in l. iuris gentium. § quod fere. ff. de pact. & Rip. in l. 1. in prin. num. 3. ff. de verb. obligat.

27 Tabellio etiam incidit in falſum ſcribens inſtrumentum pro re illicita extrà caſus à iure præmiſſos, quia facit tunc cõtra veritatem, & promiſſa in officij inſtitutione, & contra iuramentum in initio officij præſtitum. vt tenet Bart. in l. omne. n. 2. verſ. venio ad tertiam. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. Ang. ad Ang. de malefi. verb. falſario. nu. 46. & Iul. Clar. § falſum. nu. 29. & ita ſi negat ſe eſſe rogatum de inſtrumento, de quo rogatus fuit, quia tunc etiã facit contrà veritatem, quam in omnibus obſeruare debet. vt ex mẽte communi reſoluit Curt. Iun. in l. qui accuſare. num. 12. C. de edend.

28 Tabellio etiam committit falſum mutans ſignũ, quod appoſuit in titulo Regeo tabellio natus. vt tenet Bald. in proœm. C. nu. 4. Guild. in l. comparationes. C. de fid. inſtr. & addit. ad Abb. in cap. 1. nu. 3. Littera ſignum. de fid. inſtr. non punitur tamẽ pœna ordinaria, qua punitur ille, qui falſum inſtrumentum fabricauit, ſi aliter inſtrumentum falſum non fecit, ſed punitur pœna arbitraria ſecundum qualitatem dãni, & cauſam ſigni mutationis. vt tenet Bald. in cap. nonnulli. § ſunt & alij. de reſcript. & Ioan Vell. in tract. de pœn. delict. cap 24. § vltimo ex prædictis.

29 Tabellio non poteſt ſibi aſcribere legatum in teſtamẽto alieno. immo ſi illud ſibi aſcripſerit incidit in pœnam falſi, & nõ tenet legatum. l. 1. & l. ſenatus conſulto. vbi Doct. & l. quæ in teſtamento. vbi Bald. & Salic. C. de his qui ſibi abſcripſ. in teſtam. & Boſſ. in titul. de his, qui ſibi aſcripſ. n. 3. Iul. Clar. lib. 5. § falſum n. 34. in teſtamẽto autem nuncupatiuo, quando ex dictis teſtiũ redegitur in actis, videtur ceſſare pœna ſenat. conſult. libon. c. de his, qui ſibi in teſtam. abſcripſ. ſed tamen verius eſt quòd etiã in illo teſtamento locũ habeat diſpoſitio. dicti ſenatus cõſult. vt poſt d. In refert Bellon. conſil. 89 n. 3. & Boſſ. vbi ſupra. niſi tale teſtamentum nuncupatiuum, probaretur per teſtes, quando tabellio argueretur, de falſo, quia tunc ſecuta probatione, non teneretur tabellio de falſo. vt tenet Anan. in c. accedens. num 3. vbi dicit cõmunẽ de crimin. falſ. quia ſi teſtes mortui eſſent quando tabellio accuſatur de falſo, tunc

Digitized by Google

tunc haberet locum diſpoſitio ſenat. vbi ſupra.& ita intelligẽdus eſt Bellon.& Boſſ. dictis locis. ſi autem teſtamentũ ſit ſcriptum à priuata perſona in ſchedula clauſa, & non legatur coram teſtibus,& teſtatore, ſed ſolum interueniat fides notarij, intergo teſtamenti clauſi, vbi affirmat illud eſſe teſtamentum teſtatoris. tunc non valet legatum,quod illa priuata perſona ſibi in eo teſtamento asbripſit, quamuis aliter ſit, ſi illa perſona priuata inſcribat teſtamentũ, & poſtea tabellio ſcripturam illam tranſcribat,& legat coram teſtatore,& teſtibus. tunc enim valebit legatum, quod perſona illa priuata ſibi aſcripſit cum tale teſtamentum vires aſſumat ex ſcriptura tabellionis,& nõ ex priuata ſchedula, & ita eſt intelligenda doctrina Bart. in l. 1. §. ex illa quoq; ff. ad leg Corn. de falſ. Bald.& Salic. d. l. 1. C. de his,qui ſib. in teſtam. abſcripſ. Alex. conſil. 50. lib. 3. Gam. deciſ. 157. n. 3.

31 Tabellio tamen bene poteſt inſcribere legatum vxori,ſeù filio militi,vel emancipato,quia tunc legatum ſibi non remanet, & ita poteſt facere quodcumq; inſtrumentum, pro vxore, ſeù filio, emancipato, & etiam in cõtractibus poteſt facere inſtrumentum pro filio, in poteſtate exiſtente, quia hoc inſtrumentum inſcribit de mandato partium, & ſimiliter eſt dicendum in filio tabellione circa patrem. ex l. ſi pater. vbi Bart. & omnes. & l. vxori. vbi etiam notant ſcribentes. ff. ad leg. Corn. de falſ. & gloſ. 1. vbi Doct. in l. quæ in teſtamento. C. de his,qui ſibi abſcripſ.

32 Tabellio inſcribens falſum in vno ſubſtantiali inſtrumenti, facit vitiare totum inſtrumentum, quãdo ipſum inſtrumentũ dependet à fide tabellionis, & ita in vno capitulo connexo, & dependente. l. ſi ex falſis. vbi Bart. nu. 9. & Iaſ. n. 4.& Rebuf. n. 110. & omnes C. de tranſact. & Dominic. n. 2. Franc. limitat 5. in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6. ſi enim inſtrumentũ eſt vitiatũ in vna parte ſubſtantiali, cuius validitas dependet à fide tabellionis, in totum fides illa diminuitur,& corruit totũ inſtrumentum ob falſitatẽ ſcriptã ab ipſo tabellione, in illa parte ſubſtantiali connexa, & dependente. vt eſt text. in l. ſi aliquid C. de ſuſcept. Præpoſit.& Arc. lib. 10. & cap. ſi ad ſcripturas. diſt. 9. & c. quanto. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſ. cap.& glo. verb. de fide editionis in l. ſi quis. §. 1. ff. de edend. ſi autem falſitas non ſit in capitulo, ſeù clauſula ſubſtãtiali, aut ſit in clauſula ſeparata, quæ ab alia nõ dependet, nec à fide tabellionis. tunc non vitiatur inſtrumentũ, niſi in illa patre, in qua falſitas reperitur, per illam vulgarem regulam, vtile per inutile non vitiatur. quando vtile eſt ſeparabile ab inutili. regula vtile. de regul. iur. libr. 6. & c. cum dilectus filius. 19 de præb & l. qui teſtamento. ff. de legat. 2. & §. quod ſi quis. inſt. de inutil. ſtipulat.& Innoc. Ioan. And. Abb.& alij in c. fraternitatis. de hæret. Ant. de Butr. in c. cum cauſam de probat. Paul. de Caſtr & Iaſ. n. 9.& alij. in l. ſi ex falſis. C. de trãſact.& Doct. in c. ſuper litteris de reſcript.& in c. ſi eo tempore. eod. tit. lib. 6.

33 Tabellio poteſt conficere inſtrumentũ validũ, quamuis falſum cõmiſiſſet, quoniã dum per ſententiã non eſt condẽnatus, & ſe motus ab officio, valent inſtrumenta, & omnia acta iudicialia, ad officiũ cõpetentia ab illo geſta, ex ſolo enim delicto non dicitur tabellio priuatus ab officio, ita vt ab illo geſta in officio nõ valeant. l. ſi quis decurio. vbi Doct. C. ad leg. Corn. de falſ.& Iaſ. In l. ſi quis. §. cogentur. num. 17. ff. de edend Abb in c. fraternitatis. nu. 3. de hæret.& licet pendeat accuſatio de falſo, poterit inſtrumẽta conficere, dum eſt in poteſtate officij,& per ſententiam nõ eſt cõdemnatus niſi interim expreſſè interdicatur. l. mortis. ff. de pœn.& Bart. in l. Barbarius. in 2. lect. n. 17. ff. de offic. prætor.

34 Tabellio condẽnatus ex quocumq; delicto excepto crimine falſi, poteſt vti ſuo officio, quãuis remaneat infamis. vt tenet Bald. in l. eadẽ. §. hac lege. ff. ad leg. Iul. pecul.& Iaſ. in l. ſi quis. §. cogentur. n. 15. ff. de edẽd. ſi autẽ de crimine falſi fuerit condẽnatus nõ poteſt illo vti, nec valebit ab illo geſtũ donec per Principem fuerit reſtitutus. vt tenet Innoc. in c. cum te. de ſent.& re iud.& Dominic. conſil. 77. colum. fin. & Cou. r. lib. 3. variar. reſolu. c. 3. n. 3. quod tñ nõ erit ſi clericus notarius Epiſcopi fuerit condẽnatus de falſo, & poſtea per Epiſcopũ reſtitutus in integrũ. vt tenet Bald. cõſil. 350. lib. 1 & Bermon. in tract. de public. concub. pag 130. n. 5. & Salzed. c. 58. n. 5.

35 Tabellio abradens in inſtrumento, aut faciens interliniaturam, debet illud atteſtari in fine inſtrumenti, vt careat omni ſuſpicione falſitatis. l. 1. §. & ideo. vbi Doct. ff. de his quæ in teſtam. delent. & Arch. §. 1. in 35. quæſt. 9. Abb in cap. ex litteris. nu. 3. de fid. inſtr.& Bald. in l. noſtrã. C. de teſt.

Digitized by Google

quoniam aliter abradens inſtrumentum dicitur falſum cõmittere, ex Afflict. deciſs. 404. num. 1. & Salicet. in l. maiorem. C. ad leg Corn. de falſ. intellige tamen quando raſura eſt in parte ſubſtantiali, nam ſi raſura illa nemini præiudicat, excuſabitur tabellio à pœna falſi, quoniam nemo incidit in pœnam falſi, niſi falſitas ſit notabilis, & alicui præiudicet, aut præiudicare poſsit. vt colligitur ex doctrina gloſſ. in l. damus. verb. priuatas. C. ad leg. Corn. de falſ. Alex. in conſil. 145. col. 1. verſ. confirmo. per id. lib. 6. & Socin. conſil. 103. à num. 1. lib. 1. Barb. conſil. 52. nu. 4. lib. 3. Merg. conſil. 27. num. 11. Iul. Clar. libr. 5. § falſum. num. 44.

35 Tabellio non poteſt corrigere errorem ſuum poſt interuallum, in his, quæ pertinent ad partes contrahentes, aut litigãtes, & ſunt de ſubſtantia, & validitate inſtrumenti, aut poſtquã copia inſtrumenti fuit tradita parti. licet incontinenti bene poſſit illum corrigere, aut poſt interuallum in his, quæ non ſunt de ſubſtantia, & validitate inſtrumenti, quia in illis nulla eſt præſumptio falſitatis. vt tenet Bart. in l. ſi librarius. à n. 1. Cagn. 16. Dec. nu. 5. & alij. ff. de regul. iur. & Angel. in l. Imperator. col. 3. ff. de ſtat. hom. & in titul. de pac. conſt. verb. pacta. verſ. ſed quid ſi opponatur. & Ioann. Andr. in data 6. in nouella. & Bart. in l. Barbarius. nu. 16. in 2. lect. ff. de offic. prætor. & Abb. in c. ex litteris. nu. 3. de fid. inſtr. Valaſ. conſul. 181. n. 13. & 15.

36 Tabellio, qui oſtendit teſtamentũ viui teſtatoris, aut dicta teſtium manifeſtat, antequàm aperiantur tenetur de falſo, & periuro. l. 1 §. is qui aperuerit. ff. ad leg Corn. de falſ. & l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. vbi Doct. ff. de pœn. & Bald. in l. fin. col. 10. C. de edend. addit. ad Abb. in c. ſententiã. verſ. propter hoc ne cler. vel monach. & Nau. in Manu. cap. 25. n. 52. & Suarez. in prax. tom. 1. annotat. vlt. n. 29. & ord. noſtra Reg. lib. 3. titul. 62. §. 4. & ita deſigillãs, & aperiens litteras alienas, vt illas aduerſario oſtendat. vt tenet Bart. in l. Titio. nu. 3. ff. ad municip. & Ang. ad Ang. de malef. verb. falſariorum.

37 Tabellio inſcribens inſtrumentum pro hæretico fit infamis, & remanet ſuſpenſus in perpetuò ab officio. cap. ſi aduerſus. vbi gl. fin. & Doct. de hæred. & incidit in pœnã falſi, & periurij quia facit inſtrumentum ſuper re illicita vt tenet Bart. in l. 2. nu. 2. verſ. venio ad tertiã. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. Ang. ad Ang. de malef. verſ. verb. falſario. n. 46. & Iul. Clar. lib. 5. § falſum. n. 29.

38 Tabellio ſuſpenſus, & excommunicatus poteſt conficere inſtrumentũ, dum tolleratur ab Eccleſia, & valent tunc ab illo facta, poſtea vero non. gl. ver. & teſtificando cõmuniter approbata. in c. decernimus. de excommunicat. lib. 6 & ibi Petr. de Anch. n. 4. & c. nullus. 3. q. 4. Abb. in c. cõſultationib⁹. n. 7. & de iurepatr. Gam. dec. 133. n. 1.

39 Notarius, quãuis ab Apoſtolica Sede ſit creatus, vel à Principe, ſeù Rege, poteſt ab Epiſcopo excrutari, vtrum ſit ſufficiẽs, aut non, & ab ipſo Epiſcopo poteſt priuari ad tempus, ſeù in perpetuum, ſi aliquã falſitatẽ cõmiſerit. vt habetur in Trid. ſeſſ. 22. c. 10. de reform. & tenet Bernard. in pract. criminal cap. 58. n. 5 vbi Ign. de Salz. littera F. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. 24 §. Pontificũ autem, & optime deducitur ex doctrina Bald. conſil. 350. lib. 1.

40 Notarius Apoſtolicus poteſt conficere inſtrumẽtum, de omnibus rebus Eccleſiaſticis, & valebit inſtrumentũ ab ipſo confectum, ſine Iudicis ſubſcriptione, & ſine teſtibus, quia ſufficit, quod à notario ſcribantur nomina ipſorum contrahentium. vt tenet Vant. in tractatu. de nullitat. fol. 32. nu. 7. & Cæſar. Vrſ. deciſs. 245. num. 1. per text. in auth. de inſtr. cautel. §. fin. col. 6. ſed contrarium verius exiſtimo, in ſubſcriptione teſtium. nam inſtrumentũ quantum publica manu ſit confectum, non valet, nec probat in quocumq; contractu ſi teſtium ſubſcriptionem non habuerit. cap. 2. vbi Doct. de fide inſtr. & c. 1. de procurat. & gloſſ. 1. in c. poſt ceſsionem. de probat. & auth. de inſtr. cautel. in prin. & §. ſi quis igitur. coll. 6. & ideo non video aliquam rationem, quare hæc iura non habeant locum in notario Apoſtolico.

41 Scribis gabellarum, portoriorum, confraternitatis, & ſimilibus datur tãta fides, in his, quæ expectant, ad illud munus, & officium, ad quod fuerunt electi, quanta daretur ſcripturæ publicæ, & manu publici tabellionis confectæ. l. quædam §. numularios. vbi gloſſ. ver. decurritur. & Bart. Paul. de Caſtr. Iaſ. nu 8. & alij. ff. de edend. & facit text. in l. ne caſu. C. de diſcuſſorib. lib. 10. & Iaſ. in rep. l. admonendi. num. 112. ff. de iure iur. & auth. de mand. princip. §. coges autem. coll. 3. & ita de conſuetudine obſeruat praxis. vt inquit Valaſc. conſult.

conſult. 10. in ſcribis monachorum, vel monialium deputatis à capitulo ad ſcribenda negocia monaſterij.

42 Scribæ gabellarum, portitorium, confraternitatum, & omnes alij, quibus committuntur ſcripturæ faciendæ. debent iurare, vt officium ſuum fideliter exerceant. vt tenet gloſſ. verb. decurritur in l. quædam. §. numularios. ff. de edend. vbi notant Bart. Bald. Iaſ. & omnes. idem Bald. in c. præterea. col. 1. in fin. de teſtib. cog. & in cap. quoniam contra. col. 12. de probat. & eſt tex. ſingularis. in cap. ad audientiam. de præſcript. ſi autem iſti ſcribæ non iurant in ſua creatione remanent perſonæ particulares, & tunc non datur illis maior fides, nec ſcripturæ illorum, quàm alij cuicumque ſcripturæ priuatæ. vt bene colligitur ex d. cap. ad audientiam. de præſcript. & tenet Iaſ. in d. l. quædam. §. numularios. nu. 9 ff. de edend.

43 Tabellio poteſt facere quodcumque inſtrumentum inter contrahētes die feriata, etiam in honorem Dei, & omnes actus, qui fiunt ſine ſtrepitu iuriſdictionis contentioſæ. l. actus. vbi Doct. & l. fin. C. de fer. ſpecul. in tit. de ferij. §. ſequitur. verſ. quid ſi in ferijs. & Abb. in c. fin. nu. 16. de ferijs. aliter tamen in actionibus cōtentioſæ iuriſdictionis, quoniam non poſſunt fieri die feriata in honorem Dei, niſi per conſuetudinem, ſeù ſtatutum aliud obſeruetur, quia conſuetudo, vel ſtatutum poteſt inducere, vt ex cauſa faciant tabelliones acta iudicialia in iudicio contentioſo in aliquibus caſibus caſibus. & ratio eſt, quia ius poſitiuum, licet in totum non poſſit tollere ius diuinum, poteſt tamen illud limitare, diſtinguere, & interpretari. vt habetur. per gloſſ. & Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. & Bald. in conſil. 166. in fin. libr. 5. & Fel. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. 2. de cōſt. & eſt bonus tex. in l. prouinciarum. C. de ferijs. & dixi ſuprà verb. feriæ. §. 3.

44 Tabellio, aut ſcriba proceſſus, cuiuscumque litis poteſt ſcribere conuentiones, renunciationes, partium, etiam ſit vltra ſummam quantitatis, quæ requirit publicam ſcripturam, per ſtatutum quoniam acta, quæ fiūt ab ſcriba proceſſus, ſunt publica, & eandem vim habent, quam habet publica ſcriptura, vt tenet Ant. à Gam. deciſ. 300. num 4.

45 Tabellio non tenetur edere acta iudicialia, vel tranſmittere, niſi prius ſalarium ſibi ſit ſolutum, vt tenet Bart. Bald. Ang. Iaſ. & omnes. in l. argentarius. in prin. ff. de edend. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de actorum ædictione num. 59. quoniam tabellio nō compellitur gratis ſeruire, ſed exigere poteſt mercedem ſui laboris iuxta conſuetudinem, aut legis prætaxationem, vt notat Cou. r. in regula peccatum. 2. par. §. 3. num. 2. & Suarez. in prax. tom. 1. annotat. vlt. num. 22.

46 Tabellio tamen, ſeù alius quicumque officialis publicus, nō poteſt accipere pluſquàm illud, quod ſibi fuerit taxatum, licet libenter illi ſit oblatum. cap. 1. §. procurationes. vbi Doct. de cenſ. lib. 6. & auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. ſcriptum. verſ. qua propter. vbi etiam notant ſcribentes. & l. plebiſcito. vbi gloſſ. verb. poculentum. ff. de offic. præcid. & Dec. in l. plerumque. §. quod cuique. num. 4. ff. de regul. iur. & debet apponere in fine inſtrumenti mercedem receptam, vel ſi gratis fecerit illud dicere debet. vt patē fiat quantū tabellioni ſolutum ſit, vt tradit Auend. de exequend. mand. princip. part. 1. cap. 27. num. 14. & Suarez. in prax. tom. 1. annotat. vlt. num. 25. & Leo. in tractat. noui oper. nunciat. cap. 3. num. 23.

Verbo Tempus.

1 TEmpus dicitur de forma actus, & ille, qui non obſeruat tempora conſtitutionis, non dicitur ſeruare formam, quando tempus eſt appoſitum in ſtatuto, ſeu contractu, vt eſſet de ſubſtantia illius. ita vt eo remoto, remoueretur actus. tenet Bald. Salicet. Iaſ. num. 5. & alij. in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperat. offer. & Paul. de Caſtr. in l. qui Romæ. §. calli machus. ff. de verb. obligat. & in l. ſi in lege. ff. locat. Affliſt. deciſ. 73. num. 6.

2 Tempus diffinitum ad aliquid faciendum, reputatur de momento ad momentum, niſi aliter reperiatur in iure. l. denique. §. minorem. vbi gloſſ. verb momentum, & Doct. ff de minor. & Ioan. And. in c ſuper. vbi etiam Abb. nu. 12. de appellat. & Alex. & Iaſ numer. 21. in l. 1. ff ſi quis caut. & ſi cauſa alicui iudici ſit delegata, vt illam intrà certum tempus determinet, non poterit elapſo tempore de illa cognoſcere, immo ſi poſt lapſum temporis aliquid

pronunciet,totum poſtea agitatum,& pronunciatum erit nullum,& nullius momenti. l.cum non eodem. vbi Doct. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. & Alex.conſil.135. incipit ponderatis his. lib.2. & c. de cauſis. de offic. iud. delegat. & Cæſar.Vrſ.deciſ. 73. num 9.

3 Momentum eſt 40.pars horæ,hora namq; eſt 24 pars diei, punctus eſt 4.pars horæ, & momentum eſt 10.pars puncti, vt tenet Ioan And.& Abb. in cap.1.num.7.de cauſa poſſ. & prop.& Iaſ. in l. non tantum. C. de leg. & ſumma Ang verb.tempus.Ioan. Monach.in repert.4 part.§.3. nu.12.*

4 Tempus tamen præfinitum ad aliquam cauſam expediendam, intelligitur à tempore præſentationis litterarum, dū enim litteræ iudicibus non ſunt præſentatæ, nō currit tempus conſtitutum ab ipſo concedente,niſi conſtitutum ſit ad certum diem, quoniam tunc ſemper terminus currit, & elapſo termino aſpirat iuriſdictio. puta, conceſſum fuit mihi reſcriptum ad certū iudicem, in quo illi concedebatur, vt intra duos menſes terminaret cauſam. tunc computatur illi terminus duorum menſium,à die præſentationis,& non à die datæ, ſi vero diceret reſcriptum, quòd vſq; ad diem Paſchæ, cauſam terminaret. tunc, die Paſchæ elapſo non poteſt amplius in cauſa iudicare: & ſemper intelligitur ille primus dies adueniens. cap.ſuper eo.2. ad fin. vbi Doct. de appellat.& cap.de cauſis. vbi gloſſ.1. & Abb num.5. de offic.& poteſt. iud. deleg. & cap. vt debitus. de appellat. & cap. audita. de reſt.ſpol. & cap. delectus. de præb & cap.ſi capitulo.de cōceſſ. præb. lib.6. in his, tamen quæ reſpiciunt ſubſtantiam, & validitatē reſcripti, & habilitatem, ſeù inhabilitatem,& qualitatem impetrantis, vel concedentis, attenditur tempus impetrationis, & ab illo tempore pendet ſubſtantia,& validitas illius. cap. cam te. vbi Doct. de reſcript. & c.tibi, qui. vbi Dominic. Ioan.And.Arch. & alij. & cap. duobus. de reſcript. libr 6.& l. vſus fructus. vbi Bart. num.3.ff de ſtipulat.ſeruor.

5 Tempus non currit quando probabilis timor præſtat impedimentum. vt tenet Abb.in cap.tunc ex litteris. num.10.de in integr.reſt. aut quādo ſtat per iudicem,ſeù partem aduerſam.ex Abb. vbi ſupra.num. 13 quod enim per me non ſtetit,mihi imputari non poteſt.cap.cum ſicut.de eo.qui mitt.in poſſ.& cap.commiſſa.de elect.lib. 6. & cap imputari.& cap.cum non ſtat.de regul iur. lib.6. & l.intra. ff.de minor.& l. pen.& vlt. C.de cond.ob cauſ. & l iure ciuili. ff.de cond.& demonſtr.nec poteſt imputari illi,qui adhibuit diligentiam,quam potuit. l.cum à matribus C qui pet.tut.

6 Tempus autem ſi præfixum ſit alicui in odium negligentium, non currit impedito, impedimento iuris, vel facti, ſi vero tempus ſit præfixum in fauorem alicuius. tunc currit tempus etiam ignoranti, de ignorantia facti, nō tamen iuris l.genero. vbi gloſſ.verb. nec ignorantia, & l.liberorum. §. notatur. ff. de his, qui notantur infamia. & Abb. in c. quia diuerſitatem. nu. 3. de conceſſ. præb. & gloſſ.verb. numerandum. vbi Doct in c.ſtatutum.de præb. libr.6 & Abb. in cap. cum eſſes. num. 34. de teſtam.

7 Tempus ſemeſtre ad eligendū,vel præſentandum non currit, niſi à die ſcientiæ, & potentiæ cap.licet.vbi gloſſ.verb.à notitia, & Doct.de ſuppl.negl.prælat.& cap. quia diuerſitatem, vbi gloſſ.fin. Innocent. Ioan.And.Abb.num.7. & omnes. de conceſſ præb.idem Ioan.And.in cap.ex parte. eodem titul. & cap. biduum. 2. quæſtio.6. quoniam is qui neſcit, non habet poteſtatem expediendi. vt eſt text in l.annus.vbi Bart. nu.1. ff. de calumniat. & l. cum ſex menſes. ff.de ædilit.edict. & dum non datur ſcientia,& potentia, non fit deuolutio ad ſuperiorem c.ex parte.1.vbi glo.verb. ſuppetant, & Ioan.And. Ant.de Butr.Abb. & alij. de conceſſ.præb.

8 Tempus aliud eſt vtile, & aliud continuum vtile namq; eſt illud. quod non currit diebus feriatis,& impeditis,& abſentibus, & quibus diebus agi nō poteſt. vt tenet gloſſ.verb. continuum. in clem.vnica. de in integr.reſt. communiter approbata, vt per Balb. de præſumpt.1.part.4.quæſt. 6. num.15. Menoch.1 remed.recup. num. 450. Cuiac.lib.2. obſeruat.cap.18. continuum autem eſt illud. quod continuè currit tàm diebus feriatis,quàm non feriatis, & in præſentia, & in abſentia. gloſſ.verb. continuum. in d. clem. vnica.de in integr. reſt.& l.fin. vbi Bald. & Salicet. C.de lōg. temp.præſcript.& gloſ.fin.in l.contra maiores C.de in offic.teſtam.& indubio præſumitur tempus continuum, & non vtile, niſi contrarium exprimatur. vt habetur in Rubric. verſ. ſed hic notandum eſt. ff. de

diuerſ.

Digitized by Google

diuerſ. temp. præſcript. Abb. in cap. cum eſſes. num. 34. de teſtam. & in c. quærenti. num. 3. de offic. iud. delegat. Tiraquel. de retract. titul. 1. §. 1. gloſſ. 11. nu. 21. & Menoch. d. 1. remed. recup. nu. 461.

9 Tempus proſequendi appellationem à principio eſt vtile, in progreſſu tamen eſt continuum. cap. ſignificauerunt. vbi gloſſ. verb. intra de teſt. & cap. concertationi de appellat. lib. 6. & authẽt. de appellat. vbi Doct. coll. 4. & l. 1. §. dies autem. ff. quand. appellat. & int. quæ temp. & nec peſtis excuſat à proſecutione appellationis, ſi ius redditur in loco, vbi appellans ſuam debet proſequi appellationem, niſi partes tempus prorogent, vt tenet gloſſ. verb. vel alios. in clem. quandiu. de appellat. Ant. de Butr. & Abb. num. 16. in cap. cum dilecti. de dol. & cont. quoniam tempus ad proſequendam appellationem poteſt prorogari de conſenſu partium, antequàm iudex à quo fuit appellatum recipiat appellationem, poſtea vero non poteſt. c. ſæpe. vbi Doct. de appellat. & clem. quãdiu vbi etiam notant ſcribentes. eodem titulo. & authẽt. ſi tamen. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. & l. fin. vbi etiam Doct. C. de temp. & repar. & Alex. in l. properandum in prin. C. de iud. & in addit. ad Bart. in auth. ei, qui appellat. & ibi Bald. col. fin. C. de tẽp. appellat. Franc. in cap. ex ratione. col. 5. in fin. verſ. ſed dubitatio eſt. & Fel. col. 2. de appellat. Gam. deciſs. 217. & Marant. de ord. iud. 6. part. §. de appellatione n. 236. neq; etiam poteſt prorogari tempus, ſi ex prorogatione illa fiat, alijs præiudicium, vt tenet gloſſ. fin. & ibi Card. & omnes. in d. clem. quandiu aut poſt decem dies, quia tunc partes poterunt recedere à lite, ſed non poterunt appellare, nec prorogare tempus, vt poſt decem dies appelletur, cum tempus illud ſit præfinitum à lege, vnde eo elapſo, nec ex conſenſu partium poteſt appellari. vt tenet Rom. num. 16 & Rip. num. 20. in l. 2. ff. de reiud. & bonif. in clem. ſi appellationem. num. 6. de appellat. & Fel. in d. cap. ex ratione. num. 3. de appellat. Leo. in tract. de nou. oper. cap. 4. num. 36. Gam. deciſ. 217.

Verbo Terminus.

1 TErminus alius dicitur terminus iudicialis, & alius terminus agrorũ, terminus namq; iudicialis dicitur ille, qui à iure, vel à iudice partibus ſtatuitur. iudex enim data iuſta cauſa poteſt ſtatuere terminum partibus ad agendum, vel ad allegandum de iure ſuo. vt tenet ſpeculat. in titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum ad fin. & Bart. in l. rem, quæ nobis. num. 4. & Iaſ. nu. 39. ff. de acquirend. poſſ. & Ioan. de Imol. de pupillo. §. is cui. ff. de noui. oper. & ſpecul. in titul. de dilat. §. nunc videamus. verſ. ſed pone ſine iuſta cauſa tamen nõ poteſt iudex ſtatuere terminum alicui ad agendum, ſiue allegãdum de iure ſuo. l. 1. vbi Doct. C. vt nemo inuit. & l. inuitus. ff. de regul. iur. & Bart. in l. Titia. nu. 8. ff. de accuſat. Iaſ. in d. l. rem quæ nobis. num. 39. Suarez. in prax. 1. part. tom. 1. temp. 8. num. 36.

2 Termini prorogatio, ex natura rei, venit regulariter ex arbitrio iudicis conſiderata diſtantia loci, & qualitate negocij. l. continuus. § cum ita. vbi Bart. à nu. 2. & l. interdum. vbi Doct. ff. de verb. obligat. & Card. in clem. 1. de vita & honeſt. cler. & Paris. in tract. Synd. verb. inſtantia. Cæſar. Vrſ. deciſs. 124. num. 2. Abb. in c. quoad conſultationem. num. 20. de ſent. & reiud. ſpeculat. in titul. de citat. § nunc de temporum. in fin. Innocent. in cap. petitionẽ. num. 4. de accuſat. & Alex. in l. 2. num. 8. ff. de reiud. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 48. nu. 2. Suarez. in prax. 1. part. tom. 1. temp. 8. num. 32.

3 Termini prorogatio poteſt fieri de cõſenſu partium, & tàm in ſolemnitatibus, quam in iuriſdictione cuiuſcumq; iudicis, ſeù liberationibus, vel ſolutionibus, & in omnibus his, quæ ſunt introducta in fauorem partium. c. de cauſis. vbi gloſſ. verb. conſenſu, & Doct. de offic. iud. delegat. & cap. 1. de reſt. ſpoliat. & cap. tuis de teſt. & l. 1. & l. oratione. vbi Doct. ff. de fer. & dilat. & Faz. in prax. to. 1. temp. 8. à n. 22.

4 Terminus tamẽ ſtatutus pro communi, vel publica vtilitate non poteſt à partibus prorogari, nec ille terminus, qui eſt de ſubſtantia iudiciorum. cap. fin. vbi Doct. de fer. & l. fin. § ſed quia. vbi Bald. C. de iure iurand. propt. calum. & gl. verb. conſenſu. in c. de cauſis. de offic. iud. delegat. quia terminus iuris auferri non poteſt ex his, quæ notat Fel. in cap. licet cauſam. nu. 20. de probat.

5 Terminus, quod ius alicui concedit, ab illo auferri non poteſt. cap. de ijs. diſt. 28. & auth. de nupt. §. ſed hæc quidem. vbi

Digitized by Google

Ang coll.4. & colligitur. ex l.ſi ſe non obtulit. §. ſi quis. ff. de reiud. & gloſſ. verb. detentus. in cap.2. de procurat.

6 Terminus tàm iudicis, quàm legis ſemper intelligitur peremptorius, niſi aliud in iure exprimatur. facit text. in l.facta.§. ſi quis bonorum. ff.ad treb. & in l.ſcire. §. ſufficit. ff.de execut.tut. & in c.paſtoralis. vbi Hoſt.Innocent.Abb. & omnes. de except. & gloſſ.verb. peremptorio. in clem. vnica.eodem titul.Bart.Bald.Paul.de Caſt. Fulg. Iaſ. num.14. & alij in l.in pecuniarijs. ff.de fer. ſi autem dies vltima termini fuerit feriata, in qua actus exerceri non poſsit: tunc primus dies, ſequens reputatur in termino. l.1. §. quod dicimus. vbi Doct. ff.de ſucceſſ.edict. & l.pater. §.ſexaginta. ff. de adult. & l.vbi lex. ff. de regul. iur.& l.eum qui certarum. ff. de verb.obligat. & Abb. & omnes. in c. paſtoralis. de except.& Guill.ad ſpeculat.in titul.de dilat. §.1.verſ.exceptorie. & ſeq.de alijs autem terminis legis, aut iudiciorum. dico ſuis locis.

De Mouente Limites.

7 TErmini agrorum ſunt illi, qui præbẽt exitus, & introitus cuiuscumq; fundi. nam cum inter vicinos magna iurgia, & lites orirentur ex limitibus, & occupatione agrorum confinium, oportuit imponi quoſdam terminos, quibus agri diſtinguerẽtur, & memoria illorum doceret poſteros, & iam ab antiquo hoc inſtitutũ fuit de quo loquitur. Virg. lib.12. Æneid. ibi. limes agro poſitus litem, vt diſcerneret aruis. & eſt text.in cap.forus. de verb. ſign. vnde Numapompilus, qui primus legem dedit Romanis, ſtatuit vt vnusquisq; fines ſuorum agrorum circunſcriberet, & lapides illis apponeret, vt remanerent pũcto terminabili, & fines, ipſos terminos vocauit, & etiam hodie ita vocantur, & ponuntur cauſa finium agrorum. vt eſt tx. in l.1.& per totum. ff.determino moto, & docet Petr.Greg. libr.39. Syntagmat.cap. 13. num 4.

8 Terminos agrorum mouens, occultans, vel tollens, cauſa occupandorum alienorum finium, grauiſsime delinquit. c.tanta. 86 diſt. & cap. in legibus.12.quæſt.2. & ſi eſt ſeruus, aut ſeruus capite punitur. l.lege agraria. ff. de termin. moto. homo tamen liber, qui eſt vilis conditionis verberatur, & dabitur per bienniũ ad opus publicum. perſonæ vero ſplendediores relegantur, aut cõdemnatur in pœna pecuniaria quinquaginta aureorum.l. diuus. & l.lege agraria.ff. de termin. mot. & gloſſ. verb. etiam terminos. in d.c. tanta & gloſſ. verb. terminos in d.c. in legibus.& tenet Iul.Clar. libr.5.§.fin.quæſt.83. num.10.& per noſtram.ord. reg. lib. 5. titul. 67. perſona vilis publice per oppidum fuſtigabitur, & exul, mittetur duobus annis in Africam. nobilis vero perſona exul etiam mittetur illis duobus annis in Africam. & ipſamet pœna punietur ille, qui nouiter, ſine authoritate iudicis, aut partium, terminos miſerit, & ſoluet valorẽ proprietatis, quã alienare volebat, dimidiam partem fiſco. & aliam dimidiam parti læſæ. de iure vero canonico nulla eſt pœna expreſſa, pro hoc crimine imponenda, ſed relinquitur in arbitrio iudicis, vt eſt tex. in c. tanta.86.diſt. & in c.in legibus.12.quæſt. 2.& Doctor.in c. ex litteris.de probat. debet tamen imponi pœna expreſſa de iure ciuili, quando non inuenitur de iure canonico, cum enim canones deficiunt, poſſunt iudices Eccleſiaſtici iudicare ſecundum legũ diſpoſitionem. c.1. vbi gloſſ.verb. adiuuantur.de noui oper. nunciat. vbi notant cõmuniter Doctor. & c. lege.§. fin. diſt. 10. & c. ſi in adiutorium eadem. diſt. & c.hiſtoria. 33. quæſt. 2. & ita cenſent. Hoſt. & Ioann. And. in d.c. ex litteris. de probat.

9 Qui tamen amouet terminos ignoranter, non animo protendendi fines agrorũ, ſed tantum, vt ipſos lapides furetur, punietur pœna furti, & non terminorum amotionis, & ſufficit verberari: cum maleficia voluntate, ac propoſito diſtinguantur c.cum voluntate. vbi gloſſ. 1. & Doctor. de ſent. excommunicat. & c. propoſito. 32. quæſt. 2. & l. qui iniuriæ. ff. de furt. & l. 2. in fin. ff determ. mot. & Salicet. in l. 1. C.de accuſat. Abb. in c. ex litteris.nũ. 13.de probat. Hieronym.a Monte, in tract. finium. regund. cap. 34. nu. 7. Menoch.de arb caſu. 393. per totum. & Iul. Clar.lib. 5.§ fin. quæſt. 83. num. 10. & Ioan. Vell. in tract. de pœn. delict. cap. 23. §. ex his apparet. ſi autem ſciat, quòd lapides illi, quos furatur, eſſent terminales, punietur tunc pœna furti, & pœna pecuniaria a motoris. l.fin. vbi Doctor. determ. mot. ſi vero illos amoueat cauſa fuſcandi, & extendẽdi

fines

Digitized by Google

fines ſui agri. punietur tunc pœna arbitraria pro qualitate perſonæ,& relegabitur. l. 2. determ.mot. & Abb.in d. c. ex litteris. num.13. de probat Plur.in l.ſi quando.nu. 316. C vnde vi.& l.1. vbi Doct. C.de accuſat.& Menoch. vbi ſupra Iul.Clar.lib.5. § fin. quæſt.83. num.10.& Ioan.Vella.vbi ſupra.verſ.ex his. qui vero terminum mouerit pendente controuerſia finium, antequam negocium à iudice ſit diffinitũ,reddet illud,quod occupauit,& tantundem à ſuo. vt eſt tex.in l.ſi conſtiterit,& ibi Bart. Bald.Salicet.& omnes.C finium.regund.

Verbo Teſtamentum.

1 TEſtamentum eſt iuſta ſententia noſtræ volũtatis, de eo,quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, & dicitur mentis teſtatio. l.1. vbi gloſſ.verb.velit,& Doct ff de teſtam. & inſt.de teſtam. in prin. & gloſſ. verb. teſtatur. in l.conficiuntur. § licet.ff. de codicill. & gloſſ.1. in cap.2. de teſtam. Abb in Rubric.eodem titul. & Iaſ.in Rubric. num.6. ff delegat.1.& in l.ſciendum. num.3. ff.eodem. & Iul Clar. lib.3. §.teſtamentum.quæſt.1. & ſummiſtæ.verb.teſtamentum, & factio teſtamenti fuit introducta à iure gentium,ſolemnitates vero in eo requiſitæ, ſunt inuentæ de iure ciuili. nam eo ipſo, quod gentes eſſe cæperunt, diſponebant de bonis ſuis poſt mortem. vt notat Bart.in l.interdum. à num.6.ff de cond.indeb. & Corn.dicit communem. in l.ſi teſtamentum. à num.2. C.de teſtam. & Iaſ. in rep. l.admonendi. à num.184. ff.de iur.iurand.& in d. l.interdum.nu.4. Anib. in rep. l. nemo poteſt. nu.189. ff.delegat. 1.& Cou.r.lib 3. reſolut.cap.6. n.7.

2 Teſtamentum debet eſſe conditum cũ inſtitutione hæredis, quia inſtitutio hæredis eſt caput teſtamenti, ita vt ſi factum fuerit ſine hæredis inſtitutione erit nullũ, nec diceretur teſtamentum validum.l.fin. vbi Doct ff.de iure codicill.& §.ante hæredis. inſt.delegat. & §.in primis. vbi notãt Doct. inſt. de fid.commiſſ. & l.proxime. ff. de his, quæ delent. & l.1. ff.de hæred.inſt. & l.iubemus. C de teſtam. & l. quotiẽs. §. ſi quis nomen. ff.de hæred. inſt.& Abb.in Rubric. num.1. de teſtam. Coſt.in c.ſi pater verbo. adijciens.num.4. de teſtam.lib. 6 & in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.1.par. num.471. & Gam. deciſ.196. & deciſ.209. Ant.Gom.1.tom.cap.2.nu.5.& Menchaca. de ſucceſſ.creat. §.16.in prin. Valaſ.in cõſult.145. num.2. Iul.Clar.lib.3. §.teſtamẽtum,quæſtione.35.num.2.& in hoc differt teſtamentum à codicillo, nam per codicillum non poteſt dari hæreditas, nec adimi. l.hæreditatem. vbi Bart. Bald.Salicet. Alex. & alij. C.de codicill.& §.codicillus. vbi Doct inſt.de codicil.ad pias cauſas tamen beneualet teſtamentum ſine hæredis inſtitutione. vt tenet Bart.in l.1. num.65. & alij. C. de SacroSanct. Eccleſ. & Tiraq. depia cauſ.priuileg.15. Valaſ.conſul.145. num.3. Alex. in l.inter cætera. in prin.nu. 4. ff deliber.& poſthu. Iul.Clar.d. §.teſtamentũ.quæſt.38. n.5.& quamuis nonnulli faciant differentiam inter ius ciuile,& ius canonicum affirmantes, de iure canonico ſufficere relinquere legitimã filio ſine hæredis inſtitutione, vt tenet Hoſt in c.Raynuntius. de teſtam. & Alex. in l.inter cætera. in prin. num.6. ff.delib.& poſthu.polit. in rep. l.filium, quem habentem.num. 145. C.familiercisc.& Ruin. conſil.11.nu. 2. lib.2. ſed contrarium eſt verius, immo nec de iure canonico valet teſtamentum ſine inſtitutione hæredis. vt tenet gloſſ. verb.relinquens. in d. cap.Raynuntius. & gloſſ.verb. inſtituit. in d. cap. ſi pater.de teſtam.lib.6. Alex. ſibi contrarius.in conſil.70. num.6. lib.2. Imol. in d. cap.Raynuntius. num.51. verſ.ſed dubium Iaſ. in auth. nouiſsima.num.31.C.de inoffic.teſtam. & in Rubric.32. ff.ſolut.matrim. Auguſt. Ber. in d. cap. Raynuntius. num.38. prob. in apoſtil.ad Ioan.Monach.in d. c.ſi pater. num 25. Boer. deciſs.267. num.1. Ioan. delect. de arte teſtandi. titul.3.cautel.1.num.1. à qua opinione non eſt recedendum iniudicando,& conſulendo,vt inquit Iul.Clar. §. teſtamentum. quæſtio.38. num 3. in fin.

4 Teſtamentum reſpectu ſuæ formæ aliud dicitur nuncupatiuum,& aliud in ſcriptis, quamuis multæ poſsint enumerari diuiſiones teſtamentorum tàm reſpectu ſolemnitatum, quam priuilegiorum, nuncupatiuum namq; eſt illud, in quo teſtator explicat hæredem, & nomina legatorum, & omnia, quæ in eo continentur, coram ſufficiente numero teſtium, ſine notario, nec alia ſcriptura,& hoc dicitur perfectiſsimũ teſtamentum. § fin. vbi Doct. inſt.de teſtam. & l.hæres in prin. vbi Bart. à num. 1. ff. de teſtam. & l.iubemus. vbi Alex.& alij. C.de teſtam. & l.hac conſũltiſsima. §.per nuncu-

Digitized by Google

nuncupationem. vbi etiam ſcribentes. C. eodem titul. Valaſc. conſult. 178, num. 6. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 4. n. 1.

4 Teſtamentum vero inſcriptis eſt illud, quod fit inſcriptis cum ſubſcriptione teſtatoris, & teſtium, aut ſi teſtator ſcribere neſcit adhibito ſubſcriptore pro eo, & interuenientibus omnibus requiſitis ſolemnitatibus. vt in d. l. hac conſultiſsima, & l. iubemus. C. de teſtam. & §. ſed cum paulatim. inſt. de teſtam. Paul. de Caſtr. in d. l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem, & alij. & Viglius. in §. fin. inſt. de teſtament. Merg. conſil. 32. nu. 28.

5 Teſtamentum ex ſui ſubſtantia conſtat ex forma, & ſolemnitatibus in illo requiſitis, & perſona teſtatoris, ac hæredis, & legatorum, & in hoc conſiſtit ſubſtantia, ſeù tenor teſtamenti, vt tenet Bart. in l. neq; enim, aliàs. l. idem eſt. §. deportati. ff. de teſtam. milit. & Bald. in l. milites. in prin. C. de teſtam. milit. & reſpectu priuilegiorum aliud eſt teſtamentum conditum ad pias cauſas, & aliud ad cauſas prophanas, & aliud eſt teſtamentum inter liberos, & aliud inter extraneos, & aliud eſt teſtamẽtum milites, & aliud aliarum priuatarum perſonarum, & aliud plene ſolemne, & aliud minus ſolemne. vt notat Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 3. & Gerip. conſil. 16. num. 28.

6 Teſtamentum facere poteſt quicumq; non inuenitur prohibitus. cum enim edictum de teſtamentis ſit prohibitorium, dicimus omnes poſſe facere teſtamentum, qui ſpecialiter non inueniuntur prohibiti. vt notat gloſſ. 1. & Bart. in l. ſi quæramus. ff. de teſtam. & ſpecular. in tit. de inſt. edict. §. compendioſè quamuis Abb. in Rubric. nu. 2. de teſtam. de hoc dubitet.

7 Qui autem prohibentur facere teſtamentum, ſunt 19. genera perſonarum. Primò furioſus, vel mente captus, & qui non habet delucida interualla. l. furioſum. vbi Bart. Alex. & omnes. C. qui teſtam. facer. poſſ. & §. præterea. vbi gloſſ. verb. item furioſi. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtament. & Bart. in l. 1. num. 16 C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & Grat. conſil. 90. num. 33. libr. 1. & c. fin. vbi communiter Doct. de ſucceſſ. ab inteſt. Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 5. n. 4. ſi tamen furioſus fecerit teſtamentum illo tempore, quo furor eius intermiſſus erat, valebit talebit tale teſtamentum quoniam furor ſuperueniẽs non perimit teſtamentum rite factum, dũ quis habet delucida interualla. d. l. furioſum. vbi Bart. & omnes. & §. furioſi. vbi gloſſ. verb. teſtari, & Angel. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam. & ſi non appareat quo tempore factum fuerit teſtamentum furioſi. vtrum tempore furoris, aut quando habebat delucida interualla, poteſt colligi ex verbis diſpoſitis in teſtamẽto. arg. text. in l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edict. aliter enim debent probari delucida interualla, tempore teſtamenti, ſi teſtator notoriè erat furioſus. ex Abb. in c. ſicut tenor. num 3. de regular. & facit doctrina Petr. de Anch. in clem. ſi furioſus. de homicid.

8 Secundò mutus, & ſurdus à natiuitate teſtamentum facere non poteſt. quoniam ſi per accidens fuiſſet mutus, & ſurdus, & ſcribere ſciat, bene poteſt facere teſtamẽtum, & ita qui ſurdus eſt, attamen loquitur. bene poterit facere teſtamentum, licet ſcribere neſciat, & ſit ſurdus à natura mutus autem teſtari non poteſt, quamuis audiat ſi ſcribere neſciat. l. diſcretis. vbi Alex. C. qui teſtam. facer. poſſ. & l. qui in poteſtate. §. ſurdus. vbi Doct. ff. eodem. & §. item ſurdos. vbi Aret. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt.

9 Tertiò, non valens articulatè loqui ita quòd non poſsit exprimere nomen hæredis, nec illud ſcribere ſciat. l. iubemus. vbi notant ſcribentes. C. de teſtam. ſi autem tardè loquatur ita quòd nomen hæredis exprimere poſsit. tunc bene poterit facere teſtamentum. §. nam & mutus. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt. & Alex. conſil. 33. num. 3. lib. 3. Suarez. allegatione. 1. & Ant. da Gam. deciſs. 46. nu. 6.

10 Quartò, impuberes, videlicet maſculus minor quantuor decim annis, fœmina vero minor duodecim, quoniam etiam ſint proximiores pubertati, cum tamen non habeant annum completum teſtamentum facere non poſſunt. l. qua ætate. vbi Doct. ff. de teſtam. & l. ſi frater. vbi Bald. Salicet. Alex. & alij. C. qui teſſam. facer. poſſ. & l. ſi cum inter te. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & omnes. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. & §. præterea. vbi Ang. inſt. quib. nõ eſt permiſſ. facer. teſt. ſi tamẽ pridie Kalendarũ diei natiuitatis, impuber fecerit teſtamẽtum valebit. quia tunc dies cœptus habetur pro completo. vt eſt text. in d. l. qua ætate, & ibi Bart. ff. de teſtam.

Quintò,

11 Quintò, filius familias exiſtens in patris poteſtate. quoniam tunc nec de conſenſu patris poteſt teſtari in aduentitijs, quamuis pater in illis aduentitijs vſum fructum non habeat. ex gloſſ. verb. nihilomagis. in l. qui in poteſtate. vbi Bart. num. 2. & Aret. col. 3. verſ. & priusquam veniam, & alij. ff. de teſtam. & Alex. in l. ſicut certi. circa fin. C. de teſtam. milit. & in l. ſenium. num. 6. C. qui teſtam. facer. poſſ. & in l. nemo. num. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ. & Imol. in l. ſi cum filius § Titio decem. col. fin. ff. de donat. & Iaſ. in l. fin. nu. 3. de C. de inoffic. teſt. & in d. l. nemo. nu. 2. C. qui teſt. facer. poſſ. & Socin. conſil. 112. nu. 2. lib. 1. & Ruin. conſil. 93. nu. 3. & porcell. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt. num. 12. de bonis tamen caſtrenſibus, vel quaſi poteſt filius familias teſtari. l. fin. vbi Doct. C. de inoffic. teſt. & c. licet. vbi Doct. de ſepult. lib. 6. & gloſſ. verb. nihilo magis. in d. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. & l. pen. & vlt. C. qui teſt. facer. poſſ. poteſt tamen filius familias donare cauſa mortis de conſenſu patris. l. tam is. §. filius. vbi Doct. ff. de donat. cauſ. mort. & Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad treb. & Guill. de Benedict. in rep. c. Raynuntius. 1. par. verſ. matrem. numer. 46. de teſtam. & l. ann. de Imol. & Iaſ. num. 2. in d. §. fuit quæſitum. ff. ad treb. idem Iaſ. in l. ſenium. num. 8. C. qui teſt. facer. poſſ. Crot. in rep. l. frater, à fratre. num. 74. ff. de cond. ind. ſi tamen filius familias cum conſenſu patris, relinqueret alicui legatum in teſtamento, appoſita clauſula codicillari, quod ſi nõ valleret iure teſtamenti, valleret iure codicilli, ſeù iure donationis cauſa mortis, tunc tale legatum ſubſtinebitur in vim donationis cauſa mortis, ſi legatarius eſt præſens, & acceptet, aut alio modo per ſe, vel per alium qui alteri ſtipulari poſſit, ſtipuletur, & aliter non valebit. vt ex mente communi reſoluit Socin. conſil. 112. num. 5. lib. 1. & Iul. Clar. lib. 4. §. donatio. quæſt. 6. num. 8.

12 Sextò, prodigus, cui eſt à iudice interdicta bonorum adminiſtratio, non poteſt facere teſtamentum, quãuis ſi antea illud faciat non rumpatur. l. is cui. vbi gloſſ. 1. & Bart. num. 1. & Aret. col. 2. verſ. in gloſ. ff. de teſtament. & Bald. in l. 1. numer. 17. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. & Alex. conſil. 182. à num. 6. verſ. ſexto probatur. libr. 5. & Baſſ. in rep. l. 1. numer. 100. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Iul. Clar. lib. 3. §. teſtamentum. quæſt. 33. num. 1.

13 Septimò, damnatus ad mortem, tàm naturalem, quàm ciuilem, quoniam ille, qui eſt damnatus ad mortem, ſeù deportatus fit ſeruus pœnæ, & non habet factionem teſtamenti, etiam ſi fugiat à manibus, ſeù poteſtate iudicis, nec ille, qui eſt ſeruus hoſtium. l. eius, qui. vbi gloſſ. 1. Bart. & omnes & l. lege Cornelia. ff. qui teſtam. facer. poſſ. & § fin. vbi Aret. inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt. idem Aret. in l. ſi quis poſt accuſationẽ. n. 3. ff. de teſt. & Bart. in l. qui vltimo ſupplicio. n. 1. ff. de pœn. & in l. 1. in rep. nu. 26. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & Abb. in Rubric. num. 11. de teſtam. & Alex. conſil. 182. nu. 5. & Bald. in l. fin. num. 15. C. ſi à non comp. iud. poteſt tamen deportatus eligere, & nominare. l. ex facto. §. ſi quis rogatus vbi Doct. ff. ad treb. Gam. deciſſ. 173. num. 2. & ita dicitur de illo, qui eſt condemnatus ad perpetuũ carcerem, quia pœna illa æquiparatur morti, ſeù deportationi, vnde perdit libertatem teſtandi, vt tenet Innocent. in cap. qualiter, & quando de accuſat. & notant Doct. in l. 2. ff. de publ. iud. Abb. in Rubric. nu. 4. de teſtam. & Franc. in Rubric. de teſtam. verſ. 12. prohibetur. & Bertrand cõſil. 194. à num. 2. lib. 1. part. 2. licet contrarium teneat Iul. Clar. §. teſtamentum quæſtio. 23. damnati vero ad mitiorem pœnam, quàm mortem, aut relegatus bene poteſt facere teſtamentum, quoniam non amittit ciuitatem, nec libertatem, vel bona. l. eius, qui. §. ſicut. vbi gloſſ. verb. ius retinent, & Doctor. ff. de teſtam. & l. qui manus ff. eodem Abb. in Rubric. num. 4. de teſtam. Imol. in c. quia ingredientibus. num. 7. de teſtam. hodie tamen de cõſuetudine obſeruat praxis. vt is, qui eſt decapitandus faciat teſtamentum, & hæredem inſtituat ſi bona eius non confiſcantur. vt tenet Imol. in d. cap. quia ingredientibus. num. 30. de teſtam. & Natta conſil. 177. num. 4. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 21. num. 1. & ita dico de condemnato ad perpetuum carcerem.

14 Octauò, manifeſtus vſurarius, non poteſt facere teſtamentum, ſi nõ præſtat idoneam cautionem de vſuris reſtituendis. iuxta formam cap. quamquam. de vſur. lib. 6. per illum. text. vbi gloſſ. ve b. aliter facta. & Guill. & Ioan. And. & Dominic. Ioã. Monach. Arch. Franc. & omnes. illa tamẽ

caution e

cautione præſtita bene poterit facere teſtamentum, & ſufficit præſtare illam cautionem ante vel poſt teſtamẽtum, ad illud validandum. vt tenet Alex. in l. Gallus. §. ille caſus. nu.8. ff. delib. & poſthu. & Fel. in c.dilectus. num.3. de accuſat.& Dec in l.quod in initio. numer.12. ff.de regul.iur. Cou.ru. lib.3. var. reſolut. cap.3.n.9 .Iul. Clar. d. §.teſtamentum.quæſt.26 à n.1.

15 Nonò, publicus excommunicatus non poteſt facere teſtamentum, nam cum conuerſatio humana ſit prohibita publico excommunicato,includitur in iſta prohibitione, factio teſtamenti, ſicut illi, cui eſt interdictus ignis, & aqua. vt eſt tx.in l.eiꝰ qui. § ſicut. ff qui teſtam.facer.poſſ.& tenet gloſſ.verb. & teſtificando. in cap.decernimus. de ſent.excommunicat lib.6 & Alber.in l.1. num.4. C.de hered.inſt.contrariam tamen opinionẽ tenet Ioan.And. Innouella,& Innocent. in cap.cum voluntate de ſent.excommunicat.& Abb.in Rubric. num.5. de teſtam. & Barb. in c. quia ingredientibus.col.fin.eodem titul.& Bart. in l.ſi quæramus. num.8. & Aret.col.pen. verſ. tertio adde. ff.de teſtam.& Franc.in rep. l.1. num 65. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. & in rep. Rubric. numer.32. de teſtam. & Ioan. dilect. de arte teſtand.titul.1. cautel. 10. num.1. & Bertran. conſil.217. nu.11. lib.2. part.1. Corn conſil.180. Littera R. lib 4. ſed prima opinio debet intelligi in publico excommunicato, ſecunda vero in occulto, aut in illo, qui non eſt excommunicatus ob cauſam, quæ illum redderet inteſtabilem, vt tenet Iul.Clar. d. §.teſtamentum. quæſt.24.

16 Decimò,ſeruus non poteſt facere teſtamentum, quod enim attinet ad ius ciuile, ſeruus pro nihilo habetur. vnde teſtari nõ poteſt. l.filius familias vbi Doct. ff.de teſtam.& c illud etiam. vbi gloſſ.verb contradicat.13.quæſt.2. & l ſeruus. vbi Bald. C. communia de ſucceſſ.

17 Decimoprimò,religioſus profeſſus non poteſt facere teſtamentum, poſtquã enim monachus, aut monialis emittit illa tria vota ſubſtantialia perdit dominium omnium ſuarum rerũ, & amplius de illis diſponere non poteſt. c.quia ingredientibus. vbi Doct.de teſtam. & cap.non dicatis 12. quæſt.1. & cap. quia ingredientibus. 19. quæſt.3 & auth. ingreſsi. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.Fulg Iaſ.& omnes. & authẽt. ſi quæ mulier. vbi etiam notant Doct.C. de Sacr.Sanct. Eccleſ.religioſi tamen milites habẽt priuilegium à Summo Pontifice. vt teſtari poſsint, ſicut dixi ſupra verb.regularis. § 5. teſtamentum tamen conditum ante ingreſſum religionis eſt validum, nec rumpitur per ingreſſum religionis. quamuis monaſterium habeatur loco filij, quoniam ante ingreſſum religionis poteſt quis diſponere de rebus ſuis, prout voluerit ,auth. de monach. §. illud quoq; coll 1. & Bart. in auth. ſi qua mulier. num.7. C. de Sacr.Sanct Eccleſ.& Ioann.And.& Ant.de Butr. Abb. num.52. & alij in c.in præſentia de probat. Cou.r. in c.quamuis pactum. 3.part. §.2. num.5. de pact. lib 6. & in cap.2. num.5. de teſtam. & Ant.da Gam. decisſ.375. num.5.& hoc de religione incapace bonorum immobilium non eſt dubitandum , quia non ſolum non rumpitur teſtamentum per ingreſſum religionis, ſed vires aſſumit,ac ſi ipſe ingrediens naturaliter mortuus fuiſſet,ſi autem quis ingrediatur monaſteriũ capax bonorum , & ſucceſsionis , & fecit teſtamentum nõ cogitans de ingreſſu monaſterij, & poſtea dedicauit ſe ſuaq; monaſterio. tunc bene rumpitur teſtamentũ per ingreſſum religionis. vt tenet Bart.in d. auth. ſi qua mulier. num.7. & alij.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. & Imol.in cap.1. num. 11. de teſtam. Aret. in l.1.num 9. ff.de teſtam. Doct.in c.in præſentia. de probat. & in d. auth. ingreſsi. C.de Sacr. Sanct. Eccleſ. Ioann.delect.in arte teſtand. titul.3. cautel.9. num.1. ſi autem ſe ſuaq; monaſterio non dedicaret,tunc non rumperetur teſtamentum,quamuis de ingreſſu monaſterij non cogitaret. vt tenet Iul.Clar. d.§. teſtamentum. quæſt.28. num.4. ſi vero fecit teſtamentum cogitans de ingreſſu monaſterij, valet teſtamentum, & non rumpitur per ingreſſum , vt tenet Bart. in d. auth. ſi qua mulier, & Bald.Fulg. Paul.de Caſtr. Iaſ. & alij, & Rip. in l. ſi vnquam. q 35.nu.94. C.de reuocand. donat.nec eſt neceſſe, vt ille ingrediens aliquid relinquat monaſterio titulo inſtitutionis,vt putat Imol. in l.1. num.11. ff. de teſtam. ſed ille,qui deliberauit ingredi monaſterium, & cogitauit de ingreſſu, poteſt facere teſtamẽtum, & inſtituere extraneum,& præterire monaſterium, per illam generalitatem. d. §.illud quoq; in auth.de monach. coll.1. reiecta opinione gloſſ.ibi. & ita tenet Bart. & Bald. & Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier.

mulier. & Iul.Clar. d. § teſtamentũ quæſt. 28. num.5. de donatione facta à nouitio intra duos menſes proximos ante profeſſionem. dixi verb regularis.§.6.

18 Decimoſecundò, hæreticus non poteſt facere teſtamentum, cum enim hæreticorum bona ipſo facto remaneant cõfiſcata, vbi primo in hæreſim inciderint. vt eſt text.in cap.accuſatus. §.in eo. vbi Doct.& cap.cum ſecundum leges.vbi gl.verb ipſo iure.& Ioan.Monach.Dominic.Ioan Andr. & omnes.de hæret.lib.6.& cap.ſuper quibuſdam.de verb.ſign.& extrauag.1.de hæret. intercommunes. & l. Manicheos. vbi Doct.C.de hæret.& manich.merito teſtari non poſſunt.

19 Decimotertiò, dubius de ſtatu ſuo teſtamentum facere non poteſt. nam ille,qui eſt in certus de ſuo ſtatu teſtari non poteſt. l.qui in teſtamento, & l.de ſtatu. ff.qui teſtam.facer.poſſ.ſi tamẽ dubitat an ſit de ciuitate, vel comitatu, bene poteſt facere teſtamentum. vt tenet Bart.in d. l. de ſtatu. quia aliud eſt dubitare de ſtatu manumiſsionis,& aliud de ſtatu,qui non reddidit hominem inteſtabilem. vt colligitur ex doctrina Bart. in d.l.de ſtatu.captus tamẽ à latronibus bene poteſt facere teſtamentum, quoniam illic licet tanquam ſeruus detineatur reuera liber eſt, & ideo teſtari poteſt. l. qui à latronibus. vbi Doct. ff. de teſtam.

20 Decimoquartò, obſides datus apud infides,aut obſides pro captiuis populi Romani teſtamentum facere non poteſt.l.obſides.vbi gloſſ.1.& Doct.ff.de teſtam. & C. expoſita. ad fin.vbi gloſſ.fin. de arb. aliter tamen eſt dicendum de obſidibus,datis ab vna ciuitate alteri. vt inquit Bart. in d. l. obſides. n 1. & facit text.in l.ſi quis ingenuam.§.fin. ff.de capt.& poſtlim.

21 Decimoquintò, damnatus ob famoſum crimen,qui incurrit infamiam,eò quòd in iniuriam alterius famoſum fecit libellum. l.is cui. §.ſi quis ob carmen.vbi Doct ff de teſtam. quamuis infamis ob aliam cauſam teſtamentum facere poſsit, ſi expreſsè in iure non inueniatur prohibitus. vt tenet Bart. in d. §.ſi quis ob carmen. & Abb. in Rubric. nu.8. de teſtam.& ſummiſtæ.verb. teſtamentum, §.1. & Iul.Clar. d. §. teſtamentum, quæſt.25. num. 1.

22 Decimoſextò,reus criminis læſæ maieſtatis facere teſtamentum non poteſt,quoniam omnia ſua bona efficiuntur fiſci. l. quiſquis. vbi Doct C.ad leg. Iul. maieſt.& l.fin. vbi etiam notant ſcribentes, eodem titul.& auth.vt nulli iud. §.fin. coll.9.& l. donationes.§.fin. vbi Paul. de Caſtr. ff de donat. gloſſ.verb.ipſo iure,& Doct.in cap. cum ſecundum leges.de hæret.lib.6.

23 Decimoſeptimò,captus apud hoſtes nõ poteſt facere teſtamentũ, nã iſte eſt ſeruus hoſtiũ,& nihil hab. t vnde teſtari poſsit.l. eius qui apud hoſtes.vbi gl.1. & Doct.ff de teſtam. & l.facere. ff.de teſtam. milit. & §. fin. vbi Ang Aret.inſt.quibus non eſt permiſſ facer. teſt. & Doct.in Rubric.de teſtam.& Aot Auguſt.lib.4. emend. cap.10. teſtamentũ tamẽ antea factum,benè tenet. l.lege Cornelia. vbi Bart.ff.de teſtam.& l. 1. § lex falcidia.vbi Bart.& Alex.ff.ad leg. falcid.& l.finecem.ff.de bon.libert.& l.captiuum.vbi Bald.& Salic C.de poſtlim.

24 Decimooctauò cæcus vtroq; lumine nõ poteſt teſtari,niſi vltrà numerum teſtium, qui requirũtur in quocũq; alio teſtamẽto, adhibeat vnũ notarium, aut in defectu illius adhibeat alium teſtẽ,& ſic octauus teſtis. vbi ſeptem requiruntur,& alia de quibus in l.hac cõſultiſsima. C.qui teſt.facer. poſſ. vt euitetur falſitas,quæ in teſtamẽto cæci euenire poteſt. inter liberos tamen bene poterit facere teſtamẽtum corã duobus teſtibus,quoniam in teſtamento facto inter liberos ceſſat omnis ſuſpicio falſitatis. vnde nõ ſunt ſeruandæ omnes ſolẽnitates.d.l.hac cõſultiſsima.vt tenet Bald.in d.l.hac conſultiſsima.n.1.& Iaſ.nu.4.Ang. Salicet.Alex.& alij.idẽ Iaſ.conſil.26. verſ. facit etiã multum lib 1.& Socin.cõſi.263. circa prin lib.2.& Natta. in d.l.hac cõſultiſsima § ex imperfecto.n.34.& cõſil.210. n.3 Boer.dec.240.n.20. Bertran.cõſil.221. n.2.lib.3.in 2.p.& Iul Clar.lib.3.§.teſtamẽtum quæſ.17.n 2.& Merg conſil.48.n.17.

25 19 Qui Cardinales hoſtiliter eſt inſecutus, aut eos percuſſerit, ſiuè ceperit, vel mandauerit, aut dederit conſiliũ, auxiliũ, vel fauorem,ſeu ratũ ſuo nomine habuerit. talis namq; factionem teſtamenti non habet, nec aliquid ex teſtamento alieno capere poteſt. c. Felicis.vbi Ioan.Monach. Arch Ioan.And.& omnes.de pœn.lib.6.

26 Teſtamentum tàm inſcriptis,quàm nũcupatiuum regulariter ſeptẽ teſtes habere debet:licet enim regulariter in quocumq; actu ſufficiant duo teſtes. In teſtamento tamen debent interuenire ſeptem teſtes maſculi, & liberi, aut pro liberi reputati,

Zzz auth.

Digitized by Google

auth. hoc inter. §. per nuncupationem. & l. 1. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Fulg. Alex. Iaſ. & omnes. & l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & iſte numerus teſtium, ita eſt de ſubſtantia teſtamenti, ad fraudes, & falſitates euitandas, vt à teſtatore diminui non poſsit. l. quæſtionum. § lex. vbi Doct. C. de fid. cõmiſſ. & l. nemo. vbi Bart. nu. 1. & Iaſ. nu. 13. Rip. num. 27. & omnes. ff. delegat. 1. Cou. ruu. in cap. cum eſſes. num. 8. de teſtam. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 56. num. 1.

27 Fœminæ non poſſunt de iure ciuili eſſe teſtes in teſtamento propter fragilitatem ſexus, & quia facilius corrumpi poſſunt. l. qui teſtamento. §. cum qui. verſ. mulier. vbi gloſſ. verb. non poterit. & Bart. nu. 1. & omnes. ff. de teſtam. & Ant. de Butr. in cap. quoniam aliqua. de teſt. & Iaſ. in l. fin. nu. 2. in fin. C. de teſt. & Alex. conſil. 70. nu. 13. & 14. lib. 2. Bellon. & conſil. 14. num. 8. Iul. Clar. d. § teſtamentum. quæſt. 55. num. 2. Ant. da Gam. deciſs. 44. nu. 2. de iure canonica tamen bene poſſunt fœminæ eſſe teſtes in teſtamento. vt eſt text. in cap. relatum. 1. & ibi Doct. de teſtam. quod tamen eſt intelligendũ in teſtamẽto ad pias cauſas. vt tenet Bald. in lect. l. 1. n. 9. C. de Sacr. Sãct. Eccleſ. & Rom. in rep. auth. ſimiliter. nu. 16. C. ad leg. falcid. & Guill. in c. Raynuntius. 1. part. nu. 65. de teſtam. Alex. cõſil. 102. nu. 6. lib. 7. Crot. in tract. de teſtib. nu. 8. Bellon. conſil. 13. nu. 8. Merg. conſil. 45. nu. 12. Iul. Clar. d. § teſtamentũ. quæſt. 55. nu. 3. nam ſi teſtamentum ſit conditum ad cauſas prophanas non poſſunt fœminæ eſſe teſtes etiã de iure canonico: ex gl. ver. improbamus. in c. cũ eſſes, & gl. ver. decretorum. in c. relatum. 1. de teſtam. & tenet Alex. conſil. 70. n. 13. & conſil. 177. n. 5. lib. 2. & Ioan. dilect. de arte teſtãd. titul. 2. cautel. 2. n. 7. & dicit cõmunem Bellon. conſil. 14. n. 8. licet contrarium teneat Pariſ. cõſi. 51. nu. 16. lib. 3. dicens eſſe cõmunem opinionem de iure canonico poſſe fœminas eſſe teſtes in cauſis prophanis, ſed puto, quòd maledicat cõmunem, quoniam ego paucos Doctores inueni, ex his, quos reuolui, tenentes fœminas poſſe eſſe teſtes de iure canonico, in teſtamento, niſi ad pias cauſas. in codicillo vero bene poſſunt fœminæ eſſe teſtes. vt tenet Iaſ. in l. fin. nu. 17. C. de codicil. & in teſtamẽto condito inter liberos. gloſſ. vnica. in auth. quod ſine C. de teſtam. Natta in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 166. C. de teſtam. & Dec. in l. fœminæ. nu. 30. ff. de regul. iur. Rip. in tractat. de peſt. in priuil. vltimar. volunt. nu. 23. & dicit communem Grat. conſil. 90. n. 3. & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 8. num. 3. Geripard. conſil. 12. num. 26.

28 Filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto patris licet ſit emancipatus, vt tenet Bart. in l. qui teſtamento. § quæcumq; nu. 2. & dicit communem Aret. in d. §. quæcumq; num. 6. verſ. & contra illam. ff. de teſtam. & Merg. conſil. 37. num. 18. & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 55. nu. 9.

29 Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto, & non hæres quando adhibetur legatarius vniuerſaliter de toto teſtamẽto, & nõ particulariter delegato ſuo, quia tunc in cauſa propria adhiberetur. quod eſſe non poteſt. l. qui teſtamento. in prin. vbi Bart. nu. 1. & alij. ff. de teſtam. & tenet Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 55. n. 8. & §. legatarius. vbi Doct. Inſt. de teſtam.

30 Regulares etiam ſi fuerint fratres mendicantes, poſſunt eſſe teſtes, & teſtificari in teſtamento condito, tàm ad pias cauſas, quam ad prophanas, & ita obſeruat praxis, & conſuetudo, vt inquit Natta. In l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. num. 181. C. de teſtam. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 55. num. 7.

31 Teſtes adhibiti in teſtamento debent eſſe rogati, & certi orati, quòd ad illud ſint vocati, ita vt ſi caſu, aut ad aliam rem rogati veniant, non ſufficiat. l. hæredes. §. in teſtamentis. vbi Doct. ff. de teſtam. & l. hac conſultiſsima. vbi Bart. Bald. Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. de teſtam. & auth. rogati. vbi gloſſ. 1. & Paul. de Caſtr. Salicet. & omnes. C. de teſtib. & Bald. in l. parentes. C. eodem. & Alex. conſil. 33. col. 6. & 7. lib. 3. incipit. ponderatis verbis vltimi teſtamẽti, & conſil. 47. col. 2. lib. 2. incipit abunde, & Socin. in l. ſi quis ita. num. 3. ff. de reb. dub. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 58. n. 1. Ant. da Gam. deciſs. 45. num. 2. & 5. & in dubio non præſumitur, quòd fuiſſent rogati. vnde teſtis adhibitus in teſtamento deponens ſe fuiſſe præſentem, quando talis fecit teſtamentum, & nõ dicens ſe fuiſſe rogatum non probat. vt tenet Bart. in l. Diuus num. 5. ff. de teſtam. milit. & Alex. conſil. 33. lib. 3. & Bald. conſil. 43. lib. 4. & Paul. de Caſtr. conſil. 204.

32 In teſtamento autem nuncupatiuo etiã teſtes debere eſſe rogatos videtur proba-

re text.

Digitized by Google

re text. in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupatiuum, & ibi tenent nonnulli Doct. C. de teſtam. & gloſſ. verb. abhibitis. in §. fin. inſt de teſtam. & Guilel. in c. Raynuntius. verb. teſtamentum. num 68. de teſtament. Marc. Ant. in d. §. fin. num 32. inſt. de teſtam. Socin. conſil. 92. num. 4. libr. 3. Boer. deciſs 34. num. 8. vbi dicit communem, & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 55. num. 1. verſ. & hæc quidem Gam. deciſs. 46. nu. 7. contrariam tamen opinionem probat text. expreſſus. in l. in teſtamentis; & ibi gloſſ. fin. diſtinguens inter teſtamentum cæci, & videntis, nam in teſtamento cæci nuncupatiuo, requiritur, vt teſtes ſint rogati. in teſtamento autem nuncupatiuo, videntis, non eſt neceſſe, quòd ſint rogati. quia lex penitùs amputat in teſtamento nuncupatiuo videntis omnem formalem obſeruationem. vt habetur in d. l. in teſtamentis, & d. gloſſ ibi. C. de teſtam. & tenet Ant. Gom. in l. 3 Taur. nũ. 19 & ego ita iudicarem. licet Gam. vbi ſuprà dicat cõtrarium fuiſſe iudicatum in ſupremo ſenatu noſtræ Luſitaniæ. attamen ego multoties vidi iudicatum pro teſtamentis nuncupatiuis. vbi teſtes non fuerunt rogati.

33 In teſtamento ad pias cauſas non requiritur, vt teſtes ſint rogati, eò quòd in illo non eſt neceſſe obſeruare omnes ſolemnitates iuris ciuilis. vt eſt text. in c. relatum. 2. vbi gloſſ & Ant. de Butr. Innocent. Abb. & omnes. de teſtam. & Bart. in l. 1. n. 76. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. quem ibi ſequitur Bald. & Rom. in auth. ſimiliter. C ad leg. falc. Alex. conſil. 131. nu. 2. lib 7. & Corn. in auth. quod ſine. nu. 8. C. de teſtam & in conſil. 147. Littera B. & conſil. 215. lib 2. & conſil. 307. Littera V. lib. 3. & conſil. 259. Littera E. lib. 4. & Guil. in c. Raynuntius. 1. part. verb. teſtamentum. 1. num. 58. Beſſ. in rep. d. l. 1. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Doctor. in §. fin. inſt. de teſtam. Boer. deciſs. 34. num. 5. Socin. Iun. conſil. 24. nu. 4. lib. 3. Iul. Clar. d. § teſtamentum. quæſtio. 6. num. 3. & quæſt. 58. num. 2. & Merg. conſil. 61. num. 14.

34 Nec in teſtamento condito inter liberos requiritur, quòd teſtes ſint rogati, aut inter aſcendentes, ſeù deſcendentes. quoniam inter ipſos ceſſat ſuſpicio falſitatis, & valet teſtamentum, quamuis diſpoſitio ſolemnitatis legum ſit diſtituta. vt eſt tex. in l. fin. C. familiercisc. & l hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. vbi Doct. C. de teſta. & gloſſ. verb. excepto teſtamento. in l. fin. C. de codicil. & Corn. in auth. quod ſine. nu. 6. C. de teſtam. & Iaſ. in d. l. hac conſultiſsima. num. 2. & conſil. 68. lib. 2. & Dec. conſil. 610 num. 2. Sigiſmund. conſil feud. 8. num. 16. Rub. conſil 6. num. 5. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 8. num. 4.

35 Nec in codicillis requiritur, vt teſtes ſint rogati. l. fin. §. vlt. vbi Doct. C de codicil. & Alex. in l. ſerui electione. ff. delegat. 1. & Iaſ. in l. 1. n. 15. C. de ſumma Trin. & Lanfrac. in rep. c quoniam contra. de probat.

36 Nec in teſtamento militis, facto in conflicto belli, quia ſi illud faciat intentorio, aut alibi, requiritur quòd teſtes ſint rogati. l. Diuus. vbi Doct. ff. de teſtam. milit. Iaſ. in l. hac conſultiſsima. nu. 2. C. de teſtam. & Natta. in rep. d. l hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. nu. 164. C. eodem. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 58. num 4.

37 Teſtes poſſunt rogari ab ipſomet teſtatore, vel à notario, ſiuè ab alioquocumq; extraneo, vt tenet Bald. in l. parentes. col. 2 C. de teſt. & Salicet. in auth rogati C. eodẽ. & Paul. de Caſtr. in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtam. & Iaſ. in l. hac cõſultiſsima. n. 2. verſ. & debeat. C eodem & in l. ſerui electione. n. 41. ff. delega. 1. Iacob. de Rauen. in § fin. inſt. de teſtam. Socin. in l. ſi quis ita. n. 3. ff de reb. dub. & ita obſeruat praxis. vt inquit Iul. Clar. d. §. teſtamentũ. quæſt. 58. nu. 5. & Gam. deciſ. 46. nu. 6.

38 Rogatio teſtium ad teſtamentum faciẽdum, à lege requiſita poteſt probari per duos teſtes, quãdo quæſtio eſt vtrum teſtes fuiſſent rogati, aut non, quia rogatio teſtiũ ad ſolemnitatem teſtamenti pertinet, cum enim conſtat de voluntate teſtatoris, & apparet teſtamentum rite factum, ſed dubitatur de aliqua ſolemnitate, vtrum interueniſſet, aut non. tunc ſufficiunt duo teſtes ad illam probandam. vt tenet Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alij in l. bonorum. C. de bonor. poſſ ſecund. tab. & plures relati per Maſcard. de probat. concl. 1353. nu. 51. & Valaſc. conſult. 187. num. 15.

39 Teſtamentum factum rure, à quocumq; ruſtico, valet adhibitis quinq; teſtibus, quoniam ibi non poſſunt ita facile inueniri tot teſtes, quot in ciuitatibus inueniuntur, qua propter ſtatuit lex, vt quinq; teſtes ſufficerent in teſtamẽto ruſtici, rure cõdito. & dicuntur ruſticani, illi, qui inhabitant ruri, ſiuè ſint nobiles, ſiuè ruſtici. l. & ab antiquis. vbi Bald. Pau. de Caſt. Fulg.

Digitized by Google

Angel.Salicet. Alex.Iaſ.& alij.C.de teſtam. & Alex. conſil.70. col.6. & conſil. 176. libr.2. Afflict. deciſs.25. num.2. licet hoc priuilegium eſſe cõceſſum copulatiuè loco,& perſonæ, teneat Bart.in l.conficiuntur. §.codicilli.n.1. ff.de iure codicil.poſt Iacob.de Are. quem ipſe ſequitur,& in d. l.& ab antiquis. nu.2. vnde ſi ruſticus teſtetur in ciuitate, aut nobilis incomitatũ non valebit teſtamentum adhibitis tantũ quinq; teſtibus, & eſſe communem dicit Boer. deciſ.228. num.10. & Iul.Clar. d.§. teſtamentum quæſt.56. num.6. ſed verius exiſtimo hoc priuilegium eſſe conceſſum loco tantum,vnde ſi ruſticus fecerit teſtamentum in ciuitate, non valeret adhibitis tantum quinq; teſtibus, ſed opus erit, vt adhibeat ſeptem teſtes, attamen ſi nobilis fecerit teſtamentum ruri, valeret quinq; tantum teſtibus adhibitis,& ita tenet Cin. Alex. Bald. & Salicet. in d.l. & ab antiquis. C de teſtam.

40 In noſtra Luſitania ſufficit teſtamentum factum adhibitis quinq; teſtibus maſculis, liberis, aut habitis pro liberis, & cum ſint maiores quatuordecim annis, & cum notario,qui fecerit teſtamentũ erunt ſex teſtes, aut cum teſtatore, ſi ipſe teſtamentum ſcripſerit, & ita ſi teſtamentum fuerit ſcriptum à perſona priuata, ipſamet perſonæ habebitur loco notarij, & cum ipſo teſtatore, per cuius manum teſtamentum fuerit factum, & ſubſcriptum, aut cum illa perſona priuata, quæ ipſum teſtamentum fecerit, & ſubſcripſerit,erũt ſex teſtes, & hoc habet locum in quacumq; ciuitate, ſeù oppido. vbi teſtes facile inueniri poſſunt. ex ord. libr.4. titul. 80 in princip. & §.3. & Ant.da Gam. deciſs.44. num.1. & Valaſc. conſultat. 182. num.18. & ita in teſtamento nuncupatiuo requiruntur ſex teſtes. quando teſtator tempore mortis illud fecerit, & tunc poterunt adhibitàm maſculi,quam fœminæ, eò quòd tempore mortis factum fuit. attamen ſi teſtator conualuerit ab illa ægritudine tale teſtamentum nuncupatiuum erit nullum, & nullius effectus. ex noſtra ord. d.lib.4. titul.80. §.4. & obſeruabitur tunc diſpoſitio iuris communis in teſtamento nuncupatiuo, videlicet, vt adhibeantur ſeptem teſtes in ciuitate, & in oppido vbi facile inueniri poterunt. ruri vero quinque. vt dixi ſupra. §. 26. & §. 39.

41 Teſtamentum conditum inter liberos valet duobus tantum teſtibus adhibitis, ſiuè ſint maſculi, ſiue fœminæ, quia in eo non requiruntur omnes ſolemnitates iuris ciuilis. l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. vbi Doctor. C. de teſtament. & & gloſſ.verb. quod ſine. in authent. quod ſine. C.eodem.& Bald. Angel.Paul.de Caſtr. poſt gloſſ.verb. vel indicijs. in l.fin.C. familiercifc. & gloſſ.verb. ſubſcribere. in authent. de trien. & ſemiſſ. §. & quid ſæpe. coll.3. & Grat. in conſil.90. numer.3. libr.ſecund. & Iul.Clar. d. §.teſtamentum. quæſt.8.numer.ſecund. & Gam. deciſs.61. num.1.

42 Teſtamentum tamen conditum tempore peſtis, verum valeat ſi in illo non adhibeatur numerus ſeptem teſtium, eſt magna controuerſia, quia non inuenitur lex in toto corpore iuris, quæ faciat diſtinctionem in teſtamento tempore peſtis condito, ſeù alio tempore ad teſtium numerum diminuendum, & quando lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. non diſtinguemus. ff. de arb. & l. de pretio. ff.de publ. & lex. ſi aliquid voluiſſet, id facile exprimeret. C.ad audientiam. de decim. & l. ſi ſeruum. §. prætor ait. verſ.non dixit prætor. ff.de acquirend. hæred. & l. vnica. §. ſin autem ad difficientis. C.de caduc. tollend. vnde ſine lege non poſſumus dare tempore peſtis aliquam teſtium diminutionem, & ita tenet Fulgoſ. Paul.de Caſtr. Aret.Alex. & Angel. in l.fin. C.de teſtament.& Alex. conſil. 177. numer.8. libr.2. & conſil.70.numer.16. eodem. lib. Corn. conſil.68. libr. 1. Socin.in conſil.85. numer.6.libr.quart. Crot. in tractat.deteſtib. numer.11. Bertran. conſil. 212. numer.3. libr.prim. parte ſecund. & conſil.233. à numer.octau. libr.ſecund. part.ſecund. Apoſtil.ad Aret. in leg. hæredes palam. in princip. à num. 6. ff. de teſtament. Bauer. in §. ſed hæc quidem. numer.2. & 3. inſt.de teſtament. Afflict. deciſs.25.numer.ſecund.& deciſs. 133. numer.1.Cæſar.Vrſ.deciſs.25.numer. 8. Boer. deciſs.228. numer.10. & in rigore iuris hanc opinionem veriorem exiſtimo. contrariam tamen opinionem tenent multi alij affirmantes tempore peſtis, & vbi eſt locus impeditus ſufficere duos teſtes, ſi nulla ſubeſt præſumptio fraudis,ſeù falſitatis, vt tenet Bart. in l.1. ff. de bon. poſſ.ex teſtam.milit.& Bald.Salic. Iaſ.n.5. & alij.

Digitized by Google

& alij. in d.l.fin. C. de teſtam. Raph. de Gurr. in l.conficiuntur. §.codilli. ff. de iure codicil. & Rolland. in tract. vltimar. volunt. fol.63. col.1. num.2. & Flor. de Sanct. Petr. in l.milites. C. de teſtam. milit. Alex. ſibi contrarius. in l. ſcrinarios col. fin. C. eodem titul. & Ioan. Anib. in rep. l.nemo. nu. 65. in fin. ff. delegat. 1. & Pariſ. conſil. 32. num. 6. & conſil 33. num. 26. lib. 2. Ioann. delect. in arte teſtand. titul. 2. cautel. 2. nu. 2. Angel. de Perig. in l.2. in prin. ff. delegat. 1. & Rip. in tract. de peſte. in priuileg. vltimar. volunt. num.7 & num.11 & Ant. de Gam. decis. 81. num. 2. & deciſ. 210. num. 1. & hæc eſt æquior opinio. & eam obſeruat praxis in noſtra Luſitania, quoniam tempore peſtis omnes fugiunt alios, & ſi tunc tot teſtes eſſent conuocādi, quaſi fuiſſet impoſsibile facere teſtamentum illo tempore; & ſi damus, quòd in conflicto belli ſufficiat fieri teſtamentum cum duobus teſtibus, & valeat, ita dicere debemus tempore peſtis, nec ſatisfacit ratio Alex. in contrarium adducta, in d. l.fin. C. de teſtam. quia beneualet arg. de bello ab hominibus inflicto ad mortalitatem à Deo prouenientem, & ita in omnibus tribunalibus noſtræ Luſitaniæ obſeruatur. vt valeat teſtamentum factum à quocumq; cū duobus, vel tribus teſtibus, in loco, vbi grauatur peſtis, & locus eſt ab alijs impeditus ob peſtiferum morbum.

43 Teſtamentum ad pias cauſas valet conditum cū duobus, vel tribus teſtibus, tàm maſculis, quàm fœminis, & ita in quacumq; cauſa, ſeù inſtitutione teſtamenti, quæ agitetur in foro Eccleſiaſtico. vt eſt text. in cap. cum eſſes, & in cap. relatum. 1. vbi Doct. de teſtam. & Bart. in l. 1. nu. 75. & Iaſ. num. 22. & alij. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & Alex. in l.ſi certis. nu.5. verſ. & tale relictum. C. de pact. & conſil. 131. num. 2. lib.7. & Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. nu. 12. in d. c. cum eſſes. de teſtam. & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 6. num. 2. & Ant. de Butr. in cap. quod clericis. col. antepen. de foro comp. & Salicet. in auth. Caſſa quæſt. 9. C de Sacr. Sanct. Eccleſ. & Alex. conſil. 41. lib. 1. & conſil. 113. lib. 4. & Gam. dec. 46 num. 3. & deciſ. 81. num. 4 & Mench. de ſucceſſ. creat. 3. part. lib. 3. § 22. num. 38. Valaſc. conſult. 74. num. 13.

44 In teſtamento condito ad pias cauſas ceſſat falſidia. c fin. vbi Innoc. Hoſt. Ioann. And. Ant. de But. Abb. & omnes. de teſtam. & auth. de Eccleſiaſt. tit. § ſi autem hæres. vbi etiam notant ſcribentes. coll. 9.

45 Teſtamentum conditum coram Imperatore, Rege, ſeù Principe non recognoſcēte ſuperiorem, ſufficit cum præcibus illi oblatis, quoniā præſentia Principis expellit omnem præſumptionem falſitatis. cum enim teſtamentum per Principem, fuerit inſinuatum, & id appareat per ſufficientē probationem, aut id oretenus in præſentia illius dictum, ſeù oblatū ſit, valet, & tenet, dum teſtator non mutauerit voluntatem, nec aliud cōdat. l. omnium vbi Bart. Bald. Fulg. Paul de Caſt. Alex. Salicet. Iaſ. & omnes. C. de teſtam. & Socin. conſil. 138. n. 16. lib. 1. Gou. r. in Rubric. de teſtam. 1 part. n. 2. & Iul. Clar. d. § teſtamentum. q. 56 n. 7.

46 Teſtamentum militis conditum in conflicto belli, valet duobus tantum teſtibus adhibitis. quia milites poſſunt in illo conflicto teſtari quomodocumq; voluerint, nec tunc tenentur obſeruare ſolemnitates iuris ciuilis, quamuis teneantur obſeruare ſolemnitates iuris diuini, & gentium in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. l. Lucius tius, vbi gloſſ. verb. probationibus, & l. fin. ff. de teſtam. milit. & gloſ. verſ. ſub ipſo tempore. vbi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & omnes. in l. milites. C. de teſtam. idē Iaſ. in l. fin. nu. 3. C eodem.

47 Teſtamentum poteſt probari per duos teſtes, quòd fuiſſet ſolemniter confectum. Licet enim regulariter teſtamentum non valeat, ſi in illo non interueniant ſeptem teſtes, ad probandū tamen illud fuiſſe factum cum debita ſolēnitate, ſufficiūt duo, vel tres teſtes gloſ. verb doceri. in l. 2. vbi Bald. Alex. Paul. de Caſt. Salicet. Iaſ. & omnes. C. de bonor. poſſ. ſecund. tabul. & Bart. in l. hæredes palam. in prin. num. 5. ff. de teſtam. & Aſflict. deciſs. 14. num. 5. & dec. 25. & dec. 166. n. 10. Gaſſan. in cōſuet. Burg nu. 12. fol. 142. Aym. conſil. 65. nu. 5. Cæſar. Vrſ. dec. 25. n. 9. & dec. 166. n. 5. licet contrariū teneat Lud. Rom. in d. l. 2. C. de bon. poſſ. ſecūd. tabul. & Lucas. de pœn. in l. quicūq;. C de proxim. Sacr. Scrin. lib. 12.

48 Codicillus autem debet habere quinq; teſtes, ſiuè maſculos, ſiuè fœminas. non eſt tamen neceſſe, vt ſint rogati, ſicut in teſtamento, ſi enim furtuitu caſu veniant, ſufficit, & valet codicillus. cum minore tamen numero teſtium non valet, niſi in caſibus, vbi valet teſtamentum cum illo minore numero teſtium. l. fin.

Zzz 3 §. vltim.

Digitized by Google

§. vltim. vbi Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Salicet. Iaſ. & omnes. C.de codicil. & gloſſ.verb.quædam.in cap.licet vniuerſis. de teſtam. & Bart. num.5. & Iaſ. num. 34. in l. ſciendum. ff. delegat.1. idem Iaſ. in l. ſerui electione. num.39. ff. eodem. & gloſſ.verb rogati in l.hæredes. §.in teſtamentis. ff. de teſtam. Valaſc. conſult.181. num.11.

49 Teſtamentũ conditum cũ clauſula, quod ſi nõ poteſt valere, ſicut teſtamentum, valeat ſicut codicillus, ſuſtinetur, ſi habeat teſtes in numero ſufficienti ad codicillum faciendum, aut quando deficit aliqua ſolemnitas, quæ non requiritur in codicillo. nunquàm tamen clauſula illa intelligitur, niſi apponatur. l.1. vbi Bart. num.9. ff. de iure codicil. & l.fin.§.illud quoq; vbi Fulgoſ. Angel. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. C.de codicil. & l.ſimiles. ff. de teſtam. milit. & Socin.conſil.20.num.4.lib.4. Aymon. conſil.117. Capic. deciſs.89. Alex. conſil.176.col.pen.& vltim.lib.5.& Ruin. conſil.2. & conſil.9. num.15. & conſil.12. libr.2. Cæſar. Vrſ. deciſs.144. num.10. & Gam.deciſs.126. num.4. & Valaſc. conſultat.183. num.11. ſi tamen teſtamentum illud patiatur alium iuris defectum. tunc non validatur per illam clauſulam condicillarem. vt notant communiter Doct. in d.l.fin. C.de codicil.& Valaſc. d. conſultat. 183. num.12.

50 Teſtamentum conditum cum maiori numero teſtium eſt validum, nam ſuperflua non vitiant, ſi teſtes habiles, & audiẽtes, & rogati in numero ſufficienti ſint adhibiti. l.hæredes palam.in prin. vbi Doct. ff. de teſtam. & l.cum tabulæ. vbi Bart. ff. de bon.poſſ.ſecund.tabul. & l.teſtamentũ. vbi Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. C.de teſtam.

51 Teſtamentum ſcriptum à teſtatore, aut ab aliquo priuato, & à teſtatore ſubſcriptum, & poſt clauſum, & traditum ab ipſo teſtatore, tabellioni coram teſtibus, dicẽte teſtatore, illud eſſe ſuum teſtamentum, & poſtea à teſtibus ſubſcriptum valet, ſecundum ſtilum, & conſuetudinem cuiuſcumq; regionis, ſeù ſtatutum illius, & poſtea debet eſſe per publicum tabellionem ſubſignatum cum illo ſufficiente numero teſtium, nec infirmatur ſi teſtes poſtea, ſiuè aliqui eorum moriantur ante aperturam. l.publicari. vbi Iaſ.num 3. & l.conſulta, & l.teſtamenta. & l.hac cõſultiſsima. vbi Doctor. C.de teſtam. & Doct. in l.1. ff. quẽad. teſtam. aperiant. & ſi aliquid eorum difficiat totum teſtamentum corruit, vt in ſenatu noſtræ Luſitaniæ iudicatum fuiſſe refert Gam.deciſs.69. & ord. libr.4. titul.80. §. 1.

52 Teſtamentum eſt aperiendum, quando petitur teſtamentum defuncti aperiri, vt videatur quis hæres in eo ſit ſcriptus, & legata inſcripta, quæ apertura eſt facienda de mandato iudicis, & coram ipſo, aut coram idoneis viris, de mandato iudicis. l.cũ ab initio, vbi Bart & Angel. & l.ſed ſi quis. vbi Doct. ff. quemadm. teſtam.aper. & Bald. & Imol. in l.1. ff.eodem. & Iaſ. in l.publicari. num.1. C.de teſtam. & tamen in hoc obſeruandum ſtatutum ſeù cõſuetudo cuiuſcumq; regionis. l.teſtamenti. vbi Bald. Salicet. Alex. & alij. C.quemadm.teſt.aper. vnde ſi in ſtatuto caueatur, quòd rumpatur teſtamentum, ſi aperiatur ſine citatione filiorum, vel nepotum teſtatoris, aut illius, qui ab inteſtato ſuccedere debebat, valebit tale ſtatutum, & etiam in foro cõſcientiæ, ille, ad quem hæreditas deueniẽda eſt, poteſt agere ad annullandum illud teſtamentum. vt poſt alios reſoluit. Iaſ. in l.nemo. 2.lect. nu.96. ff.delegat.1.& Abb. in c.1. num.19. de in integr. reſt.

53 Teſtamentum factum, ſeù ſubſcriptum à teſtatore coram ſufficiente numero teſtium, aut ab aliquo priuato illud inſcribi fecit. tunc poſtea debet hæres inſtitutus petere. vt tales teſtes examinentur citatis, citandis, & tunc illis examinatis, & redactis in publicam ſcripturam iudex pronũciabit inter loquendo illam ſcripturã haberi pro publica. tunc enim faciet fidem, & aliter non, & hoc tàm in teſtamento facto in ſcriptis, ab ipſo teſtatore, ſeù ab alio priuato, quàm in teſtamẽto nuncupatiuo, quoniam ſi teſtes omnes, aut aliqui ex numero ſubſtãtiali moriatur, antequàm examinentur, corruit teſtamentum. l.publicari. vbi gloſſ.1. & Doct. C. de teſtam. & facit text. in l.ſi vnus. vbi etiam notant ſcribentes. C.eodem. & Abb. in c.fin. num. 10. de fid inſtr. poſſunt tamen teſtes illi interrogari poſt multum temporis curriculum, dum vixerint, citatis citandis, & illis interrogatis, ſufficit tunc ad redigendum illud teſtamentum in publicam formam iuxta text. in d. l.publicari. C.de teſtam. & tenet Valaſc. conſult.74. num.1.

54 Teſtamentum factum in ſcriptis, eſt

ſubiecti-

ſubſcribendum ab ipſo teſtatore, vel ab alio pro illo, ſine ſciat, aut non poſsit ſubſcribere, & à teſtibus, & aliter non valebit. l. ad teſtium. §. ab ipſo. & §. ſi quis ex teſtibus. vbi Bart & l. pen. ff. de teſtam. & l. hac conſultiſsima. in prin. vbi Doct. & l. iubemus. vbi Alex. & alij. C. de teſtam. & §. ſed cum aliquis. vbi gloſſ. verb ſignaretur, & Doct. inſt. de teſtam. ſi autem totum teſtamentum ſit factum manu ipſis teſtatoris. non eſt neceſſe, vt ab ipſo ſubſignetur, nec ab alio pro illo, quoniam ſufficit dicere in teſtamẽto, vel codicillo ſe illud ſcribere. l. cum antiquitas. §. cum autem. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. Alex. Iaſ. & omnes. C. de teſtam.

55 Codicillus tamen valet, quamuis nec ſignatus, nec ſcriptus ſit ab ipſo teſtatore; vt eſt text. in l. Diui ſeuerus. §. coditillus. vbi Doct. ff. de iure codicil.

56 Teſtamentum poteſt non valere, & corruere, & tunc poteſt dici ruptum, aut irritum ſeu non iuſtum, id eſt, non ſolemne factum. l. 1. vbi Doct. ff. de except. rei iud. & l. Papinianus. §. ſi quis & irritum. ff. de in offic. teſt. & l. 1. ff. de iniuſt. irrit. & §. alio quoq;. vbi Aret. inſt. quib mod. teſt. infirment. & gloſ. 2. in l. 1. ff. de per hæred. & quando teſtamentum non valet, vel corruit, ſucceditur ab inteſtato. l. ex ca. §. ex his. vbi gloſſ. fin. & Doct. & l. ſi is qui. ff. qui teſt. facer. poſſ. quoniam dicitur diſcedere ab inteſtatus, qui teſtamentum nõ fecit, aut iure non fecit. prin. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. vbi Ioan. Fab. Angel. Aret. & omnes. Merg conſil. 48. nu. 14.

57 Teſtator debet facere ſuum teſtamentũ in præſentia omnium teſtium, qui ad illud fuerint rogati, & requiſiti, & vno eodem contextu, & aliter non probabunt. niſi aliud ex ſpeciali priuilegio ſit conceſſum. l. ſi non ſpeciali. vbi Bart. Bald. Angel. Fulgoſ. Paul. de Caſt. Salicet. Iaſ. & omnes. C. de teſtam.

58 Teſtamentum factum in ſcriptis vbi teſtis, qui ſignat pro teſtatore, quãdo teſtator neſcit, aut non poteſt ſubſcribere, non declarat in ſua ſubſcriptione ſe ſignare pro teſtatore de mandato illius. quia non poteſt, aut neſcit ſcribere eſt nullum, & nullius momenti inſpecta noſtra ord. Luſitana, quæ hoc de ſubſtantia requirit. libr. 4. titul. 80. §. 1. & quando lex aliquid requirit pro forma, debet adunguem adimpleri, nam aliter actus corruit. facit text in l. qui per ſalutem. vbi Doctor. ff. de iure iurand. & l. cum hi. §. ſi prætor. vbi Bart. ff. de tranſact. Alex. & Iaſ. num 18. in l. 2. ff. deliber. & poſthu. Abb in c. quoniam. nu. 10. vt lit. non conteſt. Fel. in c. cum dilecta. col. 3. de reſcript. Bald. in l. 1. ff. deliber. & poſthu. Gam. deciſs 44. num. 2. & deciſ. 126. & Afflict deciſs. 144. nu. 1. Valaſc. conſult. 149. num. 10.

59 Teſtamentum aliquando tenet ſed tamẽ irritatur, & rumpitur, quando teſtator nõ præuidet de poſthumo, & poſtea viuus naſcitur. quamuis per momentum viuat quia ſi mortuus naſcatur, non rumpitur teſtamentum. l. vxoris ab ortu, & l. quidã. vbi Doct. C. de poſthum hæred. inſt. & l. poſthumo. vbi Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. C. de bon. poſſ. contra tabul. Gam. deciſs. 173. num. 5.

60 Teſtamento rupto per natiuitatem poſthumi, non valent legata, ſi teſtator neſciebat mulierem eſſe prægnantẽ. l. 1. vbi gloſſ fin. & Doctor. C. de poſthum. hæred. inſt. ſi autem ſciebat mulierem eſſe pregnantem, ſuſtinentur legata. per auth. ex cauſa. vbi Fulgoſ. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. Alex. Iaſ. & alij. C. deliber. præterit. ſi autem pater fecerit teſtamentum inquo filium præterijt, aut nulliter exhæredauit, tunc non ſuſtinentur legata. vt tenet Bart. in d. auth. ex cauſa. num. 19. & dicit communem Rom. conſil. 516. n. 10. & Iaſ. num. 14. in d. auth. ex cauſa, & Ripa. in l. 2. num. 33. ff. de vulgar. & Gozad. conſil. 49. num. 19. & Corn. conſil. 62. col. 2. Littera F. libr. 2. legata tamen facta in codicillo, bene ſuſtinẽtur, cum irritaretur teſtamentum ex cauſa præteritionis. vt tenet gloſſ. verb. litteras. in l. 1. C. de codill. communiter approbata, vt per Curt. Iun. in d. auth ex cauſa. num. 62. & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 54. num. 5.

61 Teſtamentum tamen matris non rumpitur attento iure communi per agnationem poſthumi, ſed poteſt agere de inofficioſo teſtamento. l. ſi mater. vbi Doct. C. de inoffic. teſtam. quoniam ius ciuile ſolũ loquitur in poſthumis decendentibus per virilem ſexum. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. deliber. & poſthu. & l. poſthumi. vbi Doct. ff. de iniuſt. rupt. & §. fin. de exhæred. liber. & Gam. deciſs. 173. num. 5. aliter tamen de iure Regni. ord. lib 4. titul. 82. §. 5. & tenet Gam. vbi ſupra nu. 4.

62 Teſtamentum, vbi filius, qui eſt in

 poteſtate

Digitized by Google

poteſtate patris fuerit præteritus ab ipſo patre, ſeù matre erit nullum ipſo iure. nam de ſolemnitate & forma teſtamenti, eſt inſtitutio, aut ex hæredatio filiorũ. l. Gallus. §. in omnibus. vbi Doct. & l. inter cætera. vbi Bald. Imol. Paul. de Caſtr. Alex. Aret. Iaſ. & alij ff. deliber. & poſthum. Bart. in l. in ſuis. ff eodem. & prin. Inſt. de ex hæred. liber. & auth. vt cum de appellat. cognoſc. §. aliud quoq; capitulum. coll. 8. Fulg. Bald. & Salicet. in l. fin. C. familierc. Guil. in cap. Raynuntius. verb in eodem titul. 1. num. 131. de teſtam. Cou. ru. ibidem. §. 1. num. 3. Ant. Gom. in l. 3. Taur. numer. 57. Alex. conſil. 126. num. 3. verſ. nec obſtat id quod habetur. lib. 2. & conſil 75. num. 17. lib. 3. & conſil. 163. num 6. lib. 5. Curt. Iun. in l. hac conſultiſsima. § ex imperfecto. num. 13. Natta. num. 17. C. de teſtam. Salicet. in auth nouiſsima. num. 1. C de inoffic. teſt. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſtio 8. num. 5. Valaſc. conſult. 23. nu. 2. & ſi, quis plures filios habeat, non ſufficit vnũ inſtituere, ſed tenetur inſtituere omnes, aut aliquid relinquere in ſuo teſtamento iure inſtitutionis. nam licet teſtator in ſuo teſtamento aliquid relinquat vni ex filijs, non tamen titulo inſtitutionis, non valebit tale teſtamentum, quoniã tenetur omnes inſtituere, aut exhæredare. prin. inſt. de ex hæred. liber. & gloſſ. verb. titulo. in auth. nouiſsima. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. Iacob. Arin. & Iacob. Butr. & Iaſ. & alij. C. de inoffic teſt. & Claud. in l. inter cætera. num. 4. ff. deliber. & poſthu. & Ruin. conſil. 1. num. 3. libr. 2. Ioann. de Ciro. de primogen. lib. 2. quæſt. 3. num. 14. Bertran. conſil. 19. col. 1. part. 2. & conſil. 450. num. 2. lib. 3. Natta. d. § ex imperfecto. num. 11. Ioan. de dilect. de arte teſtandi. titul. 3. cautel. 1. num. 8 ſumma Angel. verb teſtamentum. § 27.

63 Teſtamentum etiam à filio factum, quãdo filius teſtari poteſt vbi patrem, aut matrem præteriuit, aut aliquo modo à rebus proprijs alienauit, ſine adiectione legitimæ cauſæ eſt ipſo iure nullum. auth. vt cũ de appellat. cogn. §. iuſtum autem vbi notant communiter Doct. coll. 8. Bald. in l. 1. nu. 1. C. de bon. poſſ. contr. tabul. & Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo. num. 58. ff. de hæred. inſt. Valaſc. conſult. 61. num. 2. quia licet per iura antiqua mater à filio præterita habebatur pro ex hæredata. l. cum filium. vbi Doct. C. de inoffic teſta. gloſſ. in §. fin. inſt. de hæred. lib. cum alijs. nouo tamen iure ſi præteritioni matris non adijciatur legitima cauſa, teſtamentum erit ipſo iure nullum. ex d. §. illud quoq;. & notat Valaſc. vbi ſupra.

64 Teſtamentum tamen clerici, etiam ſit filius familias, non rumpitur præteritione filiorum, vel parentum, quoniam clericus liberè de ſuis bonis diſponere poteſt. cap. quia nos. vbi Abb. nu. 4. de teſtam. Cou. r. ibidem. num. 3. & l. Sacr. Sanctæ. vbi Bald. Paul. de Caſtr. & omnes. & auth. presbyteros. & l. cum lege. C. de Epiſc. & Cler. & Palat. Rub. in rep. Rubricæ. §. 42. num. 7. de donat. inter. vir. & vxor. & Rolland. cõſil 16. num. 7. lib. 4. Dec. poſt multos alios. In cap. in præſentia. num. 62. de probat. Molin. de prim. gen. Hiſpan. lib. 1. cap. 19. num 25. Suar. in quæſt. maiorat. num. 31. Iaſ. in l. ſi filiam. num. 9. C. de inoffic. teſtam. licet Salicet. teneat contrarium. in auth. ex cauſa. C. deliber. præterit. & Fulgoſ. in l. fin. C. qui teſtam. facer. poſſ. poterunt tamen parentes agere ex lege ad ſuã legitimam. licet enim filius familias clericus poſsit diſponere de ſuis bonis liberè & quomodocumq; voluerit, non poteſt tamen parentibus præiudicare in ſua legitima. auth. prsbyteros. vbi Doct. C. de Epiſc. & cler. & Angel. Lud. Rom. Iaſ. num. 6. & alij. in d. l. fin. C. qui teſtam. facer. poſſ. & Corn. in d. auth. ex cauſa. num. 43. & 46. C. delib. præter. Valaſc. conſul. 24. num. 5. & conſult. 108. num. 11. & dixi ſupra verb. filius. §. 28.

65 Miles poteſt teſtari de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, quomodocumq; voluerit, dum eſt in expeditione militiæ. prin. inſt. de milit. teſtam. & gloſſ. fin. in §. vlt. inſt. eodem. & prin. inſt. quib. non eſt præmiſſ. facer. teſt. ita vt poſsit decedere pro parte teſtatus, & pro parte in teſtatus, videlicet poterit miles inſtituere vnum in aliqua re certa, & alium in alia, aut vnum hæredem in patrimonio caſtrenſi, & neminem in alijs bonis, & tunc pro parte decedit teſtatus, & pro parte in teſtatus, quia tunc ille inſtitutus in bonis caſtrenſibus, habebit illa bona tantum, ſine iure accreſcendi, alia vero bona habebit ille, qui ſuccedit ipſi militi ab inteſtato. ex gloſſ. verb. probetur. in l. 1. vbi Salicet. num. 7. Alex. num. 19. Dec. num. 7. verſ. in ea gloſ. C. de teſtam. mil. extra expeditionem tamen militiæ non gaudet iſto priuilegio.

l. ne qui-

Digitized by Google

l. nequidem. vbi Bald. Salicet. Alex. & omnes. C.de teſtam.mil.

66 Teſtamentum primum rumpitur per ſecundum, teſtamentum, ſeù per quodcumq; vltimum iure factum,& cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis. cap. cum Marthæ. verſ.cæterum de celebrat.miſſ.& c.vltima voluntas. 13.quæſt.2. & l.1. vbi Doct. C.de Sacr. Sanct. Eccleſ. & l.ſi quis priore. vbi Bart. nu. 1. ff. ad treb & l.quoniam indignum.C.de teſtam.& §.poſteriore. vbi notant omnes. inſt. quib.mod.teſt. infirmant. & § ex eo autem ſolo. vbi gloſ. verb.perfectæ.inſt. eodem & l hæres. §.ſi quid. vbi Bart.& alij ff. de teſtam. & ſumma Angel. verb.teſtamentum. § 11. Gam. deciſs.209. num.2. & deciſs.245. num 1. & Dec. conſil.264. num.1. Iul.Clar. §.teſtamentum quæſt.94.num.1.

67 Voluntas teſtatoris eſt deambulatoria. vſq; ad extremum vitæ exitum. l. quod ſi iterum.ff.de adimend. leg.& l.cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor & l.in ipſius. vbi Bart.Bald. Salicet. & alij. C famil.erciſ.& l.cum proponatis. C. de codicil.& l.ſi quis Imperatorem.C. qui teſt.facer. poſſ. & gloſſ.verb.non valet. in cap.cum Marthæ.§ cæterum.de celebrat.miſſ. & morte teſtatoris confirmatur teſtamentum. d.c. cum Marthæ. Abb. in Rubric.num.2. de teſtam.

68 Vnde teſtator poteſt mutare voluntatē ſuam quotiescumq; voluerit, & reuocare ſuum teſtamentum, quamuis in illo inſtituiſſet Imperatorem. l. ſi quis Imperatorem. vbi Doct. C. qui teſt. facer. poſſ. & licet feciſſet pactum, aut iuraret de nō reuocando, quoniam in hoc ſibi legem imponere non poteſt. l. ſi quis in principio. vbi Bart.num.14. ff.delegat 3. & l.pactum quod dotali. vbi Bald. Salicet. Iaſ. & alij. C.de pact.& gloſſ.in cap.vltima.13.quæſt. 1. & Alex. in l.ſtipulatio hoc modo concepta. num.5. ff. de verb obligat. & Imol. in cap.cum contingat.num.31. de iure iurand.& Paul.de Caſtr. conſil.33. nu.1.libr. 1. & Cou.ruu.in Rubric. de teſtam. 2.part. nu.15. & Iul.Clar. §. teſtamentum. quæſt. 94. nu.2. & Ant da Gam deciſ.258.n.2.

69 Teſtamentum tamen vbi teſtator appoſuit clauſulam, quòd promittebat illud nō reuocare, & ſi illud reuocaret, talis reuocatio non valeret in ſecundo teſtamento facta, niſi in illo certa verba apponantur, puta niſi in eo ſcribantur articuli fidei, aut oratio dominica, vel ſimilia. tunc non rūpitur per ſecundum, ſeù aliud vltimum, niſi verba illa, in eo vltimo ſint in certa, aut ſit expreſſa mentio facta de illa clauſula derogatoria, quia mentio generalis non ſufficit. puta, dicens teſtator derego omnia alia teſtamenta, quæ iam facta habeo, tunc non ſufficit generaliter pœnitere, & facere mentionem de verbis teſtamenti, ſed debet facere mentionem qualitatis teſtamenti, & dicere, non obſtante tali teſtamento, & talibus verbis derogatorijs, in eo inſertis. facit text.in l.ſi quis in principio. vbi Doct. ff.delegat 3.& glo. verb. non valebit. in l.ſi mihi & tibi. §.in legatis. ff. delegat.1. & tenet Angel.Imol. Raph. Paul.de Caſtr. Alex.Aret.Iaſ.& alij. in l nominatim. ff.deliber. & poſthu.idem Iaſ in l. Sancimus. num.7. C.de teſtam. & Natta, in auth.hoc inter. nu.35. C de teſtam.& Rub.conſil.24. nu.12. & Ruin.conſil 5.num.9. verſ.nec obſtat.lib.2 Iul.Clar. d. §.teſtamentum quæſt 99. num.3. Gam. deciſ.209.n 3. & hoc obſeruat praxis quid quid dicat Bart.in d.l.ſi quis in principio. num.9. nec obſtat illud, quod reſoluimus ſupra. §.69. quoniam ſi teſtator dixiſſet, nolo me poſſe facere aliud teſtamentum, aut promitto non facere aliud teſtamentum, vel non mutare voluntatem, vel non pœnitere. non valleret talis promiſsio, etiam illam iuraret, quia teſtator non poteſt ſibi auferre liberam teſtamenti factionem. vt eſt text. in d. l.ſtipulatio hoc modo. ff.de verb obligat. & ibi Doct. & dixi. d. §.69. ſed ſi dixiſſet, ſi fecero aliud teſtamentum, nolo valere, niſi in eo apponantur talia verba derogatoria, tunc non valeret aliud teſtamentum, niſi verba illa in eo ſint ſpecificata, quia tunc teſtator non diſponit circa poſsibilitatem teſtandi, ſed diſponit circa voluntatem, quam dicit deceſſe in futuro teſtamento, vnde requiritur, quod expreſſè reuocet.vt inquit Bart. in d. l. ſi quis.in principio. num.5. ff. delegat 3.

70 Voluntas teſtatoris eſt adimplenda, vbi ius, ſeù aliquis non offenditur. cap.officij. & cap.requiſiſti. de teſtam.& auth.de hæred. & falc. §.his igitur.coll.1. vbi notant Doct. ſi tamē voluntas defuncti fuerit improba, inepta, aut non legitima. tunc non eſt adimplenda. nam ſi teſtator iuſsiſſet, vt corpus ſuum poſt mortem crudeliter tractetur, aut reliquiæ illius mittantur in mare,

mare, aut quòd executor non reddat rationem ſui teſtamenti, vel de adminiſtratione illorum, quæ in eo faciẽda inſtituit, & ſimilia. tunc talia non ſunt adimplenda, tanquàm improba, & inepta. l. ſeruo alieno. §. ineptas. vbi Doct. ff. delegat. 1. & l. conditiones. & l. quidam. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de cond. inſt. & extrauag. 1. vbi gloſſ. verb. ipſo facto. & Doct. de ſepult. intercommunes, & gl. verb ſed quod præcipitur. in auth. de hæred. & falc. coll. 1. & cap. tua nobis. vbi gl. verb. interdicit. & Doct. de teſtam. Gam. deciſ. 157.

71 Teſtamentum iure factum, & cum omni ſolemnitate requiſita non rumpitur per ſecundum, ſeù aliud imperfectum. & ex quo impoſsibile eſt poſſe hæreditatem adiri. l. ſi filius. vbi Bart. num. 1. & Iaſ. nu. 18. & omnes. ff. deliber. & poſthu. & l. ſi quis eum. §. fin. ff. de vulgar. & pupil. & l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autẽ. vbi Bart. Bald. Fulgoſ. Salicet. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. C. de teſtam. & §. ex eo. inſt. quib. mod. teſt. infirment. quamuis in illo teſtator apponat clauſulam, videlicet caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum, quia ſemper intelligitur. ſi teſtamentum, in quo clauſula illa eſt appoſita, validum ſit. vt tenet Paul. de Caſtr. in l. ſancimus. C. de teſtam. & Gigaſ. de penſ. quæſt. 29. num. 9. & ita ſi falſò dictum fuit hæredem, in primo teſtamento inſtitutum mortuũ eſſe. nam tunc vitiatur ſecundum teſtamentum ex falſa cauſa, quamuis legata firma maneant. l. fin. vbi Bart. num. 2. ff. de hæred. inſt. & gloſſ. fin. in cap. ad audientiam. 2. de reſcrip. nam ſi falſa cauſa adiecta fuit inſtitutioni hæredis, & non legatis, tunc vitiatur inſtitutio, & ſuſtinentur legata, ſi autem adiecta fuit inſtitutioni, & legatis, tunc inſtitutio, & legata vitiantur. de ſecundo teſtamento imperfecto, quoniam ſi teſtamentũ corruit, etiã legata infirmatur. niſi quando teſtamentũ rumpitur præteritione filiorum. ex auth. ex cauſa. C. deliber. præter. & tunc eſt caſus ſpecialis, in d. l. fin. ff. de hæred. inſt. ſi enim ſumus extrà caſus illas, corruente teſtamento, infirmantur legata in eo inſcripta. l. ſi quis eũ. vbi Bald. quæſt. pen. circa fin. & Caſtil. ad fin. & Iaſ. n. 21. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt. idem Bald. in d. auth. ex cauſa. & Ioan. de Imol. in c. cum eſſes. quæſt. 5. de teſtam.

72 Teſtamentum ſecundum imperfectum inter liberos, tollit, & rumpit primũ perfectum, quando in illo primo hæres extraneus fuit inſtitutus, & in ſecundo conuenerunt illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in teſtamento inter liberos cõdito, & fuerunt inſtituti liberi, qui ad hæreditatem teſtatoris venire poterant ab inteſtato. l. hac conſultiſsima. § ſi quis autem. vbi Doctor. C. de teſtam. & Bart. in l. ſi ex duobus. 1. §. ſi prius. num. 2. ff. de bon. poſſ. contr. tabul. & ſumma Angel. verb. teſtamentũ. §. 11. Corn. conſil. 172. col. 3. *Littera H.* lib. 2. Paul. de Caſtr. in conſil. 364. Guil. in cap. Raynuntius. in verb. teſtamentum. 1. numer. 75. & Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 97. nu. 1. Gam. deciſs. 109. nu. 1.

73 Teſtamentum etiam rumpitur per legitimationem filij, tàm ſpurij, quàm naturalis, quoniam filius legitimatus à patre debet haberi, ac ſi legitimus fuiſſet natus, vnde ſi pater eum legitimauerit poſt teſtamentum conditum, aut legitimatũ prætericrit, vel exhæredauerit, ſine legitima cauſa. tunc rumpitur teſtamentum, & filius ille poteſt teſtamentum illud dicere nullum de iure ciuili, & contra tabulare de iure prætorio, & dicere inofficioſum, ſi ſine cauſa fuerit exhæredatus. vt tenet Bald. in l. cum in adoptiuis. col. 3. C. de adopt. & in addit. ad ſpecul. titul. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. ſed an legitimato debeatur legitima. idem Bald. & Angel. in l. certum. in prin. ff. de iniuſt. rupt. irritoq́ teſt. idem Bald. & Salicet. in auth. ſi quis liberos. C. de natural. lib. & Alex. in Rubric. num. 3. & Iaſ. num. 5. ff. delib. & poſthu. idem Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 236. ff. de vſucap. Alex. conſil. 139. nu. 2. lib. 2. Socin. conſil. 126. num. 5. lib. 2. & Pariſ. conſil. 7. num. 2. libr. 2. & conſil. 2. lib. 3. Abb. conſil. 86. par. 1. Dec. conſil. 52. & conſil. 343. num. 2. & conſil. 395. num. 7. & conſil. 366. num. 5. Didac. de Segur. in l. 1. §. ſi vir. col. 25. verſ. ex hoc infertur. ff. de acquirend. poſſ. Gam. deciſs. 11. nu. 4. hoc tamen non habet locum in diſpenſato quoad quoſdam ſuccedendi modos. vt tenet Iaſ. in Rubric. numer. 14. ff deliber. & poſthu. Segur. vbi ſupra. & Curt. Iun. conſil. 75. in prin. Alex. conſil. 30. lib. 4. & cõſil. fin. libr. 5. & Ant. da Gam. d. deciſs. 11. num. 4. ſicut ſunt diſpenſati huius noſtri temporis, qui non poſſunt ire contra teſtamentum patentũ, licet ſint præteriti.

74 Teſtamentum perfectum non tollitur per aliquẽ curſum temporis. l. ſancimus.

vbi

Digitized by Google

vbi Doct. communiter. C. de teſtam. nec per ſimplicem voluntatem teſtatoris, quoniam teſtator non poteſt mutare voluntatem, nec addere teſtamento, ſine ſolemnitate requiſita. puta pater fecit teſtamentũ inter liberos. ſi voluerit illud infirmare, debet declarare hoc ſeptem teſtibus adhibitis, quamuis dubia illius declarare poſſit. auth. hoc inter. vbi Doct. C. de teſtam. & §. ex eo autem ſolo. vbi Aret. inſt. quibus mod. teſt. infirm. & Iaſ. in l. plane. nu. 7. ff. delegat. 1. & l hæredes. §. ſi quid. vbi Bart. ff. qui teſt. facer. poſſ.

75 Plenior interpretatio fit in teſtamentis, quàm in donationibus, vel contractibus. cap cum dilecti. vbi gloſſ. verb. plenior. & Innocent. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de donat. & l. ſicut vinum. vbi Doctor. ff. de trit. vinoq; leg. & l. qui penu. §. fin. & l. nam quid. ff. de peu. leg. & l. in teſtamentis. vbi Dec. num. 5. ff. de regul. iur. & Iaſ. in l. beneficium. nu. 18. ff. de conſt. princ.

76 Teſtator non poteſt mutare voluntatem ſuam, quam declarauit in perfecto teſtamento, nec addere, vel minuere ipſi teſtamento, ſine ſolemnitate, quæ requiritur ad illud teſtamentum faciendum. facit tex. & ibi Doctores. in auth. hoc inter. C. de teſtam. immo ſi teſtator dicat coram ſeptẽ teſtitibus, ſe feciſſe teſtamentum, & quod non vult tale teſtamentũ valere, ſed illud reuocat, & annullat, hoc nõ ſufficit, ſed requiritur, quod faciat aliud teſtamentum ſolemne cum inſtitutione hæredis, & alijs ſolemnitatibus requiſitis. niſi cum hac reuocatione concurrat curſus decem annorum. per text. in l. ſancimus. vbi Doct. C. de teſtam. & tenet Bart. in l. ſi iure. num. 3. ff. delegat. 3. & Natta. in rep. auth. hoc inter. num. 10. C. de teſtam. Alex. conſil. 159. num. 8. lib. 7. Bertran. conſil. 213. num. 3. lib. 1. part. 2. Ruin. conſil. 6. num. 1. libr. 2. Socin. Iun. conſil. 42. nu. 1. lib. 3. Iul. Clar. d. §. teſtamentum. quæſt. 91. num. 2. Geripard. conſil. 63. num. 26.

77 Teſtamentum habens aliquam partem, vbi legi non poteſt, vel ſi legi poteſt, non intelligitur, quod in illa cõtineatur, tunc, pro non ſcripto habetur, quod legi non poteſt, cætera tamẽ firma manent ſi illud, quod legi non poteſt, non continet ſubſtantiam totius teſtamenti. l. 2. vbi Doct. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tut. & l. 1. in prin. & §. ſed ſi legi. ff. de his quæ in teſt & Dec. in l. quo tutelæ. §. quæ in teſtamento. num. 1. ff. de regul. iur.

78 Teſtamentum in quo quis hæredem ſe inſcribit, erit nullum, & nullius momenti, & illud inſcribens tenetur ex l. Corn. de falſ. l. ſenatus conſulto. & l. quæ in teſtamento. vbi Bald. Salicet. & omnes. C. de his qui ſibi adſcripſ. & l. ſi quis legatum. cum multis alijs. ff. ad leg Corn. de falſ. Bald. Salicet. & omnes. in l. 1. C. de his qui ſibi adſcripſ. dictante tamen ipſo, & alio ſcribente, & teſtatore approbante, nõ incidit in d. pœnam. l. Corn. vt eſt text. in d. l. 1. & 2. vbi Doct. C. de his qui ſibi adſcripſ. & l. dictantibus. vbi Alex. Bald. Salicet. & alij. C. de teſtam. ſi tamen quis priuatus ſcribat aliquod legatum ſibi in teſtamento, vel totum teſtamentum, & poſtea tradat teſtamentum illud notario, qui notarius totum illud legat coram teſtibus, mandante teſtatore, & teſtamentum illud tranſcribat, & ſic corroboratum, ſecundũ ſtilum, & conſuetudinem, vniuſcuiuſq; loci, ita vt validitas illius teſtamenti oriatur à tabellionis corroboratione, & non ab inſcriptione ipſius hæredis, ſeù legatarij, tunc bene valet tale teſtamentum, vel legatum, in eo inſcriptum. ex doctrina Bart. in l. 1. §. ex illa quoq; ff. ad leg. Corn. de falſ. Bald. in d. l. dictantibus. & Salicet. in l. 1. de his qui ſibi adſcripſ. Gam. deciſ. 157 num. 2. & Valaſc. conſult. 178. num. 4. & dixi. ſupra. verb. tabellio. §. 29. ſi autem teſtamentũ fuerit clauſum, vbi nec notarius, nec teſtes vident, quod continetur in teſtamento, ſed tantum dicit teſtator coram teſtibus, & notario illud eſſe ſuum teſtamentum. tunc non ſuſtinebitur teſtamentum, nec legatum vbi quis ſe hæredẽ, vel ſibi legatum ſcripſit, quamuis habeat intergo approbationem ipſius tabellionis coram teſtibus, & ab ipſis ſit in inſtrumento approbationis ſubſignatum. quoniam tunc poteſt interuenire fraus, & dolus ipſius ſcribentis vt probatur ex his, quæ notant Doct. in d. l. 1. C. de his qui ſibi adſcripſ. & in d. l. dictantibus. C. de teſtam. & tenet Gam. d. deciſ. 157. nu. 2. Alex conſil. 50. num. 1. lib. 3 Boſſ. in pract. criminal. titul. de his, qui ſibi adſcripſ. num. 4. Bart. d. § ex illa quoq;.

79 Teſtamentum factum inter virũ, & vxorem manu ipſius viri inſcriptum. in quo ſe ad inuicem hæres inſtituunt, non valet

ex parte

ex parte vxoris. nam licet duo poſsint in eodem teſtamento ſe hæredes ad inuicem inſtituere, & valeat tale teſtamentum. l. licet inter priuatos. vbi Paul. de Caſtr. & alij. C. de pact. & tenet Old. conſil. 174. Bertran. conſil. 329. lib. 1. Bell. conſil. 85. num. 1. Paul. de Caſtr. in l. patris & filij. ff. de vulgar. & pupil. & Corn. conſil. 159. lib. 4. Cou. ru. in Rubric. de teſtam. 2. part. nu. 8. Iul. Clar. §. teſtamentum quæſt. 60. nu. 1. & Tiraquel. de prim. gen. quæſt. 68. num. 5. Gam. deciſs. 231. nu. 1. Ant. Gom. in l. 22. Tauri. num. 18. Valaſ. conſult. 7. num. 1. & conſult. 178. num. 3. ſunt tamen duo teſtamenta in ſua materia, & ſubſtantia, & in vno quoque eorum continetur ſententia voluntatis vniuſcuiuſque de eo, quod poſt mortem ſuam fieri vult. vt eſt text. in l. 1. vbi Doct. ff. de hæred. inſt. & tenet Bart. Alex. Paul. de Caſtr. & omnes. in d. l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupil. Valaſc. conſult. 7. num. 2. vnde habet locum illa regula vulgaris, nullum ſe hæredem adſcribere poſſe. quapropter valebit teſtamentum viri manu ſua factum, vbi vxor fuit hæres inſtituta non tamē teſtamentum vxoris, vbi vir ſe hæredem adſcripſit, & ſic inutile poterit ſeparari ab vtili, & alterum, per alterum non vitiabitur. ex regla vtile de regul. iur. lib. 6. & l. qui teſtamento. ff. delegat. 2. & §. quod ſi quis inſt. de inutil. ſtipulat. Gam. deciſs. 231. num. 6. Valaſc. cōſult. 138.

80 Teſtamentum, quamuis ſit quid indiuiduum, & conſiſtat in vno puncto indiuiſibili, & non poſsit probari dimidium per vnos teſtes, & dimidium per alios. l. hæredes. §. vno. vbi Doct. ff. qui teſt. facer. poſſ. & Bald. in l. ſi is qui. ff. eodem. Peralt. in l. 3. §. qui fidei commiſſam. num. 81. ff. de hæred. inſt. & Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. num. 9. & alij. in l. cum antiquitas. C. de teſtam. & l. ius noſtrum. vbi Dec. num. 1. ff. de regul. iur. Bart. in l. fidei commiſſa. §. 1. ff. delegat. 1. & Valaſ. conſult. 149. nu. 7. poteſt tamen pro parte reſcindi, alijs validis, remanentibus, quia pars perfectè diſpoſita, non infirmatur per aliam imperfectam, niſi ſubſtantialia teſtamenti conſiſtant in illa parte imperfecta. l. nam & ſi. §. filius. vbi Bart. Bald. & alij. & l. circa. ff. de inoffic. teſt. Angel. in §. pen. col. fin. inſt. quib. mod. teſt. infirmant. & Bald. in l. 1. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Afflict. deciſs. 69. num. 9. Gam. deciſs. 348. num. 1. miles tamen bene poterit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. vt dixi ſupra. §. 65.

81 Teſtamentum facere nō dicitur ille, qui incepit facere, ſed illud non compleuit. l. ſi is qui. vbi Doct. & l. ex ea. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Abb. conſil. 105. part. 2. Valaſc. in conſult. 74. num. 13. verſ. nec nocere poteſt, & quamuis reperiretur ſcedula ſcripta, vel ſubſcripta manu propria ipſius teſtatoris, continens eius vltimam voluntatem, talis ſcedula non ſuſtinetur in vim teſtamenti, quia nullam habet formā teſtamenti, quamuis teſtator in illa diſponeret inter liberos, aut ad pias cauſas. vt tenet Aret. in d. l. ſi is qui. col. fin. verſ. ſecundo caſu. ff. qui teſt. facer. poſſ. & Old. conſil. 119. & Iaſ. conſil. 155. col. 2. verſ. ſed per aduocatos. lib. 4. & dicit communem Cou. ru. poſt multos alios. in cap. relatum. 1. num. 9. de teſtam. Boer. deciſ. 93. num. 10. & deciſs. 240. num. 5. & Mench. lib. 3. de ſucceſſ. Creat. §. 22. num. 6. Cæphalus. conſil. 294. num. 5. lib. 2. & conſil. 99. num. 1. lib. 1. & Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 7. num. 2. & Gam. deciſs. 221. num. 3. Valaſ. conſult. vbi ſupra.

82 Nec etiam dicitur facere teſtamentum ille, qui dixit coram ſeptem teſtibus volo inſtituere Titium hæredem meum, itouocare notarium, & dum notarius inuitatur ille deceſsit. quoniam illa iuſsio vocandi notarium nihil aliud eſt, quàm præparatio teſtamenti, ſed reuera non eſt teſtamētum, nec codicillus. vt eſt text. in l. ex ea ſcriptura. vbi Doct. ff. qui teſt. facer. poſſ. & l. fidei commiſſa. ff. delegat. 3. & in l. 1. ff. de iure codicil. & in l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. in fin. & Dec. conſil. 488. num. 2. Ruin. conſil. 2. nu. 12. lib. 3. Gam. deciſs. 221. num. 3. ſi autem quis dicat coram ſeptem teſtibus inſtituo Titium hæredem meum, & antequam ad alia legata tranſgrediatur decedat, aut dicat in ſcriptis inſtituo Titium hæredem meum, antequam teſtes ſe ſubſcribant decedat, aut dicat facio Titium meum hæredem, & vocetur notarius. vt hoc redigat in ſcriptus. tunc bene valebit tale teſtamentum, vt nuncupatiuum, quia iam teſtatur d. teſtator. de præſenti. vt tenet Cin. & Iacob. de Aret. Alb. Fulg. Iaſ. & omnes. in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. C. de teſtam. & Bart. in l. fin. ad fin. ff. de iure codicil. Angel. & Imol. in l. 1. §. ſin autem.

Digitized by Google

autem. ff.de hæred.inſt. & Dec.conſil.159. nu.3. verſ.quarto & vltimo,& hoc eſt verum. licet Iul Clar. §.teſtamentum.quæſt. 7. nu.5. contrarium probare intendat,dicens eſſe communem ſed fallitur.

83 Teſtamentum conditum etiā per verba nunciatiua, & per commiſsionem in diſpoſitionem alterius, valet ad pias cauſas. cap.cum tibi. vbi Doct.de teſtam. & c.fin. vbi Abb. num.1. de ſucceſſ.ab inteſt.Bart. in rep. l.1. nu.64. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. Guil.in rep.c Raynuntius. 1.part.nu.8.de teſtam.Abb.in conſil.32.nu.3.libr.2.Alex. conſil.14.nu.7.lib.1. Ang.Alex. Iaſ.n.12. Dec. nu.18. in l. captatorias.C de teſtam. milit. Bart.Bald. & alij in l.captatorie. ff. delegat.1.idem Bart in rep.l.1.nu.1.C.de Sacr.Sanct.Eccle.& in l.Theopompus n.4. ff.de dote prælegat. Pariſ.conſil.83.nu.29. lib.2. & conſil.45.n.13. lib.3.& Iaſ.conſil. 110.n.3. libr.1. Socin. conſil.49.lib.4.Iul. Clar. lib.3. §.teſtamentum. quæſt.6.nu 6. Cou.r.dicit communem in c.cum tibi.nu. 12.de teſtam.Valaſ.conſult.145.n.5. aliter tamen quando teſtamentū ad pias cauſas non valet per verba nunciatiua, quoniam tota ſubſtantia teſtamenti conſiſtit in ex pretione hæredis, qui de iure c.& ff.eſt exprimendus propria voce teſtatoris. vt eſt text.in l.proxime. ff. de his,quæ in teſt.de lent.& l.iubemus. C.de teſtam. & §. ante hæredis. inſt. delegat.de iure tamen auth. poteſt teſtator per ſe, aut per alium nomē hæredis inſcribere. auth. vt ſponſal. larg. §.quia vero. coll.9. aut ad interrogationē alterius reſpondere. puta ſi aliquis dicat, inſtituis Titium hæredem,& teſtator dicat ſic,tunc valebit talis inſtitutio.ex gl.verb. quemadmodum.in l.iubemus.vbi Doct.C. de teſtam.& l.Pamphalo.§.propoſitum.ff. delegat.3.& Gam.deciſ.46.num.5.

84 Teſtamentū tamen non poteſt fieri per nutum,aut ſignum teſtatoris, ſed eſt faciēdum per expreſsionē vocis, aut per ſcriptturam lectam coram teſtibus ſi eſt apertū, vt tenet Bald.Angel.Iaſ.nu.4. & alij.in l. iubemus. C. de teſtam. idem Bald. in l.in fraudem. §.1.ff.de teſtam.mil. idem Bald. & Paul.de Caſtr.in l.& in Epiſtola C.de fidei commiſſ.quamuis ad pias cauſas beneualeat teſtamentum nutu factum,de æquitate iuris canonici. videlicet quando quis annuit teſtibus præſentibus,ad locutionē alterius,& dicitur tunc facere teſtamentū nuncupatiuum, & validū quòad pias cauſas. ex gloſſ.verb. diſpoſitionem. in c.cum tibi. vbi Doct.de teſtam. Corn. in l.iubemus. num 26. Alex.nu.3.& alij. C.de teſtam. Bald. in l.1. C.de Sacr.Sanct. Eccleſ. Aret.in l.in eo, qui. ad fin.ff.qui teſt.facer. poſſ. Bauer.in prin. nu.76. inſt.de teſtam. Iul.Clar lib.3. §.teſtamentum. quæſt.6.nu. 7. Merg. conſil.38. num.27. Leo.in tract. noui op.cap.2. num.4.

85 Legata tamen, & fidei commiſſa bene poſſunt nutu relinqui. ab illo, qui loqui poteſt: aut non eſt mutus à natura. l.nutu. vbi gloſſ.verb.nutu,& Doct.ff.delegat.3.& Doct.in l.& in Epiſtola. C.de fid.commiſſ. Doct.in c.cum tibi.de teſtam. Socin.cōſil. 20. lib.4. Pariſ.conſil.in conſil.3. num.38. lib.3. Ant.Gom. in l.3. Taur. num.111.& nu.113.& in titul.deleg.nu.2. & Franc.de Cal.l. denominat.quæſt.1.nu.21.

86 Teſtamentum conditum à balbutiante, valet,& à quocumq́ʒ, corporis infirmitate detento, cum tamen à teſtibus intelligatur, & non ſit à mente alienatus, quamuis ſit in extremo vitæ exitu, quoniam ſi per prolationem verborū conſtat de volūtate teſtatoris, remanet vera inſtitutio. l.quoniā. vbi Bart Bald.Ang Alex.Iaſ.& omnes. C.de teſtam.idem Angel Bald.& Iaſ.nu.2. in l.iubemus.eodem titul. & l.2. vbi etiam notant ſcribentes. ff.qui teſt. facer. poſſ.& l.in aduerſa ff.eodem. Iaſ. in l.ſi mihi. §. 1. num.5. ff.delegat.1. Alex. in conſil.33. lib 3. Gam deciſs 46. num 6.

87 Querela inofficioſi teſtamēti durat quinquennium quamuis ius agendi ad ſupplementum duret triginta annos. l.adoleſcentiæ. vbi Doctor. C.quib cauſ. reſt.in integ. non eſt neceſſ.& l.contra maiores.vbi etiā notant Doct.& l.ſi quis filium.vbi Bald.Salicet. Iaſ nu.5.& alij. & l.ſcimus.§.illud. C. de inoffic. teſtam. licet Bart. teneat, in d. l.ſi quis filium quod etiam actio agendi ad ſupplementum tollatur quinquennio. ſed communiter reprobatur ibidem.

88 Querela inofficioſi teſtamenti tranſmittitur ad liberos ſi non fuerit extincta. l. ſi quis filium. vbi Bart. Bald. Paul.de Caſtr. Ang Salicet.Iaſ.& oēs.C.de inoffic.teſtam. & debet agitari vbi hæres habet domicilium, aut vbi eſt maior pars hæreditatis, niſi filius vtatur querela in modo cōtradictionis. l.Papinianus. §.ſi filius. vbi Doct. & l. ſuſpecta. §. fin. vbi gloſſ. vltim. ff. de inoffic. teſtam. & l. ſi fidei commiſſum.

Digitized by Google

in prin. & § ſed & reſcriptum. vbi Bart.& omnes. ff. de iud.

89 Teſtamentũ fratris,non poteſt alter frater querelare de inofficioſo, niſi ſit vtrinque coniunctus,& ſi in illo ſit inſtituta aliqua turpis, & vilis perſona, videlicet ſpurius,ſiuè concubina,aut dãnatus de aliquo maleficio irroganti infamiam, de falſo tamen bene poterit à quocunq; querelari. l.fratris, vel ſororis, vbi Doct. & l. fratres. vbi Bart.Bald.Ang.Paul.de Caſtr. Salicet. Iaſ.& omnes. C.de inoffic. teſtam. Afflict. deciſs.125.nu.2. Gam. deciſs.143. & tunc in totum corruit teſtamentum , ita vt nec legata debeantur,nec fidei commiſſa conſeruentur. vt tenet Paul.de Caſtr. Salicet. Iaſ.nu.3. & alij.in d. l.fratres.C.de inoffic. teſtam. Ang.in auth. vt cum de appellat. cogn. §.fin. coll 8. Ioan.de Imol. in l.filio præterito. ff de iniuſt.ruptoq; teſt.& Bart. num.14. Alex. col.22. in auth.ex cauſa.C. deliber.præterit. Iaſ.cõſil.71.lib.1.& Dec. in conſil.530.num.15. Bell.conſil.15.Cæſar.Vrſ.deciſs.125.num.1. ſi vero frater exhæredatus, aut præteritus, ita fuerit vilis, & turpis,ſeù infamis,ſicut ille,quem frater hæredem inſtituit. tunc nõ poterit querelare teſtamentum fratris. quoniam nullus poteſt alteri obijcere turpitudinem,quam ipſe patitur. l.in arenã.vbi Bart.Bald.Pau. de Caſtr.Fulg. Iaſ. num.3. & omnes. C.de inoffic.teſt.& gloſſ.fin.in l.fratres.vbi Salicet.& Iaſ. num 6. verſ.ſeptimo. C.eodẽ. & Angel.in l.1. ff.de inoffic.teſtam.

90 Querela inofficioſi teſtamenti habet locum inter aſcendentes,& deſcendentes, & inter fratres. l.1.vbi Bart & omnes.ff.de inoffic.teſtam. gloſſ. tamen. in l.parentibus. verb. legitimo , enumerat ſex cauſas ob quas, quis excluditur à querela inofficioſi teſtamenti,& gl.ver. non agnouiſti.in l.cũ donationibus. C.de inoffic.donat.

91 Teſtamentum non mutat actiones cõpetentes hæreditati per querelæ rupturã, ſed illo rupto, per querelam inofficioſi teſtamẽti remanent omnes actiones,ac ſi teſtamentum non fuiſſet. l. Papinianus. §.ſi ex cauſa, & l.eum qui. §.idem reſpondit. vbi Bart. Bald. & alij. ff. de inoffic.teſtam. & l.dominus. vbi Doct.ff.de vſufruct. & l. ſi maritus. vbi Paul. de Caſtr. Iaſ.& alij.C. de inoffic.teſtam.

92 Electio,donatio,ſeù nominatio,facta in teſtamẽto rupto,aut annollato,nõ reuocatur, ſi illa donatio,electio,vel nominatio, nõ dependit ab ipſo teſtamẽto,ſed a contractu, vel ab actu,qui inter viuos fieri poteſt. l. etiam ſi. vbi gloſſ.verb infirmari.& Doct. ff. de inoffic.teſt.& facit tex.in l.hæredes.§.fin. vbi gloſſ.fin.ff.de teſtam.Bald. in l.ſi auia. C.de iure delib. & Old. conſil. 10. & Rom. in conſil.171. ad fin. Ant. da Gam.deciſs.173. num.3. & deciſs.381.nu. 4. & notant Doct.in l.ex facto. §.ex facto. ff. ad trebell.

93 Impugnans teſtamẽtum,vbi ſibi relictũ fuit aliquod legatum , non poterit poſtea petere legatum , ſi ſuccubuerit , quoniam nullus debet fructum cõſequi, ex eo,quod niſus eſt impugnare. regla ex eo. vbi gloſ. 1.& communiter Doct.de regul.iur.lib 6. & l.Papinianus.§.meminiſſe.vbi etiam notant ſcribentes. ff.de inoffic.teſtam.

94 Teſtamentũ videtur approbare exhæredatus faciens aliquod pactum,vel cõtractũ,circa hæreditatẽ,cum hærede inſcripto. l.ſi proponas. §. ſi hæreditatem. vbi Bart.& omnes & l.pen.§.diuerſum.ff.de inoffic.teſt.& facit tex.in c.2.de dolo,& cõt. lib.6. & in c.ſolicitudinem. de appellat. & in l.ad ſolutionem.C.de reiud.

95 Teſtamentum eſt exhibendũ ſubſtituto, & omnis ſcriptura, quæ ad illud pertinet. l.vnica.vbi Bart.Bald.& alij. C.de tab.exhibend.& l.1.vbi Doct.& l.3. ff.eodẽ legatario tamen nõ eſt exhibendũ totum teſtamentum, ſed illa particula tantum, quæ tangit legatum.l.argentarius.§.edi.autem, vbi Doct. ff. de edend. & Bart. in Rubric. num.7. ff.de noui oper. idem Bart.Ang.& alij. in l.qui filiabus. ff. delegat.1. ſi autem aliqua eſſet dubitatio. tunc eſt edendum totum illud , ſuper quo dubium conſiſtit. facit doctrina Bart.in l.Gallus.§.idem credendum. ff.deliber.& poſthu. & Iaſ.in d. l. qui filiabus. nu.7. ff.delegat.1.

96 Teſtamentum poteſt condi a teſtatore, vbi præcipiat fieri illud, vel illud, & tunc eſt videndũ,vtrum diſiunctiuè,aut copulatiuè præcipiat. nã ſi diſiunctiuè,non obligat hæredem,niſi ad vnum tantum,& tunc ſufficit vnũ adimpleri,quoniã enumeratio pluriũ rerũ,diſiunctiuo modo cõprehenſa non facit plura legata ſed vnum tantũ. l. cum illud aut illud. vbi Doct.ff.quand.dies leg.vel fid.& l.ſi illud. vbi Bart. ff.deleg.1. & l.ſi quis ſeruum.vbi Bald.& Salicet.C.de cond.in d. & l.plerumq;. §.pen. ff.de iure dot.& cap.inter cætera.de reſcript. & § ſi plures. vbi Aret. inſt. de hæred. inſt. &

Ant.

Ant.da Gam.deciſ.174 num.4.& Cald.de nominat. quæſt.10. nu 50. ſi autem plura copulatiuè contineat. tunc non ſufficit vnum adimpleri. l.neminem. vbi Doct. ff. delegat.2. & c.ex parte. vbi ſcribentes.de reſcript.d.§.ſi plures.vbi Angel.Aret.inſt. de hæred. inſt.

97 Teſtator legans rẽ,nõ tantũ videtur legare ius,quod in ea re legata habet inactu & potentia,ſed in futuro,& in ſpe.l.ſi domus. §.fin. vbi Bart.Bald.Ang.Imol.Alex. Iaſ.n.12.& alij.& l.ſi ſic.§.fin.vbi etiã Bart. Imol.Iaſ.& omnes. ff.delegat.1. & l.ſeruũ filij.vbi Bald.Flor.Iaſ.nu.3.ff.eodem.

98. Teſtator legans rẽ alienã ſcienter obligat hæredem.vt rem illam legatã redimat, & tradat legatario, ſi poteſt, aut ſin minus tradat iuſtã æſtimationem illius.l.cũ alienam.vbi gl.verb.peti. & Doct. C.delegat. & l.nõ dubium.vbi Doct.ff.delegat.3.& §. non ſolum.& §.quod autem inſt.delegat.& l.Titia.§.1. ff.de aur.& arg.leg. & gl.verb. alieni. in c.filius noſter.de teſtam. ſi tamẽ teſtator legaret rem alienam , putans eſſe ſuam,cũ reuera non eſſet.tunc nõ valet legatum niſi ſit relictũ perſonæ coniunctæ, cui aliàs teſtator erat relicturus, aut ſi aliquod ius habet in re aliena. non videtur tunc legare, niſi illud ius, quod in ea habet. d. l.ſeruum filij. §.fin. vbi Bart. Bald. Angel.Imol.Paul de Caſt.Alex.Iaſ.& omnes. ff. delegat.1. idem Iaſ.in d. l. ſeruum filij. num 9. in prin.

99 Teſtator in dubio nõ videtur velle grauare hæredem ſuum,aut ſi illũ grauet,erit quam minus fieri poteſt. l. Titia § qui in vita.& l.vnum ex familia. §.ſi rem. ff.delegat.2.& Iaſ.in l.ſi domus.§.ſi fundus.n.10. ff.delegat.1. & Socin.Iun.conſil 9.n.4 lib. 1. & Dec.in l.ſemper in obſcuris.n.2.ff.de regul.iur.Afflict.deci.44.Cæſar.Vrſ ibidẽ. num.16.vnde diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu non extenditur ad alium.l.cõmodiſsime. vbi Bart. & omnes. ff. deliber. & poſthu. Pariſ.cõſil.87.n.50.lib.2.niſi aliud colligatur ex mẽte teſtatoris,quæ ſemper eſt attendẽda,& ſi ſubeſt coniectura,quòd teſtator voluiſſet , tunc diſpoſitio facta in vno caſu extenditur ad aliũ l.Titius.§ Lucius.vbi Doct.ff.delib.& poſthu. & Dec.in l.ſi mater.num.2 verſ.ſed iſte.C.de inſt.& ſubſt.Iul.Clar.d.§.teſtamentũ.q.76.n.10.

100 Voluntas enim teſtatoris colligitur ex ſimilitudine verborum, & de vna cõiectu rata re in aliam. l.1. vbi Doct. ff.de rebus dub.& l.ſi quis in principio. ff.delegat.3.& Alex.de Imol. in conſil.115. col.7. libr.3. Afflict.deciſ.44.nu.10.& Aymon.cõſil.32. nu.6 Cæſar.Vrſ.deciſ.44.n.16.Pariſ.cõſi. 73.n.48.lib.2.& conſi.72.n.42.lib.4.Curt. Iun.cõſil.57.n.6.& Iul.Clar.§.teſtamentũ. q 76. n.2.& ſecundũ id,quod eſt par credere. l.cũ in teſtamento. & l. quæ hæredi.ff. de reb.dub.& Afflict. d.dec.44.n.11.

101 Voluntas tamen defuncti contra ius, & legum diſpoſitionem, non eſt obſeruanda, quia nemo poteſt in ſuo teſtamẽto cauere ne in eo leges locum habeant,& ſic tollere non poteſt formam traditam à iure,in cõdendo teſtamento. l nemo. vbi gloſſ.1. & Bart.Bald.Aret.Caſtr.Alex.Salic.Flor. Iaſ. & oẽs.& l.ſi quis Inquilinos.§ ſi quis ſcripſerit.vbi etiã Doct.ff.deleg.1.& c.requiſiſti.vbi etiã notant ſcribentes,& c.tua nobis.de teſta. & l.ſi quæramus.ff.de teſtam.

102 Teſtator poteſt legem rebus ſuis imponere, & priuare hæredem,ſeù legatariũ relicto , ſi controuerſiam moueant, aut non adimplerent conditionem impoſitam , & ſimilia. l.Lucius. §. plures. ff.ad treb. & l. verbis legis. ff.de verb.ſign. & l. ſi rerum. vbi Bald.& Salic.C de donat.quæ ſubmod. auth. cui relictum. C de iud. viduit. coll. & auth.excipitur.C.de bon.quælib.& authent.vt liceat.matr.& auiæ.in prin.coll.8. & c.verũ.de cond appoſit.Bald.in Rubric. C. de his, quæ pœn.nomin.Paul de Caſtr. in d. l.Lucius.§.tres.n.3. ff.ad trebell.Valaſc.conſult.174. num.4. & poteſt ponere pœnam ſuis hæredibus,& priuare hæreditate, ſi non paruerint ſuæ voluntati , dum tamen ſit iuſtum,licitum, & honeſtũ,quod iuſſerit. l.vnica. vbi Doctor C de his quæ pœn.nomin.& l.reprimenda. C.de inſt.& ſubſt.& l.quidam in ſuo.ff.de cond.inſt. & § pœnæ quoq;.vbi Ang inſt.delegat ſi autem aliquid ineptum,& irrationabile iuſſerit nõ tenetur tunc hæres, ſeù legatarius parere. puta ſi teſtator iuberet ſub certa pœna.vt hæres,vel legatarius filios emanciparet, aut domos legatas diſtrueret, aut in ſocietate cadaueris adhiberet aliqua chorea, vel ſimilia. talis voluntas eſt reijcienda, ac ſi impoſita non fuiſſet. l.ſeruo. §.ineptas.& l.filios familias. §.ſed ſi liberos.& §.ædes. ff.delegat.1. & l.quidam in ſuo teſtamento. ff.de cond.inſt.& l fin.ff.de aur. & arg.legat. & l. hæreditas. §.1. ff.de pet.hæred.& l.non oportet.vbi gloſſ.C.de his quib. vt indign.

Digitized by Google

103 Teſtator non intelligitur reuocare legatum, illud pignerando, aut hypothecādo, ſed hæres tenetur illud liberare. l. qui poſt teſtamentum. vbi Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. C. delegat. & §. ſi rem inſt. eodem aliter tamen eſt in alienatione. nam ſi teſtator voluntariè alienaret rem legatā intelligitur reuocare legatum. ſecùs tamen ſi ex neceſsitate illā alienaret. l. rem legatam. vbi Doctor. ff. de adimend. leg. & l. fidei commiſſa, §. ſi rem ſuam. ff. delegat 3. Paul. de Caſtr. Iaſ & alij. in d. l. quæ poſt teſtamentum. C. delegat. & Doct. in §. ſi rem ſuam. inſt. delegat. & ita ſi teſtator pigneraſſet rem legatam tanti, quanti valeret, nam tunc intelligitur illā alienare. vt tenet Paul. de Caſtr. Iaſ. nu. 2. & alij. in d. l. quæ poſt teſtamentū. C. delegat. & Bart. in d. l. rem legatam. nu. 9. ff. de adimend. legat. & in l. qui habebat. n. 2. ff. delegat. 3. niſi ex affectio rei, aut aliqua cōiectura colligeretur teſtatorem voluiſſe, vt hæres rem illā redimeret, & liberaret. quia tunc non extingueretur legatum, ſed hæres teneretur illud redimere. vt tenet Paul. & Iaſ. in d. l. quæ poſt teſtamentū. C. deleg.

104 Voluntatem defuncti poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ex iuſta cauſa commutare. vt habetur. in Cōcil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat. & dixi ſuprà verb. Epiſcopus. §. 10.

105 Teſtamentorum executio cōpetit Epiſcopo, quamuis teſtator hoc interdicat. c. tua nobis & c. Ioannes. vbi Doct. de teſtam. & c. ſi hæres. eodem tit. & clem. vnica. vbi Ioan. And. & alij. de teſtam. & l. hæreditas. ff. de pet. hæred. & l. nulli licere. & ibi Bald. & omnes. C. de Epiſ. & Cler. & gloſſ. verb. leges. in c. nos quidem. de teſtam. & Abb. ibidem. nu. 11. & Paul. de Caſtr. conſil. 97. col. 2. lib. 1. nam ſi teſtator dicat, vt ſuus teſtamentarius, ſeù adminiſtrator alicuius oneris miſſarum, vel aliarum rerum piarum, non det rationem ſuæ adminiſtrationis, talis voluntas tanquàm inepta, non eſt obſeruanda. d. c. tua nobis. vbi gl. verb. interdicit. & Abb. nu. 5. de teſtam. & auth. de Ecclef. tit. §. ſi quis autem. coll. 9. & Ant. da Gam. deciſs. 157.

106 Teſtamenti executio eſt excutiēda intra annum, & diem. c. nos quidē, & c. ſi hæres. vbi Doct. de teſtam. & auth. de Eccleſ. tit. §. ſi quis ædificationem. vbi Doct. coll. 9. & ſi hæres intra illum annum, & diem, nō adimpleat diſpoſitionem defuncti, & fuerit monitus à iudice, & cōtennat ipſo iure remanet priuatus hæreditate. auth. hoc amplius vbi Bart. Bald. Ang. Salicet. Fulg. Iaſ. & omnes. C. de fid. cōmiſſ & c. Syluester. 11. quæſt. 1. ſi vero hæres ſit filius, nepos, aſcendens, vel deſcendens. cui debetur legitima iure naturæ non poterit priuari ſua legitima, quamuis non adimpleat diſpoſitionem teſtatoris. d. auth. hoc amplius. vbi gloſſ. verb. naturale, & Doct. C. de fid. commiſſ. & gloſſ. verb. priuandum. in c. licet vniuerſis. de voto.

107 Teſtamentarius poteſt à principio non acceptare officium teſtamentarij. attamen poſtquam acceptauerit, non poteſt illud deſerere, ſed tenetur adimplere voluntatem teſtatoris. cap. Ioannes. vbi gloſſ. verb. mandatum, & Doct. & cap. tua nobis. vbi Innocent. Hoſt. Ioann. And. Ant. de Butr. Abb & alij de teſtam. & cap. 2. §. ſane. vbi gloſſ. verb. expreſſerit, & Ioann. Monach. Arch. Ioan. And. & omnes. de teſtam. libr. 6. & facit text. in l. incommodato. §. ſicut. ff. commod. & in l. ſi quis alicui. §. qui mādatum. ff. mand. & l. 3. §. 1. ff. de arb. & in l. inuitus. C. de procurat.

108 Teſtamentarij vniuerſales ad executionem teſtamēti, & adimplendam voluntatē teſtatoris, habentur loco hæredum. vnde ſi quis relinqueret animam ſuam, vel pauperes hæredes, & illis adhiberet vniuerſalem teſtamentarium ſufficeret, vt teſtamētum ſuſtineatur, & non corruat propter deffectum hæredis. vt notatur. ex auth. de Eccleſ. tit. §. ſi quis in nomine. vbi Bart. coll. 9. & Doct. in c. cum tibi. de teſtam. & Rip. in l. Centurio. num. 105. ff. de vulg. & pupil. & Peralta. in l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 22. ff. delegat. 3. Alex. cōſil. 45. num. 12. verſ. nec ſecundum eum. lib. 1. & conſil. 4 nu. 13. lib. 2. & conſil. 98. in fin. lib. 2. Valaſc. conſult. 58. num. 4. Geripard. conſil. 46. num. 19.

109 Teſtamentarius particularis, non habet actionem contra hæredem niſi quatènus. in his, quæ ſunt exequenda ad legata pia. l. alio hærede. vbi Bart. ff. de aliment. vel cibar. legar. & l. Lucius. §. Mœuia. vbi Doct. ff. ad treb. & l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſc. & Cler. poterit tamen admitti per officiū iudicis ad cogendum hæredem, ſeù alium bonorum poſſeſſorem, vt tradat bona, ex quibus adimpleatur teſtamentum. & in eo relicta mādentur executioni. l. hæreditas. ff. de pet. hæred. & l. quintus ff. de

annuis

Digitized by Google

annuis Reg. Cou.ru. in c. Ioannes. num.5. de teſtam.

110 Religioſus non poteſt eſſe teſtamentarius, neq; executor vltimarum voluntatum, niſi ad hoc optiniat expreſſam licentiam ſui ſuperioris. c.religioſus. vbi Ioan. Monach. & Arch. Ioan. And. & omnes, de teſtam. libr. 6. & Fel. in c. prudentiam de offic. iud. delegat. & Vital. in rep. c. Ioannes. de teſtam. & Dec. conſil. 494.

111 Prohibens teſtatorem, ne faciat teſtamẽtum, aut ne liberè diſponat de ſuis bonis, ſicut voluerit, punitur criminaliter, & priuatur ab illa hæreditate, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato. l. 1. & 2. & per totum. vbi notant Doct. C. ſi quis aliquem teſt. proh. & l. ſi ſcriptis. ff. de his quæ, vt indig. & pœna, qua puniri debet ille, qui prohibet teſtatorem ne faciat teſtamẽtum erit arbitraria, vt notant Doct. in l. Paulus ff. de falſ. & tenet Boſſ. in titul. de his qui prohibent aliquem teſt. nu. 1. Socin. Iun. conſil. 148. lib. 2. Iaſ. conſil. 31. lib. 1. Corn. conſil. 56. lib. 1. & conſil. 209. lib. 2. & cõſil. 210. lib. 4. & Socin. conſil. 105. lib. 1. & ſi iſte, qui prohibuit teſtatorẽ, ne faceret teſtamentum, erat proximior, cui hæreditas erat venienda ab inteſtato, tunc hæreditas applicatur fiſco. l. 1. vbi gloſſ. verb. fiſco. & Doct. ff. ſi quis aliquem teſt. proh. & l. Marcellus. §. ſi is qui. vbi Alex. ff. ad trebel. & gloſſ. verb. peti poterunt, in l. hæreditas C. de his quib. vt indig. ſi autẽ erat remotior, tunc non præiudicatur illi, cui hæreditas erat venienda, aut ſi plures erant in gradu æquali, & vnus tãtum compullit teſtatorẽ, vt illum ſolum heredem inſtituat, tũc ille ſol9 priuabitur ſua parte hæreditatis, quia delictũ vnius non debet redũdare in damnum alterius. l. ſi quis dolo. vbi Doct. ff ſi quis aliquẽ teſtari prohib. & gl. verb. fiſco. vbi Bart. in l. 1. ff. codẽ, facit tex. in l. Polla. vbi Doct. C. de his quib. vt indign. Iaſ. in Rubric. n. 1. C. ſi quis aliquẽ teſt. prohib.

112 Prohibẽs aliquem teſtari etiam tenetur in duplum illi, quẽ teſtator inſtituere volebat hæredem, vt tenet Ang. Fulg. Iaſ. & alij in l. 2. C. ſi quis aliquem teſtar. prohib. & teſtamẽtum remanet nullum. facit text. in l. qui teſtamento. §. fin. ff. qui teſt. facer. poſſ. & Iaſ. in Rubric. no. 3. C. ſi quis aliquẽ teſt. proh. Imol. in l. 1. ff. de teſtam. blando tamen ſermone poteſt quicumq; prouocare teſtatorem, vt faciat teſtamẽtum, & eum inſtituat, dum tamen non interueniat vis, dolus, vel metus, aut aliqua mina nam ſi aliqua coactio interueniat, mina aut verbera, non valebit teſtamentum, nec talis inſtitutio. l. fin. vbi Doct. ff. ſi quis aliquem. teſt. proh. & tenet Salicet. Paul. de Caſtr. Iaſ. nu 4. in Rubric. C. eodem. Afflict. dec. 69. & Cæſar vrſ. ibidem. nu. 1. & Bart. in l. Lucius. §. ſempronia. ff. de legat. 2. ſi tamen præces fuiſſent importunæ alicuius ſuperioris, obtinerent vim coactionis. nam bene inducũt præces importunæ mariti, vim & coactionem circa mulierẽ, vt tenet Hieronym. Gig. in tractat. de crimin. læſæ, maieſt. lib. 3. fol. 169. Alex. in conſil. 33. libr. 5. Gram. cõſil. 20. lib. 1. Cæſar vrſ. dec. 69. nu. 3. & etiam metus reuerẽtialis mulieris ſufficit ad annullandum illius teſtamentum, quia ſi maritus illo reuerentiali metu coegit mulierem, vt eum hæredem inſtituat, aut illi legatum relinquat, per idem eſt, ac ſi illi vim intuliſſet vt optime reſoluit. Afflict. dec. 69. nu. 4.

113 Et ita ſi teſtator prius feciſſet teſtamentum, & aliquis blandicijs. vel falſis adulationibus, eum induceret, vt eum inſtitueret, vel illius filium, nepotem, ſeù fratrem, & auferret hæreditatem ab illo, quem hæredem inſtitutum habebat, & tũc licet teſtamentum valeat, poterit tamen primus inſtitutus illud remouere per actionem de dolo, vel in factum. vt tenet Ang. & Iaſ. nu. 5. in Rubric. C. ſi quis aliquẽ teſt. prohib. idem Ang. in l. nõ enim ff. de in offic. teſt. & Bart. Veron. Cautel. 62.

Verbo Teſtis.

1 TEſtis dicitur a teſtificãdo, & olim teſtes appellabantur ſuperſtites, ſeù antiſtites, eo quòd ſuper cauſæ ſtatu proferebantur, hodie vero parte nominis ablata vocantur teſtes. c. forus. vbi gloſſ. verb. parte. de verb. ſign. Alciat. libr. 2. Parergitur. cap. 24. & put. de verb. iur. verb. teſtes. ſumma Angel. verb. teſtes. in prin.

2 Teſtium edictum eſt prohibitorium, l. 1. vbi Doct. ff de teſt & gl. ver. cũ ſint. in c. cũ R. de offic. iu l. deleg. & gl verb. in teſtẽ in c. fin. de teſt. lib. 6. & gloſſ. fin. in c. 1. in 3. quæſt. 5. vnde quicumq; non inuenitur prohibitus teſtificari poteſt. & quæ perſonæ teſtificari non poſſunt propter conditionem, ſexum, ætatem, diſcritionẽ, famã, fortunam, fidem, ſunt illi, qui à iure prohibentur quos hic recenſeo.

Digitized by Google

non poteſt in alijs caſibus, præter contra hæreticum, licet ſit contra excommunicatum cum enim excommunicatus non tolleretur ab Eccleſia, & à communione fidelium ſit ſeparatus, in teſtimonium admitti non poteſt. cap veniens. 2. in fin. de teſt & cap. decernimus. vbi gloſſ. verb. & teſtificando. Ioan. And. & alij. de ſent. excōmunicat. lib 6. ſpecul. in titul. de teſt §. 1. verſ. ſed nunc excommunicatus, & Doct in cap. pia. de except. lib 6.

9 Quintò, pater aut mater, non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui filij, vel alicuius deſcendentis, nec filius, aut deſcendēs in cauſa patris, ſeù alicuius aſcendentis, nec pro illis, nec contrà illos. l. qui teſtamento. §. quæ autem. vbi Bart. num. 1. ff. de teſtam. & l. parentes. vbi gloſſ. 1. & Bart. Bald. Angel. Salicet. & omnes. C. de teſt. & l. videamus. vbi Iaſ. num 14. ff. de in litem iur. & §. in teſtibus. inſt. de teſtament. Abb. in c. litteras. num. 8. de præſumpt. & ſiuè filius ſit in poteſtate patris, ſiuè non. ex gloſſ. verb. parentes. in d. l. parentes. & tenet Bart. ibi & in d. l. qui teſtamento. § quæcumq́ꝫ. in cauſa tamen matrimoniali, quādo ægitur ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum, admittuntur parētes, & cōſanguinei. quia præſumitur, quòd parentes, & conſanguinei melius ſciant ſuam genelogiam, quàm alij, extranei, non facient tamen plenam fidem. cap videtur. vbi gloſſ. verb. legibus. & Ant. de Butr. nu. 2. Abb. num. 2. Anan. num. 1. Alc. num 4. Fel. nu. 2. & omnes. qui matr. accuſ. poſſ. & cap. 1. & 2. in 35. quæſt. 6. & cap. cum in tua. deſponſal. & gloſſ. 1. in cap. ſuper eo. 2. de teſt. & cap. licet ex quadam. eodem tit. vbi tamē eſt diſparitas inter virum, & fœminam, quæ illum in virum poſtulat. videlicet, quia vir eſt nobilior, aut ditior. tunc non poſſunt parentes teſtificari, nec quādo agitur de alio, quàm de genelogia. nam ſi mulier peteret aliquem in virum, quia vir promiſerat, aut iuraret eam ducere in vxorem. tunc non admittuntur parentes in teſtimoniū ad probanda ſponſalia, quia tunc in manu mulieris eſt adhibere ſufficientes teſtes, ad probanda ſponſalia, & parentes ſemper deſiderant incrementa & honorem filijs. d. cap ſuper eo. 2. vbi gloſ. 1. & Doct. de teſt. & Abb in d. cap. videtur. num. 6. qui matr. accuſ. poſſ.

10 Parentes etiam admittuntur ad probādam ætatem filiorum quia melius præſumitur illos ſcire illorum ætatem, quàm extraneos, ſed tamen plenè non probant. vt tenet Bald. & Salicet. num. 7. in l. ſi minorem. C. de in integr. reſt. Aymon. de antiquit. temp. fol. 69. num. 85. Rolland. à Vall. conſil. 31. nu. 3. lib. 1. & Doct. in l. de ætate. ff. de minor. Cald. in rep. l. ſi curatorem. verb. minoribus. num. 13. C. de in integ. reſt. minor. Paul. de Caſtr. conſil. 124. lib. 1. gloſſ. 1. in l. etiam matris. ff. de probat.

11 Sextò, vxor, & vir tanquàm domeſtici, & propter vinculum coniugale, & affectionem teſtificari non poteſt vnus pro altero, nec vnus contra alium. l. etiam vbi gl. fin. & Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Salicet. & alij. C. de teſt. & gloſſ. verb. domeſtico. in l. ſed & ſi quis. vbi Iaſ. num. 2. ff. ſi quis caut. & l. 1. §. ſi vir. vbi gloſſ. verb. vna domus. & Doct. ff. ad Silan. & gloſſ. verb. in ea re. §. in teſtibus. inſt. de teſtam. & gloſſ. in l. quicumq́ꝫ. C. de re milit. lib. 12. & gloſſ. verb. imperarari. in c. ſi teſtes. §. idonei. 4. quæſt. 3. Abb. in c. in litteris. num 7. de teſt. Bart. in l. qui teſtamento. §. 2. nu. 9. ff. de teſtam. & ita obſeruat praxis.

12 Nec concubina quia etiam vir, & concubina fiunt in carne vna, & non poſſunt teſtificari vnus pro altero. vt tenet Bald. Ang. & Iaſ. n. 3. in d. l. ſed, & ſiquis. ff. ſi quis. caut. & gloſſ. fin. in l. etiam iure. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. C. de teſt. nam concubina parum differt ab vxore. l. item legato. §. parui ff. de legat. 3. hoc tamen eſt intelligendum inſpecto iure naturali. quia ſecūdum ius naturale omnis coitus erat æqualis. vt in auth quib mod. natural. effic. leg. §. ſi quis ſane. verſ. licet. coll. 6.

13 Septimò, teſtes infames non ſunt admittendi ad teſtificandum, ſicut ſunt latrones manifeſti, & periuri, & cæteri eiuſmodi. cap. ex parte. & cap. ſuper. 1. & cap. teſtimonium. vbi notant communiter Doct. & cap. fin. de teſt. & cap. 1. vbi Abb. num. 4. de purg. can. & cap. accuſatus. § licet. vbi Dominic. Ioann. Andr. Arch & alij. de hæret. libr. 6. & cap. quicumq́ꝫ. 6. quæſt. 1. & cap. paruuli, & cap. ſi quis conuictus. 22. quæſt. 5. & cap per tuas. 1. vbi gloſſ. verb. furti. & gl. verb. emendari. de ſimon. Alb in tract. de teſtib. §. conſequenter. num. 7. libr. 1. Bertran. conſil. 203. num. 4. lib. 7. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 24 numer. 13. quoniam teſtes non debent eſſe infames, nec ſuſpecti, ſed integri, & omni exceptione maiores cap. licet ex quadam. de teſt. & c. forus.

de verb. ſign. vbi gloſſ. verb. integer. & c. præterea de teſt. cogẽd. & c. teſtes 2. quæſt. 7. & c. 1. de except. auth. de teſtib. §. Sancimus, coll. 7. & l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſt. & Abb. vbi ſupra Alex. conſil. 32. nu. 6. lib 7. & Doct. in c. licet. de probat. ſi tamen infames infamia facti non fuerint conuicti, ſed appareant emendati poterunt admitti ad teſtificandum in defectu aliorum teſtiũ l. ob carmen. ff de teſt. & l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœn. & Aret. in c. 1. num. 40. de accuſat. Abb. in c. fin. num. 3. de teſt. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. quæſt. 24. num. 13. quando tamen teſtis infamis admittitur ad teſtificandum. nunquam admittitur niſi cum tortura, ſiue ſit infamis infamia iuris, ſiuè infamia facti. vt excommuni reſoluit Boſſ. in titul. de tortur. teſt. num. 3. in crimine tamen hæreſis, & læſæ maieſtatis, & ſimoniæ. admittuntur infames ad teſtificandum. c. licet Hely. & c. per tuas. 32. vbi Abb. nu. 2. de ſim. & c. vt in fidei fauorem. & c. accuſatus. §. licet. vbi Doctor. de hæret. libr. 6.

14 Octauo, inimicus capitalis non admittitur ad teſtificandum contra ſuum inimicum. c. cum oporteat. vbi Innocẽt. Ioan. And. Abb. num. 4. Anan. num 6. Fel nu. 8. Aret. num. 19. & omnes. & c. meminimus. de accuſat. & c. per tuas. 31. vbi glo. verb. inimicitias capitales. de ſim. & c. accuſatores. vbi gloſſ. 3. quæſtio. 5. & §. item in criminali. 4 quæſt. 3. & auth. ſi teſtis. vbi Doctor. C. de teſtibus, & l. liberi. C. de inoffic. teſt. & auth. de teſt. §. ſi vero quis dicat coll. 7. niſi inimicitia ſit procurata a parte ad effectum, vt teſtem illum repellat a teſtimonio, quia tunc non repelletur nam ſi quis accuſauit aliquem de crimine aliquo, aut illi dedit alapam, vt illum repellat a teſtimonio: quia forte illum, delictum per petrare viderat, aut ſciebat de cauſa, tunc non prodeſt illa inimicitia, quoniam aliter ex ſua malicia commodum quis reportaret vt tenet Ioan. And. in c. fin. de teſt. & Bart in l. 1. §. cum quis nu. 1. ff de quæſt. & Bald. in auth. de teſt §. ſi vero dicatur. coll. 7. & Iaſ. in l. ſi vero. nu. 8. ff. qui ſatisd. cogant.

15 Inimicitiæ capitales dicuntur oriri, quando quis membrum mutilaret, ſeù inutile feciſſet, aut graue vulnus impingeret, aut patrem, ſeù matrem filium, vel nepotem, ſeù fratrem inter fecit, ſeù defor- mauit illi, qui remanet inimicus, vel adulterium comiſit cum vxore alterius eorum & etiam dicitur inimicus capitalis ad effectum ne inuicem vnus contra alium in aliqua cauſa teſtis exiſtere poſsit. vbi inter eos proponitur lis criminalis, aut ciuilis, in qua agitur de omnibus bonis, aut maiori parte illorum, aut de ſtatu hominis, facit text. in l. illi quidem. ff. quod met. cauſ. & gloſſ. verb capitales in l. licet. ff. de arb. & gloſſ. verb. quæſtiones. in auth. de teſt. §. ſi vero, quis dicat coll. 7. & §. item propter litem vbi Angel. Aret. inſt. de excur. tut. & c. 1. §. illum autẽ de reſt. ſpol. libr. 6. & gloſſ verb. inimicos, vbi Innocent. Ioan. And. Abb. num. 4. & alij de accuſat. idem Abb in c. 1. num. 3. Dec. lect. 1. nu 5. Berous. nu. 19 Alciat. num. 4. & alij. de iud. idem Abb. in c. accedens. 4. num. 3. vt lit. non conteſt. Bart. in l. 3. num. 2. ff. de teſt. Tiraquel. de nobilit. cap 31. num. 38. & ita obſeruat. praxis. nec eſt verum illud, quod nonnulli aſſerunt de inimicitia orta ex lite extingui cum ipſa lite, ſed potius multum poſtea durat. vt tenet Aret. in d. c. 1. de iud. Gom. in §. rurſus nu. 25. inſt. de act. & Innocent. in d. c. cum oporteat. num. 6. de accuſat. Fel. ibidem. nu. 10 alij autem dicunt totum hoc de capitalibus inimicitijs, & non capitalibus eſſe relinquendum in arbitrio iudicis conſideratis circunſtantijs, & qualitate perſonarum & grauitate inimicitiarum, vt tenet Ioan. And. in d. c. cum oporteat. Marſil. in l. 1. § præterea. num. 53. ff. de quæſt. & Fel. in c. repellantur. nu. 3. de accuſat. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 24. num. 6. & quamuis prima ſit obſeruanda, quia praxis eam admittit præſertim in noſtra Luſitania. hanc veriorem exiſtimo. & teneo mente quòd generaliter repellitur inimicus capitalis a teſtificando contra inimicum, etiam in cauſa læſæ maieſtatis. ex text. in cap. per tuas de ſimon. quem Doct. ad hoc reputant ſingularem. vt inquit. Marſil. conſil. 65. num. 20. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 24 num. 5.

16 Teſtes vero, qui non ſunt inimici capitales admittuntur ad teſtificandum., ſed non faciunt plenam fidem c. Inquiſitionis §. tertiæ. vbi Abb. num. 11. de accuſat. & auth. ſi teſtis § fin. vbi Doctor. C. de teſt. & auth. de teſtib. § ſi vero quis dicat. vbi Doctor. coll. 7. & gloſſ. verb. ſed nunquid in c. accedens 4. vt lit. non conteſt. & dicit cõmunem Alb. in d. auth. ſi teſtis. nu 3.

C. de

C.de teſt. & Iul.Clar. lib.5. §.fin. quæſtio. 24 num.5.

16 Inimicus etiam dicitur ille, qui copulauit amicitiam, & particulariter conuerſauit cum inimico meo, ſi antea cum illo non habebat illam particularem amicitiã, & tunc detrahitur de fide ſui teſtimonij, & remanet valde ſuſpectus. vt tenet Abb. poſt alios in cap.cum oporteat. num.1.de accuſat. Bart.in l.ſciendum.§.ſi accuſatio. num.1. ff.delegat. & gloſſ.verb cum inimicis. in l.1. §.cum patronus. ff. de offic. præfect. vrb. & Dec. in l.conſil. §.Socij. num 3. ff.de regul.iur. & cap.ſi inimicus. 93. diſt.

17 Cohabitans etiam cum inimicis, redditur ſuſpectus, & diminuit fidem ſui teſtimonij. cap. repellantur. vbi gloſſ. verb. cohabitantes, & Doct.de accuſat. & etiam notant ſcribentes in cap.cum oporteat. eodem titul. quoniam omnes cohabitantes dicuntur domeſtici. ex Ant.Gabr. de teſt.concluſ.10. num.3. & Socin.in conſil. 17. verſ. verum prædictis. libr.1. & Dec. conſil.133. verſ.primo ergo.& Valaſc.cõſult 45. num.2.

18 Teſtes, domeſtici, & illi, quibus poteſt imperari de iure, vel defacto non ſunt idonei teſtes, nec faciunt plenam probationem, quamuis admitti poſsint. cap. In litteris. vbi gloſſ.verb. de familia, & Doctor.de teſt. & l.2. vbi Bald. num.1. Salicet. & omnes. C. de teſt. & l. teſtes. ff. de teſt. & l. teſtis idoneus. vbi Iacob. num.3. verſ.quid autem. in familiaribus.ff.eodem titul. Angel. in l.quoniam. numer.5. C. de teſt. ſpeculat. in titul.de teſt. §.1. verſ.itẽ excipitur quod non eſt idoneus. & Ant. Gabr. vbi ſupra. nu.4. Bald. in c.inſinuante. de offic. iud. delegat.& conſil.50. verſ. & cum illi. libr.2. & Ant.da Gam.deciſs. 287.num.2. Valaſc.conſult 45.num.5.teſtibus tamen domeſticis cum altero teſte omni exceptione maiori, bene creditur. itaq; in quocumq; negotio, vbi duo teſtes integri, & ſinè vlla exceptione ſufficiunt ſufficit vnus integer. cum duobus domeſticis, ſi fuerint probatæ vitæ,& opinionis. arg.text. in l. ſi quis ex argentarijs. §.coguntur. vbi Bald. Angel. Iaſ. & alij. ff. de edend. & idem Bald. in l.1. C. de teſt. & cõſil 1. libr.1. & Ludouic.Rom.in l.1.§. ſi ſtipulanti ff. de verbor.ſignifi. & Iaſ.in l. ſi emancipati. numer.15. C. de collat. & Alex. conſil.122. col.6. lib.4. & etiam vbi ſufficiunt duo teſtes probant tres de familia, ſi itaq; fuerint probatæ vitæ,& opinionis, & non præſumatur quòd falſò deponant. aliter enim nec tres ſufficient. cap. in litteris. vbi Innocent. Hoſt. Ioan.And. Ant.de Butr. Abb. num.3. Fel. verſ.fallit. 2. Bald. & omnes. de teſt. Iacob. in l. teſtes. numer.3. ff de teſt. Gozad. conſil. 94. num.12. Doct.in d. l.2.C. de teſt.Iaſ.in l.ſi quis. §.cogentur.num.7.ff.de edend. Alex. in l.properandum. §. ſin autem alter vera. col.4. C.de iud.& Ant.de Butr Ioan.And. Anch.in c poſtremo.de appellat.

19 De particularibus amicis dico etiam, quòd ſicut de domeſticis dicimus, ſufficere tres teſtes, vbi duo integri ſufficiebant,aut vnum integrum cum duobus domeſticis. ita in particularibus amicis. nam amicus particularis eſt ſuſpectus in cauſa ſui amici, & licet in cauſa illius admittatur in teſtem, non facit tamen plenam probationem. l.3. in prin. vbi Doct.ff.de teſt. & tenet Iaſ. in l.ſi quis. §. cogentur. num 6. ff.de edend.

20 Teſtium deffectus ſuppletur per maiorem numerum, in caſu, quo teſtes minus idonei recipi poſſunt. ſecùs tamen in quocumq; caſu, quo de iure recipi non poſſunt. l.3. § ideoq;. verſ. alias numerus.vbi gloſſ.verb. numerus, & Iacob. in princip. & alij. ff do teſt.& Imol.in l.qui teſtamento. in prin. ff.de teſtam. & Iaſ. in l.ſi vero. num.4 C.de iud.& in l.ſi quis § cogentur. num.6. ff.de edend. Aymon. in tractat.de antiquit. temp. 1.part.fol.64.à nu.17. Cæſar.Vrſ.deciſs.400.num.1.

21 Teſtis, aut prorſus à lege repellitur,aut non repellitur omnino, ſed illi diminuitur de fide. & ille, qui prorſus repellitur à lege, non eſt totaliter admittendus. & ſi fortè admittatur, nihil probat, ac ſi non examinaretur. niſi ſit ad capturam,vbi ita iudici videatur, & ad ſumendas informationes ſuper delicto, quia ad hoc ſufficit qualis, qualis probabilis ſuſpicio,& leuia indicia. vt tenet Salicet. in l. ea quidem. num 41. C de accuſat. Marian.in rep.cap. qualiter, & quando. num.108. de accuſat. & Boſſ.in titul de inquiſition. num 8. debet tamen iudex diligenter conſiderare quid ex ipſis teſtimonijs contra reum reſultet.& an ei videatur deueniendum eſſe ad decretum capturæ, ne iniuſtè aliquem detineri faciat,ſi vero teſtis non repellitur omnino à lege, tunc ſi fuerit examinatus

faciet

Digitized by Google

faciet indicium,& ad faciendum indicium eſt admittendus. facit text. in l.3. in prin. ff. de teſt.cum ibi notatis.

23 Teſtes conſanguinei admittũtur in cauſis ſuorum conſanguineorum , ita vt frater prò, & contrà fratrem admittatur in teſtem, in cauſis ciuilibus, vbi non agitur de ſtatu perſonæ, nec de omnibus bonis, aut de maiore parte illorum, nec de cauſa criminali : nec frater teſtis ſit ſubpoteſtate illius fratris , pro quo , ſiuè contra quem eſt teſtificandus. cap. litteras. cum ibi notatis à Doct.depræſumpt.& gloſ.1.in cap. inſinuante. & gloſſ.verb.cum ſint.in cap. cum R.de offic. iud. delegat. & gloſſ.verb. nec volentes. in l.parentes.vbi Bart.num. 4. C. de teſt. ſunt tamen conſanguinei ſuſpecti , & non faciunt plenam fidem pro conſanguineo. ſed illam , quæ iudici videatur. Conſiderata qualitate , vita , & ſanctimonia illius conſanguinei, ſeù fratris. qui teſtificatur. vt tenet Ioann. de Imol. in d.cap.cum R.& Iaſ.in l iubemus. num.11. C.de iud. & in rep. l.admonendi. num.180. ff. de iure iurand. Bart. in l. qui teſtamento. §.quæcumq;. num.6. ff.de teſtam. ſpecul. in titul. de teſt. §.1. verſ. idem quod eſt frater.& Hyppolit.in pract. §.1. num.8. ſi tamen conſanguineus teſtificetur inter æqualiter conſanguineos,aut vnus frater inter duos fratres facit plenam probationem, quia propter parem cõſanguinitatem ceſſat ſuſpicio. l. non ſolum. §.1. ff. de ritu nupt. & l. extraneo. §.1.ff. de quæſt.& facit text.in l.hoc quod placet. C.de quæſt.Bart. d.§ quæcumq;.nu.8.

24 Compater & patrinus non eſt idoneus teſtis in cauſa ſui compatris, ſeu filij ſpiritualis. vt tenet Bald. in l generaliter. ff. de in ius vocand. & Salicet. in l.teſtis idoneus. ff de teſt. Iaſ.in l.apertiſsimi. num. 7. verſ.& è contrà. C. de Iud. ſi enim damus conſanguineos nõ eſſe teſtes idoneos in cauſis ſuorum conſanguineorum, maiori ratione idem incognatione ſpirituali dicere debemus, vnde compater,aut filius ſpiritualis admittitur ad accuſandum, pro iniuria,vel offenſa facta eius compatri,ſeù patri ſpirituali. vt tenet Bald. in l.1.num. 57. C.qui accuſar.non poſſ.Plac.lib.1.delict. cap.40. num.11.

25 Nonò, in teſtamento non poſſunt eſſe teſtes impuberes,ſerui, furioſi mutus,ſurdus, nec is, cui bonis interdictum eſt neq; illi,quos leges iubent eſſe inteſtabiles regulariter,neq; etiam mulieres regulariter. l.qui teſtamẽto. ff.de teſta.& §.teſtes. inſt. de teſtam.nec is,qui eſt in poteſtate teſtatoris. neq; pater in teſtamẽto filij,nec hæres in teſtamento inſtitutus. §. in teſtibus. & §.ſed neq; hæres inſt.de teſtam.& l. qui teſtamento. ff.de teſtam.& inſpicitur tempus,quo teſtis ſignat teſtamẽtum,vtrum eo tempore ſit habilis, aut non l.ad teſtium. §.1. ff. de teſtam. & l.1. vbi Doctor. C. de teſtam.ſcriptor teſtamenti bene poſſet eſſe teſtis. l.domitius. vbi Doct ff.de teſtam. niſi fuerit ſeruus , quia licet ſeruus poſsit ſcribere teſtamentum non poteſt tamen in illo eſſe teſtis. l.1. vbi Doct. ff de teſtam & l.1.vbi etiam notant ſcribentes. C. eodem.

26 Teſtis in teſtamento poteſt eſſe legatarius , aut fidei commiſſarius , aut dictans teſtamentum , & ſufficiunt ſeptem legatarij. vbi ſeptem teſtes requiruntur,aut pauciores, vbi minor numerus teſtium ſufficit. l.qui teſtamento. ff qui teſt.facer.poſſ. & l. ſi quis. vbi gloſſ.verb. ſignauerint. & Doct. ff. de rebus dub. & l.dictantibus.vbi Bald. Salicet. Alex. Iaſ.& alij. C.de teſtam. & §.legatarijs. vbi Doctor. inſt.de teſtam. Abb. in c.in ſuper. nu.9.de teſtib.& Iaſ.in l.quoties. num.12. C.de iud. & dixi ſupra verb teſtamentum. §.29.

27 Socius poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui ſocij, vel ſui Collegij, Eccleſiæ,Monaſterij, vel ſuæ Vniuerſitatis. ſi commodum principaliter ad eum non expectat. cap. tertio loco. vbi Doct. de probat. & cap. & ſi Chriſtus.de iure iur.& gl.verb.cum ſint.in c.cum R.de offic.iud.delegat. Bart.in l.in tantum. nu.1. ff. de rerum diuiſ. & in l.ſed ſi hac. §.qui manu mittitur.ff.de in ius vocand. Alex.& Iaſ.in l quoties. C.de iud.& idem Iaſ in l.ſi quis nec. nu.13. ff. de reb. cred. & Arch. in ſumma. 12. quæſt. 2. & cap. in ſuper prudentia. 14. quæſt.2. Abb. in cap ſuper. num 2. & cap.cum nuntius. de teſt. Afflict. deciſs.40. num.1.& Cæſar. Vrſ. ibidem. num.2. Curt. Sen. conſil 34. col.2. Alex. in addit. ad Bart. in l.3. ff.de teſt. & ita clericus in ſua Eccleſia , ſi cauſam illam, ſuper qua teſtificandus eſt non procurat. c. in ſuper. vbi gloſſ.1. & Doct. & cap. cum nuncius. de teſt. & ſuppletur deffectus illorum, ex numero, & qualitate aliorum teſtium. vt ſupra reſoluimus. §. 19.

28 Socius tamen criminis,& muneris,non admitti-

admittitur ad teſtificandum, nec eius teſtimonium valet, ſi forte fuerit interrogatus, licet ſit in cauſa ſimoniæ. puta Titius teſtificatus eſt Sempronium commiſiſſe ſimoniam, & quòd ille feciſſet pactum, & fuiſſet mediator, aut quòd berta commiſiſſet adulterium, & ille præbuiſſet domũ, vbi illud commiſerat, & ſimiliter talis namq; teſtis nihil probat. quia teſtis de ſe confeſſus non facit fidem contrà alios. cap. 1. vbi Ant. de Butr. num. 2. Abb. num. 6. Card. & Imol. in prin. & alij de confeſſ. & cap. veniens. 10. vbi Doct. de teſt & cap. 1. vbi gloſſ. verb. mediatores. & Ioan. And. Dominic. & omnes. de teſt lib. 6. & cap. 1. & 3. in 3. quæſt. 11. & cap fin 15. quæſt. 3. & l. repeti. §. is qui. ff. de quæſt. & l. fin. C. de accuſat. & cap. fin. de teſt. cogend. & l. quoniam. vbi Bald. & Salicet. C. de teſt. ſpecul. in titul. de teſt §. 1. verſ. item quod eſt ſocius criminis, & Bald. in l. non ideo minus. col. pen. C. de accuſat. Iaſ. l. 1. §. ſi tibi. numer. 4. ff. de cond. ob turp. cauſ. Cou. ruu. in cap. quamuis pactum. 1. part. §. 6. num. 2. de pact. li. 6. Afflict. deciſſ. 369. num. 16. hæc regula tamen fallit in caſibus. in gloſſ. fin. in l. vltim. C. de accuſat. & in gloſſ. 2. in d. cap 1. de teſtib. lib. 6. Bart. tamen in d. l. repeti. § is qui. diſtinguit nam quædam ſunt delicta, quæ non committuntur principaliter in offenſam alicuius, ſeu odium. ſed propter commodum committentium, vt falſa re monetam, ſeu fabricare falſam monetam. item latrocinia, facere; nam latrones non odiunt aliquem ſed diligunt æs alterius. & iſto caſu poteſt interrogari de ſocijs. vt probatur. in l. Diuus. ff. de cuſt. reor. & l. prouinciarum, C. de fer. & l. fin. C. de mal. & mathe. qua propter fures poſſunt interrogari de ſocijs, & de receptatoribus, & ſimilibus quædam ſunt delicta, quæ committuntur principaliter in alterius iniuriam, & odium, & in illis confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs. vt in d. l. repiti. §. is qui. ff. de quæſt. & l. fin C. de accuſat. cum alijs ſupra relatis, & ita in crimine hæreſis. interrogatur confeſſus de ſocijs. cap. accuſatus. § licet. vbi Doct. de hæret. lib. 6. & dixi ſupra. §. 7.

29 Teſtes namq; inhabiles aliquando admittuntur in grauibus criminibus difficilis probationis, ad faciendum iudicium. l. conſenſu. §. ſin autem. vbi Doct. C. de repud. & cap. quoniam. vbi gloſſ. 2. & Doctor. de teſt. Alex. conſil. 64. num. 1. & 5. libr. 1. & Iaſ. in l. fin. num. 6. Bart. num. 3. & gloſſ. 1. ibidem. C. de his quib vt indign. Hyppol. in l. de minore. in prin. num. 24. ff. de quæſt. Dec. conſil. 577. num. 11. Alciat. in titul de præſumpt. gloſſ. 1. præſumpt. 47. in fin. quando enim in cauſa hæreſis læſæ maieſtatis, & ſimilibus, veritas delicti aliter haberi non poteſt, tunc in ſubſidium teſtes inhabiles admittuntur. ex Dec. conſil. 342. num. 8. hoc tamen eſt intelligendum. vt procedat quando, nec actu, nec habitu poteſt veritas delicti aliter haberi, & non ſufficit, quòd non adeſſent alij teſtes, ſed opus eſt etiam, quòd adeſſe non potuiſſent. vt inquit Ant. de Butr. in cap. tertio loco. de probat quem ſequitur Marſil. ſingul 73. & Rolland. conſil. 24. num. 67. lib. 1. & hæc eſt veritas, ne forte innocens injuſtè puniatur. nam ſi veritas delecti haberi non poteſt per iuſtam probationẽ, remaneat punitio, illius apud Deum.

30 Teſtis in re propria non eſt admittendus, ſi principaliter ad eum expectat commodum, aut incommodum litis. videlicet ſi ad illum directe res expectat, aut tenetur de euictione. l. nullus. vbi gloſſ. ff. de teſt. & l. omnibus. vbi gloſſ. verb. in re propria, & Bald. Salic. & alij. C. de teſt. & ſi deponit de facto. ex quo ſibi laus, aut vituperium obuenire poteſt non eſt idoneus, neq; ei eſt fides adhibenda. vt tenet Ant. de Butr. in cap. cum à nobis. de teſt. & in cap. ex litteris. de tranſact. & Alex. cõſil. 86. nu. 8. lib. 2. & conſil. 141. lib. 1. & Ant. da Gam. deciſs 98. num. 1.

31 Mulier de iure ciuili admittitur ad teſtificandum in cauſis ciuilibus. vbi expreſſè non inuenitur prohibita, & in criminalibus indiſtinctè admittitur. gloſ. 1. in cap. quoniam. vbi Abb. num. 2. Fel. num. 1. Dec. nu. 8. & alij. de teſt. & l. ex eo. vbi Iacob. num. 4. ff. de teſt. Ioann. And. in addit. ſpecul. in titul. de teſt. §. 1. ſub. num. 83. Gramat. conſil. 12. num. 17. Viuius lib. communq. opin. verſ. teſtis idonea & Rolland. conſil. 7. num 12. & conſil. 25 num. 13 lib. 1. Bertran. conſil. 259. num. 2. lib. 3. part. 2. Grat. conſil. 57. num. 3 lib. 2. Duenn. regula 315. limit. 2. Ant. Gom. de delict. c. 12. num. 13. Socin. conſil. 54. num. 6. libr. 3. Imol. in l. qui teſtamento. §. mulier. nu. fin. ff. de teſtam. Alex. conſil. 11. num. 6. lib. 4. Crot. de teſt. nu. 57. Rub. de teſt. nu. 37.

Iul.

Digitized by Google

Iul.Clar. libr.5. §.fin. quæſt.24. num.2. de iure vero canonico non admittitur mulier ad teſtificandum in cauſis criminalibus, niſi vbi agitur de crimine ciuiliter, aut in modum inquiſitionis ad indicium faciendum. cap. quoniam. vbi gloſſ.1. & Doct. & cap. tam litteris. de teſt. & cap. ex eo. 15. quæſt.3. & cap. mulierem. 23. quæſt.5. & c. forus. de verb. ſign. vbi gloſſ. verb. non fœmina, & Flor. in l. ex eo. ff. de teſt. Plat. Aret. & alij in §. teſtes autem. inſt. de teſtam. Dec. in l. fœminæ. num.33. ff. de reg. iur. & Ioan. de Anan. conſil.17. à num. 16 ſed hoc non obſeruatur in praxi immo tàm in foro ſeculari, quàm in foro Eccleſiaſtico admittitur mulier ad teſtificādum in cauſis criminalibus, etiā ſint cauſæ grauiores, & ita tenet Alex. conſil.24 num.2. lib.2. Cæp. in cauſ. criminal. conſil.32. & Vital. in Rubric. num.37. de teſtam. & Iul. Clar. lib.5 §.fin. quæſt.24. nu.3. & Marant. de ord. iud. 4. part. diſt.1. nu.45.

32 Inquiſitio de perſona particulari poteſt fieri præcedenti infamia, & prius eſt diſcutienda infamia, quàm inquiratur de crimine alicuius particularis, quia de criminibus occultis ſolus Deus eſt iudex. cap. qualiter.1. & cap. cum oporteat. & cap. inquiſitionis. §. tertiæ. & cap. qualiter.2. de accuſat. & cap. licet Heli. de ſimon. & cap. 1. & 2. eodem titul. lib.6. ita vt ſi in inquiſitione generali iudex nominet aliquam certam perſonam, & cōtra illam inquirat, antequàm præcedat infamia, nullam fidem facit talis inquiſitio, & remanet nulla, & nullius momenti. cap. licet. vbi Doct. de accuſat. & Abb. in cap. graue nimis. num. 9. de præb. Innocent. in c. bonæ. de elect. Bart. in l. fin. num.2. ff. de quæſt. ſi autem ille de quo inquiritur eſt præſens, & videt inquirere ſuper veritate ſuorum criminū omiſſa infamiæ inquiſitione, & tacet, & nō conqueritur, nec appellat. tunc valet talis inquiſitio. vt eſt text. in cap. ſi is cui. vbi gloſſ. verb. reclamante, & Doct. de accuſat. lib.6. & gloſſ. fin. in cap.1. vbi Franc. eodem titul. & lib.

33 Inquiſitio generalis facta ad purgandā prouinciam à malis hominibus. bene poteſt fieri à ſuperiore ex officio nulla præcedente infamia. cap. graue nimis. vbi gloſ. 1. & Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Ant. de Butr. Abb. & omnes de præb. & l. congruit. vbi Bart. num.3. ff. de offic. præſid. & notant Doct. in cap.1. de offic. iud. ord. hæc enim inquiſitio generalis eſt permiſſa. ſpecialis vero contra certam perſonam regulariter eſt prohibita, quoniam nemo punitur ſine accuſatore. l. reſcripto. §. ſi quis. ff. de muner. & honor. & dixi ſupra. §.32.

34 Teſtes in cauſis criminalibus debent examinari ab ipſiſmet iudicibus, nec debent iudices committere interrogationē, illorum notarijs, ſeu quiſitoribus. authēt. apud eloquentiſsimum. vbi Doct. de fid. inſtr. & c.2. vbi gloſſ. ver. iure prohibente, & Doct. de iud. lib.6. & auth. de teſt. §. & quoniam. & §. hæc omnia. coll.7. & gloſſ. verb. legitima in cap. at ſi clerici. de iud. & gloſſ. pen. in cap. conſtitutus. de fide. inſtr. Iul. Clar. lib.5. § fin. quæſt.26. num.1. & licet ſint egregiæ perſonæ, debent venire perſonaliter ad iudicem. vt is de fide teſtium, quæreret & informaret animum ſuū. l.3. §. idem Diuus Adrianus. ff. de teſt. & gloſſ. fin. in cap.1. de teſt. cogend. & cap. teſtes. 3. quæſt 9. gloſſ. verb. tranſmittentes. in c. conſtitutus. de fid. iuſſorib. & Iaſ. in l. ad egregias. nu.7. ff. de iure iurand. & Doct. in c. cū cauſam. de teſt. & in c. Romana. §. contrahentes. de foro comp. libr.6. & in d. auth. apud eloquentiſsimum. C. de fid. inſtr. ſi tamen de facto iudex committeret examinationem teſtium, in criminalibus notarijs, vel quæſitoribus, valerent atteſtationes illorum, cum lex diſponens in hoc procedat diſpoſitiuè, vnde nō reddit factum in contrarium nullum, l. non dubium. vbi Doct. C. de leg. & l. cum lex. vbi Paul. de Caſtr. & alij. ff. de fid. iuſſor. & Iaſ. in l.2. nu.10. ff. de liber. & poſthu. Cravet. ſuper ritu.155. magnæ curiæ. num.2. Iul. Clar. libr.5. §.fin. quæſt.26. num.2. & ſi teſtes ſint in alio territorio, iudex mittet litteras ad iudicem alterius territorij, vt teſtes examinet, vt tenet Innocent. Ioann. And. Ant. de Butr. & alij. in d. cap. conſtitutus. de fid. iuſſor. Anan. in cap. fin. num. 3. de collat. de reg. Curt. Sen. de teſt. concluſ. 29. num.61. Socin. Iun. conſil.60. nu. 7. libr.2. Boſſ. in titul. de oppoſit. contrà teſt. num.10. Bald. in auth. apud eloquentiſsimum. num.2. C. de fid. inſtr. Grammat. conſil. crim.41. num.16. Afflict. ſuper. 1. part. conſt. Regni. Rubric. ſi in prin. nu.2. & ita dico de teſtibus. in matrimonialibus cauſis, vt colligitur ex tex. in cap.1. de cōſang. & affin.

35 In cauſis ciuilibus bene poterit iudex committere examinationem teſtium quæſitoribus,

Digitized by Google

ſitoribus, & notarijs. d. auth apud eloquẽtiſsimum. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de fid. inſtr. & auth. de teſt. §. & quoniã, vbi Ang. coll. 7 gl. verb. tranſmittentes. in c. conſtitutus. vbi Innoc. Ioan. And. de fid. iuſt. dubium tamen eſt vtrum iudex Eccleſiaſticus poſsit cõmittere examinationem teſtium in cauſis ciuilibus, quæſitoribus, ſeù notarijs ſecularibus, aut iudex ſecularis quæſitoribus, vel notarijs Eccleſiaſticis, & videtur, quòd non poſsit, nam quæſitores, ſeù notarij, non habent iuriſdictionem, quæ poſsit protogari, ſed tantum officium nudum, ſine alia iuriſdictione, & extra limites, ſui officij, miniſterij, atq; tribunalis, ad quod creati fuerunt, remanent perſonæ priuatæ tanquàm vnus quiſq; ex populo. vt notat Abb. in c. cum P. nu. 9. de fid. inſtr. Palat Rub. in Rubric. num 21. de donat. inter vir. & vxor. Rebuſ. ad leg. Gall. 1. part. pag 89. num. 43. Cou. ruu. pract. 19. col. fin. Valaſc. conſult. 9. de conſenſu tamen partium poteſt fieri illa commiſsio, aut quando iudex cõmittit vices ſuas. tunc enim poteſt fieri perſonæ priuatæ, nullam habenti iuriſdictionem, facit text. in c. præſentata de teſt. & in l. fin. C. de teſt. & tenet Bart. in d. auth. apud eloquentiſsimum. nu. 1. C. de fid. inſtr. quando iudex cõmittit vices ſuas, non eſt neceſſe conſenſus partiũ. c. ſuper quæſtionũ. §. verũ. & §. porro. de off. deleg.

36 Teſtes examinati coram iudice incompetente, nullam fidem faciunt. l. ſecundã. vbi Doct. C. de donat. & facit text. in l. ſoll. vbi etiã notãt ſcribẽtes. C. de teſt. Iaſ. in l. admonendi. in 2. lect. n. 21 ff. de iur. iur.

37 Teſtes ſi non poſſunt venire ad iudicẽ, ſicut egregiæ perſonæ, mulieres, honeſtæ, morbo impediti; & ſimiles ibit iudex ad illos examinandos; aut mittet examinatorem, in domum illorum, in cauſis ciuilibus. c. ſi quis teſtium. vbi Abb. num. 1. de teſt. & c. 2. vbi Monach. Ioan. And. Arch. & omnes. de iud. lib. 6. & cap. 1. de teſt. cogend. & l. ad perſonas egregias. vbi gloſ. 1. Bart. Bald. Ang. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & omnes. ff. de iure iurand. in criminalibus cauſis tamen debent venire ad deponendum coram iudice, niſi ſint perſonæ, quæ aliquo iuſto impedimento ſint impeditæ, quia tunc non cogentur ad iudicem venire, ſed ipſe iudex ad eas accedet. vt notat Crauet. ſuper. 142. ritu magnæ curiæ. nu. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 26. n. 2.

38 Teſtium receptio eſt facienda poſt litẽ conteſtatam, vbi lis conteſtari debet, & parte citata, nam ſi teſtes recipiantur antẽ litis conteſtationem, & ſine partis citatione, vt eos examinare videat, talis receptio erit nulla, & nullum faciet iudicium, c. in nomine domini, & c. veniens. 2. vbi Doct. de teſt. & l. ſi quando. vbi etiam notãt ſcribentes. C. de teſt. Abb. in c. 1. n. 9. de cõfeſſ. Ang. Alex. Iaſ. n. 5. & alij in l. properandũ. §. ſin autẽ reus. C. de iud. & Salicet. in l. fin. ad fin. ff. de quæſt. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 45. nu. 13. Afflict. deciſs. 28. nu. 1. in cauſa tamen libertatis, bene recipiuntur teſtes ſine litis cõteſtatione, & parte abſente per contumaciam. cap. cum olim. de teſt. aut quando examinantur ad perpetuam rei memoriam dicam infra. §. 89.

39 Teſtes minus perfecte examinati poſſunt ex officio iudicis, iterum examinari, etiam poſt dedicita teſtificata, quandò defectus examinationis prouenit à parte iudicis, vt tenet gloſſ. verb. rite. in clem. 2. de teſt. & Guil. Bald. Alb. Ang. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. in l. prætor alt. §. prætor. ff. de edend. & Doct. in c. per tuas. de teſt. & Afflict. deciſs. 35. nu. 4. Cæſar. Vrſ. ibidem. nu. 2. & etiam poteſt illos interrogare de ratione dictorum ſuorum poſt teſtificata ex officio, & non ad inſtantiam partis. et text. in c. cum clamor. vbi Doct. de teſt. & gl. in §. illud tamen in auth. de teſt.

40 Teſtes duo regulariter ſufficiũt in omni negocio, ſi ſint omni exceptione maiores. c. in omni negotio. & c. licet vniuerſis. de teſt. & cap. relatum. 1. de teſtam. & l. vbi numerus. ff. de teſt. & Deuteronom. c. 19. & gloſſ. in c. pluralis. de regul. iur. lib. 6. Dec. in d. ſectione. n. 32. ff. de regul. iur. & cõſil. 165. nu. 4. & 5. & c. ſi teſtes. §. vbi numerus. 4. quæſt. 3. in cauſa tamen ciuili, & nõ multũ ardua, ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti, aut amicus, compater, vel affinis, & alius teſtis eſt multum fidelis, & probatæ vitæ, & opinionis tunc iſti duo teſtes plene probant, quia defectus vnius ſuppletur per alterum. vt tenet Bald. in l. 1. col. 3 C. de teſt. & Salicet. in l. bonæ fidei col. 10. C. de reb. cred. & Alex. conſil. 56. lib. 2. Iaſ. in l. ſi vero, num. 3. C. de iud. Valaſ. cõſult. 117. num. 16

41 Teſtis ſingularis, regulariter nõ probat, quãdo agitur de præiudicio alicuius, quoniam teſtimonium vnius dicitur teſtimoniũ nullius. c. veniens. 10. de teſt. & c. licet

Vniuerſis.& c.licet, & quandam & c.tã litteris.eodem. & c cũ dilectus.33. de elect. & c.admonere.33.quæſt.2.& c.Deus Omnipotẽs.2 quæſt.1.& l.ius iurãdi,vbi Doct. C.de teſt.& Iaſ.in l ius iurãdi.n.4.ff de iur. iur. Fel. in cap. quod ſuper. de maiorit & obed Cou r quæſt.pract.23.n 3 Ant.Gom. in tit.de teſt.concluſ.1.col.1.& 2.& Marſil. conſil 1. nu.25. Iul.Clar lib 5 § fin.quæſt. 53. n.18. Valaſ.conſult.73. nu.2.

42 Si vnus teſtis deponat de vno caſu,& alter de altero nõ probant,quia tunc remanẽt ſingulares, & quamuis ſint mille teſtes ſingulares,nihil magis probat, quàm vnus teſtis, niſi tendant ad vnum finẽ,quia tunc non dicentur ſingulares vt tenet Abb. in c.cum cauſam. nu.2.de probat.& Fel.in c. licet ex quadam. de teſt.& Doct.in c licet. de probat. Abb conſil 34.nu.4.lib.1.& in c.tranſmiſſa.nu 8 qui fil.ſint legit. Crauit. conſil.73.num.32. Cou.ruu.libr.3. variar. cap.3. num.5.

43 Teſtimoniũ tamen vnius ſufficit ad impediendum matrimonium,antequam contrahatur. quia nullum peccatum eſt in nõ contrahendo,& in contracto poteſt interuenire peccatum; ſi aliquod ſit impedimentum. vnde ad illud impediendum ſufficit dictum vnius teſtis ad euitandũ peccatum, quamuis non ſufficiat ad illud ſeparandum. c præterea 12 & cap.in tua.& c.iuuenis.1. deſponſal. & cap per tuas.de probat. & gloſſ.fin. in c. ſeries. de teſt. & gloſſ.verb.fama in c.ex litteris.de iure iurand. Iaſ.in l.admonendi.2.lect. nu.25a.ff. de iure iur. & etiam ſufficit teſtimonium vnius quando non agitur de præiudicio alterius, nec offenditur ius publicum.cap. placuit. vbi gloſſ.verb.teſtentur. de conſecrat. diſt.4 & c.cum itaq; d. diſt.4. & l. Theopompus ff.de dote præleg & gloſſ.in c.pluralis. de regul.iur. lib.6. Abb.in c.licet.nu.5.de teſt.& c.ſignificaſti de adult. & quibus caſibus credatur teſtimonio vnius teſtis recenſet Bart. in tract. de teſt.§.ſed an credatur. & ſpecul.in titul.de teſt.§.reſtat. nu.8.Fel. in c veniens.1 de teſt.Dec. conſil. 56.lib.1.Iaſ.in rep.l.admonendi. n. 178. ff.de iure iurand.

44 Teſtimonium vnius teſtis integri, cum alijs vehementibus adminiculis, regulariter ſufficit in cauſis ciuilibus. c.fin. vbi gl. verb.vnius,& Doctor de ſucceſſ ab inteſt. puta ſi duo teſtes de fama deponant, ita quod illa depoſitio faciat ſemiplenã probationem, aut deponant de confeſsione extra iudiciali,& in ſimilibus,& vnus integer teſtis deponat de viſu, & de certa ſciẽtia, tunc teſtis ille, cum illis alijs adminiculis, facit plenam probationem, gl.verb. fama. in cap.1. de appellat. & Bald. Imol. Alex. Iaſ. & alij. in l.Gallus. §. ille caſus. ff.delib.& poſthu.idem Alex conſi.13.lib. 1. & conſil.76 lib 6. Afflict.deciſs.12.nu. 2. & deciſs.337 num.2. & Cæſar.Vrſ.ibidem. num.5. Abb.in c fin. num 6 de ſucceſſ.ab inteſt. aliter tamẽ dicitur in cauſis criminalibus,vt dixi.verb.probatio §.51.

45 Teſtimonium etiã vnius in re modica, & merè ciuili, cum iuramento partis ad ſupplementum probat l in bonæ fidei.vbi gloſſ.ver.decidi.& Bart Bald.Ang.Salicet. & omnes. C.de reb. cred. & c. ex inſinuatione. vbi Abb. nu.2.de procurat. & c.fin. § ſane. vbi Abb.num.15.de iure iurand.& l.ait prætor §.quæcumq; vbi Iaſ num.18. & gloſſ.verb. exacto, in l.admonendi. vbi Doct. ff.de iure iurand.& gloſſ.2. in c.tam litteris. vbi Abb.nu 6.de teſt.& gloſſ 1.in c.mulieri. vbi Abb.nu 6. de iure iur.& gl. verb in probatione,& Ant.de Butr.Ioann. And.Abb.& alij. in c.iuramentum.§.ſane. de iure iurand.

46 Teſtis vnus regulariter facit ſemiplenã probationem, ſi eſt omni exceptione maior. gloſſ.verb.exacto. in l.admonendi,vbi notant cõmuniter Doct.ff.de iure iurand, & gloſſ verb.decidi oportet. in l.in bonæ fidei. C.de iure iurand. vbi Bald.Ang. Salicet. Alb. & alij. & gloſſ.verb. in probatione. in c.iuramentum. §.ſane. vbi dicit communem legiſtarum, & canoniſtarum. Abb. num.11.de iur.iurand.Afflict.deciſs. 12. num.2. & deciſs.337. num.2. hoc tamen eſt intelligendum ſi teſtis vnus deponat ſuper facto certo,& in dubitato, & ſit omni exceptione maior. nam ſi ille vnus teſtis aliquam rationem ſuſpicionis haberet, aut deponeret de facto in certo non faceret ſemiplenam probationem. gloſſ. verb. vel iudicijs, in l.fin. C.familiercisc. & Abb. in d. cap.iuramentum §.ſane. nu. 12. de iure iur. Angel in l.fin.ff.quod met. cauſ & Bart. in l. maritus. num.1. & in l. vlt.num.6. ff.de quæſt.

47 Teſtis, qui habet parem affectionem ad contrahentes plene probat. eſt namque æqualiter conſanguineus, amicus vtriuſq; partis. tunc enim par affectionis ad cauſam remouet ſuſpicionem,

t.con-

Digitized by Google

c.conſanguinei.3.quæſt.5. & l. non ſolum. §.de vno. vbi Doct ff.de ritu.nupt. & l.fin. vbi etiã notant ſcribentes. C.familiæ erciſc. & gl.1. in c.poſtremo. de appellat & Abb. in c.in ſuper.n.4.de teſt.& dixi.ſup.§.23.

48 Notarius etiam interrogatus, vt teſtis de re,in qua interuenerat,& ſcripſerat.nõ facit maiorem fidem in ſuo teſtimonio, quam vnus teſtis.l.domitius.vbi Bart.n.3. ff.de teſtam.& c.cum Ioannes. de fid.inſtr. & Abb.conſil.16. num.3. lib.1. & Valaſc. conſult.89. num.3.

49 Teſtis poteſt eſſe aduocatus, & ſolicitator in cauſa ſui clienculi, quamuis non ſit idoneus teſtis propter affectionem cauſæ, non poteſt tamen teſtificari de his, quæ ab eo didicit, ſed de his, quæ aliter de cauſa ſciebat. c.ex litteris vbi Abb.nu. 1.& alij, de tranſact. & in c.2. num 12.de arb.& in c. inſuper. num.8.de teſt. & Iaſ. in l quoties. nu.15. C.de iud. Nau in c.inter verba. num.86. in 11.quæſt 3.

50 Et ita dico de proxeneta, & mediatore in aliqua cauſa ciuili,vt tenet Abb.in d.c. ſuper.n.8. de teſt.& auth de teſtib. §.quoniam vero.2.vbi Bart.& omnes.coll.7.

51 Teſtis qui habet ſimilem cauſam nõ eſt idoneus.l.quoniã liberi.C.de teſt & c.perſonas.vbi gl.1.& Innoc. Andr.Ant.de But. Abb.& alij.de teſt.& gl.verb cum ſint.in c. cum R.de offic.& poteſt.iud.delegat.

52 Teſtis, qui ſe ingeritur ad teſtificandũ, non eſt idoneus,& poteſt repelli,tanquàm ſuſpectus. l.quæ omnia. §.1.vbi Doct.ff.de procurat. Bart.in l.exori.§.qui ſe filio.nu. 1.ff.ad leg.Corn.de falſ. & in l.poſt legatũ. §.his vero.nu.1.ff.de his quib.vt indign.& Abb. in c.cũ in tua.deſponſal.ſi autem rogatus veniat, & ſine citatione non poterit recuſari tanquàm ſuſpectus,quia præcibus partis producentis potuit induci, dũmodo ceſſet corruptio. vt tenet Hoſt.& Abb. in c.1.de teſt.Idem Abb. in c.conſtitutus. 45.n.1.eodem tit.aliter tamen imò,quòd teſtis, qui non citatus, ſed præcibus partis venit ad deponendum,ſit repellendus tanquàm ſuſpectus,tenet Alb.& Ang.Salicet. Alex.Rom.Iaſ.& alij. in l.ait prætor. ff.de iur.iur.Bart.vbi ſupr.Bald.in l.presbyteri. C.de Epiſc.& Cler.& in auth.nouo iure in fin.C.ſi cert.pet. Butr. in c in nomine. de teſt.& hoc obſeruat praxis ſi pars opponat quoniam ſi pars non opponat,& teſtis ille ſit interrogatus valebit dictum illius.

53 Teſtes nõ debent vocari,niſi ſtatus cauſæ illud requirat, & tunc debent habere expenſas à proferente inueniendo ſtando, & redeundo. c.ſtatutum,§.proferendo.vbi Dominic. Ioann.Andr. & alij de reſcript. lib.6. & l.quoniam. vbi Bart.Bald.Salicet. & omnes. C.de teſt. & l.cos. §. ſi quis. vbi Doct. C de appellat.

54 Teſtes actoris prius ſunt examinandi, quam teſtes rei. quoniã actor prius offerẽ libellũ, & prius iurat de calũnia,& prius auditur aduocatus illius,& prius reſpõdet facta publicatione atteſtationũ,& ſi actor, & reus inter ſe conueniant, vt teſtes illorum ſimul examinentur. vt ſolẽt in noſtra Luſitania, ſemper primus teſtis actoris examinatur. facit text.in c.ex litteris. vbi gl.verb vices duorum,& Doct.de probat. Acurt.in l.duo iudices.nu.28. ff.de re iud. & in l.in tribus. ff.de iud.

55 Teſtis poteſt deponere pro actore,& reo in vna eadem cauſa,& ſi pro vna parte deponat,& poſtea pro alia interrogatus noluerit reſpõdere, tollit fidem ſui teſtimonij,vt tenet Bald.in l.2.col.1. C.de edend. quoniam teſtis, ſicut committit falſum,in mentiẽdo in ſuo teſtimonio, dicẽdo quod non eſt ita in tacendo id quod eſt. facit text.in l.præſcriptione.vbi Bart.nu.14. C. ſi contr.ius, vel vtil publ. vnde ſi teſtis deponat pro vna parte,debet etiam pro alia reſpondere ſi interrogatus fuerit,dicendo in omnibus puram veritatem.

56 Teſtis productus à parte in vno actu nõ poteſt ab illamet parte repelli, quando in eodem actu cõtra ſe teſtificatur, quia producens teſtem, debet illius dicto eſſe contentus,tàm pro ſe quàm contrà ſe.c.de teſtibus,& c.cõſtitutus.vbi Doct de teſt.neq; in ſimili cauſa eum repellere poteſt, niſi nouiter aliqua ſuperueniat inimicitia. l.ſi quis teſtibus.vbi gl.verb.excipere.& Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & alij. C. de teſt.& Ioan.And. in addit.ad ſpecul in titul.de teſt. §.ſæpe verſ.quid ſi produxit, & Iaſ.in l.2.§ editiones.n.15.ff de edend. ſi tamen pecunia fuiſſet ab altera parte corruptus,aut falſum dixiſſet, benè poterit ab ipſamet parte impugnari quia & ſi perſonam illius approbaret, dicta tamen non approbauit,niſi quatènus ſint vera, & fidelia. d.l.ſi quis teſtibus. §.ſed & ſi. vbi Doct.C.de teſt.& cap.placuit.4.quæſt.3. & Alex in conſil.133. libr.7. Aymon. conſil. 100.num 13.& conſil.188. nu.5.& Gozad. conſil.3. in fin. Curt Sen. conſil.56. col.4.

Bbbb 2 Cæſar,

Cæſar.Vrſ. deciſs.206. num.9. & Doct. in l.1. §.editiones. ff. de edend.

57 Teſtis pecunia corruptus non facit fidem.cap.licet. vbi Doct.de probat.& c.1. & c.ſicut. de teſt. & l. ſi quis teſtibus. §.ſed & ſi. vbi Bart.Bald.Salicet.Paul.de Caſtr. & omnes.C.de teſt.& cap.placuit.4.quæſt. 3. & l.Diuus. ff. de reiud. & eò ipſo quòd teſtis pecuniam accipit tenetur de falſò, quamuis verum dicat. l.1. vbi gl.verb aduocationem. vbi Bart.& Iaſ.nu.7.ff ad leg. Corn.de falſ.idem Bart.in l.Diuus.nu.7.ff. de reiud.& Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.1.ff.ob turp.cauſ.ſpecul.in titul.de teſt. § 1.verſ. quid ſi teſti vbi Ioã.And.in addit.& Anan. in c.1.nu.15.de falſ.Mench.contr.vſu.frequent. c.36.nu.6. Cou.ru.in rep.c.quamuis. col.3. depact.in 6 Abb.in c.1.n.11.de crim. falſ. attamen licet teneatur de falſo teſtis,qui pecuniam ſuſcepit vltrà expenſas,quando verum dixit,non punietur tamē pœna ordinaria,ſed extraordinaria,ex quo pecuniam turpiter accepit, pro eo. quod gratis facere tenebatur.vt notat Dec. in c.licet cauſam. n.20 de probat.& cõſil. 181.nu.11.& Boſſ.in titul.de falſ.nu.168. & in titul.de depoſit. contra. teſt nu.148. Viuius.in lib.1. commun.op.fol.299 verſ. teſtium ſolam corruptelam.Iul.Clar.§ falſum. nu.18. & hanc opinionem exiſtimo æquiorē. licet d.l.1.ff ad leg Corn.de falſ. indiſtincte loquatur. & neq; pars poteſt repetere pecuniam, quam turpiter dedit, nec teſtis petere, ſi non accepit, quia ſibi tantum fuit pecunia promiſſa.c.non ſane. 14.quæſt 5. & facit text. in c. in pari. vbi gloſſ.& Doct.de regul.iur. libr.6. & in l.in pari cauſa ff.de regul.Iur.

58 Teſtes falſi lædunt Deum, iudicem, & partem,& dicuntur falſi,ſi dicunt quod nõ eſt,aut occultant veritatem.c.1. vbi Doct. de crim.falſ.& c.accuſatus.§.licet.vbi Dominic. Ioã.And.Arch.& alij.de hæret.lib. 6.glo.1.in c.ne quis arbitretur.22.quæſt.2 & c.quiſquis.11.quæſt.3 & Bart.Fulgoſ.Iacob.Iaſ.& alij in l.1.C.ſi cõtra ius,vel vtil. publ.& idē Bart.in l.ea,quæ cõmendandi. ff.de contrah.empt.Bald.in l.nullum.C.de teſt.& in c.fraternitatis.in fin.de teſt.Azo. in ſumma tit.de teſt.Iul.Clar.§ falſum.n.8 Vella.in tract.de pœn.delict.c.37.in prin.

59 Et puniuntur teſtes falſi de iure canonico ſi eſt clericus deponitur ab officio, & beneficio, & detruditur in monaſteriũ ad agendam pœnitentiam.c.ſi Epiſcopus.50. diſt. Abb in c.1.n.1. de crimin.falſ. Doct. in c.querelam.de iure iurand.Menoch.de arb.caſu.308.& 310.& Ioan.Vella.in tract. de pœn.delict.cap 37.§ Pontificum autem quamuis hæc pœna de in monaſterium detruſione iam hodie non ſit in vſu,ſed loco illius ſolent iudices Eccleſiaſtici mittere in exilium per tempus arbitrarium.

60 De iure autē ciuili puniuntur teſtes periuri pœna illa,qua puniendus erat ille,cõtra quem falſò in crimine depoſuerunt ſi verũ fuiſſet crimen. puta,ſi falſò depoſuerunt in cauſa capitali,ſunt capite puniendi.l.1.vbi Doct.ff.ad leg Corn.de falſ.Bald. & Salicet.in l.2. C.de reb cred.idem Bald. in c.1. §.iniuriam. in fin.de pace iuramēt. firm & in c.1.in prin de pace tenend.Iaſ. in l.ſi duo § fin.n.5. ff.de iure iurãd.Guid. Papa. deciſs.44. & in conſil.89. & Rip. in c.exparte 1 de reſcrip & Cæſar.Vrſ.deciſ. 230.nu.4. ſi autē in alijs cauſis ſint periuri puniuntur pœna deportationis: cum bonorum publicatione. d.l.1.vbi Doct. ff.ad leg.Corn.de falſ. Bald. in l.presbyteros.2. C.de Epiſc.& Cler.idem Bald.& Salicet.in l.2. C.ad leg. Cornel.de falſ. Ang.in rep.l. 1.C.de ſicar.& Iaſ.in d.l.ſi duo. §.fin.num. 5.ff.de iur.iurand. Angel. Aret.in §. ita ſi quis poſtulante.Inſt.de act.& Doct. in d.c. 1. de crimin. falſ. attamen hæc pœna deportationis, hodie iam non eſt in vſu, vt tenet Angel.ad Angel.de malefic.verb.falſario. nu.48. Imol.in l.2. nu.2. verſ.& aduerte.ff.de public.iud.& Angel.in l.1.§.legis Corneliæ. n.1. ff.de ſicar.& Alex.in cõſil.55. nu.1.lib.7. Rolland.conſil.38.n.14. lib.1. vnde vbi ſunt ſtatuta ſuper hoc diſponentia,tunc imponēda erit pœna in ipſis ſtatutis conſtituta, & vbi in ſtatutis nõ eſt pœna expreſſa erit imponenda pœna arbitraria, & multoties, ſi teſtes ſunt perſonæ viles verberibus puniuntur. vt tenet gloſ verb lædit,in c.1.de crim.falſ.& facit text.in d.l ſi duo.§ fin,vbi Bart.Alb.Alex. Angel.Iaſ.& alij. ff de iur.iurand.& quamuis lex loquatur de illo,qui iurat per Principem, maioratione debet habere locum in illo qui iurat per Deum,& aliquãdo ſolēt iudices condēnare periuros,qui falſum deponũt ad offenſam alicuius innocētis,in cauſa criminali,vt patibulo ſuſpendantur, aliquãdo ad triremes per decenniũ,& ſi deponunt in defenſa per quinquenniũ,ſi autē deponebãt in cauſa ciuili,aliquãdo amputatur illorũ periurorũ lingua,aliquãdo fuſtigan-

Digitized by Google

fuſtigantur. vt poſt alios refert Iul.Clar. lib.5. §. falſum. num 8. in noſtra Luſitania tamen quicumq; falſum teſtimonium in indicio, ſeù ad defenſam, vel offenſam alicuius, depoſuerit in quacumq; cauſa, tam criminali, quàm ciuili, punietur pœna mortis naturalis, & amittet omnia bona ſua ad coronam Regeam.ex ord. libr 5. titul.54. in prin. & ad hoc facit text.in d. l.1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & quod ita pluries ſeruatum fuiſſe per parlamentum pariſienſe inquit Papo. libr.22. titul.13. Arreſto.1.

61 Teſtes falſò deponentes vltrà pœnas ſupra relatas tenentur ad ſatisfactionem dãni parti læſæ. vt tenet Abb.Anania,& alij, in cap.1. de crimin. falſ.& Iaſ. in l.ſi duo. §.fin. num.5. ff.de iure iurand.Nau.in Manu. cap.17. num.134. & hoc tàm in foro cõtentioſo,quàm in foro cõſcientiæ.quidquid dicat Corſet. in ſuis ſing. verb. teſti. verſ.ſi aliquis,& Iul.Clar. §.falſum.nu.19. quoniam qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.cap.vltim.cum alijs,de iniur. & damn. dat.

62 Qui teſtes ſubornat ad dicendum falſum teſtimonium committit falſum, tanquam ipſi teſtes falſo deponentes vt tenet Bald. conſil.406. dubio.2. libr.3. & conſil. 446. lib.5. Iul.Clar. §. falſum. num.4. & ſi ſtatutum puniat producentem teſtes falſos habet locum in producente vnum falſum teſtem, vt tenet Bald. in l. Gallus. §. quid ſi is circa fin. & Iaſ.num.2. ff de liber. & poſthu. & Angel. in l.prætor. §.homines. in fin. ff.vi bon.rapt. & Bart.in l.2. §. ſed ſi vnus. eodem titul. & in l.ait prætor. §. negotia. num.1. ff.de neg geſt.& punietur pœna in ipſo ſtatuto expreſſa,aliàs relinquitur in arbitrio iudicantis. vt inquit Ang. ad Angel. de malefic. verb falſario. num.48 Iul.Clar. d. §.falſum. num.40. in noſtra Luſitania qui induxerit, & corruperit aliquem teſtem,& illi falſum teſtificari faciat in cauſa criminali, vbi eſt imponenda pœna mortis naturalis, tàm ad offenſam, quam ad defenſam, eſt puniendus in ipſa pœna mortis naturalis,& amittet omnia bona ſua ad coronam Regeam, ſi autem fuerit in crimine, vbi non veniat imponenda pœna mortis, aut in cauſa ciuili, tunc mittetur in perpetuò in Braſilicam regionem,& amittet omnia ſua bona, ſi nõ habuerit legitimos deſcendentes vel aſcendentes.ord.lib.5.titul.54.in prin.

63 Teſtis tamen, qui verum dixit in cauſa principali, attamen dixit falſum in appẽdicibus, non punitur pœna ordinaria, ſed arbitraria. vt tenet Bald. in l. ſi falſis circa fin. C. de tranſact.& Bart. ibidem in 2. lect.& Angel. in l.Lucius. §.1.ff.de his,qui notant infam. Iaſ. in l.ſi quis, nec cauſam. num.22. ff.de reb.cred. & Alex. conſil.88. num 19. libr.5. Marſil.conſil.70. num.11. Imol.in l.1. §.ſi quis ſimpliciter. num.35. ff.de verbor.obligat.Socin.Iun.conſil.102. num.6 lib.3. Dec, conſil 602. nu.9.& Iul. Clar. § falſum num.14. & lib.5. §.fin.quæſtio.53. num.9. & Leo. in tractat.noui op. cap.3. num.24.

64 Teſtis,qui falſum teſtimonium dicit nõ probat. imò ſi in vno falſum dicat totum teſtimonium corruit. gloſſ.2. in cap. quid ergo.23. quæſt.5. & gloſſ.1. in cap.in noſtra.de teſt.recepta communiter.ex Padilla. In l.ſi ex falſis. num.fin. C. de tranſact. & ibidem Alex. num.13.& conſil.27.num.3. lib.2. Dec. conſil.105. verſ. ſimiliter.teites. & Alex. conſil.133. num.7. libr.1. & conſil.162. num.10. lib 7.& conſil.183.nu. 2. d. lib 7. Socin.conſil 136. num.9. lib.1. Alciat. in l.1. §. ſed &ſi mihi. num.43. ff. de verbor.obligat. Pariſ. conſil.88. nu 82. lib.3. Alb.de teſt. 3 part.princip.num.25. Iul.Clar. lib 5. §.fin.quæſt 53. nu 8.& hoc habet locum, ſiuè capitula, ſuper quibus teſtis falſum depoſuit, ſint ſeparata, ſiuè connexa, quia vtroq; caſu eſt vnicum teſtimonium, & nihil valet. vt tenet Alex.in d. l.ſi ex falſis.num.5. C.de tranſact.& Alber. de teſtibus 3.part.princip à num.25. hoc tamen eſt intelligendum quando teſtis falſum depoſuit in cauſa principali,aut in ſubſtantia illius, quoniam ſi circa alia extrinſeca,& in appendicibus diceret falſum, non vitiaretur eius diſpoſitio. vt tenet Imol in l.1. §.ſi quis ſimpliciter.nu.35. verſ. item inducitur. ff.de verbor.obligat. Alex conſil 88. num.19 lib.5.

65 Teſtis tamen poteſt incontinenti corrigere dictum ſuum non tamen poſt interualla. cap. præterea. vbi gloſſ.fin. & Abb. num 4. & 12. de teſt. cogend. niſi in crimine læſæ maieſtatis. c.accuſatus. §. licet. vbi Doct. de hæret. lib. Iaſ. in l. iuriſgentium. §.quinimo.num.7. ff.de pact.nec retractatur ſententia, ſi teſtes poſt interuallum dicant ſe falſum dixiſſe. cap.ſicut nobis. vbi Abb. num.1. de teſtib.

66 Teſtes vacillantes repelluntur à teſtificando.

Digitized by Google

cando. cap.cum Eccleſia Sutrina. vbi Doctor. de cauſa poſſeſſ. & propr.& cap.ſuper his. de pœn.& cap.vnico.vt Eccleſiaſt. benef.& cap.pura. 3.quæſt.9 & cap.ſi teſtes. §. item. qui falſo. 4. quæſt. 3. & Boſſ. in titul.de tortur. teſt. nu.3. & 21. Alciat. de præſumpt.præſumpt.29.num.6.Mench. controuerſ. vſu frequent. cap.32. num.9. Cou.ruu.lib.2.variar.reſolut.cap.13.num. 8. verſ. cæterum ſi teſtes. Alex. conſil.20. num.3.lib.4.ſi tamen vacillitas ſit concordabilis,debet reduci ad concordiam,& nõ erit tunc teſtis repellendus,vt tenet Imol. in l qui bona.§.ſi quis ſtipulatus. verſ.non ex text. ff.de damno infect.Sigiſmund.cõſil.feud. 49. num.7.

67 Teſtis qui obſcurè depoſuit,poterit iterum examinari ex officio iudicis, quamuis id facit poſt publicationem. cap.cum clamor. vbi gloſſ.verb.examinare, & Doctor. de teſt. & cap. fin. 30. quæſt. vltim. & cap. graue.35.quæſt.9 & l.vbicumq;.& ibi ſcribentes. ff.de interrogat. act. & gloſſ. verb. poſtquam in cap.cum Ioannes.de fidei inſtrument.& gloſſ.in §.illud tamen in auth. de teſt. coll.7. Bald. in l.3. col.4. ff.de teſt. Rip.in l.4. §. hoc autem iudicium. nu.70. ff. de damn.infect. & Abb.in cap.in præſentia. num.35.de probat. cagn.in l.2.nu. 265.in fin. C.de in integ.reſt.& Iaſ.in l.admonendi. num.56. ff.de iur.iurand. attamen nõ video iudices ita ſoſicitos in cauſis decidendis, quòd hoc faciant,quamuis de iure id facere poſsint nemine poſtulãte, ſed tantum ex officio. vt tenet Barb. conſil.30. num.5.& 6. lib.1. Abb. in cap. fraternitatis. nu.4. & 68.de teſt.

68 Teſtis deponens ſuper quo non eſt inductus, aut extra articulos, aut ſuper quo non iurauit. non facit fidem. cap. de teſtibus,& cap.nuper. vbi Doct.de teſt. & cap. cum dilecti. de accuſat. & l. iuris iurandi. C. de teſt.Bart.& Iaſ.in l.ſi duo.§.idem Iulianus.num.26. ff.de iure iur.& in l.nemo. ff. delegat.1. & gloſſ.fin. in l. ſi quis libertatem ff. de hæred. pet. & gloſſ. fin. in l. vlt. C. qui legit. perſ. Iaſ. in l 1. num.44. in l.1. ff. de reb. cred. & ſi teſtis ſine iuramento deponat falſum non punitur pœna ordinaria , ſed extraordinaria. vt tenet Bald. in conſil.106. lib.1. & Angel. conſil.194. col.2.in fin. Marant.de ord. iud.6. part §.de teſtium productione. nu.21.

69 Teſtis non punitur pœna ordinaria falſò deponens,ſi eius dictum non valuit, & fuit nullum ex deffectu formæ, & falſitas nemini præiudicauit, quia regulariter non inciditur in pœnam falſi, niſi quando falſitas alicui eſt nociua , aut nocere poteſt, vt colligitur ex gloſſ.verb. priuatus. in l. damus. C. de falſ. Alex. conſil.145. col.1. verſ. confirmo per id. lib 6. poterit tamẽ puniri pœna extraordinaria , ſi autem dictum teſtis haberet debitam formam , & alicui noceret puniretur teſtis dicendo falſum teſtimonium pœna ordinaria,quãuis teſtimonium ſuum eſſet in validum,& deponeret ſine iuramento. vt notat Bart. in l. ſi quis legatum. à nu.3.ff.ad leg.Corn. de falſ. communiter approbatus. vt per Alex. in l. edi. alias. l. ſi quis ex argentarijs. §. cum autem. numer 6. ff.de edend. Curt. Sen. in tractat. de teſt. concluſi.15. num.34.

70 Teſtis negans ſe dixiſſe illud, quod cõtinetur in ſcriptura notarij, non creditur, ſi iudex, ſeù quæſitor interuenit in examinatione illius, niſi plures teſtes innumero negarent ſe talia dixiſſe. vt tenet Abb. in cap. cum cauſam. 1. num.23. de teſt. & in cap.ad audientiam. numer.7. de præſcript. & Iul.Clar. libr.5. ff.fin. quæſt. 53. num.17.

71 Teſtis quando deponit debet iurare, ſe dicturum veritatem, pro vtraq; parte niſi à parte hoc iuramentum remittatur. cap. tuis quæſtionibus. vbi notant communiter Doct. & cap. ſuper. de teſt. & gl.verb. vel remiſſo. in l.1. C.de reb. cred. & iure iurand.& Bart. in authẽt. ſed iudex. C. de Epiſcop.& Cler. & gloſſ. in l.2. vbi Bald. C. de edend. & gloſſ.verb. iuramentis. in c.fraternitatis. de teſt. Rip. in l.admonẽdi. à num.194. ff. de iure iur. Bart. in l. ſi quis legatum. num.4. ff. ad leg. Corn. de falſ. Marant. de ord. iud. 6.part. § de teſt. num.20. Valaſc. conſult.149. num.9. non poteſt tamen pars remittere iuramentum in cauſa, quæ non dependet à ſua mera, & libera voluntate. vt tenet Abb.in d. c.tuis quæſtionibus.num.5. de teſt.

72 Teſtis etiam debet iurare, ſi opus fuerit ſe non eſſe inductum ad teſtificandum odio, amicitia, vel alio commodo. c.quotiens. & c. licet ex quadam. vbi Doct. de teſt.nec propter odium amicitiã,vel aliud particulare commodum debet ſuprimere veritatem. c.cæterum. vbi Innocent Hoſt. Ioann.And.Ant.de Butr.Abb,& omnes.de teſt.

Teſtis,

Digitized by Google

73 Teſtis, qui ſibi contradicit, non valet,& tanquam falſus eſt puniendus. c. licet cauſam. vbi Doct. de probat. & gloſſ. 1. in c. in noſtra. vbi Abb. num. 2. de teſt. & cap. nos ſi in competenter. §. item Daniel. 2. quæſt. 7. & gloſſ. fin. in l. ob carmen. hoc tamen eſt intelligendum quando, teſtis ſibi contradicit in ea depoſitione, & in eodem examine, ſine cauſa correctionis, & tunc non ſtatur ſuo dicto, nec primo, nec ſecundo, quia totum teſtimonium corruit, vt notat Alciat. de præſumpt. præſumpt. 29. num. 6. Cou. ruu lib. 2. reſolut. cap. 13. num. 8. verſ. cæterum ſi teſtis. Mench. controuerſ. vſu frequent. cap. 32. num. 9. ſi autem deponit contrarium in diuerſis depoſitionibus, & examinibus, & tunc deponit contrarium ſecundo loco non dicendo ſe erraſſe in prima depoſitione, ſed ſimpliciter loquendo, & tunc debet primum dictũ reduci ad concordiam, ſi poteſt. vt inquit Imol. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. verſ. non ex text. ff. de damn. infect. Sigiſmund. in conſil. feud. 49. num. 6. ſi autem ad concordiam reduci non poteſt reijcitur tanquam falſus, ſi autem dicat ſe velle ſuum primum dictum corrigere, eſt admittendus; ſi incontinenti faciat, antequã partem alloqui poſſit. cap. præterea. de teſt. cogend. vbi Fel. num. 9. & Capic. deciſs. 142. num. 9. poſt interuallum autem non poteſt. imò debet puniri ſicut periurus, & falſarius. vt ex communi reſoluit Cou. ru. vbi ſupra. & dixi. §. 65.

74 Teſtis, qui extra iudicium vnum dicit, & aliud in iudicio cum iuramento. probat in illo ſecundo dicto, in iudicio prolato cum iuramento, & nõ in primo. quia præſumitur, quod in illo ſecundo dicto cũ iuramento, verum dixiſſet, niſi in ſecundo dicto teſtificetur in ſuo met commodo. vt tenet Abb. in c. per tuas. num. 5. & 11. de probat. & Fel. in c. cum tua. nu. 10. de teſt. idem Fel. in c. inquiſitioni. §. 3. ad fin. de accuſat. & Aret. & Dec. num 41. in d. cap. per tuas. de probat. Ang. ad Ang. de maleſic. verb. falſario. num. 23. Cou. ruu. lib. 2. reſolut. cap. 13. num. 7. Corn. conſil. 58. Littera l. lib. 1. Ferr. conſil. 196. num. 19. Alex. conſil. 74. num. 8. lib. 1. & conſil. 224. num. 13. lib. 2. Imol. in c. cum cauſam. de teſt. Angel. in l. eos. ff. ad leg. Corn. de falſ. & Rom. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damno infect. Salicet. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. & in l. ſi quis decurio. ad fin. verſ. quæro teſtes. extra iudicium. C. de falſis. Bald. in l. nullum. in prin C. de teſt. Thom. Ferrar. cautel. 13. Boer. deciſs. 108. num. 2. & conſil. 40. num. 116 Ruin. conſil. 57. num 8. libr. 1. Mench. controuerſ. vſu frequent. cap. 32. num. 4. & Bart. in l. eos. num. 4. ff. ad leg. Corn. de falſ. ſed in quanto dicit Bart. vbi ſupra quòd puniatur vt falſarius ille, qui vnum dicit extra iudicium, & aliud in iudicio communiter reprobatur. vt inquit Cep. conſil. crim. 61. verſ. tertio. quia aliud eſt dicere mendacium ſimpliciter, & aliud teſtificari falſò.

75 Teſtis qui iurauit extra iudicium non dicere aliquid ſi poſtea fuit vocatus ad teſtificandum in iudicio, tenetur dicere veritatem, non obſtante illo iuramento. c. intimauit. & c. conſtitutus. 45. vbi Doct. de teſt. & c. peruenit. & c. fin. vbi Abb. nu. 3. de teſt. cogend. Abb. in c. 2. num. 7. de offic. iud. ord.

76 Teſtis, qui falſò deponit punitur ab illo iudice coram quo falſum teſtificatur, quãuis ſit alterius fori. ſi eſt iudex ordinarius. l. nullum. vbi Doct. C. de teſt. Boſſ. in titul. de falſ. num. 103. & Doct. in c. 1. de crim. falſ. ſpecul. in titul. de teſt. § 2. numer. 44. Cou. ruu. in pract. quæſt. 18. nu. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 38. num 13. Marant. de ord. iud. 6 part. §. de incid. crim. num. 2. ſi autem teſtificatur falſum coram indice delegato à Principe bene poterit illum punire. licet à delegato ab inferiore non puniatur, ſed à ſuo iudice. vt tenet Ioan. And. in addit ad ſpecul. vbi ſupra. & Cou. ru. d. num 8. ſi autem ille, qui falſum deponit eſt clericus, & teſtificatur coram iudice laico. tunc non punitur ab illo ſed à ſuo iudice, quia nullus iudex laicus poteſt trahere perſonarum Eccleſiaſticam ad iudicium ſeculare, nec in ciuilibus, nec criminalibus. auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cler. & c. ſi diligenti. de foro comp. & ita tenet Ant. de Butr. Innocent. Ioan. And. Abb. & omnes. in c. verum de foro. comp. & in c. atſi clerici. de iud. & in cap. dilectus filius, de pœn. Card. & Alex. in c. de accuſatione. 2. quæſt. 8. Fed. conſil. 93. Afflict. deciſs. 230. num 1. Abb. in cap. Eccleſia. num. 2. de conſt. & Anan. in c. 1. col. 1. de crim. falſ. Bart. in l. Diuus. ff. ad leg. Corn. de falſ. Marant. de ord. iud. 6. part. § de incid. crim. num 4 & eſt communis licet contrarium teneat gloſſ. 1. in d. l. nullum. & ibi Cin Bald. & Salicet. quia

communiter reprobatur. vt per Paul. de Caſtr. ibidem. teſtis tamen laicus deponens falſum apud iudicem Eccleſiaſticum poteſt ab illo puniri, quoniam tunc ratione delicti ſit illius fori. facit text. in c.fin. cum ibi notatis. de foro comp. Afflict. deciſs.219. & etiam à ſuo iudice puniri poterit, & erit locus præuentioni. vt tenet Iul.Clar. lib.5. §.fin.quæſt.38.num.15. Aymon.conſil.232. Guid.Pap.deciſ.178. Afflict. d. deciſs.219. num.2. & Cæſar. Vrſ. vbidem. num.1. Bald. in l. nullum. C.de teſtib.

77 Teſtes tamen non vitiantur narrantes cauſam diuerſimodè cum tamen in ſubſtantia eadem dicãt quoniam ſemper teſtium dicta ſunt reducenda ad concordiam ſi fieri poteſt, & non apparet inter eos euidens contrarietas. cap.nihil obſtat.de verbor.ſign. & cap. cum eu. vbi Doct. de teſt. Alex.in l.inter ſtipulantem. §.1. ff.de verbor.oblig. Iaſ. in l.1. §.hoc autem.num.6. ff.de noui oper.nunciat.& in l.non hoc.C. vnde leg. Bald. in c. cauſam quæ. de reſcrip. & in l.de quibus. col.fin. ff. delegib. Rom. in.l.celſus. ff.de vſucap.Gam.deciſs. 250. num.1. Iul Clar. lib.5.§.falſum.num. 12. Valaſc.conſult.43.num.22.

78 Teſtis actoris, & rei contraria diſponẽtes, fidem ſibi non derogant ſed valent meliores, & digniores, & ſi inter ipſos eſt diſparitas præualet maior numerus. cap. licet cauſam. vbi Doct.de probat.& cap.in noſtra. vbi Ant.de Butr Innocent.Ioan.And. Abb. & omnes. de teſt.& l.3. §.1.verſ.numerus. ff.de teſt. & Alex. in l. ob carmen. §.ſi teſtes. ff.eodem, & conſil.88.col.7. lib. 5. verſ. quæro, & conſil.150. col.7. verb. præterea eodem lib.

79 Teſtes ſeniores ſunt digniores, præſertim in factis antiquis, niſi præſumptio appareat pro iunioribus. cap. quotiens. de teſt. & gloſſ.verb.nouum quid.vbi Alex. & Iaſ.num.36. in l.cum quid. ff.de reb.cred. & auth.de monach. §.ordinatione.coll.1. Abb. in d. c.quotiens.numer.2.& Ant.de Butr. num.7. Aret. num.6. Fel. num.3. & omnes. & Ruſi.in l.chorus. §.1. ff.delegat. 3.ſpeculat. in titul.de teſt. §.nunc tractũdum. ad fin. & gloſſ.verb perſonæ.in c.licet ex quadam.de teſt.

80 Teſtes duo affirmantes magis probant, quàm mille deponentes de negatiua directa. c.ad noſtram. vbi Doct. de probat. & gloſſ.verb. conſenſerunt in l. diem. ff. de arbit. Bart.in l.1. in prin. ff.de ventr.inſp. & in l.hæredes palam.in prin.ff.de teſtam. & Iaſ.in Rubric. num.8. ff. de reb. cred. & Dec.in c.fin. col.vltim.de appellat. Innocent. in cap.ſuper hoc de renunciat.Couruu.deſponſal.2.part. cap.3. §.5. num.10. Gam. deciſs.346. num.3. Valaſc. conſult. 183.num.5. aliter tamen in negatiua coarctata loco, & tempore; quoniam talis negatiua habet in ſe affirmatiuã expreſſam. vnde in illo præualent meliores teſtes, & plures. vt tenet Bart. vbi ſupra. Abb in c. cum in tua.num.2.de teſt. Fel ibidem.col. 2. Abb.in c.cum Eccleſia Sutrina.col.1.de cauſa poſſ.& prop. Bald. in c.ſi quis per. ſi de feud. fuerit contr.inter.dom.& agn.Afflict.deciſs.400.num.9. & Iaſ.in d.Rubric. d.num.8 & Dec.in l.in omnibus. num.10. ff. de regul. iur. & Cæſar. Vrſ. deciſs.400. num.5. imò teſtis deponens ſuper negatiua, non coarctata loco, & tempore eſt ſuſpectus de falſo.vt tenet Abb.in c.cum Eccleſia. nu 29.de cauſ.poſſ.& prop.& Alex. Iaſ. & alij. in l. vnica. ff.ſi quis ius.dicent. Idem Alex.in l.2. ff.quod quiſq; iur.

81 Teſtis debet dare rationem ſui teſtimonij, ſi ex dicto non apparet aliàs ſi de ratione fuerit interrogatus, & illam non reddiderit, non probat. l.ſolum.vbi gloſſ.2.& Doct. C.de teſt.& gloſſ.verb.de cauſis. vbi Innocent. Abb. num.6. & alij in cap.cum cauſam 37.de teſt. Alex.de Imol.in conſil. 136. col.4. lib.1. Marſil.conſil.50.num.1. Afflict. deciſs.361. num.34. Bald. conſil. 182. num.1. Valaſc.conſult.183. num.46. ſi tamen non fuerit interrogatus de ratione ſcientiæ, bene probat in cauſis ciuilibus, & in criminalibus, quando deponit pro defenſa non autem ad offenſam.vt tenent ſupra relati, & Viuius in ſuo lib. cõmu.opin.fol.271.verſ.teſtes in cauſis, quoniam teſtibus, & non teſtimonijs eſt credendum. cap à nobis. vbi Doct. qui matr. accuſar.poſſ & c.tua nos de cohabit. cler. & mulier.& c.teſtes.3.quæſt.9.

82 Teſtis debet concludere in ſuo teſtimonio. c. in præſentia. §. quare de probat. & l non ſolum. vbi Doct.C.vnde leg.& Abb. in c.litteræ. num.14. dedilat. & Bart.in l. 1. num.16. ff.de rebus cred. ſufficit tamen concludere præſumptiuè. vt tenet Bart. vbi ſupra, & Valaſc.conſult.43. nu.24.

83 Teſtis qui fuit præſens in medio, & in fine, non cõcludit, nec probat, nec ille, qui fuit in tractatu, ſed non fuit in concluſione illius

Digitized by Google

illius tractatus, vt tenet Bald. in c. fin. col. vlt. de iurament. calum. & Iaſ. in l. eleganter. num. 2. ff. de cond. in d. & Leo in tract. noui oper. cap. 2. num. 18.

84 Teſtis de credulitate loquens per verbum credo. videtur mihi: non concludit, nec probat, nec de auditu alieno. cap. licet ex quadam, & c. tam litteris, & gloſ. fin. in c. quotiens. de teſt. & c. tua nos. de conſang. & affin. & gloſſ. verb. præſto. in l. teſtium. C. de teſt. & gloſſ. verb. audierint. in l. in ſumma. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcend. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Alex. Iaſ. & alij. in Rubric. ff. de iure iurand. Abb. in d. c. quotiens. de teſt. & in c. inquiſitioni. num. 2. de ſent. excommunicat. Bald. in l. conuenticulam. C. de Epiſc. & Cler. Bart. in auth. de hæred. & falc. §. hinc. num. 13. coll. 1. & in l. 1. num. 2. ff. de ventr. inſp. & in tractat. de teſt. col. 2. verſ. teſtis dixit aliqua vera eſſe, & Ioan. And. in c. inquiſitionis. §. fin. de accuſat. Bald. in l. ſolum. C. de teſt. & in l. ſiue poſsideris. C. de probat. ſpecul. in titul. de teſt. §. 1. verſ. item quod ſi depoſuit. de credulitate. Afflict. deciſs. 381. num. 7. Fel. & Aret. in c. tam litteris. de teſt. ſi tamen credulitas ſit proxima ſenſui, per quem percipitur veritas, aut dixit teſtis, credo, quia vidi, aut audiui, quia præſens eram, tunc bene probat, cũ ſit de auditu proprio, & non de alieno. vt tenet Bart. in l. in illo Sacramento. § quod obſeruari. num. 4. C. de iur. iur. propt. calum. & in l. teſtium. num. 10. C. de teſt. & Ant. de Butr. & Abb nu. 6. in cap. quotiens. de teſt. Ioan. And. in addit. ſpecul. §. opponitur. verſ. item. quod depoſuit de credulitate. Iaſ. in Rubric. nu. 6. ff. de iurand. Afflict. deciſs. 307. num. 25. Abb. in cap. litteris. num. 1. de præſump. Iaſ. in l. qui hæreditatem. num. 7. ff. de acquir. hæred. & in l. non hoc, nu. 10. C. vnde leg. Iul. Clar. lib. 5. §. quæſt. 21. num. 3. & quando non poteſt dari certa veritas. tunc creditur teſti deponenti de credulitate. cap. vnico. vbi Abb. num. 2. de ſerotin. ſi vero teſtimonio de auditu adhibeatur fama, & alia adminicula, cum vehementi præſumptione. tunc talis teſtis valebit, præſertim in delictis, quæ occultè perpetrari ſolent. c. præterea. vbi Hoſt. Innocent. Ioann. And. Abb. & omnes. de teſt. idem Abb. in cap. tam litteris. num. 5. eodem titul. & gloſſ. verb. ex fama. in c. ex litteris. de iure iur. & ita de auditu proprio, quia tunc bene probat. ex Bart. in l. 2. §. item labeo. num. 4. ff. de aqua plu. arc. & in l. teſtium. num. 6. C. de teſt.

85 In factis antiquis, vbi non recordantur teſtes, de viſu, ſufficit teſtimonium de auditu. l. ſi arbiter. vbi Doctor. ff. de probat. Bald. in auth. quas actiones. col. fin. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & cap. cum cauſam. vbi gloſſ. verb. teſtes & Doct de probat. & l. in ſumma. §. idem labeo. vbi Paul. de Caſtr. ff. de aqua plu. arcend. & Iaſ. in Rubric. num. 10. ff. de iure iur.

86 Teſtes producti ad purgandam infamiã alicuius, iurant de credulitate c. quotiens. vbi Doct. C. de teſt. & c. fin. de purg. canon. & c. quotiens. de teſt. debent tamen teſtes compurgatorij eſſe bonæ famæ, & opinionis, & agnoſcere, & conuerſari illum, quem purgare volunt. c. cum P. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. & c. conſtitutus. & c. cum dilectus. de purg. can.

87 Teſtis ſecundus, & tertius, quorum dicta notarius ſcribit dicens quod in omnibus dicunt, ſicut primus probant. puta notarius examinauit primum teſtem, qui ſigillatim depoſuit de omnibus, ex quibus inquirebatur, & poſtea ſcribit, quòd ſecundus, & tertius teſtis in omnibus dicebant ſicut primus, tales enim teſtes concludunt, & probant licet male faciat notarius, ita ſcribens dicta teſtium. vt tenet Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & alij. in c. nihil obſtat. de verb. ſign. idem Ant. de Butr. in cap. 2. de regul. iur. ſpecul. in titul. de teſt. §. nunc tradendum. verſ. cautum quoq; examinatorem. Alb in l. 3. §. 1. ff. delib. hom. exhib. Bald. in l. teſtium. col. 3. C. de teſt. & in l. ampliorem. § in refutatorijs. C. de appellat. & in c. litteras. de præſumpt. & Iaſ. in l. ſi pœnæ cauſa. §. ſi putem. num. 1. ff. de cond. indeb.

88 Teſtes deponentes de conſanguinitate, debent diſtinguere gradus ab ſtirpe. cap. ſeries. vbi Doct. c. licet ex quadam, & cap. quotiens. de teſt. & cap. tua nos duxit. vbi notant omnes. de conſang. & affin. Tiraquel. in tract. conſang. fol. 106. & Cæſar. Vrſ. deciſs. 25. num. 6. & quando eſt probanda antiqua parentela ſufficiunt teſtes de auditu. vt tenet Aymon. Grauit. in tractat. de antiquit. temp fol. 79. num. 6 Cæſar. Vrſ. d. deciſs. 25. num. 7. ſpecul. in titul. de teſt. §. 1. num. 58. Abb. in cap. quotiens. num. 7. de teſt. Hoſt. Ioan. And. Abb. & omnes.

Digitized by Google

& omnes. in d. c. licet ex quadam. eodem titul. Imol.conſil.181. nu.15.lib.2.

89 Teſtes ſenes,& valitudinarij recipiũtur parte citata, ſi eſt pars, quæ citari poſsit, ad perpetuam rei memoriam ante litis conteſtationem. c cum olim. vbi Doct.de teſt. & cap.ſignificauit eodem titul.& cap. cum dilecta. de confirmat. vtil. vel inutil. & c quoniam frequenter. vt lit. non cont. & l.lege Aquilia. 40. vbi Doctor. ff.ad leg. Aquil.& l.ſi quando.& auth.ſi quando.vbi Bald. Salicet.& alij. C de teſt.& gloſſ.ver. publicam. in c Albericus. de teſt.ſi autem ſit aliquod periculum inuocando. partem abſentem, bene poſſunt teſtes illi, recipi ſine citatione partis ad perpetuam rei memoriam. vt tenet Innocent. Ant.de Butr. Abb.& alij in d. c.Albericus.de teſt.& teſtes illi ſunt examinandi coram iudice illo, qui de cauſa cognoſcere debet, niſi neceſſitas aliud expoſcat.quia tunc poſſunt examinari coram quocumq; iudice. vt notat Bart. Ang. Fulg. Paul.de Caſtr. Iaſ.& omnes. in l cum hi. §.prætor. ff. de tranſact. & Bart. in l. ſi quis nauicularius. num.3. C. de naufrag. libr.11. & Lud Rom. in l.ſi vero. §.de viro.fall.54. ff ſolut.matr. & ita dicendum eſt vbicumq; neceſsitas iminet teſtes examinari propter periculum mortis, vel abſentiam in loco lõginquo. vt notat Bart.& alij ſupra relati.

90 Teſtes deponentes de inſtrumento perdito, debent deponere de tenore illius inſtrumenti, & aliter non probant. cap.cum olim. 1. vbi gloſſ.verb.ſine reprehenſione. & Innocent.Hoſt Ioan And.Ant.de Butr. Abb.& omnes.de priuil.

91 Teſtis adhibitus in inſtrumento facto contra ſe, non ſibi præiudicat in contractu, qui fieri poteſt illo inuito, ſicut eſt vẽditio, & locatio diuiſio,& ſimilia. l.ſi pater tuus. C. de fid.iuſſ. & l.2. vbi Doct. C. de reb.alien.non alien. gloſ.fin. in l.nimia. C. de obligat. & act. & gloſſ. fin. l. Gaius. ſeus. ff. de pign. act. & l. mutua. C ſi cert. pet. & l. Titia. cum teſtamento. §. Lucia. ff. delegat. 2. ſi vero teſtis adhibeatur, in inſtrumento contractus,qui celebrari non poteſt teſte illo inuito, aut indiſtractione pignoris. tunc videtur tacitè conſentire quando illud inſtrumentum tanquam teſtis ſubſcribit, & ſibi præiudicat illa ſubſcriptio. l.1. & 2. vbi Doctor.C. de remiſſ. pign.& d. gloſſ.fin. in d. l.Gaius.

92 Teſtes licet ſint neceſſarij in inſtrumentis à notarijs confectis in actis vero publicis, quæ fiunt in præſentia iudicis nõ ſunt teſtes neceſſarij, quoniam iudicis præſentia,& populi multitudo, repellit ſuſpicionem falſitatis.l.in donationibus.vbi Doct. C de donat. & Acurt. in l.fin. C.de reiud.
93 & dixi ſupra verb.tabellio.§.11.

Teſtes vero in inſtrumentis adhibiti, & in actibus extrà iudicialibus,debent nomine ſuo ſignare ſcripturam, & aliter de iure non probant. gloſſ. verb. duos viros. in cap. quoniam contra. vbi Doctor. de probat.& gloſſ verb. authenticam.in cap. 1.de fid.inſtr.& gloſſ.verb.litteras.in cap. poſt ceſsionem, de probat. & gloſſ.verb. quod ferè in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff.de pact. & gloſſ magna. in l.generali.C. de tabul. libr.10. alia tamen eſt opinio, quod non ſit neceſſe.vt teſtes ſuo nomine ſignent ſcripturam. tenet Acurt. in auth. de hered. & falc. §.ſancimus.verſ ab ſunt. coll.1. & in authẽt.de inſtr. cautel.§.ſed ſi contra. coll.6. quæ opinio eſt obſeruanda in Regno Caſtellæ. per l.54. titul.18.part.
94 3. ſeu non in noſtra Luſitania. per ord.lib. 1. titul.78. §.4. nec alibi vbi ius municipale id non diſponit.

Teſtes deponentes in maiori ſumma, bene probant in minori, quia ſumma minor continetur in maiori. l. in eo quod plus. vbi Doct. ff.de regul.iur. & cap.1.de arb. libr.6. & regula plus. de regul.iur. d. lib.6. & l.diem. §.plures. ff.de arb. & l.inter pares. §.fin.ff.de iud ſi tamen vnus teſtis deponat de ſumma minori, & duo, vel tres de ſumma maiori, præualent illi plures in illa maiori ſumma,quia teſtes dicẽtes rem valere centum reuera non dicunt ſexaginta,& ita ſi duo teſtes dicãt rem valere decem, & tres dicant valere quindecim,& quatuor dicant valere viginti, præualent illi quatuor. quia non eſt verum dicere, quod omnes concordant in decem, imo. qui dicit viginti, non approbat in decem, ſed in viginti. vnde illi quatuor debent præualere, eò quòd plures ſint in numero,quando tamen vnus teſtis dicit rẽ valere decem, & alius teſtis dicit valere viginti. tunc fit probatio in decem, quia minor ſumma eſt maiori. vt eleganter notat gloſſ.verb.conſenſerunt.in l.diem. §.ſi
95 plures. ff.de arbit. & Iaſ. in l.inter pares. num 7. ff.de re iud. & dixi ſupra verb.debitor. §.60.

Teſtium multitudo eſt refrenanda in

cauſa

cauſa ſummaria, quoniam in illa non datur tantum præiudicium quantum in plenaria. cap. cum cauſam. vbi Doct. de teſt. & clem. ſæpe. vbi Ioan. Andr. Card. & alij. de verb. ſign. Bart. in auth. qui ſemel. num. 9. C. de probat.

96 Teſtes recepti in ſummario non faciũt fidem in plenario. cap. veniens 38. vbi Doctor. de teſt. & Abb. in c. ſi clericus. nu. 15. de foro comp. & in c. cum dilectus. nu. 15. de ord. cogn. ſi tamen contraria deponant in plenario non valebunt eorum dicta. vt tenet gloſſ. verb. itaq; pars, & ibi Abb nu. 1. in d. c. veniens. de teſtib.

97 Nec teſtes recepti coram arbitris, faciũt fidem coram iudice ordinario. ſi teſtes adhuc viuunt, ſed ſunt iterum examinandi, ſi autem mortui fuerint, tunc ſtabitur dictis illorum. l. fin. vbi Bart. Paul. de Caſtr. & omnes. C de teſt. & facit text. in c. conſtitutus. 46. de teſt. confeſsio tamẽ in ſummario valet in plenario. vt tenet Abb in c. 2. num. 15. de capell. monach.

98 Teſtem impediens, ne proferat teſtimonium eſt puniendus per iudicis arbitriũ, quia illius authoritatem cõtempſit, & teſtis habetur pro producto, ac ſi depoſuiſſet. vt probat text. in cap. cum cauſam. 1. vbi gloſſ. verb. compellas de teſt. & ita ſi aliquis illum impediuit parte aduerſa mãdante, vel approbante. vt tenet Hoſt. in d. c. cum cauſam, & Cin. in l. prouidendũ. C. de poſtul. Abb. in d. c. cum cauſam. num. 18. de teſt & hoc tàm in cauſis ciuilibus, quã in criminalibus eſt intelligẽdum. quãuis Ioan. And. in c. peruenit de teſt. cogẽd. & Vicent. & Abb. in d. c. cum cauſam aliter diſtinguant.

99 Teſtes poſſunt adduci dum receptioni teſtium non fuerit renunciatum, & atteſtationes non fuerint publicatæ. cap. cum veniſſet. vbi gloſſ. fin. & Doct. & c. conſtitutus. de teſt. & authent. at qui ſemel. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & alij. C de probat. & authent. de teſt. §. quia vero multi. coll. 7.

100 Vnde ſi alicui mandatum ſit, vt infrà certum tempus faciat ſuam probationem, & tempore illo teſtes præſentet, & faciat diligentiam, tunc elapſo termino poterũt teſtes examinari, quia hoc competit ex officio iudicis poſt teſtes termino præſentatos. ex his, quæ reſoluunt Abb. Dec. & Ber. in cap. licet cauſam. de probat. & Doct. in l. mancipiorum. ff. de opt. legat. & in authent. de teſt. §. ſi vero dicatur. coll 7.

101 Teſtibus publicatis, non ſunt alij teſtes recipiendi ſuper eiſdem articulis, aut directò contrarijs, etiam in cauſa matrimoniali. cap. iurauit. vbi Doct. de probat. & clem. 2. de teſt. & c. cum veniſſet. eodem titul. & auth. at qui ſemel. vbi Bart. Bald. & omnes. C. de probat. Aret. in cap. cum clamor. col 2. de teſt. Boſſ. in titul. de publ. proceſſ. num 3. Dec. in l. ſecundum naturam. num. 4. ff. de reg. iur. & auth. de teſt. §. quia vero multi. vbi Ang. coll. 7. de conſenſu tamen vtriuſq; partis, aut ſi non opponatur. valebit examinatio, & receptio teſtium, poſt dedicita teſtificata. vt tenet Bart. in auth at qui ſemel. nu. 38. C. de teſt. & Ioan. And. & Abb. in c. fraternitatis tuæ. de teſt. Doctor. in c. in cauſis. & in c. vltra tertiam. de teſt. Bald. & Iaſ. num. 17. in l. 1. ff. de fer. ſuper nouis articulis tamen benè recipiuntur teſtes poſt dedicita teſtificata. c. ex tenore. & c. cum cauſæ. 42. & c. per tuas. de teſt. & l. per hanc. vbi gloſſ. fin. & Doct. C. de temp. & reparand. & gloſſ. verb. directo. in d. clem. 2. de teſt. & Bart. in d. auth. at qui ſemel. num. 23 aut quando teſtes obſcurè depoſuerunt. quia tunc ex officio iudicis poſſunt etiam poſt publicationem iterũ examinari. vt illud dubium, & obſcurum pateſiat. d. cap. cum clamor. vbi gloſſ. fin. & Doct. de teſt. aut quando fuerunt nulliter recepti. vt tenet Bart. in d. auth. at qui ſemel. num. 34. C. de teſt. Afflict. deciſ. 33. num. 2 aut ſi iudex viderit in aliquo crimine eſſe neceſſe aliquos teſtes de nouo recipere ad bonam cauſæ deciſionem. ex Bart. in authẽt. qui ſemel. num. 32. C. de probat. Aret. in cap. fraternitatis num. 63. de teſt. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 61. num 3.

102 Teſtes non ſunt aperiendi, nec dicta illorum publicanda ad petitionem tertij, quoniam receptio teſtium in vno iudicio non facit fidem in alio. c. conſtitutus. 30. vbi gloſſ. verb. Archiepiſcopum, & Doct. de teſt.

103 Atteſtationum copia eſt facienda illi, contra quem producitur. cap. qualiter. 2. §. debet. & c. olim. vbi gloſſ. verb. copiam. & Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes de accuſat. vt publicè diſputetur de eorum dictis, poſt publicationem. c. in cauſis. vbi notant ſcribentes. de teſt.

Teſtium

Digitized by Google

104 Teſtium nomina non publicantur in cauſis hæreſis, nec nomina accuſatorum, ſi inquiſitoribus videatur imminere periculum propter potentiam perſonarũ, contra quas inquiritur. cap.fin. vbi Ioan. Monach. Dominic. Ioann. And. Franc. Archidiaconus, & omnes. de hæret. lib. 6.

105 Teſtes reprobans debet dicere in ſpecie crimina, quæ contra illas opponit, & non ſufficit illa opponere generaliter dicẽdo, quod ſunt periuri, infames publici latrones, & ſimiliter, ſed eſt neceſſe dicere, quod feciſſent tale, crimen, ſiuè tale furtum, vel ſimile. c. 2. vbi Doct. de teſt. lib. 6. & Bart. in l. teſtium. §. lege Iulia. num. 4. ff. de teſt. Bal. l. in l. teſtium. C. de teſt. Alex. conſil. 152. num. 16. lib. 5. Marant. de ord. iud. 6. part. § de teſtium repulſ. nu. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 53. num. 2. & dicit communem. Boer. deciſs. 321. nu. 2.

106 Teſtis, cui obijcitur crimen in modum exceptionis ad illum repellendum à teſtificando non punitur. licet crimen probetur. c. cum dilecti. vbi notant communiter Doct. de ord. cogn. & c. 1. vbi etiam ſcribentes. de except. & l. Lucius. ff. de his qui notant infam.

107 Teſtium dicta poſſunt impugnari, etiam ſi à parte teſtes ſint facti iudiciales, quoniã nõ facit dicta illorum iudici alia niſi quatenus ſunt vera. l. fin. ad fin. vbi Doct. & l. ſi quis. §. ſed & ſi. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes. C. de teſt. & dixi ſupra §. 56.

108 Teſtes probatorios bene poſſunt iuſta de cauſa reprobari, & teſtes reprobatorios, reprobatoriorum ſed teſtes reprobatores reprobatoriorum reprobari nõ poſſunt ne detur infinitas. c. licet dilectus. vbi gl. verb. quos. vbi Ant. de Butr. Innocent. Hoſt. Ioan. Andr. Abb. & omnes. de teſt.

Verbo Tranſactio.

1 TRanſactio eſt pactio non gratuita de re dubia, & lite incerta. d. l. 1. ff. de tranſact. & Abb. in Rubric. numer. 1. de tranſact. & Bart. Bald. Iaſ. & alij. in d. l. 1. ff. de tranſact. & ſummiſtæ. verb. tranſactio. in prin. & eſt contractus innominatus, & ſtricti iuris. gloſſ. ver. pacto. in l. ſiue apud acta. vbi Bart. col. 3. verſ. quæro nunquid. C. de tranſact. Afflict. deciſs. 108. num. 2.

2 Tranſactio differt à pacto, & ab amicabili compoſitione nam pactum, & amicabilis compoſitio poteſt fieri nullo dato, vel retento, quod non eſt in tranſactione, quia ſi fiat remiſsio nullo dato, vel retento, dicitur donatio, & non tranſactio. c. ſuper eo. de tranſact. vbi Abb. num. 2. & l. 1. vbi Bart. Bald. Fulgoſ. Iaſ. & omnes. ff. de tranſact.

3 Tranſactio non poteſt fieri niſi de re dubia, & lite incerta præſente, vel futura, vt tenet Bart. in l. cauſas. num. 3. C. de tranſact. & Angel. Iaſ. & omnes in l. 1. ff. eodem. Abb. in Rubric. eodem titul. quoniam ſi tranſactio fiat poſt rem iudicatam, aut de re liquida nullius erit momenti. l. poſt rem. vbi Doct. ff. de re iud. & Doct. in l. 1. ff. de tranſact. & l. eleganter. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de cond. ind. & c. ex-poſita. vbi Abb. num. 4. de arb. & l. fin. C. ſent. reſcind. & dicit communem Fel. nu. 14. & Dec. num. 10. & alios. in cap. ſuper litteris. de reſcript. ſi tamen appellatum fuerit, ſiue aliquod dubium moueatur ſuper validitate ſententiæ, vtrum valeat, aut non tunc enim valebit tranſactio. d. l. eleganter. vbi Doct. ff. de cond. ind.

4 Tranſactionem facere poteſt ille, qui poteſt alienare rem, ſuper qua tranſigitur, & qui non poteſt alienare, non poteſt tranſigere. l. non ſolum. vbi Doctor. C. de præd. & alijs reb. minor. & gloſſ. fin. in l. 1. vbi Bart. nu. 2. C. ſi aduerſ. tranſact. & Iaſ. in l. fin. num. 122. C. de iure emph.

5 Vnde tranſactio fieri non poteſt ſuper beneficio Eccleſiaſtico. quoniam beneficiatus non poteſt alienare beneficium ergo, nec tranſigere ſuper eo, & talis tranſactio cõtinet ſpeciem ſimoniæ. c. conſtitutus. vbi gloſſ. fin. & Doct. & c. ſuper eo. vbi Abb. num. 3. & idem Abb. in c. ſtatuimus num. 6. de tranſact. & dixi ſupra verb. ſimonia. §. 10.

6 Tranſactio facta de rebus Eccleſiæ per prælatum, ſine conſenſu ſuperioris, non obligat ſucceſſorem, quoniam ſicut prælatus non poteſt alienare res Eccleſiæ ſine requiſitis ſolemnitatibus. ita tranſigere non poteſt. c. veniens. vbi gl. verb. tranſactionem, & Ant. de Butr. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Abb. & alij. in cap. ſtatuimus. de tranſact. Bart. in l. 1, num. 3. C. ſi aduerſ. tranſact. Iaſ. in l. fin. num. 122. C. de iure emph. nec valet tranſactio facta à prælato ſine conſenſu capituli, cum illo tamen facta, nõ poterit poterit poſtea capitulum diſſen-

Digitized by Google

diſſentire. c.contingit.vbi gloſſ.1.& Abb. & omnes.de tranſact. & l.tranſactionis.C. de tranſact. ſi autem res litigioſa ſuper qua tranſigitur remaneat apud Eccleſiam, & conditio Eccleſiæ, melior reddatur, tunc tenet tranſactio, ſi Eccleſia nõ remaneat fraudata. arg. text. in l.1. ff. de offic. procurat. Cæſar.& gloſſ.verb.tranſigere.in l.nulli communiter approbata. vt per Iaſ. n.2. ibidem.ff.de tranſact.& Abb.in c.contingit.nu.3. de tranſact.aut ſi Eccleſia per ſpacium triginta annorum recipiat canonem, ſuper quo fuit tranſactum quoniam ſpacium tanti temporis purgat vitium, & deffectum ſcripturæ, in qua non inuenitur interueniſſe conſenſum capituli. vt tenet Anch. conſil 136. num.2. Alex.conſil.89. num 9. lib.1. Gam.deciſs.49. num.9.

7 Tranſactio facta cum hominibus particularibus de populo, ſuper re populari nõ obligat ſucceſſores, quia ad illos obligandos, eſt neceſſe, vt tranſactio fiat per decuriones, & officiales cameræ, & regiminis populi, aut fiat cum authoritate Regis, ſeù Principis in rebus prophanis, & in rebus Eccleſiæ cum authoritate Summi Pontificis, c.veniens.vbi gl.verb. confirmatam. & Doct.de tranſact.& Abb.in c.cum veniſſent. num.17. de inſt. niſi ex diuturnitate temporis ſuſtineatur. tenet Bald. & Salicet.in l.qui in aliena. § ſed ſi non adierit. ff. de acquirend. hæred. Mench. illuſtr. quæſt 65.à num.6. Tiraquel.de præſcript. §.1. gloſſ.4. verſ. trigeſsimo nono. Gam. deciſs.49. num.3. & deciſs.83. nu.2.Merg. conſil.79 num.25.

8 Tranſactione facta à Rectore Eccleſiæ, cum alio, vt illi ſoluat aliquam penſionem authoritate Epiſcopi interueniente non excedit vitam illius Rectoris. c.de cætero, vbi Doct.de trãſact.& c.niſi de preb. & gl. ver.penſionem. in c.audiuimus. de colluſ. de tegend. ſi tamẽ fiat tranſactio à clerico, ſuper cẽſu beneficij, ſine authoritate Epiſcopi, valebit in illis caſibus, vbi tranſactio illa, non eſt contraria iuri. d. c.de cætero, de tranſact. ſi autem tranſactio fiat per colluſionem in cauſa beneficiali, debet tranſigens priuari beneficio. c. audiuimus. vbi notant Doct.de colluſ.de teg.

9 Tranſactio facta ſuper decimis inter perſonis Eccleſiaſticas valet, ſi fiat cũ authoritate Epiſcopi. quoniã tranſactio in ſpiritualibus non eſt prohibita, quando datur ſpirituale pro ſpirituali, ſed quando datur temporale pro ſpirituali. c.ſtatuimus. vbi gloſ.1.& Hoſt. Innocẽt. Ant.de Butr. Abb. & omnes.de tranſact. nam ſi tranſactio fiat ſuper ſpirituali ſubiectione non tenet, ſi aliquod temporale interueniat. c. veniẽs. & c.præterea.2.& ibi Abb.n.2.de tranſact. & gloſſ.1. in c.ſuper eo.eodem titul.

10 Nec poteſt fieri tranſactio ſuper iure præſentandi, vt à lite recedantur, dato aliquo temporali quia tunc talis tranſactio continet ſpeciem ſimoniæ. c.præterea. vbi gloſ.verb. ſimoniaca, & Doct.& c.ſuper eo. & cap.ſtatuimus. de tranſact.

11 Tranſactio facta in cauſa principali, nõ intelligitur de expenſis, ſi de illis non fiat expreſſa mentio. c in noſtra. cum ibi notatis. de iniur. & damn. illat. nec delite, de qua non cogitatur. l.cũ Aquilina. vbi Doctor.& l.qui cum. §.tranſactio. vbi Bart.& omnes. ff.de tranſact. ſemper enim verba ſunt interpretanda contra illum, qui legem dicere potuit. c.contra de regul. iur. lib.6. & l.inueteribus. ff de pact.

12 Tranſactio facta dicitur lis finita, & eſt obſeruanda, neq; eſt ibi locus pœnitentiæ. l fratris tui. vbi Iaſ. num 5. & l.cauſas. vbi Doct. C.de tranſact. & facit text. in l.ſi pecuniam. ff.de cond. cauſa.dat.& comparatur rei iudicatæ. l. non minorem, & l.quãuis. vbi Doct.C de tranſact. & l.2. ff.de iureiur.& Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.de his. ff. de tranſact. idem Iaſ. in l.age cum geminiano. num.18. C eodem.

13 Trãſactio generalis, vbi apponitur partes voluiſſe, quod dicta tranſactio intelligatur eſſe pleniſsima, & referatur tàm ad cognita, quã ad incognita, ſiuè in genere, ſiuè in ſpecie, ſiuè in utroq; modo, etiam dolo alterius contrahentiũ eſſent incognita, valet, & per illam, omnia ſupiantur. vt tenet Ang in l fratres. ff.de pact.& facit doctrina Bart. ibidem. quoniã tranſactio generalis bene porrigitur ad ea, de quibus actũ fuit. vt tenet Bart. & Iaſ.in l.qui cũ tutoribus. §.qui per fallaciam. ff.de tranſact. nõ porrigitur tamen tranſactio generalis, ad ius poſtea ſuperueniens niſi tranſactio, vel renunciatio conciperetur in futurum tẽpus, vt tenet Bart. in l cum Aquiliana. num.2. ff.de tranſact & Iaſ.vbi ſupra.

14 Tranſactio tamen, quantũcumq; ſit generalis, non nocet quoad res doloſè, & per fraudem occultatas, nã ſi fecimus generalẽ tranſactionem, de omnibus noſtris litibus ſeù de omnibus bonis totius hæreditatis,

Digitized by Google

quam nos habemus ad diuidendum talis tranſactio cum generali confeſsione valet mero iure ad omnia ignorata ſuper illa actione vniuerſali, de omnibus litibus, vel bonis. attamen ſi tu aliqua doloſè, & per fraudem occultaſti. tunc talis tranſactio non porrigitur ad illa, quæ inueniuntur poſtea quòd per te fuiſſent per dolum, ſeù fraudem occultata, quia illa occultata non poterant venire incogitationem, cum de illis in tranſactione non fuiſſet facta expreſſa mentio. l. tres fratres. vbi gloſſ. ver. poſſe. & Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de pact. l. qui cum tutoribus. § qui per fallaciam. ff. de trāſact. vbi Doct.

14 Tranſactio facta per dolum, poteſt reſcindi, ab illo, qui dolum non commiſit. l. tranſactione. vbi gloſſ. ver. magis, & Doct. & l. ſubprætextu. vbi Bart. Bald. Salicet. Fulg. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. C de tranſact. & l. poſtea. C de pact. & c. pen. de empt & vendit. & Iaſ in l. in ſumma. nu. 4. ff. de cond. ind. nam quando dolus datus fuit in litigando ex parte actoris, tunc dolus viciat ipſo iure tranſactionem, quoniā carens actione calumniſe litigat, facit tex. in d. l. in ſumma. in prin. & Bart. in l. ſub prætextu. num. 4. C. de tranſact. ſi autem ſolum detur dolus in tranſigendo, aut in inducendo reum ad tranſigendum, non vitiatur ipſo iure tranſactio, ſed ſolum in effectu, & poterit reſcindi per actionem de dolo ex parte autem rei, nunquam dolus viciat ipſo iure tranſactionem, ſed ope exceptionis reſcindi poteſt. vt tenet Bart. Angel. Salicet. Alex. Iaſ. & omnes. in d. l. ſub prætextu. C. de tranſact. & Bart. in l. ſiuè apud. num. 18. C eodem. Ant. de Butr. & Imol. in cap. 1. de depoſit. & Cin. in l. 2. C. quod met. cauſ.

15 Tranſactio generalis non valet, in his, quæ dependent, ex teſtamento niſi inſpectis cognitisq; verbis teſtamenti. l. de his. vbi Bart. Alb. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Iaſ. & omnes. & l. non eſt ferendus. vbi Fulgoſ. & Iaſ. ff. de tranſact. & l. 1. §. 1. ff. quemadm teſt. aper. Bart. in l. ſi quis pro eo. in prin. ff. de fi l. iuſſ. Leo in l. ſubprætextu. 2. pag. 378. C. de tranſact. ne temerè à voluntate teſtatoris recedatur. ſi tamen tranſactio fiat ſuper dependentibus ex teſtamento, & apponatur clauſula, viſis, cognitis, inſpectisq; verbis teſtamenti, tunc valebit talis tranſactio, vt tenet Angel. in l. tres fratres. ff. de pact.

16 Tranſactio ſuper alimentis futuris, cauſa mortis relictis, fieri non poteſt, niſi cauſa cognita, & iudicis authoritate interueniente. l. cum hi. in prin. vbi Bart. Alb. Angel. Iaſ. & alij. ff. de tranſact. ſpecul. in titul. de arbitr. §. reſtat videre. verſ. ſed nunc compromiſſum, & verſ. ſed nunc ſuper alimentis. & l. de alimentis. vbi Bart. Bald. Salicet. Fulg. Iaſ. & alij. C. de tranſact. & Bart. in l. ſi quis pro eo. ad finem. ff. de fid. iuſſor. de præteritis tamen bene poteſt fieri tranſactio. vt tenet Bart. Bald. Salicet. Salicet. Iaſ. & omnes in d. l. de alimentis. & Doct. in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſact.

17 Tranſactio inutilis, aut non obſeruata, facit, vt reddatur ad priſtinam actionem, quamuis reus poſsit purgare moram, vſq; ad ſententiam, ſi non adimpleuit, quod in tranſactione promiſit. l. ſiue apud acta. vbi Bart. Salicet. Fulg. Alex. Iaſ. & alij, & l. ſi cauſa. vbi Doct. & l. ſi pro fundo. vbi Iaſ. nu 7 C de tranſact. & l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. ſi aduerſ. tranſact. & Bart. num. 1. & Iaſ. num. 6. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. facit text. in cap. conſtitutus. vbi Doct. de tranſact. & eſt communis.

18 Tranſactio facta in lite non vitiatur. ſi poſtea appareant aliqua inſtrumenta continentia læſionē vltra dimidium iuſti pretij. l. Lucius. §. fin. vbi gloſſ. vltim. Bart. nu. 2. & omnes. ff. ad treb. & Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. num. 15. ff. de verbor. obligat. & Bald. Salicet. & alij in l. 2. C. de reſcind. vend. idem Bald. in l. ordo. C. de execut. rei iud. & in l. fin. §. 1. C. communia. delegat. Afflict. deciſs. 220. num. 1. ſi tamen codicilla appareant poſt tranſactionē, benè vitiatur tranſactio. quoniam licet tranſactio ſit generalis, non porrigitur ad codicillos. l. Imperatores. § cum trāſactio vbi Bart. Bald. Ang. Fulg Iaſ. & alij. & l. non eſt ferendus. & l. de his. ff. de tranſact.

19 Læſio vltra dimidiū, etiā datur in trāſactione, ſed tunc nō conſideratur trāſactio, reſpectu rei ſuper qua tranſigitur, ſed reſpetu litis euentus. vnde ad reſcindendam tranſactionem, propter læſionem vltra dimidium iuſti pretij, non cōſideratur valor rei, ſuper qua eſt tranſactum, ſed illius dubij euentus. l. Lucius. §. fin. vbi gloſſ. vlt. Bart. & alij. ff. ad treb. & Alex. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. & Iaſ. in l. in ſumma. numer. 5. ff. de cond. ind. ſi enim euentus rei poſsit probari, & in eo

detur

Digitized by Google

detur læſio vltrà dimidium iuſti pretij, bene reſcinderetur tranſactio, & ſic intelligitur Bart. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. & in l. 2. C. de reſcind. & in d. l. Lucius. §. fin. poſt. Acurc. Ibidem. ff. ad treb. Alex. Rom. Imol. Iaſ. in d. l. ſi quis cũ aliter. Fabian. de Monte. Sanct. Sabin. in tract. de empt. & vend. in 8. quæſt. princip. col. 3. & Pinel. in d. l. 2. part. 1. cap. 4. num. 15. & Angel. & Imol. ibidem. num. 4. Claud. num. 7. & ita iudicatum fuiſſe in ſenatu noſtræ Luſitaniæ refert Valaſc. conſult. 18. num. 8.

21 Tranſactio facta prætextu falſorum inſtrumentorum reſcinditur, quando pars ignorabat inſtrumenta eſſe falſa, ſi autem ſciebat, aut fuit tranſactum ſuper ipſum inſtrumentum. ſuſpectum de falſo nõ reſcinditur, nec ſi ſuper pluribus rebus fuit tranſactum, & in aliquibus inuenitur falſum inſtrumentũ, & in alijs non tunc enim non reſcinditur, niſi in illis rebus, in quibus falſum inſtrumentum inuenitur. l. ſi ex falſis. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Fulgoſ. Alex. Iaſ. & omnes. C. de tranſact. & l. ipſe ſignificas. C. ad leg. Corn. de falſ.

22 Tranſactio fit ſuper re litigioſa, ſed tamen eſt facienda inter perſonas illas, inter quas mota, vel mouenda ſit controuerſia, nam ſi tranſactio fiat cum vno, alteri non nocet, nec prodeſt. l. inter alios. C. res inter alios. & l. 1. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. C. de tranſact. Guid. Pap. deciſ. 337. & Gam. deciſ. 199. n. 5.

23 Tranſactio valet licet res nulla mediata ſit, ſi tamen per calumniam fiat, cũ euidens calumnia reperiatur, tranſactio remanet nulla, ſi autem ſuper re nulla trãſactum ſit remanet tranſactio. quia aliquid eſt à lite recedere. licet aliter ſit per calumniã inducere aliquem ad tranſigendum, eò quòd fraus illa, & dolus reddit tranſactionem nullam. l. in ſumma. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Iaſ. & alij. ff. de cond. ind. nam ſi per errorem tranſigam in ducentis, cum debeam centum tenet tranſactio cum non interueniat dolus. l. ſi non. C. de iuris, & fact.

24 Tranſactio in ludo prohibito nõ tenet: nam ſicut cõtractus, in ludo prohibito nõ valet, nec ex illo poteſt quis obligari. vt tenet Bart. in l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. & Abb. in c. clerici. officia. nu. 16. de vita & honeſt. cler. ita in tranſactione. vt tenet Abb. vbi ſupra. Coſt. in tract. de iud. art. 5. nu. 1. & Iul. Clar. lib. 5. §. ludus. nu. 9. ſecùs tamẽ in ludo permiſſo, tàm de iure, quam per conſuetudinem. ex Iul. Clar. d. §. ludus. & dixi verb. ludus.

25 Tranſactio poteſt fieri in cauſis criminalibus, vbi venit imponẽda pœna ſanguinis, à parte tamen accuſata non autem à parte accuſatoris, quoniã vnusquiſq; poteſt ſanguinem ſuũ pecunia redimere. attamen accuſans, ſi illam recipiat, incidit in pœnam turpiliani. fallit tamẽ in crimine adulterij. nam in eo propter frequentiam delicti tranſigi nõ poteſt in alijs autem criminibus. vbi non venit imponẽda pœna ſanguinis, nõ eſt licitum tranſigere excepto in crimine falſi. l. tranſigere. vbi Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes. C. de tranſact. & cap. 1. vbi gloſſ. verb. gratiam. vbi Abb. num. 7. de colluſ. detegend. Pariſ. conſil. 150. num. 4. lib. 4. Plac. de delict. libr. 1. cap. 39. num. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 58. nu. 2. Marant. de ord. iud. 6. part. §. 1. nu. 73.

26 Iudex tamẽ poteſt procedere ex officio non obſtante tranſactione in omnibus criminibus. vbi poteſt procedere ſine accuſatore, quoniam delicta non tantũ propter commodum partis ſunt punienda, ſed etiã propter vtilitatem Reipublicæ. l. ita vulneratus. verſ. cum nec impunita. ff. ad leg. Aquil. & l. locatio. §. quod illicite. ff. de publ. & vectig. & l. ſtichus. §. tamen ſi. ff. de ſolut. & l. ſi à reo. §. illud quod. ff. de fid. iuſſ. & l. ſi operis. C. de pœn. & c. vt famæ. vbi gloſſ. verb. impunita. de ſent. excommunicat.

Verbo Tutela.

1 TVtela eſt vis ac poteſtas ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſpõte ſe tueri non poteſt. l. 1. vbi Doct. ff. de tutel. & eſt triplex nam alia eſt legitima, alia teſtamentaria, alia datiua. gloſſ. fin. in c. ex parte. M. de appellat. vbi Abb. nu. 4. ſummiſtæ. verb tutela. in prin.

2 Tutela legitima dicitur illa, quæ defertur à lege nam ſi pater nullum tutorem filio in teſtamento reliquit. ille tunc qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato debet accipere tutelam, tanquam propinquus & defertur ſecundum ordinẽ ſucceſsionis, vt ſic proximior vocetur. auth. l. cut. vbi Doct. de legitima tutela, & auth. de hæred. ab inteſt. collat. & §. 1. inſt. de legit. agn. tutel.

Digitized by Google

3 Tutela teſtamentaria dicitur illa, in qua pater in ſuo teſtamento, tutorem filio ſuo reliquit, & hæc teſtamentaria tutela præfertur omnibus tutelis. l. ſi quis ſubconditione. vbi Doct. ff. de teſtam. tutel. & auth. matri. vbi gl. verb. teſtamentarijs. & Doct. C. quand. mul. tutel. offic. & gl. verb. ſubpoteſtate. in c. ex parte. M. de appellat.

4 Tutella datiua dicitur illa, quæ datur à iudice, ex officio quando deficit tutela teſtamentaria, vel legitima, & tunc inuiti poterunt cogi ad illam exercendam, quoniam officium publicum eſt adminiſtrare tutelam, qua propter datur inuitis. facit text. in l. 1. §. illud. & in l. munerum. §. iudicandi. ff. de muner & honor. & l. nullus C. de decorionib. lib. 10 & prin. inſt. de excuſat. tut. vbi gloſ. verb. publicum munus, & notant ſcribentes ibidem. & Iaſ. in l. cum qui res. num. 12. C. de procurat.

5 Tutoris officium eſt conſeruare pupillos intactos à criminibus, & præſeruare res eorum à damnis, & iniurijs. l. 1. vbi Doct. ff. de tutel. & c. 1. in 12. quæſt. 1. eſt tamen officium virile, quo mulier fungi non poteſt. l. fœminæ ff. de regul. iur. & l. 2. C. quand. mul. tut. offic. fung non pot. & c. dilecti. vbi gl. 2. de arbitr. & gl. fin. in cap. ex parte. M. vbi Abb. n. 4. de appellat. nec tráſit ad hæredem, officiũ tutelæ. l. tutela. vbi Bart. n. 1. & omnes. ff. de tutel. quia eſt officium perſonale, nam officiũ perſonale, nõ tranſit ad hæredẽ ex Bald. & Imol. per tex. ibi. in l. quia tale. ff. ſolut. matrim.

6 Mater tamen, & auia, attento iure authẽticorum poſſunt eſſe tutrices filiorum, vel nepotum, ita vt præferantur legitimis tutelis, vel datiuis, ſi renunciauerint vellia no, & ſecundis nuptijs, & omni legum auxilio, & continenter viuant auth. matr. & auiæ. vbi Doct. C. quád. mul. tut. offic. fung. pot. & auth. de hæred. ab inteſt. §. ex his. vbi Doct. coll. 9. & auth. matr. ſin prohib. tut. §. quia vero. coll. 7. & gloſſ. fin. in d. c. ex parte. M. vbi Abb. nu. 4. de appellat. & Bart. in l. ſi quis ſubconditione. nu. 5. ff. de teſtam. tutel. Dec. in l. fœminæ. nu. 18. ff. de regul. iur. & Doct. in auth. Sacramẽtum. C. quád. mul. tutel. offic. fung. pot. ſi enim mater tranſiat ad ſecundas nuptias, aut incõtinenter viuat, amittit tutelam filiorum. d. auth. Sacramentum. vbi gloſſ. 2. & Doct. C. quand. mul. tutel. offic. fung. pot. & ſi ad ſecunda vota tranſiat non reddita ratione tutelæ. tunc remanent omnia bona mariti ſecundarum nuptiarum obligata pro ipſa adminiſtratione. l. ſi mater. vbi Doctor. C. quib. cauſ. pign. & auth. de nupt. §. ſi autem. vbi etiam Doct. coll. 4. gloſſ. vlt. in d. c. ex parte. M. de appellat.

7 Tutoris bona remanent tacitè obligata pro adminiſtratione tutelæ. l. vnica. §. 1. vbi gloſſ. verb. rerum. Bald. & alij. C. rei vxor. act. & l. pro officio. vbi gloſſ. verb. obligata. & Doct. C. de adminiſtr. tut. Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 222. ff. ſolut. matr. & Doct. in §. tutores. inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract. quoniam obligatio tutelæ inter pupillum, & tutorẽ, dicitur ex quaſi contractu, & alter alteri remanet obligatus. d. §. tutores. vbi notant ſcribentes.

8 Tutor non tantũ datur perſonæ pupilli, ſed etiã rebus. nã principaliter datur perſonæ, ſecundario autẽ datur rebus illius. l. cũ plures §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut. & §. certe autem. vbi gl. verb. perſonæ. & Doct. inſt. qui teſtam. tutel. dat poſſ. & §. datus. inſt. de excuſat. tut. minor tamen non poteſt cogi ad tutelam ſuſcipiendam, nec bona illius, ſi forte illam ſuſceperit, remanent obligata pro adminiſtratione. l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & omnes. C. de legit. tutel. & Bart. nu. 74. & Iaſ. nu. 222. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr.

9 Tutor vbi primũ datus eſt tutor, debet facere ſolẽne inuentariũ omniũ bonorũ. l. tutores. vel curatores, vbi gl. & Doct. de adminiſtr. tut. & alter tanquàm ſuſpectus poteſt à tutela remoueri. l. fin. §. vlt. vbi notant ſcribentes. C. de arb. tut. Rebuffo pag. 281. n. 7. procel in tract. de inuent. in prin. n. 6. & eſt text. in l. tutor quoq;. §. tutores. vbi Bart. & omnes. ff. de ſuſpect. tut. Abb. in c. ex parte M. n. 6. de appellat. Gozad cõſil. 17. Afflict. dec. 360. n. 4. Valaſc. conſult. 32. nu. 7. hoc tamen eſt intelligendũ intrà triginta dies poſtquã ſciuerit, aut poſtquã adiuerit hæreditatem, & tunc ſufficit intra tempus illud triginta dierũ inuentarium inchoare. l. fin. §. ſin autem dubius. vbi gl. ver. delatã, & Bart. nu. 3. Ang. nu. 5. & Caſtr. n. 4. Iaſ. n. 3. & dicit communem. Raph. & Alb. n. 19. C. de iure deliberand. & Bald. in d. l. fin. §. cũ igitur. n. 3. & idem Paul. de Ca. in §. ſi vero n. 2. & 3. & Rom. conſil. 84. Valaſ. conſult. 32. n. 5. verſ. cæterũ, & tenetur facere inuẽtariũ, de omnibus rebus teſtatoris, & de inſtrumẽtis omniũ iuriũ ad pupillũ pertinentiũ. l. tutores. vel curatores. vbi Bart. Bald. Salic. & oẽs. C. de adminiſtr. tut.

Teſtator

10 Teſtator tamen poteſt remittere tutori confectionem inuentarij. vt eſt text. in d. l.fin.§ illo proculdubio.vbi Bart. Bald. Salicet.& omnes.C.de arb.tutel.& Bart.in l. nemo poteſt.nu.12.Claud.nu 31.Iaſ.n.52. in lect.1. & nu.65. in lect.2.ff.delegat.1.& Pariſ.conſil.68. nu.57. libr.2. & Iul.Clar. lib.3. §.teſtamentum.quæſt.66 n.4 hoc tamen non habet locum in legitimo filiorũ; cum enim legitima filiorũ ſit priuilegiata non poteſt teſtator in ea aliquod ponere grauamen,ſeù conditionem,nec filijs præiudicare in remittendo confectionem inuentarij. c.Raynuntius,& c.Raynaldus.de teſtam. & l.ſi qua mulier. C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.& l.1.C.de inoffic.donat. Bart. Iaſ. Rip. & alij in d. l. nemo ff.delegat.1. nec etiam valebit ea remiſsio, quando tutor fuerit ſuſpectus de ſupreſsione rerum pupilli,quia tunc poterit iudex illum cogere ad confectionem inuentarij,non obſtante remiſsione teſtatoris. quia iudex tenetur ſequi vtilitatem pupillorum,& non ſcripturam teſtamenti. l.vtilitatem. vbi Doct. ff.de confirmand.tut.vel curat.Bart.in d.l. nemo. nu.12. ff.delegat.1.& Iaſ. in l.cum neceſsitatem.nu.4.C.de fid.cõmiſſ.Angel. conſil.144. circa fin. & Guid. Pap. quæſt. 352. Gou.ru.lib.2. reſolut.cap.14.n.4 Iul. Clar.lib.3. §.teſtamentum.quæſt 66.n.6.

11 Tutor ſolet in confectione inuentarij proteſtari,vt ſi ſcripſerit in eo,non ſcribẽda,pro non ſcriptis habeantur,aut ſi omittat non omittenda,pro ſcriptis habeãtur, & pro appoſitis, & tunc talis proteſtatio valet,vt illa nõ amittat,neq; incurrat periurium ſi dolus,aut fraus non probetur. vt tenet Angel.in l.fin.n.21. Bald.col.2.verſ. pone quod hæres.& Iaſ.n.3 C.de iure deliberand.Angel.in l.1. § hæc ſtipulatio.in fin.ff.ad leg falc. Valaſ.conſult.52.nu.16.& quãuis proteſtatio non valeat contra illud quod pẽdet à diſpoſitione iuris hæc tamẽ proteſtatio de cõſuetudine admittitur vbi non probatur fraus, aut dolus, & proficit ad euitandas plures moleſtias in cõfectione inuentarij, & tanquam æqua cõſuetudo eſt obſeruanda. l.de quibus.vbi Doct. ff.de legib. & Valaſc.vbi ſupra. nu.17.

12 Tutor eſt dandus pupillo,vbi habet maiorem partem ſuorum bonorum, & ſuum domicilium,aut vbi originẽ traxit, & ille tutor porrigitur ad omnia bona, etiam in alio territorio exiſtentia.l.vnica.vbi gloſſ. vbi morantur, & ibi Bart. Bald. Salicet. & alij. C.vbi petant.tutor.& l.magis. puto.§. illud. ff.de reb.eorum.& Bart.in l.pupillo. nu.1.ff.de tut.& curat. & Iaſ.in l.1.nu.46. lect.1. & nu.94. lect.2. C.de ſumm. Trin. poteſt tamen tutor datus,vbi pupillus habet domiciliũ, & maiorem partem ſuorũ bonorum, aut in vno territorio datus, ſe excuſare, negaret tutelam in alio territorio,& tunc in vtraq; prouincia, vbi pupillus habet bona eſt dandus tutor.l.pupillo. vbi Doct. ff.de tut.& curat. & l.propter litem. §.licet datus. vbi etiam notant ſcribentes ff.de excuſat. & in l.1.in 2 lect.nu. 94. C.de ſumma Trin.& tunc tutor vnius territorij, non tenetur de facto tutoris alterius territorij.l.2.vbi Bart.Bald.Salicet. & omnes. C de pericul.tut.

13 Tutor tenetur pro adminiſtratione rerum pupilli de dolo, lata, & leui culpa, & etiam de caſu fortuito,quando ſeruat non ſeruanda.l.ſi res pupilla res.vbi Bart.Bald. Salicet. & omnes. C de pericul.tutel. & l. 1. §.officio tutoris. ff.de tut & rat.diſtrah. & l.quidquid.vbi Doctor. C de arb. tut. & Abb.in c.ex præſentium. nu 3. depign. & l.tutori. vbi Bald.Salicet. Alex. & alij. C. de neg.geſt & l tutor quoq; § qui obſignitiam ff.de ſuſpect.tut.& l. contractus. vbi Dec 37. ff.de regul iur Bald. in l.quæ fortuitis. col. pen. C. depign. act. Aret. in §. actionũ.col.24.inſt.de act.& Bar.in l.quod nerua.nu 33. ff.depoſit.in exigendo tamen nomina debitorum non tenetur tutor,niſi de lata culpa. l.nomina.vbi Doct C.arbitr. tutel.& in emendis rebus, ſi malè contraxerit non tenetur, niſi de dolo & lata culpa. l tutor §.competet vbi Bart.& omnes, ff.de adminiſtr.& pericul.tut.idem Bart.in d. l quod nerua. d. nu.33. excepto tamen illo caſu, de ſeruando non ſeruanda, non tenetur de caſu fortuito.l.ſi res pupillares, & l.tutoribus. C.de pericul.tut.

14 Si plures tutores ſimùl dati in vno territorio fuerint tenentur in ſolidũ pro adminiſtratione bonorum pupilli,quando vnus nõ eſt ſoluendo tempore depoſitionis officij.ſi tamen tempore illo,vnus ſoluat ſuã partem, & alius ſit ſoluendo, non poterit poſtea hæres illius, qui ſoluit, conueniri pro parte alterius,qui non ſoluit.l.1.§ & ſi quidem omnes. cum §.§. ſeqq. ff.de tut. & rat.diſtrah.& l.ex perſona. vbi Bart. Bald. Salicet.Paul.de Caſtr.& alij C de probat.ſi tamen tutela nõ eſt diuiſa tenentur omnes tutores æq; principaliter, & quilibet eorũ

Digitized by Google

tenetur, & poteſt in ſolidũ conueniri. l.2. vbi Bart Bald. Paul.de Caſtr. & omnes C. de diuidend. tutel. aliter quando tutor datus in vno territorio, ſe excuſauit gerere tutelam in alio, & tunc in vtraq; prouincia, vbi pupillus habebat bona, dati fuerunt tutores, ſicut dixi ſupra.§.12.

15 Tutor tenetur petere à iudice, vt permittat vendi bona pupilli, quando pupillo expediat illa, non retinere, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. l.ſi non expedierit. vbi Bart. ff. de reb. aut iud poſſ. & l. Diuus. § ſe l & res. ff.de hæred.pet. Leo. in tract.noui oper cap.3.nu.28.

16 Tutor, nec prætextu æris alieni, poteſt vendere, donare, ſeù alienare res immobiles ſui pupilli, ſine decreto iudicis, nec mobiles, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, nec ſi defacto. illas vendat, valebit talis venditio, vel alienatio. l. magis. §. fundum autem. ff.de reb. eorum qui ſub.tut.& l. lex, quæ tutores. vbi notant ſcribentes. C. de adminiſtr.tut. & Iaſ. in l.qui Romæ.§ quo hæred. num.19. ff.de verbor.obligat.ſi tamen vrgeat neceſsitas, tunc poterunt vẽdi res immobiles pupilli.l.pen. vbi Doct. ff de minor. attamen vt valida ſit alienatio rei immobilis pupilli, requiritur cauſa vrgens alienandi, ſicut eſt ſolutio æris alieni,& ſimiliter. l.ob æs, vbi notant ſcribentes. C. de præd minor. & d. l.magis. § illud. ff.de reb. eorum qui ſub.tut. & quod non ſint res mobiles, quæ vendi poſsint ad illud æs alienum ſoluendum, & quòd liqueat iudici, & quòd vendantur res minùs vtiles. d. l magis. § fundum autem, & § in primis ff de reb eorum qui ſub.tut.& quòd interueniat authoritas iudicis,& tutoris. l.eum qui.& l.neq;. C. de aut.tut. & l.1. ff.de reb.eorum. & l. lex quæ tutores. C de adminiſtr.tut. & l.ſi pupillorum §.1. ff.de reb eorum, & d. l.ob æs alienum. C. de præd.min. & prin.inſt. de aut.tut.Reb. ad leg. Gall.2.tom. pag 153. Rom.conſil. 321. Dec. conſil.403. num 17. Pariſ. conſil.98. num 1. & 2. lib.1. Doen regul.186. Ant.Gom de contr. cap.14. num 13. Vaſc. conſult.29 num 9. Afflict.deciſs 249. num.1. Iaſ. in l.ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæred. Cæſar. Vrſ. deciſs. 249 num.2. nec pro paruo debito poſſunt vendi res magnæ. d. l. magis. §. fundum autem. vbi Doct. ff de reb. eorum, & notant Doct. in l.pen ff.de minor. fructus tamen rerum minorum bene poſſunt vendi à tutore, ſine decreto iudicis,& valebit talis venditio, ſi aliqua fraus, vel colluſio, quæ venditionem nullam reddat, non interueniat. l.fin §.vlt. C. de adminiſtr.tut. & ſicut tutor non poteſt vendere rem minoris, ſine decreto iudicis. ita eſt in omni alio contractu. l. non ſolum. C. de præd. minor. & l. mandata. vbi Iaſ. num.3. ff.de offic.eius. cui mand.eſt iuriſd.

17 Tutor tamen poteſt tranſigere ſuper re immobili, ſeù precioſa pupilli, faciendo illam meliorẽ, & cum res remaneat apud pupillum. l.ſi pignore. § fin. & l.interdũ. §. qui tutelam ff. de furt. & facit text. in l. præſes. C. de tranſact. & gloſſ.in l.nulli. ff. de tranſact. & ita dixi de rectore Eccleſiæ, verb. rector. §.4. aliter enim non poteſt tutor tranſigere ſuper re pupilli, nam ſicut tutor non poteſt directè alienare rem pupilli, ita nec indirectè, ſine decreto iudicis. l.non ſolum. vbi Bart. Bald.Salicet. & omnes. C.de præd. minor. & Abb. in c. contingit. nu.3.de tranſact.Paul.de Caſtr. in l. cum hi. §. ſi cum his. ff. de tranſact. & Iaſ. in l. mandata. num.4. ff. de offic. eius cui mand.eſt iur.

18 Tutor Regis, ſeù alicuius Principis, poteſt donare, ſicut congruit moribus, & honeſtati Ipſius Regis, vel Principis. l.cũ plures. §. cum tutor. vbi Doct.ff.de adminiſtr. & Innocent. Ioan.Andr.& alij.in c. grandi.de ſuppl.negl.prælat.lib.6 & Iaſ.in l.pactum.curatoris. nu.2. C.de pact.

19 Tutor poteſt agere, & defendere pupillum per ſe, aut pupillo ſe defendenti authoritatem præſtare, nam iudicium poteſt fundari in perſonam tutoris nomine pupilli, aut in perſonam pupilli cum authoritate tutoris. l.1. §.ſufficit. vbi Doct.ff.de adminiſtr.tut. Abb. in c.Raynuntius. nu. 8. de teſtament. & tamen pro re Ipſius tutoris, aut pro facto ſuo proprio, non poterit obligare rem pupilli. l.ſi in rem,& l.nexum. vbi Doct. C. ſi alien.res pign.

20 Tutor finita tutela non poteſt conueniri nomine pupilli, niſi in caſibus durante tutela inchoactis, ſi adminiſtratio non fuerit tranſitoria in alium tutorem, quoniam tunc nec de caſibus inchoactis durãte tutela poterit cõueniri, niſi in his, quæ pertinent ad eius adminiſtrationem. c.ex parte M. vbi Abb.nu.1.& alij.de appellat. & l.vnica.vbi Doct.C.vt cauſ.poſt pubert. & l.ita autem. § ſi tutor. & §. completam. vbi notant Doct.ff.de adminiſtr.tut.

Tutor

Digitized by Google

21 Tutor d bet petere à iudice, vt taxet alimenta pupillo, & tunc recuperabit. illas expenſas, quas in aducatione pupilli fecerit, n3 ſi hoc non fecerit, non recuperabit, niſi illas, quæ periudicium boni viri expēdiſſe videantur. l. quod plerumq;. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. de aliment. & l. 3. vbi Bart. nu. 6 ff de aliment. & cib. legar. & dixi ſupra verb alimenta § 3.

22 Tutor poteſt habere litem cum pupillo, & tunc datur curator ad litem. l. 1. vbi notant ſcribentes & l. 2. C. de in lit. dand. tut. & ſi lis fuerit ſuper tota ſubſtantia, aut maiore parte illius, excuſatur à tutela. l. ſi ve allegas. vbi Doct. C. de excuſat. tut. & l. propter litem. §. fin. ff. eodem titul. & § itē propter. vbi etiam notant ſcribentes. inſt. de excuſat. tut.

23 Non poteſt eſſe tutor pupilli, ille qui habet bona cum illo, aut eſt creditor, vel debitor, ſeù fideiuſſor illius, auth. minoris. vbi Doct. C. qui dar. tut. vel curat. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. num. 4. ff. delegat. 1. & Barb. conſil 60. vol. 3. Cæſar. Vrſ. deciſs. 360. num. 4.

24 Vitricus poteſt dari tutor priuino quāuis apud eum educari non poſsit. l. ſi pater. vbi gloſſ. 1. & Doct. C. de contrar iud. tutel. & l. 1. vbi gl. verb. ſi non vitricum. C. vbi pupill. educar. deb. & tenet Bald. conſil. 310. lib. 4. Curt Iun conſil 94. num. 8. lib. 3. Aymon. conſil 90. num. 7. Cæſar. Vrſ. deciſs. 357. num. 3. Geripard. conſil. 48. num. 23.

25 Tutor etiam durante adminiſtratione tutelæ, poteſt palam, & bona fide cum authoritate iudicis emere ſibi rem pupilli. l. cum ipſe. vbi gl. verb. prohibetur & Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & omnes. C. de contrah. empt. & gloſſ. fin. in l. ſi in emptione. §. vltim. vbi notant communiter Doct. ff. de contrah empt. occultè tamen, & ſine auctoritate iudicis illam emere nō poteſt. d. l. ſi in emptione. § tutor. vbi gl. vlt. & gloſſ. verb. prohibentur in d. l. cum ipſe. C. de contrah. empt. & l quamuis. ff. de reb. eorum. attamen. in noſtra Luſitania non poteſt tutor emere rem pupilli, etiam depoſita tutelæ adminiſtratione, durante tempore popillaris ætatis, quia ſemper præſumitur fraus, in illa venditione, & emptione facta ab illo, qui tutelam adminiſtrauit, quamuis interueniat iudicis authoritas. dum pupillus non eſt factus maior vigintiquinq; annis, vt tenet Gam. deciſs 217. nu. 3. & eſt ord. titul. 87. § 29. in lib. 1.

26 Tutor debet ſatisdare antequam ſuſcipiat adminiſtrationem tutelæ. quoniam ſi tutor, qui ſatisdare tenetur, iudicia ſuſcipiat, antequàm ſatisdet, non valent talia iudicia, nec tenet ſententia aduerſus pupillum. l. in dubium, vbi Doct. & l. fin. C. de tutor. vel cur. & l. ſi tutor. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. in quib. caſib. in integr. non eſt. & l in cauſæ. 2. in prin. ff de minor. hæc tamen ſatiſdatio poteſt à iudice remitti, ſi tutor fuerit perſona fidelis, & honeſta, & diuitijs abundet, aut ſaltim bona poſsideat, vt res pupilli firma maneant, & maximè ſi modica eſt ſubſtantia pupilli. l. legitimos tutores. vbi Bald. notab. 2. & 3. ff. de legit. tut. & l. non omnium vbi Doct. C. de tut. vel curat. & Iaſ. in l. iubemus. num. 13. C de iud.

27 Tutor, ſeù curator, qui ſtuprauerit illā, cuius tutelam gerit, aut aliquo tempore adminiſtrauit eſt mittendus in exilium, & bona illius ſunt confiſcanda, l. vnica. vbi Bart. Bald & omnes. C. ſi quis eam cuius tut. fuer. & multis relatis, inquit Ant. Go. in l 89. Tauri. nu. 24. Merg. conſil 47. nu. 12. Iul. Clar. libr. 5. §. fornicario. num 23. quāuis poſsit eam in vxorem ducere. poſtquam puella ad perfectam ætatem peruenerit, ſine vlla pœna legali, cum tamē ille tutor ſe probet immunem ab iniuria læſi pudoris. ex Gerip conſil. 39. nu 6.

28 Tutelæ excuſationem præſtat infirmitas. nam oculorum luminibus captus, vel ſurdus, mutus, furioſus, aut detentus aliqua valitudine, ob quam ſuis negocijs intereſſe non poſsit habet excuſationem tutelæ. l. vnica. vbi Doctor. C. qui morb. ſe excuſ. & l 1. §. mutus. vbi Bart. num. 3. ff. de tutel. & l. poſt ſuſceptam ff de excuſat. & § item propter. vbi gloſſ. fin. Aret. & alij. inſt. de excuſat. tut.

29 Et etiam excuſatur à tutela, ille, qui ita eſt ſimplex, vt negotia ſua expedire non valeat. §. ſimiliter. vbi gloſ. fin. & Doct. inſt. de excuſat. tut.

30 Excuſatur quoq; maior ſeptuaginta annis completis, & minor vigintiquinq;. l. vnica. vbi gloſſ. & Doct. C. qui ætat. & l. 2. §. excuſantur. vbi etiam notant ſcribentes. ff. de excuſat. tut. & curat. & § item maior. vbi gloſſ. 1. Aret. & alij. inſt. de excuſat. tut. & auth. de hæred. ab inteſt. §. ex his. coll. 9. & l. qui filium. & filiam. §. fin.

Digitized by Google

§.fin. ff.ad treb. & l.maiores. ff.de iur.immunitat.

31 Et qui habet tres filios Romæ, & quatuor in Italia, vel quinq; in qualibet parte mundi. excuſatur à tutella ſicut ab alijs muneribus, in quorum numero non computantur mortui, nec nepotes, qui ſunt in poteſtate filij. quoniam ſi filius, cuius nepotes ſunt in poteſtate aui, mortuus eſſet. tunc bene computarentur nepotes in numero filiorum, ad excuſandum auum à tutela, nec computantur filij, ſeu nepotes, qui poſt tutelam ſuſceptam naſcuntur. l.1. & 2. vbi Doct. C. qui numer. liber. & l.2. §. liberorum. ff.de excuſat. & l.fin. vbi Bart. & omnes. C.de his qui numer. liber. lib.10. & prin & §.1. vbi notant ſcribentes. inſt. de excuſat. tut. ſi autem liberi in bello pereant. tunc præſtabunt excuſationē à tutela, tanquàm ſi viuerent quia morientes in bello per gratiā viuunt in perpetuum. §.filij autem. vbi notant communiter Doct.inſt.de excuſat.

32 Paupertas etiam excuſat à tutela nam qui minus poſsidet, quàm pupillus, bona pupilli in poteſtate habere non licet, & eſt impar oneri iniuncto. niſi cum alijs detur tutor. l.fin. vbi Doct. C.de his, qui numer.liber. & l.paupertas. vbi gloſſ.ver. imparem. & Doct. ff.de excuſat. & §.ſed & propter. inſt. de excuſat. ſi tamen ita pauper ſit, vt oporteat eum laborare, vt inde alatur. bene excuſatur à tutela, etiam cum alijs contutoribus. vt notat d. gl.verb.in parem. in d. l.paupertas.

33 Et inimicitiæ capitales excuſant à tutela; ſi non ſit facta reconſiliatio. §. item ſi propter inimicitias, & §.inimitiæ. vbi notant ſcribentes. inſt de excuſat. tut.& etiā poſtquam tutela ſuſcepta fuerit, poterit tutor tanquàm ſuſpectus remoueri ab illa, propter inimicitias habitas cum pupillo, aut cum parentibus eius. l.tutor.quoq;. §. ſi tutor. vbi Doct. ff. de ſuſpect. tut. & curat.

34 Et numerus tutelarum excuſat, tres tamen tutelas poteſt quis habere. ſi pollet fide, & facultatibus. quatuor vero non poteſt l.vnica. vbi Bart. Bald. Salicet.& omnes C.qui numer. tutel. & l. tria onera.1. & l.tria onera.2.vbi Doct & l.ſeq.§ ſi duas. ff. de excuſat. & l.tutelæ.C.de excuſat.muner. lib. 10.& §.item tria onera.vbi gloſ.1. & Doct.inſt.de excuſat.

35 Ille etiam, qui habet publicam iuriſdictionem excuſatur à ſuſceptione tutelæ. non autem à ſuſcepta nam ſi quando iuriſdictionem publicam ſuſcepit iam habebat adminiſtrationem tutelæ. tunc non excuſatur à tutela iam ſuſcepta. l.adminiſtrantes. ff.de excuſat. & §. item qui Reipublicæ. & §. & qui poteſtatem inſt. de excuſat. tut.

36 Ille tamen, qui in conſilium Principis ad ſumptus fuerit bene excuſatur à ſuſcepta tutela donec munus illud exercet. l.geometræ, & l.iuris peritos. vbi gloſſ.ver. præſidis.& Doct. ff de excuſat.& l.verum. §. ex facto. ff. de minor. & l.fin. vbi Bart. Salicet. & alij. C.de excuſat. tut. & curat. & gloſſ.verb.poteſtatem. in §.& qui poteſtatem. inſt.eodem.

LITTERA

Digitized by Google

LITTERA V.

Verbo Verbum.

1 VERBA generalia non comprehendunt illud, quod quis in ſpecie non eſſet dicturus, facturus, obligaturus, ſeù conceſſurus. l. obligatione generali. vbi Doct. ff. de pign. & l. Aquiliana. & l. cum Aquilina. ff. de tranſact. & l. quarto. §. inter locatorem. ff. locat. & Iaſ. in l. legato generaliter. nu. 14. ff. delegat. 1.

2 Verborum ordo obſeruatur in omnibus diſpoſitionibus, nominationibus, & legatis, ſicut ille plaſmator hominis Deus totius mundi machinam conſtruens omnia ſuo miro ordine compoſuit. Geneſ. cap. 1. ita etiam præcepit, terram, & inferiora ſuo ordine gubernari. Paul. ad Corinth. 1. cap. 14. vnde ille, qui primus eſt nominatus debet eſſe primus electus. l. cum pater. §. a te peto. ff. delegat. 2. Bart. Alex. & alij in l. qui duos ff. delegat. 1. & l. quoties. ff. de vſufruct. & l. generaliter. §. quid ergo ſi plures. verſ. quis ergo ſtatuet. ff. de fid. commiſſ. libert. & l. ſi quis habens. ff. qui & à quib. & l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſt. Peralt. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. num. 4. ff. delegat. 2. Pelacz. lib. 2. maiorat. quæſt. 1. num. 41.

3 Verborum tamen proprietas non eſt attendenda, ſed ſenſus veritatis. cap. propterea. vbi Doct. de verbor. ſignifi. & l. non aliter. vbi gloſſ. verb. teſtatorem ff. delegat. 3. & l. ſcire. ff. deleg. & c. inſpicimus. de regul. iur. libr. 6. & c. inter dilectos. de fid. inſtr. & c. ſi quis accenerit 33. quæſt. 1. nam veritas nunquam eſt omittenda, ſed eſt præferenda opinioni. cap. nuper. vbi Doct. de bigam. & c. Bertoldus. de re iud. & potius attenditur veritatis ſubſtantia, quã ſimulata geſta. l. cum pater. vbi Doct. C. ad ſenat. cõſult. Vell. & l. filio quem pater. ff. deliber. & poſthu.

4 Verba ſemper intelliguntur ſecundum naturam contractus, & ſecundum materiam ſubiectam. l. ſi vnoquoq; aliàs. l. ex conducto. §. Papinianus. vbi Doct. ff. locat. & l. ſi oleſ. C. de locat. & l. inſulam. ff. de præſcript. verb. & Dec. in l. quoties. nu. 2. ff. de regul. iur & Bald. in Rubric. C de contrah. empt. Alex. conſil. 21. col. 2. verſ. nec obſtat. libr. 5. Valaſc. de iure emph. quæſt. 1. nu. 13. verſ. ſed vt ad ſententiam. &. quæſt. 13. num 19.

5 Verba ſunt accipienda cum effectu in natura, ſui contractus. cap. relatum. vbi Doct. de cler. non reſid. & l. ſi per. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius. & l. 1. §. hæc autem verba. vbi Bart. num. 1. Iaſ. 6. ff. quod quiſq; iur. Tiraquel 1. retract. §. 1. gloſſ. 8. num. 28. Dec. in l. quoties. num. 2. ff. de regul. iur. Valaſc. conſultat. 153. num. 9.

6 Verba tamen ſunt intelligenda propriè, & naturaliter, & non fictè niſi aliud ex mente proferentis, aut ex materia ſubiecta colligatur. cap. intelligentia, vbi Doct. c. propterea. & c. in his. de verbor. ſignific. & l. vlt. C. qui veniam ætat. & gloſſ. fin. in cap. petitio. de procurat. & l. non aliter. ff. delegat. 3.

7 Verba tamen ſunt accipienda, vt actus valeat, quamuis impropriè, ſi in proprio ſignificatu valere non poſsit, & tunc receditur à verbis, ſi aliter conſtat de mente diſponentis, aut ex materia ſubiecta. l. ſi tibi. vbi Doct. ff. de reb. cred. & Bart. in l. non dubium. num. 10. C. deleg. & Bald. in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. & l. ſemper. in ſtipulationibus. vbi Dec. num. 3. ff. de regul. iur. Alex. conſil. 116. col. 2. incipit. animaduerſis ſtatutis. lib. 2. ſi autem non colligitur mens, & intentio proferentis, non eſt recedendum à ſignificatione verborum. d. l. non aliter. ff. delegat. 3. & l. labeo ait. §. id tubero. ff. de ſupl. legat. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbor. obligat. & l. nepos proculo. ff. de verbor. ſignific. & l. fin. C. communia vtriuſq; iud. & gloſſ. verb. inane. ad fin. in cap. ſtatutum 15. de hæret. lib. 6. & Dec. in d. l. ſemper in ſtipulationibus. num. 3.

Digitized by Google

num.3. ff. de regul.iur. & cap.pen.de ſent. excommunicat. & cap.1. de teſta. libr.6. & Iaſ.in l ſi domus. §.ſi fundus. num.3. ff. delegat. 3. Abb.in cap.ex litteris. num.5. deſponſal. Valaſc.de iure emph.quæſt.13. num.4.

8 Verba obſcura ſunt reducenda ad communem ſenſum. cap. ex litteris. vbi Abb. num.2. de ſponſal. idem Abb. in cap.37. de iud. & Bart. in l. labeo. à num.1. de ſupell. legat. debent tamen interpretari in meliorem, & ſaniorem partem, & vt minùs noceant, & ſecurior pars eſt ſequenda. cap. in obſcuris, & cap.ſtote. de regul. iur. lib 6 & l.ſemper in in ſtipulationibus. vbi Doct. ff. de regul.iur. & l.nec minus. ff. eodem. & c ex parte. de cenſ. & c.iuuenis. deſponſal. aliquando tamen intelliguntur verba obſcura ſecundum verba præcedentia. vt tenet Abb. in d. cap. ex litteris. 1. num 3. deſponſal. & aliquando ſigno declaratur quod quis verbis declarare non poteſt. cap cum apud. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant.de Butr. Abb. & omnes de ſponſal.

9 Verba ſunt interpretanda contra illum, qui legem dicere potuit, & in venditione, vel aliqua alienatione contra venditorē, ſeù alienantem, vel illum, qui in traditione rei legem dicere potuit. c. contra. de regul.iur. lib.6. & l. in veteribus. vbi Doctor. ff.de pact. & l. labeo. & l. in emptione. ff. de contrah. empt. & l. cum quæritur. ff.de reb. dub. & l.ſi arborum. §. hæc lex. ff.de ſeruit.vrb.præd.& l.in contrahēda. vbi Doct. ff. de regul.iur.& gloſſ.fin.in c. petitio. de procurat.

10 Verba contractus, ſunt referenda ad tempus eiuſdem contractus. l. in delictis. §. ſi extraneus. vbi Doct. ff. de noxal.& l. Rutilia polla. vbi Bart. & alij. ff. de contrah. empt. & ſunt reducenda verba contractus ad poſsibilem intellectum, & non ad impoſsibilem. l. fin. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij. C. de contrah. ſtipulat.

11 Verba in teſtamentis ſunt referenda ad tempus factionis teſtamenti, quando agitur de præiudicio hæredis, ſeù alicuius tertij. l.fin. §. qui in ſuiſam. vbi Bart nu. 1. & alij. ff.delegat. 2. & l. nomen. §. filio ex parte. vbi Doct.& l.vxorem. §.in teſtamento. ff.delegat 3. & l. Aurelius. §.1. ad fin. & l.fin. ff.de lib.r. leg. & l.ſi ita.vbi etiā notant Doct. ff de aur.& arg.legat.& Rom. conſil.136. num.4.

12 In beneficijs autem, & in priuilegijs, & quando verba interpretantur contra ipſum met dantem. tunc verba generalia, & indiffinita pro lata, extenduntur ad futura ſecundum naturam ipſius rei, ſuper qua facta fuit conceſsio. facit text.in cap. ex parte. de decim, & in l.ſi ſeruitus. ff.de ſeruit. vrb. præd. & l.fin. vbi Doct. C quæ res pign. obligat. poſſ. & cap. quia circa. vbi gloſſ.verb. ſed futuri. & Doct. de priuileg. & l. fin. ff. de conſt. princip. & Fel. in cap. cauſam quæ. num.12. de reſcript. & Alciat. in l. verbum erit. num.7. ff. de verb.ſign.& Grot.in l.omnes populi.num. 253. ff. de iuſt. & iur. & Cou.rua. libr.1. reſoluit. cap.15. ad fin. & Valaſc.conſult. 58. num.11.

13 Verba generalia tabellionis nō poſſunt mutare legis diſpoſitionem, ſed tantum ſunt obſeruanda in ſubſtantialibus contractus. vt notat Pinel. in l.2. C. de reſcind. vendition. fol.96. Boer. deciſs.125. num.13. Ant. da Gam. deciſs.75. num.3. nec abundantia verborū illius debet operari vltra intentionem contrahentium cū ex diſpoſitione legis, aut intentione contrahentium colligatur citra illud, quod verba exprimunt. cap. intelligentia verborum, & cap. propterea, de verbor. ſignific. Socin. conſil.18. in princip. libr.1. Gam.deciſs.38. nu.2.

14 Verba ſuperflua, & ex quibus nullus reſultat effectus non vitiant quamuis dicantur, vel omittantur in contractibus. l.fin. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de donat.& dixi ſupra verb. teſtamentum. §.50.

15 Verba dubia appoſita in libello, debent exprimi, & declarari ab ipſo libellante, & ad eius commodum ſunt interpretanda. cap.litteræ. vbi Abb num.2. de dilat.idem Abb.in cap.dilecti num.2. de iud.& Innocent. in cap.2. de ord. cogn. & in c. licet cauſam. in fin. de probat. ſpecul. in titul. de citation. §.1. verſ.ſi impetro.quia verba deſeruiunt intentioni proferentis. c. ſecundo requiris. vbi Doct.de appellat. & Bart. in l.ſi quis intentione. nu.1. ff. de iud. & in l. Aurelius. §.ſticho. num.2. ff. delib. legat.

16 Verba legis, ſeù ſtatuti ſunt propriè intelligenda. l.3. § hæc verba. vbi Doct. ff. de neg. geſt. Dec. in l.non vult. num 6. ff. de regul. iur. & ſi verba legis, ſeù ſtatuti diſponunt generaliter, comprehendunt omnes caſus, quamuis maior ratio detur

in vno,

Digitized by Google

in vno, quam in alio, vt tenet Dec. in cap. Sedes. num. 7. de reſcript. & in conſil. 20. col. 2. verſ. quarto. & Tiraquel. 1. retract §. 1. gloſſ. 14. num. 101. & Gozad. conſil. 31. num. 7. & facit text. in l. 1. §. quod autem. ff. de aleatorib. & ſi ſunt verba determinationum reſpiciunt præcedentia, & non ſequentia. cap. inquiſitioni. vbi gloſſ. fin. & Doct. de appellat. aliter autem quando lex, promulgatur, ſeù ſtatutum prohibet futura, & non præcedencia niſi de illis faciat expreſſam mentionem. c. cognoſcentes, & cap. fin. de conſt. & cap. ſi eo tempore. de elect. lib. 6. & c. 1. de conſt. d. lib. 6. & l. leges. 7. C. deleg. & auth. vt cum de appellat. cogn. in prin. coll. 8. & dixi ſupra verb. lex. §. 13.

17 Verba ſimpliciter pro lata de aliquo dãdo, vel faciendo verificãtur in primo actu. l. cum pater. §. pater certam. vbi Bart. & omnes. ff. delegat. 2. & l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific. & l. dotis promiſsio. §. quod enim vulgatum. ff. de iur. dot. & Bald. in c. olim ex litteris. col. 2. de reſcript. & in c. fin. col. 10. de conſuet. & Doct. in c. non poteſt per text. ibidem. de præb. lib. 6. & Iaſ. in l. duobus. §. ſi ei, qui. ff. de iure iurand. & Bart. Bald. Imol. Alex. Iaſ. & omnes. in l. diuortio aliàs. l. fructus. §. quod in anno. ff. ſolut. matr. hoc tamen non procedit in diſpoſitione prohibitoria, & negatiua, ſed in diſpoſitione permiſſiua, & affirmatiua quia ſermo negatiuus non finitur in primo actu, ſed ſemper eſt in obligatione. l. ſi ſic ſtipulatus ſim. 133. ff. de verbor. obligat. nec procedit in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, ſed in diſpoſitione hominis, nam lex non eſt intelligenda in primo actu, ſed toties, quoties opus fuerit nec etiam procedit regula quando primus actus non valuit, quia tunc intelligitur de ſecundo. l. hæc conditio. ff. de cond. & demonſtr. & tenet Bald. in c. olim. ex litteris. col. 2. de reſcript. & ſic regula eſt intelligenda, quando primus actus. conſumit effectum totius negotij, ſecundum intentionem proferentis. aliter enim intelligitur vſq; ad actum vlteriorem. vt tenet Bald. in l. Inuitus. ad fin. C. de procurat. & Iaſ. in d. l. diuortio. d. §. quod in anno. num. 24. ff. ſolut. matr.

18 Verba inſerta in commiſsionibus iudicialibus. vt procedatur ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, operantur, vt iudex, cui taliter cauſa committitur, procedat ſine libello, & litis conteſtatione, & omni tempore, tam feriato, quàm non feriato, cum tamen procedat tempore feriato in honorem Dei, aut alicuius ſancti, & vt abriuiet lites amputans materiam dilationum, & refrenet omnes exceptiones dilatorias, vel fruſtratorias, & ſuperfluam teſtium multitudinem. citationem vero, ſeù iuramentum calumniæ omittere nõ poteſt niſi iuramentum illud tacite, aut expreſſè à parte remittatur, nec poteſt ita litem abriuiare. vt non admittat probationes neceſſarias, & legitimas defenſiones. clem. ſæpe. vbi Ioan. And. Card. & omnes. de verb. ſign.

19 Verba narratiua in litteris Summi Pontificis. aliquando inducunt plenam fidem, aliquando præſumptionem. clem. vnica. vbi gloſſ. verb. feciſſe, & Ioan. Andr. Card. & alij. de probat. Alex. conſil. 15. incipit. viſis narratis. lib. 5. ſi autem in eis inſeratur verbũ authoritate noſtra. inducit actũ delegationis. cap. cum aliquibus. in fin. vbi gloſſ. pen. & Doctor. de reſcript. libr. 6. & cap. ſi eum. vbi gloſſ. verb. receptus. & Ioan. Andr. Card. Anch. & omnes. de præbend. lib. 6.

20 Verbum priuilegij recipimus vos filios proprios Romanæ Eccleſiæ, inducit exẽptionem, vt non poſsint excommunicari, ſuſpendi, vel interdici ab ordinarijs ſed ab ipſomet Summo Pontifice, aut ab eius delegato in alijs vero non remanent exẽpti à iuriſdictione ordinarij. c. 1. vbi Ioan. And. Dominic. Ioan. Monach. Arch. Anch. & omnes. de verb. ſign. lib. 6.

21 Verbum puniatur, ſiuè priuetur inſertum in lege, vel ſtatuto, intelligitur per ſententiam, & non ipſo iure. nam ſi pœna, vel priuatio ipſo iure incurratur, debet lex, ſeù ſtatutum illud exprimere, & quandò nõ exprimit nunquam intelligitur, niſi per ſententiam. c. quia propter. vbi Doct. de elect. & c. quam ſit. eodem titul. lib. 6. & c. in pœnis. vbi gloſſ. & Doct. de regul. iuris lib. 6. & l. 1. & l. interlocutio. & l. programma. C. de comminat. Epiſt.

Verbo Vicarius.

1 Vicarius dicitur ille, qui gerit vices alterius. vt habetur in rubro, & nigro. de offic. vicar. & c. de offic. eius qui vices. alt. ger. & c. peruenit. 2. de appellat. & ſummiſtæ. verb. vicarius. & aliquando vicarius

Digitized by Google

vicarius eſt perpetuus, & aliquando temporalis. nam perpetuus eſt ille, qui in perpetuum conſtituitur. c.fin.vbi gloſſ.verb. perpetuos. & Doct.de offic.vicar. & c. G. perpetuus. vbi Innocent. Hoſt.Ioan.And. Ant de Butr. Abb. Fel. & omnes. de fid. inſtr.& cap.ſtirpandæ. §.qui vero. de præbend. & clem. vnica. vbi gloſſ.verb. perpetuis. & Doct de offic. vicar. & c. vnico. vbi Ioann. Monach. Dominic. Ioan.And. Arch. & alij.de ſtat.Monach.lib.6. & gloſ. fin. in c.ad hæc, de offic.vicar. temporalis autem eſt ille, qui ad tempus conſtituitur. c. peruenit. de appellat. & c. cum ex eo. vbi Ioan.Monach. Dominic. Ioann.Andr. Anch & omnes. de elect.lib.6 & cap.cum ad hæc. de cler. non reſid. & gl.verb.perpetuis.in clem. vnica.de offic.vicar.& notant Doct.in d. c.G.perpetuus.

2 Vicarij perpetui Eccleſiarum ſunt loco Rectorum, Priorum, & Abbatum, & vbi Commendatarij, tàm vxorati, quàm ſoluti habent decimas Eccleſiarum. ad Vicarios tamen competit regimen Eccleſiarum, & ad eos pertinent oblationes factæ Eccleſijs, & aniuerſaria quoniam appellatione decimarum, non veniunt oblationes, nec aniuerſaria, quæ non dantur niſi præſentibus, & inter eſſentibus Officijs Diuinis, & Miſſas, pro aniuerſarijs celebrantibus, ſeù cantantibus. quod Commendatarij facere non valent neq; valet conſuetudo in contrarium quia potius dicetur corruptela, quàm conſuetudo. c.vnico. §.fin.gloſſ. vlt. Ioan.Monach Arch.Ioan.And.& omnes. de cler. non reſid. lib.6. Valaſc. conſult.14. num.6.

3 Vicarius conſtitutus in beneficio ſpectante ad monachos non tenetur ad onera ipſius Eccleſiæ. ſed tenentur ipſi monachi, niſi aliquo ſpeciali priuilegio excuſentur. clem.1.vbi Doct.de cęlib.qui enim ſentit cõmodum nõ debet recuſare onus, c.qui ſentit vbi gloſſ.& Doct.de regul.iur. lib 6. & l. ſecundum naturam. ff.de regul. iur.

4 Vicarius perpetuus non poteſt à moueri per Rectorem Eccleſiæ, neq; illi deminuere penſionem poteſt Rector. cap.ad hæc. vbi Doct.de offic. vicar. ſi tamen vicarius perpetuus conſequatur aliquod beneficium curatum priuatus exiſtit vicaria. cap.1.& cap.2. vbi notant omnes de officio vicar. & cap.de multa. de præb. quoniam nullus poteſt habere plures vicarias, aut vnam vicariam cum beneficio curato. cap.extirpandæ.§.quia vero.vbi Doctor. de præb. Abb.in cap.fin. num.2. de offic. vicar.

5 Vicarius temporalis alicuius Eccleſiæ non poteſt ſubſtituere alium vicarium, quoniam ab ſonum eſt vicarium poſſe ſubſtituere vicarium. cap. clericos. vbi Doct. de offic. vicar. & per ſubtractionem fructuum compellitur ſeruire Eccleſiæ. c.fin. vbi Doct.de offic.vicar. & Trid.ſeſſ.6.cap. 2. de reformat. & dixi ſupra verb. clericus. §.55.

6 Vicarius, qui fuit in Eccleſia conſtitutus authoritate Epiſcopi, & obligatus iuramento Eccleſiæ, & perſonis Eccleſiæ, ſi ſibi perſonatum Eccleſiæ vſurpat, contra fidem iuramenti non eſt amplius admittendus ad ſui officij adminiſtrationem. c. illud. vbi gloſſ.1. & Innocent.Hoſt. Ioan. And. Ant.de Butr. Abb. & omnes.de exceſſ prælat. & cap. querelam. de iure iurand.

7 Vicarius generalis, Epiſcopi eſt ille, qui nomine Epiſcopi exercet iuriſdictionẽ, & eſt ordinarius, & habet ordinariã iuriſdictionẽ, & non delegatam quãuis eligatur, & in officio per Epiſcopum conſtituatur, quia accipit poteſtatem à cõſtitutione legis, & non ab Epiſcopo. c.licet.vbi gloſſ. verb. officialem, & Ioann.Monach. Dominic. Ioann.And. Franc.Anch.& omnes.de offic. vicar. lib 6. Abb. in cap.fin.num.2. de fid. inſtr. & in cap. vltim. num.12. de ſent.& reiud. & in cap.quoniam num.11. de offic. delegat. & in cap. ſi quis contra. num.3. de foro comp. & in cap.2. num.3. ne prælat. vic. ſuas. vbi etiam notat Hoſt. Ioann.Andr.& alij. & gloſſ.verb.iurgia.in cap.per lectis.25.diſt. & Innocent. in cap. ſua nobis de offic. vicar. Angel. in l.præcipimus.C.de appellat.Bart.in l.1.§.1.nu. 1. verſ. ſed quæro. ff.quis. & à quo appellet. & Bald. in l.à proconſulibus. C.de appellat. & Iaſ. in Rubric.num.2. ff.de offic. eius cui mand. eſt iur.

8 Vicarius generalis Epiſcopi conſtituit idem tribunal cum ipſo Epiſcopo. ita vt de Vicario generali Epiſcopi, non poſsit appellari ad ipſum Epiſcopum. cap.2. vbi communiter Doctor.de conſuet. lib 6. & cap. Romana. de appellat. libr.6. & gloſſ. fin. in cap.dilecti filij.de appellat. Abb.in c.ſi quis contra.n.26. & 31.de foro comp. & in cap. fin. numer.5. de dilat. Bart. in l. præci-

Digitized by Google

præcipimus. nu.2. C.de appellat. & in l.1. §.1. ff.quis,& a quo appellet Cou.ru.lib.3. reſolut. cap.20.num 4.& Ignat.de Salzed. cap.73.fol.295. col.1. in fin. & dixi ſupra verb.appellatio.§ 28.

9 Vicarius generalis Epiſcopi, quamuis poſsit eſſe clericus prima tonſura initiatus, laicus tamen eſſe non poteſt. vt eſt cõmunis. vt per Abb. in c. decernimus. nu. 12. Dec num.15. Fel.num.6 Rip.& alios. de iud.& Reb.in prax.titul.de Vicar.Epiſcop.nu.35. Cou.ru.in c.alma mater.1.par. §.11. num.3. Abb. in cap.quoniam.num. 3. de offic. ord.

10 Vicarius generalis Epiſcopi habet poteſtatem circà actus ſpirituales, extra iudiciales, in ſpiritualibus, & poteſt punire, & corrigere, & infligere pœnam depoſitionis in delinquentes, quod alius officialis facere non poteſt niſi ſibi ſpecialiter commiſſum fuerit. cap.licet. vbi Ioan Monach. & Lap.Dominic.& alij.de offic.vicar. libr.6. & Ignat.de Salzed.cap.3. num.2.& poteſt imponere pœnam fuſtigationis dũ tamen non ſit crudeliter fuſtigatus, vt moriatur: nam pœnam ſanguinis, aut membri mutilationis imponere nõ poteſt. c.in Archiepiſcopatu. vbi Doct.de rapt.& c.præpterea.de cler. percuſſ.

11 Vicarius generalis poteſt dare licẽtiam ordinandi, quando Epiſcopus ab eſt in remotis. c.cum nullus vbi gloſſ.verb.remotis,& Doct. de temp.ord. lib 6. & Concil. Trident.ſeſſ.7. cap 11. de reformat. Sede vacante tamen, non poteſt Vicarius generalis concedere licentiam ordinandi, aut litteras dimiſſorias. ſed capitulũ poſt annum, aut ante annum, ſi quis ratione beneficij ordinari teneatur. ex Trid.ſeſſ.7. c. 10.de reformat.& ſeſſ.23. cap.10. de reformat. & dixi ſupra verb. de Sacramento Ordinis. §. 28.

12 Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt conferre beneficia ex generali commiſsione: quamuis ex commiſsione ſpeciali, illa poterit conferre. c.fin. vbi Ioan. Monach. Dominic. Ioann.Andr. & omnes.de offic. vicar. lib.6.

13 Vicarius generalis non poteſt aliquid accipere pro Vicaria, ſeù miniſterio Eccleſiaſtico. c. ad noſtram. de ſimon. pro obligatione tamen exercendi munus Vicarij Epiſcopi, & pro ſubeundo labore illius, bene poterit habere ſalarium de camera Epiſcopi conſtitutum. gloſſ. 2. vbi notant ſcribentes. in c.1. ne prælat.vic.ſuas,& Innocent.in c.quoniam. eodem titul. Nau.in Manu.c.23. n.102. verſ.quibus addo.

14 Vicarius generalis poteſt gratis diſpenſare cum ipſe geret vices Epiſcopi, vt matrimonium contrahatur, ſine denunciationibus. habita tamen prius informatione, quòd ſit aliqua ſuſpicio, vt matrimonium impediri poſsit, ſi tot præceſſerint denunciationes, ita tamen, vt illæ denunciationes fiant ante conſummationem matrimonij. ex Concil.Trid.ſeſſ 24. cap.1.de reformat. matrim. & tenet Salzed. cap.73. fol. mihi.194. verſ. ſed dubium alij autem tenent Vicarium generalem non poſſe in hoc diſpenſare; cum hoc munus à Tridẽt. vbi ſuprà ſit relictum Epiſcopis,& illi per ſe, aut per ſuum prouiſorem, vt ita dicamus, cui hoc ſpecialiter commiſerit, in hoc ſumma maturitate diſpenſet. vt tenet Menoch. conſil.69. nu.55. lib 1.& de arb. quæſt.54. nu.1. & 2.& multi alij, quos ipſe refert, & hanc veriorem exiſtimo. debent tamen Epiſcopi, aut officiales, quibus hoc munus commiſſum fuerit, eſſe valdè cauti, in hac diſpenſatione concedenda eò quòd ſit multa hominum malicia,& quando contrahunt ſponſalia cum vna, & cum alia volunt poſtea contrahere de præſenti, fingunt magna, propter quæ malicioſè poſsint impediri, & reuera nihil aliud eſt niſi vt alias mulieres deceptas relinquant.

16 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt cum inquiſitoribus aſsiſtere in punitione hæreticorum, quamuis inquirere de hæreſi, aut hæreticos capere, ſeù in cuſtodiam mittere, poſsit Vicarius Epiſcopi ſine inquiſitoribus, & ita poſsint inquiſitores ſine Epiſcopo, vel eius Vicario, duro,& arto tamen carceri tradere, aut proferre ſententiam, non poteſt Epiſcopus, ſine inquiſitoribus, nec inquiſitores, ſine Epiſcopo, aut eius Vicario, ſeù altero ab ipſo Epiſcopo delegato. clem.1. §.1. vbi Doct. de hæret. & c.excommunicamus. in princip. & §. volumus. de hæret. & c. vt officium, & cap. propter hoc. vbi Doct. de hæret. libr. 6.

17 Vicarius generalis Epiſcopi, licet ſit ordinarius, & ordinariam habet iuriſdictionem, poteſt ad libitum remoueri, vt tenet Innocent. in c.de multa. de præb.& Ant.de Butr. in cap.pen. de offic.vicar.& Abb.in c.cum non ignores.nu.7.de præb.

Dddd & Old.

Digitized by Google

& Old.conſil.227. & Alex.conſil.18. num. 7. & 8. lib.2. Boer. deciſs.347. num.1. & Soarez. in pract. 1.part. tom.1.& 1.temp. num.9.

17 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt eſſe vnus, aut plures, & tunc cum ſint plures omnes habent ordinariam iuriſdictionẽ, vt notat gloſſ.verb.& iurgia.in cap.per lectis. diſt.25. & Innocent. in cap. ſua nobis. de offic.vicar.& Abb. in cap.fin.num. 11.de ſent.& reiud. Vicarius tamen Summi Pontificis nõ habet iuriſdictionem extra vrbem. cap.ſua nobis. vbi Doct. de officio vicar.

18 Sicut laicus non poteſt eſſe Vicarius generalis Epiſcopi, vt tenet Abb.num.12.& Dec. num.15. & Rip.num.56. Mantua.nu. 33.in c.2.de iud. Cou.ru.in c.alma mater. 1.part. §.11. num.3. de ſent.excommunicat. lib.6. Rebuf. in praxi. benef. titul. de Vicarijs Epiſcopi. nu.36. ita clericus coniugatus. ex Abb. Dec. Reb. & Cou.ru.vbi ſupra.& dixi verb clericus. §.97.

Verbo Viſitatio.

1 Viſitationem poteſt facere, quicumq; habet iuriſdictionem ordinariam, in aliquos, ſicut eſt Patriarcha Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in ſuos ſubditos, cap. 1. vbi Dominic. Ioann. Andr.& omnes. & c.fin.de cenſ. lib.6. & cap.conquerente.de offic.ord.& cap.cum Apoſtolus.de cenſ.& Trid.ſeſſ.24. cap.3. de reformat.& Archidiaconus in ſuo Archidiaconatu,& de canus in ſuo de canatu, d. cap.cum Apoſtolus. & cap. mandamus vbi Doct. de offic. Archidiacon. & Trid. vbi ſupra item Abbates,& Prælati Religioſorum viſitant ſua monaſteria, & monachos iuxta corũ inſtituta. c.in ſingulis. §.ordinentur. & c. fin, vbi Doct.de ſtatu.monach.

2 Viſitat Archiepiſcopus, vel Epiſcopus ſuam diæceſim per ſe ipſum, aut per ſuum viſitatorem, quem ad illud munus aſſumere poteſt, cum ſit perſona idonea, quæ ſuppleat loco Epiſcopi officium illud viſitandi. cap.inter cætera. vbi Abb.num.2. de offic.ord. & cap.ſi Epiſcopus. vbi Dominic.Ioan Andr. & alij. de offic.iud.ord. lib.6.& c.Epiſcopum.10.quæſt.1.& Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap.3. de reformat. alij autem inferiores Epiſcopo, non poſſunt viſitare, niſi per ſe ipſos aſſumpto notario, de conſenſu Epiſcopi. ex Trid.vbi ſupra. & ſumma Angel. verbo. viſitationem, in prin.

3 Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, tenetur viſitare primo Eccleſiam ſuam propriam Cathedralem,& ſuum capitulum,& ciuitatem illius, & ſic tota viſitata, tranſibit ad alias diæceſes, & loca Eccleſiaſtica. c.1. vbi Dominic.Ioan.And. Anch.Franc. & omnes. de cenſ. libr 6. & Trid.ſeſſ.24. cap.3.de reformat. ſumma Angel.verb.viſitationem. §.1. viſitatores autem religioſorum tenentur obſeruare ſua ſtatuta diſponentia de hoc munere viſitationis. d.c. 1. §.fin.vbi Doct.de cenſ.lib.6.

4 Viſitator debet cum paterna charitate, Chriſtianoq; zelo. primo videre Sacrum Sanctum Euchariſtiæ Sacramentũ,& poſtea ſacra alia, & fontem baptiſmalem, & deinde circum ire Eccleſiam,cum reſpõſis pro fidelibus defunctis, poſtea autẽ inquirere de vita miniſtrorum, & de pertinentibus ad Diuinum Officium,& de criminibus notorijs, & de illius de quibus orta eſt infamia, nam de occultis criminibus ſolus Deus eſt iudex. cap.1. §.ſane. vbi Dominic. Ioann.Andr.Arch, & omnes. de cenſ. lib.6. & c.qualiter.2. vbi Doct.de accuſat. & Concil. Trid.ſeſſ.21. c.8. de reformat.& ſeſſ.24. cap.3.de reformat.

5 Viſitare tenetur Archiepiſcopus, vel Epiſcopus per ſe ſiuè per ſuum viſitatorem totam diæceſim ſingulis annis, aut ſaltim, ſi propter latitudinem totam viſitare non potuerit, viſitabit maiorem eius partem. ita vt tota biennio compleatur, aut bis in anno, vel ſæpius, ſi talis cauſa emerſerit, ob quam ſit neceſſe, amplius totam diæceſim viſitare, aut aliquas Eccleſias. puta ſi eſt fama, quòd in aliqua parochia habitent hæretici, aut aliqua ſimilis cauſa eueniat. cap.mandamus.vbi Doctor. de offic. Arch. & gloſſ.verb. ſæpius. ibidem, & cap.cum venerabilis. vbi gloſſ. fin. & Doct. de cenſ. & cap. viſitandi. 18. quæſt.2. & cap.non ſemèl eadem cauſa, & quæſt.& c.regenda.10.quæſt.1. & c.excõmunicamus. § adijcimus. vbi Innocent. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de hæret. & Trid.ſeſſ.24.cap.3. de reformat.Quand.in, 4. ſent. diſt.19. prop.129.

6 Viſitare poterit Archiepiſcopus Prouincias ſuorum inferiorum, ſuſpectas de hæreſi, & vbi eſt fama hæreticos habitare per ſe, aut per idoneas perſonas.c.excommunica-

Digitized by Google

municamus. §. adijcimus. vbi Doct. de hæret. hodie tamen non viſitant Metropolitani Eccleſias ſuorum Prouincialium, in cauſa cognita, & probata in conſilio Prouinciali, ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat.

7 Viſitatio itaq; ordinaria eſt ſemèl in anno, & ſi aliqua ſuperueniat neceſsitas, poterit Eccleſia pluries viſitari, ſed tamē viſitator non habebit, niſi præſcriptam procurationem, ſi neceſsitas viſitādi pluſquam ſemel in anno proueniat ex neceſſitate Epiſcopi. cap. cum venerabilis. vbi Doct. de cenſ. niſi aliter ſit de conſuetudine. vt tenet gloſſ. verb. ſæpius. in cap. mandamus. vbi Innocent. Ioann. And. Ant. de Butr. Abb & alij de offic. archid. ſi autem neceſsitas ſuperueniat, ex neceſsitate Eccleſiæ, tunc plures habebit viſitator procurationes, quoniam debet habere ſumptus, ac victualia neceſſaria pro tempore, quo Eccleſiæ viſitantur, aut quod eſt conſuetum in pecunia taxata. ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. & cap. Epiſcopus. de offic. ord. lib. 6. & cap. 1. §. deinde. vbi Doctor. de cenſ. lib. 6. & Abb. in cap. mandamus. nu. 1. de officio archid. & cap. cum ex officij. vbi notant communiter Doct. de præſcript. Abb. in c. vt præterire. num. 4. de elect.

8 Viſitator non poteſt recipere per ſe, nec per alium pluſquam conſuetam procurationem, nec etiam libenter oblatum, & aliter, vltrà duplicem reſtitutionem, intra menſem faciendam Eccleſiæ, à qua receptum fuit. ex tunc Patriarchæ, Archiepiſcopo, & Epiſcopo vltrà tempus illud, ſi non reſtituerint remanet interdictus Eccleſiæ ingreſſus inferiores vero remanent ſuſpenſi ab officio, & beneficio, quouſq; faciant plenariam de duplo reſtitutionem Eccleſijs grauatis, neq; poteſt hæc reſtitutio remitti. c. exigit. vbi gloſſ. verb. valitura, & Ioan. Monach. Dominic. Ioan. Andr. & omnes. de cenſ. lib 6. & cap. 1. §. procurationes. de cenſ. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. ſumma Angel. verbo. viſitationem. §. 3.

9 Viſitatio eſt facienda ad correctionem morum, & vt ſit ſana, orthodoxaq; doctrina, ad expellendas hæreſes, & ad inducendos, tuendoſq; bonos mores. prauoſq; corrigendos. facit text. in cap. 1. §. ſane. vbi notant ſcribentes. de cenſ. libr 6. & cap. qualiter, & quando, de accuſat. & Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. & Doct. in cap. 1. de ofic. ord.

10 Viſitatores deputati à Summo Pontifice, aut ab Epiſcopo, cum poteſtate viſitādi, corrigendi, poſſunt criminoſos à mouere ab officio, & beneficio permiſſa citatione, & cauſis legitimè diſcuſsis. facit tx. in c. dilectus filius. vbi Abb. n. 5. Fel. n. 2. & alij de reſcript. idem Abb. in cap. in ſingulis. num. 7. de Stat. Monach. Altamir. in tract. de viſit. verb. viſitatorem n. 15. Pariſ. conſil. 22. num. 17. libr. 4. & Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 8. in fin. de reformat.

11 Viſitator Epiſcopi viſitat in Monaſterijs, aut in Eccleſijs monachorum, vbi imminet cura animarum perſonarum ſecularium, in his, quæ pertinent ad Sacramētorum, & dictæ curæ animarum adminiſtrationem, & ad parochianos, qui non ſunt de illis monaſterijs. quoniam in his ſub ſunt iuriſdictioni, & viſitationi, atq; correctioni Epiſcopi, in cuius diæceſi ſunt ſita Monaſteria, vel Eccleſiæ, cap. 1. vbi Innocent. Hoſt. Ioann. Andr. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de capell. monach. & cap. per exemptionem. vbi etiam notant ſcribentes. de priuileg. lib. 6. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de regular. viſitans tamen non poteſt grauare monaſteria ad procurationes, ſiuè iura Epiſcopalia, à quibus monachi ſunt exempti, per ſua priuilegia. clem. 1. vbi Ioann. Andr. Card. & alij. de cenſ.

12 Viſitator non poteſt excedere modum, nec proferre ſententiam excommunicationis, contra priuilegia ſubditis conceſſa à ſuperiore, nec talis ſententia, ſi fortè feratur, valebit. cap. cum ad quorundam. vbi gl. verb. non tenere, & Innocent. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de exceſſ. prælat.

13 Viſitator debet viſitare omnes Eccleſias. in quibus eſt in poſſeſsione viſitandi, & in eis recipere ſuas procurationes, licet Rectores opponant exceptionem, & appellent à cenſura, quoniam vbi viſitator eſt in quaſi poſſeſsione viſitandi, facit ad conſeruationem ſui iuris, & tenet cenſura contra parochos, vel Rectores opponentes exceptionem, & aliquando friuole ſe volunt eximere. ſi autē non eſt in quaſi poſſeſsione viſitandi, non tenebit tunc cenſura appoſita contra Rectores excipiētes, & appellantes. vt tenet Innocent. Hoſt. Abb. & alij. in c. venerabili. de cenſ.

Digitized by Google

14 Viſitator deputatus ab inferiore à Papa Eccleſiæ vacanti, adminiſtrat temporalia, & ſpiritualia, excepta beneficiorum collatione ad Epiſcopum pertinente. cap. Eccleſiæ. §. huiuſmodi , vbi Ioann. Monach. Dominic. Arch. Ioann Andr.& omnes de ſuppl. negl. prælat. lib.6. & c. cum nobis. in fin.de elect.& Doct.in c.illa deuotionis. ne Sede vacant.

Verbo Votum.

VOtum eſt promiſsio deliberatè Deo facta, de aliquo meliori bono à ſuperiore non irritata. vt tenet Magiſt.Diu. Thom. & omnes Theolog. in 4.ſent. diſt. 38 idem Thom 22.quæſt 88. artic.1.& 2. Sanct. Ant. 2 part. titul.11.cap 2.in prin. & Doct.in c litteraturam de voto. Arch in c.qui bona. 17 quæſt.1. & Nau. in Manu. cap.12. num.24.

2 Votum eſt duplex alterum namq; eſt ſolemne, & alterum ſimplex,ſolemne eſt illud , quod celebratur in aliqua religione approbata, aut ex ſacrorum ordinum ſuſceptione. cap.vnico. vbi Doct.communiter. de vot.lib.6. votum ſimplex eſt omne aliud votum, quod non eſt ſolemne , tam publicum, quàm ſecretum , & hoc votum ſimplex aliud eſt reale, & aliud perſonale, & aliud mixtum, vt notat Theologi in 4. ſent.diſt.38 & Diuus Ant.2.part.titul.11. c.2. §.1. & Doct.in c vnico. de voto.libr. 6. & Nau in Manu. cap.12. num.32. verſ. decimotertio.

3 Votum fuit inſtitutum ad nos Deo obligandos. vnde votum de re mala non obligat. quoniam res mala , & quæ continet peccatum mortale, ſeù veniale, nullo modo poteſt eſſe materia voti, nec promiſsio de re mala facta Deo conſtituit votum. vt tenet Diuus Iſidor.in c in malis promiſsis, & c.ſi aliquis, & c.magna. cũ multis alijs. 22.quæſt.4. D Thom. 22.quæſt 88.artic.2. Sot.lib.7.de iuſt.& iur.quæſt.1.art.3.Sanct. Ant.2 part titul. 10. c.2 Ouand.in 4.ſent. diſt.38. prop 8.

4 Tria requiruntur, vt vota obligent, videlicet,promiſsio,deliberatio,& propoſitum ſe obligandi, facit text.in c.litteraturam. vbi Abb. num.2 de voto, & Ouand. in 4 ſent.diſt 38.prop.8. neq; ſufficit propoſitum ſe obligandi , ſed eſt neceſſe, vt aliqua promiſsio fiat , vt votum obliget apud Deum. opus eſt enim, vt ad ſit animus ſe ipſum obligandi , ſufficit tamen promiſsio mentalis facta Deo , aut alicui Sancto Dei,quia votum poteſt fieri tacitè, vel expreſſè, cum quis illud faciat animo, & mente ſe obligandi facit text.in c.litteraturam, & ibi Doct. de vot. & Theologi. in 4 ſent.diſt.38. Gerip. conſil.29.n.38.

5 Votum emittere poteſt omnis ille, qui pollet ætate , & intellectu peccandi , ſeù merendi , cum enim puer eſt doli capax, poteſt ſe Deo obligare, cap.2. vbi gl.verb. in puerili. & ibi Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de vot.& gloſſ.verb. obligauit.in c.mulier.32 quæſt.2.licet parentes , ſeù tutores poſsint irritare vota puerorum. c.puella.20.quæſt 2.& d.c.mulier.32.quæſt.2. & c. noluit.35.quæſt.5. & ſacra pagina numer.cap.30. hoc tamen eſt intelligendum de voto ingrediendi religionem quoniam vota de rebus bonis , & honeſtis à pueris doli capacibus emiſſa valida remanẽt cum à patrea poteſtate abſoluuntur. nec à parentibus poſſunt irritari niſi quatenus illis præiudicãt.ex Nau. in Manu. cap 12. num 64.

6 Maritus poteſt irritare vota mulieris, quamuis antequam nupſiſſet vota illa vouiſſet. d.c.noluit 33.quæſt.5. & d.cap.30. quæ tamen vota remanent valida poſtquã mulier à poteſtate viri fuerit abſoluta quia irritatio illa, fieri nõ poteſt,niſi in quantũ illi præiudicium facit. ex Ang.verb.votũ. 5.quæſt 1. Nau.in Manu. c.12.n 64.

7 Votum ſolemne religionis emittere nõ poteſt puer,ſiue puella ante decimum ſextum annum completum , neq; etiam cum conſenſu parentum,ſeù tutoris,ſe poſſunt pueri obligare ante illud tempus decem & ſex annorum , quoniam Eccleſia decreuit votum ſolemne emiſſum in religione approbata, ante illam ætatem eſſe nullum,& nullam inducere obligationem. ex Trid. ſeſſ.25. cap.15. de regular.& ita obſeruatur. in omnibus,qui profitentur in aliqua religione approbata.

8 Votum emiſſum timore diuino obligat, quàmuis timore hominis, cadente inconſtantem virum, non obliget. puta, quis eſt in periculo infirmitatis , aut in periculo caſuali, maris,ſiuè belli;aut in ſimili periculo. tunc enim ſi in tali periculo mortis votum emittat;tenetur illud adimplere. ſi poſtea euadat , aut ſi illud emiſit ſubconditione , & conditio fuit adimpleta. cap. Gondiſaldus. 17. quæſtion. 2. & cap. ſicut nobis.

Digitized by Google

nobis. vbi Doct. de regular. votum tamen emiſſum metu humano, cadente inconſtantem virum, non tenet. quoniam licet votũ metu intrinſeco emiſſum obliget, eò quòd vouens in illo timore habeat voluntatem ſe Deo obligandi, vt Deus illum liberet, ab illo periculo, votum autem emiſſum timore extrinſeco, cadente inconſtantem virũ, non obligat. quia votum eſt res conſilij, vnde debet vouens habere liberam volũtatem in vouendo, & aliàs non eſt votum obligatorium. cap. 1. de his, quæ vi metusve, & gloſſ. verb. coactus ad fin. in c. 2. vbi Abb. num. 5. eodem titul. & c. licet. de voto, & c. integritas. 32 quæſt. 1. & Abb. in cap. ſicut nobis. num. 5. de regular. & fortun. de vlt. fin. illat. 21. nu. 342. ſumma Angel. verb. metus. §. 8. verſ. octauo, & Nau. in Manu. cap. 12. nu. 52. cum enim votum per metum humanum emiſſum, fiat cũ iniuria vouentis, non quæritur Deo: qui eſt ſumma bonitas obligatio talis voti, cum Deus omnia ſuauiter diſponat. Sap. c. 8.

9 Votum non frangit ægrotus non ieiunans, qui fecit votum ieiunandi. quoniam ſemper in voto ſubintelligitur tacita conditio, ſi à vouente adimpleri poſsit, & tunc cum datur impoſsibilitas, non dicitur voti fractio, eò quòd impoſsibilitas non ſubiacet legi facit text. in cap. 2. vbi Doct. de obſeruat. ieiun. & cap. nemo poteſt. vbi gl. verb. obligari. & Doct. de regul. iur. libr. 6. & l. impoſsibiliũ. ff. de regul. iur. & c. quod non eſt. vbi gloſ. fin. & Ant. de Bur. & Abb. & omnes. de regul. iur.

10 Vota poſſunt eleemoſynis redimi, vel commutari authoritate ſuperioris interueniente iuſta cauſa redimendi, vel cõmutandi vota, conſiderata qualitate voti, & cauſa commutationis. c. 1. vbi gloſſ. verb. recompenſatio, & Doct. de voto authoritate tamen propria, nullus poteſt recedere à voto emiſſo, nec illud commutare, etiam ſit facta commutatio, in rem meliorem. vt tenet Caiet. 22. quæſt. 88. art. 12. nec confeſſor, cui non eſt data facultas cõmutandi. ex Nau. in Manu. cap. 12. nu. 75. dixi, & commutandi. ſolus enim prælatus Eccleſiaſticus, & Summus Pontifex poſſunt in votis diſpenſare, & illa cõmutare, tam ſolemnia, quam ſimplicia. ex D. Thom. 22. quæſt. 88. art. 12. & tenent Theologi. in 4. ſent. diſt. 38. Nau. in Manu. cap. 12. n. 75.

11 Solus tamen Summus Pontifex, aut qui ab illo habet ſpecialem poteſtatem, de ſtilo Curiæ Romanæ diſpenſat in quinq; votis. videlicet, in voto perpetuæ continentiæ religionis, & perigrinationis in Hieruſalem, & Romam ad D. Petrum, & Paul. & ad D. Iacobum in Compoſtella. de voto in Hieruſalem eſt tex. in c. veniens. & in c. de multa de voto. de alijs vero eſt ſtilu Curiæ Romanæ. vt refert Nau. in Manu. cap. 12. num. 75.

12 Commutans vota in Hieruſalem, debet mittere expenſas incundo, & redeundo in Terræ Sanctæ ſubſidium. cap. magnæ. vbi Doct. & c. ex multa, vbi etiam notant ſcribentes. de voto. in alijs vero perigrinationibus ſunt applicandæ illæ expenſæ pro arbitrio commutantis, quoniam ſemper vota commutans, debet conſiderare expẽſas incundo, & redeundo. d. c. magnæ. & c. ex multa de vot.

13 Voti executio in Hieruſalem poteſt differi ex cauſa authoritate Summi Pontificis, & ſi impedimentum eſt perpetuum, inducitur redẽptio in eò, quòd magis Terræ Sanctæ expediat. cap non eſt. vbi Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de voto.

14 Votum ſimplex, quodcumq; ſit, eſt mutabile in votum religionis quoniam votũ ſolemne derogat ſimplici priori facto. cap. ſcripturæ. vbi gloſſ. 1. & Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de vot. & c. qui poſt. vbi Dominic. Arch. Ioan. And. & omnes. de regular. & tranſ. libr. 6. & D. Thom. 22 quæſt. 88. artic. 3. & quæſt. 189. art. 4. & 8.

15 Vouens ingredi religionem, ſi poſtea fiat Epiſcopus, antequàm adimpleat votum tenetur reſignare Epiſcopatui, & adimplere votum, quoniã licet monachus profeſſus poſsit eligi in Epiſcopũ, non poteſt antequam profiteatur. nam aliud eſt eligi poſt profeſsionem, & aliud antequàm votũ adimpleat. imo vouẽs ſimpliciter ingredi religionem poteſt recta via compelli. cap. per tuas. vbi Doct. de voto. & Abb. in cap. quod ſuper. nu. 3. de fid. inſtr.

16 Vouens ingredi religionem nõ dicitur facere votum caſtitatis. licet enim votum caſtitatis ſit annexum voto religionis. ita vt ſit vnum ex tribus votis ſubſtantialibus religionis. votum tamen ingrediendi religionem, non includit votum caſtitatis, vt communiter notant Doct. in c. per tuas. de voto. & Nau. in Manu. cap. 12. num. 80. verſ. ex quo ſequitur.

17 Votum ſolemne religionis impedit, & dirimit matrimonium ratum, & non conſummatum. votum autem ſimplex caſtitatis, impedit matrimonium contrahendũ, ſed non dirimit contractum. c. meminimus. & c. veniens. & c. ruſus, & c. inſinuãte qui cler. vel vouent. & c. vnico. vbi gloſ. & Doct de voto. lib. 6. & extrauag. vnica. Ioan. 22. de voto.

18 Vota condicionalia, & in certa in electionibus, reprobantur, & recidunt in purè conſentientibus. cap. in electionibus. vbi Doct. de elect. lib. 6. neq; abſens poteſt exprimere votum ſuum per litteras, quoniam votum vniuſcuiuſq; eſt ſecreto, & ſigilatim exprimendum. c. ſi quis ex iuſſo. §. abſens. vbi gl. verb. votum. Ioan. Monach. Dominic. Compoſtel. Ioann. Andr. & omnes de elect. lib. 6.

19 Vota realia defuncti tenetur hæres adimplere, ac ſi eſſet debitum rei alienæ. l. 2. §. fin. ff. de pollicit. & l. ſi ego. §. ſi res alicui. ff. de iure dot. & l. fideicommiſſ. § ſi in opere. ff. delegat. 3. & l. cum vero. ff de fid. cõmiſſ. lib. & l. ſi pater. vbi Doct. C. de ſponſal. & l. ſancimus. in fin. C. ad treb. & Abb. & alij in cap. licet. de voto. & l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollend.

20 Vota autem perſonalia non tenetur hæres adimplere. niſi ipſemet hæres ad illa ſe obligaret. c. licet. vbi Innocent. Hoſt. Ioã. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de voto, & facit text. in d. l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollend. & gloſſ. fin. in l. 2. ff. de pollicit. & Nau. in Manu. cap. 12. nu. 56.

21 Vota populi tenentur ſucceſſores adimplere quoniã populus, qui eſt nunc cenſetur idẽ qui antea erat, & tenetur adimplere in obſeruatione feſtorum, & in proceſſionibus, alijſq; rebus vota, quæ populus fecit tempore ſuorum anteceſſorum ſi per tempus immemoriale, illa cõſueuit adimplere; tàm ex vi voti, quàm eò quòd idem populus ſit. c. deniq; 7. quæſt. 1. & Nau. in Manu. c. 12. n. 79. verſ decimotertio, & ita ex vi præſcriptionis, tanti temporis c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſt. & l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arc.

Verbo Vſura.

1 VSura eſt quidquid ſorti principali accedit. vt reſoluunt Doct. in Rubr. de vſur. Cou. ru. lib. 3. var. c. 1. Iul. Clar. lib. 5. §. vſura. num. 1. Chant. 2. part. quæſt. criminal. cap. 8. nu. 51. & Ioan. Vell. in tract. de pœn. delict. cap. fin. in prin. & facit tex. in c. illo vos. de pign. ego tamen ſic diffinio. vſura eſt lucrum tacitum, vel expreſſum, quod ratione mutui ſuſcipitur, pacto, ſeù ſpe præcedente. quoniam nõ eſt vſura recipere aliquid vltrà ſortem principalẽ, gratis oblatum à debitore, cum tamẽ creditor ſine ſpe illius mutuaiſſet. Conſiderata tamen quantitate donati, & paupertate, ſeù liberalitate debitoris donantis. ex Nata. conſil. 498. num. 28. & Ioann. Vella. vbi ſupra. ſi autem mutuans haberet mentem de prauatam ſperando aliquid à debitore vſuram committeret. vt tenet Abb. in c. conſuluit. notab. 1. de vſur.

2 Vſura eſt prohibita ex veteri, & nouo teſtamento. Liuit. cap. 25 & Deuteronom. cap. 23. & Luc. cap. 6. & de iure canonico. c. 1. & 2. & per totam. de vſur. & clem. vnica. vbi Doct. eodem titul. & cap. 1. in 14. quæſt 3. Simanch. de Catholic. inſt. tit. fin. & Menoch. de arb. caſu. 398 nu. 1. Cou. ru. lib. 1. reſolut. cap. 1. num. 5. Nau. in Manu. cap. 17. num. 207. Iul. Clar. libr. 5. §. vſura. nu. 3. Gam. deciſſ. 110. nu. 1. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. fin. §. hoc autem vſurarum de iure tamen ciuili eſt magna difficultas verum vſura ſit prohibita, aut nõ, & quod de iure ciuili vſura ſit permiſſa, tenet Alciat. in c. 1. nu. 78. de offic. iud. ord. & Carauit. ſuper. 21. ritu magnæ curiæ. nu. 5. attamen contrariam opinionem, imo quod etiam de iure ciuili, per ius authenticorũ vſura ſit prohibita. tenet Imol. in clem. 1. num 8. de vſur. Anan. in c. quia in omnibus. nu. 16. de vſur. Berous. in Rubric n. 80. eodem tit. Abb. in c. cum ſit generale. nu. 18. de foro comp. & Alber. in l. cunctos populos. num. 15. & Iaſ. num. 47. C. de ſumma Trin. idem Iaſ. in §. omnes. n. 14. inſt de act. & Imol. in l. 1. col. 4. verſ. & aduerte. ff. de ſolut. & eſt communis.

3 Vſurarius dicitur ille, qui aliquid vltrà ſortẽ principalẽ recipit à debitore, quãuis ſuſcipiat in ſe periculum, cum tamen nõ ſit lucrum honeſtum, ex ſocietate, quia excedit naturam mutui. cap. illo vos. vbi Doct. de pign. & c. fin. vbi gl. verb. periculum. vbi etiam notant ſcribentes. de vſur.

4 Vſuram committens peccat mortaliter, & tenetur reſtituere illis à quibus vſura fuit extorta, ad quam reſtitutionẽ tenetur ipſe vſurarius, aut eius hæres. cap. cum tu. vbi

Digitized by Google

vbi gloſſ. verb. in facultatibus. & Doct. & c. tua nos. vbi gloſſ. verb. cogendi. & Innocent. Hoſt. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de vſur. facit text. in l. ex qua perſona. ff. de regul. iur. Iul. Clar. d. §. vſura. num. 11. imo affirmans exercere vſuras non eſſe peccatū mortale, eſt hæreticus. clem. vnica. §. ſane. vbi Ioan. And. Card. & omnes. de vſur. Nau. in Manu. c. 17. nu. 207. Gam. deciſs. 110. nu. 2. non dicuntur tamen vſurarij hæretici, ſi tanquàm peccatores vſuram exerceant. non affirmantes tamē vſuram non eſſe peccatum mortale. c. accuſatus. §. de quæſtionibus. vbi Doct. de hæret. lib. 6. dixi verb. hæreticus. §. 28.

5 Vſura eſt recipere fructus pignoris, ſi recipiens illos in ſortem principalem non computet. c. 1. vbi Doct & c conquæſtus. de vſur. & c. cum contra. vbi gloſſ 1. Hoſt. Innocent. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de pign. idem Abb. & Ioan. Andr. in c. 4. de vſur. Nau. in Manu. cap. 17. nu. 204. & 217. de pignore tamen dotis bene poſſunt fructus ſuſcipi ſine computatione in ſortem principalem. cap. ſalubriter. vbi Doct. de vſur. hoc tamen non habet locum in fætu ancillarum, quamuis in fætu pecudum locum habeat. l. plerumq;. §. ſi ſerui. ff. de iure dot. nec habet locum in lapidicinis, vbi lapis non re naſcitur, nec in arboribus, fructiferis non cæduis, in cæduis autem bene habet locum illud, vt non cōputentur in ſortem principalem pignoris dotis. l. fructus. §. ſi fundum. vbi Doct. & §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. gloſſ. ver. onera. vbi Ioan. And. Abb. & omnes. in c. ſalubriter. de vſur. & dixi ſupra verb. donatio. §. 91.

6 Vſuram non committit dominus recipiens fructus pignoris ex feudo, ſi interim non recipit ſeruitia à vaſallo. c. conquæſtus. vbi gl. 1. & Innocent. Hoſt. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de vſur. & c. 1. vbi Doct. de feud. & ita in domino emphyteuſis.

7 Nec clericus recipiēs fructus beneficij, à laico male retenti, quod ſibi fuit datum in pignus. ſi beneficium illud ad clericum pertinebat, aut alicuius prædij, ad illud beneficium pertinēris, quoniam clericus recipiens tunc fructus beneficij, ſeu prædij illius, recipit quod ſuum eſt. c. 1. vbi gl. fin. Ant. de Butr. Abb. & omnes. de vſur.

8 Vſura non tantum eſt mutuare ea mente, vt aliquid vltra ſortem principalē recipiatur. ſed etiam vendere rem pluſquā valet in pecunia numerata, eò quòd vendens differat ſolutionem. c. conſuluit. vbi Doct. de vſur. vendere tamen granum, vinum, & alias merces, pluris quam valent tempore venditionis eò quòd vendēs differt ſolutionem in aliud tempus, non eſt vſura, ſi vendens dubitat pluris, vel minoris valituras tempore ſolutionis, ſi tēpore contractus non erat vendicurus. videlicet vendo tibi granum, & ſolues mihi, ſicut valuerit menſe Maij. cap. in ciuitate. vbi Doct. & c. fin. de vſur. & Caietan. 22. quæſt. 78. ad 7. & ita emere granum, vinum, ſeù oleum, vel alias merces, vt ſibi alio tempore ſoluantur. ſi itaq; emens dubitat verū pluris, vel minoris illo tempore valituras. d. c fin. vbi Doct. de vſur. apud nos eſt ord. lib. 4. titul 20.

9 Emptio, & venditio annui cenſus. cum obligatione retro vendendi, nō eſt vſura. extrauag. 1. & 2. vbi Doctor. de empt. & vend. gloſſ. & Doct. in c. cōquæſtus. de vſur. Ant. de Butr. Imol. & alij. in c. ad noſtram. de empt. & vend. & Fel. in c. ſi cautio. de fid. inſtr. & Anch. conſil 30. & Sot. lib 6. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 3.

10 Venditio cum obligatione de retro vendendo, nō eſt vſura, niſi iuncta ſit cum læſione quartæ partis iuſti pretij, & per hominem qui ſolitus ſit fænerari. vt notat Gam. deciſs. 8. nu. 2. & Dec. conſil. 309. nu. 3. & Boer. deciſ. 102. num. 2. Valaſc. conſult. 132 nu. 2. & conſult. 142. nu. 5. Cou. r. lib. 3. var. cap. 3. nu. 6. Soto. lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art 4. Dec. conſil. 167. nu. 2. & 3. & Caſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 5. §. 1. à num. 20. Conrad. de contract. quæſt. 83. concluſ. 4. & 8. & 84. & eſt apud nos. ord. libr. 4. titul. 4. §. 1. dixi ſupra verbo. emptio. §. 53.

11 Cōtractus vſurarius eſt nullus ipſo iure, & reprobatus ita vt conualidari nō poſsit iuxta c. 1. & per totùm de vſur. & Iul. Clar. §. vſura. num. 5. Valaſc conſult. 106. nu. 15. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. c. fin. §. hoc autem vſurarum. vnde nunquam per illum transfertur dominium quia lex reſiſtit, imò ipſe venditor, & alienans per cōtractum vſurarium, poteſt rem vindicare. cap. 1. de vſur. & l. initio. C. de pact. inter. emp. & vend. & l. officium. & l. in rem. ff. de rei vind. factum enim contra ius pro non facto habetur, nec dicitur factum, quod legitimè, & iure factum non eſt. cap. quia ex tenore, & cap. quæ contra ius. de

Digitized by Google

regol.iur. libr.6. & l. vbi pugnantia. ff.de regol. iur, & l. non dubium. C. deleg. & quando factum eſt prohibitum à lege poteſt quis contra factun. proprium venire. l.1. C.de liberal.cauſ.& l.quemadmodum. C. de agricol. & cenſ. libr.11. & l.murileguli. C de murileg. lib.11.

12 Vſura, nec etiam propter rẽ piam exerceri poteſt. c.ſuper eo. vbi Doct. de vſur. nec vſurarius eſt audiendus appellans, ad ſubter fugiendum reſtitutionem vſurarũ. c.quam pernicioſum. vbi Hoſt. Innocent. Ioan.And. Ant.de Butr.Abb.& omnes.de vſur. Imò officio iudicis compellitur eas reſtituere, non obſtante iuramento præſtito per debitorem de vſuris non repetendis. c.tuas. vbi Doct. de vſur. & D.Thom. 22. quæſt. 78. art.3. Cou.ru.libr.3. variar. cap.3. Sylueſt. verb. vſura.b. neq; auditur vſurarius repetens vſuras, aut ſuper fructibus non compenſandis in ſortem principalem. c.quia fruſtra. vbi gloſſ.1.& Doctor.& c.Michael.de vſur.

13 Vſurarij alienigenæ ſunt expellendi per Collegium, ſiuè Vniuerſitatem, vel alias quaſcumq; perſonas, à terris ſui dominij, ſeù Iuriſdictionis in fratres menſes, & habentes temporalem iuriſdictionem, non debent permittere in ſuis terris, vt locentur domus ad vſuras exercendas, nec conductas habere. c.1.vbi Dominic.Ioan.Monach.Arch. Ioan.And. & omnes. de vſur. lib. 6.

14 Vſurarius tenetur edere libros ſuorum rationum, ad fundandam intẽtionem aduerſarij. licet iam deſciſſet exercere vſuras. clem.vnica.§ cæterum.vbi gloſſ.verb. compellendos.& Ioan.And.Card.& omnes. de vſur. & tenet Bart. Bald. Salicet. Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.& omnes.in l.prætor ait. § is etiam ff.de edend.& idẽ Bart. in l.qui ſit fugitiuus. in prin. ff.de ædilict. edict.& Angel in l.ſicut.§.per vacuum. ff. quib.mod.pign. vel hypoth. ſoluit Anan. in c.quia in omnibus quæſt.12.de vſur.

15 Vſuram non committit, qui pecuniam ſuam ponit in bancho, quoniam ex illo labore, & periculo habendi pecuniam paratam in bancho, poteſt quis vltrà ſortem aliquid recipere.ex lucro iuſto,& honeſto. arg. text. in c.per veſtras. de donat.inter. vir.& vxor.& tenet Abb.in c.cõquæſtus.n. 6.de vſur.& Nau.in Manu.c.17.n.288.

16 Vſurarij manifeſti ipſo iure remanent priuati cõmuniõe Corporis Chriſti,& Eccleſiaſtica ſepultura, & religioſa oblatione,& qui illam oblationem,pro manifeſto vſurario,decedente in hoc peccato receperit, & illum Eccleſiaſticæ tradiderit ſepulturæ. tenetur reddere,quod acceperit, & remanebit ſuſpenſus ab executione officij,pro arbitrio Epiſcopi, donec ſatisfaciat. c.quia in omnibus.vbi Doct.de vſur. & cap.2. vbi Dominic.Arch Ioan.And. & omnes. eodem tit.lib.6 & ſepeliens ſciẽter manifeſtum vſurarium in Eccleſiaſtica ſepultura,ipſo facto remanet excõmunicatus à qua excommunicatione abſolui non poteſt, niſi prius ad arbitrium diæceſani Epiſcopi ſatisfaciat eis quibus iniuria fuerit irrogata.clem.1.vbi Doct. de ſepult.& Syluest.in ſumma verb.vſura.quæſt.9.n.2. Abb.in d. c.quia in omnibus. n.3. & Salz. c.89. nu.1. & Ioan.Vella. in tract.de pœn. delict.cap.fin.§.vſurarius autem.ad fin.

17 Teſtamentum vſurarij ipſo iure eſt nullum niſi prius reſtituat vſuras, aut præſtet cautionem idoneam de eis reſtituendis,c. quamquam. vbi Doct. de vſur. libr.6. & Cou.ru. lib.3. variar. cap.3. nu.9. Bald. in c.paſtoralis.de offic.ord & Iaſ. in l.prætor ait. §.is etiam.nu.3.ff.de edend.& in l.eius. qui in prouincia. num 1. ff.de reb.cred.& dixi ſupra verb.teſtamentum, §.14.

18 Vſurarius manifeſtus dicitur ille, qui per ſententiam eſt conuictus,aut per confeſsionem factam in iure, aut per euidentiam rei. c fin. vbi Doct.de cohab.cler. & mul. & gloſſ verb. manifeſtos. in cap.1.de vſur.lib.6. & tenet Hoſt.& Abb. in c. cum in diæceſi,de vſur.idem Abb.conſil.34. n. 2. lib.1. & conſil.2. nu.1. lib.2. & Bart. in l. fur eſt manifeſtus. nu.3. ff.de furt. & Iaſ. conſil.78. nu.3. lib.3. Menoch.de arb.iud. quæſt. lib.2. Cent.3. caſu.233. Cou.ru.lib. 3. reſolut.cap.3. nu.4. Socin. conſil.127. n.1. lib.3. Iul.Clar. §.vſura.n.15.

19 Vſuræ crimen probatur per famam, & alias coniecturas,vel præſumptiones,quoniam vſurarij ſemper occultè gerunt contractus vſurarios,& aliquando illos palleatos agunt, & in hoc remanet difficilis probatio, quæ poteſt fieri per famam ſubortã ex veriſimilibus coniecturis, & alijs vrgẽtibus præſumptionibus. c.cum in diæceſi. vbi communiter Doct. de vſur. & clem.1. §.cæterum. eodem titul.& Ioan.Andr. in c.ex litteris. & de iure iur. Anch.Imol.& alij.in c.ad noſtram.de empt. & vendit. & Bald.in Rubric. col.6.de offic.iud.& Iaſ.in l.prætor

Digitized by Google

l. prætor ait. §. prætor ait. n. 27. ff. de eded. & in l. licet Imperator. n. 11. ff. de legat. 1. & Salzed. cap. 88. Valaſc. conſult. 56. num. 1. verſ. quæſitum. & Ioan. Vella. in tractat. de pœn. delict. c. fin. §. iure vero Regeo. imo per teſtes ſingulares, & per illos, qui pecuniam mutuam ſub vſuris acceperunt, probari poteſt hoc crimen vſuræ, vt tenet Iacob. de Aret. in l. teſtium. C. de teſt. Abb. conſil. 81. nu. 2. & conſil. 113. lib. 2. Aym. conſil. 73. num. 32. libr. 1. Veron conſil. 3. Cald. conſil. 5. titul. de teſtib. Corn. conſil. 91. col. 13. & conſil. 134. col. 2. lib. 1. & cõſil. 247. col 7. & conſil. 34. lib. 2. Cæſar. Vrſ. deciſ. 20. nu 9. Menoch. de arb. caſu. 235. nu. 23. Maſcard. de probat. concluſ. 1419. num. 5. debet tamen cum his teſtibus ſingularibus cõcurrere aliqua coniectura, ſeù vrgens præſumptio. ita vt omnia concludant, quamuis ſit præſumptiuè. vt tenet Aymon. vbi ſupra. nu. 36. & Ign. de Salz. cap. 88. verſ. pen. Cou. ru. lib 3. variar. cap. 3. nu. 5. verſ. hinc profecto. Canterad. cap. 8. num. 54. in fin. & Ioan. Vella. vbi ſupra. nunquam tamen præſumitur vſurariũ gratis mutualle, vt tenet Bald. conſil. 229. lib. 2. Auend. in verb. vſura. Valaſc. conſult. 56. num. 1. verſ. quæſitum.

20 Vſuræ crimen eſt mixti fori. facit text. in c. poſt miſerabilem. vbi Abb. nu. 2. de vſur. & gloſ. verb. malefactores. in c. cum ſit generale. de foro comp. Abb. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 20. & in rep. num. 25. de conſt. & in c. ad noſtram. 2. n. 1. de iure iur. & poſſunt, tàm iudices ſeculares, quàm Eccleſiaſtici vſurarios. debitis pœnis punire. ex Cou. ru. lib 3. reſolut. cap. 3 n. 1. Molin. in tract. de vſur. quæſt. 10. Iul. Clar. §. vſura. nu. 8. & § fin quæſt. 37. nu. 2. Cant. d. cap. 8. nu. 52. Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap. fin. §. fin. ſi autem quæſtio ſit verũ contractus ſit vſurarius, aut non tunc reputatur hoc crimen merè Eccleſiaſticum, & nõ poteſt iudex ſecularis de eo cognoſcere, ſed tantum iudex Eccleſiaſticus, & ita eſt intelligenda, gloſſ. & Doct. in d. c. cum ſit generale. de for. comp. Anan. in c. 1. n. 8. de ſimon. & Iul. Clar. §. fin. quæſt. 37. nu. 2. Cou ru. lib. 3. reſolut. c. 3. in prin. & in 4. part. 2. c. 8. §. fin. nu. 3. Iaſ. conſil. 153. num. 3. lib. 4 & Dec. conſil. 170. num. 3. Roland. conſil. 95. num. 44. libr. 2. Iaſ. in l. quoties. num. 7. C. de iud. Alciat. in c. 1. num. 77. de offic. ord.

21 Vſuræ pœna in laico, eſt vt moriens nõ ſepeliatur in Eccleſiaſtica ſepultura, nec admittatur viuens ad communionem altaris, & ad oblationem offerendam, & poteſt excommunicari donec vſuras reſtituat. c. præterea. vbi gloſſ. fin. & Doct. & c. quia in omnibus. de vſur. & poteſt etiam vſurarius puniri aliqua pœna pecuniaria, vel arbitraria. vt magis timeat committere hoc crimen vſuræ. vt poſt alios reſoluit Marãt. de ord. iud. diſput. quint. nu. 17. & Butrig. in l. improbum. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Molin. in tract. de vſur. nu. 156. deciſ. Pedamont. 137. n. 12. Cou. ru. lib. 3. variar. cap. 3. num. 2. & Menoch. de arb. caſu. 398. nu. 40. Iul. Clar. d. §. vſura. nu. 10. & Ioan. Vella. in tract. de pœn. delict. cap fin. § puniẽdus igitur erit laicus. clericus vero vſurarius eſt ſuſpendendus ab officio, & beneficio, ad tempus ſecundum arbitrium iudicis, & ab alia quacumq; dignitate. cap. præterea. vbi Doct. de vſur. & c. ſicut. diſt. 47. Cou. ru. d. cap. 3. num. 3. Bernard. & Salzed. cap. 88. Ioan. Vell. vbi ſupra.

22 Vſurarius ſit infamis, & repellitur à collatione beneficij, nec admittitur ad aliquẽ honorem, ſeù dignitatem. c. inter dilectos. de exceſſ. prælat. vbi notant Doct. & l. improbum fænus. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. c. Iaſ. in l. Barba ius. num. 18. ff. de offic. prætor. & c. infames. §. porro. 3. quæſt. 7. Bald. in d. l. improbum. Cou. ruu. libr. 3. variar. cap 3. nu. 3. Bernard. & Salzed. in pract. cap 88. Ioan. Vell. à Cuna. in tract. de pœn. delict. cap. fin. §. puniendus igitur, & ita completur hæc noſtra ſumma ſeu praxis ſit Laus, & Gloria Omnipotẽti Deo eiuſq; Genetrici Virgini MARIÆ, Beatoq; Ioanni Apoſtolo, & D. Antonio, in ſempiterna ſeculorum ſecula. Amen.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In omnibus, quæ dixi me ſubmitto Correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Digitized by Google

Cum facultate ſupremi Senatus Inquiſitionis.

VLYSIPONE.

Excudebat Antonius Aluarez.

Anno 1610.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google